


COMMENTARIUS (2)
IN
EVANGELIUM
S. L V C Æ
ET
S. IOANNIS,

A V C T O R E.

R. P. CORNELIO CORNELII

A LAPIDE, E SOCIETATE IESV,

Olim in Louaniensi, postea in Romano Collegio
Sacrarum Litterarum Professore.



A N T V E R P I Æ

Apud IACOBUM MEVRSIVM.

A N N O M. DC. LXX.

Cum Privilegio Caesareo & Regis Hispania.

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33

COMMENTARIUS (2)
IN
EVANGELIVM
S. L V C Æ


ET
S. IOANNIS,

A V C T O R E.

R. P. CORNELIO CORNELII

A LAPIDE, E SOCIETATE IESV,

Olim in Louaniensi, postea in Romano Collegio
Sacrarum Litterarum Professore.



A N T V E R P I Æ

Apud I A C O B V M M E V R S I V M.

A N N O M . D C . L X X .

Cum Privilegio Cesareo & Regis Hispania.

FACULTAS R. P. PROVINCIALIS
PER FLANDRO-BELGIUM.

EGo infra scriptus Societatis IESV per Flandro-Belgium Præpositus Prouincialis, potestate ad hoc mihi factâ ab Admodum R. P. Nostro Mutio Vitellesco Societatis eiusdem Præposito Generali, do facultatem Iacobo Meursio typographo Antuerpiensi, typis mandandi Commentaria R. P. Cornelij Cornelij à Lapide, eiusdem Societatis Sacerdotis, in quatuor Euangelia. In quorum fidem has manu meâ subscriptas, & sigillo officij mei munitas dedi.

ANDREAS IVDOCI.

APPROBATIO CENSORVM ROM.

EGo Georgius Elfinstonius è Soc. IESV, S. Theologiæ Doctor, & Collegij Scotorum de Vrbe Reçtor, Commentaria R. P. Corn. Cornelij à Lapide eiusdem Societatis Theologi, in Sacrosancta quatuor Euangelia, ex commissione Reuerendissimi Domini Nicolai Riccardi Sacri Palatij Magistri, legi. Opus egregium, pium, doctum & eruditum, sacrarum Litterarum, SS. Patrum, Historiæ tam Ecclesiasticæ quàm sæcularis, dictorum Sapientium, scriptorumque omnis generis variâ & mirâ eruditione plenum: opus, in quo nihil notaui, quod non sit Orthodoxæ & Catholicæ fidei, & optimis moribus conforme: opus denique Theologis, S. Scripturæ studiosis, & verbi diuini Concionatoribus, meo iudicio, vtilissimum. In quorum fidem hoc testimonium manu meâ subscriptum dedi, Romæ in Collegio-Scotorum 27. Martij, anno 1636.

GEORGIUS ELFINSTONIVS.

Imprimatur

FR. NICOL. RICCARD. Sacr. Pal. Apost. Mag.

APPROBATIO CENSORIS ORDINARIJ.

Perlegi & relegi Commentarium R. P. Cornelij Cornelij à Lapide Soc. IESV Sacerdotis, & sacrarum Litterarum quondam in Vrbe Professoris, & interpretis accuratissimi, quem in quatuor Domini nostri Iesu Christi Euangelia nuper elucubrauit: quem quia reconditâ & omnigenâ doctrinâ refertissimum, & sensus quadruplicis enodatione luculentum deprehendi; hinc dignum iudicavi, qui ad Reipubl. Christianæ bonum, ad verbi diuini præconum vsum, atque ad sacræ Scripturæ interpretum commodum prælo committatur, vt ita publici iuris fiat. Ita censeo Antuerpiæ post. Kal. Iunias, anno 1639.

GASPAR ESTRIX S. T. L. *Canonicus & Plebanus
Antuerpiensis, ac librorum censor.*

Cum ex mandato Sacrae Casareae Maiestatis, omnibus & singulis Typographis, Bibliopolis, atque alijs quibuscumque librariam negotiationem exercentibus, serio strictèque inhibeat, ne quis libros ullos à Societatis nostrae Patribus hactenus editos, aut edendos in posterum, intra Sacri Rom. Imperij, regnorumq; & dominiorum Sacrae Casareae Maiest. hereditariorum fines, simili aliòve caractere aut formâ, siue in toto, siue in parte, excudere vel recudere, vel aliò recudendos mittere, aut alibi etiam impressos inuehere, vendere, aut distrahere clam, seu palàm, citra supradictorum Patrum consensum ac testimonium audeat vel praesumat; ego Andreas Iudoci Societatis IESV per Prouinciam Flandro-Belgicam Praepositus Prouincialis, concedo Iacobo Meursio Typographo Antuerpiensi facultatem excudendi R.P. Cornelij Cornelij à Lapide Societatis nostrae Theologi Commentarium in Quatuor Euangelia duobus tomis comprehensum, ab eiusdem Societatis Theologis examinatum & approbatum. In cuius rei fidem litteras manu meâ subscriptas, & sigillo officij mei munitas dedi.

ANDREAS IUDOCI.

SVMMA PRIVILEGII REGII.

PHILIPPVS Dei gratiâ Hispaniarum & Indiarum Rex Catholicus, Archidux Austriae, Dux Burgundiae, Brabantiae, &c. Serenissimus Belgarum Princeps, diplomate suo sanxit, ne quis Commentarium in Quatuor Iesu Christi Euangelia, auctore R.P. Cornelio Cornelij à Lapide, Societatis IESV sacerdote, sacrarum Litterarum in Collegio Romano Professore, praeter Iacobi Meursij Typographi Antuerpiensis voluntatem, intra decem annos proximos in Belgio excudat, aut alibi terrarum locorumve excusum, in has Inferioris Germaniae Prouincias inferat, venalemve exponat. Qui secus faxit, praeter confiscationem exemplarium, triginta florenorum, pro singulis libris sic illatis soluendorum poenâ multabitur: sicut latius patet in litteris datis Bruxella anno M. DC. LXI. die XVIII. Octobris.

Signat

LOYENS.

COM.

S. Lucas scripsit graecè.

Cornel. in Lucam.

Scripsit ex ore Pauli.

A

Marcus

COMMENTARIVS
IN EVANGELIUM
SANCTI LVCÆ

SANCTVM IESV CHRISTI EVANGELIUM

SECVNDVM LVCAM.



Hoc est, sancta Historia Evangelica de dictis & factis Iesu, à Luca descripta. Arabicus, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Dei vnus, Euangelium Patris excellentis, Lucae Evangelistae. Aperiatio Evangelij gloriosi; Syrus, in nomine Domini Deiq; nostri Ieschna, Mesicho, sigillatus Euangelium, sacrosanctum nuncium Lucae Evangelistae, quod locutus est, & annunciant Ionicè (graecè) in Alexandria magna. Ex hac diuersitate liquet, quod hic titulus, siue haec inscriptio huic Euangelio praefixa sit non à Luca, sed ab Ecclesia, quae ita pariter inscripsit aliud Euangelium secundum Matthaeum, aliud secundum Ioannem, aliud secundum Marcum; imò quoad fidem frustrâ addita fuisset ab ipso Luca, nisi Ecclesia illam illius genuinam esse, non suppositam declarasset & tradidisset, quod Nota pro Traditionibus contra haereticos. Cur enim Euangelium Lucae inscriptum, habendum sit verum ipsius Lucae; Euangelium autem Matthiae & Thomae inscriptum, non sit habendum ipsius, Matthiae & Thomae; rursus cur Euangelium Lucae potius sit canonicum, quam Apellus aut Basilidis Euangelium; alia ratio reddi non potest, quam probatio, declaratio & traditio Ecclesiae; non enim hoc ideo, quod in sacris literis scriptum sit, sed quia ab Ecclesia ita traditum est, credimus: v. g. non credimus hoc esse Euangelium Lucae, esseque canonicum, quia id ipsum scripsit Lucas, sed quia id tradit & docet Ecclesia: licet enim isti Euangelio, vti & alijs, sua constet auctoritas, tamen illa nobis non liquet nisi ex declaratione Ecclesiae. Idem à pari dicendum est de sensu Scripturae. Sensus enim Scripturae genuinus non est is, qui mihi aut tibi videtur esse talis (sic enim incertus & dubius esset, alium enim sensum affert Caluinus, alium Lutherus, alium alij) sed is quem docet & tradit Ecclesia, cuius sicut est tradere quae sit vera S. Scriptura, ita est & tradere quis illius germanus sit sensus. S. Scriptura enim non in cortice litterarum aut verborum, sed in genuino eorum sensu consistit. Ita Tridentin. sess. 4. & passim Patres, ac nominatim Tertullian. lib. 4. contra Marcion. c. 5. Vide dicta Matth. 1. v. 1.

Nota Primò, Matthaeus primus in Iudaea Hebraeis scripsit Euangelium hebraicè: secundus Marcus in Italia Romanis graecè & latinè: tertius Lucas Graecis in Graecia graecè: quartus Ioannes graecè: sed Lucas elegantius; utpote graecè apprime peritus. Audi S. Hieronymum, epist. 103. Cornel. in Lucam.

Ad Paulinum: Matthaeus, Marcus, Lucas, & Ioannes quadriga Domini & verum Cherubim; quod interpretatur scientia multitudo, per rotam corpus oculati sunt, scintillae emicant, discurrunt fulgura, pedes habent relictos & in sublime tendentes, terga pennata & ubique volitantia. Tenent se mutuo sibiq; perplexi sunt, & quasi rotae in rota voluuntur. & pergunt quocumque eos status sancti Spiritus perduxerit.

Porro inter quatuor Cherubimorum facies, siue effigies, tertia bouis tribuitur Lucae; tum quia ipse incipit à sacerdotio Zachariae; cuius praecipua victima erat bos, tum quia ipse bonis labores in Euangelio subiit, ac crucis mortificationem iugiter in suo corpore pro Christi nominis honore portauit, vti de eo canit Ecclesia. Vide dicta Apocal. 4. 7. & Ezech. 1. 10.

Nota Secundò, Lucam scripsisse Euangelium contra quosdam oscitantes, imperitos, fortè etiam falsos Euangelistas, qui in Syria vel Graecia Euangelium imperfectè, fortè etiam mendaciter conscripserant, vt ipse Lucas initio Prooemij sui insinuat. Ita Origenes, S. Ambr. Theophyl. hic & S. Epiph. haereti. 51. qui tamen cum addit, Lucam scripsisse contra Cherintum & Merinum, non videtur dicere verum: nam hi duo, æquè ac Basilides, posteriores & iuniores fuere Luca, vt satis colligitur ex Eusebio lib. 3. Hist. cap. 32. Verum illius Theophyl. & Bedae sententia, Lucam scripsisse suum Euangelium contra apocrypha aliorum Euangelia, qualia fuerent quae nomine Thomae, Matthiae & Apostolorum duodecim circumferebantur.

Nota Tertio, Lucam non fuisse ex septuaginta duobus Christi discipulis, vt ex Origene opinantur Euthymius, & S. Gregorius praefat. in Iob c. 1. nec enim Lucas vidit Christum in carne, sed quae à Paulo & Apostolis audivit de Christo conscripsit, vt ipse ait cap. 1. vers. 2. Vnde passim Patres Lucam vocant discipulum Apostolorum: ac nominatim Pauli comes assiduus fuit Lucas. Ita S. Hieron. in c. 65. Isaiae & Praefat. in Matth. vbi sic ait: Tertius (Euangelista) Lucas medicus, natione Syrus, Antiochenus, cuius laus in Euangelio, qui & ipse discipulus Apostoli Pauli, in Achaia Bæotiaeq; partibus volumen condidit, quaedam alius repetens, & vt ipse in prooemio confitetur, audita magis quam visa describens. Idem tradit Ireneus lib. 1. 20. & Theodor. Praefat. in Vitas S. Patrum, Baronius, & alij. Imò Tertullian. lib. 4. contra Marcion. c. 5. Euangelium hoc non tam Lucae quam Pauli esse censet, quod ex Pauli ore illud scripserit Lucas, sicut Marcus ex ore Petri: sic enim ait: Licet &

Corr.

Non fuit e septuaginta discipulis.

Scripsit ex ore Pauli.

Marcus quod edidit, Petri affirmetur; cuius interpres Marcus. Nam & Luca Digestum (Euangelium) Paulo ascribere solent: caput magisteriorum videri, quae discipuli promulgauerunt.

Medicus animarum.

Porro S. Hieron. docet Lucam in Euangelis & Actis agere medicum animarum, sicut prius egerat corporum: sic enim ait epist. 103 ad Paulinum: Si nonerimus scriptorem eorum esse Lucam medicum; cuius laus est in Euangelio; animadvertemus pariter et omnia verba illius animae languentis esse medicinam. Idem in ep. ad Philoim. Lucas medicus Euangelium & Actus Apostolorum Ecclesis, derelinquens; quomodo Apostoli de piscatoribus piscium piscatores hominum facti sunt: ita de medico corporum, in medicum est versus animarum. Cuius liber quotiescumque legitur in Ecclesiis, toties eius medicina non cessat.

Quo tempore scripserit S. Lucas?

Nota Quarto. Baronius censet Lucam scripsisse in comitatu Pauli, anno Christi 58: ex eo quod S. Hieron. dicat Lucam scripsisse in Achaia & Bæotia, ubi illo anno erat Paulus. Alii tamen citius à Luca scriptum Euangelium autumant, idque omnino dicendum est, si assentiamus S. Hieronym. lib. de Script. Eccles. in Luca; Tertulliano lib. 4. contra Marcion. cap. 5. Primitiis, Anselmo & aliis in 2. Corinth. 8. v. 18. Paulum ibidem per fratrem cuius laus est in Euangelio, intelligere Lucam quod & disertè asserit S. Ignatius, S. Lucæ conuictus & quasi coartatus, qui sic scribit ad Ephesios: Ut testatur Lucas cuius laus est in Euangelio. Nam epist. 2. ad Corinth. à Paulo scripta est anno Christi 58. quare si tum laus Lucæ erat in Euangelio, necessum est dicere illud iam ante fuisse euulgatum. Quocirca Euthym. & Theoph. proemio in Lucam, aiunt Lucam scripsisse 15. annis post Ascensionem Christi; puta anno Christi 49. Sed tunc Lucas necdum adhæserat Paulo: ei enim adhæsit Troade, anno Christi 51. vti ex Actis Apostolorum cap. 16. 10. rectè colligit Baronius. Videtur ergo Lucas scripsisse Euangelium post annum Christi 51. sed aliquot annis ante annum Christi 58. illo enim iam vulgatum erat & celebre, vt ait Paulus.

Lucas est Achaia.

Nota Quinto. Lucas postquam adhæsit S. Paulo, aliquot annis absuit ab eo, aliò amadatus (vti ostendi Actor. 16. v. 10.) vsque dum Paulus perambulando varias regiones rediit in Græciã, nauigaturus in Syriam, indeq; Romam, Actor. 20. 3. tunc enim Paulus inter alios locos huius itineris, qui illo versu nominantur, assumpsit & Lucam, vti ibi significat Lucas v. 5. & 15. inde ergo Lucas assiduus fuit comes S. Pauli, vsque ad prima vincula, quæ Paulus Romæ subiit anno Neronis secundo quare ibi Lucas finit Acta Apostolorum, præteritum Pauli. Inde teste S. Epiphonio Lucas discedens à Paulo adhuc victo profectus in Dalmatiam, Galliam, Italiam, Macedoniam, vbique prædicauit Euangelium, ac tandem apud Pataras urbem Achaia anno ætatis 84. illustri martyrio coronatus in caelos abiit, anno Christi 61. Neronis 5. S. Petri Romæ sedentis anno 17. vti ex S. Nazianzeno, Paulino, Gaudentio, Glyca, Nicephoro & aliis docet Baronius anno Christi iam dicto.

Demique quis, qualis, quantus fuerit Lucas, fusè declarauit proemio in Acta Apostolorum in eorum argumento, vbi dixi Lucam eundem videri cum Lucio, quem Paulus suum cognatum

vocat Rom. 16. v. 21. Idem tamen diuersus videtur à Lucio Cyrenensi, de quo Actor. 13. Nam Lucas fuit Antiochenus, non Cyrenensis Rurhus Martyrologium Romam. die 2. Aprilis ait Lucium hunc fuisse de primis Christi discipulis, quod Lucæ non conuenit.

Cui scripsit?

Nota Sexto. Causa cur post Matthæum & Marcum Lucas scripserit euangelium fuit duplex: Prior, vt confutaret pseudo-Euangelistas in Syria & Græcia iam subortentes, vti dixi notat. 2. Posterior, quod ipse destinari profectus & scribere dicta & facta Christi ab aliis Euangelistis prætermissa, ac præsertim eius infantia & pueritiam, eiusque præcursoris Ioannis Baptistæ annunciationem, conceptionem, natiuitatem, præsepe, falcias, pastores, circumcisionem, præsentationem in templo, inuentionem inter doctores, S. Magdalene, Zachari, & vnius edubus in cruce latronibus conuersionem; apparitionem Christi facta duobus discipulis in Emmaus, parabolas Pharisei & Publicani, Samaritanis, ouis errantis, drachma perditæ, filij prodigi, Lazari, & diuitis epulonis, & similia, quæ Christi misericordiam & pietatem in peccatores & miseros commendant. Vide S. Irenæum lib. 3. c. 14. singula recensentem. Ad hæc Lucas pleniùs quàm ceteri enarrat passionem, resurrectionem & ascensionem Christi.

Lucas Christi misericordiam commendat: cur?

Denique B. Petrus Damiani serm. de S. Matthæo: Lucas, inquit, proprium modum & ordinem tenet, dum sacerdotalem Domini stirpem describit, atque personam, & sic per totam hylis sui seriem in hac intentione perdat, vt diuersa circa templum & sacerdotes vsque ad finem Euangelij non omittat, & c. Mediator quippe Dei & hominum secundum humanam naturam, vnius idemque esse voluit & sacerdos, vt per vires nos regalis apicis regeret, & per sacerdotis officium exieret. Hæc siquidem duæ personæ in figura Christi specialiter sunt à Patribus commendatæ; cui principaliter ac singulari prærogatiua dedit Deus sedem David patris eius, vt regni eius non esset finis, & vt sacerdos esset secundum ordinem Melchisedech.

Rursus S. Anselm. in c. 4. ad Colof. duas habet rationes, cur Lucas plusquam alij de Christi misericordiã loquatur. Vna est: Lucas, inquit, primò fuit medicus corporum, deinde conuersus ad Christum factus est medicus animarum. Inde est quod plusquam alij Euangelistæ loquatur de misericordiis Redemptoris, per quas languores peccatorum ab animabus pelluntur. Secundam rationem, his verbis declarat: Et sacerdotis personam in Christo describit, interuenientis pro peccatis totius mundi.

S. Lucas privilegia.

Demum vigintiquinque priuilegia S. Lucæ concessa recenset noster Ioannes de la Haye in apparatu Euang. c. 68. vbi inter alia ex S. Hieronymo, Beda & Adone tradit S. Lucam peccatum mortale numquam commisisse, & tamen austeram in mortificatione continua egisse vitam: item S. Lucam perpetuò virginitatem conseruasse, ideoque B. Virgini fuisse dilectum præ ceteris.

Commentati sunt in Lucam peculiariter S. Ambrosius & Titus Bostrensis, Tertullianus etiam toto libro contra Marcionem, qui Euangelium Lucæ, sed adulteratum, suum esse dicebat, multa ex eo pertractat & explicat. Scripsit quoque fusè & exactè in prima duodecim Lucæ capita Cardinalis Toletus.

CAPVT PRIMVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Primo, Lucas hic describit conceptum Ioannis Baptista, nunciante Archangelo Gabriele; deinde Christi ex Spiritu sancto vers. 26. Secundo, B. Mariae uisitationem & salutationem Elisabethæ, per quam Ioannes in utero matris gaudio exiliit. Elisabeth prophetavit, B. Maria cecinit Magnificat. Tertio, vers. 57. natiuitatem S. Ioannis, in qua Zacharias pater mutus loquelam recepit, ac cecinit: Benedictus Dominus Deus Israel, & c. in quo multa & magna de Christo & Ioanne prophetavit.



NONIAM quidem multi conati sunt ordinare narrationem, quæ in nobis completæ sunt, rerum: 2. sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipsi viderunt, & ministri fuerunt sermonis: 3. visum est & mihi assecuto omnia à principio diligenter, ex ordine tibi scribere, optime Theophile, 4. vt cognoscas eorum verborum, de quibus eruditus es, veritatem. 5. Fuit in diebus Herodis, regis Iudææ sacerdos quidam nomine Zacharias de vice Abia, & vxor illius de filiabus Aaron, & nomen eius Elisabeth. 6. Erant autem iusti ambo ante Deum, in cedentes in omnibus mandatis, & iustificationibus Domini sine querela, 7. & non erat illis filius, ed quod esset Elisabeth sterilis, & ambo processissent in diebus suis, 8. Factum est autem, cum sacerdotio fungeretur, in ordine vicis suæ ante Deum, 9. secundum consuetudinem sacerdotij, forte exiit vt incensum poneret, ingressus in templum Domini: 10. & omnis multitudo populi erat orans foris hora incensum. 11. Apparuit autem illi Angelus Domini, stans à dextris altaris incensum. 12. Et Zacharias turbatus est videns, & timor irruit super eum. 13. Ait autem ad illum Angelus: Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua: & vxor tua Elisabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Ioannem: 14. & erit gaudium tibi, & exultatio, & multi in natiuitate eius gaudebunt: 15. erit enim magnus coram Domino: & vinum, & ficeram non bibet, & Spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris suæ: 16. & multos filiorum Israel conuertet ad Dominum Deum ipsorum: 17. & ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute Eliæ: vt conuertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iustorum, parare Domino plebem perfectam. 18. Et dixit Zacharias ad Angelum: Vnde hoc sciam? ego enim sum senex, & vxor mea processit in diebus suis. 19. Et respondens Angelus dixit ei: Ego sum Gabriel, qui asto ante Deum: & missus sum loqui ad te, & hæc tibi euangelizare. 20. Et ecce eris tacens, & non poteris loqui, vsque in diem, quo hæc fiant, pro eo quod non credidisti verbis meis, quæ implebuntur in tempore suo. 21. Et erat plebs expectans Zachariam: & mirabantur quod tardaret ipse in templo. 22. Egressus autem non poterat loqui ad illos, & cognouerunt quod visionem vidisset in templo. Et ipse erat inuens illis, & permansit mutus. 23. Et factum est, vt impleti sunt dies officij eius, abiit in domum suam: 24. post hos autem dies concepit Elisabeth vxor eius, & occultabat se mensibus quinque, dicens: 25. Quia sic fecit mihi Dominus in diebus, quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines. 26. In mense autem sexto, missus est Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, 27. ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo David, & nomen virginis Maria. 28. Et ingressus Angelus ad eam dixit: Aue gratia plena: Dominus tecum: Benedicta tu in mulieribus. 29. Quæ cum audisset, turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista saluatio. 30. Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum: 31. ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum. 32. hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus sedem David patris eius: & regnabit in domo Iacob in æternum. 33. & regni eius non erit finis. 34. dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? 35. Er respondens Angelus, dixit ei: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque, & quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur

Filius Dei. 36. Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua: & hic mensis textus est illi, quæ vocatur sterilis: 37. quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. 38. Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Et discessit ab illa Angelus. 39. Exurgens autem Maria in diebus illis abiit in montana cum festinatione in civitatem Iudæ: 40. & intravit in domum Zachariæ, & salutavit Elisabeth. 41. Et factum est, ut audivit salutationem Mariæ Elisabeth, exultavit infans in utero eius, & repleta est Spiritu sancto Elisabeth: 42. & exclamavit voce magna, & dixit: Benedicta tu inter mulieris, & benedictus fructus ventris tui. 43. Et vadè hoc mihi ut veniat mater Domini mei ad me? 44. Ecce enim ut facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultavit in gaudio infans in utero meo: 45. & beata, quæ credidisti, quoniam perficientur ea, quæ dicta sunt tibi à Domino. 46. Et ait Maria: Magnificat anima mea Dominum: 47. & exultavit spiritus meus, in Deo salutari meo. 48. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. 49. Quia fecit mihi magna qui potens est: & sanctum nomen eius. 50. Et misericordia eius à progenie in progenies timentibus eum. 51. Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui. 52. Deposuit potentes de sede, & exaltavit humiles. 53. Esurientes implevit bonis: & ditibus dimisit inanes. 54. Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiæ suæ. 55. Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham & femini eius in sæcula. 56. Mansit autem Maria cum illa quasi mensibus tribus: & reversa est in domum suam. 57. Elisabeth autem impletum est tempus pariendi, & peperit filium. 58. Et audierunt vicini & cognari eius, quia magnificavit Dominus misericordiam suam cum illa, & congratulabantur ei: 59. Et factum est in die octavo, venerunt circumcidere puerum, & vocabant eum nomine patris sui Zachariam. 60. Et respondens mater eius, dixit: Nequaquam, sed vocabitur Ioannes. 61. Et dixerunt ad illam: Quia nemo est in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine. 62. Inveniebant autem patri eius, quem vellet vocari eum. 63. Et postulans pugillarem scripsit, dicens: Ioannes est nomen eius. Et mirati sunt universi. 64. Apertum est autem illico os eius, & lingua eius, & loquebatur benedicens Deum. 65. Et factus est timor super omnes vicinos eorum: & super omnia montana Iudææ divulgabantur omnia verba hæc: 66. & posuerunt omnes qui audierant in corde suo, dicentes: Quis, putas, puer iste? Et enim manus Domini erat cum illo. 67. Et Zacharias pater eius repletus est Spiritu sancto: & prophetauit dicens: 68. Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitavit & fecit redemptionem plebi suæ: 69. Et erexit cornu salutis nobis, in domo David pueri sui. 70. Sicut locutus est per os sanctorum, qui à sæculo sunt, prophetarum eius. 71. Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium qui oderunt nos: 72. Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris: & memorari testamenti sui sancti. 73. Iurandum, quod iuravit ad Abraham patrem nostrum, daturum se nobis: 74. Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati seruiamus illi: 75. In sanctitate & iustitia coram ipso, omnibus diebus nostris. 76. Et tu puer, Propheta Altissimi vocaberis: præibis enim ante faciem Domini parare vias eius: 77. An dandam scientiam salutis plebi eius, in remissionem peccatorum eorum: 78. Per viscera misericordiæ Dei nostri: in quibus visitavit nos, oriens ex alto: 79. Illuminare his, qui in tenebris, & in umbra mortis sedent: ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. 80. Puer autem crescebat, & confortabatur spiritu: & erat in desertis usque in diem ostensionis suæ ad Israel.

VERS. 1.



VONIAM QUIDEM MVLTÏ CONNATI SÛNT ORDINARE NARRATIONEM, QUÆ IN NOBIS (Christianis) COMPLETÆ SVNT, RERVM] de Christo, Christi que Ecclesia, & Christianorum origine ac progressu. Multi Maldonatus censet hic denotari Matthæum & Marcum Evangelistas. Verum hi sunt pauci, non multi tantumq; duo. Quare Lucas videtur hic sigillare Euangelia

apocrypha, quæ nomine Matthæi, Thomæ & aliorum Apostolorum, item Nicodemæ, Nazaraeorum, Ægyptiorum, Hebræorum circumferantur, ut dixi in Proemio. COMPLETÆ SVNT] Græcè περιηροφορημένων, quæ vox duo significat: Primò, implere vel completæ sunt: Secundò: certè compertæ sunt, ut vertit S. Ambrosius. Theophyl. Euthym. & recentiores hic. Vnde Syrus vertit, in quibus nos contenti acquiescimus; Vatabl. de certo compertis Audi,

Audi S. Ambrosium: Fundatus in parva, & qui omnem fidei sumpsit plenitudinem firmamentumq; constantia, rectè dicit. Quæ in nobis sunt rerum.

VERS. 2.

SICVT TRADIDERUNT NOBIS, QVIA AB INITIO IPSI VIDERUNT, ET MINISTRI FVERVNT SERMONIS] Græcè eleganter & nervosè, ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ἡμετέρας ἡρώδης ὁ λόγος, id est, qui fuerunt oculares spectatores & ministri verbi, vel sermonis: quod Primò, de Christo accipias, ipse enim est Verbum Patris æterni, q. d. Sicut tradiderunt nobis Apostoli, qui Christum ipsum viderunt, illique ministrarunt. Secundò, de communi sermone & prædicatione. q. d. Sicut tradiderunt qui viderunt gesta Christi, & ab eo missi ministrarunt ipsi in sermone & prædicatione Evangelij, atque, ut ait Titus, qui doctrinam quam salvator profeminaverat subservierunt. Hoc est quod ait Ioannes epist. 1. cap. 1. v. 1. Quod fuit ab initio, quod audimus, quod vidimus oculis nostris, quod persequimur, & manus nostræ contractaverunt de verbo vitæ, quod, inquam, vidimus & audimus, annunciamus vobis. Priorem sensum assert S. Hieronymus præfatione in Matth. posteriorem ceteri, qui & priore planior ac simplicior est, et si eodem uterque redeat.

VERS. 3.

VISVM EST ET MIHI ASSECVTO (græcè, παρασπασθῆναι) id est, affectato & studiosè inuestiganti, ideoque affectato. Aliter Syrus, qui fuerim impendè proximus illis) OMNIA A PRINCIPIO DILIGENTER, EX ORDINE, græcè κατ' ἄρτην, id est Primò, deinceps; Secundò, distinctè ex ordine, scilicet ut primò describam Christi conceptum, deinde natiuitatem, mox vitam, demum mortem, & resurrectionem, TIBI SCRIBERE, OPTIME (Syrus, καθ' ἰσχυρίσιν) THEOPHILE] Theophilus hic, ad quem Lucas scripsit Euangelium, deinde Acta Apostolorum; fuit vir nobilis & primarius Antiochiæ, qui à S. Petro ad Christum conuersus, domum suam in ecclesiam consecrari voluit, in qua sanctus Petrus conuentus Christianorum agens, primariam suam cathedram posuit, ut narrat S. Clemens Roman. lib. 10. Recogn. c. vit. ita coniectat Baronius, scilicet Lucam Antiochenum medicum & pictorem, ad Theophilum quasi ciuem & familiarem suum hæc scripsisse. Addit Theop. Theophilum hunc Lucæ fuisse discipulum, vel catechumenum S. Petrus enim eum solus non sufficeret turbæ ad Christi fidem confluenti, multorum operâ utebatur ad eam catechizandam, & erudiendum fideles. Vide dicta Actor. 1. 1.

Porrò Theophilus vocatur Optimus, id est, Optimus, græcè βέλτερος, id est, præstantissimus, excellentissimus, quod erat epithetum prælidum & magistratum, ut Festi, Felicis, &c. vide dicta Actor. 23. v. 26. Theophilus ergo hic videtur fuisse senator, vel Præses Antiochiæ. Sic Traianus Imp. gaudebat titulo optimi præ ceteris, licet magis honorificis elogiis.

VERS. 4.

VT COGNOSCAS EORVM VERBORVM. DE QVIBVS ERVDITVS ES, VERITATEM] Græcè ἀποφάσειν, id est certitudinem, securitatem, firmitatem, soliditatem, q. d. Ut cognoscas ea quæ de Christo edoctus es, esse certissima, firmissima & solidissima.

VERS. 5.

FVIT IN DIEBVS HERODIS, REGIS IV. DÆÆ, SACERDOS QVIDAM, NOMINE ZACHARIE, in Lucam.

ACHARIAS, DE VICE ABIA: ET VXOR EIVS DE ELIABVS AARON, ET NOMEN EIVS ELIZABETH] Præmittit Lucas nomen Herodis, tum ut designet tempus, quo natus est Ioannes æquè ac Christus: sic enim in Festis nomine Consulùm & Imperatorum, res gestæ & natales virorum illustrium consignantur: tum ut indicet iam defecisse sceptrum à Iudæa, ac transfatum esse ad Herodem alienigenam, ideoque instare tempus aduentus Messia, siue Christi Iudæis promissi, iuxta oraculum Iacob Genes. 49. 10.

Fuit hic Herodes eius nominis primus, ceterorum pater & auus, cognomento Magnus, gente Idumæus, patriâ Ascalonica, indole tyrannus, sæuitiâ infanticida. Occupavit ipse fauore Cæsaris & Romanorum regnum Iudææ, sed Christus ipsum eiusque posteros hoc regno deiecit, omnemque eius progeniem licet numerosissimam intra centum annos, teste Iosepho l. 18. cap. 7. totam, paucis exceptis, aboleuit, ac sibi omni iure debitum Israelis regnum, sed spirituale & sanctum vendicauit.

Hinc appositè vocatus est Herodes. Herodes enim syriacè idem est, quod draco ignitus, græcè verò idem quod heros Plutonis, vel principis inferni: heros enim est heros, ἄδης est Pluto vel infernus. Hebraicè denique Herodes idem est quod pelliceus vel gloriosus, ait S. Isidor. lib. 7. Etymol. cap. 10. Herodes enim idem est, ait Pagninus in Nomin. Hebr. quod pellis gloriæ, aut pellibus glorians, vel mons gloriæ siue arrogantia. ἄρ̄ or enim est pellis, ἄρ̄ bar mons, ἄρ̄ had gloria. Rursum Herodes, ait Pagninus, idem est quod conceptus triturationis: ἄρ̄ ἄρ̄ bara enim est concipere, ἄρ̄ ἄρ̄ dus, viturare: quia Herodes trituravit & occidit infantes conceptos & natos in Berthelem: quocirca & ipse cum tota sua progenie intra centum annos trituratus, & ex orbe excussus est.

SACERDOS] legalis & Aaronicus. ZACHARIAS] Fuit hic sacerdos, pariter & Propheta, ac plenus Spiritu sancto, ut patebit v. 64. & 67. Vnde & Sanctis adscriptus legitur in Martyrol. Romano ad diem 5. Nouembr. vbi Baronius secutus Origen. Nyssenum, Cyrillum & Petrum Alexandr. censent hunc Zachariam esse Martyrem, occisum ab Herode inter templum & altare, ideoque esse illum de quo agit Christus Matth. 23. 35. caput eius Romæ in basilica Lateranensi seruat & ostenditur, ex quo per dies aliquot olim sanguinem manasse tradunt. Ibi illud vidi & veneratus sum. Porrò Zacharias hebr. idem est quod memoriale Domini, quia canit memoriale testamenti sui sancti, ait Isidor. lib. 7. Etymol. c. 8.

DE VICE ABIA] Syrus, ex ministerio domus Abiæ Arabicus, de ministerio familiae Abiæ q. d. De classe illa sacerdotum, cuius tempore Davidis princeps erat Abia. David enim videns posteros Aaron sacerdotes exercere in ingentem multitudinem, ita ut omnes simul sacrificare & ministrare in templo non possent, eos distribuit in 24. familias siue classes, ita ut ordinatè quilibet classis per hebdomadam vnam successivè deserviret templo. Ne autem lis esset inter eos de ordine quæ esset prima, quæ secunda, quæ tertia, &c. licet hanc sorte diremit: iecerunt enim hæc

familia fortem, & cui fors prima exiit primum obtinuit locum, cui secunda secundum, & ita deinceps. In hac autem fortitione octauus locus, & octava classis obtigit Abia & posteris eius, qualis erat Zacharias. Hæc omnia patent: Paral. 24. cap. 1. & 4. Reg. 11. v. 6. 7. 9. Vnde Ioseph. 7. Antiq. cap. 11. sic ait de Davide: Sacerdotum viginti quatuor cognationes inueni, insinuat, ut quisque cognatio ministraret Deo per dies octo a sabbato usque ad sabbatum, ad euitandam confusionem, æmulationem, lites & iurgia sacerdotum.

ET VXOR EIVS DE FILIABVS AARON] Poterant sacerdotes ex alia tribu ducere vxorem, quia nullam habebant hereditatem in terra Israel (vti habebant cetera tribus) quæ per coniugium vxoris (si illa, deficiente prole mascula, esset heres sui patris) haberent viro alterius tribus ad illam tribum transiret, itaque hereditatum & tribuum fieret confusio, quod lege erat veritum. Zacharias tamen religiosior duxit vxorem suæ tribus sacerdotalis, puta de filiabus, nõ tantum Levi, sed & Aaron, quia scilicet esset filia non Liuitæ, sed sacerdotis: omnes enim posterii Aaron fuere sacerdotes; ceteri verò posterii Levi, (qui fuit abauus Aaronis) fuere Leuitæ. Causam dat Euthymius: *Demonstrauit*, inquit, quod præcursor à sacerdotali descendit tribu nõ secundum patrem tantum, sed etiam secundum matrem, & utriusque sacerdotis erat. Quare insert S. Ambrosius: *Non solum à parentibus, sed etiam à maioribus sancti Ioannis nobilitas propagatur, non seculari potestate sublimis, sed religionis successione venerabilis.* Vocata est Elisabeth, ab vxore primi pontificis Aaron, quæ fuit soror Nahafon principis in tribu Iuda: hæc enim dicta fuit Elisabeth, Exodi 6. 23. Porro hæc Elisabeth fuit sancta, imò prophetissa & plena Spiritu sancto, vt patebit v. 41. Vnde eius memoria recolitur in Martyrologio Romano die 5. Nouembris: hinc eius nomen cum sanctitate assumpserunt, S. Elisabeth filia Andrea regis Hungarorum, cognomento Mater pauperum, eiusque neptis S. Elisabeth regina Portugallia, mater omnium deinceps regum Hispania æquæ ac Lusitania.

ET NOMEN EIVS ELIZABETH] Zacharias hebraicè idem est quod *recordatus est Deus*, vel *memoria Dei*: Elisabeth idem est, quod *Dei iramentum* vel *septrum* & *dominium* vel *quies* vel *saturitas*; q. d. Deus memor iuramenti sui hos coniugio inter se copulauit, vt septrum domus David erigeret, & quietem, ac copiam & saturitatem suis largiretur, vt sine timore de manu inimicorum suorum liberati, seruirent illi in sanctitate & iustitia coram ipso Lucae 1. v. 69. Ita S. Hieron. 1. 7. Etymol. c. 10. *Elisabeth*, ait, interpretatur *Dei mei saturitas*, vel *Domini mei iramentum*.

VERS. 6.

ERANT AVTEM IUSTI AMBO ANTE DEVM] Multi apparent iusti coram hominibus, sed pauci ante Deum; quia homines faciem intuentur, Deus verò & cor & conscientiam. Ita S. Ambr. & Titus. Verè dicebat S. Franciscus: *Tantus est quisque quantus est apud Deum, & non amplius.* Dei enim iudicium est verissimum, & certissimum, hominum verò sapè fallit & fallitur.

INCEDENTES IN OMNIBVS MANDATIS, ET IUSTIFICATIONIBVS DOMINI SINE QUERELA]

id est, obseruantes omnia Dei mandata, hoc est præcepta decalogi moralia, & iustificationes, id est, præcepta ceremonialia; scilicet sacrificia, iustificationes, ceterosque sacros ritus lege Dei præscriptos.

Nota. Deus Hebraeis per Moysen triplicia dedit præcepta. Prima hebr. vocantur *מצוות מוסרי*, id est, præcepta moralia, quæ continentur duabus decalogi tabulis, continentque iura naturæ; quæ Deo & quæ proximis præstare debemus.

Secunda vocantur *מצוות מוסרי*, id est, iudicia aut iudicialia: quæ spectant iustitiam & politiam humanam, ac maximè concernunt principes vt iustitiam administrent, quales apud Christianos sunt leges ciuiles.

Tertia vocantur *מצוות עבודה*, id est, statuta, decreta, sancita à Deo, puta ceremonialia; scilicet sacrificia & sacri ritus ad Deum ritè colendum: hæc hic & alibi vocantur *iustificationes*, ait Euthymi, & alij: idque Primò, quia qui illa obseruant & implent, taciunt quod maximè æquum & iustum est, scilicet Deo exhibere latram, & cultum illi omni iure debitum & proprium. Sic enim religio, est maxima & transcendens iustitia. Secundò, quia per hæc horumque obseruationem olim in lege veteri iustificabantur legaliter: qui enim illa implebant, à Synagoga censentur iusti, verique Israelitæ & fideles, idque non tantum ab hominibus, sed & à Deo, si ex vero pietatis & amoris Dei affectu illa obirent: *Factores enim legis iustificantur*, Rom. 2. 13. Scito, ait Theophyl. quod *mandatum iustificatio nominari potest, utpote iustum faciens hominem.*

SINE QUERELA] Græcè *ἀμεμολοῖς*, id est, inculpabiles, irreprehensibiles; Syrus, *inculpatè*; Arabicus, *sine macula*. Nota hic fideles posse, imò debere obseruare omnia Dei mandata, quare illa seruatu esse possibilia, non impossibilia, vt blasphemat Calvinus, qui hic mirè se torquet, ac tantum non dicit Lucam Euangelistam mentiri.

Porro *sine querela*, ist est, sine crimine & peccato mortali. Venialia enim omnia iustus in hac vita euitare nequit. Ita S. August. epist. 95. & tr. 42. in Ioannem post medium.

ET NON ERAT ILLIS FILIVS, ED QUOD ESSET ELIZABETH STERILIS (natura & complexionem suam) ET AMBO PROCESSISSENT IN DIEBUS SVIS] putà essent grandæui & senes, quando homines deficiente calore desinunt generare. Dicit hoc, vt ostendat Ioannè ex iis nõ naturaliter, sed per Dei donum & miraculum fuisse progenatum, æquè ac fuere alij Sancti eximij, vt Isaac, Ioseph, Samuel. Audi S. August. serm. 3. de S. Ioanne Baptista: *Erat quidem S. Elisabeth sterilis corpore, sed secunda virtutibus: partus eius non ablatu, sed dilatus, donec pertransiret tempus carnis, passio corporis, coniugij necessitas, voluptatis causa, cupiditatis sensus, & totum quod humanam confundit, grauat, onerat conscientiam. Numidabat enim longo tempore sacrificij domus, sanctitatis hospitium metatum metatoris Christi, angeli domicilium, aula Spiritus sancti, Dei templum.* Et paucis interiectis: *Demique ubi tota corporis sedata est querela, & in toto facti sunt sine querela, vox sterilitatis fugit, reuiuiscit senectus, fides concipit, parit castitas, nascitur m. iox*

VERS. 7.

maior homine, par angelis, iuba cali, præco Christi, arcumum patris, filij nunciu, signifer superni regis, peccatorum venia, iudeorum correctio, vocatio Gentium, & vt proprie dicam, legis & gratia fibula, que diploidem summi sacerdotis sancto patri iungebat in corpore.

VERS. 8.

FACTVM EST AVTEM CVM SACERDOTIO FINGERETVR IN ORDINE VICIS SVÆ] quæ erat octaua, & à primo eius parente dicebatur Abia, vt iam dixi. Vnde Arabicus vertit, *in diebus ordinis ministerij sui* ANTE DEVM.

VERS. 9.

SECVNDVM CONSVETVDINEM SACERDOTII, SORTI EXIIT, VT INCENSVM FINGERET] vt thymiamata, quod quodotidie bis, scilicet mane & vespere ex lege Deo adolendum erat] INGRESSVS IN TEMPLVM DOMINI.

SORTI] Id est, vice sua, ait Beda, quæ suæ familiæ, scilicet Abiæ, primitiis sorte obtigerat, vt scilicet ordine esset octaua: tunc enim suæ vice cum ad ministrandum in templo vocabant. Verum vers. 8. huius vicis facta est mentio: quare fors de qua vers. 9. alia est à vice, vicemque magis particularim limitat & determinat, q. d. Cum Zacharias ordine vicis suæ vt sacerdos ministraret in templo, inter varia sacerdotis officia sorte, id est fortitione, ei obigit officium adolendi incensum. Sacerdotes enim, vicis siue classis Abia, quia erant multi, hinc sortiebantur, quid quisque in templo ageret, & quod munus obiret. Quatuor enim præcipua erant sacerdotum munia, ut pater Exodi 30. primum erat sacrificare, victimasque macrare & immolare: secundum, accendere lucernas in candelabro septicipiti: tertium, die sabbati ponere novos panes duodecim in mensa panum propositionis subduclis veteribus; quartum, adolere incensum in altare thymiamatis. Hoc quartum ergo hic per fortitionem obigit Zacharia, tria cetera verò aliis sacerdotibus eiusdè classis Abia. Aliis enim per sortem erat sacrificandum, aliis accendenda lucerna, aliis panes propositionis consociendi & proponendi in mensa Dei; Zacharia verò sorte obigit suffumigare thymiamata, siue illud per suffitum Deo offerre. Id clarè patet ex Græco *ἐλάχη τῆς θυμιάσεως*, id est, *sortitus est, siue sorte consecutus adolere incensum*; Syrus, *obuenit ei vt componeret suaves odores*; Arabicus, *cum eo temporis suum esset ponere incensum*, putà thymiamata, quod ex quatuor rebus odoriferis, scilicet stacte, onycha, galbano & thure commistum & compositum erat, Exodi 30. 34. Vide ibi dicta.

Quatuor munera sacerdotum.

An Zacharias fuerit summus pontifex?

Quare Zacharias non fuit pontifex (hoc enim non tacuisset hic Lucas) sed communis sacerdos, vt docent I. Yranus, Toletus, Maldonatus, Baronius, Salmeron Abulensis, Ianfenius, Carthusianus, Caietanus, ac Suarez 3. p. tom. 2. disp. 23. lect. 1.

Moraliter hic discit, angelos apparere dum versamur in locis rebusque sacris, ac Deum vel per se vel per angelos animæ loqui, cum versamur in oratione, sacrificio, similitue Dei cultu, vti hic angelus apparuit Zachariae adolenti thymiamata; eique latissimum de nascituro Ioanne & Christo nuncium attulit.

Angeli assistunt sacris faciant.

VERS. 10.

ET OMNIS MULTITVDO POPVLI ERAT ORANS FORIS HORA INCENSI] Scilicet in atrio extra Sanctum fuit templum, hoc enim solis sacerdotibus ingredi licebat. Ante Sanctum ergo erat atrium duplex: prius interius sacerdotum continens altare holocaustorum, in quo victimæ sub dio cremabantur; posterius exterius laicorum, qui ex suo hoc atrio eminens spectabant sacrificia à sacerdotibus immolata in altari holocaustorum; thymiamata verò & altare thymiamatis, quod erat in Sancto vndique obrecto, videre non poterant.

HORA INCENSI] Græcè *θυμιαματις*, cum scilicet, sacerdos thymiamata in altari subiecto igne cremabat & suffumigabat in honorem cultumque Dei; Omnium enim gentium ritu thura Deo adolentur.

Atrium in templo duplex.

VERS. 11.

APPARVIT AVTEM ILLI ANGELVS (Gabriel) UT PATET V. 19.] DOMINI, STANS A DEXTRIS, ALTARIS INCENSI] A dextris, Primò, quia profepa & bona nunciaturus aduenerat, ait Euthym. Secundò, quia diuine insignie misericordie deservabat, ait S. Ambrosius, *Domini enim à dextris est mihi, ne commouear.*

Discit hic, angelos altaribus, sacerdotibus & sacrificiis assistere, eisque cooperari, vt iis Deum colant, honorent & adorent; qua de re in Vitis Sanctorum plura extant exempla, quorum nonnulla recensui Exodi 29. v. 38. Leuit. 9. v. vlt. Nu. 4. in fine capituli.

VERS. 12.

ET ZACHARIAS TVRBATVS EST, VIDENS] tum ob nouam & insolitam visionem, tum ob decorem & maiestatem angeli apparentis: apparuit enim specie angustâ & caelesti, quam infirmitas humana vix oculis intueri poterat: quia homo carum virum non est, ait Titus vt *ciusmodi peregrinum inuistatunq; visum citra commotionem ferre valeat. Perturbamur*, inquit S. Ambrosius, *& à nostro alienam affectu, quando præstringimur alienius superioris potestatis oculo.*

Sic Daniel c. 10. 8. apparente sibi eodem Gabriele Archangelo, ait: *Et non remansit in me fortitudo, sed & species mea immutata est in me, & emarcui, nec habui quidquam virium.* Hinc indicium boni angeli est, si primò terreat, deinde exhilaret: mali verò, si initio exhilaret, deinde motum efficiat. Vnde S. Antonius teste Athanasio in eius Vita, *Si post timorem, inquit, succedit gaudium, à Domino est visio: securitas enim animæ, præsentis maiestatis indicium est: si verò inesset formido permanst, hostis est qui videtur.*

Bonus angelus apparuit initio terret, deinde exhilarat: contra malus.

VERS. 13.

AIT AVTEM AD ILLVM ANGELVS: NE TIMEAS ZACHARIA, QUONIAM EXAUDITA EST DEPRECATIO TVA, QUÀ DEVM PRECATVS ES NON

pro habenda prole: de ea enim vsque adeo des- perabat, ait S. Augustinus, vti nec angelo promit- tenti crederet v. 20. sed quã vt sacerdos orasti pro peccatis populi & aduentu Messia: nam de eius aduentu Zacharias inferius vers. 69. cum iam natus esset Ioannes, gratias agit, cum Dei instinctu cognosceret Ioannem fore paronym- phum Messia: id est, præcursores Christi, vti mox hie illi promittit angelus. Sensus ergo est: Exaudita est, ô Zacharia, deprecatio tua, quã quasi sacerdos precatus es pro salute populi, & eius Saluatore Messia, is enim propediem nasce- tur. Insuper Deus, qui merita supplicum exce- dit & vota, dabit tibi filiũ, qui eius sit Prophe- ta & præcursor. Ita Beda, Euthymius, Theophi- hic, & S. August. l. 2. de Consensu Euang. c. 1. & S. Chryl. homi. de Natiuitate S. Ioannis to. 2.

Secundò, tamen, non malè nonnulli censent hanc Zachariae deprecationem fuisse pro ha- benda prole, si intelligas illam à Zacharia non hoc tempore, sed olim cum iunior ipem prolis haberet, fuisse susam: nam omnia sequentia prolem hanc explicant.

ET Vxor tva Elizabeth pariet tibi filium, et vocabis nomen eius Ioannem. Cur Ioannem? Resp. quia Ioannes, ait Maldonatus, hebr. idem est quod gratiosus, vel, vt Pagnin. Do- mini domus vel misericordia. Isidor. lib. 7. Etymol. c. 8. Ioannes, inquit, interpretatur Domini gratia, eò quod sit limes prophetia, præannunciator gratia, sine in- itium baptismatis, per quod gratia ministratur. Rectè, sed non præcisè: sic enim potius vocandus fuis- set Hanania, quàm Ioannes: *hanina* enim siue *chanina*, significat gratiam. Propriè ergo & præcisè Ioannes hebr. *Iehochanan*, & crasi *Iobanan* (vnde Syrus vertit, *Iouchanon*) idem est quod *Deus misertus est*, *Iehona* enim, & crasi *ia*, nomen pro- prium est Dei: *chanan* verò vel *banan* (vnde paret Ioannes scribendum fore per aspiratio- nem h, non Ioannes) idem est quod *misertus est*, gratiam exhibuit, idque fecit Deus primò & pro- ximè, cum, vti præcessit, exaudiuit Zachariae de- precationem, quæ hebr. dicitur *techimma*, ab eadem radice *chanaan*.

Secundò, eò quod iam Deus misertus esset populi destinando Messia: præcursores, scilicet Ioannem, & propediem mittendo ipsum Mes- siam, per Christum enim, non per Mosè & le- gem gratia & veritas facta est. Ioan. 1. 17. Sic fi- lius Annæ dictus est *Samuel*, id est *postularis*, & impetratus matris lacrymis à Deo ad salutem totius populi, 1. Regum. 1. 20.

Tertiò, Deus etiam Ioannis misertus est, im- plendo eum suã gratiã copiosã & multiplici, ait Beda, Iansenius, & Maldon. quã eum effecit Is- raelis doctorem, Prophetam, virginem, ana- choretam, Martyrem, ac Christi indicem & præcursores. Fuit ergo Ioannes quasi filius Charitum, filius inquam gratiarum in quo scilicet expoliendo, ornando & condecorando omnes Charites, Omnes gratiæ Dei, conspiraf- se videantur.

Nota hic trium nominum triplex mysteri- um: nam *Elizabeth*, id est, iuramentum Dei promittentis, & *Zacharias*, id est, memoria Dei, me- moris sui promissi, pariunt nobis *Ioannem*, id est, Dei misericordiam & gratiam.

ET ERIT GAVDIVM TIBI, ET EXULTATIO. VERS. 14. ob filium Ioannem, tanto miraculo ad tanta natum, q. d. Iste filius erit tibi multilque aliis causa summi gaudij & exultationis. Causam subdit:

ERIT ENIM MAGNVS CORAM DOMINO Iu- VRS. 15. ius solius, vt pote optimi & maximi, est æstima- re & iudicare quid magnum sit, quid medio- cre, quid paruum. Ipse ergo solus verè & abso- lute magnus, nouit illa, quæ verè sunt magna. Multi, ait Theophyl. magni dicuntur, sed coram hominibus, qui parui parua magni æsti- mant, at Ioannes magnus fuit coram Domino qui magnus magna ponderat.

ERIT MAGNVS] Primò, sanctificatione in v- tero matris; Secundò, profundissima humilitate; Tertio, castitate eximia; Quarto, poenitentia exemplari; Quintò, zelo Seraphicò; Sextò, vitã totã, quæ non tam humana fuit quàm angelica, adeò vt Ioannes à Iudæis & Scribis putaretur esse Messias; Septimò, prophetiã sublimi; Octa- uò, vitã eremiticã; Nonò, officio prædicatoris & præcursoris Christi; Decimò, martyrio no- bilissimò. Vide 28. priuilegia Ioanni concessa, quæ hie enumerat noſter Barradius. In omni- bus hisce dotibus Ioannes fuit magnus, quia eas habuit non in communi & quali quali, sed magno, singulari, & eminenti gradu. Vnde illi meritò accinit Ecclesia:

O nimis felix, meritũ celsi, Nesciens labem nunci pudoris, Præpotens Martyr, memorumq; cultor, Maxime natum,

ET VINVM ET SICERAM NON BIBET] Sicerã significat omne id quod inebriare potest, vti vertit S. Hier. Leuit. 10. 9. & alibi: *šachar* e- nim est inebriari; *šicor*, ebrius; *šicbar*, id quod inebriat, sicera. Vno & sicera abstinere proprium erat Nazaræorum, qualis ex hoc loco per omnem vitam videtur fuisse Ioannes, q. d. Ioannes per omnem vitam erit Nazaræus & consecratus Deo. Vide Nu. 6. Ioannes, ait S. Ambrosius, delicias hominum corporis que las- ciuiam magnã animi virtute depreſſit.

ET SPIRITV SANCTO (Syrus, Spiritu sanctita- tis) REPLEBITVR ADHVCEX VTERO MATRIS SVÆ] quando, vt ait Glossa intrante Virgine, exultauit in vtero genitricis, & præcursoris offi- cium quoad potuit impleuit, vt patebit v. 41. & 44. Fuit ergo Ioannes, prius Spiritu Dei rena- tus quàm ex matre natus.

EX VTERO] Arabicus, in vtero, q. d. Ioannes incipiet esse sanctus ab ipſo matris vtero, talif- que durabit semper ad finem vitæ suæ.

Quæres, An Ioannes verè & realiter in vtero à peccato originali sit purgatus & iustificatus? Negat S. August. epist. 57. ad Dardanum, & S. Hieron. in cap. 1. Ieremias: aiunt enim ipsi Ioan- nem æquè ac Ieremiam dici in vtero sanctifica- tos, non reipſa, sed secundum Dei prædestina- tionem dumtaxat; quia scilicet ad sanctitatem futuram à Deo erant destinati, vt idem hic di- catur de Ioanne, quod Apostolus de se ait Ga- lar. 1. Qui me segregauit ab vtero matris meæ, &c. Ratio S. Augustini est, quia renasci præsuppo- nit nasci: atqui Ioannes in vtero existens nec- dum erat natus; ergo non potuit tum renasci reipſa,

Ioannes ety- mon.

Ioannes mag- nus cur?

Ioannes præ- cessit Chri- stum sex- tu- pit. iter.

An Ioannes in vtero sanctifica- tus.

reipſa, sed tantum secundum Dei prædestina- tionem.

Verum contraria est communis sententia Pa- trum, S. Athanasij, Cypriani, Cyrilli, Ambrosij, Gregorij, Bernardi, quos citat & sequitur Toletus, Barradius, Iansenius, Franc. Lucas & alij passim. Prob. Primò, quia id clarissimè hie promittit Ioanni angelus, dicens: *Et Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris sue*, q. d. Ab vtero erit sanctus, imò plenus Spiritu sancto. Secun- dò, quia Ioannes ad salutationem B. Virginis in vtero credidit in Christum, eum adorauit, dile- xit, & præ gaudio exiit, vt dicam v. 44. Tunc enim quando visitatus & salutatus est à B. Vir- gine, sexto mense à conceptione sua, hæc mira sanctificatio ei contigit. Idem priuilegium S. A- thanasius, S. Bernard. & alij tribuunt Ieremias, vt patet Ieremias 1. v. 5. Vide ibi dicta. Ad ratio- nem S. Augustini, Resp. hominem, vt per gra- tiam renasci possit, ceteri nati quando concep- tus in vtero, à Deo animam & vitam accep- tit: tum enim vti nascitur cum peccato origi- nali, ita & per gratiam ab eo expiari & renasci potest, imò & baptizari, vt patet si infans in vte- ro matris existens baptizetur, siue mortuũ & discissã matre, siue eã viuente, v. g. si infans ma- num vel pedem foras emittat, qui aquã abluui pos- sit, vt habet praxis Ecclesiæ.

ET MULTOS FILIORVM ISRAEL CONVER- TET AD DOMINVM DEVM IPSORVM] Scilicet ad Messiam, siue Christum. Vnde contra Arria- nos patet Christum esse Deum. Hinc Beda, Pa- ter, inquit, Christum Deum esse Isracl: in eius enim fide Ioannes baptizat.

ET IPSI PRÆCEDET ANTE ILLVM IN SPI- RITV ET VIRTUTE ELIÆ] Non dicit, in anima Eliæ, ait Origenes, sed, in spiritu & virtute, quia, vt ait S. Ambrosius, numquam sine virtute spiri- tus, nec sine spiritu virtus: omnis enim vis & virtus est à Spiritu sãcto, iuxta illud: *Spiritus san- ctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi*, Lucæ 1. 35. Præcedet ante illũ, scilicet Domi- num Deum, putã Christum Dei filium. Ioannes enim præcessit Christum, Primò, nascendo; sex- mensibus enim ante Christum vti conceptus, sic & natus est: Secundò, baptizando, quia prius baptizauit quàm Christum; imò Christum bap- tizaturum prior ipse baptizauit: Tertio & ma- ximè: prædicando poenitentiam, vt viam sterne- ret Christo: Quarto, digito demonstrando Ie- sum, ipsumque esse Messiam & Agnum Dei qui tolleret peccata mundi, asserendo: Quintò, mori- endo per martyrium ante Christum; Sextò, descendendo ad patres in limbum, cuiusque Chri- stum propediem affore, colque liberaturum, a- nunciando. In hisce enim omnibus Ioannem præeuntem secutus est Christum.

IN SPIRITV ET VIRTUTE] Id est, in spiritu virtutis, id est, roboris & efficacitatis. Græcè e- nim est, *δυναμεις*, non *ἀρετῆν*. Est hendiadys, q. d. Sicut Elias excelluit, & in fine mundi excellit spiritu robusto & efficaci ad certandum contra Antichristum, vt Iudæos, ceterosque ab eo con- uerterat ad Christum: sic prius excellit eodem spiritu potenti Ioannes, vt per suam prædicatio- nem, & vitæ sanctissimã exemplum Iudæos du- ros moueat ad poenitentiam, itaque eos ad Christi baptismum & gratiam præparet.

Nota, Spiritus virtutis Ioannis fuit similis Eliæ. Primò, in vitæ austeritate: Ioannes enim locustis vescabatur, & pilis camelorum quasi cilicio, ac zonã pelliceã vestiebatur, æquè ac Elias. Secun- dò, vterque degebat in solitudine, erãtque eremi- ta. Tertio, in paupertate & mundi contem- tu. Quarto & aptius, in zelo, libertate & ardo- re prædicandi, quo vterque multos Israelitas ad poenitentiam, & Deum Christumque conuertit, & Elias rursus in fine mundi conuertet, iux- ta illud Eccli. 48. 1. *Surrexit Elias quasi ignis, & verbum ipsius quasi facula ardebat*. Simili enim mo- do de Ioanne ait Christus: *ille erat lucerna ardens & lucens*, Ioan. 5. vers. 35. Ecce hie est spiritus virtutis Eliæ. Quintò, in fortitudine & passione. Sicut enim Elias fortissimè certauit cõtra sacer- dotes Baal, eorumque fautores Achab & Ieza- bel reges, 3. Regum cap. 18 & 19. & rursus in fine mundi certabit contra Antichristum eius- que assecias, ac multa ab eis passus est, & patie- tur atque tandem occidetur, eritque Martyr. Sic pariter Ioannes certauit contra Herodem & Herodiadem, ab eisque capite truncatus mar- tyrij lauream obrinuit.

Spiritus ergo virtutis duo significat, scilicet potestatem & efficacitatem bene operandi, ideo- que aduersã quauis fortiter perferendi, quæ vtraque similis fuit in Ioanne & Eliã. Magis autem comparatur hie Ioannes Eliã venturo quàm præterito, quia scilicet sicut Elias magno spiritu & efficacitate præbit secundum Christi aduentum, vt infideles debelleret & conuertat ad fidem: sic pariter Ioannes eodem spiritu, & ef- ficacitate præbit primum Christi aduentum, vt conuertat corda patrum ad filios, & incredulos ad prudentiam iustorum, vt explicans hie subiicit Gabriel, & Christus Matth. 11. 14. idque soler- ter aduertunt & annotant hie S. Ambrosius, Beda, Theophyl. Titus, & S. Gregorius homil. 7. in Euangel. qui sic explicat *in spiritu & virtu- te Eliæ*, q. d. Sicut ille præco venturus est iudicis, ita & iste præcurſor est factus redemptoris. Audi S. Am- broſium: *In spiritu & virtute Eliæ: quia scilicet Eliã & virtutem magnam habuit & gratiam, vt ad fidem animos populorum à perfidia reuocaret; virtu- tem abstinentiæ atque patientiæ, & spiritum prophe- tandi. In deserto Eliã; in deserto Ioannes. Ille corpus pascebatur; hic dumis, & calcatã omni volucribus illecebrã, parsimoniam prætulit, luxuriam contemp- pit. Ille Achab regis gratiam non quaesuit; hic spre- uit Herodis. Ille Iordanem diuisit; hic ad Iordanem salutare conuertit. Hic cum Domino versatur in ter- ra: ille cum Domino apparuit in gloria. Hic prius; ille sequentis Domini præcurſor aduentus. Ille post tricenarium plus à terram rigauit, & hic post trien- nium arescentem nostri corporis humani fidei imbre perfudit, &c.*

Denique aptè ad hunc spiritum virtutis, id est, fortitudinis, Ioanni deferendum missus est angelus Gabriel, qui hebr. idem, significat quod fortitudo Dei, vt scilicet ipse suam, quam ex Deo hausit fortitudinem, hoc oraculo Ioanni aspi- ret.

VT CONVERTAT CORDA PATRVM IN FI- LIOS] vt scilicet Abraham, Isaac, Iacob, ceteri- que Patriarchæ bene afficiantur posteris suis Iudæis, viuentibus tempore Ioannis & Christi. Fecit id Ioannes, eos verbo & exemplo inci- tando

Ioannes si- milis E. 1. Primò. Secundò.

Tertio. Quarto.

Quintò.

C

D

ratio, ut fidem & pietatem patrum suorum imi- tentur: sic enim patres agnouerunt filios suos, legitimos sui imitatores, Deique veri cultores, dum in id qua senserunt patres, consentient & filij ait S. August. S. Hieron. & Beda. Vide dicta Malach. 4. v. 6. Ex Malachia enim hæc verba petita sunt, qui ad literam loquitur de Elia, typicè de Ioanne, ubi de utroque fusè hæc verba expli- cui, quare ea hic non repetam.

ET INCREDULOS (græcè, ἀπισθεις, id est, ut Syrus, inobediētes, scilicet legi, & præceptis maio- rum ac Christi) puta Iudæos conuertet Ioannes AD PRVDENTIAM (Syrus & arabicus, scientiam) IUSTORVM] id est, ad fidem, sapientiam & intelligentiam, ait Euthymius, quam iusti ha- buerunt & habent de Christo, quæ consistit in hoc, ut timeamus & amemus Deum & ecclēstia, non caduca, iuxta Christi doctrinam & vitam. Ita Maldon. Secundò, propriè Toletus. q. d. Fa- ciet Ioannes, ut Iudæi increduli diligenter confi- derent signa aduentus Messia: patribus à Deo data, ac ex iis cognoscant, credantque Christum iam venisse, ipsumque esse hunc Iesum, quem Ioannes Iudæis ut talem digito ostendit. Hoc enim prudentiæ est opus & actus; nam hæc e- rat vox & prædicatio Ioannis: Penitentiam agi- te, appropinquavit enim regnum celorum, Matth. 3. 2. Hæc est scientia sanctorum, Sapient. 10. 10. Vide dicta Malach. 4. 6.

PARARE, ut sic suâ prædicatione & vitæ exēplo paret DOMINO PLEBEM PERFECTAM] Legit interpretēs κατὰ τὴν ἀποκάλυψιν, id est, perfectam; iam legunt κατὰ τὴν εὐαγγέλιον, id est, benè & per- fectè præparatam & instructam, scilicet ad sus- cipiendam fidem & doctrinam Christi, ac per- fectiōem gratiæ, iustitiæ & vitæ Christianæ, à Christo è celo allatam & prædicatam. Vnde Theophyl. vertit, capacem; alij, dispositam ad fidem Christi; Arabicus, parabit Domino plebem iustam.

VERS. 18. ET DIXIT ZACHARIAS AD ANGELVM: VN- DE HOC SCIAM? EGO ENIM SVM SENEX, ET VXOR MEA PROCESSIT IN DIEBUS SVIS] q. d. Ede signum vel miraculum, quo mihi probes tam magna quæ promittis, re ipsa euentura. Tan- ta enim polliceris, ut nudis tuis verbis credere nequea. Hæsitat Zacharias & diffidit promissis angeli, partim ob rerum ab eo promissarum ma- gnitudinem, earumque desiderium: quia eas ad- eò magnas, ut naturæ vires longè superarent, ipse non comparabat eum omnipotentia Dei, so- lo humano spiritu rem metiens: partim quia non omninò certò credebat esse angelum bonum qui hæc promittebat, esto sufficientia sui signa ipsi dedisset angelus, ut patet ex sequent. Vide- tur tamen hæc hæsitatio eius & diffidentia ex a- nimi indeliberatione & inconsideratione pro- cessisse ideoque veniale dumtaxat fuisse pecca- tum, ob quod punitus est & priuatus facultate loquendi. Secus fecit Abraham, qui angelo pro- mittenti sibi ex Sara sterili filium Isaac, illico credidit: quia confortatus est fide, dans gloriam Deo, plenissimè sciens quia quæcumque promissit, potens est & facere, Rom. 4. 17.

VERS. 19. ET RESPONDENS ANGELVS DIXIT EI: EGO SVM GABRIEL, QVI ASTO ANTE DEVM: ET MISSVS SVM (à Deo) LOQVI AD TE, ET HÆC TIBI EVANGELIZARE,] hæc bona nuncia tibi

Zacharia hæsitatio sua tantum venialis.

afferre. Euangelium enim græcè idem est quod bonum nuncium. Vnde Pagninus vertit, & bona annunciam tibi hæc.

QVI ASTO] id est, astare soleo, velut Deo ad omnem eius nutum ministraturus, sicut famuli astant regi, Græcè ἀσπασθῆναι, id est, qui assisti, sci- licet in celo; iam enim ibi ei non asto, sed inde ad te in terram missus sum: licet in terra ange- li quoque astent Deo, eiusque faciem videant: Deus enim est vbique, Matth. 18. vers. 10. Hinc colligas eisdem esse angelos Deo ministrantes & assistentes, licet id negent S. Dionysius Areop. & S. Gregorius: Gabriel enim hic simul astat & ministrat Deo, mittiturque ad Zachariam.

Porrò nō astro significat Gabrielem proximè astare Deo, esseque vnum è septem primariis angelis, qui sunt principes aulæ cælestis, sicut est & Michael, ac Raphael, qui Tobia: ca. 12. v. 15. ait: Ego sum Raphael angelus, vnus ex septem qui astan- tus ante Deum. De his septem angelis multa dixi Apocal. 1. v. 4. Quare licet aliqui, ut Toletus hic censeant Gabrielem esse ex ordine penultimo, qui est Archangelorum, eò quod alibi vo- cetur Archangelus; verius tamen videtur eum esse primo ex ordine, qui est Seraphim, adeo- que esse vnum è primis aulæ cælestis principi- bus, ideoque à multis vocari Archangelum, id est, angelum primarium & principem, imò non desunt qui censeant eum inter Seraphinos esse omnium primum. Ita censet Marcus Viguierus Cardinalis in Decachordo Christiano chordâ 1. cap. 2. idque probat octo rationibus vel potius congruentiis, quas recensui Daniel. 9. v. 21. quæ omnes ad hanc vnam reducuntur: Ad opus sum- mum, inquit, decebat mitti summum angelum: atqui summum Dei opus est Incarnatio verbi: ergo Gabriel hic vers. 26. ad illud nunciandum missus, est summus angelus. Sed hæc ratio non concludit, ut ibi ostendi. Nam communis Theo- logorum sententia est, Michaelē esse supre- mum angelorum omnium, & antagonistam Luciferi, Apocal. 12. v. 7.

Porrò Gabriel, ait S. Hieron. in Nomin. Hebr. in Luca, hebr. idem est quod confortatus me Deus, aut fortitudo Dei, vel virtus mea Deus. Aptè ergo ipse missus est, ut nunciando conceptionem Ioannis afflaret ei spiritum virtutis, id est, for- titudinis Elia: Idem nunciavit conceptionem, & incarnationem Verbi æterni, v. 26. quia hoc opus fuit summæ virtutis, potentiæ & fortitu- dinis Dei.

ET ECCE ERIS TACENS, ET NON POTERIS LOQVI, VSQVE IN DIEM QVO HÆC FIAN, PRO EO QVOD NON CREDIDISTI VERBIS MEIS, QVA IMPLEBUNTVR IN TEMPORIS VO] Theo- phyl. Titus, & S. Ambros. vertunt, & ecce eris sur- dus, & sic clarè distinguitur ab eo quod sequi- tur, Et non poteris loqui, alioqui enim erit tautolo- gia. Licet enim Græcum σιωπῶν, propriè tacen- tem & mutus significet, tamen & surdus eadem voce intelligi potest: sunt enim hæc duo natura- liter inter se connexa, ut qui muti nascuntur, sunt & surdi, ac vice versâ: quocirca Græci surdum eque ac mutum vocant κωφον, Hebræi שָׁמֹן ebe- res, Syri, hares: Zacharias ergo hic effectus est surdus æquè ac mutus. Vnde v. 22. vocatur κω- φος. Hinc & vers. 62. Zacharia: quasi surdo non loquuntur, sed nutibus & signis inuunt cognati

Gabriel ex quo videtur

Gabrielis etymon.

VERS. 20.

& vicini, ut scribat quo nomine velit vocari si- lium recens sibi natum. Ipse ergo quia inobe- diens fuerat, punitur surditate; quia contradi- ctor verbis angeli, mulctatur facultate loquen- di, & taciturnitate plectitur. Incredulitas, ait S. Ambrosius, Zacharia affatum eripuerat & audi- tum. Alterit autem hæc duo passus est, inquit Theo- phyl. quod & non audiret, & non loqueretur: quia enim non obedierat, conuenitur ut surdus sit, & quia contradixerat, ut silet.

VSQVE IN DIEM QVO HÆC FIAN] quo na- scatur tibi Ioannes. q. d. ait Titus: Quia vocem edidisti planè incredulam, propterea voce tantisper orbaberis, donec re iam expleta & nam in credendo tarditatem, & Dei versus agnoscas potentiam. Petie- rat Zacharias diffidens promissis angeli v. 18. ab angelo sibi dari signum Ioannis nascituri; angelus ergo ipsi obsecundans dat signum, quod simul sit pœna, & castiget eius increduli- tatem & contradictionem, scilicet percutiens eum surditate & taciturnitate.

VERS. 21. ET ERAT PLEBS EXPECTANS ZACHARIAM] ut ex Sancto, ubi adoleuerat incensum, eo per- acto rediret ad se in arrium, quod erat ante San- ctum.

ET MIRABANTVR: QVOD TARDARET IPSE IN TEMPLO] Tardaret, partim colloquens eum angelo, partim secum ruminans magnifica eius dicta & promissa.

EGRESSVS AVTEM NON POTERAT LOQVI AD ILLOS (quia erat mutus) ET COGNOVERVNT QVOD VISIONEM VIDISSET IN TEMPLO (ex eo quod viderunt eum mutum, stupentem & atton- nitum), ET (id est, quia) IPSE ERAT INNENS ILLIS (gestibus & signis, quod esset mutus, ac visionem vidisset.) ET PERMANSIT MUTVS] Græcè κωφός, Syriacè hares, id est surdus æquè ac mutus, ut dixi v. 20.

ET FACTVM EST VT IMPLETI SVNT DIES OFFICII (græcè λειτουργίας, id est liturgiæ, hoc est ministerij sacri in templo) EIVS, ABIT IN DOMVM SVAM] quæ sita erat in montanis Iudææ, ut patet v. 39. ubi erat vxor sua Elisabeth.

POST HOS AVTEM DIES CONCEPIT ELISA- BETH VXOR EIVS] Congressus est cū vxore, ait Euthymius, propter promissū factum, silentij flagello edo- ctus, ut angelicis verbis crederet. Porrò concepit E- lizabeth Ioannem sub diem 24. Septembris, quo die multæ Christianorum Ecclēsiæ celebrant conceptionem S. Ioannis. Vnde eandem hoc die in Martyrolog. consignat Vuardus & Mo- janus: nam nono post mense natus est Ioannes die 24. Iunii, ac sexto post mense missus est Gab- riel ad annuntiandum B. Virgini conceptionē Christi, quæ facta est die 25. Martij, ut patet v. 26. & 36. nam à die 24. Septembris vsque ad diem 25. Martij sunt sex menses: quare incen- sum hoc oblatum à Zacharia, eiusque visio & promissio angelica de Ioanne nascituro, paulò ante in festo Scētopegia: siue Tabernaculorum, contigisse videtur. Hoc enim festum celebraba- tur die 15. mēsis Tisri, durabatque per octo dies, ut patet Leuit. 23. 34. & Numer. 29. 12. Tisri au- tem respondebat nostro partim Septembri, par- tim Octobri. Appositè, scilicet ut significaretur Ioannem nasciturum, qui futurus præco Chri- sti, & per eum referandi cali, causa foret com- munis lætitiæ toti orbi: ipse enim docturus eras

Ioannes con- ceptus 24. Septembris.

D

homines, ipsos esse peregrinos in terra, in eaque degere quasi in temporario tabernaculo, & à Deo conscriptos esse ciues cæli, ubi domum æ- ternam & felicissimam obtinebunt. Hæc enim omnia significabat lætissimum Tabernaculo- rum festum, quo cum ramis palmarum gauden- tes Hebræi saltabant & tripudiabant, eò quod ex deserto, ubi per 40. annos in tabernaculis vi- xerant, à Deo inducti essent in terram promissâ Chanaan, in eaque bonis terræ locupletati fo- rent, ut dixi Leuit. 23. 24. Hinc sequitur, Ioan- nem conceptum sub æquinoctium autumnale, natum verò sub solstitium æstiuum, post quod decreverunt dies; Christum ex aduerso concep- tum sub æquinoctium vernum, natum verò sub solstitium hybernium, post quod dies accrescunt; quia ut aiebat Ioannes: Illum oportet crescere, me autem minui, uti solenter aduertit S. August. tract. 14. in Ioannem.

ET OCCVLTAUIT SE MENSIBVS QVINQVE] DICENS [Occultatio hæc signum erat pudoris & verecundiæ: partus enim sui evalescebat ætatem, ait S. Ambrosius, quod scilicet sterilis & anus rei vxoria & coniugio vacasset, donec mense sex- to, ut sequitur, B. Virginem cognatam suâ stan- te virginitate (quod longè magis erat nouum, rarum & mirū) concepisse audiret & vidit; tunc enim in publicum prodians pudorem deposuit: prius ergo per menses quinque pudoris causâ publico abstinuit, licet in secreto cordis & cubi- tuli sui gauderet, sibi que congratularetur de di- uino hoc S. Ioannis conceptu. Sic Sara steriliis accepto nuncio nascituri ex se Isaac, Genes. 18. v. 12. risit occultè, dicens: Postquam concepsi, & domi- nus meus (Abraham maritus) vetulus est, volup- tati operam dabo? Nam, ut ait S. Ambrosius: Senes ab ipsa concluduntur ætate, & in illo intemperantiæ pudore renouantur facere operâ nuptiarum. Vnde il- lud:

Turpe senex miles, turpe senilis amor.

QVIA SIC FECIT MIHI DOMINVS IN DIE- BVS, QUIBVS RESPEXIT AVFERRE OPPRO- BRIVM (sterilitatis, quod illo æuo apud Iudæos ingens erat probrum, & quasi signum maledi- ctionis Dei) MEVM INTER HOMINES] Sic, sci- licet adeò magnificè, stupendè & miraculosè egit mecum Deus, ut me animum & sterilem tan- tà prole fecundaret. Admiratur enim Elisabeth Dei in se beneficentiam, eique toto cordis sinu gratias agit, æquè ac fecit B. Virgo mater Chri- sti effecta, concinens v. 47. Magnificat anima mea Dominum.

IN MENSE AVTEM SEXTO MISSVS EST ANGELVS GABRIEL A DEO IN CIVITATEM GALILÆE, CVI NOMEN NAZARETH] In mense sexto, scilicet à conceptione Ioannis Baptistæ, postquam mater eius Elisabeth occultauit se mensibus quinque, ut dixi vers. præc. Sex mensi- bus ergo iamior fuit Christus Ioanne Baptista: hic enim, ut pote præcursor Christi, illo debebat esse prior & senior. Mensis hic textus non in- choans, sed finiens, aut potius finitus accipi de- bet. Nam à die 24. Septembris quæ conceptus est Ioannes, vsque ad diem 25. Martij, quæ, mis- so angelo ad B. Virginem, conceptus est Chri- stus, intercedunt sex menses integri. In mense sex- to ergo, hoc est in fine mensis sexti, vel finito mense sexto.

VERS. 25.

VERS. 26.

Annun-

Christus incarnatus 25. Marij, vnde dicitur quod etiam mundus cruciatus.

Annunciatio igitur hęc Gabrielis, & consequenter incarnatio Verbi contigit die 25. Martij, quo pariter die Christus post 34. vitę annos completos, pro salute hominum crucifixus & mortuus est, vti dixi Matth. 27. v. 37. Eodem die multi censent mundum a Deo primitus fuisse conditum & creatum, Gen. i. vt eodem die creatus sit a Deo, quo postea recreatus & restauratus fuit a Christo in incarnatione & cruce. Vnde ab hoc die & hoc mense annos Christi inchoant & numerant Angli, Veneti, Pisani, pluresque alie nationes (& nuper Franci) teste Conarruua lib. i. Variar. reiol. cap. 12. nu. 2. & Henriquez lib. 8. de Eucharistia c. 11. §. 10. litera I. & Ioannē Lucido tract. de Passione Christi. Conceptio enim est quasi prima hominis natiuitas, iuxta illud: Quod in ea natum est, de Spiritu sancto est, Matth. 1. vers. 21.

ANGELVS GABRIEL] Notat S. Hieron. in c. 8. Danielis, tres angelos in S. Scriptura nominari ac celebrari, scilicet Michaelē, Raphaelē, & Gabrielē: de quibus Michaelē ait præfesse præcibus & oblationibus filij elij, atque idcirco dicitur Michael, id est, quis vt Deus? q. d. Solius Dei est exaudire pteces penitentium, eorumque peccatis propitiari, eosque iustificare & saluare. Secundō, Raphaelē præfesse sanitati corporū, ideoque Tobij cæco visum restituisse: hinc dicitur Raphael, id est, medicus, vel medicina Dei. Tertiō, Gabriel, id est, fortis aut fortitudo Dei, præfesse præliis ac bellis fidelitū, vt patet Daniel, cap. 12. v. 13. & sequi. Vnde ipse hic mittitur nunciaturus Christum, qui bellum acerrimum erat gesturus contra Luciferum, ceterosque dæmones & homines impios. Rursum Gabriel dicitur quasi Gabriel, id est, vir Deus, q. d. Deus incarnabitur, eritque homo puer quantum ad naturā ac ætatis & corporis progressum, idem tamen erit vir, quia a primō conceptionis instanti anima eius erit plena omni scientiā, gratiā, fortitudine, iuxta illud Ierem. 31. 22. Femina circumdabit virum. Porro Toletus ex S. Dionysio, Basilio, Gregorio & Damasceno censet Michaelē esse ex Principatibus, qui a S. Dionysio ponitur primus ordo tertię Hierarchię angelorum; Gabrielē verō esse ex ordine Archangelorum. Verū verius est Michaelē esse primum inter Seraphinos, Gabrielē verō ei esse proximum & vicinum, vti dixi v. 19. Ad hoc quippe ministerium, ait S. Gregorius homil. 34. in Euang. summum (vnum ē lumen) angelum venire dignum fuerat qui summum omnium nunciabat.

NAZARETH] Vnde Christus ab ea quasi a patria, in qua conceptus fuit (nam in Bethlehem natus est) cognominatus est Nazarenus, Matth. 2. 23. In Nazareth ergo habitabat B. Virgo cum Iosepho sponso suo. Porro domus vel cubiculū eius, in quo angelo nunciante Christum concepit, a S. Iacobo alii que Apostolis cōsecrata fuit in Ecclesiam, vti refert L. Dexter in Chronico anno Christi 42. & alij. Ibidem post trecentos annos S. Helena elegans templum exædificauit, teste Nicephoro lib. 3. c. 30. Eadem visitauit S. Paula, S. Ludouicus, ceterique peregrinates. Vide Turfel. in Historia Lauret. c. 1. & seq. Eadem post mille annos a Galilæa & Nazareth ab angelis translata est in Dalmatiam, inde in Italiam, putā Lauretum, vbi etiam nunc cōstitit, & totius

Cubiculum Nazareth & templum Nazareth.

orbis concursu piē visitur, aded ut ipse Erasmus (quem Nouantes vt antesignanum sequuntur) in orat. ad Virginem, ita Lauretanā Virginem salutet: Salue in lya regum progenies, sacerdotum decia, patriarcharum gloria, cælitum triumphus, inferorum formido, Christianorum spes & solatium, diuinitati proxima es, ne illis nobis desces. Certa est fiducia tua, pronus tuis aduoluo pedibus, serua animulam hanc, que se tibi quanta est, nuncupat.

AD VIRGINEM DESPONSATA TAM VIRO, CUI NOMEN ERAT IOSEPH DE DOMO (id est tribu & familia) DAVID (cui promissus erat Christus quasi filius) ET NOMEN VIRGINIS MARIA] Desponsata: non per solam desponsationem, sed & per verum matrimonium iam contractum, licet vsu non consummatum. Vide dicta Matth. 1. 18. Missus est ait S. Greg. Thaumaturgus serm. 3. de Annunciat. Gabriel, vt dignum purissimo sponso chalamum pararet. Missus est Gabriel, vt inter creaturam & creatorem sponsalia contraheret. Missus est Gabriel ad animatum regis palatium Missus est Gabriel ad virginem desponsatam quidem Ioseph, sed Iesu filio Dei seruitam. Missus est Ioseph, qui solem iustitia indicaret.

VERS. 27

AD VIRGINEM] Præclare S. Bernardus serm. 1. de Assumpt. Nec in terris locus dignior veri virginis templo, in quo Filium Dei Maria suscepit, nec in cælis regali solio, in quo Mariam filium eius sublimauit. Et serm. 4. Que vel angelica puritas virginitate illi audeat comparari, que digna fuit Spiritus sancti sacrarium fieri, & habitaculum Filij Dei? Hoc est quod canit Ecclesia:

Domus pudici pectoris, Templum repente fit Dei: Intacta nesciens virum, Verbo concepit filium.

MARIA] Nota, Maria, vel, vt hebr. dicitur, Mirjam, græcè Μαριαμ, hebr. idem est, q. d. moriam, id est, myrrha vel amaritudo maris. Hebræi enim tradunt sororem Moysi dictam esse Mariam, eo quod, cum ipsa nasceretur, cepit amarā Pharaonis tyrannis mergendi infantes Hebræorum, Exodi 1. Verū in meliore omine & nutu diuino mutatum est in aliam significatiōnem: nam transitō mari rubro & merito Pharaone, dicta est Maria, quasi maria iam, id est, magistra vel domina maris: sicut enim Moses virorū, ita Maria feminarum dux fuit in transitu maris rubri: vnde & eis carmen epiniciū præcinit, Exodi 15. Porro hæc Maria typus fuit, ait S. Ambrosius Exhort. ad virgines, B. Virginis, quæ dicta est Maria, id est, magistra & domina maris huius sæculi, vt per illud nos saluos ducat in terrā promissā, id est, in cælū. Vnde R. Haccados apud Galatin. lib. 7. 13. Messia matrem, dominam nūcupandam prædixit, & Mariam idem esse quod Dominam docet Philo, S. Hieron. Epiphanius & alij: imo Liturgia veterum. Christiani omnes omni lingua B. Virginem, quasi proprio nomine Dominam nostram vocant & compellant. Vnde S. Isidorus lib. 7. Ety. mol. cap. 10. Maria, ait, interpretatur illuminatrix aut stella maris: Genuit enim lumen mundi. Sermone autē Syro Maria Domina nuncupatur: pulchre, quia Dominum genuit. S. Hieron. verō in nomin. Hebr. in Exodo: Maria, ait, idem est quod illuminatrix mea, vel illuminas eos, aut saryna maris, vel stella maris. Sic & S. Greg. Thaumaturgus serm. 2. de Annunc. Maria inquit, interpretatur

Maria etymon.

atur illuminatio. Plura de nomine Marię dixi A. Exodi cap. 15. 20. ac in Prouerb. & Canticis. Hęc de causa Maria fuit plena gratiā, ideoque mare gratiarū: quare sicut omnia flumina intrant in mare. Eccles. 1. sic omnes omnino gratiā quas habuerunt Angeli, Patriarchę, Phrophete, Apostoli, Martyres, Confessores, Virgines, confluerent in Mariam, ait S. Bonauentura in Specul. cap. 2. Denique quā nomen Marię angelus sit delictabile & demonibus terribile, docet S. Brigida lib. 1. Reuel. c. 9.

Addit Pagnin in Nomin. Hebr. Maria inquit, interpretari potest pluuia temporanea (hęc enim hebr. vocatur mare) maris, iuxta illud: Pluuiam voluntariam segregabis hereditati eue, Pfalm. 67. v. 10. Hinc & de Christo præcinit Pfaltes: Descendet sicut pluuia in vellus. Pfalm. 71. 6. Hoc secretō suo illapsu innuit hęc Gabriel.

ET INGRESSVS AD EAM ANGELVS, DIXIT] Ingressus, id est illapsus in clausum Virginis, pro aduentu Messie & salute hominum secretō orantibus cubiculum, per fenestram vel per ostium: Angeli enim cum sint purissimi spiritus, sua subtilitate & efficacia omnes parietes, & omnia corpora penetrant & peruadunt. Ita S. Bernard. ser. 3. super Missus est. Licet Andreas Episc. Hierosol. serm. de Annunc. putet angelum clam ostium aperuisse, & modestē Virginem compellasse ac salutare.

Ave] Id est salue, gaude, lætare, Verisimile est angelum vsū fuisse communi Hebræorum salutatione אַבְרָהָם לַחֵן, id est pax tibi, vt habet Syrus, Æthiopicus & Persicus, illa enim Hebr. vti solent, cum timorem auferre volunt, & lætum se afferre nuncium significant. Nisi malis cum nostro Serrario in Ruth cap. 2. qu. 10. Ave, vel, vt S. August. epistol. 43. scribit, hanc esse Hebræum אַבְרָהָם לַחֵן, vel hanc, id est, viue, scilicet sana æquē ac sancta, læta & hilaris, felix & beata in Dei gratiā & gloria summa, ad quā ipse te elegit; vt alludat ad nomen Eue; quæ hebr. dicitur אַבְרָהָם לַחֵן, id est, vitalis & viuificans, siue mater omnium viuentium, Genes. 3. 20. q. d. Eua, non fuit chauna, id est, mater vitę, sed mortis, quia omnes suos filios per peccatum morti addidit: tu verō, o Maria, verēs Eua siue chauna, quia mater vitę, gratię & glorię. Hinc appositē Latinum Ave, est inuictum Eua, quia Maria Eue maledictiones Genes. 3. in benedictiones conuertit. Vnde ei accinit Ecclesia:

Sumens illud Ave Gabrielis ore, Funda nos in pace, Mutans Eue nomen.

Ave, ait S. Gregorius Thaumaturgus serm. 2. & 3. de annunc. animatum Dei templum, quia summum toti mundo gaudium paries: eris virginum glorio, & matrum inbilatio. Hinc rursum olim matutina salutatio erat: Ave, id est, viue hodie sanus & lætus, vel pertina verō Vale. Vnde Martial. epigr. 56. lib. 1.

Et matutinum portat ineptus Ave. Et lib. 4. epigr. 79.

Cui non manē seras irrequietus Ave. Causam dat Andr. Cretensis orat. de Annunciat. Dicit, ait, letis vt præconis Gabriel reginā saluaret, quæ & letitia organū, & immensū gaudij est genitrix.

GRATIA PLENA] Græcè κατὰ πληρότητα, quod Cornel. in Lucam.

frigidē Tigurinā & Nouantes vertunt, gratiosa; Beza gratis dilecta: putat enim ipse iustos non habere inharentem & intrinsecam iustitiam, sed tantum extrinsecam, quæ consistat in hoc, quod Deus eos, licet in se sint peccatores, ex sua tamen beneuolentia habeat reputetque iustos, quæ est heresis.

Verū κατὰ πληρότητα, respondet Hebræo אַבְרָהָם לַחֵן, vel אַבְרָהָם לַחֵן, quod propriē idem est quod gratificata, gratia repleta, gratiosa facta: κατὰ πληρότητα enim idem est quod gratiosum facio, gratum; charum reddo, gratia impleo. Deus enim nil gratum iudicat, nisi quod in se reuera gratum est; quare cum quem iustum sibi gratum facit, cum reuera iustitia & gratia inhærente donat & condecorat: quare κατὰ πληρότητα, idem est quod gratia plena, vt vertit Noster, Syrus, Arabic. Ægyptius, Æthiopicus, Persicus; item S. Ambrosius, Beda, S. Augustin. Enchir. c. 36. S. Hieron. epist. ad Principiam, S. Bernard. & alij passim. Significat ergo hæc vox duo. Primō, B. Virginem fuisse a Deo gratiā donatam, idque plenē & per excellentiam super alios iustos & sanctos, nam hoc epithetum appropriatur hic soli B. Virgini; vt scilicet per gratiam hanc eminentem aptaretur, dignaque efficeretur, vt mox fieret mater Dei. Secundō, per gratiam hanc mirē placuisse Deo, eiusque angelis omnibus, ac in eorum oculis planē amabilem, speciosam & gratiosam fuisse, aded vt eam Christus præ ceteris omnibus in matrem suam eligeret. Ita passim Patres: quod alibi dicit Scriptura: Inuenit gratiam in oculis Domini.

Dices, Christus fuit plenior gratia, quā B. Virgo. Alij quoque Sancti dicuntur pleni fuisse Spiritu sancto vt S. Stephanus.

Resp. eos plenos gratia dici, sed diuersimodē: nam vt rectē ait Maldonatus: Aqua plenus est fons, plenus fluuius, pleni riui, etū plus & purius in fonte, quā in fluuio, in fluuio, quā in riuiulis est. Plenus Christus gratia tamquā fons, in quo & scaturit & stagnat gratia, & in omnes homines sicut ex capite in membra deriuatur. Plena Christi mater, tamquam fonti proximus fluuius, qui etū minūs quā fons aquę habet, pleno tamen fluit alueo. Plenus Stephanus, sed tamquam riuiulus.

Eleganter & piē solideque D. Petr. Chrysolog. ser. 143. in hæc verba: Hęc, inquit, est gratia, quæ dedit calis gloriā terris Deum, fidem Gentibus finem vitij, vitę ordinem, moribus disciplinam. Hanc gratiam detulit angelus a cepit Virgo, salutem seculis reddidit. Idem ser. 146. Eua, inquit, puella sic Deū in sui pectoris capite, recipit, oblectat hospitio, vt pacē terris, cælis gloriā, salutem perdatis, vitam mortuis, reuerentiam cælestibus parerem, ipsius Dei cum carne commercium, pro ipsa domus exigat pensione pro ipsius veteri mercede conquirat, & impleat illud prophetiæ: Ecce hereditas Domini, filij: merces, fructus ventris.

Audi S. August. ser. 18. de Sanctis: Implet est (Maria) gratia, & Eua vacata est in lpa. Mali dicitio Eue in benedictionem mutatur Marię. Vide Toletum hic annotat. 67. vbi ostendit B. Virginem plenam fuisse omni gratia, tum gratum faciente, tum gratis data, idque tam in corpore quā in anima. Carebat enim fomite concupiscentiæ: quare caro eius planē subdita erat rationi & spiritui, vti erat in Adamo in paradiso per

Gratia plena quid?

B. Virgo quæ fuit gratia plena fuerit?

instituta originale. Quocirca addit, in ea natura...

Quocirca S. Athanasius. (vel quisquis est Auctor: videtur enim S. Athanasio fuisse posterior...

Porrò ita B. Virgo plena fuit gratiâ, vt ei cooperando strenuè & assiduè ea augeri, pleniorque fieri mereretur...

Gratia B. Virginis in primo conceptionis eius instanti superavit gratiam spiritus sancti angel.

Progressio geometrica meritum Diipara quanta?

Deus plus amat Mariam, quam totam Ecclesiam.

Maria mater mea, Ioannes Baptistâ, & Maria Magdalena, Mater igitur mea quando & postquam nata fuit...

Denique vide nouem plenitudines gratiæ B. Virginis proprias, quas recenset Rutilius Benozomus lib. 2. super Magnificat cap. 26. dubio 7.

Dominus tecum, quæ ratione singularem? Dat causam cur gratia sit plena; quia scilicet Dominus cum ea est...

Denique S. Brigida lib. 1. Reuel. c. 8. audiuit B. Virginem sibi dicentem: Omnis laus filii laus mea est...

Dominus tecum, quæ ratione singularem?

sacerdos & Rex regum. Denique in templo meo induit se vestibus sacerdotalibus spiritualiter...

Simili modo Deus ait Iosue c. 1. 5. Sicut fui cum Moise, ita ero tecum. Et angelus ad Gedeonem: Dominus tecum virorum fortissime.

Porrò S. Thomas 3. p. qu. 30. art. 4. ad Dominum tecum, exponit per conceptionem & incarnationem Verbi, intellige mox faciendam...

Benedicta tu in mulieribus. Idem dictum fuit Iahel quæ occidit Sisaram Iudic. 5. 24. & Iudic. c. 16. v. 11. Sed longè excellentius ipsam hanc dicitur B. Virg. quæ Iahel, Iudith, cetera...

Audi S. August. ser. 18. de Sanctis: Benedicte tu in mulieribus, quæ vitam & viris & mulieribus peperisti, Mater generis nostri...

Turbata est. Id est, timuit, & sacro quodam horrore perfusa est, cum quadam corporis commotione, quæ solet magnum animi timorem & horrorem comitari.

tentiâ fluminis instar viui parui vitrum tuum egresus, quatuor velut initiis per Euangelium suum orbis faciem irrigauit.

In mulieribus vt significet B. Virgini inesse quiddam optimum in triplici mulierum statu. Hæ enim virgines sunt, viduæ aut matrimonio coniunctæ.

Quæ cum vidisset, turbata est. In vers. 29. sermone eius, et cogitabat qualis esset ista saluatio. Græcè id est, cum vidisset: & ita legunt S. Ambrosius...

Licet enim B. Virgo afflueta esset visionibus & colloquiis angelorum, nunquam tamen viderat angelum cum tanta maiestate, nec audierat tam magnificè se salutantem.

Turbata est. Id est, timuit, & sacro quodam horrore perfusa est, cum quadam corporis commotione, quæ solet magnum animi timorem & horrorem comitari.

Qualis in se, id est, quàm magnifica, Augusta, superans omnium hominum vires & merita, ac proinde & sua. Ipsa enim, vt pote humillima, longè diuersa, imò contraria de se opinabatur.

modo ergo angelus mihi insonat, Dominus tecum? A Ego existimo me feminarum omnium minimam & vilissimam, quomodo ergo angelus mihi ait: Benedicite tu inter mulieres?

Rursum qualis, scilicet in suo fine. q. d. Cogitabat B. Virgo quo fine, & quorsum tam honorifice salutaretur ab angelo. Tam magnifica enim angelica salutatio dirigebatur ad magnificum Incarnationis in ipsa peragenda mysterium; ne scilicet ipsa existimans se illo indignam sese excusaret & abnueret, sed sciens Deum se sufficientibus ad illud gratis donisque adornasse, in illud contentiret & annueret, itaque illa annuente. Verbum ex eius purissimis sanguinibus carnem sibi assumeret. Cum ergo ipsa nesciret hunc finem, cogitabat & mirabatur cum tam splendide salutaretur ab angelo. Nil tamen respondit, quia, ut ait S. Ambrosius lib. i. offic. prae perecundia no. resalutanti, nec illum responsum retulit, quia pudor & stupor mentem ablorbebant linguamque ligabant, & quia prudenter cogitabat quid esset responsura.

Audi S. Ambrosium: Disce virginem a perecundia, quia panebat: nam sequitur. Quae cum audisset, &c. Expedire virginem est & ad omnes ingressus viri parere, omnes viri affatus vereri. Disce virgo verborum vitare lasciviam. Maria etiam salutacionem angeli verbebat. Et Graecum Scholiasten in Catena S. Thomae: Cum assueti foret his visionibus, inquit, Evangelista non visum sed relatus turbacionem attribuit, dicens: Turbata est in sermonibus eius. Attende autem Virginis & pudicam & prudentem & animam simul & vocem. Audita letitia dictum examinavit, & neque manifeste obstitit per incredulitate, nec statim parit ex leuitate, Ena leuitatem emittans simul & duritiam Zachariae. Malens mirum, ait S. Bernardus hom. 4 super Missus est; humiliter non respondere, quam tibi loqui quod nesciret.

VERS. 30.

ET AIT ANGELVS EI: NE TIMEAS MARIA. INVENISTI ENIM GRATIAM APVD DEVM] Pauorem, indeque nascentem pudorem Virginis abtergit angelus per gratiam, id est, fauorem & benevolentiam, quam ait eam inuenisse in oculis Dei pra omnibus mulieribus; Primò, quòd eam ab aeterno Deus pra ceteris omnibus, sine merito, ex gratuita dilectione elegerit in matrem suam, ex qua carnem assumeret. Secundò, quòd in tempore mox ut concepta & nata fuit, illam omni virtute & gratia ita exornarit, ut in conspectu eius planè grata dignaque appareat, quae ab eo ametur, & super omnes euehatur. q. d. Noli, o Maria, mirari, pauere, & stupere tam insolitos honoris titulos, quib⁹ te salutari: quia licet in oculis tuis parua & humilis, te ex te ipsa illos non mereri agnoscas, Deus tamen qui humiles exaltat, iidem gratis te ornauit & exaltauit. S. Brigida in Sermonibus Angelico cap. 5. scribit, Deo, cum crearet magnum hunc mundum, altitile minorem mundum, scilicet B. Virginem, a quo maius gloria Deo & angelis maior letitia, atque unum homini eius bonitate fieri volenti maior utilitas, quam de hoc maiori mundo provenire debebat. Et ser. cap. 12. asserit B. Virginem quasi sponsam mirè placuisse Deo Patri per angelicam virginitatem; Filio per profundissimam humilitatem, qua eum ad sua viscera attraxit; Spiritui sancto per promptissimam obedientiam, ob quam ab eo omni gratiarum donis repleta fuit.

Inuenisti (Arabicus *lucrata es*) ergo apud Deum gratiam, ob virtutes in eximio gradu, tibi à Deo infusas, caeq; omnes quidem, sed praesertim tres, Prima est profundissima tua humilitas. Vnde S. Bernard. homil. 3. super *Missus est*: O si scires, ait, quantum tua humilitas Altissimo placeat, quanta te apud ipsam sublimitas maneat, angelico te indignam nec alloquio indicat, nec obsequio. Hinc dice quanta fuerit humilitas Virginis, quae ab Altissimo adeò meruit exaltari.

B. Virgo vso nit fieri mater Dei humilitate.

Secunda fuit angelica virginitas: haec enim Deum, qui purissimus est spiritus, & virgo increatus, velut rhinocerotem in sinum suum rapuit. Vnde Venantius Fortunatus de ea sic canit:

Virginitas felix, quae parit est digna Tonantis, Quae meruit Dominum progeneyae sumi.

Et Basilius hom. de humana Christi generatione: *Virginitas*, ait, ut apta proximamq; sanctitati electa est. Audi S. Bernardum ser. in Natiuitate B. Mariae: Ne timeas Maria, ne mireris angelum venientem, & maior angelo venit. Ne mihi ero angelum Domini & Dominus angeli secum. Postremo quidam videas angelum, cum iam angelicè viuas? Quidni visitet angelus vita sociam: Quidni saluet cinem sanctorum, & domesticam Dei? Angelica planè vita virginitas, & qui non nubent neque nubentur; erunt sicut angeli Dei.

virginitate.

Tertia fuit ardentissima charitas, qua B. Virgo sollicita pro redemptione hominum & aduentu Messiae, assiduas & feruentes pro vtroque preces fundebat, ac vtrumque ideo impetrauit, adeoq; ipsa mater Messiae fieri meruit, nò ex condigno, sed ex congruo. Ita S. Bernardus hom. 3. super *Missus est*: Inuenisti, ait, quod querebas. Inuenisti quod nemo aue te potuit inuenire. Inuenisti gratiam apud Deum: quam gratiam Dei & hominum pacem, mortis destructionem, vitae reparationem. Sic Scholastici passim docent B. Virginem meruisse maternitatem Dei. Vide Suarez & Valquez 3. p. q. 2. disp. 2. num. 2. & seq. qui docent B. Virginem de congruo, non de condigno meruisse, ut fieret mater Dei, non tamen meruisse ipsam Verbi incarnationem: haec enim omne meritum antecedit, eiusque est causa, principium & origo.

& ardenti charitate.

ECCE CONCIPIES IN VTERO (Arabicus, *recipies gravidacionem*) ET PARIES FILIUM, ET VOCABIS NOMEN EIVS IESVM] Syrus, ecce enim. Probat enim angelus Mariam inuenisse gratiam apud Deum ex eo, quòd conceptura & paritura sit Iesum, id est, Deum & hominem. Alludit, imò citat oraculum Isaiae c. 7. v. 14. q. d. Tu es illa hominum felicissima, de qua ante 700. annos Iaias stupens & exultans vaticinatus est: Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius *Emmanuel*. Vide ibi dicta & Matth. 1. 23. vbi & de nomine Iesu, id est, Saluatoris, multa dixi.

VERS. 31.

Hinc refellitur Primò Manichæus, dicēs Christum non veram assumpisse ex Virgine carnem, sed phantasticam: filius enim qui concipitur in utero & paritur, verus est, non phantasticus. Secundò, Valentinus, docens Christum è caelo attulisse carnem, ac per B. Virginem transisse dumtaxat, sicut aqua transit per canalè. Tertio, Nestorius, asserens B. Virginem non esse matrem Dei, eò quòd non sit mater diuinitatis; cui rectè respondet S. Cyrillus, illam esse verè matrem Dei, cū eius diuinitatem non genuerit, sed humanitatem dumtaxat, quia genuit hunc hominem, scilicet

scilicet Iesum, qui verè est Deus. sicut pater verè dicitur pater filij sui, esto non generet eius animam, sed tantum carnem: quia generat hunc hominem, qui anima & carne constat.

VERS. 32.

HIC ERIT MAGNVS, ET FILIVS ALTISSIMI VOCABITVR] Magnus tum quia Deus, tum quia homo, quia qui magnus Deus erat, magnus homo futurus est, magnus doctor, magnus Propheeta, imò Messias mundi saluator, &c. qui Filius Altissimi merebitur appellari, planè magnus, qui tam magnus quam altissimus, quia & ipse Altissimus, ait S. Bernardus serm. 3. super *Missus est*, Ioannes Baptista fuit magnus homo dumtaxat: at Iesus fuit magnus Deus & homo: nam ut ait S. Gregorius Neque carnis assumptione, Deitatis derogat celsitudini, imò potius humanitatis humilitas sublimatur. Vnde sequitur, Et filius Altissimi vocabitur, id est reuera erit per vnionem hypostaticam, ut iure filius Dei vocari possit & debeat. Est metonymia, qua res dicitur talis vocanda, quia talis erit.

Addit S. Bernardus hom. 3. iam citata: Erit enim magnus, quia magnificabit eum Deus in conspectu regum; adeò ut adorent eum omnes reges, omnes gentes seruiant ei.

VERS. 33.

ET DABIT ILLI DOMINVS DEVS SEDEM DAVID PATRIS RIVS.

ET REGNABIT IN DOMO IACOB IN AETERNVM, ET REGNI EIVS NON ERIT FINIS] Alludit, imò citat Isaïam c. 6. v. 6. & 7. q. d. In filio ex te nascituro, o Maria, putà in Iesu, adimplebitur Isaïae ceterorumque Prophetarum propheta, de regno Davidis patris eius illi in perpetuum consignando. Isaïas enim sic de eo prophetauit: Factus est principatus super humerum eius, &c. multiplicabitur eius imperium, & pacis (regni eius pacifici) non erit finis: super solum David. & super regnum eius sedebit. Vide ibi dicta.

ET REGNABIT IN DOMO IACOB] id est, in Ecclesia, ait Beda, Titus & alij passim, siue in populo fideli, qui olim nascente Christo erat populus Israel, seu filij & posterij Iacob, putà Ecclesia. Hoc regnum in Dauide temporale fuit, sed in Christo spirituale & aeternum: nam eo Christus in fidelibus & sanctis regnat hic per gratiam, & in caelo regnabit per gloriam, ait S. Bernardus serm. 4. super *Missus est*. Porò hoc regnum Deus Christo dedit quasi in actu primo in ipsa Christi incarnatione, in actu secundo verò hoc regnum cepit Christo praedicante, deinde promotum fuit per praedicationem Apostolorum, perfectum verò exiit post Christi resurrectionem & ascensionem; consummatum omnino & gloriosum erit post iudicium generale in caelo. Vide quae de hoc Christi regno dixi Matth. 27. v. 11.

Tropologicè, S. Bernard. hom. 4. super *Missus est*: Veni, ait, Domine Iesu, aufer scandalum de regno tuo, quod est auaritia, & reducat in me sibi sedem, iactantia cupit dominari mihi, superbia vult mihi esse rex, luxuria dicit, Ego regnabo: ambitio, derachio, inuidia & iracundia, &c. restant in me ipso, cuius potissimum esse videar. &c. Et dico: Non habeo regem nisi Dominum Iesum. Veni ergo Domine, disperge illas in virtute tua, regnabis in me quia tu es ipse Rex meus, & Deus meus, qui me ad salutem Iacob.

VERS. 34.

DIXIT AVTEM MARIA AD ANGELVM: QVOMODO FIET ISTVD; QVONIAM VIRVM NON CONOSCO?] Quomodo? Virgo ergo non

Corn. in Lucam.

dubitat de veritate prophetae & promissi angelici, uti blasphemar Caluinus, qui eam incredulam fingit; sed de modo sollicita, ne hic filij conceptus & partus fieret cum aliqua virginitatis, & voti sui de ea emissa iactura. Ita S. Ambros. Theophyl. Beda, S. Bernardus, & passim alij hic, ac S. Aug. de S. Virginit. c. 4.

Disce hinc quantum virginitatis studium & amor fuerit in B. Virgine, quia ipsa castitatem praetulit angelico nuncio, ait Nyssenus, ac virgo esse maluit quam mater Dei praecise, ait S. Anselm. Virginitas enim in se est virtus Deo gratissima, maternitas praecise non est. Ita S. Gregorius Nyssen. orat. de Natiuitate Christi: Audis, inquit, pudicam Virginis vocem. Angelus partum nunciat: at illa virginitati inhaeret, & integritatem angelicae demonstrationi (Ecce concipies & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum) anteposendam iudicat. Et post nonnulla: Verum quia carnem Deo consecratam, tamquam sanctum aliquid quod oblatum minus oportebat in actum integrum, praestare, idcirco licet inquit, angelus sis, licet è caelo venias, licet id quod ostenditur naturam superet humanam, tamen me virum cognoscere nefas est. Quomodo sine viro mater ero? Ioseph enim sponsum noui: sed virum non cognosco. Dixi praecise: nam alioqui maternitas Dei est dignitas incomprehensibilis (sicut & Deus ipse est incomprehensibilis) & abyssus gratiarum omnium. Ob hanc enim B. Virgo dotata fuit plusquam angelica virginitate, humilitate, charitate, ceterisque virtutibus, uti scilicet digna foret, quae fieret Dei mater. Ita S. Augustinus, S. Thomas, & passim Theologi superius citati.

Quocirca Beda homil. de Annunc. Virginis, ait, diuino munere collatum est, ut prima inter feminas Deo virginitatis munus offerret. Et Albertus Magnus super *Missus est* c. 8. 2. B. Virgo ait, est mater omnium in virginitate, quae prima sine praeepto, consilio vel exemplo, virginitatis munus Deo obtulit, per quod omnes virgines per imitationem virginitatis genuit. Ergo B. Virgo virginitatis voti; de ea facti studiosissima, hoc proponit & quasi opponit angelo. Certabat enim in ea desiderium concipiendi Filij Dei cum timore amittendi virginitatem, ideoque obtulit vtrumque, ait Toletus, qui & annot. 96. sex affert causas, cur B. Virgo semper, etiam post partum, virgo permaneret. Sensus ergo est, q. d. Ego planè credo promissis tuis o Gabriel, quae mihi annuncias ex ore Dei. Certò ergo credo quòd concipiam & pariam Iesum Filium Dei, sed dubito de modo. Virum non cognosco: quia feci votum virginitatis. Dubito ergo an saluo voto, an soluto id fiet: si Deus vult in voto hoc dispensare, velitque me operi coniugali operam dare, et si mihi hoc dedit, volenti tamen Deo obediã: verum si Deus meum desiderium requirat, candidè respondeo, me summè optare seruare meam virginitatem ipsi voto oblatam: hanc enim mentem ipse mihi inspirauit, ipse, inquam, qui est purissimus spiritus, ideoque primus virgo, ut ait Nazian. in eam. de Virg. hoc erit honorificum Iesu filio meo, si ex virgine nascatur. Scio enim Isaïa predixisse: Ecce virgo concipiet & pariet Emmanuelem; ac fortè Deus vult me esse hanc virginem. Si ita est, fiat, fiat. Vnde ipsa mox audiens à Gabriele se concepturam, nò ex viro, sed ex Spiritu sancto, illico magno cordis iubilo applausit,

B 3

aitque

aitque: Ecce ancilla Domini fiat mihi secundum verbum tuum. Et hoc audire volebat Deus scilicet ut ipsa per professionem virginittatis mereretur fieri mater Dei.

QUONIAM VIRVM NON COGNOSCO] q.d. Iosephum virum habeo, sed non cognosco, id est cognoscere non soleo, cognoscere nequeo, ob votum virginittatis, quod Deo nuncupali. Sic abstinentij dicunt, Vinum non bibo, id est biberere nequeo, vinum abhorreo. Non enim iusta executionis, vel hesitationis in Virgine causa alia hic afferri aut fingi potest, quam moralis impotentia ex voto, quod B. Virgini emittisse ante annuntiationem Angelicam docent S. Augustini, Nyssen, Beda, Bernard, Anselm, Rupertus, quos citat noster Camillus lib. 2. Marialis c. 14. Vnde Nyssen. Iosephum, ait, sponsum quidem noui, virum autem non cognosco. Quod profecto, ait S. Aug. non diceret, nisi Deo virginem se ante vouisset: sed quid hoc? si licet nunc n. o. es adhuc recusabant, desponsata est viro in suo, non violenter ablatum, sed potius contra violentos custodituro, quod illa iam vouerat, hucusque August. Nam, ut ait Nyssenus, Deo dicatam & consecratam carnem, velut sanctum quoddam donarium, intactam conseruari oportebat.

Ex citatis S. Augustini verbis liquet, B. Virgini non tantum ante annuntiationem angeli, sed ante desponsationem quoque, puta antequam ipsa desponderetur Iosepho, emittisse votum virginittatis. Hoc enim decebat illam, qua futura erat mater Dei. Ipsa ergo Iosepho votum suum declarauit, ac Iosephus in voti obseruationem consentit, eamque promisit antequam ei nuberet. Vnde B. Virgo iam certa de custodia virginittatis voti que sui, Iosepho nuplit. Essentia enim matrimonij consistit in potestate mutua corporum viri & vxoris, non autem in eius vsu, ut vult Calvinus. Vide dicta Matth. 1. 18. Porro Rupert. Cantic. 3. censet B. Virginem primam omnium virginittatis votum Deo vouisse. Sic & Abulenlis in Exodi c. 35. in fine capi: Viros aliquos, inquit, ut Eliam, Ieremiam, Eliseum & Eschenos virginittatem coluisse concedimus, & e primam autem virginittatis votum fecisse Deiparam certissime nouimus. Ipsa ergo admirande virginittatis vexillum extulit, ut reliquarum omnium virginum exemplar illustrissimum, mater, princeps arque dux appelleretur.

B. Virgo ante conuictum emittit votum virginittatis.

B. Virgo prima omnium votum virginittatis emittit.

VERS. 35.

ET RESPONDENS ANGELVS DIXIT EI: SPIRITVS SANCTVS SUPERVENIET IN TE, ET VIRTVS ALTISSIMI OBUMBRABIT TIBI: IDEOQUE ET QUOD NASCETVR EX TE SANCTVM, VOCABITVR FILIVS DEI.

SPRITVS SANCTVS] Nota Primò, Incarnatio terminata est ad solam Verbi, siue Filij Dei, personam: hic enim solus incarnatus est, & homo factus, non Pater, non Spiritus sanctus: hanc tamen incarnationem efficienter operata est tota S. Trinitas, non solus Filius, quia opera ad extra toti Trinitati sunt communia, ut aiunt Theol. Audi Concilium Tolet. 16. Cum Spiritu sanctum superuenturum in te dicit, & virtutem Altissimi, qui est Dei Patris Filius, obumbraturam eam pramonuit, eiusdem filij carnem totam Trinitatem cooperatricem esse monstrauit. Appropriatur tamen hic opus incarnationis Spiritui sancto: Primò, quia hoc opus fuit sanctissimum: Secundo, quia opera nostræ redemptionis & summæ bonitatis Dei, appropri-

Cui opus incarnationis Spiritus sancti attribuitur.

antur Spiritui sancto, eò quod ipse procedat ut amor notionalis Patris & Filij, sicut sapientia appropriatur Filio quasi Verbo, omnipotentia Patri quasi principio & fonti. Ita S. Aug. c. 40. Enchir. Porro Spirit. sanctus fuit opifex humanitatis Christi, quia eam efformauit, organauit, disposuit & animauit, at eius pater dici nequit, quia ex sua substantia nihil ei contulit aut communicauit, ut docet S. Aug. Enchir. c. 28.

Porro virginem Dei virtute posse concipere & parere, demonstrat S. Cyrillus catechesi 12. ac primò Gentiles his rationibus reuincit: Qui, inquit, dicitis protectos lapides in homines mutari, quomodo virginem parere posse negatis? Qui ex Iouis cerebro natam filiam fabulamini, quomodo ex viro virginali nasci aliquem impossibile dicitis esse? Qui de femore vestri Iouis prognatum falso esse dicitis Bacchum, eum nostram veritatem reuicitis? Iudæos verò his rationibus constringit: Sterilis erat Sara, & deficientibus iam muliebribus præter naturam peperit, aut vtrumque nega, aut vtrumque concede. Idem enim Deus vtrumque operatus est. Addit, Deus qui virginem aridam Moïsi in viuum animal, putam in ferpentem, conuertit, cur non possit ex viuâ virgine viuum hominem producere? Deus ex viro, scilicet Adamo virgine, formauit virginem feminam, scilicet Euam: cur pariter non possit ex femina virgine formare virum virginem? Eua ex solo viro genita est. Reddidit igitur Maria gratia huius mutuum officium, & non ex viro, sed ex ipsa sola, impolluta ex Spiritu sancto, virtuteque Dei peperit. Denique Deus Adamum viuum ex sicco puluere formauit; cur non possit ex viuâ virgine virum efformare? plus enim est virgo quam puluis.

Virgo virtute diuina parere potest.

Cui ex Spiritu sancto conceptus Christus.

SUPERVENIET (Arabicus, descendet) IN TE] ad hoc, ut Christi conceptio & Christus ipse sanctus sit, non tantum ex vi vnionis hypostatice eum Verbo; sed etiam ex vi talis & tam diuine conceptionis, quod scilicet conceptus sit non ex homine vel angelo, sed ex Spiritu sancto. Quare Christus ex vi huius conceptionis non erat filius Adæ, ut ex eo peccatum originale contraheret, & nasceretur peccator, vti nos omnes nascimur, sed erat purissimus & sanctissimus.

Sed alias causas cur Christus conceptus sit ex Spiritu sancto, affert Tolet. annot. 9. inter quas præcipua est Origenis & Maximi hom. 3. de Natiuit. quod scilicet doceret Deum nouo modo concipi, nimirum ex virgine inoperante Spiritu sancto. Cum enim Christus, qui concipiebatur, Deus esset & homo, conueniens erat, ut vtrumque in conceptione innotesceret: conceptio enim ipsa hominem esse declarabat: non enim conciperetur nisi homo esset: ac conceptionis modus ostendit esse etiam Deum; concipi enim de virgine sine viro, indicabat qui concipiebatur plus esse quam hominem.

Hinc Tertullianus lib. de Carne Christi, ait decessisse prorsus, ut Dei Filius nouæ natiuitatis dedicator noua de Virgine nasceretur. Sophronius verò ferm. de Assumpt. asserit Christum sponsum virginum idcirco matrem virginem elegisse, ut ipsa omnibus esset exemplum castitatis, in qua velut in speculo refulget forma virtutis.

Mysticè S. Cyrill. Hierosol. catechesi 12. Dominus, ait, de virgine nasci voluit, ut significaret mem-

membra sua de virgine Ecclesia secundum spiritum nascitura.

Aliam causam dat Lactantius, scilicet ut Christus, qui in cælo est æternus id est, carens matre, in terra sit æternus, id est, carens patre. Sed prima causa est præcipua, ut scilicet Christus sine peccato originali purus sanctusque nasceretur, utpote filius Virginis, non Adæ, quam dat S. August. lib. 1. de Nuptiis & concup. c. 12. Vnde doctè colligit S. Anselmus lib. de Concept. Virgin. cap. 11. quòd si quis homo ex sola femina, sine opera viri per miraculum nasceretur, non contraheret peccatum originale, ex eo quòd non sit filius Adæ, nec ab eo per vim feminalem procedat. Denique S. Bernardus ser. 2. super Missus est: Deum, inquit, huiusmodi decebat natiuitas quæ non nisi de virgine nasceretur. Talis congruebat virgini paritur, ut non pareret nisi Deum.

Quocirca Proculus Patriarcha Constantinop. S. Cyrillo coactus in homil. de Natiuit. Christi: Maria, inquit, est spiritalis Adami paradisi, Maria uirginitatem inter se naturarum officina, Maria salutaris reconciliationis pangyris, Maria thalamus, in quo Verbum humanam carnem sibi desponsauit, Maria ammatas naturæ rubus, quem diuini partus ignis non combussit. Et post nonnulla: Maria ancilla & mater, Virgo & calum. Hæc sola pons est, per quem Deus ad hominem descendit. Hæc admiranda illius æconomiae tela, ex qua & in qua ineffabili quodam modo, admirabilis illius vnionis miracula consuecimus quidem extor extitit Spiritus sanctus; nerix, virtus ex alto obumbrans lana, vetusta pilositas, Adami pellic; trama, impolluta Virginis caro; radius textoris, immensa gestans gratia; artifex, verbum per auditum illapsum.

ET VIRTUS ALTISSIMI OBUMBRABIT TIBI] Virtus, id est, fortitudo, robur & omnipotentia Dei, ad opus Incarnationis Verbi tam difficile & arduum perficiendum, quod nulla potentia, aut vi naturæ vel angeli potentissimi effici potest. Rursum non incongruè Euthymius & Maldonatus: Virtus Altissimi, inquit, est Spiritus sanctus, qui potenter opera sancta Dei perficit. ut angelus explicet id quod dixit: Spiritus sanctus superueniet in te, per hoc quod subdit: Et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Sic inferius ca. 24. vers. 49. Christus ait Apostolis: Sedete in ciuitate quoadusque induamini virtute ex alto, id est, Spiritu sancto. Hoc est quod canit Ecclesia: Omnipotens sempiternus Deus, qui gloriose virginis maris Mariae corpus & animam, ut dignum filij tui habitaculum effici mereretur, Spiritu sancto cooperante præparasti.

Obumbrabit Spiritus sanctus Primò.

Secundò.

OBUMBRABIT] Græcè ἐπισκιάσει. Obumbrationis huius metaphoram variè & appositè explicant Patres. Primò, S. Gregor. lib. 33. Moral. cap. 2. Obumbrabit, id est, vmbram efficit, vel producit in te, q. d. Verbum Dei in te assumet corpus, quod erit quasi vmbrâ deitatis: quia eam quasi vmbrâ velabit & celabit. Vnde idè l. 18 Mor. 12. Virtus Altissimi obumbrabit tibi, hoc est, inquit, incorporatum lumen diuinitatis corpus in te humanitatis accipiet. Addit Origenes hom. 3. in Iosue, corpus Christi vocari vmbram, quia in passione instar vmbræ humiliatam, offuscatum & oblecturatum fuit. Secundò, S. Ambros. in Psal. 118. ser. 5 per vmbram accipit vitam præsentem & mortalem; quam Christo dedit Spiritus: hæc enim est quasi vmbrâ veræ vitæ & æternitatis.

Tertiò, idem S. Ambros. lib. de his qui in initiatione myster. c. 3. Beda, S. Greg. 3. Moral. c. 3. & S. Aug. epist. 57. ad Dardanum, & libr. 50. homil. hom. 44. obumbrabit sic explicant. q. d. Gratia Spiritus sancti velut vmbrâ refrigerans carnalis concupiscentiæ calorem, te, ô Virgo, in conceptione Christi proteget, ut sine concupiscentia ex purissima charitate concipias Christum.

Tertiò.

Quartò, S. Aug. lib. Quæst. veteris & noui testamenti cap. 15. Virtus Altissimi obumbrabit, id est, inquit, attemperabit se tibi, ut vmbrâ aptat se corpori: nam totam eius vim & efficacitatem infirmitas tua humana capere non possit.

Quartò.

Quintò, S. Hilarius lib. 2. de Trinit. Virtus Altissimi obumbrabit tibi, hoc est, inquit, proteget & roborabit te, ut ætuitatem Spiritus sancti in tanto opere, & Filio Dei concipiendo sustinere veleas.

Quintò.

Sextò, Theophyl. Cræcum ἐπισκιάσει, id est, obumbrare, accipit pro σκωυεσθῆναι, id est, extrema picturæ lineamenta ducere, q. d. Virtus Dei in te, ô Virgo, corporis Christi lineamenta deseruet & perficiet, sicut facit pictor in homine quem depingit. Pictores enim ab vmbrâ, quasi naturali corporis effigie, didicerunt idiplum pingere. Sicut ergo ex vmbrâ velut pictura agnoscitur corpus, sic ex humanitate Christi velut vmbrâ agnoscimus eius diuinitatem, ait Nyssenus orat. de Christi natiuitate.

Sextò.

Septimò, Iansenius & Toletus, q. d. Virtus Altissimi te amplexabitur & sua virtute fecundam efficiet, sicut vir feminam obumbrat & fecundat in opere generationis. Verum hoc nimis crassum, & castis auribus parum pudicum videtur.

Septimò.

Octauò, simplicius & castius: Virtus Altissimi obumbrabit tibi, id est, obuolabit te, hoc est, arcane arcantum maximum in te operabitur: erit enim tale & tantum, ut nullus homo vel angelus id ipsum penetrare & comprehendere possit: solet enim in veteri testamento potentia Dei inuisibilis & incomprehensibilis, in vmbrâ siue nube & nebula se repræsentare, vel potius tegere & velare: hanc enim vmbram spirituale Spiritus sancti angelus castè opponit complexui carnali mariti. q. d. Virtus Dei velut vmbrâ occultissimè & castissimè in te operabitur, id quod solet carnaliter facere maritus, scilicet faciet te fecundam grauidamque & matrem Dei; nimirum Primo, formabit in te perfectissimam humanitatem Christi: Secundò, eandem personam Verbi modo quodam ineffabili vniet.

Octauò.

Simili tropo Virgil. Æneid. de Ænea eiusque sociis à matre dea putâ Venere, per vmbram protectis & deductis sic canit:

At Venus obscuro gradientes æuē sepsit, Et multo nebula circum dea fudit amēn, Cernere ne quis eos, nec quis contingere possit.

Hinc rursum appositè Theophyl. id est, obumbrare, accipi posset cum Maldonato quasi respondens Hebr. יָצַד יַמֵּן, id est, obnubilare, hoc est pro impluere: nubes enim gignit pluuiam; hinc per vmbram & nubem significatur pluuiâ, q. d. Sicut nubes per pluuiam, quam effundit, terram obumbrans fecundat; ita virtus Altissimi te, ô Virgo obumbrando, fecundam efficiet. Videtur enim alludere ad illud de Christo psal. 71. 6. Descendet sicut pluuia in vellus. Simili schemate

Poeta fingunt Ionem conuersum in aureu im-

brem, illaplum Danae, ex ea genuisse Perseum. Audi S. Bernardum serm. 4. super Missus est O-

ideoque et quod nascetur ex te sanctum, vocabitur (id est reuerent, ut iure vocari possit & debeat) Filius Dei] q. d. Quia Spiritus sanctus superueniet in te, facietque te concipere filium: hinc filius, qui ex te nascetur, id est, ex te formabitur, concipitur, & post nouem menses prodibit in lucem, ex ipsa sua conceptione erit sanctus, imò Sanctus sanctorum, quia vocabitur, & reuera per vnionem hypostaticam cu Verbo, erit Filius Dei naturalis & vni-

genitus, talisque à Deo, angelis & hominibus vocabitur: Nam ad sanctum, referendum est ad natum, q. d. Iesus filius tuus ex ipsa natiuitate, id est, ex ipsa conceptione sua, eiusque vi erit sanctus & Filius Dei: qui enim de spiritu sancto concipitur, sanctissimus sit oportet, ideoq; Filius Dei. Ita Beda, Iansenius, & alij hic, ac S. Gregorius libr. 18. Moral. c. 27.

Paulò aliter Maldonatus: Iesus ait, vocabitur Filius Dei; quia non à viro uti ceteri homines, sed à Deo virtute Spiritus sancti generabitur, ideoq; erit sanctus, & Filius Dei. Sic Adam vocatur filius Dei quia non ab homine, sed à Deo creatus est, Lucæ 3. 38.

NASCETUR] Græcè γεννηθήσεται, in presenti, id est quod nascitur, id est, quod mox nascetur, ut iam nasci videatur. Porro γεννηθήσεται, proprie veritas quod gignitur, vel generatur, id est, mox gignetur. Agitur enim hic potius de conceptione quam natiuitate Christi. Simile est Matt. 1. 20.

SANCTVM] Id est sanctus. Vnde Arabicus verit, quoniam ex renatus sanctus est; Syrus, propterea is qui ex te nascitur sanctus ipse (id est erit) & Filius Dei vocabitur. Dicit tamen sanctum, non sanctus, tum vt significet filium hunc non futurum meum hominem & masculum, sed super hominè futurum quoque Deum. Ita S. Greg. 18. Mor. c. 27. S. Leo serm. 4. de Natiuit. S. Aug. lib. 13. de Trinit. c. 18. tum vt indicet Iesum fore sanctum sanctitate omninò perfecta & connaturali, ob vnionem hypostaticam, ait Suarez 3. p. disp. 18. sect. 1. hoc est, fore Sanctum sanctorum, id est, sanctissimum, imò ipsam sanctitatem per excellentiam, q. d. Iesus qui ex te nascetur, erit sanctissimus, imò ipsa sanctitas.

Porro humanitas Christi sanctissima pariter est, non tantum per gratiam habitualement eximiam illi infusam, sed & per ipsam deitatem illi hypostaticè vnitam, vt docent Suarez, Vasquez & alij. 3. p. q. 7. & 11.

Audi S. Bernardum serm. 4. super Missus est: Ut quid, inquit, ita simpliciter sanctum & absque additamento: Credo quia non habuit quid proprie dignè remittat. Illud eximium, illud magnificum, illud ve-

Sanctum in uero cur dicitur Christus?

uerendum, quod de purissima videlicet Virginis carne, cum sua anima, vnico Patris erat uiuentium: si diceret Sancta caro, vel sanctus homo, vel sanctus infans quidquid tale poneret, parum sibi dixisse uideretur. Postit ergo indefinitè sanctum, quia quidquid illud sit quod Virgo genuit, sanctum proculdubio ac singulariter sanctum fuit, & per spiritum sanctificationem, & per Verbi assumptionem.

FILIUS DEI] per naturam, qui & fideles factosque omnes facturus est filios Dei per gratiam. Vnde S. Bernardus ser. 1. in vigilia Natiuit. Quare, inquit, Filius Dei factus est homo, nisi ut homines faceret filios Dei? Sic & S. Anselmus tract. cur Deus homo.

ET ECCE ELIZABETH COGNATA TUA, ET IPSA CONCEPIT FILIUM (IOANNEM) IN SENECTUTE SUA: ET HIC MENSIS SEXTVS EST IL- LI (ex quo concepit, seu est prægnans) QUAE VOCATVR (antea vocabatur & reuera erat) STERILIS] Confirmat angelus miraculum nasciturus Iesu ex Virgine & Spiritu sancto, simili miraculo Ioannis concepti ab Elisabetha sterili: simul tacitè B. Virginem admonet, vt Ioannem & Elisabetham uisitet, easque salutando repleat Spiritu sancto. Vt audiens, ait S. Bernardus ser. 4. cognatam uetulam & gravidam, cogitez inuenientia de obsequio, siq; illa propeante ad uisitandum, paruulo Prophetæ locus & occasio detur, quo minori adhuc Domino (Iesu) sui officij ualeat exhibere primitias.

Meminit mensis sexti, vt indicet conceptionem Elizabethæ esse certam & firmam: foetus enim sexto mense à conceptu sic est communiter vitalis, vegetus & firmus, nec ei timendum de abortu. Senitè est q. d. Quæsiuisti, ô Virgo, modum, quo manens virgo concipies filium. Respondi modum hunc fore supernaturalem; scilicet fore hoc opus & miraculum Spiritus sancti: hic enim eo modo, quo in Elisabetha per miraculum vi sua diuina formauit Ioannem, sic idem eadem vi faciet in te concipi Iesum, idque ut dum miraculum miraculo additur, gaudium gaudio cumuletur, ait S. Bernardus serm. 4. super Missus est: gaudia enim est B. Virgo de miraculoso conceptu Elisabethæ, æquè ac de suo.

QUA NON ERIT IMPOSSIBILE (Syrus, difficile), APUD DEVM OMNE VERBUM] Est hebraismus, non omne uerbum, id est, nullum uerbum, hoc est, nulla res, quantumus grauis, difficilis & homini incredibilis, vel, ut alij, nullum uerbum, id est, nullum promissum, q. d. Deus potest facere omnia quæ promissit, quia omnipotens est: ac proinde illa re ipsa præstabit, quia fidelis est. Dicit uerbum, quia Deo tam facile est facere, quam nobis loqui uerbum, & quia solo uerbo dixit & facta sunt omnia. Si quidem apud Deum, ait S. Bernardus serm. 4. nec uerbum distat ab intentione, quia ueritas est: nec factum à uerbo, quia uirtus est, nec modus à facto, quia sapientia est. Deus ergo, ait S. August. lib. 5. de Ciuit. c. 10. & lib. 26. contra Faustum c. 5. omnia potest præter ea quæ posse non potentia, sed impotentia est, quæ que si posset, non esset omnipotens, qualia sunt mori, fallere, errare, peccare.

Stetit, tacuitque hic angelus, auide expectans responsum & consensum Virginis. Vnde S. Bernardus ser. 4. super Missus est, ait consensu hunc expectare Adamum, Abrahamum, Dauidem, omnes-

VERS. 36;

VERS. 38.

omnesque Patriarchas & Prophetas, sollicitos de aduentu Messia & salute hominum. Additque: Hoc totus mundus tuis genibus pronolutus expectat: Nec immeritò, quòd ex ore tuo pendet consolatio miserorum, redemptio captiuorum, liberatio damnatorum, salus denique uniuersorum filiorum Adam, totius generis tui. Da Virgo responsum festinater. O domina responde uerbum, quod terra, quod inferi, quod expectant & superi. Ipse quoque omnium rex & dominus, quantum concupuit decorem tuum, tantum desiderat & responsionis assensum. In qua nimirum proposuit saluare mundum.

DIXIT AUTEM MARIA: ECCE ANCILLA DOMINI, FIAT MIHI SECUNDVM VERBUM TVVM] Æthiopicus & Persicus, sit mihi iuxta uerbum tuum. Nota humilitatem, obedientiam, modestiam, charitatem, resignationem Virginis: nam ab angelo salutata Mater Dei, eius se ancillam non matrem nuncupat, eiusque uoluntati se totam resignat, vt in ea & cum ea, & per eam faciat quidquid ipsi libuerit. Ancilla per naturam, mater per gratiam, ait B. Petrus Damiani serm. 3. de Natiuit. Virg. Tabula sum pictoria, ait Theophylactus, pingat pictor quod uoluerit, faciatq; Deus quod uoluerit.

Hinc S. Gulielmus Dux Aquitanie conuersus à S. Bernardo, factusque Eremita & Eremitarum parens, ex hoc B. Virginis dicto colligebat, quòd quantò quis altius contemplando in Deum attollitur, eiq; sit uiciorum & familiarior, tantò magis suam paruitatem perspiciat & despiciat. Et hoc ex inductione Sanctorum probatur: Vnde Ahyabam, inquit, post diuinæ familiaritatis susceptionem se puluerem futebatur. Moyses post rubi miraculum impeditioris lingue se prosternebat. Isaias post conuentus Seraphici auditum irripudium pollutum se labijs asserbat. Iob etiam post auditum diuinum, in fauilla & cinere se reprobendit. Ad extremum Virgo Maria post electionem in matrem Dei privilegium, se ancillam humilem prosternebat. Denique S. Bernardus serm. in illud Apocal. 12. Signum magnum: Merito, ait, facta est omnium domina, que se omnium exhibebat ancillam.

FIAT] Hæc vox tum consentientis, & assensum angelo ad Verbi conceptionem præbentis est. Ita Beda & Maldonatus & S. Irenæus lib. 3. c. 33. & Damascenus lib. 3. c. 2. tum optantis, desiderantis, orantis & obsecrantis ut Messias incarnetur, itaq; homines redimat & saluet. Hoc enim ardentissimè desiderabat & obsecrabat B. Virgo. Ita S. Ambrosius, Luthymius, Beda. Fiat (ait ex S. Augustino Bernardus serm. 4. super Missus est) desiderij est signum, non dubitationis indicium.

SECUNDVM VERBUM TVVM] vt concipiam & pariam Verbum Dei Patris in carne humana; putà Iesum Altissimi filium. Audi S. Bernardum serm. 4. super Missus est: Fiat mihi de Verbo, secundum uerbum tuum: Verbum quod erat in principio apud Deum, fiat caro de carne mea, secundum uerbum tuum: fiat, obsecro mihi uerbum, non prolatam, quod transcat, sed conceptum, ut maneat, carne uidelicet indutum, non aere. Fiat mihi non tantum audibile auribus, sed uisibile oculis, palpabile manibus, gustabile humeris. Et mox: Fiat, non imaginariuè somnium, sed sicut inspiratum, personaliter incarnatum, corporaliter immisceratum.

Nota hic prudentiam & castitatem B. Virgi-

Genes. 18. Exod. 4. Isaias. 6. Iob. 42. Lucæ. 1.

nis: non enim simpliciter dicit, Fiam mater Dei, sed: Fiat mihi secundum uerbum tuum; scilicet quo mihi promissisti me sine copula uiri ex Spiritu sancto concepturam, ac proinde manuram uirginem, q. d. Fiam mater Dei, sed hac lege ut maneam uirgo. Planè enim suæ uirginitati, quam uincè adamabat, cautum uolebat.

Quæres, quo temporis puncto præcisè Filius Dei sit incarnatus in B. Virgine? Primò, Elias Cretenfis orat. de Annunciat. cense eum incarnatum antequam angelus ueniret ad B. Virginem: illum enim annunciasse ipsi incarnationem non futuram, sed iam factam, & in ea non sentiente peractam. Probat id ex uerbis angeli, dicens: Hoc enim quod ait, Dominus tecum, ipsum adesse Regem clarè significat.

Secundò Nicephorus lib. 1. c. 8. ait Christum incarnatum, eum angelus eam salutauit, dixitq; Ave gratia plena. Nam simul cum ea uoce, ait ipse, Verbum Dei descendit, & naturam nostram subit. Fauere uidetur S. Hieron. epist. 140. ad Priscilliam, S. Maria, inquit, quia conceperat eum, in quo omnis plenitudo diuinitatis habitat corporaliter, plena gratia saluatur. Sic & S. Gregorius Thaumaturgus homil. de Annunciat.

Tertiò, alij sentire uidentur Christum incarnatum, cum angelus dixit, Dominus tecum. Hoc enim sic explicat S. Aug. ser. 2. de Annunc. Tecum Dominus in corde, tecum in uentre (per incarnationem) tecum in auxilio. Et S. Petrus Alexand. Episcopus & Martyr. lib. de Deitate, qui citatur in Concil. Ephes. cap. 7. Dominus tecum, ait, id est, Dei uerbum nunc tecum est. Nam illa Gabrielis salutatio, Deum uerum in utero Virginis natum, carnem factum significat. Idem asserit S. Thomas 3. p. q. 30. art. 4. & B. Petrus Damiani ser. 1. & 3. de Natiuit. Virginis, Dominus tecum, dicit, inquit, in hoc uerbo incarnationem Dei, & receptionem hominum, & resurrectionem mundi?

Verum hæc uera esse nequeunt. Primò, quia angelus post hæc uerba, Ave gratia plena Dominus tecum, &c. subdit: Ecce concipies in uero, & paries filium, in futuro. Ergo necdum eum conceperat. Rursus B. Virgo tandem angelò assensum præbens, ait: Fiat mihi secundum uerbum tuum: ergo necdum id factum erat.

Dico ergo, Verbum incarnatum, mox vt B. Virgo angelo illud nunciante assensum præbuit: ad hoc enim ille mittebatur, non enim decebat Christum concipi, inuita vel nesciente Virgine matre, sed sciente & consentiente, mox ergo ut illa dixit: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum uerbum tuum, atq; hæc uerba finit; Spiritus sanctus ex purissimis uirginis sanguinibus, corpus Christi formauit, & eodem instanti illud perfectè organizauit, animauit, & Verbo, siue per sonum Filij Dei hypostaticè uniuert: sicut, mox vt sacerdos consecrans dixit, Hoc est corpus meum, ut hominum uerborum panis transubstantiatur in corpore Christi. Id rursus patet ex eo, quòd angelus ad uirginem cõsensu, quasi peracta legatione sua, ab ea discessit: legationis enim eius potissima pars & finis erat incarnatio Verbi præsertim quia opus hoc erat Spiritus sancti perfectissimum & diuinissimum. Vnde non sentiam, sed simul in eodem instanti à Spiritu sancto, primo, formatum est corpus Christi: Secundò, perfectè organizatum: Tertiò, animatum: Quarto, omni gratia

Quando Verbum incarnatum? Responso. Prima.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

gratia & gloria in anima repletum; Quinto, hypostatice assumptum à persona Verbi: Sexto, Christus incarnatus immensas egit gratias Deo, pro tot in humanitatem suam collatis beneficiis & donis, eique pro salute hominum se obtulit in victimam ad mortem & crucem, iuxta illud: *Holocaustum pro peccato non tibi placuerunt. Tunc dixi. Ecce venio. In capite libri scriptum est de me, ut faciam voluntatem tuam*, Hebr. 10. 7. Ita S. Ambrosius, Iansenius, Maldonatus, & alij hic, ac S. Gregorius 1.9. Registri epist. 61. S. Basilius hom. 27. de humana Christi generatione, Ven. Beda ser. 3. de B. Virgine, S. Athanasius orat. de Deipara, Rupertus lib. 6. in Cant. Damascenus lib. 3. de Fide c. 2. & alij passim. Vide D. Thomam & Scholasticos 3. p. qu. 33. art. 3. Confirmatur ex eo, quod paulò post quàm dixit B. Virgo, *Fiat mihi secundum verbum tuum*; ipsa salutans Elisabeth, ab ea resalutata, vocata fuit mater Domini, id est Christi Dei. Virgo ergo dicens: *Fiat mihi*, &c. facta tunc est quasi coniux Dei, & caro nostra facta est quasi coniux Verbi. Nam, ut ait S. Gregorius Thaumaturgus ser. 1. de Annunc. sic ipsa Verbum suscepit, & pretiosam margaritam produxit, putà Christum. Sicut enim margarita ex duabus naturis, scilicet ex fulgure & aqua conflatur: sic Christus ex deitate & humanitate. Hæc Greg. *Hoc est quod natura miratur, reueretur angelus, veretur homo, suspexit celum, excremit terra, exhorret infernus*, ait B. Petrus Damiani serm. de Annunc. Nam, ut ait S. Bernardus. ser. 1. in vigilia Natiuit. *Angelus nunciat, virtus obumbrat, superuenit Spiritus, Virgo credit, hinc concipit: virgo parturit* (hominem Deum) virgo permanet.

Ad auctores contrariæ sententiæ respondetur Primò, Andream Cretensem videri fuisse in aduersa sententia, sed illum esse solum: nam ceteri ei contradicunt.

Secundò, Nicephorum per *Ane Maria gratia plena*, quasi per initium, intelligere totam salutationem & annunciationem angelicam, in cuius sine Verbum caro factum; cum scilicet B. Virgo consentiens dixit: *Fiat mihi secundum verbum tuum*. Sic & S. Gregorius Thaumaturgus. S. Hieron. verò videtur vt enallage temporis, vt dicat *concepit*, pro *max conceptura erat*.

Tertiò, S. Augustinus, S. Thomas, & Damianus dicentes, *Domino tecum est* scilicet per incarnationem, intelligendi sunt non quòd iam ita foret, sed quòd mox ita futurum esset.

Porro B. Virgo in hac conceptione Filij, eximium accepit gratiæ augmentum, & perfectam sanctificationem; nec de hoc sine temeritate dubitari potest, ait Suarez 3. p. disp. 8. sect. 4. Vnde Beda hom. de Visitatione, *Quis, inquit, dicere, quis estimare sufficiat, quæ tunc gratia spiritum Dei genitricis repleuit, cum tanta in matre præcursoris lux domi & celestis emicuit?* Causam dat S. Bernardinus tom. 1. cõclul. 61. art. 1. c. a. 12. quòd *Deus, inquit, generet Deum, nulla requirebatur in Deo dispositio, cum ei ex natura conueniret, vt per viam naturæ intellectus produceret Verbum per omnia sibi æquale, sed quòd semina conciperet & pareret Deum, est & fuit miraculum: oportuit enim, vt sic dicam, feminam eleuari ad quædam æqualitatem diuinam per quamdam quasi infinitatem perfectionum & gratiarum, quam æqualitatem creatura nunquam experta est. Vnde, vt credo, ad illam abyssum imperferunt omnium charismati Spiritus*

sancti, quæ in B. Virginem descenderunt in hora diuina conceptionis, intellectus humanus vel angelicus nunquam potuerunt attingere.

Subdit aliam deinde causam; quòd scilicet esse matrem Dei sit dignitas quædam infinita, quæ sibi proportionatam gratiam requirit. *Ex his, inquit, colligi potest, Virginem beatam in conceptionis Filij Dei consensu plus meruisse, quàm omnes creaturas, tam angelos quàm homines in cunctis actibus, motibus, ac cogitationibus suis; nempe omnes qui meruerunt nihil aliud potuerunt mereri, nisi secundum varios status & gradus gloriam sempiternam: hæc autem Virgo in illo admirando consensu, meruit totalem formis extinctionem, dominium & primatum totius orbis, plenitudinem omnium gratiarum, omnium virtutum, omnium donorum, omnium beatitudinum, omnium fructuum spiritus, cunctarum scientiarum, interpretationes sermonum, spiritus prophetiæ, discretiones spirituum, operationes virtutum. Meruit secunditatem in virginitate, maternitatem Filij Dei: meruit quòd sit stella maris, porta cali, & super omnia, quòd regina misericordie nuncupetur, ac talis nominis consequatur effectum. Vnde merito Proverb. vltim. de ipsa B. Virgine Salomon ait: *Multa filie congregauerunt diuitias, tu supergressa es vniuersas.**

Imò S. Antonius 4. p. tit. 15. cap. 17. s. 1. suspicatur B. Virginem in conceptione Filij Dei vidisse Dei essentiam, vt pote quam in se recipiebat, vt S. Augustinus, S. Thomas, & alij dicunt eandem vidisse S. Paulum in raptu. Et certè Paulus eam vidit, multò magis eam vidit B. Virgo. Idem opinantur Rupertus Cant. 4. ad illa: *Occuli tui Columbarum*, Dionys. Cartus. in 1. dist. 16. q. 2. Gerson alphabeto 15. tit. 8. & S. Bernardus ser de B. Virgine tom. 2. & hodie multi magnique Theologi idem sentiunt.

Denique Damascenus de Dormit. Deiparæ, & Anselmus de Excellentia Virginis c. 3. & 4. & seq. tradunt B. Virginem in conceptione Verbi accepisse claram reuelationem suæ prædestinationis; & exaltationis futuræ super omnes angelorum choros.

ET DISCESSIT AB ILLA ANGELVS] peracto iam suæ legationis officio, scilicet impetrato Virginis assensu, ideoque Incarnatione Verbi in ea iam peracta. Porro B. Virgo reuelauit nõnullis, angelum Gabrielem non statim discessisse, sed secum mansisse per nouem horas, obstupefactum Verbi in Virgine incarnatione, ac Verbum incarnatum adorasse, illique omne obsequium obtulisse & re ipsa exhibuisse. Nam tradunt monumenta Congregationis S. Georgij in Alga in Lusitania, eos qui eius auctores fuerunt, à B. Virgine Maria accepisse, Gabrielem eum Incarnationem nunciare, integras nouem horas apud eandem fuisse, ac si ob incredibilem Virginis modestiam & maiestatem humana maiorem, & ob diuini Verbi carne induti præsentiam, in admirationem raptus discedere nequireret. Quod indicauit sacer scriptor his verbis: *Et discessit angelus ab ea*. Videtur enim velle indicare, eum rerum nouitate & magnitudine obstupefactum sic hasisse, vt auelli nequireret, donec tandem re exigente quodammodo, tamen inuitus à loco discessit. Verùm hæc vti piè dicuntur, ita certam non habent fidem.

Denique creditur Gabriel flexis genibus salutasse Virginem, atque hoc situ toto legationis suæ

Quot & quanta meruit Virgo suo consensu.

An vultus Dei essentiam?

Quandò Gabriel Archang. manserit cum B. Virgine?

tempore permanisse, tum vt Virginem Deiparam veneraretur, tum vt Verbum in ea incarnatum adoraret. Quo circa eius exemplo S. Margarita Hungariæ regis filia, & S. Maria Oigniacensis, quoties Salutationem Angelicam recitabant, toties ante imaginem Virginis Deiparæ genua flectebant.

VERS. 39. EXURGENS AUTEM MARIA IN DIEBUS ILLIS ABIIT IN MONTANA CVM FESTINATIONE, IN CIVITATEM IYDA] *In diebus illis*. Non ergo eodem die, vt insinuat, Theoph. Beda & S. Ambrosius, quo salutata ab angelo Filium Dei concepit & corporauit, abiit, sed post duos vel tres dies: hos enim insumpit contemplan-do, gratias agendo, orando & diluauando cum Filio Dei in se iam incarnato. Ita Franc. Lucas, Barradius & alij.

ABIIT] Cur? Resp. Primò, vt Verbum in se conceptum aliis annunciarer, eisque gratiam eis aspiraret. Volebat enim Christus in ea incarnatus illic inchoare officium Saluatoris, ad quod à Patre missus erat. Vnde S. Ambrosius. *Abiit, inquit, non quasi incredula de oraculo, nec quasi incerta de nuncio, nec quasi dubitans de exemplo;* (vt exploraret an reuera Elisabeth concepisset, vt ei nunciaret angelus) *sed quasi læta pro voto, religiosa pro officio, festina pro gaudio.*

Secundò, vt Ioannem à peccato originali expiaret, eumque cum Elisabetha matre Spiritu sancto impleteret; sicque Christi honor, omniumque deuotio cresceret. Ita Origenes hic hom. 7. *Iesus, ait, qui in vtero Virginis erat, Ioannem adhuc in ventre matris postum sanctificare festinabat.*

Tertiò, vt Elisabethæ cognatæ suæ de concepto per miraculum Ioanne congratularetur, eiq; grauidæ & senis seruiret, ideoque mansit cum ea toto reliquo tempore, quo grauida fuit, putà mensibus tribus, usque dum pareret Ioannem. Ita Beda & alij.

Quarto, vt daret omnibus futuris sæculis insignem humilitatis, & charitatis exemplum, qua ipsa iam mater Dei, & regina mundi effecta, dignatur visitare Elisabetham, quæ ipsi potius ancillare & seruire debebat: vt & nos similiter eius exemplo viles, pauperes, aliosque nobis inferiores libenter visitare, salutare, eisque seruire & optulari in animum inducamus.

Quocirca exemplo & titulo Visitationis B. Virginis, multæ Congregationes ad visitandos pauperes, hospites, infirmos, incarceratos, &c. institutæ sunt, ac nuper hoc titulo Congregationem Religiosarum insignium per totam Galiliam quæ ægris seruiant, instituit D. Franc. de Sales Episcopus Geneuensis, vir magna pietatis & zeli.

Opinatur Iansen. & alij, cum B. Virgine iuifse Iosephum, vt pote eius sponsum & maritum. Verùm alij id negant: quia, si Ioseph iuisset cum ea, audisset vtique illam ab Elisabetha salutari matrem Dei, ac proinde post reditum videns eam intumescere vtero grauidam, non voluisset eam dimittere: quod tamen facere voluit, vt patet Matth. 1. v. 19. Ioseph ergo domi curâ rei familiaris detentus, B. Virgini sponsa suæ eunti in montana associari ancillam, vel matronam quampiam grauem, quæ ei fidelis esset itineris comes, adiutrix, testis actionum omnium.

An S. Ioseph B. Virginem ad Elisabeth. euntem comitatus fuerit?

IN MONTANA] vel Hebron, vt volunt Baroni- us, Toletus, & alij; vel Iudææ, vt volunt Geographi terræ sanctæ, de quo mox plura.

Tropologicè anima Deo plena, vt erat anima B. Virginis, in montana conscendit, id est, ad ardua virtutum enititur. Ita S. Ambrosius. *Quòd iam Deo plena, ait, nisi ad superiora cû festinatione conscenderet?* Et Beda: *Concept. mente Dei Verbo, ait, ascendendum ad virtutum cacumina; amoris gressu, & ciuitas Iudææ, id est confessionis & laudis, penetranda: & in perfectione fidei, spei & charitatis quasi tribus mensibus commemorandû. Hinc Lot fugienti incendium Sodomæ dicitur, In monte saluum te fac, Genes. 19. 17. Et Habacuc c. 3. 19. Deus Dominus, ait, fortitudo mea, & ponet pedes meos quasi ceruorum; & super excelsa mea declinet me victor in psalmis canentem. Vide ibi dicta.*

CVM FESTINATIONE] Syrus, *sedulo*, vel diligenter: *græcè περὶ ἀσθενῆς*, id est cû studio, diligentia, sedulitate, festinatione, agilitate. Agitem enim facit *actio*, strenuum motus, fortem animus, robustum corpus ait Corn. Fronto. Causam primam festinationis dat S. Ambr. *Festinauit Virgo, inquit, ne extra domum diu in publico moraretur; &c. Discite virgines non demorari in platea, non alios in publico in scire sermones. Maria in domo serua, festinat in publico.* Secundâ causam idem Ambrosius addit, quia plena erat gaudio & Spiritu sancto: *Nescit, inquit, tarda molimina spiritus sancti gratia.* Gaudium enim & deuotio, ac charitas stimulant B. Virginem ad festinandum.

Tertiam dat Origenes: quia Christus in vtero Virginis Ioannem à peccato purgare & sanctificare festinabat. *Mariam ergo, ait S. Ambrosius, quæ antea sola in intimis penetralibus versatur, non à publico virginitatis pudor, non à studio asperitas montium, non ab officio proluxuræ itineris retardauit.*

IN CIVITATEM IYDA.] Id est, in Ierusalem, aiunt Albertus Magnus, & S. Bonaventuræ; sed Ierusalè, cum de ea agitur alibi passim, solet nominari. Adde: Ierusalem erat in tribu Beniamini non Iuda, Melius ergo Tolet & Baroniæ accipiunt Hebron: hæc enim erat in tribu Iuda sita in monte, eratq; prima ex ciuitatibus iis, quæ in tribu Iuda assignatæ erant sacerdotibus ad habitandum, Iosue 21. 9. & seq. sicut alia eidem assignatæ erant in tribu Simeon & Beniamin. Porro Hebron à Ierusalem distat octo horis. Denique Brocardus, Bredembachius, Adrichomius, &c. in Descriptione terræ sanctæ, ciuitatem hanc aiunt fuisse Emmaus, vbi incipiunt montana Iudææ, quæ à Ierusalem distat horâ eum media, de quo mox plura. Iuxta Hebron ergo sunt montana Hebrò, iuxta Emmatis montana Iudææ, vt patet ex tabulis Geographicis.

Verisimile est B. Virginem prius iuisse Hierosolymam, vt pote instante festo Paschæ ibique in templo Deo gratias egisse, eique se suumque Iesum iam conceptum obtulisse. Ita Chetouæus, Franc. Lucas, Barradius, & alij, præsertim quia ex Nazareth in montana, per Ierusalem directum erat iter. Fuit ergo hoc Virginis iter facilè quadridui: nam à Nazareth in Ierusalem est iter tridui, putà iter 26. horarum: quarto deinde die B. Virgo à Ierusalem iuit domum Zachariæ, de quo iam plura.

ET INTRAVIT IN DOMVM ZACHARIÆ] **VERS. 40.** DOMVM

Festinat Virgo: Cur? Primò,

Secundò,

Tertiò,

Quarto,

D

Domus Zachariae in E-

Domum hanc ex Broehardo, Bredenbachio & Niecephoro ita describit Adrichom. in Descrip- terra sanctae p. 55. n. 243. Domus Zachariae sacer-

ET SALVTAVIT ELIZABETH] dicendo Pax tecum, quia haec erat Hebraeis vsitata salutatio. Vnde Syrus vertit. precata est pacem, sine salutem.

ELIZABETH] non Zachariam: tum quia mutus erat & surdus, tum quia non decebat virum à Virgine salutari, nec pudor virginis id per-

VERS. 41.

ET FACTVM EST VT AVDIT SALVTATIONEM (Syrus, pacem) MARIAE ELIZABETH, EX-

sum ideoque illam vt matrem Dei resalutauit & venerata est.

Pro exultauit graece est ioygmoç, quod proprie non significat latari, sed salire, exilire, sub-

Quæritur ergo hinc, an haec Ioannis infantis exultatio fuerit motus naturalis, an animalis, an rationalis; siue an Ioannes exilierit cum sensu vs-

Verum contrarij sentiunt omnes Patres & Doctores Orthodoxi. Vnde S. August. epist. 57. ad Dardanum, & Eucherius q. 3 in Lucam, ac Iansenius hic opinantur supernaturalem fuisse hunc saltum Ioannis, sed sine vsu rationis.

Ventris absorto recubans cubili, senseras Regem thalamo manentem: Hinc parens nati meritis vter que

Merita enim presupponunt vsu rationis, libertatis & virtutis. Hi omnes igitur asserunt, hunc saltum Ioannis non tantum fuisse supernaturalem, sed & vsu rationis pollentem, ac ex vero animi gaudio procedentem. Idque patet ex v. 44.

Saltus Ioannis an rationalis?

Abdita pandit.

vbi

vbi ait Elisabetha: Exultauit in gaudio infans in A vtero meo; Syrus, in gaudio magno, Arabicus, motus est infans cum exultatione in vtero meo.

Secundò, idem patet ex eo, quòd Ioannes hoc suum gaudium communicauit & afflauit matri suae, cum ei simile gaudium cum propheta indidit, vt patet ex sequent.

Tertiò, quia simili modo vers. 47. exultauit B. Virgo canens Magnificat, vti que pollens vsu rationis, & rationali gaudio, ergo & Ioannes, qui primus erat finis & scopus visitationis B. Virginis, & horum omnium mirabilium.

Rationis vsu in matris vtero donatus Ioannes Baptistae.

Acceleratus ergo fuit Ioanni semestri in vtero matris vsus rationis, vt, Deo reuelante, Christum in vtero Virginis incarnatum agnosceret, adoraret, diligeret, eique corporis gestu & saltu reuerentiam exhiberet, eodemque Virginem salutantem resalutaret. Secundo, Ioannes tum accipit donum prophetiae de Christo, vt Patres iam citati docent: imò S. Ambrosi. & Theophyl. opinantur Ioannem compellatum à Zacharia patre, intellexisse illud euidem de se oraculum: Et tu puer propheta altissimi vocaberis: praebis enim antefaciem Domini parare vias eius. Tertiò, Ioannes eodem instanti purgatus est à peccato originali. Quarto, accepit gratiam non qualem qualem, sed eximiam, quae precursorem Christi mox futurum decebat, gratiam inquam, cum omnibus virtutibus infusus. Hoc enim praedixit angelus v. 15. dicens: Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suae. In Ioanne ergo verum est illud S. Chrysofomi hom. 30. Saltatio indicium est perfectae sanitatis; adde & sanctitatis.

Hinc aliqui putant Ioannem caruisse fomite concupiscentiae, nec vquam peccasse venialiter; sed hoc priuilegium B. Virgini proprij videtur, quòd Ioannes fuit inferior. Habuit ergo ipse fomitem concupiscentiae; & peccauit venialiter; scilicet per subreptionem: sed deliberatè forte numquam. Ita Barradius. Est enim regula S. August. & Theologorum: Qui habet vel habuit peccatum originale, habet & concupiscentiae fomitem, peccatq; subinde venialiter: atqui Ioannes habuit peccatum originale; ergo, &c.

Ioanni man- sit vsus ratio- nis.

Quæres, an hic vsus rationis continuò durarit & perseverarit in Ioanne? Negant nonnulli recentiores, sed asserit S. Ambrosi. & Origines hic hom. 3. Ratio eorum est hac: Si Ioannes ad praesentiam Christi & B. Virginis vsu rationis accepit, ergo quamdiu durauit eorum praesentia, tandiu durauit in Ioanne vsus rationis: atqui eorum praesentia durauit per tres menses scilicet vsq; ad natiuitatem Ioannis: ergo eousq; durauit in eo vsus rationis. Porro non est verisimile Ioannem extra vterum fuisse priuatum dono, quod habuit in vtero: ergo vsu hunc rationis habuit deinceps continuò & semper. Ita Toletus & Suarez 3. p. q. 27. disp. 4. sect. 7. qui idem longè potiori ratione de B. Virgine asserendum docet.

Quam efficax salutatio, & precatio Sanctorum, & praesertim B. Virginis, vtpote quae vnico salutationis verbo tam Ioannem quam Elisabetham Spiritu sancto repleuit, omnibusque eius donis cumulauit. Sanctorum non tantum rei haec, sed & ipsi aspectus spirituales gratia pleni sunt, ait S. Chrysof. hom. 3 ad Popul. Idem in 2. ad Timoth. c. 1. v. 1. Sufficit, ait sola

Cornel. in Lucam.

Pauli salutatio gratia implere eum qui ita salutatur. Sancti enim, ac super omnes B. Virgo, pleni sunt spiritu igneo charitatis; quare eum ore, oculis, vultu expirant & adstantibus inspirant, perinde ac qui plenus misto, illius calorem & efficaciam vicinis inhalat, vti fecere Apostoli in Pentecoste, Actor. 2. Quare qui alios spirituales efficere fatagat, ipse prius spiritu diuino se repleat: sic Iobquedo eundem audientibus inhalabit & afflabit: ex abundantia enim cordis os loquitur, & stomachus illud quo plenus est, eructat. Adde, quòd Deus talibus, vt instrumentis sibi vnitis & congruis, vratur: ipse enim purissimus & efficacissimus est spiritus; quare per viros spirituales & zelosos, quasi sibi similes, spiritualia & magna potenter operatur.

ET REPLETA EST SPIRITV SANCTO ELIZABETH] Spiritu sancto, scilicet gratia Spiritus sancti, tum gratum faciente, tum gratis data: nam quae prius erat iusta & sancta, vt patet v. 6. iam facta est longè iustior & sanctior, ac insuper accepit donum prophetiae, ex Spiritu sancto cepit prophetare, id est reuelare arcanam Verbi incarnationem factam in Virgine, eique futura praedicere.

Porro Ioannes, vt dixi, prius fuit repletus Spiritu, deinde eodem repleuit & matrem; tum quia saltu suo excitauit eam ad indagandù mysteriù incarnationis latens in Virgine, tum quia suà sanctitate, meritis & precibus meruit, vt & mater repleteretur Spiritu sancto, quo ipse plenus erat. Ita S. Ambrosius: Vocem, inquit, prior Elisabeth audiuit, sed Ioannes prior gratiam sensit. Exultauit infans, repleta est mater: non prius mater repleta quam filius; sed cum filius esset repletus Spiritu sancto, repleuit & matrem. Sic quoque Origenes, Euthymius, & Theophyl.

VERS. 42.

ET EXCLAMAVIT VOCE MAGNA, ET DIXIT: BENEDICTA TV INTER MULIERES, ET BENEDICTVS FRUCTVS VENTRIS TVI] Exclamauit, tum ex vehementia spiritus & ardoris sibi à Spiritu sancto aspirati, tum ex nouitate & admiratione mysteriorum sibi à Spiritu sancto reuelatorum; putà incarnationis Verbi, conceptionis B. Virginis, saltus & sanctificationis Ioannis in vtero suo, &c. Haec enim admirans, nec continere se valens, quasi parturiens diuina, in ingentem erupit clamorem.

BENEDICTA TV INTER MULIERES] id est, pra omnibus mulieribus. q. d. Tu omnium mulierum es fortunatissima & benedictissima; quia electa in Dei matrem, quem totus non capit orbis. In tua se clausit viscera factus homo. Eadem fuit salutatio angeli v. 28.

ET BENEDICTVS FRUCTVS VENTRIS TVI] id est, est causale, idemque valet quod quia, q. d. Quia benedictus est fructus ventris tui, id est, filius Dei, quem repente cōcepisti, & carne tua vestisti, idcirco tu quoque benedicta. Fons enim omnium benedictionum & gratiarum B. Virginis collatarum à Deo, est maternitas Dei, quòd scilicet ipsa Deū conceperit & in se incarnarit: Deus enim matrem suam omni gratia adornauit ad hoc, vt dignum se fieret habitaculum, imò vt digna esset quae fieret mater Dei. Cui enim magis quam matri benedicat filius, & filius talis, qui simul sit Deus & homo? Elisabeth ergo, inspirante Spiritu, hic cognouit iam B. Virginem

con-

concepisse, & in ea incarnatum esse Filium Dei, A quod nullo alio indicio vel signo scire poterat. Benedictus, non tantum inter mulieres ut tu, sed absolute pre angelis, hominibus, & creaturis omnibus, utpote omnium creator & dominus. Porro ceteri Eue filij omnes sunt maledicti, quia ex ea & Adamo contrahunt peccatum originale; solus Christus est benedictus, quia non est filius naturalis Ade; sed supernaturaliter in Virgine conceptus est ex Spiritu sancto.

FRUCTVS VENTRIS TVI] Alludit ad illud Dei brachium & promissum factum Davidi: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Plal. 132. v. 11. q. d. Benedictus sit filius David, puta Messias Davidi quali filius promissus, qui est fructus ventris tui; utpote in ventre tuo ex purissimis tuis sanguinibus formatus & incarnatus. Audi S. Bernard. ser. 3. de Annunc. Singulariter quidem fructus ventris tui est, sed ad omnium quidem mentes te meditante pervenit. Sic nimirum, sic olim vos totos in vellere, totos in area, sed in nulla parte aree totus, sicut in vellere fuit. In se solo rex ille dives & praeclares exinanitus, excelsus humiliatus, immensus abbreviatus, & ab angelis honoratus est; verus demique Deus & Dei Filius incarnatus, sed quo fructus nempere ut omnes eius paupertate locupletemur, eius humilitate sublequemur, eius minoratione magnificemur, eius incarnatione adhaerentes Deo incipiamus unus esse spiritus cum eo.

VERS. 43. ET VNDE HOC MIHI, UT VENIAT MATER DOMINI MEI AD ME?] Verba sunt summae humilitatis & reverentiae, quibus non hoc sibi merriti, sed muneris fuerit esse divini, ait S. Ambros. & ex eo Beda. Matrem imitatus Ioannes filius, Christo venienti ad se ut baptizaretur: Ego, inquit, a te debeo baptizari, & in venis ad me? Cui Christus: Sine modo: sic enim decet nos implere omnem Iustitiam Matth. 3. 14.

DOMINI] Id est Dei, qui absolute vocatur Dominus, quia Rex regum, & Dominus dominantium. Hinc ergo Primò, liquet, iam Christi humanitatem in Christo fuisse animatam & unitam Verbo, siue Dei Filio, ut dixi v. 38. Secundò, B. Virginem recte vocari Θεοτόκον, id est Christiparam, non tantum χριστοφόρον, id est Christiparam, ut volebat Nestorius, sicut contra eum definiuit Concilium Ephesinum & tota Ecclesia. Tertio, in Christo esse duas naturas, scilicet humanam; hanc enim solam ei dare potuit virgo mater; & divinam, quam ei solus communicavit Pater: sed unicam personam, scilicet non humanam, sed divinam, puta hypostasin Verbi. Si enim in Christo essent duae personae sicut sunt duae naturae, non recte diceretur Deus ex virgine natus, passus, crucifixus, sed alius, scilicet homo; siue persona hominis. Iam autem id recte dicitur quia una est persona in Christo, utramque naturam divinam & humanam sustentans; quae proinde facit, ut attributa vnius naturae tribuantur alteri in concreto, ut scilicet hic homo, puta Iesus, recte dicatur esse Deus, aeternus, omnipotens, ac vicissim Deus in eo dicatur esse homo, passibilis, mortalis, imò passus & mortuus: quia scilicet eadem est persona, quae ob duas naturas quas habet, simul est Deus & homo, ac proinde tam Dei quam hominis actiones & attributa in se suscipit. Actiones enim sunt suppositivum, siue personarum; atque hanc unicam in Christo personam significat tam vox hic homo,

D. V. Virgo recte dicitur Deo-puta.

siue Iesus, quam vox Deus, vel Dei Filius: quare quod de vno verè dicitur, etiam de altero verè dicitur.

VERS. 44. ECCE ENIM UT FACTA EST VOX SALVATIONIS TVAE IN AVRIBVS MEIS, EXULTAVIT IN GAUDIO INFANS IN VTERO MEO] Graece εὐχρησθη ἐν ἀγαλλιάσει, id est, exultavit in exultatione: licet enim ἀγαλλιάσει significet gestulationem, significat tamen gaudium quoque & exultationem, quae gestiendo & exiliendo ostenditur. Vnde Syrus vertit, in praesentia gaudio magno. Vide dicta v. 41. & dicenda v. 47.

Symbolicè, Ioannes exiliens in vtero, fuit quasi praesultor sui martyrij: suo enim saltu adumbravit saltum filiae Herodiadis, quae cum ideirco placuisset Herodi, petiit ab eo caput Ioannis & impetrauit: sed saltus hic Ioanni fuit summo honori, gaudio & decori, filiae verò summo dolori & dedecori. Vnde Poeta de eo canit: Iam video puer: ab saltum meditaris acerbum, Quo caput exposcet sena puella tuum. Usque adeò tibi dulce mori est, ut luminis expertus Argumenta tuae ludere cadis ames?

VERS. 45. ET BEATA QUAE CREDIDISTI, QUONIAM PERFICIENTVR EA QUAE DICTA SVNT TIBI A DOMINO,] per angelum v. 31. scilicet, Paries filium, & vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur: & dabit illi Dominus Deus sedem David patris eius. Cognovit, ergo Elisabeth per Spiritum sanctum, B. Virginem credidisse angelo nunciante Christi conceptionem & natiuitatem. Beata, tum per rem, quia Christum iam vtero gestas; tum per spem, quia eum paries, qui te, omnesque in eum credentes beatos in caelo efficiet. Beata ergo es apud Deum & homines. Beata es, & eris per omnem saeculorum aeternitatem. Beata, inquam, antonomasticè, id est omnium angelorum & hominum beatissima & felicissima. Tacite perstringit Elisabeth Zachariae mariti sui incredulitatem de nascituro Ioanne v. 20. eiq; opponit fidem Virginis. Vnde Beda: Verè beata, inquit, quae sacerdote praesantior, cum enim sacerdos negasset, Virgo correxit errorem.

TIBI] Legit Interpres in Graeco αὐτῆς vel αὐτῆς aspiratè, iam minus rectè legunt αὐτῆς cum spiritu leni, id est illi in tertia persona: nam rectè credidisti est secundae personae; ergo subiungendam est tibi, potius quam illi, ne subito sine causa secunda persona mutetur in tertiam.

Fateor, Graecum ἡ μετὰ τὴν ἄνοιαν verti posse in tertia persona, Beata quae credidisti, quia perficietur ea quae dicta sunt illi, uti vertit Syrus, Variabl. & alij; tamen quia praecedentia omnia diriguntur ad B. Virginem, in secunda persona per modum salutationis & colloquij, hinc potius, suavis & efficacius hic quoque in secunda persona vertendum est credidisti, uti & vertit Arabicus.

VERS. 46. ET AIT MARIA, MAGNIFICAT ANIMA MEA DOMINVM] Sic quoque Syrus; Arabicus; Aegyptius, Persicus & Aethiopicus. Appositè ad laudes suas ab Elisabeth celebratas responderet B. Virgo, retorquendo illas ad suum fontem, puta ad Deum. Audi S. Bernardum serm. in illud Apocal. 12. Signum magnum apparuit in caelo: sic enim ait: Magna quidem praecordia, sed & devota humilitas, nil sibi passa retinere, in eum magis vniuersa resudat, cuius in se beneficia laudabuntur. Tu inquit, magnificas matrem Domini, sed magnificat anima anima

850

mea Dominum, In voce mea filium perhibes exultasse A in gaudio, sed exultavit Spiritus meus in Deo salutari meo. Et ipse quoque tamquam amicus sponsi gaudet ad vocem sponsi. Beatam esse dicis, quae credidisti, sed credulitatis & beatitudinis causa respectus est supernae pietatis, ut ex hoc magis beatam me dicant omnes generationes, quia ancillam humilem & exigentem respexit Deus.

Pergit deinde S. Bernardus ostendere B. Virginem, licet esset humillima, in fide tamen promissionis sibi ab angelo factae summè fuisse magnanimam, ut ad tantum mysterium non dubitaret se electam, sed veram Dei & hominis genitricem crederet mox futuram. Facit enim hoc in electis gratia Dei; ut eos nec humilitas faciat pusillanimes, nec magnanimitas arrogantes.

Magnificat.

MAGNIFICAT] Aliter magnificat hominem Deus, aliter homo Deum: Deus magnificat hominem, quia eum magnum facit, dum magnis opibus, honoribus, gratiis & donis eum cumulat, & praeter ceteris extollit. Homo verò sic nequit magnificare Deum, quia nil parui vel magni ei addere potest. Magnificare ergo Deum dicitur, eum eius magnitudinem, id est maiestatem, magnificentiam, omnipotentiam, sanctitatem, sapientiam, beneficentiam, &c. laudat & praedicat. Senus ergo est, q. d. Tu o Elisabeth, magnificas me, dum me magnifico titulo matris Dei exornas, & magnalia Dei mihi collata celebras; at ego magnifico & celeberrimo Deum, qui me magnam fecit, dum tam magnum mihi dedit filium, scilicet Deum ipsum, ac tam magnum incarnationis Verbi mysterium in me operari dignatus est. Vnde Beda sic paraphrasticè explicat: Tanto me Dominus, tamq; inaudito munere sublimavit, quod non vilo officio lingua explicari, sed ipso vix intui pectoris affectu valeat comprehendere: & ideo totas animae vires in agendis gratiarum laudibus offero, totam in contemplanda magnitudine eius, cui non est finis, quidquid vno, sentio, discerno, gratulante impendo.

Hoc incarnationis Verbi opus omnium operum Dei fuit maximum: fuit enim opus Primò, summae potentiae, vniere Deum homini, caelum terrae; spiritum carni, haec enim sunt duo extrema in infinitum à se distantia: Secundò, summae bonitatis, quia Deus se totum omniaque sua bona homini communicavit: Tertio, summae sapientiae, quae hanc unionem fecit in persona divina, ut utriusque naturae, humanae scilicet & divinae, sua feruaretur integritas. Vide D. Tho. 3. p. q. 1. a. 4. Quocirca Plal. 8. canit Psaltes: Elenata est magnificentia tua super caelos. Vbi Euthym. ait: Magnificentiam hoc in loco Dei humanationem appellat, quae est magna & omnem excuperans intellectum: elonata enim est & transcendit illas etiam potestates, quae super caelos sunt, eò quod etiam ab eis comprehendere non potest. Vnde maxima eis est admirationi, neque enim homines tantum sed ipsi etiam ad hoc stupent mysterium.

Magnificat canticorum omnium praestantissimum.

Hic ergo incipit canticum B. Virginis, omnium sacrae Scripturae canticorum, scilicet Moysis, Deborah, Annae, Ezechiae, Trium puerorum, &c. praestantissimum; utpote diuino spiritu & exultatione plenissimum, ut à Verbo in vtero Virginis iam concepto, & exultante compositum dictatumque videatur, quod proinde Ecclesia quotidie in Officio Vesperarum vniuersat, & solemnè ritu decantat, ut eodem Deum summè celebret. in Lucam.

lebrer & glorificet, eique pro Verbo incarnato ceterisque donis maximas agat gratias, utque affectus devotionis, pietatis, amoris, exultationis, quos in eo dictando caelitus hausit B. Virgo, hauriat & imbibat.

Porro tres cantici huius sunt partes: Prima, ab hoc v. 46. vsque ad v. 50. Virgo laudat Deum ex beneficiis propriis, sibi que vni à Deo praestitis, praesertim conceptionis Verbi. Secunda, à v. 50. vsque ad v. 54. laudat Deum ob beneficia communia toti populo ante Christi aduentum praestita, maxime autem alludit ad victorias contra Pharaonem & Chanaanos Israëli collatas. Tertia, à v. 54. vsque ad finem cantici redit ad beneficium hoc maximum incarnationis Verbi patribus promissum, sibi que exhibitum.

Tres eius partes.

Tropologicè, Origenes, Deus ait, magnificatur, quando eius imago grandis efficitur; cum scilicet anima ad Dei imaginem facta, magnis humilitatis, charitatis, patientiae ceterarumque virtutum operibus, incrementis & meritis augeatur. Glossa verò, Deus, ait, magnificatur in nobis, dum Christo per iustitiam conformamur. Nam, ut ait hic S. Ambrosius: Imago Dei Christus est, & ideo siquid in sum religio sum, fecerit anima, illam imaginem Dei, ad cuius similitudinem creata est, magnificat. Et ideo dum magnificat eam, magnitudinis eius quadam participatione sublimior fit, ut illam imaginem splendidi bonorum colore factorum, etiam quadam emulacione virtutis in se videatur exprimeret. Theophyl. animam Deum magnificare dicit, cum homo heroica atque caelestia opera exequitur, magnificat, inquit, Deum, qui dignè iuxta Deum ambulans, vocatus Christianus, non attenuans nomen & dignitatem Christi, faciendo quod non oportet, sed magnificans operando magna caelestia, opera. S. Basilii in Plal. 29. vers. 1. ad illa, Exaltabo te Domine: Qui, inquit, ad beatitudinem eum scientia propebat, Deum exaleat; qui ingreditur hinc oppositam, quantum hic Deum in se humiliat! Idem in Plal. 33. ad illa: Magnificate Dominum mecum: Magnificat, inquit, Dominum is, qui magno mentis proposito, celsoq; animo & erecto pro pietate tentatione tolerat: deinde verò is etiam, qui nec mediocri intellectu & sublimiore animi speculatione, rerum conditarum multimodam magnitudinem considerat, ut ex earum magnitudine iuxta ac pulchritudine tantarum rerum opificem contempletur. S. Augustinus serm. 2. de Assumpt. Quaecumque, inquit, anima sancta, Verbum concipere potest credendo, parere praedicando, magnificare amando, ut dicat, magnificat anima mea Dominum.

ANIMA MEA] q. d. Non solum lingua mea, nec sola manus mea, sed ipsa anima mea, tota quanta est magnificat Deum, hoc est, ego ex intus animae meae penetralibus, sinibus & sensibus, totis mentis meae facultatibus laudo & glorifico Deum: omnes animae meae vires in eius laudem expromo & exhaurio, ut intellectus meus non nisi ipsam consideret, voluntas nihil nisi ipsum cogitet; os meum nil nisi ipsum loquatur & praedicet, manus mea non nisi ea quae ad cultum eius spectant operetur, pedes mei non nisi ad eaque ad gloriam eius spectant, progrediantur & procedant.

Symbolicè, Toletus, Rectè, inquit, B. Virgo ait anima mea, Primò, quia ipsa sola habebat ani-

Tropologicè.

mam suam in potestate sua, cuiusque erat hera & domina, quia illam possidebat per patientiam, & affectum passionumque omnium dominii: at nos non possidemus animam nostram, quia possidemur ab ira, superbia, concupiscentia, similitudine passionum. Secundò, quia ipsa totam animam traderat filio: quæ autem filij erant, ipsius quoque erant. Unde anima eius filio tradita, in eius potestate integra reuertebatur, perfecteque dicitur anima mea: tota enim ipsius erat, quæ tota à filio quantum ad omnes eius partes, possidebatur. Tertio, propter affectum dilectionis: quod enim Deum aliquis magis diligit, eò magis diligit animam suam. Cum igitur B. Virgo Deum maxime super omnes homines dilexerit, nullumque peccatum commiserit, suam protectò animam maxime diligebat. Quod autem diligimus, præ dilectione nostrum appellamus: quæ igitur animam suam sic dilexit, eam verè suam vocavit.

DOMINUM] q. d. Tu, ò Elisabeth, manificas me ut matrem Domini, quòd Dominus, id est, Deus, sit filius meus: ego verò Dominum ipsum magnifico, id est, Primò, Deum Patrem, qui me dignatus est euehere ad suæ generationis confortium, ut eiusdem filij sum mater, cuius ipse est Pater: quem enim ipse genuit Deum, ego eundem generavi hominem. Secundò; magnifico Deum Filium, quia ipse ex meo sanguine carnè assumere, meisque filius fieri dignatus est. Tertio, magnifico Spiritum sanctum, qui me sua sanctitate repleat, ac tantum incarnationis Verbi opus in me sola operari elegit.

VERS. 47. ET EXULTAVIT SPIRITUS MEVS IN DEO SALVARI MEO] Exultavit, scilicet ab initio conceptionis & incarnationis Verbi in me, & continuo exultat: Græcè est, *ἠγαλλίασεν*, id est vehementer lætatus est, gessit, exultavit, iubilavit: *ἠγαλλίασεν* enim, ait Eustachius: dicitur quasi *ἀγαλλω*, id est, admiror vehementer. B. Virgo ergo admirans spiritu, Dei in se incarnati diuinam potestatem, sanctitatem, iustitiam, benignitatem, beneficentiam, exultat, & præ gaudio gessit & iubilat. Hinc Euthymius in illud Psal. 9. *Lætabor & exultabo in te; Exultatio*, ait, maior quædam est lætitiæ intenso, quæ præ nimio gaudio subsistere valde, atque eleuari cor facit.

Audi Albertum Magnum: Exultatio, inquit, est quædam exultatio in iubilo, cum cordis gaudium saltat in corporis iucunditatem, & tunc patet exultare spiritum, esse iucundari spiritum etiam in tripudio corporis, iuxta illud Zachar. 9. *Exulta satis filia Sion, iubilata filia Ierusalem: Ecce rex tuus venit tibi mansuetus.* Addit Albert. In vtero Deiparæ echo quædam diuina efficitur, repercusio soni, ac vocis Christi existens in vtero, in os Mariæ, quæ deinde ad eundem Christum reflectitur, dum dicitur: *Exultavit spiritus meus in Deo saluari meo.*

Accedit Caietanus: Exultatio, ait, est exundans lætitia, quæ scilicet in signa externa gestulationis, cantus, iubilationis, &c. modestè tamen & grauius erumpit.

Alludit ad illud Isaïæ c. 61. v. 10. *Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo; & magis ad illud Annæ 1. Reg. 2. Exultavit cor meum in Domino, & exultatum est cornu meum in Deo meo.* Sicut enim exultavit Anna sterili, Dei ope & miraculo concipiens Samuelem; sic exultavit B.

Secundò.

Tertio.

Virgo ex Spiritu sancto concipiens Emmanuel: huius enim typus fuit Samuel. Sicut enim Emmanuel hebr. idem est quod *Ἐμμανουὴל* immmanuel, id est, nobiscum Deus. Sic Samuel idem est quod *שׂמׁוּאֵל* *saul meel*, id est, posulatus & datus à Deo, vel, ut R. Abraham & Pagninus, *Samuel*, idem est quod *שׂמׁוּאֵל* *scemo el*, id est, illic Deus, scilicet in vtero, non tam Anna, quam B. Virginis. Samuel enim fuit sanctissimus Propheta, princeps & saluator Israelis, vti Christus est omnium fidelium. Quocirca cantium hoc B. Virginis planè respondet canticò Annæ 1. Regum 2. Eadem enim est vtriusque materia, idem exultans, spiritus humilitatis, gratitudinis & deuotionis in Deum, iuxta illa Psalms: *Anima mea exultabit in Domino, & delectabitur super saluari suo*, Psal. 34. v. 9.

Porrò S. Augustinus scribens super Magnificat, Virginem duo hæc facere docet: Primò, Dei bonitatem & misericordiam prædicare, sicut in præced. vers. eius potentiam & maiestatem: Secundò, suauitatem & dulcedinem, quam ipsa in conceptione sui filij hauserat, foras effundere; atque in hac re dicit Deiparam imitatum fuisse angelos, qui hæc duo in calis præstant, nimirum Dei maiestatem incomprehensibilem meditantur, & eius ineffabili bonitate atque dulcedine perfruuntur; & sic admirantur, ut diligant & exultent. Eius verba sunt hæc: *Vidisti maiestatem, gustasti suauitatem, ideo quod intus hauseras, foras propinasti, & in iustitia eius exultasti; quia exultavit spiritus meus: anima magnificat, spiritus exultat. Exultat in Deo saluari meo; Deus potentiam, salutaris misericordiam notat. Duo qui ipse sunt que angelorum & hominum beatorum spiritus, in illo fonte bonæ æternæ contemplatione hauriant, incomprehensibilis scilicet maiestas Dei, & ineffabilis bonitas, quorum alterum castum timorem gerit, alterum dilectionem parit: pro maiestate venerantur Deum, & pro bonitate amant; ne vel dilectio sine reuerentia dissoluta sit, vel reuerentia sine dilectione pœnalis. Admirantes enim diligunt, & diligentes admirantur, ut inextinguibiliter per admirationem ardeat dilectio, & suauiter in dilectione serueat admiratio.*

Denique sicut summum beneficium hæc conceptionis Verbi B. Virgini fuit collatum, ita summa ipsius de eo fuit exultatio, ut præ gaudio spiritus eius è corpore exilire, & in Deum transilire videretur, ac fortè re ipsa exiliisset, nisi Deus illam in corpore sua vi conseruasset. Sic enim ipsa post aliquot annos moriens, nõ morbo, sed amore, gaudio & desiderio videndi filium suum, eoque fruendi mortua est, vti sentiunt Suarez, Canisius, à Castro, aliique graues Theologi.

Narrat Liuius duas feminas Romanas præ gaudio expirasse, cum filios, quos in clade ad Thrasymentum lacu accepta cecidisse putarant, ex inopinato hospites & quasi rediuiuos viderunt. Polycratà quoque, cum omnes eius virtutibus applauderent, lætitiã exanimatã scribit Plutarchus. Chilon filium in Olympico certamine victorem & coronatam amplexans, exultantem animam efflauit. Idem fecere Sophocles & Dionysius Siciliæ tyrannus, vterque accepto tragicæ victoriæ nuncio, vti referunt Plinius, Valer. Maximus, Volaterr. & alij. Diagoras Rhodius quum duos (vel, ut Gellius, tres) filios athletas eodem

Quorundam mors ex nimia lætitiã.

eodem die vincere & victores coronari vidisset, populisque gratulabundus flores in eum certatim iaceret, in manibus filiorum præ exultatione halitum eum vitæ vltimum emisit teste Cicerone in Quæst. Tuscul. & Gellio in Noctibus Atticis. Philistion Nicæus poëta Comicus, Socrati coæuus, nimio risu, vitam finiit. Vnde illud, *Risum emori*. Quãto potius B. Virgo longè maiori gaudio perfusa, & quasi ebria exultantem, imò exilientem spiritum efflasset, nisi Deus sua potenti manu eum in corpore continuisset: ita enim exultavit, ut spiritus eius totus raperetur & absorberetur in Deum in se incarnatum, in eumque quasi transformaretur. Porrò hæc exultatio non fuit transiens, sed instar habitus perdurauit in Virgine per totam vitam, ait Albertus; præsertim quia ipsa assidue verlabatur, & distuauabatur cum suo Iesu. Adiecit Albertus, propter hanc continuam possessionem exultationis in Deum, Deiparam fuisse mundo & huic mortali vitæ funditus supra omnes viatores mortuam, ita ut vita eius cum Christo in Deo abscondita semper fuerit, & curiæ angelicæ præsentis in sanctuarium Dei habitauerit, atque aded, & excellentiori quidem modo quàm Paulus, & quàm vlla alia creatura, potuerit dicere: *Vino ego, iam non ego, vixit verò in me Christus*, Gal. 6.

SPIRITUS MEVS] Id est anima mea, ait Euthymius, Titus & Franc. Lucas; quasi idem sit exultant Spiritus meus in Deo, quod Magnificat anima mea Dominum. Melius Toletus, Benzoni & alij spiritum plus esse censent quàm animam: quare ipsi per animam intelligunt intellectum, per spiritum verò voluntatem. q. d. Totis tam intellectu quàm voluntatis meæ viribus magnifico Deum, in eoque exulto. Simplicitus per animam accipias inferiorem partem animæ, quæ naturalia respicit; per spiritum, superiorem, quæ spiritalia & diuina spectat. Anima enim naturam animæ notat; spiritus verò mentem gratiã imbutã, & impulsu mentis à Spiritu sancto inditum. Anima ergo naturalis est & naturalia considerat, spiritus verò supernaturalia & caelestia. Igitur spiritus Primò, significat mentem; Secundò, vehementem mentis impulsu & feruorem ad gaudium & iubilum; Tertio, hunc impulsu aspiratum esse à Spiritu sancto. Porrò spiritus, utpote superior, trahit secum animam & corpus, ut & ipsa exultent, iuxta illud: *Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum*, Psal. 84. Cor enim suum gaudium in carnem totumque corpus diffundit; sed primitus spiritus, siue mens suum gaudium animæ communicat, anima cordi, cor corpori.

IN DEO SALVARI MEO] Græcè *σώτηρ μου*, id est, saluatore meo. Porrò *σώτηρ* respondet Heb. *יְשׁוּעָה* *Iesua*, id est Iesus, id est saluator, ipsaque salus formalis & causalis. Vnde hæc veritas, in Deo Iesu meo. Alludit enim ad Habac. 3. 18. *Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo.* Vide ibi dicta. Syrus vertit, in Deo viuificatore meo, qui scilicet mihi omnibusque fidelibus vitam, id est, libertatem, gratiam & gloriam contulit vel conferet: hæc est enim salus nostra, quam Christus nobis attulit.

Meo propriè, Primò, quia Iesus meus est filius: Secundò, quia idem meus est saluator, tum quia me præ ceteris ab omni peccato præseruauit, Cornel. in Lucam.

Spiritus trinitas.

omniq; gratia cumulauit; tum quia fecit me salutis omnium hominum mediatricem, ut ego omnium saluatorum salutis quasi causa sum & mater.

Hac de causa S. Cyril. hom. 6. habitã in Concilio Ephesino in iplo Deiparæ templo, ipsam nuncupat mundi gaudium. S. Fulgentius serm. de laudibus Mariæ: *Ex partu, ait, Saluatoris facta est Maria fenestra celi, quia per ipsam Deus verum sudit sæculis lumen. Facta est Maria scala caelestis, quia per ipsam Deus descendit ad terras; ut per ipsam homines ascendere mereantur ad celos. Facta est Maria vestratio seminarum, quæ per ipsam à ruina primæ maledictionis probantur esse subactæ.*

Vide S. Ephram orat. ad Virginem, vbi inter cetera augusta & plurima, hæc elogia ei dat: *Regina omnium spes patrum, gloria Prophetarum, Apostolorum præconium, honor Martyrum, lætitiã Patriarcharum, cæterus omnium Sanctorum, Virginum corona. Et inferius: Ave Dei splendidissimum vas. Ave stella fulgentissima, ex qua Christus prodijt. Ave canticum Cherubim, & hymnus angelorum. Ave pax, gaudium & salus mundi. Ave generis humani lætitiã. Ave patrum præconium, & Prophetarum decus. Ave Martyrum pulchritudo, & corona Sanctorum. Ave piorum gloria. Ave præstantissimum orbis terræ miraculum. Ave paradisi deliciarum & immortalitatis. Ave lignum vitæ gaudium & voluptas. Ave vallum fidelium, & mundi salus. Ave progenitoris Adæ resurrectionis. Ave omnium parens. Ave fons gratiæ & consolationis. Ave refugium peccatorum & hospitium. Ave propitiatorium laborantium.* An non ergo merito, simò exultet B. Virgo in Deo Iesu suo?

Denique B. Ioan. Damascenus manum, quæ apologiam pro cultu SS. imaginu scripserat, sibi fraude Leonis Iaurici Imp. Iconoclastæ amputatam, ac per B. Virginem miraculosè restitutam aduertens, cecinit: *Exultavit spiritus meus in Deo saluari meo; & in matre eius, quia fecit mihi magna qui potens est.* Vti ex Ioanne Patriarcha Hierosolym. narrat noster Canisius lib. 5. de Deipara cap. 19. & alij.

QUIA RESPEXIT HUMILITATEM ANCILLÆ SVÆ: ECCE ENIM EX HOC BEATAM MEDICENT OMNES GENERATIONES] Dat causam cur exulter in Deo Iesu suo, quia scilicet ipse respexit, id est benignis oculis apexit, approbanit, amauit, amplexus est humilitatem Virginis, in eaque sibi complacuit. Vnde Theophyl. *Respexit, ait, in me humilem, non ego ad illum respexi: ille me persecutus est misericordia, ego illum non quaesivi.* Et S. August. super Magnificat: *Hæc, ait, est gratia exultationis suæ, quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ac si dicat, Quia de eius gratia exulto, ideo ab ipso est quod exulto, & quia eius dona propter ipsum diligo, ideo in iplo exulto.*

RESPEXIT] Audi S. August. hæc: *Respicere per gratiam, est prius abiectos & derelictos visitare, cum bona, placatus per misericordiam, subtracta restituit. Rursus per respectum gratiæ ad eum se conuertit. Bene ergo Maria solam in humilitatem Dominum respexisse restat, quia diuinitatis propitiationem, quam humana natura in primis parentibus per superbiam perdidit, in Maria per humilitatem recuperauit.* S. Bern. serm. 57. in Cantica: *Deus, inquit, respicit terram, & facit eam tremere, & regione respicit Mariam, & infudit gratiam. Respexit, ait, humilitatem ancillæ suæ: Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes,*

Elogia B. Virginis.

VERS. 48.

tionem, non sunt haec verba plorantis aut trepidantis, sed gaudens. Hinc ait illi: Surge, propra amica mea, columba mea, formosa mea, & veni, Cant. 2: & sequi.

Humilitas
Primo est
virtus

HUMILITATEM] Graecè ταπεινωσις, id est, vilitatem, exiguitatem, abiectionem: hanc enim opponit magnitudini Dei: Excelsus enim Dominus humilia respicit, & alta à longè cognoscit, Psalm. 117. q. d. Magnifico Deū, & in ipso exulto, quia ipse, cum sit maximus summusq; omnium Dominus, me feminarum, imo creaturarum omnium minimam, id est vilissimam, pauperissimam & abiectionissimam, oculis benignitatis suae respicere, & in matrem eligere dignatus est. Humilitas ergo hic proprie vilitatem significat, non virtutem humilitatis superbiae oppositam; haec enim dicitur ταπεινωσις: sola enim inter virtutes humilitas seipsum ignorat, & qui se humiliter esse iactat superbus est, non humilis. Ita Theoph. Euthym. Tolet. Franc. Lucas, Caietan. Maldonat. & alij. Sic Lia ait Genes. 26. 32. Vidit Dominus humilitatem, id est abiectionem, meam, qua ego à marito Iacob praerachele neglecta & quali despecta fui. Et Mardocheus ad Esther e. 15. 2. Memorare dierum humilitatis tuae, qua olim plebeia & pauper fuisti, non regina, ut iam es. Sic Iudith. c. 6. 1. 5. orat Deum: Respice ad nostram humilitatem, id est, afflictionem & abiectionem. Sic Christus reformabit corpus humilitatis nostrae, id est corpus nostrum vilitissimum & miserissimum, per gloriam resurrectionis. Phillip. 3. 21. Hinc ταπεινωσις dicitur quasi εδαφωσις, ab εδαφος, id est pavementum, sicut humilis ab humo: aut, ut Eustathius ταπεινωσις per metathesin quasi ταπεινωσις, id est, conculcatus, depressus, à ταπεινωσις, id est pessumdo, calor, proteror. Hinc ταπεινωσις est rapae, sine stragulum, quod calcatur & proteritur.

Secundo
virtus

Secundò, tamen per humilitatem accipi potest virtus ipsa humilitatis: propter hanc enim B. Virginem Deus respexit, & in matrem elegit. Humilis enim agnoscit in se suas virtutes vt dona Dei, quare inter eas videt quoque suam humilitatem, sed illam non suis viribus, verum Dei gratiae acceptam refert; hinc ταπεινωσις à Septuag. subinde sumitur pro ταπεινωσις, vt notat S. Hieron. epist. 151. ad Algasiam quest. 10. ita Origen. S. August. Beda, Albertus, & fuse Barradius hic, ac S. Bernardus hom. 1. super Misus est, S. Ildaphonius ser. 2. de Assump. Rupert. lib. 1. in Cantic. Ansbertus lib. 2. in Apocal. Emissenus in Euangel. feria 6. in Adventu, Ribera in Sophon. c. 2. n. 4.

Sicut ergo B. Virgo hic agnoscit se electam in Dei matrem, quod longè maius erat: ita pariter agnoscit se per humilitatem, virginitatem, ceterasque virtutes sibi à Deo inditas, ad tantam dignitatem fuisse dispositam, & congruè ornatam. Humilis enim suam vilitatem, miseriam, paupertatem, imò suum nihilum agnoscit, ac totum quod est & habet, adscribit Deo, cuius est, dicitque cum Psaltes: Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam, Psalm. 113, & cum Paulo: Qui gloriatur, in Domino gloriatur, 2. Corinth. 11.

Audi S. Augustinum serm. 2. de Assump. O vera humilitas, quae Deum hominibus peperit, vitam mortalibus edidit, caelos immouit, mundum purificavit, paradysum aperuit, & hominum animas liberavit.

facta est Mariae humilitas scala caelestis per, qua Deus descendit ad terras. Quid enim est dicere, respexit, nisi approbavit? Multi enim videntur in conspectu hominum humiles esse, sed eorum humilitas à Domino non respicitur. Si enim veraciter humiles essent, deinde ab hominibus non se laudari vellet; non in hoc mundo, sed in Deo spiritus eorum exultaret. Nam vt ait S. Basilus in Constit. Monast. cap. 17. Humilitas est tutissimus virtutum omnium thesaurus, radix & fundamentum. Et S. Chrysostom. hom. 2. in Psalm. 50. Sacrificium maximum est humilitas, qui enim peccando se Deo subdidit, idem se per humilitatem subicit, cum conuertitur ad penitentiam. Denique S. Bernardus: Est humilitas, inquit, quam nobis veritas parit, & non habet calorem, & est humilitas quam charitas format, & inflammat. Haec in affectu, illa in cognitione consistit: priore cognoscimus, quàm nihil sumus, & hanc discimus à nobis ipsis, & ab infirmitate propria: posteriore calcamus gloriam mundi, & hanc ab illo discimus, qui exinaniti semetipsam, & c. quae quæstus ad regnum fugit; quæstus ad approbata, & c. ad crucem, non fugit: sed sponte se obtulit. Vtramque in heroico & eminenti gradu habuit B. Virgo.

ECCE ENIM EX HOC BEATAM ME DICENT (Arabicis, dabunt mihi beatitudinem) OMNES GENERATIONES] Probat B. Virgo Deum respexisse suam humilitatem, carnem in ea assumendo ex effectu, quia scilicet ob hanc Verbi in ea incarnationem, omnes omnium saeculorum generationes eam, vt matrem Dei admirabuntur, venerabuntur & beatam praedicabunt q. d. ait hic S. Augustin. Tu à Elisabeth; de me dicit, Beata quae credidisti; sed ego dico: Ex hoc nunc (quo concepi Dei Filium) beatam me dicent omnes generationes. Et nonnullis interiectis: Maria, inquit, quae apud Dominum humilis erat, & apud homines propter Deum abiecta, in utroque esse respectam testatur: quia & eius humilitas apud Deum acceptabilis fuit, & eius humiliatio apud homines in gloriam commutata. Quare sequitur. Ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Alludit ad verba Lia, quae cum eius ancilla Zelpha peperisset filium, vocavit cum Aser, id est, Beatus, dicens: Hoc pro beatitudine mea: beatam me dicent omnes mulieres. Hoc est quod Christus acclamavit mulier illa sapiens: Beata venter qui te portavit, & vbera quae suxisti, Lucae 11.

ECCE] Hoc adverbium Primo, est nota admirationis q. d. Ecce rem nouam, miram & omnibus saeculis inauditam, vt femina vna sit benedicta & beata; imò beatissima praer omnibus angelis & hominibus, cum hucusque omnes feminae in Eua à Deo fuerint male dictae, & tribus poenis, scilicet seruitutis, doloris & laboris addictae & afflictae, Genes. 3.

Secundò, est nota inchoationis & principij q. d. Ecce ex nunc incipiam beatificari, & deinceps continuo beata praedicabor ab omnibus saeculis.

Tertiò, est nota indigij & monitionis q. d. Ecce aduertite, o mortales miseri, qui cupitis esse beati, discite à me beatitudinem sitam esse in humilitate, obedientia, gratia & fauore Dei, quae per me impetrabit. Ego enim sum prima beata, per quam Deus ceteros omnes beate destinat. Ad me ergo recurrite, meamque opem implorate, vt beati euadatis.

ECCE quid
notat.

BEA-

B. Virgo
beata seprimò
placiter.

BEATAM] multis nominibus & titulis, quos recenset Ioan. Gerlon Cancellar. Paris. in tract. 4. notula 1. super Magnificat: Dignare, inquit, nos laudare te, Virgo sancta, & ter quaterq; beata. Beata primò, quae credidisti, clamata Elisabeth. Beata secundò quia grati à plena secundum Gabrielis salutationem, Beata tertio, & benedicta, quia benedictus fructus ventris tui. Beata quarto, quia fecit tibi magna qui potens est. Beata quinto, quia mater Domini. Beata sexto, quia fecundata cum virginitatis honore. Beata seprimò, quia nec primam similes visa est, nec habere sequentea. Inter hos omnes titulos praecipuus & fons ceterorum est, quòd B. Virgo à Deo electa & facta sit mater Verbi incarnati.

OMNES GENERATIONES] omnes aetates, omnia secula, omnes fideles futuri. Audi Hugonem Cardin. Omnes generationes, inquit, id est omnes gentes, scilicet Iudaeorum & Gentium, virorum & mulierum, dimitum & pauperum, angelorum & hominum: quia omnes per ipsam salutare beneficium acceperunt, homines reconciliationem, angeli reparationem. Christus enim Dei Filius operatus est salutem in mediocretate, id est in vtero Mariae, quae quadam mirabili proprietate terrae medium appellatur. Ad illam enim respiciunt, vt Bernardus inquit, & qui habitant in caelo, & qui habitant in inferno, id est in Purgatorio, & qui habitant in mundo. Primi, vt reseruantur: secundi, vt eripiantur: tertij, vt reconcilientur. Causam deinde assignans subiicit: Ex hoc ergo beatam te dicent omnes generationes, & beata Virgo, quia omnibus generationibus vitam, gratiam & gloriam genuisti: mortuis vitam, peccatoribus gratiam, miseris gloriam: idè dicitur Iudith 15. 10. Tu gloria Ierusalem, tu Letitia Israel, tu honorificentia populi nostri, quia fecisti viri: primum est vox angelorum, quorum ruina per ipsam reparata est: secundum est vox hominum, quorum tristitia per eam letificata est: tertium est vox mulierum, quarum infamia per ipsam deleta est: quartum est vox mortuorum, quorum captiuitas per eam redempta est. Sic & Albertus Magnus hic.

Prophetat hic Virgo se ab omnibus saeculis beatam praedicandam, celebrandam & invocandam. Prophetiae huius veritas ex euentu clara est. Videmus enim B. Virginem ab omnibus nationibus & saeculis tot saeculis, templis, festis congregationibus, Religionibus, votis, supplicationibus, litanis, & c. coli & celebrari, quot ceteri Sancti simul iuncti non obtinent, imò soli B. Virgini tribui cultum hyperdulciae, sicut Deo cultum laetitia, ceteris vero Sanctis cultu dulciae. Te ergo, o Deipara Virgo, beatam praedicabunt omnes generationes. Tuam sanctitatem, tuam virginitatem, tuam humilitatem, tuam maternitatem celebrarunt, celebrant & celebrabunt omnes omnium temporum Christiani: viuet tuum decus, tua laus, tua gloria, quamdiu viuent angeli, quamdiu viuent homines, quamdiu viuet Christus, quamdiu Deus erit Deus, in omnia saeculorum saecula.

VERS. 49.

QUI FACIT MIHI MAGNA (Graecè μεγαλεια, id est magnalia) QUI POTENS EST] Syrus, quia egit apud me magnifica ille qui potens est. Incarnatio enim Verbi maius est opus, quàm creatio totius mundi. Quocirca B. Virgo, vtpote mater Dei, maior est omnibus angelis, omnibus hominibus, omnibusque creaturis simul sumptis.

Audi S. August. hic: Magnum fuit, vt virgo sine

virili semine filium conceperet, Magnum fuit, vt Dei Patris Verbi carne sua indutum vtero gestaret. Magnum fuit, dum se ancillam confessi esset, vt mater fieri et sui plasmatoris. Idem serm. 35. de Sanctis, qui est secundus de Assumptione Mariae, ait: Quae tibi magna fecit, Domine, quae gloriosa Virgo, vt dici beata merearis? Puto, imò venieiter credo, vt creatura ederes Creatorem, simula Dominum generares. Admirabilia, ait Titus, per me operatus est potens ille: nam cum virgo sim, prae potentis illius voluntate naturae, sine supergressa concepti, nulliusq; viri commercio visa, digna effecta sum quae non cuiusvis promiscuè, sed vigenitè Filij Dei mater fierem.

Audi & Hugonem Cardin. duodecim magnalia Virginis enarrantem: Primum, inquit, fuit in vtero matris sanctificatio; Secundum, angeli saluatio; Tertium, gratiae plenitudo; Quartum, filij conceptio; Quintum, secunda virginitas; Sextum, virginis saecunditas; Septimum, honorata humilitas; Octauum, obedientiae promptitudo; Nonum, fidei denotio; Decimum, est prudens verecundia; Undecimum, verecunda prudentia; Duodecimum, dominium caeli. Vide D. Thomam 1. p. q. 25. art. 6. vbi docet Deum meliora opera posse facere quàm fecerit, exceptis tribus, scilicet incarnatione Verbi, maternitate Dei, & beatitudine hominis, quae in Dei visione consistit, his enim nil melius, nec maius Deus facere potest, quia Deo ipso nil potest esse maius vel melius.

Duodecim
magna in
Virginis.

Denique vide septem priuilegia magna, imò maxima à Deo data B. Virgini, quae recenset S. Bonaventura in Speculo cap. 6. & sequi. Haec de causa B. Virgo à S. Cyrillo hom. contra Nestor, vocatur Forma Dei (vtique formosissima), Margaritha orbis terrarum. A Damasceno orat. 1. de Natiuit. Virg. Animatum Dei simulacrum. A S. Bernardo serm. 2. de Pentecost. Negotium saeculorum, ad quod respiciunt & qui in caelo habitant, & qui in inferno, & nati natorum, & qui nascuntur ab illis. A S. Ignatio epist. 1. ad Ioan. A post. Caesare prodigijs, & sacratissimum spectaculum. A S. Petro Chrysol. ser. 146. Collegium sancti: ait, in quo Deus omnes gratias in alios Sanctos dispersitas, quasi cerriatas colligit. Ab Helychio Episcopo Hierosol. hom. 2. de S. Maria, Vniuersum Trinitatis complementum: quia & Spiritus sanctus aduenit ab ea que hospitabatur, & Pater adumbrabat, & Filius vtero gestatus inhabitabat.

QUI POTENS EST] Graecè ο δυνατος. Est hoc vnum è decem nominibus Dei: sic enim Sept. vertere solent Heb. גבור, id est, potens, validus, gigas; vnde Gabriel, id est, fortitudo Dei: ac Noster Habr. גבור, id est, fortitudo Dei: omni-potens: de quo nomine multa dixi Gen. 17. 1. vbi inter alia ostendi, quòd Sadaï idem sit quòd mammas, vel sufficiens & abundans bonis omnibus, vt ea instar mammae largiter in omnes effundat: hoc enim Deus nusquam magis fecit, quàm in incarnatione Verbi.

Hoc addit B. Virgo, ait Titus, Primo, me quis tanto huic mysterio fidem detrabat: quae enim dicit haec spectant: Nemo si virgo concepi, miratur: nam qui id operatus est omnipotens Deus est. In hoc ergo mysterio tota ratio facti, vt ait S. Augustin. epistol. 3. est potentia facientis, qui facit mirabilia magna solus, Psal. 135. 4. & vt ait Iob c. 5. 9. qui facit magna & inscrutabilia, & mirabilia absque numero. Secundo,

C. 4 vt

vt ostendat Virgo in se completum esse quod A promiserat angelus v. 35. Virtus (græcè δὴναμις, δὴναμις) Altissimi obumbrabit tibi.

Alludit ad Isaia 7. v. 14. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel, id est, nobiscum fortis, scilicet Deus : & cap. 9. 6. Parvulus natus est nobis, & filius datus est nobis, &c. Et vocabitur nomen eius admirabilis, confiliarius, Deus, fortis. Hebr. גִּבּוֹר el gibbor, id est, validus, fortis vt gigas. Vnde eius ortum annunciauit Gabriel, quod nomen potentiam & fortitudinem Dei significat.

ET SANCTVM NOMEN EIVS] Ostendit Virgo in se adimpletum esse illud promissum angeli v. 35. Spiritus sanctus superueniet in te; ideoque dicit, Et sanctum nomen eius; scilicet Spiritus sanctus, q. d. Quia virtus Altissimi mihi obumbrabit, & Spiritus sanctus superueniet in me, beatam me dicent omnes generationes: illa enim duo me bearunt & beatam effecerunt.

Iam quoad sensum Primò, Toletus & Franc. Lucas censent virginem hie duo magna à Deo sibi facta celebrare; scilicet Primò, incarnationem Verbi, per quam facta est mater Dei, ideoque domina & Regina omnium angelorum & hominum, & propter hoc dicere: Quia fecit mihi magna qui potens est: hoc enim fuit opus summæ Dei potentia. Secundò, suam ad hanc incarnationem in se peragenda dispositionem & sanctificationem, & propter hoc dicere: Et sanctum nomen eius. Vt enim fuit opus potentia Deum fieri hominem ex virgine, ita opus sanctitatis fuit Virginem præparare, ab omni forde & labe præseruare, corpore & animâ sanctificare, atque omnino ralem reddere, quæ idonea esset ad accipiendum in suo utero Dei Verbum sanctum & immaculatum. Cùm ergo Virgo ab utroque hoc seiret se prædicandam esse beatam inter Christianos, vtrumque Deo adseribit, volens omnia in Deum referri, qui nominatissimam suam, tum potentiam, tum sanctitatem, pietatem, bonitatem ac misericordiam ita in eam exeruerit, vt non tam ipsa, quam ipse ab omnibus sæculis laudari ac prædicari mereatur. Nam B. Virgo à Spiritu sancto ita sanctificata est, vt nullum omnino peccatum contraxerit, vtque in gratia & sanctitate longè omnes angelos etiam Seraphinos superarit.

Secundò, planius & plenius vtrumque Virginis elogium referas ad vtrumque, scilicet, tam ad incarnationem Verbi, quam ad suam ad hoc præparationem & sanctificationem: vtraque enim fuit opus eximia, tam potentia quam sanctitatis Dei, quia vtraque peracta est ex superueniente in Virginem Spiritu sancto, ad sanctificandum tam Christum quam B. Virginem, iuxta illud angeli oraculum: Quod enim ex te nascetur sanctum, vocabitur Filius Dei, v. 35. Christus enim fuit Sanctus Sanctorum, id est, fons sanctitatis totum mundum sanctificans.

Sensus ergo est; Et sanctum nomen eius, q. d. Nomen Dei est sanctus, hoc est, Deus ipse suo nomine significatus, est sanctus, hebr. קָדוֹשׁ, id est, omnem habens puritatem, sanctimoniam, virtutem, perfectionem, ideoque ipse omnibus modis est venerandus, adorandus & celebrandus: & q. d. enim, id est sanctus dicitur ab אֱלֹהִים, id est, colo, reueror: Vnde & dicitur is, qui ob virtutem

& sanctitatem omnibus est reuerendus; Sanctus ergo est Deus tum in omnibus operibus suis, tum maximè in sanctissimo hoc incarnationis Verbi mysterio, quo Christum, B. Virginem & fideles omnes sanctificauit.

Nota. Copula & hic notat tum causam, tum effectum, Causam, q. d. &, id est quia, Deus est sanctus, imò ipsa increata & immensa sanctitas, ideoque fecit in me hæc magna sanctissima incarnationis Verbi, vt ex me virgine, inoperante Spiritu sancto, nasceretur sanctum, id est, Sanctus Sanctorum, vt prædixit & promisit angelus: ad eum enim alludit, Virgo; illiq; applaudit, idq; fecit ob finem sanctissimū, vt scilicet per Christum sanctum peccata aboleret, & peccatores sanctificaret, itaque eos ad salutem æternam deduceret. Alludit ad illud Daniel. 9. 24. Vt consummetur peccatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, &c. & vngatur Sanctus Sanctorum. Effectum, q. d. Ex hoc magnò Dei opere, scilicet ex mito hoc incarnationis Verbi in me mysterio, hic sequetur effectus, vt fideles omnes summè sanctificent & glorificent Deum tantū sacramentū opificem. Ita S. August. Iansen. & alij. Magis proprie tamen & primariò & videtur notare causam, secundariò verò & consecutiue effectum.

Denique Deus incarnatus dicitur sanctus, quia assumpsit carnem & sanguinem immolandum Deo, tum in vita, tum in cruce & morte pro salute hominum. Nam vt ait S. Isidor lib. 15. Origin. c. 14. Nihil sanctum apud veteres dicebatur, nisi quod hostia sanguine esset consecratū, aut consecratum. Item sanctum quod exat sanguine sanctum: sanctum autem est confirmare. Vide Apostolum Heb. 9. v. 12. & seq. S. August. verò lib. 2. de Serm. Domini in monte c. 31. Sanctum, inquit, est quod violare atque corrumpere nefas est, cuius vitæ sceleris conatus & voluntas tentur rea, quamvis illud sanctum, natura inuolabile atq; incorruptibile maneat. S. Bernard. autem serm. 5. in Vigilia Natiuit. sanctitatem in clementia & mansuetudine collocat, iuxta illud de Mose; Inde fide & lenitate ipse sanctus fecit illum, Eccl. 45. Vnde subiungit: Sancti vt perfecti sit sanctificatio, etiam mansuetudinem & gratiam socialis vitæ à Sancto Sanctorum discamus oportet, sicut ipse ait: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Quid enim huiusmodi hominem discere prohibet delictis affluentem, qui suavis & mitis, & multe misericordia, omnibus amicus factus est, & vniuersos perfundit oleo quodam mansuetudinis & lenitatis, quo sic insusus est, sic perfusus etiam & supersusus, vt stillare videatur vndique?

Hinc aliqui recentiores & sanctum nomen eius, referunt ad v. sequ. Et misericordia eius. &c. quasi hæc sit Dei sanctitas. Verùm ad literam referendum est ad id quod præcessit, vt dixi. Porro diuinæ sanctitatis ideam nobis imitandam graphicè depingit S. Bernardus in Humberto monacho serm. de obitu eius: Erat, inquit, humilis corde, dulcis sermone, strenuus opere, seruens charitate, in commisso fidelis, in consilio circumspectus & prudens. Compositus erat super omnes homines, quos videmus in diebus istis, vnus & idem perseverans omni tempore & omni hora. Planè in semitis Domini lesa posuit vestigia, nec retraxit pedem, donec cursum trimeris consummaret. Ille fuit pauper, pauper etiam ipse fuit. Vixit ille in laboribus, & hic in laboribus multis. Crucifixus

cifixus esse ille, & ipse multis & magnis crucibus affixus, signata Iesu tui in corpore suo, adimplens ea que decebat passionum Christi etiam in carne sua: resurrexit ille, ipse resurgit; ille ascendit in caelum, & ipse ereditur ascensus.

Hinc Euthymius in Psalm. 11. Ille, ait, propriè dicitur, qui pietatem & religionem colit, quæ ad Deum pertinet, & verò ille, qui per semitam virtutum diuinitatis efficitur particeps. Porò sanctus hebr. dicitur קָדוֹשׁ, id est, ab omni vitio, labe, imò & vulgi consuetudine semotus & separatus, qualis imprimis est Deus, cuius sanctitas & maiestas adeò remota est, alta & eminens, vt omnes deos, angelos & homines in infinitum transcendat. Vnde S. Dionys. de Diuin. nom. c. 12. Cùm sanctitas, ait, sit ab omni labe immunis, & omnino perfecta & immaculata munditia; hinc Deus à munditia & virtutum omnium, quibus plenissimus est, exuberantia Sanctus Sanctorum nuncupatur. Verba S. Dionys. quia fusa sunt, in pauca contraxi. Et Beda: Sanctum, inquit, nomen eius vocatur, quia singularis culmine potentia transcendit omnem creaturam, atque ab vniuersis qua fecit, longè segregatur. Quod Græcè locutione melius intelligitur, in quo ipsum verbum quod dicitur ἄγιος quasi extra terram esse significat: cuius etiam nos imitatione; pro modico nostro segregari precipimus ab omnibus, qui non sunt sancti, nec Deo dedicati, dicente Domino: Sancti estote, quia & ego sanctus sum: quicumq; enim se Deo consecraverit, meritorum extra terram, & extra mundum videbitur. Potest enim & ipse dicere: Super terram ambulantes, conuersationem in caelis habemus.

Symbolicè, Deus suum nomen קָדוֹשׁ, id est, mamms, liberalis, reuelauit Abraham Genes. 17. 1. Mōsi verò nomen suum proprium קָדוֹשׁ, Iehoua (quem Varro, ait S. August. lib. 1. de Consensu Euan. c. 22. Ex similitudine nominis, censurè esse Iouem, deum Romanorum, sed falsò) id est, ens, sive qui est, & omnibus dat esse. Exodi 6. 3. B. Virgini verò hoc loco reuelat nomen suum sanctum: quia sanctitatem suam in eam effudit per Sanctum Sanctorum, id est, Christum, qui in omnes fideles suam sanctitatem velut sol diffusus erat. Hinc nonnulli per sanctum Dei nomen accipiunt nomen Iesu: hoc enim sanctius & venerabilius est nomine Iehoua, vt ostendi Numer. 13. vers. 17. Christiani ergo à Christo vocati ad plenam sanctitatem, sancti esse debent; vnde à Paulo passim vocantur sancti, imò sanctiores omnibus fidelibus, qui fuerunt sub Mose, Abraham, Noè, Adam, &c. Christianismus enim nil aliud est, nisi vita Christi, sive professio sanctitatis Christi sit imago, vt quisquis eum videt & audit, in eo Christum sibi videre & audire videatur.

ET MISERICORDIA EIVS A PROGENIE IN PROGENIES (Syrus, etates; Arabicus, in generatione generationum) TIMENTIBV. EVM] Misericordia, græcè εἰλεσ, quæ vox respondet Hebr. חַסְדִּים, id est, pietas, bonitas, beneficentia liberalitas, q. d. Deus vt summè potens est & sanctus, sicut iam dixi, ita pariter summè misericors est, idque continuò & semper in omnes, qui quavis ætate eum amant, ideoque timent eum offendere; quapropter mandatis eius studiosè

obtemperant, vt ego semper eum amaui, timui, eique per omnia obedire satégi. Hæc est enim secunda huius cantici pars, qua B. Virgo à propriis sibi beneficiis à Deo collatis, transit ad cõmunia toti Israël, id est, omnibus fidelibus præstita, vt dixi v. 46.

FECIT POTENTIAM (Syrus, victoriam Arab. VERS. 51.) VIRTUTEM] IN BRACHIO SVO: DISPERSIT (Syrus, dissipauit) SUPERBOS MENTE CORDIS SVI] Laudauit Virgo Dei clementiam & misericordiam in pios se timentes, nunc ex aduerso laudat eiusdem seueritatem & iustitiam in impios ipsam contemntes.

IN BRACHIO SVO] Anthropopathos Dei robur & potentia significatur per manum, digitum, dextram; sed maximè per brachium: vtrum enim vires resident, seque exerunt in brachiis & lacertis. Sensus ergo est, q. d. Deus potentia sua fortitudine seu brachio suo, multa potenter operatus est ab omni æuo, vt cùm Pharaone per Mosen; Chanaanos per Iosue & Iudices; Philistinos, Ammonitas, Moabitas, Idumæos per Dauidem contriuit, vicit, subiugauit: multo magis iam idem Deus in me potenter incarnari fecit Christum, per quem potenter de bellabit Luciferum, infernum, mortem, peccatum, omnesque impios. Vnde Beda & Theophylact. mysticè per brachium hie intelligunt Filium Dei in Virgine incarnatum. Hic enim est Dei virtus, 1. Cor. 1. 24. Alludit ad Isaia 53. 1. Brachium Domini cui reuelatum est: Vide ibi dicta.

DISPERSIT SUPERBOS MENTE CORDIS SVI] vt dispersit, disiecit & euertit Pharaonem, Nabuchodonosor, Arphaxat, Salmanasar, Baltassar, Antiochum, &c.

Nota. & sui nonnulli ad cor Dei referunt; q. d. Deus suo corde, id est, voluntate & decreto dispersit superbos. Ita S. August. hic: Et hoc, inquit, mente cordis sui, id est, in profundo consilio suo dispersit eos. Profundum consilium fuit, vt pro me Deus fieret homo, & innocens pateretur; vt redimeretur nocens; & in his erat consilium, nec poterat illud diabolus prævidere, sed captus homo Leniathan: Hanc expositionem sequitur Carthusianus. Mente, inquit, id est, intentione & libito cordis; id est, intellectus sui, quo cuncta discernit, iudicat & disponit. Verùm ex Græco liquet & sui referendum esse, non ad cor Dei, sed ad cor superhorum. Græcè enim est ἀνδρῶν, id est, ipsorum, vt vertit Syrus & Arabicus. Vnde Euthymius; Deus, inquit, dispersit eos, qui corde suo erant superbi.

Alij significantiùs & sui, referunt ad dispersit; q. d. Deus superbos dispersit mente, id est, per mentem, aut, vt græcè est, ἀπολογῶν, id est, per cogitationem cordis ipsorum, quia scilicet superba eorū consilia & machinationes in ipsorum exitium retorquet, vt eos dispergat, iuxta illud Iob. 5. Qui apprehendit sapientes in astutiâ eorum, vt fecit Pharaoni insequenti Hebræos per mare rubrum, illum in eodem mari cum omnibus suis submergendo, & fratribus Iosephi qui eum venderunt vt perderent, sed Deus per hoc Iosephum sublimauit, fratresq; ipsum adorare coëgit.

Lepidum est quod S. Antonius p. 2. tit. 3. c. 2. narrat de quodam tyranno, qui radi de libris imperavit ex Mariæ cantico: Dispersit superbos mente cordis sui: deposuit potentes de sede, & exalta-

Brachium roboris & potentie symbolum.

Brachium filii Dei.

Lepidum de tyranno superbo exemplum.

Sanctum nomen Dei.

Sanctum quid?

Ad tertium B Virgo ipsa hora partus se sub-

Ad quartum. Turba affluentium parua fuit,

ET REVERSA EST IN DOMVM SVAM in Na-

VERS.57.

ELISABETH AVTEM IMPLETVM EST TEM-

Symboлицè Origenes hic hom. 9. in Scriptura,

ET PEPERIT FILIVM] Ioannem Baptistam

VERS.58.

ET AVDIERVNT VICINI ET COGNATI EIVS,

VERS.59.

ET FACTVM EST IN DIE OCTAVO, VENE-

CIRCVMCIDERE] Aduerte hic Iudæos non

VERS.60.

ET RESPONDENS MATER EIVS, DIXIT:

Arabicus, vocate eum Ioannem. Nota Elisabetha

ET DIXERVNT AD ILLAM: QVIA (quia

INNVEBANT AVTEM PATRI EIVS, QVEM

ET POSTVLANS PUGILLAREM SCRIPSIT,

IOANNES EST NOMEN EIVS] Notat S. Ambrosio

ET MIRATI SVNT VNIVERSI] tum concordia

APERIVIT AVTEM ILLICO OS EIVS,

VERS.61.

VERS.62.

VERS.63.

Nomina ab

VERS.64.

dens Ioannem sibi reipsa natum, credidit pro-

PORRO SEBANT HEC OMNIA DISPENSATINE,

ET FACTVS EST TIMOR (Syrus, paup) SV-

VERS.65.

ET POSERVNT OMNES QVI AVDIERVNT

VERS.66.

ET ENIM MANVS DOMINI ERAT CVM IL-

Manus Dei

Primò.
Secundò.
Tertio.
Quartò.

lisabetha sterili & seni per miraculum

Addit S. Ambrosius, Origenes, & Euthymius;

ET ZACHARIAS PATER EIVS REPLETVS

VERS.67.

BENEDICTVS (sic, id est, benedicatur,

VERS.68.

DEVVS ISRAEL] Græcè & Irgenâ,

FECIT REDEMPTIONEM PLEBIS SVÆ] q.d.

VERS.69.

ET EREXIT CORNVS SALVTIS NOBIS IN

Cornu salutis

D. vico.

Sicut regibus venturis solent via preparari, ad equari & ornari, auferendo ligna, saxa, sordes, aliaque impedimenta vel dedecorata tu, o Ioannes filii mi preparabis Christo, regi viam auferendo quid quid illi possit esse offendiculo in animis Iudaeorum, exhortando scilicet eos verbo & exemplo ad penitentiam, ac ut Iesum velut verum Messiam a Deo missum excipiant, illique credant & obediunt, itaque ab eo salutem & veniam peccatorum. Deique gratiam consequantur. Vnde explicans subdit:

VERS. 77.

AD DANDAM SCIENTIAM SALVTIS (Syrus, vita, id est viuificam) PLEBI EVS, IN REMISSIONEM PECCATORVM EORVM] q. d. Vt tu, o Ioannes, des Iudaeis scientiam salutis; vt scilicet sciant salutem debere sperare & flagitare a Christo saluatore, id est, ad remissionem peccatorum, vt scilicet eam assequantur a Christo per eius fidem & baptismum; in hac enim consistit salus Christi: peccata enim non remittuntur nisi per salutem & gratiam Christi. Vnde Beda: Quasi inuident Iesu, ait, exponere, ac diligentius commendare desiderans, salutis mentionem frequentat. Et nonnullis inuicem: Tamen temporalem carnalemque promitti salutem putares, in remissionem, inquit, peccatorum eorum.

VERS. 78.

PER VISCERA MISERICORDIAE DEI NOSTRI, IN QUIBUS (id est, quibus impellentibus, vel propter quae) VISITAVIT NOS ORIENS EX ALTO] Causam tantorum operum, scilicet Messiae incarnati, eiusque praecursoris Ioannis iam nati aperit, assignatque viscera misericordiae, id est, visceralem, inuicemque, & ex imo cordis sinu fundoque manantem misericordiam Dei nostri, qui summae miseriae nostrae miserus, vt illi succurreret, sua viscera, id est, Filium suum vni genitum, in eius incarnatione dedit, & quasi in nos effudit. Autropopaths ergo viscera significant inuicem & summam misericordiam solent viscera commoueri, tum quia viscera Patris sunt Filius, quem e suis quasi visceribus genitum Deus Pater nobis donauit.

Oriens est nomen proprium Christi.

ORIENS EX ALTO] Queritur quis sit hic oriens, & cur ita dictus: Nota Primò. Pro oriens graece est ἀνατολή, id est, ortus, sicut dicitur ortus solis, vel ortus germinis. Oriens ergo hic est nomen substantiuum, & proprium Christi. Vnde Chaldaeus Zachar. capit. 3. & 6. pro oriens, vertit Messias, id est, Christus.

Nota Secundò, ex S. Hieronymo in Zachar. cap. 3. & 6. Zachariam hic alludere Primò, ad illud Malach. cap. 4. v. 2. Orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitiae, & sanitas in pennis eius. Et ad illud Sap. 5. 6. Ergo errauimus a via veritatis, & iustitiae lumen non laxit nobis, & sol intelligentiae non est ortus nobis. Et Isai. vers. 1. Surge, illumina Te-rusalem, quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est. Et Num. 24. 17. Orietur stella ex Jacob, & consurget virga de Israel; Christus scilicet, qui vt stella & sol nos illuminabit, inflammabit, omnique gratia laetificabit, & viam nobis in ceelum quasi dux & sol praebit. Secundò & propriè Zacharias hic illud ad Zachar. cap. 3. v. 8. Ecce ego aducam seruum meum Orientem. Et cap. 6. v. 12. Ecce vir, Oriens nomen eius. Et Isai. 4. ver. 2. In die illa erit germen Domini in magnificencia & glo-

ria. Vbi Septuag. vertunt, in die illa illucescet Deus in consilio cum gloria, Et Ierem. 23. 5. Suscietur Dominus (Dauidi) germen iustum. Nam Zachar. 3. & 6. Septuag. pro oriens, vertunt, ἀνατολή, quod ex iis huc transtulit Lucas: nec enim alibi reperitur.

Nota Tertio. In Zacharia c. 3 & 6. pro Oriens, & Graeco ἀνατολή, hebr. est רִמְמַח, quod propriè significat germen, vt cum S. Hieronymo docet omnes Hebraei. Vnde Septuag. illud alibi vertunt βλάστημα, id est, germen: sed nomen רִמְמַח per metaphorā, quae apud Hebraeos ali-quādo est longè petita, transfertur ad alia multa, Hebraei enim dicunt germinare iustitiā. Voluntatem, salutem, lucernam, lucem, pro producere iustitiā, voluntatem, salutem, lucernam, lucem, sicut Latini dicunt pullulare nō tantum herbas, sed & radios solis, lucem, laetitiam, salutem, &c. Patet hoc ex 2. Reg. 23. 5. Ezech. 29. 21. & alibi saepe. Item ex Lexicis, atque ex Septu. qui Isai. 4. v. 2. pro erit germen siue germinabit, vertunt illucet, vt iam dixi; atque in Zachar. pro רִמְמַח, id est, germen, vertunt, ἀνατολή, id est, ortus, quod licet in genere de quouis ortu, etiam herbarum, dici possit, teste Suida, tamen propriè dicitur de ortu solis, lunae & stellarum.

Christus est germen caeleste.

Dico ergo Christum vocari רִמְמַח, id est, germen, sed germen solare, id est, caeleste & diuinum. Id patet Primò, quia hoc propriè significat ἀνατολή. Secundò, quia sequitur, Oriens ex alto, scilicet de Deo & caelo: & Illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis sedent, quae omnia, ortum non germinis terreni, sed solis aut stellar apertè indicant. Ita Theophyl. Euthymius, Beda hic, & Hieron. Cyrillus, & Theodoretus in cap. 3. Zachar. & alij passim.

Vbi Nota, Christum vocari germen, tum caeleste, tum terrestre: vtrumque enim aliquo modo significat ἀνατολή, & oriens: habet enim Christus duas generationes, diuinam scilicet, & ita germen est Patris aeterni; ac humanam, & ita germen est matris & Dauidis. Sic ergo ab Isai. Zacharia & alijs Christus dicitur germen, Primò quia ex radice Iesse, siue Dauidis, quae videbatur exaruisse, nullo iam rege aut duce ex ea prodeunte, iterum germinabit Christus, & pullulabit vt germen ad regnandum, ac ad profertendum fructum omnis gratiae, salutis & boni: germen, inquam primitus natum in caelo, deinde transplantatū in terra: hoc enim significat oriens ex alto, siue prodiens ex caelo, quasi germinans sol ad illuminandum eos, qui in terra in vmbra mortis sedent, vt sequitur. Secundò, voce germinis & solis germinantis, id est, nascentis significatur paruitas & humilitas Christi nascentis, quae deinde erexit in tantum corpus, vt vmbra & luce sita totum orbem complexa sit, iuxta parabolam grani sinapis, Matth. 13. Tertio significatur Christus quasi alter Melchisedec, ἀπαύτως, vt homo, scilicet vt germen ex sola terra, id est, virgine matre castissimè natus; sed vt Deus ἀμήτωρ, id est, carens matre, scilicet vt radius à sole, id est, Patre, generatus. Rursum vt sol purissimis radijs per vitrum penetrat & prodit, ita Christus vterum matris clausum nascentem penetrauit.

Vbi Nota, Christo rectè attribui proprietates, et solis quam germinis, & vtrumque significat vox ἀνα-

ἀνατολή, siue oriens, quae responderet Hebr. רִמְמַח, q. d. Germen solare & oriens, aut sol germinans & oriens, siue germen: quod primò, in caelo cum summa claritate & gloria, deinde ex caelo in terra germinans, ortum est: Christus enim est arbor vitae, ex caelesti paradiso transplacata in terram per incarnationem; inde rursum ascendens in caelum & paradysum suum, visione sua & fruitione dat Sanctis vitam immortalem cum summa gloria, suisque folijs & fructibus omnis voluptatis, Beatos in aeternum continuè mulcet & satiat, vt dixi Apoc. 22. 2. Hinc S. Hieron. in Zachar. c. 6. oriens ex Hebr. רִמְמַח, ismach interpretatur germen, per quod Christum intelligit. Qui idcirco, inquit, oriens, id est, ἀνατολή, vel ἀναφύη, siue βλάστημα, nuncupatur, id est, germen, quia ex se repetè succrescet, & ex radice sua in similitudinem gementis pullulabit. Et deinde mysticè id ipsum explicans: Ipse, ait, qui Iesus appellatur, eod quod saluauerit mundum; & oriens dicitur, quia in diebus eius orta est iustitia; & canitur in Psalmo: Veritas de terra orta est, eod quod de vtero virginali in saeculorum consummatione generatus, dixerit: Ego sum veritas. Et post pauca: Iste igitur, qui nostris virtutibus coronatus est, oriatur & appellabitur Oriens: ad quem locutus est Pater: Filius meus es tu, ego hodie genui te; iuxta illud Isai. 11. 1. Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet.

At verò alij Patres rectè quoque oriens, interpretantur solem ex alto, scilicet caelo, orientem, per quem intelligitur Christum, qui est lux mundi, ideoque in terra natus est, vt per carnem sit quasi sol transparentis, & illuminans omnem hominem ad eum venientem. Ita Beda Theophyl. Euthymius, Titus hic, & S. Gregor. lib. 20. in Job cap. 18. cuius verba sunt haec: Nam quia ab oriente lux surgit, rectè oriens dicitur, cuius iustitiae lumine nostrae inuolutae nox illustratur. Beda: Qui idcirco rectè Oriens vocatur, quia nobis ortum verae lucis aperiens, filios nostris & tenebrarum lucis efficit filios, iuxta id quod consequenter exponit, Illuminare, &c. Sic & S. Chryso. homil. in illud Zachar. Ecce vir, Oriens nomen eius, Eusebius lib. 7. de Demonstr. in nona, S. Athanas. tract. in illud, Omnia mihi tradita sunt, Origenes homil. 13. in Leuit. Quare perperam proferunt ismach significationem secutus Beza, hoc loco vertit, quibus inuisit nos germen ex alto. Hoc enim planè nouum est, & Graecum ἀνατολή propriè significat ortum, non germen: Syrus quoque vertit, donebo, quod de ortu solis dicitur; & Arabicus ortus est ab alto.

VERS. 79.

ILLUMINARE HIS, QUI IN TENEBRIS ET IN VMBRA MORTIS SEDENT, AD DIRIGENDOS PEDES NOSTROS IN VIAM PACIS] Graecum ἀπὸ φάωσ, vel, si alio accentu legas, ἀπὸ φάωσι, est modi tam imperatiui quam infinitiui. Vnde Primò, ἀπὸ φάωσι, illumina, id est, illucesce, exorere, vt nouus quidam mundi sol, tu, o Ioannes filii mi! (vt ad eum loqui pergat Zacharias pater) vt peccatores in tenebris errorum & peccatorum sedentes, per fidem in Christum illumines, eosque luci veritatis, iustitiae & salutis restituas, Cornel. in Lucam.

itaque eos à tyrannide demonis liberes. Simili schemate ait Dido, 4. Aeneid.

Exoriare aliquis nostris ex ossibus vltor. Qui face Dardania, ferroque sequare colonos. Hannibalem intelligit, qui Romanos Aeneae posteros multis cladibus afflixit.

Secundò & potius: ἀπὸ φάωσι, id est, illumina in infinitiui, id est, vt illuminet (Syrus, vt luceat) scil. Christus oriens ex alto. Vnde Arabicus vertit, ortus est ab alto ad illuminaendum (illucescendum) sedentibus in tenebris, & vmbra mortis. q. d. Visitauit nos Christus quasi sol oriens ex alto, vt luce verae doctrinae, gratiae, iustitiae & laetitiae afferret, tum patribus vita sanctis, tum peccatoribus uidentibus, qui vtrique sedebant in tenebris, & vmbra mortis. Nam patres propriè sedebant in tenebroso limbo inferni, quasi in vmbra mortis. Mysticè autem peccatores sedebant in tenebris id est, in tenebrosis erroribus, ignorantibus, vitijs & peccatis. Porro S. Chryso. Theophyl. Euthym. & Titus per tenebras intelligunt errores, per vmbra mortis peccata; melius vtraque per vtrumque accipias; tenebrae ergo sunt communes errores & crimina, vmbra mortis verò sunt grauissimi errores & scelera.

ET IN VMBRA MORTIS SEDENT] Alludit ad Isai. 9. vers. 2. Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: habitantibus in regione vmbrae mortis lux orta est eis.

Nota Primò. Propriè vmbra mortis sunt tenebrae & locus horridus, siue horror mortis & inferni: haec enim mortè & infernum comitantur, sicut vmbra suum corpus. Vnde hic dicitur Baptista Christi praecursori: Illuminae his qui in tenebris & in vmbra mortis sedent, vt scilicet illumines peccatores sedentes in tenebris peccati, & iustos sedentes in tenebroso limbo patrū. Quin & Virgil. lib. 10. Aeneid. de eodem ita canit:

Vmbra mortis quid est Primò.

Olli dura quies oculos, & ferrens virget Somnus, in aeternam clauduntur lumina noctem.

Nota Secundò. Per hanc vmbrae mortis, siue per has tenebras, significatur tristissima rerū facies & miseria extrema, tempusque captiuitatis, carceris, infirmitatis, mortis & damnationis: nihil enim tristius est vmbrosis mortuorum sepulchris, sicut è contrario lux, quia gratissima est, symbolū est felicitatis. Rursū vmbra mortis, significat proxima pericula, indeque angores mortis, sicut vmbra proxima est corpori. Ita capitur Psal. 22. 4. Tertio, significat longam oblivionem. Vnde S. Greg. 4. Moral. 20. In vmbra mortis sedere, inquit, est à diuini amoris memoria in oblivione laesecere. Deus enim est vita & lux, quia lōgissime a best ab vmbra mortis. Quarto, vmbra mortis est Dei & salutis ignoratia. Hinc peccatum mortale est vmbra mortis, ob analogias quas recensui Isai. 9. 2.

Quid significat. Secundò.

AD DIRIGENDOS PEDES NOSTROS IN VIAM PACIS] vt scilicet Christus suae fidei & gratiae luce dirigat nos in viam iustitiae: haec enim est via pacis: iustitia enim est via & medium ad consequendam pacem & tranquillitatem animae; item pacem cum Deo & hominibus in hac vita, ac pacem beatificam in caelo, iuxta illud Isai. 32. 17. Erit opus iustitiae pax, &c. Et sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis suauitatis, & in requie opulenta. Pacis enim nomine Hebraei significant omne bonum, ipsamque felicitatem & beatitudinem aeternam.

Tertio.

Quarto.

Hinc Christus ab Isaiâ c. 9. 6. vocatur Princeps A pacis, & pater futuri seculi; subditque; Et pacis non erit finis. Nam vt canit David Psal 71. 7. Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis, donec auferatur luna, id est, in æternum.

VERS. 30.

PVER (Syrus; puerulus) AVTEM CRESCEBAT (Arabic, adolescebat) ET CONFORTABATUR SPIRITV] q. d. Joannes sicut crescebat corpore, sic & spiritu eiusque; robore, quia Spiritus sanctus eum in dies maiori sapientia, gratia, fortitudine imbuebat. Hinc colligitur vsum rationis, quem Joannes accepit in utero v. 41. post natiuitatem in eo permanisse & creuisse. Ita Theoph. Quanto magis, inquit, crescebat puer, tanto magis & officina spiritus in illo se ostendebant, organo illarum capacitate existent. q. d. Quo magis organa corporis puerilis in Joanne crescentia, erant capacia rationis, sapientia & spiritus, eò plura illorum ipsi infunde-
debat Spiritus sanctus. Et Titus: Iuxta ætatis, ait; analogiam & incrementum, gratia & spiritus proficiebat. Idem dicitur de puero Jesu cap. 2. 52. sed alio modo & sensu.

ET ERAT (puer) IN DESERTIS VSQVE IN DIEM OSTENSIONIS SVÆ AD ISRAEL] Hinc colligitur Joannem à puero concessisse in desertum, ibique continuo mansisse vsque à l'annum trigentesimū, quo cepit se ostendere populo, illique predicare penitentiam & fidem in Christum.

Baronius in Apparatu Annalium, ex Petro Alexandr. in Regulis Ecclesiasticis can. 3. quas probauit VI. Synodus, & ex Nicephoro lib. 1. Histor. c. 14. ac Cedreno in Compendio histor. censent hunc Joannis secessum & fugam in desertū contigisse causa & timore infanticidij Herodis, de quo dixi Matt. 2. 16. licet enim Joannes finibus Bethlehẽm (vbi infantes occisi sunt) non contineretur, tamen ad illum ob famā miræ eius natiuitatis, eum in omnium ore esset illud: Quis patris puer iste erit? metuens enim ne ipse esset rex Judæorum à Magis quaesitus, putā Messias, iussit eum occidi. Quare Joannes, vt eadem Herodis effugeret, bimulus à matre abductus est in desertum, ibique in spelunca delituit. Addit Cedrenus, matrem Joannis post 40. dies in eadem spelunca diem obiisse, ac angelum Joannis educandi curam suscepisse, Sic & Nicephorus. Atque inde, inquit, in solis locis liberer versari solitus, angelosq; vsus in remotiores sylvarum recessus secessit. Imò Petrus Alexandrinus addit, Zachariam patrem iustum ab Herode occidi inter templum & altare, eò quòd Joannem filium neci & infanticidio eius subduxisset.

Causa ergo secessus Joannis in desertum fuit metus infanticidij Herodis, cui plures & potiores causæ ex parte Dei & Joannis accesserunt. Prima fuit, vt in deserto fugeret occasiones peccandi, quas suggerit conuersatio cum hominibus. Vnde Ecclesia de eo canit.

Antra deserti teneris sub annis,
Cinnum turmas fugiens, peristi.
Ne leni saltem maculæ vitam.

Secund.

Famine possess.
Secunda causa fuit, vt liberè Judæorum vitia reprehenderet, neminem reueritus, utpote neminem cognoscens, sed quasi angelus è celo lapsus caelestia prædicans. Nam, vt ait S. Chrysofost. Neminem vidit unquam conseruorum, nec ab aliquo

horum visus fuit. Et Theophyl. Secessit, inquit, vt extra multorum malitiam nutritur, & neminem reueretur arguere.

Tertia, vt prædicator penitentia futurus, illius prius ipse daret exemplum rigidè viuens in eremo, vt liberius auditores à mundi illecebris, utpote quas ipse spreuisset, sustolleret, ait Beda. Vitæ enim austeritas magnum prædicatori dat auctoritatis pondus.

Quarta, vt cum Deo & angelis assidue conuersans, angelicè viueret, iuxta illud: Ecce ego mitto angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam, Malach. 4. v. 1. Joannes enim in deserto à mundo semotus vacabat, ieiunio, orationi, cõtemplationi: Semper in hymnis, semper in orationibus fuit, ait S. Chrysofost. nulli hominum ante quã ad baptizandum accederet, Deo autem soli sua semper colloquia offerens. Et Origenes: Vt vacaret, inquit, orationibus, & cum angelis conuersaretur, appellaretque Dominum, & illum audiret respondentem atque dicentem: Ecce adsum, &c.

Quinta, vt Joannes Christi foret testis & index omni exceptione maior. In deserto enim à nullo hominũ doceri potuit, sed à solo Deo & angelis; quare ipse fuit. Testis fide dignus, & atque sacras Scripturas, reliquaque quæ prædicauit, à Deo infusa accepit. Vnde Euthymius: Oportebat eum, inquit, à tenero, quòd aium, angibus ad virtutem exerceri, vt & liberè argueret, & Christi qui se annuntiaretur, testis fide dignus esset. Et Titus: Vt Christo testimonium perhibiturus, nec non hominum nequitiam imperterritè redarguturus, testis doctorque omni exceptione maior haberetur. Joannes ergo in deserto fuit cælicola, tum quia pro domo & tecto habuit cælum tum quia assidue cælum contemplan, mente in cælis versabatur, & cælitum vitam æmulabatur. Audi Nazianzenum in Præceptis ad Virgines de Joanne in deserto canentem.

Melle sament agresti repulit, viliq; locusta
Zacharia genitore satius, textitque cameli
Membra pilis, habuitq; domum versatile cælum;
Atque in humo dura corpus dabat ipse supori,

Idem orat. 20. in laudem S. Basilij, Joannem vocat summum Philosophum; Basilius, inquit, nobiscum hinc in Pontum profugit, ac pietatis gymnasia, quæ illic erant moderatur: atque cum Elia & Joanne summis Philosophis solitudinem amplectitur. Aliam causam solitudinis S. Joannis dat Elias Cretensis commentans in orat. 1. S. Gregorij Nazian. Quoniam, ait, Christus & Joannes cognati erant, idcirco ne Joannes propinquitatis causa Christo testimonium præbere videretur, hoc à Spiritu sancti gratia procuratum est, vt ipse per totum primæ ætatis cursum in solitudine degeret, ne amicitia ductus, aut artificio quodam hoc testimonium edere videretur, verum itaquam à Deo id cognitum habuisset, sic ipsum annuntiaret, eaque de causa ait: Et ego nesciebam eum; sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris Spiritum descendentem sicut columbam, & manentem super eum, ipse est qui baptizat in Spiritu sancto. Ioan. 1.

Quocirca idem Nazianz. orat. 39. sic Joannem compellat: Tu solitudinis alimne, ac nullius cibi homo, tu noue Elia, plusquam Propheeta, utpote qui eum etiam, qui prædicabatur, videristi in interuentus & nouum testamentum interuiste.

Symbolicè Nicetas in orat. 38. Nazianzeni, Ican-

Ioannes, ait, eorum figuram gerit, qui à puero sanctificati sunt, & vsque ad extremum proficundo solidissimum constantissimumq; virtutis habitum conseruant. Nam cum adhuc in materno aluo esset, Dominum suum agnouit, & cum summa lenitia exiit.

Denique idem Nazianz. S. Joannes exemplo in solitudinem cum S. Basilio secessit, cuius spirituales delicias & fructus, ita ipse describit orat. 1. Nihil enim mihi tam optandum cuiquam esse videbatur, quam vt ocellis sensibus, atque extra carnem mundumq; positus, & in seipsum collectus; nec nisi quantum necessitas exigit, quidquam humanarum rerum attingens, atque secum ipse & cum Deo col-

loquens superiorem iis rebus, quæ in aspectum cadunt, vitam agit, diuinaq; species puras semper, nec terrenis illis & errantibus formis admixtas in seipso circumfert; Deiq; rerum ac diuinarum purum omnino speculum est; in diuq; efficitur, ac lucem per lucem assumit, clariorem videlicet per obscuriorem; iamq; futuri æui bonum spe percipit, & cum angelis versatur, ac licet adhuc in terris sit, terram deserit, atque à spiritu suo collocatur. Quocirca Patres passim Joannem vocant principem vitæ monasticæ. Eiusdem dux fuit Christus, uti ostendi Matth. 4. v. 1.

CAPVT SECVNDVM.
SYNOPSIS CAPITIS.

Primo, describit natiuitatem Christi: Secundo, vers. 8. Angelum nuntiantem Christum pastoribus, eorumq; ad Christum aduentum: Tercio, vers. 21. Christi circumcissionem: Quarto, vers. 22. Christi præsentationem in templo, & Virginis purificationem à partu, ac Simeonis & Annæ encomia & oracula de Christo: Quinto, vers. 41

1. Factum est autem, in diebus illis exiit edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vnuerfus orbis. 2. Hæc descriptio prima, facta est à præside Syriæ Cyrino: 3. & ibant omnes vt profiterentur singuli in suam civitatem. 4. Alaudid, quæ vocatur Bethlehẽm: eò quòd esset de domo & familia Dauid. 5. vt profiteretur cum Maria desponsata sibi vxore prægnante. 6. Factum est autem cum essent ibi, impleti sunt dies vt pareret. 7. Et peperit filium suum primogenitum, & pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in præsepio, quia non erat eis locus in diversorio. 8. Et pastores erant in regione eadem vigilantes, & custodiennes vigiliis noctis super gregem suum. 9. Et ecce Angelus Domini stetit iuxta illos, & claritas Dei circumfulsit illos, & timuerunt timore magno. 10. Et dixit illis Angelus: Nolite timere: ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: 11. quia natus est vobis hodie Saluator, qui est Christus Dominus in ciuitate Dauid. 12. Et hoc vobis signum: Inuenietis infantem pannis inuolucum, & positum in præsepio. 13. Et subito facta est cum Angelo multitudo militiæ caelestis, laudantium Deum, & dicentium. 14. Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. 15. Et factum est, vt discesserunt ab eis Angeli in cælum: pastores loquebantur ad inuicem: Transeamus vsq; Bethlehẽm, & videamus hoc verbum, quod factum est, quod Dominus ostendit nobis. 16. Et venerunt festinantes: & inuenerunt Mariam, & Joseph, & infantem positum in præsepio. 17. Videntes autem cognouerunt de verbo, quod dictum erat illis de puero hoc. 18. Et omnes, qui audierunt, mirati sunt: & de his, quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos. 19. Maria autem conseruabat omnia verba hæc conseruans in corde suo. 20. Et reuersi sunt pastores glorificantes & laudantes Deum, in omnibus, quæ audierant & viderant, sicut dictum est ad illos. 21. Et postquam consummati sunt dies octo vt circumcideretur puer: vocatum est nomen eius Iesus, quod vocatum est ab Angelo priusquam in utero conciperetur. 22. Et postquam impleti sunt dies purgationis eius secundum legem Moysi, tulerunt illum in Ierusalem, vt scilicet eum Domino, 23. sicut scriptum est in lege Domini: Quia omne masculinum adaperiens vuluam, sanctum Domino vocabitur. 24. Et vt darent hostiam secundum quod dictum est in lege Domini, par turturum aut duos pullos columbarum. 25. Et ecce homo erat in Ierusalem, cui nomen Simeon, & homo iste iustus & timoratus, expectans consolationem Israel, & Spiritus sanctus erat in eo. 26. Et responsum acceperat à Spiritu sancto non visurum se mortem, nisi prius videret Christum Domini. 27. Et venit in spiritu in templum. Et cum inducerent puerum Iesum parentes eius, vt facerent secundum

dum consuetudinem legis pro eo : 28. & ipse accepit eum in vlnas suas, & benedixit Deum, & dixit : 29. Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace : 30. Quia viderunt oculi mei salutare tuum. 31. Quod parasti ante faciem omnium populorum. 32. Lumen ad reuelationem gentium & gloriam plebis tuæ Israël. 33. Et erat pater eius & mater mirantes super his quæ dicebantur de illo. 34. Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam matrem eius : Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israël; & in signum, cui contradiceretur. 35. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius, vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes. 36. Et erat Anna prophetissa, filia Phannuel, de tribu Aser: hæc processerat in diebus multis, & vixerat cum viro suo annis septem à virginitate sua. 37. Et hæc vidua vsque ad annos octoginta quatuor : quæ non discedebat de templo, jejuniis & obsecrationibus seruatis nocte ac die. 38. Et hæc, ipsa hora superueniens, constitebatur Domino : & loquebatur de illo omnibus, qui expectabant redemptionem Israël. 39. Et vt perfecerunt omnia secundum legem Domini, reuersi sunt in Galilæam in ciuitatem suam Nazareth. 40. Puer autem crescebat, & confortabatur, plenus sapientia: & gratia Dei erat in illo. 41. Et ibant parentes eius per omnes annos in Jerusalem, in die solemni Paschæ. 42. Et cum factus esset annorum duodecim, ascendentibus illis Hierosolimam secundum consuetudinem diei festi, 43. consummatisque diebus, cum redirent, remansit puer Jesus in Jerusalem, & non cognouerunt parentes eius. 44. Existimantes autem illum esse in comitatu, venerunt iter diei, & requirebant eum inter cognatos, & notos. 45. Et non inuenientes, regressi sunt in Jerusalem requirentes eum. 46. Et factum est, post triduum inuenerunt illum in templo sedentem in medio doctorum, audientem illos, & interrogantem eos. 47. Stupebant autem omnes, qui eum audiebant, super prudentiâ & responsis eius. 48. Et videntes admirati sunt. Et dixit mater eius ad illum, Fili, quid fecisti nobis sic? ecce pater tuus & ego dolentes quærebatimus te. 49. Et ait ad illos: Quid est quod me quærebatis? nesciebatis quia in his, quæ patris mei sunt, oportet me esse? 50. Et ipsi non intellexerunt verbum, quod locutus est ad eos. 51. Et descendit cum eis, & venit Nazareth: & erat subditus illis. Et mater eius conservabat omnia verba hæc in corde suo. 52. Et Jesus proficiebat sapientia, & ætate, & gratia apud Deum & homines.

VERS. I.

FACTVM EST AVTEM IN DIEBUS ILLIS (quibus natus est Joannes Baptista) EXIT (Vatabl. vt exiret) EDICTVM A CÆSARE AVGVSTO VT DESCRIBERETVR VNIVERSVS ORBIS] Syrus, vniuersus populus possessionis, seu domini eius; scilicet Augusto & Romanis subiectus. Nam teste Suetonio, Augustus Gothis, Armeniis & Indiis non imperabat. Facta est hæc descriptio, tum vt constaret numerus hominum Augusto subiectus, tum ad vectigal colligendū, quod in ærarium Romanum tot bellis exhaustum inferretur: singuli enim capitis sui censum dabant. Verisimile est Iudeos dedisse quod aliis ex lege in censu dabant; scilicet singulos dimidium siclum, id est duos Regales, siue duos Julios. Exod. 30. 13. Matth. 22. 19.

Quis hic Cæsar?

CÆSARE] Cæsar hic proprio nomine vocatus fuit Octavius, siue Octavianus; Julij Cæsaris ex sorore nepos, qui primus Romæ monarcha, eius imperium mirè auxit & illustrauit. Vnde Augusti cognomen adeptus est, teste Plinio lib. 3. c. 20. anno 18. imperij sui (à quo proinde Censorinus annos Augusti enumerat, eosque vocat Augustæos, vel Augustianos) quasi nomen aliquod è celo delapsum: regnavit enim in summa pace, amplitudine, maiestate, felicitate per 57. annos, vnde illud: *Augusto felicior, Traiano melior.*

Porro hæc descriptio ab Augusto facta est, cum plenam haberet in toto orbe pacem, ideo-

A que Janum tertio clausisset, quod factum est anno 40. Imperij ipsius, quæ omnia facta sunt dirigente Deo, vt significaret iam Christum nasci, qui pacem toti orbi affereret. Ita Beda: *Placatis sine, ait, tempore nasci voluit pacis amator: nullum maius pacis indicium, quam totum orbem describi, cuius moderator Augustus, qui maxima duodecim annis circa natiuitatem Christi pace regnavit, bellis toto orbe sopitis.* Nam post 12. annos rebellantibus Parthis, Dacis, Atheniensibus, renouata fuere bella.

B Hæc de causa Augusto Cæsari Virgo Deipara, infantem vlnis gestans apparuit in Capitolio, cum iam antè ipse oraculo Apollinis edoctus natum esse puerum Hebræum, qui idolorū oraculis silentium indixisset, eadem in Capitolio aram erexisset hoc titulo: *Ara primogeniti Dei.* Quocirca Constantinus Magnus ibidem templum erexit in memoriam Dei genitricis Mariæ, quod etiamnum extat, & vulgò *Ara cali* nuncupatur, vbi & locus visionis Augusti ostenditur. Ita ex Suida, Nicephoro & aliis Baronius in Apparatu Annalium. Rursus Romæ tempore Augusti, sub quo natus est Christus, è taberna memoratoria per totum diem fons olei largissimus è terra profluxit: locus etiamnum Romæ ostenditur in Ecclesia S. Mariæ Transiberina. *Quo signo, ait Olorius li. 6. c. 20. quid euidentiū quam in diebus Cæsaris Augusti fuenta Christi natiuitas declarata est? Christus enim vnctus interpretatur, quia nos vnxit*

vnxit vnctusque oleo gratiæ & lætitiæ, per totum diem vitæ & mortalitatis nostræ.

Quo anno Augusti natus est Christus? Prima opinio.

Quæres, quoto anno imprij Augusti natus est Christus? Respondeo; variæ sunt hæc de re Chronologorum & Doctorum sententiæ. Prima censet Christum natū anno 41. Juliano, qui fuit annus 40. regni Augusti, Herodis 36. Romæ condita: 749. Olympiadis 193. annus quartus. Anni Iuliani incipiunt ab anno quo Iulius Cæsar reformauit calendarium, qui fuit vitæ & regni eius penultimus: anno enim sequente occisus, successorem reliquit Augustum Cæsarem: hinc fit vt anni Iuliani semper vno anno antecedant annos Augusti. ita Chronicon Weingartense, & nonnulli recentiores insignes Chronologi. Hęc sententia valde conuenit cum historiis sacris & profanis. Tandem illi obstat, quod Lucæ 3. vers. 1. & 23; de Christo cum baptizaretur anno 15. Tiberij Cæsaris, dicatur: *Jesus erat incipiens quasi annorum triginta.* Cui iuxta hanc sententiam fuerit 32. annorū, saltem inchoatorū. Nam Augustus regnavit 57. annos. Ergo Christus nascens anno 40. Augusti cum eo vixit 17. annos. Adde 15. Tiberij, habebis 32. Respondent ipsi, Christum dici quasi vel circiter 30. annorum, quia erat 32. Sicut S. August. in Breuiariis antiquis dicitur baptizatus anno ætatis 30. cum præcisè fuerit 33. annorum, vt habent Breuiaria nuper correctæ.

Secunda.

Secunda censet Christum natum anno 42. Iuliano, quia fuit 41. Augusti Cæsaris, ab Ætiaca victoria 29. regni Herodis 37. Urbis condita: 750. Olympiadis 194. annus primus. ita sentit Severus Sulpicius, Fauent S. Hier. Irenæus, Tertull.

Tertia.

Tertia censet Christum natum anno 43. Iuliano, qui fuit 42. Augusti, Herodis 38. Urbis condita: 751. Olympiadis 195. annus. 2. Ita Clemens Alexand. Cassiod. Zonaras, Marianus Scotus, Baronius, Sallianus, Toletus, Genebrardus, Salmeron, Serarius, Scaliger: & sic habet Martyrologium Romanum die 25. Decembris. Vnde id securus sum in Chronotaxi, quam præfixi Pentateucho.

Quarta.

Quarta censet Christum natum anno 44. Iuliano, qui fuit 43. Augusti, Herodis 39. Urbis condita: 752. ita S. Epiphanius, Eusebius, Orosius, Niceph. Hermannus Contractus, Copernicus, Onuphrius, Gerardus Mercator. In eandem inclinant Franc. Suarez, Sigonius, Pererius, Ribera, Maldonatus, Mariana.

Quinta.

Quinta censet Christum natum anno 45. Iuliano, qui fuit 44. Augusti. ita Ioannes Lucidus & Dionysius Exiguus cum suis asseclis.

Sexta.

Sexta censet Christum natum anno 46. Iuliano qui fuit 45. Augusti. Herodis 41. Urbis 754. &c. ita Paulus Middelburgensis Episcopus Sempronienensis, Petrus de Aliaco, Bellarm. & Beda, ac nouissimè, sed exactissimè, noster Dionys. Petauus in Rationario Temporum.

Hæc sententiæ singulæ suas habent coniecturas, suas quoque difficultates. Quare in re tam æncipiti nil certò definiti potest.

Lector ex his eligat quam volet. Probabiliores sententiæ sunt, prima, secunda, & tertia. Secunda & tertia magis sunt communes & plures habent auctores, cuique fauet quod ait Lucas c. 3. 2. *Jesus erat incipiens quasi annorum triginta,* in baptismo. Nam iuxta secundam sententiam fi-

niebat tunc annum trigessimū, iuxta tertiam verò eundem inchoabat.

Primæ sententiæ expressè aspiculantur præci Annalēs apud Epiphanium, & vctus Chronicon apud Eusebium, insuper anonymus Chronologus qui ante 1400. annos scripsit. Eidem fauet Primò, quòd illo anno clauso Iano summa fuerit in orbe pax, vt dixi.

Sententia prima.

Secundò quòd Herodes anno regni sui 37. & vltimo paulò ante mortem, iussit occidi infantes à bimatu Matth. 2. Ergo Christus tunc erat bimulus, agebatque annum ætatis secundum. Ergo natus erat anno præcedenti, qui fuit Herodis 36. Augusti 40. mortuus est enim Herodes anno Iuliano 43. Augusti 42. vt omnes veteres Historici testantur, ait Sigonius. Hoc argumentum est validum, & vix ab aliis soluitur, nisi torquendo id à bimatu.

Probatur Primò Secundò.

Tertiò, quia Christus natus est annò bissextili, in fine anni, id est in Decembri, vt patet, si à nostro bissexto annos retrò computes ascendendo vsque ad Christum: omnes enim anni centesimi sunt bissexti. Annus autem 40. Augusti fuit bissextus, non 41. aut 42. Nam anotis primus Iulianus fuit bissextus, vt docent Macrobius, Censorinus, & alij. Ergo decimus bissextus fuit Iulianus 41. siue Augusti 40. Adde, quòd ex Iosepho, Dione, Hegelippo & alijs passim liqueat, Herodem vniuersim tantum regnasse annis 37. mortuumque esse anno 43. Iuliano ante pascha. Ergo eodem anno vel aliquo sequenti (vt vult sententia tertia, quarta, quinta & sexta) sub eo nasci non potuit Christus in fine anni, scilicet in Decembri.

Tertiò.

Denique hic annus est, quo Augustus Cæsarum Cæsarem, ex Iulia filia sua & M. Agrippa genero suo (qui Pantheon Romæ edificauit, orbis miraculum) nepotem, quem principem iuuentutis crearat, ac in filium adoptarat, & totius imperij heredem constituerat, agentem annum ætatis decimum sextum, prætexta de more exatum toga virili induit, & cum solemnè pompâ in forum deduxit. Natus est enim Caius annò ab Urbis condita 734. M. Apuleio & P. Sillio Consulibus, anno verò 748. agens annum ætatis 15 ab Augusto designatus est Consul quæ omnia ex Dione li. 54 & 55 ac ex lapide Ancyranno & alijs doctè docet Liptius in lib. 1. Annal. Taciti n. 18. & seq. Quare Caius annum ætatis 16. & consequenter annum prætextæ, explebat anno Urbis 749. qui fuit imperij Augusti 40 scilicet eodè anno Deus Pater longè verius Iesum Christum, cæli & terræ Dominum in orbem induxit, vt per eum fideles omnes in Christum credentes sibi adoptaret in filios, & regni cælestis heredes constitueret. Vnde & mox Caius Cæsar ab Augusto missus in Iudæam & Orientem, ibidem diem obiit, vt Christo nouo regi iam nato locum cederet, & orbis imperium resignaret, quasi ei omni iure debitum & proprium.

Quarta.

Ex hac pariter sententia facildè intelligitur, cur Christus ante annum ætatis duodecimum non venerit in Ierusalem ad templum, quia scilicet vsque ad illum annum ibidem regnabat Archelaus Herodis filius, à quo, æquè ac ab Herode Christo erat timendum: Archelaus enim regnavit 10. annos, quibus adde duos vltimos Herodis, habebis annos 12. post quos Archelaus ab

Au-

Augusto regno fuit pulsus in exilium, tumque A
Christus liberè & sine metu adit Ierusalem &
templum.

VERS. 2. HÆC DESCRIPTIO PRIMA FACTA EST A
PRÆSIDE SYRIÆ CYRINO] Primus, scilicet ge-
neralis, quæ contigit in toto orbe iam pacato sub
Augusto & Romanis: nã aliq̄ in certis prouincijs
particulares, vel minùs vniuersales, hac generali
fuerè priores. ita Paulus Orosius, Beda, Maldona-
natus, Iansenius, Toletus, Franc. Lucas, & alij,
Rursum primus, quia secunda descriptio facta est
post 10. annos, scilicet anno 10. Archelai, cum
idem Cyrinus missus est in Syriam ad illam per-
agendam, & ad bonam Archelai, iam ab Augusto
damnati, & in exilium pulsus, in siscum redigen-
da, teste Iosepho lib. 18. Antiq̄ c. 1. Porro Tertul-
lianus lib. 4. Contra Marcion. cap. 7. 19 & 36. ait
primam hanc descriptionem factam esse sub Sen-
tione Saturnino, qui scilicet ad eam peragendam
proprie legatus & missus erat ab Augusto eo
tempore, quo Syriam Cyrinus in omnibus, & cõ-
sequenter in censu præsidebat. Aut, vt alij, Cyri-
nus in choatim à se censum perficiendũ reliquit
Saturnino, eò quòd ipse ad bellum cum Homo-
nudentibus gerendum auocaretur, de quibus &
paulò post publicè triumphauit.

Descriptio
prima quæ?

Hinc sequitur, descriptionem & censum hunc
non fuisse Iustitiam & quinquennalem, sed no-
uum & vniuersalem, scilicet inter tres Augusti,
medium & celeberrimum, quem Augustus sine
collega fecit, Censorino & Añnio Cõsulis ut
habet inscriptio lapidis Ancyrani, & Suetonius
in Augusto c. 27. & Iosephus 17. Antiq̄ c. 3. Primus
enim peregerat ante 20. annos in sexto suo con-
sulatu, cum collega M. Agrippa genero suo, au-
no imperij sui 17. Tertium verò post 20. circiter
annos, ultimo imperij & vitæ suæ anno instituit
cum Tiberio genero suo: hic enim mortuo M.
Agrippa, Iuliam eius coniugem, Augusti filiam
uxorem duxerat, vt Iuliam Tiberij mater nup-
terat Augustus, qua de causa Tiberius Augusto in
imperium successit. Porro descriptionibus hinc
& censibus, vt pote tantis & tam varijs, quin-
quennium impendebatur.

Quis hic Cy-
rinus præses?

CYRINO] Fuit hic P. Sulpitius Quirinus, sine
Cyrinus, vel Cyrinius, quem Augustus Cæsar
Caio Cæsari, suo ex Iulia filia nepoti, in Syriam
eunt rectorem dederat, ac Caio ibidem defun-
cto Syriam præsidem remanere iussit, vt Velle-
ius Cæij comes, ac Sueton. Florus, Dio & alij
testantur.

Huius descriptionis generalis factæ sub Cyri-
no historici profani, qui iam exant, vix memi-
nerunt; olim tamen in tabulis publicis fuisse
consignatam, liquet ex S. Iustino orat. ad An-
tonium Pium, & ex S. Cyrillo lib. 6. Contra
Iulian: Orosio, Tertul. & alijs.

VERS. 3. ET IBANT OMNES VT PROFITERENTVR
(se subditos Augusto & Romanis, eisq̄ue nomen
suum hac de causa darent) SINGVL I IN CIVITA-
TEM SVAM] quæ familie ipsorum erat caput,
vti Bethlehẽ erat caput familie Davidis, ex qua
natus est Ioseph & Christus; quia in Bethlehẽ
natus & educatus fuerat David. Patet ex sequẽ-
ti. Iudæi enim suam gentem & temp. in 12.
tribus, has deinde in singulas familias quæ sui
habebant caput diuiserant, ideoque hanc eorum
diuisionem apud eos in censu hoc secuti sunt

Romani. Nimirum omnia hæc fiebant Deo di-
rigente, vt ex hac descriptione toti orbi lique-
ret Christum recens natum in Bethlehẽ, esse
prognatum ex tribu Iuda & stirpe Davidis, ip-
sumque esse Messiam, vti Propheta prædixe-
rant, etsi hoc non intenderet, imò nesciret, Au-
gustus, eiusq̄ue præses Cyrinus.

VT PROFITERENTVR] Græcum *ὁμολογῆσαι*
significat & describi & profiteri. Vtrum-
que enim hic fiebat: singuli enim describeban-
tur, & profitebantur subiectionem ei qui de-
scribebat, scilicet Cyrino præsidis; quasi vicario
Augusti Cæsaris: Romæ enim singuli, describe-
bantur, quasi ciues & subditi, de quorum fide
in Augustum & senatum non dubitabatur. Ali-
bi verò dicebantur profiteri, scilicet subiectionem
Cæsari, quasi exteri & armis Romanorum
subacti. Porro Orosius lib. 6. cap. vlt. ex hac de-
scriptione colligit Christum fuisse ciuem Ro-
manum, vt quasi tacite innuere Christianos
omnes Romano Pontifici & Ecclesiæ subdi de-
bere: *Christus, inquit, dicendus eius Romanus, cen-
sus professione Romani.*

Christus fuit
ciuis Roma-
nus.

Symbolicè, descriptione hac, qua omnes se
Augusti & Romanorum seruos, profitebantur,
significabatur Christum iam natum venisse, vt
nos à seruitute diaboli liberaret, & vniuersũ or-
bem sibi subderet, suæque fidei & cultui seruire,
non vi armorum, sed efficacia gratiæ suæ compelle-
ret. qua de causa Augustus tum nomen Do-
mini recusauit, teste Orosio & alijs. Rursum S.
Gregor. hom. 8. in Euang. *Quid est, ait, quòd nasci-
turo Domino mundus describitur, nisi quòd hoc aperit
monstratur, quia ille apparebat in carne, qui electos suos
describeret in æternitate. Quo conty à de reprobis per
Prophetam dicitur: Delectantur de libro viventium, &
cum iustis non scribantur. Sic & Origenes Diligen-
tius intuenti, ait, sacramentum quoddam significare
videtur, quòd in totius orbis professione describi apar-
tuerit & Christum, vt cum omnibus scriptis sanctissi-
mæ careret omnes, & cum orbe relictus in censum, commu-
nionem sui præberet orbi liberans eum, ait Euthym
à seruitute diaboli, qui princeps est mundi.*

Hinc patet, Christum descriptum fuisse non
statim à natiuitate, sed octauo die postquam cir-
cumcisus est: in circumcisione enim more com-
muni inditum est illi nomen Iesus, quod astanti-
bus Bethlehẽmitis, qui erant ex stirpe David, in
tabulas publicas, quas Cyrinus ad Augustum
transmisit, relatum est, scilicet Iesum Mariæ fili-
um natum in Bethlehẽ prognatum esse ex
David. Ita Iustinus Apol. 2. ad Antonium Pium,
Origenes, Theophyl. & Euthymius.

ASCENDIT AVTEM ET IOSEPH A GALILÆA
DE CIVITATE NAZARETH, IN IVDÆAM IN
CIVITATEM DAVID, QUÆ VOCATUR BETH-
LEHEM: ED QVOD ESSET DE DOMO ET FA-
MILIA DAVID.

VERS. 4.

FACTVM EST AVTEM, CVM ESSENT IBI,
IMPLETI SVNT DIES VT PARERET]

Hic impleta fuit propheta Michæ ca. 5. 2. de
Christo in Bethlehẽ nascituro. Vide ibi dicta.

ASCENDIT] Id est, profectus est ex Nazareth
vrbe Galilææ, vbi angelo nunciante B. Virgo
Christum conceperat. Vnde Christus à Iudæis
dictus est Galilæus & Nazarenus.

IN BETHLEHEM] quæ ultra Ierusalem sita erat,
ab eaque distabat itinere duarum horarũ: quare
à Na-

à Nazareth in Bethlehẽ iter erat tridui & ampli-
us, quod B. Virgo prægnans, & partui proxi-
ma, confecit pedes, vt multi pie sentiunt. *Ascen-
dit,* (ait S. Bernard. serm. in illud Apocal. *Signum
magnum apparuit in celo,*) in Bethlehẽ imminente in
partu, portans pretiosissimum illud depositum, portans
onus leue, portans à quo portabatur. Et paulò post:
*Sola sine corruptione concepit, sine grauidine tulit, si-
ne dolore filium parturit.*

Audi S. Gregorium homil. 8. in Euangel. *Qui
bene etiam in Bethlehẽ nascitur. Bethlehẽ quippe
domus panis interpretatur. Ipse namque est qui ait: Ego
sum panis viuus qui de celo descendi. Locus ergo in quo
Dominus nascitur, panis antea vocatus est: quia futurũ
profecto erat, vt ille ibi per materiam carnis appare-
ret, qui electorũ mentes internè satietate reficeret. Qui
non in parentum domo, sed in via nascitur, vt profecto
ostenderet, quia per humanitatem suam quam assump-
serat, quasi in alieno nascitur: vt doceret nos in
terra esse peregrinos, ciues verò celi, vt ab hoc
exilio magnis virtutum passibus tendamus in
caelum, ceu patriam & ciuitatem nostram.*

VERS. 6. FACTVM EST AVTEM, CVM ESSET IBI, IM-
PLETI SVNT DIES VT PARERET] scilicet no-
uem menses à conceptu. Peperit enim non ex
lassitudine itineris, sed naturaliter, peracta natu-
rali conceptionis temporisque ad pariendum
vfitati periodo. Quare eam Christus conceptus
fit die 25. Martij, sequitur eum natum esse die
25. Decembris: inter vtrumque enim interce-
dunt novem menses.

Nota Christus natus est paulò post solstitium
hiemale, cum crescere incipiunt dies: Ioannes
Baptista verò natus est paulò post solstitiũ æsti-
num, cum dies incipiunt decretere: quia, vt ipse
ait: *Illũ oportet crescere, me autem minui.* Ita S. Au-
gustinus. Rursum in solstitio hiemale hælcyones
(aues sunt paulò maiores hirundinibus) circa
mare Siculum ponunt oua, eaque quatuordecim
diebus excludunt, ac per totidem dies pacatum
est mare: vnde nautæ id obseruant, captantque
id tempus vt securè nauigent, teste Plinio libr.
10. 3. & S. Ambrosio libr. 5. Hexam 13. Quare
dies hælcyonij vocantur dies placidi, sereni, hila-
res. Ita Christus, nostræ hælcyon, iisdem diebus
natus est quasi rex placidus & pacificus. Vnde
angeli ei accinuerunt: *Gloria in altissimis Deo, & in
terra pax hominibus.* Rursum Plinius docet pluuiam
in solstitio æstiuo, & calorem in hyberno por-
tendere vberem frugum messem. Ita pluuiam
Baptismi, lacrymarum & pœnitentiæ adduxit
Ioannes Baptista, Christus verò calorem gra-
tiæ & charitatis, quibus copiosa fidelium,
Doctorem, Martyrum, Virginum, omniumque
Sanctorum messis progignata surrexit.

ET PEPERIT FILIVM SVVM PRIMOGÊNIT-
VM, ET PANNIS EVM INVOLVIT, ET RE-
CLINAVIT EVM IN PRÆSEPIO, QVIA NON
ERAT ET LOCVS INDIVERSORIO] *Peperit,* natu-
raliter vti aliæ matres: fuit ergo ipsa verè &
naturaliter mater Christi, & consequenter Dei:
Christus enim est Deus. Porro B. Virgo magis
fuit parens Christi, quam sint aliæ matres suorum
filiorum: nam ipsa in solidum fuit parens & ma-
ter Christi: quia ab ea Christus accepit omnem
suam substantiam, quam alij non à sola matre,

B. Virgo ma-
gis fuit mater
Christi, quam
sint matres
filiorum suorum

sed etiã a patre accipiunt: ac consequenter amor
inter Christũ & matrem longè maior fuit, quam
sit inter alias matres & filios, adeoque amor qui
inter matrem & patrem diuiditur, in Virgine v-
nitus & coactus fuit, quia ipsa tam matris quã
patris vicè subiuit. Secundò, sicut ipsa concepit, <sup>Peperit vir-
go</sup> ita & peperit manens virgo, ac consequenter
Christus natus est clauso matris vtero, eumque
nascens penetravit, sicuti radij solis penetrant
vitrum. Hinc Tertio, B. Virgo vti concepit sine cõ-
cupiscentia, ita peperit sine dolore, sine lassitu-
dine, sine secundinatum fluxu & illuie, aliisque
sordibus partus; sine obstetrice, ita Patres passim
fuit ergo Virgo tota alacris & vegeta, atque in
filij amorem & contèplationem absorpta, vt pote
quæ in singula momenta eum nascentem expe-
ctaret, videre & amplecti gessit, ita Patres &
Doctores. Vide Suarez. Audi S. Gregorium homi-
mil. 26. in Euangel. *Illud corpus Domini cum intra-
uit ad discipulos ianuis clausis, quod ad humanos ocu-
los per natiuitatem suam clauso exit vtero Virginis.*

Peperit vir-
go

sine dolore &
sordes

Porro Christum natum esse die Dominica,
quæ prima fuit dies mundi, ac consequenter fe-
ria sexta, siue die Veneris fuisse conceptum sicut
& passum, ex VI. Synodo, Sophronio, Ruperto
& alijs docet Suarez. 3. p. q. 35. disp. 12. Barradius
& alij: licet noster Salsianus Christum natum ve-
lit feria sexta, eò conceptum feria quarta. Audi Ru-
pertum li. 3. de Diuin. offic. c. 16. *Nocte Domini
natus est Christus, consonante mirabilium suorum or-
dine, vt quo die dixit: Fiat lux, & facta est lux, eius-
dem die nocte oriretur in tenebris lumen rectis torde,*
puta sol iustitiæ Christus Dominus.

die Domini
etc.

Hinc sicut sol per elatum penetrat vitrum,
sic Christus in lucem prodiit clauso Virginis v-
tero, ait S. Basilius orat. in S. Natiuitatem Chri-
sti. Hinc & B. Virgo ipsa festi Natiuitatis Chri-
sti nocte reuelavit S. Brigidæ, vt ipsa refert. li. 6.
Reuelat. cap. 88. dicens: *Cum nasceretur ex me in-
dicibili exultatione, & mirabili festinantia clauso vir-
ginali vtero meo prodibat, atque huius suæ exulta-
tionis sensum tunc B. Virgo reipsa communi-
cauit S. Brigidæ. Et lib. 7. Reuel. c. 22. Peperi, ait,
sicut nunc vidisti flexis genibus orando sola in stabulo.
Peperi enim cum cum tanta exultatione & letitia ani-
ma, quòd non sensu aliquod exultationem, quando ipse exi-
bat de corpore meo, nec holorem aliquem: sed statim in-
uolui eum panniculis mundis, quos illi antè præparaueram.
Quæ quando vidi Ioseph, miratus est cum magno
gaudio & letitia, ex eò quòd sine adiutorio pepererant.*
Et in Ser. Angelico ca. 15. *Ipse Deus suam manifeste-
tem inclinavit, de celo descendens in vterum Virginis,
non in vna tantum ipsius corporis parte introiens, sed
per totum ipsius corpus Virginis, visceribus se insun-
dens, formando sibi honestissimè ex solius Virginis car-
ne & sanguine corpus humanum. Et ideo electissima
illa mater flammam i rubo, sed lesionis inexpecto, quæ
vidit Moyses, congruè simlatur. Et nonnullis in-
terfectis: Quemadmodum etiam per totum Virginis cor-
pus, quando idem Dei Filius concipiebatur, cum sua di-
uinitate introiuit, sic & quando nascebatur, cum hu-
manitate & deitate, velut ex rosa integra odoris sua-
uitas, ita & ipse per totum ipsius corpus Virginis su-
sus est, virginali gloria in matre integra permanente.*

Denique omnes virginei partus figuras, è ve-
teri testamento coaceruat hic Geometra in Ca-
tena

scaturire fontem, illumque vsque ad sua tempora perdurare: atque totam speluncam à Christianis marmore incrustatam esse, ac grandis ecclesiâ desuper ædificatâ ornata.

Postea in præsepio.

Porro in hac spelunca fuisse præsepe ligneum, commune & notum omnibus pastoribus, liquet ex hoc, quod ex eo sibi ab angelo indicato, pastores mox locum natiuitatis Christi agnouerint, & ad illum se conuulerint. Præsepe hoc Romam deinde translatum est, ac in basilica S. Mariæ Maioris conditum, ibidem religiosè visitur, & colitur.

ob dnas causas.

Denique Christus collocatus fuit in præsepio, duabus de causis. Prior, quod in tota spelunca non esset commodior, nec decentior Christo locus quàm præsepium: ut in eius sceno quasi in lecto recumberet tener Christus. Posterior, ut in rigore hiemis (erat enim finis Decembris) Christus halitu bouis & asini calefceret. Ad præsepe enim hoc alligatum fuisse bouem & asinum traditio est, hincque est communis fidelium sententia. Et de ijs Ecclesiâ intelligit illud Habacuc 3. 2. iuxta Septuag. In medio duorum animalium cognosceris, ac isdem appropriat illud Isaie 1. 3. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui, uti explicant ibidem S. Hieron. Nazianzenus, Cyrillus, Paulinus, Prudentius & alij apud Baronium.

Tropologic.

Tropologicam causam dat Nyssen de Natiuitate Christi: Præsepe, ait, bestiarum est domus in qua Verbum nascitur, ut cognoscat bos possessorem & asinus præsepe Domini sui. Bos autem est Iudæus legi subiugatus, asinus uero animal operibus ferendis aptum. Gens ille sub grauissimo idololatricæ iugo gemens. Ordinarius autem brutorum animalium cibus est sanum. Producent enim, inquit, propheta, fenum iumentis. Animal uero rationale pane uescitur: idcirco ergo in præsepio, ubi pabulum brutorum poni solet, panis uitæ qui de celo descendit, proponitur, ut animalia quoque rationis expertia rationalem cibum participarent.

Symbolicè.

Sic & S. Cyrillus in Catena. Symbolicè præsepe est altare, in quo Christus in Missa per consecrationem quasi nascitur & immolatur. Vnde S. Chrysost. in Catena: Quod in præsepio uidentes atque rugio Magi, cum multa ueneratione ac timore accesserunt & adorauerunt: tu id ipsum non in præsepio, sed in altari cernens, maiorem istis barbaris exhibe pietatem.

S. Franciscus in stabulo nascitur.

Exemplo Christi in spelunca, nati, multæ matres Sanctorum eos in stabulo pepererunt. Mater S. Francisci eum ex eo grauida parere non posset, à paupere peregrino monita ut in stabulum se conferret, fore ut statim pareret, dicto obediens, felici partu in stabulo S. Francisci, paupertatis Christi imitatore, enixa est. Ita habet eius Vita apud Ribadeneiram. Hodie quoque nonnullæ piæ matres parituræ ex pia deuotione, & humilitate itabulum adeunt, ut Christo & B. Virgini se suisque infantes assimilent.

Porro S. Epiphanius orat. de Deipara: Stabulum, inquit, uisum est esse calum in terra: ubi enim est Deus, ibi est cælum, sicut ubi est Pontifex, ibi est Roma. Subdit Epiphanius: Virgo, ait, in spelunca citra laborem prægnans, cæli & terræ Dominum deposuit in præsepio, tum etiam ordines angelorum circumstabant Virginem, cum clamore dicentes, Gloria in altissimis Deo. &c. Et Chrysippus: In præsepio choreæ circumsteterunt angelorum. Regum omnium palatij

A ipsiq; templo, pauperimum illud stabulum angeli anteponebant, eo in admirationem summam rapti consuebant, reuertiq; regem natum adorabant.

Moraliter, Christiani omnes crebro considerent & intueantur Christum in præsepio, ut aduertant quis & quantus ille sit, quid faciat, pro quibus & cur faciat: Christus enim in præsepio, hoc est Deus homo, Verbum infans, est amor, æquè ac stupor omnium angelorum ad fideliū, quod omnes stupent & stupebunt per omnem æternitatem. Quis enim non attonitus stupeat, si profundè hunc puerum inspiciat, eumque roget. Quis es tu, o paruule Bethlehemitice? eumq; audiat respondentem: Disce id ex Isaia c. 9. v. 6.

Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis: & factus est principatus super humerum eius, & uocabitur nomen eius, admirabilis, consiliarius, Deus, fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Dicat tibi id ipsum

B David Plaltes & Propheia regius psal. 47. Magnus Dominus & laudabilis nimis, factus est puer paruulus & amabilis nimis. Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui Quoniam hic est Deus, Deus noster in æternum, & in seculum seculi ipse reges nos in secula. Dicat Daniel c. 7. Milia millium ministrabant ei, & decies milies centena milia assistebant ei. Dicat Salomon regum sapientissimus Prou. 8. 22. Dominus possedit me in initio uiarum suarum, antequam quidquam faceret à principio. Quando præparabat calos aëtheram, quando certa lege & gyro uallabat abyssos, quando aëthera firmabat sursum, & liberabat fontes aquarum. Cum eo erant cuncta componens, & delectabar per singulos dies ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum: & delicia mea esse cum filiis hominum. Dicat Siracides Eccli. 24. 6. Ego ex ore altissimi prodii, primogenita ante omnem creaturam. Ego feci in calis ut oriretur lumen indeficiens, & sicut nebula texit omnem terram. Ego in altissimis habitauit, & thronus meus in columna nubis, &c. Et dixit mihi: in Iacob inhabitata, & in Israel hereditare, & in electis meis mirre radices. Dicat Job c. 11. 8. Excelsior celo est, & quid facies: profundior inferno & unde cognosces longior terra mensura eius, & latior mari. Et c. 9. 3. Qui commouet terram de loco suo, & columnæ eius concutuntur. Qui præcipit soli, & non oritur. Qui extendit calos solus, & graditur super fluctus maris: qui facit magna & incomprehensibilia & mirabilia, quorum non est numerus. Dicat Gentiliū Sibyllardicat ex ea Virgilius princeps Poëtarum & uatum ecloga 4.

Vltima Cumæi uenit iam carminis ætas. Magnus ab integro sæclorum nascitur ordo. Iam noua progenies cælo demittitur alto, Chara Deum soboles, magnum patris incrementum. Incipe parue puer risu cognoscere matrem. Te duce si qua manent sceleris uestigia nostri, Irrua perpetua soluent formidine terras.

Addit hanc auream esse artem Christi, quo ferrea primùm Desinet, ac toto surget gens aurea mundo. Merito ergo exclamat S. Augustin. serm. 9. de Natiuit. O miracula! o prodigia! o mysteria! hæretes nature ira mutantur, in homine Deus nascitur, uirgo sine uero grauidatur: uiri nesciam sermo Dei maritat: simul facta est mater & uirgo; mater facta, sed incorrupta. O mira & inexquisita compago! O noua & inaudita commixtio! Deus qui est, & qui erat, creator fit creatura, qui immensus est capitur, diuites constitutus pauper efficitur, incorporeus carne uescitur, uidetur inuisibilis, palpatur impalpabilis, comprehenditur incomprehensibilis, quem calum & terra benedicit, in præsepio angusto collocatur.

Christus est amor & stupor angelorum.

Christus est amor & stupor angelorum.

Christus est amor & stupor angelorum.

Christus est amor & stupor angelorum.

uisibilis, palpatur impalpabilis, comprehenditur incomprehensibilis, quem calum & terra benedicit, in præsepio angusto collocatur.

Christus est amor & stupor angelorum.

Quid fecit tantus Deus, in tantilla carne, iacens in præsepio? Audiamus ipsummet in præsepio cathedra, non uerbo sed facto docentem & prædicantem: Ego, qui tribus digitis appendo molem terræ, qui ex nihilo creauit cælum & terram, Rex gloriæ, & Dominus maiestatis, sub quo columnæ cæli contremiscunt, & curuantur qui portant orbem; tui uinius, o homo, amore, ut te peccato & æternæ gehennæ incendijs addictum liberarem, & in cælum beandum deducerem, ueni saliens in montibus transiens colles: salij è cælo in terram, ex sinu Patris in utero Virginis, ex utero in terram, è terra in eruem, è cruce in infernum, ex inferno resiliij in terram, è terra in cælum, ut te inferno erutam in cælum deueherem. Per viscera misericordiæ meæ, uisitauit te oriens ex alto, ac cælum terræ. Verbum carni, spiritum luto, Deum homini hypostaticè iunxi, & arctissimè deuinxi. Paruulus factus sum, os tuum & caro tua, factus sum homo, ut te Deum efficerem. In præsepio iaceo inter iumenta quasi cibus bouis & asini, quia ut iumentum animaliter uiuebas, uoluit te in carne & sanguine. Factus eras sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Homo enim cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis, psalm. 48. Carnem ergo assumpsi, ut carnem meam comedas, at carnem non iumentum, sed Dei, ut illum iungens carni tuæ, os ori, manum manui, pedem pedi, ventrem uentri, illis instar Elisei 4. Reg. 4. 34. inspirem halitum uitæ cælestis & diuinæ.

Christus est amor & stupor angelorum.

Christus est amor & stupor angelorum.

Christus est amor & stupor angelorum.

Christus est amor & stupor angelorum.

Christus est amor & stupor angelorum.

Christus est amor & stupor angelorum.

Christus est amor & stupor angelorum.

Christus est amor & stupor angelorum.

de Natiuit. clamat præsepe, clamant lacrymæ, clamant panis. Clamat stabulum, curando sese homini, qui in latrones inuiderat, præparari. Clamat præsepe eidem homini, qui in uentris comparatus fuerat, pabulum ministrari. Clamant lacrymæ, clamant panis eidem illis cruenta iam uulnera abluere & deurgere.

Clamant omnia austeritatem, pœnitentiam, paupertatem, humilitatem, sed maximè incensam charitatem: quod enim cepit hie Christus, hoc è tota deinceps uita profecutus perfecit. Hoc est quod ipse ait Matth. 8. 10, Vultus soneas habent, & uolucres cali nidos, filius autem hominis non habet ubi caput reclinet. Nimirum natus in stabulo, uixit in hospicio, mortuus est in patibulo. Vtique non propter se, sed propter nos egenus factus est, cum esset diues, ut illius inopiâ nos diuites essemus.

Denique Christus natus est carne, ut nos renasceremur spiritu, imò ut ipse per spiritum nascatur in nobis. Audi Innocent III. serm. 3. Sicut tres in Christo substantiæ fides Catholica consistit, diuinitatem, carnem, spiritum, ita tres in ipso ueritates Scriptura sacra testatur, diuinam ex Patre, carnalem ex matre, spirituales in mente. Ex Patre nascitur semper, de matre natus est semel, in mente nascitur sepe.

Porro hoc fit per ardentia, efficaciam & crebra ad Christum desideria & suspiria. Vnde subdit Innocentius: Christus concipitur per affectum, nascitur per effectum, nutritur per profectum.

Quia non erat eis locus in diuersorio] Eis, scilicet Mariæ & Ioseph, uide Arabicus, quia non erat eis locus in quo diuersaretur. Perperam ergo aliqui legentes ei, scilicet Christo, sic cum Baradio explicant, q. d. Christus reclinatus fuit in præsepio, quia non erat ei locus commodior in illo diuersorio, id est, in stabulo: nam Græca, Latina, Syrus & Arabicus habent eis non ei. Causam dat, cur B. Virgo pepererit in spelunca, & Christum non in lecto, sed in præsepio reclinarit, quia scilicet omnia loca in hospicio iam præoccupata erant, affluente turba ditiorum ad communem centum. Verisimile est enim in vrbe parua Bethlehem, unum tantum fuisse diuersorium (ut hie innuit Lucas idè in Germania fieri uidi) ad quod hospites omnes & aduenæ diuerterent, quod proinde affluente turbâ facillè impleteretur, ut plures non caperet: sed Christi præuisione & prouidentia id factum est, ut summæ humilitatis & paupertatis nobis daret exemplum. Porro Christus ex humilitate se abscondens, manifestatus & glorificatus fuit à Deo, per stellam uocantem Magos, per angelos missos ad pastores, per idola euerfa, per circulos solis & parelios, perque alia miracula, quæ recenset Orosius lib. 6. cap. 20. & fufius Baronius tom. 1. Annal.

ET PASTORES ERANT IN REGIONE EADEM VIGILANTES, ET CVSTODIENTES VIGILIAS NOCTIS SVPER GREGEM SVVM] In regione eadem, putâ in agris & campis vicinis Bethlehem, S. Hieronym. epist. 27. Brochardus, Adrichomius, & alij in Descript. terræ sanctæ, asserunt fuisse locum eundem, in quo Iacob pascuit greges suos, Genes. 36. v. 21. qui inde dictus est Turris Eder, id est, gregis, eò quod pascuis pro gregibus alendis abundet. Hic ergo angeli Christo nato cecinerunt, Gloria in excelsis Deo. Qua de causa S. Helena ibidem templum ædificauit in hono-

rum tantum in Bethlehem diuersorium.

VERS. 8.

E 2 hono-

honorem SS. Angelorum, adeoque medio in agro facellum erectum est in tanta rei memoriam, Distat à Bethlehem ferè mille passibus. Sic & Haymo : Distat, ait, turris gregis à Bethlehem vno milliario, in quo etiam hodie trium pastorum corpora requiescunt.

VIGILANTES] Græce ἀγροῦ γρηγοροῦντες, id est, in agro stabulantes, aut pernoctantes ἀγρός enim est ager, ἀλλή est caula, stabulum, septium, ouile. Theophyl. verò ἀγροῦ γρηγοροῦντες, interpretatur in agro canentes; nam ἐν ἀγρῷ ἀλλήν, est in agro canere tibiā vel fistulā, vti pastores facere solent, tum vt fallant tempus, tum vt se recerent, tum vt oues demulceant, & ad strenuè pascendum hoc suo cantu incitent.

Ex hac voce, Iosephus Scaliger de Emendat. temp. contendit probare Christum natum esse in Septembri. Quia tunc, inquit, non autem in Decembri, cum media est hiems, omniaque rigent gelu aut niue, in agris stabulantur & pascuntur oues. Verùm Christum natum esse die 25. Decembris, communis est Ecclesiæ & omnium sæculorum traditio. Ad argumentum Scaligeri respondeo, in regionibus calidis, qualis est Palæstina, etiam in hieme greges degere & pasci in agris, & campis compalcuis, siue sub dio, siue in maculis ad hoc comparatis, qualia in turæ Eder ob vicinā pascua erecta fuisse non est dubium, vt scilicet oues ad ea tempore congruo statim exirent. Sic in Italia & agro Romano videmus pecudes & pecora tota hieme in campis degere & pasci.

ET CUSTODIENTES VIGILIAS NOCTIS SUPER GREGEM SVVM] Græce φυλάσσοντες τοὺς Φυλάσσειν, id est, custodientes custodias, scilicet per quatuor noctis vigiliās excubantes, vt greges suos custodirent, ne à lupis vel furibus raperentur. Hinc colligitur Christum natum esse nocte, putā post mediam noctem, cum iam inciperet dies 25. Decembris, idque mysticè (nam alius literalis eius loci est sensus) significatur Sapient. 18. 14. Cum quietum, inquit, silentium contineret omnia, & vox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tuus de celo à regalibus sedibus, durus debellator in mediam exterminij terram prostrauit. idque ad hoc, vt significaretur, quod Christus quasi sol veritatis & iustitiæ illucelceret his qui in tenebris & vmbra mortis sedebant, ait S. August. quest. 53. inter Quæst. veteris & noui Testamenti. Hac de causā Ecclesia in festo Natiuitatis Christi, post mediam noctem Missas celebrat.

In huius rei memoriam, eodem loco postea ædificata fuit Ecclesia trium pastorum (tot enim fuisse pastores, quot & Magos, docet etiam S. Bernardus term. 6. de Natiuit. Domini) diuinæ natiuitatis conscriptorum monumenta continens, ait Beda de Locis sanctis c. 8. Hi enim pastores per angelum vocati ad Christum, eo viso & adorato, per eius gratiam eximij euasere Sancti, vnde Lucius Dexter in Chronico, quod dedicat S. Hieronymo: Anno, inquit, Urbis Romæ 752. Lentulo & Messala Consulibus, vno anno ante Augusti & Syllani consulatum, Christus nascitur: tribus pastoribus (qui fuerunt sancti) primum ostenditur. Vide Baronium anno 1. Christi, & Suarez 3. p. qu. 36. disp. 1. 4. sect. 2.

Porò congruum rationi erat, vt tres duntaxat pastores Verbum Patris, Spiritus sancti ope

Scaliger Christum mentis Septembri natum.

ricat ijs: qui suis actionibus & cogitationibus quasi pastoribus inuigilant, ac consolatur eos qui suam non habent consolationem. Ita S. Bernardus ser. 5. de Natiuit. Non consolatur, inquit, Christi infans: non consolatur panni eius ambulantes in stolis; non consolatur presepio & stabulum amantes primas cathedras in synagoga; sed æquanimiter fortè vniuersam hanc consolationem expectantibus in silentio Domini, lugentibus, pannisque pauperibus cedere videbimur. Ceterum audiant, quòd & ipsi quoque angeli non alios consolantur.

ET CLARITAS DEI (lux, splendor mirus, non tam humanus quàm diuinus) CIRCUMFVLISIT ILLOS, ET TIMVERVNT TIMORE MAGNO.] Arabicus, gloria Domini orta est super illos. Vbiq; enim in Scriptura Deus gloriam suam manifestat per cælestem lucem & fulgorem. Claritatem Domini, ait Euthymius, intellige diuinum lumen. Titus: Diuini claritate celestiq; gloria circumfusi sum. Itaque fulgor hic nō fuit sidereus, sed augustinior, qui esset index maiestatis Domini, cuius angelus erat legatus.

Sol clarior lucebat Christo.

Porò S. Ambros. serm. 10. Natiuitatis Christi die solem putat nouo quodam fuisse splendore, & ad ortum festinasse: Oriente, inquit, Salvatore non solum humani generis salus, sed etiam solis ipsius claritas innotuit: sicut ait Apostolus ad Ephes. 1. Vt per ipsum restauraret omnia, siue que in celis, siue que in terra sunt. Si enim sol obscuratur cum Christus patitur, necesse est illum splendidius solito lucere cum nascitur. Et post nonnulla: Ex eo deniq; factum puto, vt nox decreveret. An sol festinus ob Dominicæ natiuitatis obsequium ante lucem mundo protulit, quàm nox iustum suū temporis consummarat. Quis potius ipsam noctem fuisse non dico, nec aliquid obscuritatis habuisse, in quo pastores vigilanti, & exultant angeli, astra deseruiunt. Si sol ad Iesu Naue orationem defixus stetit in die, cur non ad Christi natiuitatem festinus promoueret in noctem?

Tropologicè S. Gregor. homil. 8. Quid, inquit, est, quòd vigilantibus pastoribus angelus apparet, eosque Dei claritas circumfulget? nisi quòd illi præ cæteris videre sublimia merentur, qui fidelibus gregibus præesse solliciti sunt: dumque ipsi præ super gregem vigilant, diuina super eos gratia largius conuertat. Idem lib. 7. epist. 32. Lux gregis, flamma est pastoris. Decet enim pastorem, decet Dominicum sacerdotem moribus & vita clarescere, quatenus in eo tanquam in speculo vitæ plebs commissa, & eligere quod sequatur, & videre possit quòd corrigat.

ET TIMVERVNT TIMORE MAGNO] sacro horrore & reuerentia perfusi sunt, tum propter visionis & splendoris nouitatem, ait Euthymius, tum ob angeli cælestis maiestatem, quæ homines ita percellit, vt penè exanimentur: vnde olim opinio erat moriturum eum qui vidisset angelum, iuxta illud Manue patris Samfonis: Morie moriemur, quia vidimus Deum, Iudic. 13. v. 22. Hinc discet signum angeli boni esse, primò terere, deinde consolari, vnde subdit; Nolite timere, &c.

VERS. 10. ET DIXIT ILLIS ANGELVS: NOLITE TIME-RE: ECCE ENIM EVANGELIZO VOBIS GAVDIVM (nunciū, quod pariet gaudium) MAGNYM QVOD ERIT OMNI POPVLO] sed in primis vobis, quos primos ad Messiam iam natum visendum adorandumque voco. Euangelium ergo primò ante omnes nunciatum est pastoribus, idque per Cornel. in Lucam.

angelos. Causam dat S. Bernardus serm. 5. de Natiuit. dicens: Vigilantibus enim pastoribus, & custodiē-ribus vigilas noctis enangelizatur gaudium nouæ lucis, & eis natus dicitur esse Salluator: pauperibus atque laborantibus, non vobis diuinitus, qui vestram habetis consolationem & vā ditium.

QVIA NATVS EST VOBIS HODIE (hac nocte) SALVATOR, QVI EST CHRISTVS (Messias tot sæculis expectatus) DOMINVS IN CIVITATE DAVID] in Bethlehem, ex semine & stirpe David. Singula verba habent pondus, & nouam gaudij materiam suggerunt, vt patet ea ruminanti & penitiūs expendenti, vt ea minutim & fusè expendit Toletus. Nomen Christi sacerdotium notat & regnum, ait Eusebius in Catenā: tam enim sacerdotēs quàm reges vngentur, ideoque Christi, id est vncti, & vnctione consecrati, dicebantur. De nomine Christi vide dicta Matth. 1. 1. & Daniel 9. v. 24. in fine.

ET HOC VOBIS SIGNVM (quo hunc puerum ab alijs recens natis discernatis & dignificatis): IN-VENIETIS INFANTEM PANNIS INVOLVTVM, ET POSITVM IN PRÆSEPIO] Ceteri enim infantes tunc nati erant in domo & lecto. Christus verò solus in stabulo & præsepio. Hinc patet præsepe hoc fuisse commune & notum omnibus; nisi dicas angelum digito ostendisse, aut internā inspiratione, vt vult Toletus, pastoribus indicasse speluncam in qua erat hoc præsepe. Hoc signum dat angelus, ne pastores putent Messiam suam quasi regem Iudæorum, requirendum in regia Herodis similive palatio; vti Iudæi putant: hic enim primus Christi aduentus fuit humilitatis, sicut secundus ad iudicium erit maiestatis. Signum ergo Verbi incarnati & abbreviati est faciariū & præsepj humilitas; hanc enim efficaciter nascendo, viuendo, & moriendo in summa abiectione, docere nos voluit Christus. Nam, vt ait S. Bern. serm. 1. de Natiuit. Quid magis indignū quid detestandum amplius, quàm grauius purueniendum, quàm vt videns Deum celi paruulum factum, vult à apponat homo magnificare se super terram, intollerabilis impudentia est, vt vbi sese extantiniū maiestatis, vermiculus insitetur & intrumescat.

ET SVBITO FACTA EST CVM ANGELO MVLTITVDO MILITIÆ CÆLESTIS, LAVDANTIVM DEVM ET DICENTIVM] Quia, vt dixi v. 7. omnes angeli Christum in terra nascentem comitati, & venerati sunt: hi autem sunt acies & militia, hoc est exercitus cælestis, quia potentissimè pro Deo contra dæmones & impios pugnant; vnde vocatur Deus Sabaoth, id est exercituum, scilicet celestium & angelicorum. Sic Iacob qui fuit typus Christi, fugiens Esau fratrem suum, vidit copiam angelorum sibi auxiliantium, vnde dixit: Castra Dei sunt hæc, ideoque locum vocauit Mahanaim, id est, castra in duali, ob duas acies siue turmas angelorum sibi in tutelam venientium, Genes. 32. Rursum, si ob creationem mundi laudant Deum astra matutina, & iubilarunt omnes filij Dei, id est, omnes angeli, vt ait Iob ca. 38. quanto magis idem fecerunt ob incarnationem & natiuitatem Verbi?

GLORIA IN ALTISSIMIS DEO, ET IN TERRA PAX HOMINIBVS BONÆ VOLVNTATIS] Sic & Syrus, Arabicus, Ægyptius, Æthiopicus, Persicus, excepto τὸ bonæ voluntatis, de quo mox. Tò in alij sumus, vel vt passim alij legunt, in

VERS. 11.

VERS. 12.

VERS. 13.

VERS. 14.

excellis, referri potest tum ad Deo, q. d. Gloria est Deo qui habitat in caelis altissimis, ubique gloriam suam angelis & Beatis ostendit; tum potius ad gloria, q. d. in caelis altissimis angeli dant gloriam Deo, sicut in terra homines fruuntur pace per Christum iam natum. Rursum haec verba accipi possunt tum assertiuè subaudiendo est, tum optatiuè subaudiendo sit. Assertiuè, q. d. Gloria iam in caelo est Deo, & in terra est pax, quia omnes caelites in caelo glorificant Dei misericordiam, sapientiam, fidelitatem, quod Christum à se patribus promissum iam mundo fideliter exhibuerit: hinc in terra est pax, quia Christus natus est, ut ipse quasi rex pacificus, homines qui nascuntur filij irae, Deo reconciliet. Ita Toleus & Maldon. Optatiuè, q. d. Gloria sit in altissimis Deo, id est laudetur & glorificetur Deus, in caelo omnes caelites benedicant & glorificent Deum; quod dignatus sit Christum mittere in terram, ut in ea incarnatus hominibus pacem, id est, reconciliationem, gratiam, salutem, omniaque bona afferat. Laudent ergo Deum caelum & terra, iubilent illi caelites omnes & terrigenae, quia natus est Christus, qui est gloria Dei, gaudium angelorum, pax hominum. Ita Iansen. Baradius & alij. Sunt enim haec voces angelorum laudantium, partim congratulantium Deo & hominibus, partim optantium gloriam hanc & pacem in natiuitate Christi inchoatam, in eius vita & morte perfici.

Graeca hunc hymnum faciunt trimembrem: Sic enim habent: *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax, in hominibus bona voluntas.* Sic & Syrus, & Arabicus, qui pro *bona voluntas* vertit, *hilarius*. Sic quoque legunt Patres Graeci passim, scilicet S. Athanasius, Basilius, Nyssenius, Phipan. Eusebius, Theophyl. Euthymius, ut videre est in Cetera Graecorum.

Verum melius Latini omnes, & ex Graecis Origen. S. Chrylost. & Cyrillus pro *Edonia*, id est *bona voluntas*, legunt *Edonia*, id est, *bona voluntas*, ac consequenter hymnum hunc faciunt bimbrem. Sicut enim gloria datur Deo, quasi personae quae glorificatur: sic & pax datur hominibus bonae voluntatis, quasi personis, quibus pax Christi competit & cõgruit: atque sic melius coheret nexus totius sententiae, nam pax in terra alia intelligi nequit, quam hominum bonae voluntatis. Appositè S. Bernardus serm. 3. de Circumc. Quae, ait, *maior Deo gloria, quam tanta dignatio & tanta benignitas*: Idem epist. 126. ad Episcop. Aquit. *Displecet, ait, mortalibus angelica illa partitio, quia gloria Deo, pax hominibus nunciatur, & dum gloriam usurpant, turbant pacem. Solus gloriam meretur, qui facit mirabilia solus sicut dicit Apostolus: Soli Deo honor & gloria.* Et paulò post: *Quomodo ergo modo stabit pax hominum coram Deo, vel cum Deo, si Deo non potest apud homines esse iuxta sua gloria?* O filij sibi Adam, qui contentes pacem, & gloriam appetentes, & pacem perdunt & gloriam.

ET IN TERRA PAX] hominum cum Deo, cui nos Christus reconciliauit: imò carnem nostram sibi hypostaticè uniuertit; ac consequenter pax, id est, tranquillitas mentis & conscientiae: ac Tertio, pax & concordia cum alijs hominibus. Porro pax Hebraeis omne bonum, omnem prosperitatem & felicitatem significat. Hinc aliqui, Pax, inquit, est Christus iam natus: ipse enim est

pax nostra, qui fecit utraq; unum, Ephes. 2. 14. nam Deo placuit per eum reconciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis eius, sive quae in terris, sive quae in caelis sunt, Coloss. 1. 19.

Audi S. August. orat. contra Iudæos, Paganos & Arianos c. 10. *In utero, inquit, originali spiritali nuptiæ celebratae sunt, Deus coniunctus est carni, & caro adhaesit Deo, hinc procedens ut sponsus de thalamo, ad cuius nuptias commota uniuersa exultare visa est creatura. Namque angelorum chorus ex his nuptijs pacem designat hominibus bona uolentibus; quia qui erat Dei Filius, factus est hominis filius.*

BONA VOLUNTATIS] Tripliciter id exponi potest. Primò, referendo illud ad hominibus, ut eos determinet, q. d. Pax fit hominibus, ut non omnibus, sed ijs qui sunt bonae voluntatis. Ita S. Ambrosius; hoc est, qui suscipiunt Christum, ait Beda.

Secundò, S. Leo serm. de Natiuit. Pax, ait, fit hominibus, quae scilicet faciat eos esse bonae voluntatis, ut nimirum suam voluntatem Dei legi & voluntati per omnia subiciant & conforment.

Verum quia graecè est *Edonia*, quae vox respondet Hebr. *Edonia*, ac in sacra Scriptura fere nõ hominibus, sed Deo ipsi tribuitur, & significat Dei gratiam, beneuolentiam, beneplacitum, amorem & dilectionem erga homines; hinc melius Nyssenius, Theophyl. Euthym. hunc dant sensum, q. d. Pax fit hominibus, hominibus inquam, quos Deus hac gratia, & bonae voluntate, id est beneuolentia & amore suo gratis sine hominum merito dignatur & prosequitur, ut scilicet det eis latuorem talem & reconciliatorem, qui pacem inter se & homines, ac inter caelum & terram, putat inter caelites & terrigenas, constituet. Sic psal. 5. dicitur *Sicut bona uoluntas* (graecè *Edonia*). *Tuæ coronasti nos*, id est, scuto quod est bona uoluntas, id est, beneuolentiã tuã, uelut coronã cinxisti nos. Sic Marth. 17. dicitur: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit*; graecè, *Edonia*. Et psal. 149. *Beneplacitum est Domino in populo suo.* Sic homines bonae uoluntatis alibi uocantur *filij dilectionis*, id est filij uoliti & dilecti à Deo. Vide dicta Ephes. 1. 9.

Porro Iansenius *Edonia* uoluntatis refert ad pax, q. d. Pax fit hominibus pax inquam proueniens non ex eorum meritis, sed ex bona uoluntate, id est, beneuolentiã & gratiã Dei: sed hoc intricatius & obscurius est. Aliiter quoque S. Ambrosius, *Bona uoluntas*, inquit, ut intelligas pacem Christi non debiti esse, sed meriti.

Moraliter dicitur hinc, quam Deus humilitate delectetur, & humiles exaltet. Christus ecce nõcõte nascens abscondit se in praesepio, at Deus cum glorificat per angelos. Audi S. Augustinum lib. 2. de Symbolo cap. 5. *Sic uoluit nasci excelsus humilis, ut in ipsa humilitate ostenderet maiestatem.* Et serm. 213. de Temp. *In summo, ait, honore summa sit humilitas: honoris laus, & humilitatis uirtus.* Et S. Ambrosius: *Ex utero, inquit, Christus funditur, sed coruscet à caelo terreno in diuersario facit, sed caelesti lumine fulget; nupta peperit, sed uirgo concepit; nupta concepit, sed uirgo generauit. Quod si carnis, ignara operis fuit, profectò Deus erat, qui diuinitatis operibus exercebat carnis atarè.* Et S. Bernardus serm. 1. de Circumc. *Christus ab ipso natiuitatis exordio diuinis humana sociat, ima summis.*

Honoris laus est humilitas.

Nascitur ex muliere, sed cui secundum aetatis fructus sit accedebat, ut nõ decidat slos uirginitatis. Pannis involuitur, sed panni ipsi angelicis laudibus honorantur; absconditur in praesepio, sed proditur radiantem stellã de caelo; sit circumcisio ueritatem suscipere probat humanitatis, & nomen quod est super omne nomen, gloriam indicat maiestatis.

Hac ergò de causa Christus ubique ita humilitatem cum maiestate in seipso combinauit & contemperauit, ut doceret maiestatis decus esse humilitatem, uti est gemmula in annulo aureo, ac vicissim humilitatis praemium esse solum maiestatis.

VERS. 15.

ET FACTVM EST, UT DISCESSERVNT AD EIS ANGELI IN CAELVM; PASTORES LOQUENTVR AD INVICEM; TRANSEAMVS VSQVE BETHLEHEM, ET VIDEAMVS HOC VERBUM, QUOD FACTVM EST, QUOD DOMINVS OSTENDIT NOBIS.

HOC VERBUM] Id est hanc rem tam nouam & miram, puta Verbum incarnatum, & Messiam natum. Vnde Beda Symbolicè de Verbo diuino hoc exponens ait: *Verbum quod semper erat uideamus, quomodo pro nobis factum est: quod enim uideri non poteramus, dum erat Verbum, uideamus factum quia caro est.*

Sic & S. Ambrosius ac Haymo. Est metonymia familiaris S. Scripturae, quã uerbum ponitur pro re significata per uerbum, ut cap. 1. *Non erit impossibile apud Deum omne uerbum*, id est, omnis res. 2. Reg. 1. 4. *Quid est uerbum* (id est res) quod factum est?

QUOD DOMINVS (Beda addit, fecit &) OSTENDIT NOBIS] Graecè *Edonia*, id est, notum fecit, reuelauit, indicauit, imò signum quo Messiam natum inueniemus, suggessit nobis, praescribis, & ceteris omnibus: quare nisi eum nobis natum, & nobis primis reuelatum, ab eo per angelum inuitati & uocati uisum & adoremus, erimus Deo angelis & Christo ingrati, ac nobis ipsis inimici; utpote qui tantam Christi gratiam & salutem neglexerimus. Certum est angelum exteriùs loquentem pastoribus, multò magis interioriùs illuminasse mentem eorum, ut cognoscerent Christum esse Deum ac redemptorẽ mundi: deoque eos excitasse ut eundem adirent, colerent, amarent, adorarent. Haec enim de causa pastores reipsã praesepi adierunt, ac in eo Christum summã humilitate & reuerentiã adorarunt. Quare non est dubium eos hic fuisse iustificatos, aut si iam iusterant, magnum iustitiæ & sanctitatis incrementum accepisse. Ita S. Cyprianus (vel quisquis est auctor) de Natiuit. Christi: *Pastores illi, inquit, amplius mente quam oculis carnalibus illuminati, ad conspiciendum Emmanuel festinauerunt, & edocti inuicibili magisterio Spiritus sancti, quem paruulum uident, confitentur immensum, & pie uocationis affectum presentiam.*

VERS. 16.

ET VENERVNT FESTINANTES; ET INVENERVNT MARIAM, ET IOSEPH, ET INFANTEM POSITVM IN PRAESEPIO] *Festinautes*, ex desiderio & ardore uidenti Christum natum. Vnde S. Ambrosius: *Vides, ait, festinare pastores: nemo enim cum desidia Christum requirit.* Et Beda: *Festinant, ait, pastores; neque enim cum desidia Christi est quaerenda praesentia, & ideo forte nonnulli quaerentes inuenire non merentur, quia desidiòse Christum quaerunt.*

VIDENTES AVTEM COGNOVERUNT DE VERBO (scilicet uerum esse illud, id est, ueram essetrem, uerè scilicet natum esse Christum) QUOD DICTVM ERAT ILLIS DE PVERO HOC] ab angelo.

COGNOVERUNT] Graecè *diegnonaton*, id est, pernoauerunt, clarè certoque cognouerunt. Secundò, uertit potest cum Pagnino, *notificauerunt; Theophyl. diuulgauerunt.* Sic & Syrus: uide sequitur:

ET OMNES, QUI AUDIERVNT, MIRATI SVNT: VERS. 18.

ET DE HIS QUAE DICTA ERANT A PASTORIBVS AD IPSOS] Tò & non est in Graeco, Syro & Arabico, sicque planior fuit sensus: Romani tamen legunt & q. d. Mirati sunt natum esse Messiam, & cetera quae de eo dicta erant à pastoribus ad ipsos; scilicet mirati sunt angelum apparuisse, angelos cecinisse *Gloria in excelsis*, Christum iacere in praesepio, &c. ita Glossa, Franc. Lucas & alij licet Lyranus *Edonia* exponat *id est*. Hinc patet pastores multis narraffe ea quae de Christo nato ab angelo audierant & uiderant: quare multos praesepi adijisse, Christumque uidisse; sed eos solos in Christum credidisse, quorum Deus corda efficaciter tangebat, ceteros offensus paupertate Christi eum spreuiffe. Causam dat S. Ambrosius: *Non uisus, ait, persona pastorum, certe quo uisitor ad prudentiam, eo pretiosior ad fidem. Non gymnasia choris referta sapientiarum, sed plebem Dominum requisitiuissimam, quae phalaræ audiret & sucare nesciret. Simplicitas enim quaeritur, non ambizio desideratur.*

VERS. 19.

MARIA AVTEM CONSERVABAT OMNIA VERBA HÆC CONFERENS IN CORDE SVO] scilicet conferens & comparans, non oracula Prophetarum de Christo, ut uult Beda, sed dicta & uisa Pastorum de angelis concinentibus, *Gloria in excelsis Deo*, &c. cum ijs quae ipsa in se experta erat, puta cum annunciatione Gabriellis oraculo Eliabethae & Zachariae, ceterisque quae ipsa de Christo nato uiderat & in se senserat. idque Primo ut uident utrimque miram concordiam, omnia scilicet inter se optimè consentire, magis firmeretur in fide, scilicet unigenitum Filium Dei ex se esse natum. Ita S. Ambros. Secundò ut iucundã contemplatione harum rerum, inter se adeò consentientium, animus pasceret, & certã spe reliqua expectaret: Deum scilicet hoc opus ad finem perducturum, & per Christum homines redempturum. Tertio, ut ea deinde suo tempore Apostolis, ac praesertim Lucae haec scriptura pãderet, & ex ordine narraret, Vide hinc in Virgine rarum exemplum uirginæ taciturnitatis ac modestiã, item caelestis prudentiã, ac firmissimã, fidei & ipsei, admirantis praesentia & futura praesentolantis. Conferebat enim ea quae uidebat summã humilitatis, cum ijs quae uouerat summã maiestatis, stabulum cum caelo, pannos cum illis Prophetarum uerbis psal. 103. *Amictum lumine sicut uestimento; praesepi cum throno Dei, animalia cum Seraphinis.*

VERS. 20.

ET REVERSI SVNT. (ad gregem suum, ait Euthymius; Deus enim uult fideles, licet à se exaltatos, in sua uocatione, officio & arte permanere) PASTORES, GLORIFICANTES, ET LAUDANTES DEVM, IN OMNIBVS QUAE AUDIERANT ET VIDERANT, SICVT DICTVM EST AD ILLOS] *Edonia*, refert ad audierant, non ad uiderant: au-

sancto; tum quia Christus in primo conceptio- nis suae instanti perfecte fuit formatus, organiza- tus & animatus, cum ceteri infantes scilicet for- mentur, organizentur & animentur, ideoque membrana sua contineri & foueri debeant, tum quia deceteris erat, ut ipse vterus Virginis locum membranae suppleret, ipsumque Christum proxime tangeret, foueret, & per venas quas habet, sanguine suo aleret: tum denique quia Christus in vtero nulla emisit sibi excrementa, sed tantum id sumpsit, quod corpus aleret & auget: quare non eguit membranam, quae excrementa haec exci- peret. Fauet Synodus habita in Trullo ean. 79. di- cens: *Abq. vllis secundinis ex Virgine partum esse con- fiteres.* Licet Iouerus legat *abiq. dolore ex Virgine* &c. Graece enim est *α πόξις*: quod si a *λόξις*, id est, pario; parturio, factum cum dolore & nisu magno enitor, deriuus, significat *sine dolore, sine nisu partendi*, qualis est in puerperis & puerperio, hic enim non fuit in B. Virgine. Veru[m] si *α πόξις* deriuus a *λόξις*, vel *λόξις*, id est, purgamentis, quae in vtero post partum remanent, quales sunt secundae sine secundinis, uti ex Diocoride & Aristotele docet Henr. Stephanus in Lexico, tunc *α πόξις*, idem est quod *sine purgamentis, sine secundinis.* Et sic hanc vocem accipere Concilium, patet ex iis quae subdit: causam enim subitit: dicens: *Vt qui sine semine constitutus sit, q. d. Partus ceterarum fit ex semine, sed partus Virginis fuit sine semine, ergo & sine secundinis.* Secun- dinam enim primam a natura formantur ad fer- vandum semen, ne diffuatur. Cum ergo B. Virgo non conceperit ex semine, hinc secundinis non eguit. Addit deinde Concilium: *Quare quoniam aliqui post sanctae Christi Dei nostri natiuitatis diem si- milam coquere ostenduntur, & eam sibi initium im- pectiri, honoris scilicet praetextu secundinarum* (Graece *λοξις*), quae vox, ut dixi proprie secundinas quae post partum emittuntur, significat *impolluta Vir- ginis matris statimus, ut nihil tale deinceps fiat d. f. delibus.* Neque enim hoc honor est Virgini, &c. ex committibus, & iis quae in nobis sunt, inenarrabilem eius partum definire, metiri & describere. Alij tamen qui per *λοξις*, intelligunt non secundinas; sed alias fordes, nisus & dolores partus, censent Christum in vtero suam quoque habuisse mem- branam, siue secundinas, quia hoc naturale est in omnibus infantibus in vtero, ut ea continean- tur, muniantur, & foueantur: sed ita, ut illam sta- tim post partum Virginis, Deus ex vtero eius clauso per penetrationem, dimensionem, aut al- lum modum eduxerit, & in aliam rem conuer- terit. Ita Suarez loco citato. Quare in Virgine nulla fuit impuritas, ob quam deberet purificari, ideoque lege purificationis non obligabatur, praesertim quia lex ait: *Mulier suscepto semine.* B. Virgo autem nullum suscepit semen, sed ex Spi- ritu sancto concepit, de quo plura dixi Leuit. 12. v. 2. Denique partus Virginis fuit laudatissimus, quia peperit Sanctum Sanctorum.

Voluit tamen B. Virgo humilitatis studio, & ut ceteris puerperis se conformaret, ac ne eas scandalizaret, & videretur esse singularis, atque ut virginitatem suam conceptumque ex Spiritu sancto celaret, purificari, sicut & Christus iisdem de causis voluit circumcidi, ut dixi v. 21. Vnde S. Bernardus ferm. 3. de Purific. *Nihil, ait, in hoc conceptu, nihil in partu impurum fuit, nihil illicitum,*

nihil purgandum, nimirum cum proles ista fons puri- tatis sit, & purgationem venerit facere delictorum. Quid in me legalis purificet observatio, quae purissima facta sum ipso partu immaculato? Veru[m] d. beata Virgo, veru[m] non habes causam, nec tibi opus est purificationem, sed numquid filio tuo opus erat circumcissione? esto in- ter mulieres tanquam una earum: nam & filius tuus sic est in numero puerorum.

Tropologicè, purificatio animaest poeniten- tia, quam B. Virgo subiuit non pro peccatis suis, vt pote quae nulla habebat, sed pro alienis, aequè ac Christus. Sacramentum tamen poenitentiae non suscepit, quia propria peccata quae confiten- da sunt, non habuit. Vide S. Chrylostomum, Tertullianum, S. August. S. Ambros. li. de Poe- nitentia.

UT SISTERENT EVM (tamquam masculum primogenitum, iuxta legem Exodi 13. r 2.) DOMINO] Syrus, *coram Domino.* Quare B. Virgo Christum manibus tenens, flectens genua, eum summa reuerentia & deuotione obtulit Deo, dicens: En Pater aeternae hic est Filius tuus, quem pro salute hominum ex me carnem sumere voluisti: ego tibi eum reddo, & in solidum offero, vt de eo aequè ac de me facias quod placuerit, ac per eum redimas mundum. Hae dicens obtulit eum sacerdoti, quasi vicario Dei, à quo de- inde quinquè siclis eumdem redemit, vt praescribebat lex.

SICVT SCRIPTVM EST IN LEGE DOMINI (Exodi 13. 12.) QVIA OMNE MASCVLINVM ADAPERIENS VVLVAM, SANCTVM DOMINO VOCABITVR] id est, Deo, quasi res dicata & sancta offeretur & consecrabitur. Nonnulli Patres, uti Tertull. de Carne Christi ca. 23, Ori- genes, Ambros. Euthym. (qui ait: *Solus Christus nondum apertam matris vuluam supernaturaliter aper- uisit* id est, *pertransiit*) & *clausam naturaliter ser- uauit*) dicunt hanc legem soli Christo conueni- re: solum enim Christum aperuisse matricem matris, non quoddam velint B. Virginem propriè matricem in partu aperuisse, ac per consequens virginem non mansisse, vt eos interpretatur im- purus Caluinus; sed quod Christus solus vterum clausum penetrarit, ac penetrando quasi aperue- rit, id est, ita egressus sit, perinde ac si eum ape- ruiisset (est enim in hac phrasi metalepsis) eum aliæ matres tam in conceptione, quam in partu propriè vterum aperiant.

Verum omnes ceteri Patres clarè dicunt, Christum clauso matris vtero conceptum & na- tum esse. Quare *in adaperiens vuluam*, sic expli- cant, q. d. Omnis mascululus, qui naturali more nascendo vuluam matris aperiendo in lucem eg- reditur, qui que principium est generationis maternae, hic *sanctus Domino vocetur*, id est, Do- mino dicetur & consecratur. Hinc sequitur, quod Christus hac lege non continebatur, tum quia ipse subsistebat in persona Verbi, quae nul- lis ligatur legibus; tum quia ipse non aperuit vuluam matri, sed ea clausa exiuit. Ita Cyrillus hom. de occurfu Domini, & Hormisdas Papa epist. 1. c. 3. Beda, alij.

Minus ergo rectè Rupertus, Abulensis, Iansenius & maldonatus, per *in adaperiens vuluam*, non aliud purant significari, quam *primogenitum*, ideoque Christum hisce verbis legis fuisse com- prehensum, sed à lege exceptum alio titulo, scilicet

Adaperiens vuluam. quid.

licet quod esset Deus & Dei filius. Vide dicta Exodi 13. v. 12. vbi fuisse hanc legem & literaliter & tropologicè expofui, atque inter alia dixi, *primogenitum cuiusque esse cor eiusque amorem, ac primas cogitationes & intentiones: hoc ergo, & haec à quolibet deuotè & integrè offeren- das esse Deo.* Denique audi S. Bernard. ferm. de purificatione: *Oblatio ista frater, facta delicata vide- tur, vbi tantum sistrum Domino, redimitur anibus, & illico reportatur. Veniet, quando non in vtero offeretur, nec inter brachia Simeonis, sed extra ciuitatem inter brachia crucis. Veniet, quando non redimitur alieno, sed alios redimet sanguine proprio, quia redemptionem eum misit Deus Pater populo suo. Illud erit sacrificium ve- sperinum, istud erit matutinum: istud quidem incun- dius, sed illud plenius.*

VERS. 24. ET VT DARENT HOSTIAM (pro purgatione matris, non pueri, vt dixi v. 22.) SECVNDVM QVOD DICTVM EST IN LEGE DOMINI, PARTVRTVVM, AVT DVOS (vnum in holocaustum, alterum pro peccato) PVLLVS COLVMBARVM] èd quod pauperes essent. Nam diuites insuper dare debebant agnum in holocaustum. Licet enim tres reges magnam vim auri Christo obtulissent, tamen B. Virgo paupertatis studiosa, vt ostenderet se spernere omnia terrena, ex illis pauca dumtaxat quasi libando accepit, quae breui consumpsit, ait Abulens. in c. 2. Math. qu. 47. aut, si plura accepit, ea in pauperes distribuit, ait S. Bonauent. & Dionys. Denique quia statu & conditione erat pauper, inter pauperes censeri voluit, & pauperum munus offerre. Vide dicta tam quoad literam quam quoad mores, Leuit. 12. v. 6.

Nota Purificationis B. Virginis (cuius memo- riam quotannis celebrat Ecclesia die 2. Februa- ri), idque ad abolenda Lupercalia, quae eodem die Romae turpiter celebrabatur; ait Baronius) hic fuit ordo & ritus: Primò, puerpera veniebat in atrium immundorum, ibique consistebat: nec enim atrium mundorum ingredi poterat, vt pote immunda ante purificationem.

Secundò, offerebat turturem, vel pullum col- umbae pro peccato: verisimile est eam quoque asperam fuisse aquâ cinerè vitulae rufa; illa enim erat quasi aqua lustralis in omni purifica- tione.

Tertiò, offerebat infantem Deo, eumque redimebat.

Quartò, peractis omnibus, in gratiarum actione offerebat Deo agnum, vel turturem aut pul- lum columbae in holocaustum. Haec duo vltima fiebant à puerpera (vt pote iam purificata) exi- stente in atrio mundorum. Ibi enim offerebat infantem ad ostium tabernaculi, ibique eminus spectabat holocaustum suum, quod offerebatur in atrio sacerdotum. Nam inter atrium sacerdo- tum & laicorum intererat murus, siue septum altum tres pedes, ita vt laici ex suo atrio specta- re possent victimas, & alia quae fiebant in atrio sacerdotum.

Tropologicè, turtures & columbae, quas pu- erpera pro peccato, id est, immunditia siue irre- gularitate legali, offerebat, significabant gemitu & compunctionem poenitentis, quo expiantur peccata praesertim accedente Sacramento. Por- tò B. Virgo, sicut nullum omnino habuit pecca- tum, sic nullo Sacramento ad illud expiandum

Tropolog.

Qua Saera- mentis susce- pit B. Virgo.

A indignit. suscepit tamen Sacramentum Baptismi, vt profiteretur religionem Christianam, item Confirmationem, Eucharistiam, fortè etiam Ex- tremam vntionem. Ordinis non erat capax, quia femina. Matrimonium inuit cum Ioseph, sed illud in lege veteri non erat Sacramentum. Pec- cata sua numquam est confessa, nec absolutio- nem à sacerdote suscepit, quia nulla habuit.

Dices, Poterat B. Virgo metuere ne fortè in oratione distractionem aliquam, aut in opere vel cogitatione negligentiam aliquam venialem commississet; ergo poterat illam confiteri: quia vt ait S. Gregorius: *Bonarum mentium est agnoscere culpam, vbi non est culpa.* Resp. Hoc verum est in peccatoribus & statu lapsò, non integro; & in- nocentibus, qualis fuit B. Virgo. Quare sicut angeli clarè vident omnes suos actus, eorumque defectus etiam minimos, ex perspiciatate sui in- tellectus; ac similiter suos actus vidit Adam in statu innocentiae (hoc enim pertinet ad integri- tatem illius status, & ad iustitiam originale); sic pariter suos actus omnes vidit & prauidit B. Virgo, quod scilicet essent purissimi & sanctissi- mi, sine omni defectu, etiam venialibus, ideoque eos quali peccata confiteri non poterat. Nec tamen idcirco se extollebat, sed magis humiliabat scies hoc esse donum Dei, non suum meritum. Quare quod Syluester in Rosa aurea tit. 3. cap. 53. de qu. impertin. censet B. Virginem Sacramentum poenitentiae recepisse, solitamque venialia sub- conditione confiteri. Ioanni, planè est reicien- dum: praesertim quia absolutio impendi nequit super materiam incertam, sed vt eius capax sit poenitens, debet aliquod peccatum determinatè confiteri, ait Vasquez 3. p. disp. 119. c. 7.

Confiteri B. Virgo non potuit.

ET ECCE HOMO ERAT IN IERUSALEM, CUI NOMEN SIMEON, ET HOMO ISTE IYSTVS ET TIMORATVS, EXPECTANS CONSOLATIONEM ISRAEL, ET SPIRITVS SANCTVS ERAT IN EO.

SIMEON] Caluinus vult Simeonem fuisse ple- beum & obscurae famae. Verum eum sanctitate & senio fuisse venerabilem, docent sequentia apud Lucam. Multi censent eum fuisse sacerdo- tem, ideoque benedixisse Mariae & Ioseph. v. 34. Ita Lyranus, Dionys. Carietan. Franc. Lucas, Tolerus hic, ac S. Athanasius lib. de Comuni essentia Patris & Filij. S. Cyrillus, Hierosol. orat. de occurfu Domini, S. Epiphanius tract. de Pa- tribus veteris testamenti, & Canisius libr. 4. de Deipara c. 10. licet eum fuisse laicum, non sacer- dotem, opinetur Theophyl. Euthym. Iansenius, & Barradius, ac benedixisse Mariae non vt sacerdotem, sed vt senem.

VERS. 25.

Simeon an sacerdos?

ET HOMO ISTE IYSTVS] Hinc Galatinus lib. 1. de Arcanis fidei cap. 3. censet Simeonem hunc fuisse discipulu[m] & filium Hillelis, qui paulò ante natiuitatem Christi Scribarum & Pharisaorù fuit auctor, teste S. Hieron. in c. 8. Isaia. Sed audi Galatinum: *Simeon Hillelis filius, quem ob eius praeci- pua[m] sanctitatem Talmudistae Saddic, id est iustum, co- gnominant. In quo (vt in Pirke aoth. id est in capitim- lis patrum dicitur) Academia magna Synagoga seep- trum defecit: multa de Messia dixit: & tandem cum in vltima senectute à Spiritu sancto responsum accepisset, non visurum se mori, nisi Messiam videret, Christum ipsum vltis suscipiens, quae de eo à Spiritu sancto edoctus docuerat, ipso praesente confirmauit; cuius egregia dicta*

+

Tal.

salutare tuum anima mea. Oculi mei defecerunt in salutare tuum. Expectabam salutare tuum Domine. Concupivi salutare tuum Domine (psal. 118. v. 81. 123. 166. 174.) Redde mihi letitiam salutaris tui, psal. 50. v. 14. Ostende nobis Domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis, psalm. 84. v. 8. Ita S. Basil. in psalm. 61. S. August. lib. 1. Contra aduers. legis & Prop. c. 11. Beda, Theophyl. & alij.

VERS. 31. QVOD PARASTI ANTE FACIEM (ante oculos in conspectu [OMNIUM POPULORUM] vt omnes omnium gentium populi ex Salvatore Christo salutem hauriant, q. d. Deus non abscondit Christum in angulo Iudæ, sed eum omnibus proposuit, & mox per Apostolos toto orbe deprædicabit, vt quicumque eius fidem & legem amplecti voluerint, ab eo saluentur.

VERS. 32. LUMEN AD REVELATIONEM GENTIVM, ET GLORIAM PLEBIS TVÆ ISRAEL] Est appositio, q. d. Salutare tuum, id est, Salvatore Christum dedisti & parasti hoc sine, vt ipse sit lumen ad reuelationem, id est illuminationem gentium, quod scilicet Gentes verum Deum ignorantes eius cognitione, fide & cultu illuminet, idemque ipse sit gloria, honor & decus Israelis, id est, populi Iudaici. Arabicus, lumen quod apparuit gentibus Theophyl. lumen ad illustrationem gentium obtinuataram; Euthymius, lumen quod gentibus errore cæcis visum resituar: reuelationem enim vocat visus restitutionem. Sic dicitur psalm. 118. v. 18. Reuela, id est, illumina, oculos meos. Qui enim cæcus est vel sedet in tenebris, habet quasi velum ante oculos, quod per lumen reuelatur & auferitur, vt videre possit. Sic velum idololatriæ, errorum & vitiorum, quod Gentes excæcabat, reuelauit & abstulit Christus, docens eas veram veri Dei fidem & cultum, per quem saluentur. Ipse ergo est lux mundi, Ioan. 8. v. 12. Alludit ad oraculum Isaïæ, qui ante 700. annos id ipsum vaticinatus erat cap. 42. 26. dicens: Dedi te (ô Christe) in scædus populi, in lucem Gentium, vt aperires oculos cæcorum, & educes de conuulsione vinculum, de domo carceris sedentes in tenebris, & c. Rursum c. 49. v. 6. Ecce dedi te in lucem Gentium, vt sis salus mea usque ad extremum terre, & c. Denique c. 60. v. 3. Ambulabunt Gentes in lumine tuo. Hac de causa in Misâ, præsertim in festo Purificationis, candelas benedicimus, accendimus & gestamus. Primò, vt profiteamur Christum esse lumen ad reuelationem gentium. Secundò, precamur, vt ipse nobis suam lucem gratiæ in hac vita, & lætitiæ & gloriæ in altera vita communicet; qua de causa moribundis hæc candelæ accensæ in manus dantur. Vide Amalarium, Durandum & ceteros, qui de Officijs Ecclesiasticis scripserunt.

Candela accensa visus quis significet?

Christus sicut gloria Israelis ob sex causas.

ET GLORIAM PLEBIS TVÆ ISRAEL] q. d. Christus sicut est lux Gentium cæcorum, sic est & gloria Israelis, id est, Iudæorum. Vice versa fuit Christus gloria quoque Gentium, & lux Israelis, quia Gentibus magnum decus, Israelitis magnam rerum diuinarum cognitionem attulit, tamen Gentibus dicitur potius lucem attulisse, quia hi erant in tenebris infidelitatis; gloriam vero Israelitis fidelibus. Idque Primò quia ex eorum gente, vt pote patribus eorum à Deo promissus, carnem assumpsit: hic enim est magnus honor, de quo gloriari possunt Iudæi: quod scilicet Christus sit eorum contribulis, consanguineus, adeoque Iudæus. Secundò, quia Christus in

A Iudæa vixit & mortuus est; vixit a utem cum magna doctrina, sanctitatis & miraculorum gloria. Tertiò, quia in Iudæa primò Ecclesiam suam fundauit: primi enim credentes fuere Iudæi qui deinde Gentes sibi aggregarunt. Quartò, quia in Iudæa à morte resurrexit, & gloriose in cælum ascendit, indeque misit Spiritum sanctum cum dono omnium linguarum. Quintò, quia Apostolos omnes elegit ex Iudæis, qui omnes Gentes ad Christum conuerterunt. Sextò, quia Iudæos, in se credentes magnis virtutibus, donis & gratijs cumulauit, eosque cæuios Sanctos Doctores & Martyres effecit. Alludit, imò citat oraculum Isaïæ, qui prædixit ca. 46. v. 13. dicens: Dabo in Sion salutem, & in Israel gloriam meam. Et cap. 60. v. 1. Gloria Domini super te orta est. Et v. 2. Gloria eius in te videbitur. Ca. 62. v. 2. Videbunt gentes iustitiam tuam, & cuncti reges inulatum tuum; Hebr. & Septu. gloriam tuam.

B ET ERAT PATER EIVS ET MATER MIRANTES SVPER HIS, QVÆ DICEBANTVR DE ILLO] Pater, scilicet Ioseph, qui dicitur pater Christi, non tantum quia eius nutritius, & quia à vulgo putabatur eius pater, sed etiam quia ipsi in coniugio & coniuge sua Maria legitime natus erat Christus, atque ob hanc prolem matrimonium hoc Iosephi cum B. Virgine conciliatum & ordinatum erat à Deo. Ita S. August. lib. 2. de Consensu Euang. cap. 1. Beda, Iansenius, & alij. Vide dicta Math. 1. v. 16.

C MIRANTES] Ioseph & Maria, quæ licet sciret Christum fore saluatorem Israelis, non tamen sciebat omnia, quæ hic Spiritus sanctus per Simeonem & Annam de eo vaticinabatur, scilicet quod ipse foret lumen illuminans omnes gentes, quod foret in ruinam & resurrectionem multorum in Israel, quod gladius animam Virgini esset pertransiturus, & c. & etiam si hæc sciuisset, mirabatur tamen eadem à Simeone & Anna per Spiritum sanctum, tanto ardore & spiritu prædicari & celebrari. Denique rerum & prioriorum, quæ videbat & audiebat magnitudo, ei confidenter admirationem ciebat. Nam, vt ait anonymus in Catena Græcor. Transcendentium rerum notitia quies in memoriam venerit, toties renouat in mente miraculum.

D ET BENEDIXIT ILLIS SIMEON, ET DIXIT AD MARIAM MATREM EIVS: ECCE POSITVS EST HIC IN RVINAM, ET IN RESVRRECTIONEM MVLTORVM IN ISRAEL: ET IN SIGNVM CVI CONTRADICETVR.

BENEDIXIT] bene præcatus est, Benedictionis sacerdotalis forma præscribitur Num. 6. 24. eratque hæc, Benedicat tibi Dominus, & custodiat te, & c. Eis] scilicet parentibus, Iosepho & Mariæ, vt præcessit, non puero Christo (licet & hoc velit Iansenius) inquit Maldonatus, Franc. Lucas & alij: puerum enim, vt pote Messiam, Saluatorem & Deum suum venerabatur & adorabat, ac ab eo benedici oprabat, non verò eum benedicere audebat, vel præsumebat, quia summè, vt par erat, eum reuerbatur.

ET DIXIT AD MARIAM MATREM EIVS] potius quam ad Ioseph, tum quia ipsa sola vera & naturalis erat mater Iesu: Ioseph autem eius erat pater tantum per denominationem: tum quia Ioseph videtur mortuus ante annum 30. Christi, quo hæc contigerunt: quare illa in se experta

VERS. 33.

VERS. 34.

experta est, sensitque sola B. Maria. Illi ergo soli hic Simeon propheticò spiritu prædicit tam prospera, quam aduersa, ipsi & Christo obuentura, vt in prosperis non extollarur, nec in aduersis eadat animos; sed contra illa per modestiam, contra hæc per patientiam & fortitudinem peccus suum præmuniat & obarmet.

ECCE POSITVS EST HIC IN RVINAM (græcè πωρωσι, id est, rasum, ita Arabicus) ET IN RESVRRECTIONEM MVLTORVM IN ISRAEL] Alludit ad illud Isaïæ c. 8. 14. *Erit vobis* (Dominus putat Christus) *in sanctificationem, in lapidem autem offensionis, & in petram scandali duabus domibus Israel, hoc est, in laqueum & in ruinam habitantibus Ierusalem.* Et c. 28. 16. *Ecce ego mittam in fundamentum Sion, lapidem, lapidem probatum, angularem, pretiosum, & c.* quem locum citat vrgeretque contra Iudæos Christo incredulos Paulus Rom. 9. 33. & Petrus 1. Petri 2. 6. & Actor. 4. 11. & Christus ipse Math. 21. 42. vbi hæc omnia explicui, Christus enim à Deo positus & collocatus est in Ecclesia noua, iue Christiana, quasi fundamentum & lapis angularis, vt illi superædificaret omnes qui in eum crederent, ex eisque domum Ecclesiæ spiritualem exædificaret: quia hoc ipsium olim promiserat Adæ, Abraham, Moï, ceterisque Patriarchis & Prophetis. Fecit hoc Deus directè hac mente & intentione, vt omnes Israelitas, id est Iudæos, ad Christi fidem alliceret, itaque in Ecclesiam eius cooperaret & saluaret; sed præuidēbat maiorem partem eorum ob vitia sua Christo venienti contradicentem, & in eum quasi in lapidem offensionis & scandali impacturos, itaque ab eo collidendos & vituros in exitum, tam præuens, quam futurum & æternum: noluit tamen idcirco mutare prius suum propositum de Christo mittendo & collocando, sed permittere hanc Iudæorum contra illum rebellionem & contradictionem, vt propter illam Paulus & Apostoli præcones Euangelij à Iudæis rebellantibus Euangelium transferrent ad Gentes, itaque pro paucis Iudæis innumeratim gentes in Christum crederent, illiq; in Ecclesia inædificarentur & saluarentur, vt fusc docet Paulus Roman. 11. Ecce hoc fuit Dei consiliū, qui posuit Christum in lapidem angularem Ecclesiæ, qui indirectè esset in ruinam directè in resurrectionem multorum in Israel. Per *ruinam* enim significatur exitum Iudæorum Christo rebellium, per *resurrectionem* salus in eum credentium, quia rebelles conuerterunt à fide infidelitatis, ab obediētia in rebellionem, à cognitione Dei & S. Scripturæ in cæcitatem & obdurationem, à spe salutis in desperationem & damnationem, à celo in gehennam: credentes vero in Christum à peccatis, in quibus iacebant, à Christi gratia erecti, resurrexerunt in nouam vitam virtutis & gratiæ, expectantes spem gloriæ. Ita S. August. Beda, Theophyl. Euthymius, Tolerus, & alij passim, imò ipse Christus, Petrus & Paulus locis iam citatis.

Addit Nylsenus per *ruinam* accipi excidium Iudææ & Ierusalem per Titum: hoc enim ei illatum est, quia spreuit Christum, eumque crucifixit.

Tropologicè, vel potius symbolicè, Theophyl. Christus, ait, positus est in ruinam & resurrectionem Israelis, id est, animæ poenitentis, seseque per Christi gratiam sanctificantis; quia facit *Cornel. in Lucam.*

A vt in ea moriatur superbia, crapula, libido, ac resurgat in ea humilitas, abstinentia, castitas. Analogicè idem Theophyl. per *ruinam* accipit mortem, q. d. Christus erit causa vt multi, id est, omnes Israelitæ à morte ad immortalitatem resurgant. Verùm hi sensus mystici non ex æquo respondent sensui literali, in quo alij ruunt in vitia, alij ab eis resurgunt: vnde minus appositè & genuini sunt.

ET IN SIGNVM CVI CONTRADICETVR] Græcè εις σημεῖον ἀντιλογουμένων, id est, *in signum contradictionis*, vel *contentionis*, vt vertunt Syrus & Arabicus: Terrul. de Carne Christi c. 23. vertit, *in signum contradicibile.*

Quæres, quodnam hoc signum? Primò, Signum cui contradicetur, positus est in signum, id est, in scopum sagittariorum, in quem Iudæi & Scribæ increduli, non tantum linguâ verba male dicentia, sed & manu tela malefica coniecerunt. Fuit hic scopus contradictionis, quia de eo ferendo confingendoque certarunt, & sibi inuicem contradixerunt Scribæ; vt Simeon alludat ad illud Thren. 3. vers. 12. *Posuit me quasi signum ad sagittam, misit in renibus meis filius pharetrae sue.*

Secundò, S. Basilus, Beda, & Theophylactus *Secundò*, intelligunt signum crucis, vt alludat ad Isaïæ 11. vers. 10. *In die illa radix Jesse, qui stat in signum,* (Hebr. צמח, id est, vexillum, vbi Septuaginta vertunt σημεῖον, quod hic habet Lucas) *populorum*: quia Christus in cruce exaltatus erit vexillifer, sustollētque vexillum crucis, ad quod trahet omnes fideles quasi milites suos, vt dimicent contra Iudæos, Mahometanos, Paganos, ceterosque impios diaboli milites, qui cruci Christi contradicunt, illamque acerrimè oppugnant. Ita Toletus.

Tertiò & planissimè, alludit Simeon ad illud Isaïæ 8. v. 18. *Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi Dominus in signum & in portentum Israel.* Vide ibi dicta. *Signum* ergo siue *portentum* vocatur hic mira noua & à sæculo inaudita Christi ex Virgine generatio, eiusque celestis & diuina doctrina, vita, mors, resurrectio, miracula, quibus clarè significabat & ostendebat se esse Messiam Saluatorem mundi, ac Deum per se exhibuisse mundo redemptionem & salutem à Prophetis promissam. Huic signo Christi non tantum Iudæi & Gentes lingua, sed & mali Christiani vitâ impiâ contradicunt. Ita Origenes, Iansenius. Faucet S. Basilus in Isaïæ c. 7. ad illa: *Ecce virgo concipiet* dicens: *Signum est demonstratio rei cuiuspiam prodigiosa demutata, & à communi consuetudine hominū omnino aliena.* Talis autē fuit vita Emmanuelis, id est Verbi incarnati, prodigiosa scilicet & portētosa, Græcum enim σημεῖον significat signum, ostentum, prodigium, quod est præter communem hominum consuetudinem. Fauet & Tertul. lib. de Carne Christi c. 23. qui cenſet hic alludi ad illud Isaïæ 7. *Propterea dabit Dominus vobis signum: Ecce virgo concipiet & pariet filium.* Agnosceremus ergo *signum contradicibile*, inquit, *conceptum & partum Virginis Mariæ, de quo Academicus isb. Peperit, & non peperit; virgo, & non virgo*, quibus contradictoribus ipse respondet: *Peperit, quæ ex sua carne; & non peperit, quæ non ex viri semine.* Et *virgo quantum à viro, non virgo quantum à partu*: quia peperit quod

F 2 non

racula , discipulos conuocare, Apostolos creare, &c. In prioribus voluit Christus sponte sua parentibus, à quibus eas cum natura quasi acceperat, obedire, & ab eis sinebat se in illis regi: in posterioribus verò nequaquam, sed soli Deo Patri voluit subijci & obedire: quia hæc, utpote altioris ordinis, à solo Deo erant acceptæ & directæ. Vnde Christus parentibus eas petentibus quasi ex materno quodam imperio, respondit, illas non ad parentum sed ad Dei voluntatem & nutum esse faciendas, ut patet hic, & in conuersione aquæ in vinum in nuptijs Canæ Galilææ, Ioan. 2.4. & alijs similibus, ut patet Matth. 12.48.

Porro, Christus actiones suas theandricas, quas patrabat ut Deus-homo, vocat actiones Dei Patris, Patrique eas attribuit non sibi, Primò, quia propter has à Patre missus erat in mundum. Secundò, quia Christus à Patre habebat suam diuinitatem: hæc autem opera præcipue erant diuinitatis. Tertio, quia eas faciebat ex præcepto patris. Quarto, quia in his nemini suberat nisi soli Patri æterno, ut doceret amorem matris etiam tenerrimo præponendum esse Dei præceptum, vel consilium, ut, cum Deus aliquem vocat ad Religionem, ad sacerdotium, ad martyrium, ad apostolatam, cui parentes repugnant. Sic in humanis filius, quæ filius, subest parentibus quoad paterna iura; quæ verò idem magistratum gerit, v.g. rex est aut princeps, parentibus non subest, sed præest, quoad iura regalia: rex enim omnium qui in regno sunt, ac consequenter parentum suorum, est Superior & dominus; quare eos iure communi reipubl. regere, dirigere & corrigere tenetur.

VERS. 50.

ET IPSI NON INTELLERUNT VERBUM QUOD LOCUTVS EST AD EOS. Nonnulli ignorantiam hanc referunt ad auditores, qui stupebant super prudentia & responsis Iesu, v. 47. Alij ad solum Ioseph per synecdochen. Verum planè tam ad B. Virginem, quam ad Ioseph hæc referenda sunt: licet enim ipsi noscent Iesum suum, esse Christum Dei filium, & saluatorem mundi, tamen ignorabant quæ ratione illud munus obtinuit, seu quæ illa essent negotia Patris in particulari, in quibus ipse dixerat oportere se versari v. 49. nimirum an, quando, quomodo docturus, victurus, moriturus, crucifigendus esset pro salute mundi: hæc enim eis à Deo necdum reuelata erant, sed ea ipsa progressu temporis, vel per experientiam, vel per reuelationem Iesu didicerunt. Quare ex reuerentia Iesu, eum hæc loco curiosè, quænam essent illa mysteria interrogare non sunt ausi, sed tempus opportunum ea noscendi prudenter expectarunt.

VERS. 51.

ET DESCENDIT CVM EIS, ET VENIT NAZARETH: ET ERAT SVBDITVS ILLIS. Venit Nazareth vltro & sponte sua, licet S. Bernardus opinetur eum vrgentibus parentibus venisse. Sic enim ait ser. 19. in Cant. Cum remansisset in Ierusalem, & dixisset, in his que Patri sui erant oportere se esse, non acquiescentibus parentibus eius, sequi eos in Nazareth non despicit, magister discipulos, Deus homines, Verbum & Sapientia fabricum & feminam.

SvBDITVS] Græcè, ὑποκειµένος; id est, subiectus, obediens, scilicet quoad humanam naturam, quam à matre hauserat, non quoad diuinam, quam à solo Patre æterno acceperat, ita plenè &

perfectè, ut per omnia ei esset æqualis, & in nullo subditus, ut contra Arrianos docet S. August. lib. 3. contra Maximinum c. 18. Minus ergo congruè S. Cyrillus l. 10. Thesauri c. 8. ex illo r. Corinth. 1. 5. Tunc & Filius subijciatur Patri, concedit Filiu ratione originis subijci Patri etiam quoad naturam diuinam, quam à Patre accepit; quia quoad eam facit, inquit, quæ placita sunt Patri: nam & Pater facit, quæ placita sunt Filio, nec tamen idcirco subiectus est Filio. Loquitur ergo Paulus de Filio quoad humanam naturam, secundum quam Christus se planè cum omnibus suis electis subijcet Deo Patri in die iudicij, Vnde ceteri Patres constanter asserunt: Filium quoad diuinam naturam Patri non esse subiectum, sed æqualem.

Christus exemptus ab obedientia matris.

Nora. Humana natura in Christo, licet in se præcisè sumpta, subdita esset matri, tamen quia ipsa eleuata erat à Deo ad hypostasim Verbi, id eoque vnus erat cum Deo, putà vna persona diuina; hinc exempta fuit ab obedientia matris, æquè ac à legibus Angusti, Herodis, pontificum, ceterorumque principum: erat enim iam matre & illis omnibus logè dignior, melior, sapientior, imò Dominus & Deus omnium. Sicut Religiosus vel monachus si creetur Pontifex, eximitur ab obedientia sui Ordinis, imò totius Ordinis fit Superior. Christus tamen ut nobis daret summæ humilitatis & obedientiæ exemplum, vltro & sponte suà se subdidit matri, imò & Ioseph: ipsæque per omnia quæ domi agenda, verrenda, fabricanda, &c. erant, obediuit.

Discant, inquit S. August. ser. 63. de Diuersis, pueri subdi parentibus, quia Christo mundus subditur & Christus tamen parentibus subditus fuit. Et S. Bernardus ser. 1. super Missus est, exclamat: Erat subditus eis. Quis? quibus? Deus hominibus, nec tantum Mariæ, sed & Ioseph? vtrunque stupor, vtrunque miraculum: & quod femina Deus obtemperat, humilitas sine exemplo: & quod femina principatur Deo, sublimitas sine socio. Et mox: Erubescite superbe cunis: Deus se humiliat, & tu te exaltas? Deus se hominibus subdit, & tu dominari gestiens hominibus, tuo te præponis auctori? quoties enim hominibus præ esse desidero, toties Deum meum præ eire conendo.

Obedientia præstantia.

Voluit ergo Christus primà & continuà suà vitâ per annos triginta suo factò nos docere perfectionem virtutis & Religionis maxime fitam esse in obedientia. Nam, ut docet Ioannes XXII. Pontif. Extrau. Quorumdam, de verb. signif. paupertas magnum bonum est; maius, integritas (castitas); sed maximum obedientia: quia prima rebus, secunda carni, tertia menti dominatur & animo. Idem docet S. Aug. & ex eo S. Thomas 3. p. q. 40. ar. 1. ubi docet austeritatem tantum esse adiuumentum perfectionis.

Audi S. Basilium in Constitut. monast. c. 4. In prima etate (Christus) subditus parentibus, omnem laborem corporalem mansuetè & obedientes sustinuit. Cum enim homines illi essent iniusti quidem ac piji, verum pauperes, & rebus necessarijs non abundantes, &c. merito laboribus corporis assiduis dediti erant, per hos necessarias res sibi ipsis acquirentes. Iesus autem his subditus, velut ait Scriptura, omnino etiam simul perseverando labores obedientiam declarabat. Itaque discamus filij subiecti esse parentibus. Et Origenes homil. 20. in Lucam: Nā quia maiorem Ioseph videbat etate, propterea cum parentis honore coluit, omnibus filijs exem-

plum

plum tribuens, ut subijciatur parentibus. Quid enim magister virtutis, ait S. Ambros. nisi officium pietatis implet? Et Beda. Quid inter nos aliud, quam quod à nobis agi veller, ageret.

Multi egit, multa dixit Christus per 30. annos, sed hæc omnia hæc gròme conluit Lucas: Et erat subditus illis. Præclarum elogium Religiosi est, Tota vita fuit Superioribus suis obediens & subditus.

Ratio à priori. Prima.

Ratio à priori est, Prima quia qui obedit Superiori, obedit Deo: Superior enim est vicarius Dei, iuxta illud Christi: Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit, Lucæ 10. Vnde S. Basilus in Constit. monast. c. 22. Amistes, ait, nihil aliud est, quàm is qui personam Christi sustinet, & sequens est inter Deum & homines, eorum qui in ipsius officio sunt saluem sacrificans Deo. Et S. Benedictus in Regulæ Obdiencia, ait, quæ maioribus præbetur, Deo exhibetur. Et S. Bernardus de præcepto & dispel. Quem, inquit, pro Deo habemus, tamquam Deum, in his que aperte non sunt contra Deum, audire debemus. Obediens ergo, dum quid præcipit Superior, putet id Deum sibi præcipere, ac tamquam Deo alacriter obediat.

Secunda.

Secunda, quòd obedientia nobilissimas hominis potentias, scilicet voluntatem & iudicium, Deo in holocaustum offerat & macer, dum eas abnegat, & Superiori suo, loco Dei resignat. Vnde S. Gregorius 35. Moral. c. 10. explicans illud 1. Reg. 15. Melior est obedientia quàm victima, ratione hanc dat: Quia, inquit, per victimas aliena caro per obedientiam voluntas propria maceratur.

Tertia.

Tertia, quòd obedientia omnia opera quæ ex ea fiunt, faciat aurea, & valde meritorea. Quæ circa S. Franciscus ait Bonauent. in Vita eius c. 6. Generalis cedens officio Guardianum petijt, cuius voluntati per omnia subiaceret. Tam enim verberem asserbat sanctæ obedientiæ fructum, ut eis qui in go ipsius colla submiterent, nihil temporis sine lacro transiret. Vnde Fratri, cum quo solitus erat ire, semper obedientiam promittere consueuerat, & seruare.

Quarta.

Quarta, quòd obedientia sit mater virtutum omnium. Vnde S. Gregorius loco iam citato; Solæ, inquit, virtus est obedientia, quæ virtutes ceteras menti inserit, insertasq; enodidit.

Quinta.

Quinta, quòd Deus per Superiores subditum obedientem certò & securè regat, rellaq; dirigat ad portu salutis æternæ. Vnde Climacus gradu 4. Obdiencia, inquit, est perfecta abnegatio propriæ animæ & proprii corporis mors voluntaria, vita sine sollicitudine, nauigatio sine damno, sepultura voluntatis, vita humili aiis, & quasi si quis dormido ner sociat. Idemque addit: Vnere in obedientia nihil aliud esse, quàm suum onus altorum humeris imponere, natate super altorum vltus, & sustentari in aquis, ne mergamur, sed sine periculo hoc grande pelagus huius vitæ transeamus & quidem breuissimà nauigatione.

Quocirca Christus maluit vitam perdere, quàm obedientiam: Faciis obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Sed audi tantæ obedientiæ præmium: Propter quod & Deus exaltavit illum, & donauit illi nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestriũ, & infernorum, Philip. 2. 8. An non ergo vir obediens loquetur victorios? Proverb. 21. 28. Vide ibi dicta.

Christus faber lignariorum.

Nota Secundò. Veterum sententia est, Christum Ioseph subiectum fuisse in exercenda ar-

te fabrilis signaria, vti dixi Matth. 13. in fine. Congruum enim erat, ut fabrilium cum patre putatio exerceret, qui mundi est cum naturali patre fabricator. Per fabrum conditum est genus humanum, per fabrum decuit & restitui.

Hæc pauca dumtaxat recenset Lucas de adolescentia & iuuentute Christi usque ad annum eius trigessimum, quo toto tempore vixit priuatus & latuit incognitus, quæ sanè stupenda fuit Dei filij humilitas.

Cetera quæ ex libro apocrypho, qui inscribitur Infantia Saluatoris, alijsque similibus, à nonnullis asseruntur, rejicit Ecclesiã. Vnde de Valentianis hæreticis ita scribit S. Irenæus lib. 1. c. 17. Assumit, ait, in hoc & illam falsitatem, quasi Dominus, cum puer esset, & disceret literas, cum dixisset Magister eius, quemadmodum in consuetudine est, dicit A. respondit A. Rursum cum Magister inisset dicere eum B., respondisse Dominum, Tu prior dic mihi quod est A, tu ego dicam tibi quid est B. Similia quædam circumferuntur in cantionibus natalitij nonnullis, à quibus, ut ridiculis & planè indignis Christo cõmentis, abstinendum est: Christus enim, utpote plenus sapientia, scholas non adiit. Vnde Iudæi de eo dicebant: Quomodo hic literas scit, cum non didicisset eas? Ioan. 7. 15.

Rursum miracula pueri Iesu, quæ vulgò à nonnullis narrantur, refutat S. Chryost. hom. 20. in Ioan. Primum enim eius miraculum fuit conuersio aquæ in vinum in Cana Galilææ, ut ait Ioan. c. 2. Voluit enim usque ad annum 30. latere & fabrilium exercere. Vnde S. Iustinus Dial. contra Tryphonem: Faciebat, ait, aratra, iuga, &c. ideoque sapè eis in Euangelio petit similitudines & metaphoras, ut cum ait: Tollite iugum meum super vos. Et, Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Regi. Idem censent Lyranus, Iansen. Maldonatus, Dion. Carthus. & Abulens. in Matth. cap. 13. q. 81. ac Caietanus & Franc. Lucas in Marci c. 6. 3. Esto Christum fabrilium exercuisse negat Paulus Burgensis in Marci c. 6. ac noster Barradius hic, & Simon de Cassia lib. 4. ca. 2. qui censent. Christum usque ad annum 30. instar Religiosi abstractum vixisse, ac orationi & contemplationi æquè ac ieiunio vacasse. Si obijcias, Nazarenos vicinos Iesu, ei docenti obieisse: Nonne hic est faber? respondent ex S. August. lib. 2. de Conf. Euang. c. 42. Ed fabrum credebant quòd fabri filium, ut habet Matth. c. 13. 55.

Verum cum Nazarem quotidie viderent Iesum & opera eius studiòse obseruarent, videntur ab opere fabrilium eum vocasse fabrum, alioqui enim si eum otiosum viderent, eius otium & inertiã taxassent, quòd paupertati parentum laborando non succurreret, nec patrem suum Ioseph fabricantem adiuuaret, eique laborando collaboraret. Adde: Voluit Christus fabricando dare exemplum vitæ mechanicis, ut fabricando & laborando victum sibi parent: hoc enim honestum est: porrò à societate fabrorum qui scurrilia loquebantur, abstinere Ioseph, multò magis Christus. Sic faber tabernaculorum fuit S. Paulus, etiam cum prædicaret, ut patet Actor. 18. v. 3.

ET MATER EIVS CONSERVABAT OMNIA VERBA HÆC IN CORDE SVO] quasi ruminanda & diligentius scrutanda, ait Beda, ut successu temporis per omnia quæ acturus & dicturus erat

Christi

Christus pleniùs ea intelligeret, simul vt eadem deinde S. Lucæ & alijs Apostolis scribenda, vel posteris tradenda reuelaret. Vnde Titus, Nam est, inquit, que ab illo deprobentur, plene non assequatur, intelligebat nihilominus diuina, humanoque sensu esse sublimiora: neque enim audiebat Iesum tamquam duodecim annorum puerum sed exscipiebatur & obseruabat verba illius, tamquam verba viri modis omnibus perfecti: siue vt Euthym. ait, tamquam verba non simpliciter pueri sed etiam Filij Dei.

VERS. 52. ET IESVS PROFICIEBAT SAPIENTIA, ET ETATE, ET GRATIA APVD DEVM ET HOMINES] *Erate, gracie hanc, quod Syrus, Arabicus, & alij vertunt, statuta, siue procedente, & sic vertit Noster ca. 12. v. 25. vtrumque verum, vtrumque huic loco appositum.*

Quæres an verè Iesus vti etate & statura, sic & sapientia & gratia profecerit? Omnis Photino, Nestorio & Theodoro, qui docere Christum esse purum hominem, ideoque in dies in gratia & meritis apud Deum proficere, quibus quasi hæreticis anathema dicit S. Gregorius Nazianz. epist. 1. ad Cledonium; idem affirmare videntur S. Athanasius serm. 4. contra Arrianos, & Cyrillus lib. 10. Theauri c. 7. videntur enim dicere, humanitate Christi à Verbo sensim maiorem hausisse sapientiam, sicut hausit B. Virgo ceterique homines. *Humanitas Christi, ait S. Athanasius, in sapientia profect transcendens paulatim humanam naturam, desinat a nimirum, & organum sapientie effecta.* Badem habet S. Cyrill. S. Athanasium in doctrina æque ac Episcopatu Alexandrino secutus: quænam vtriusque fuerit mens, mox explicabo.

Verum contrarium docent ceteri Patres. Erat enim Iesus à primo instanti cõceptionis suæ plenus sapientia & gratia, vt dictum est v. 40. hoc enim debebatur illi humanitati ob vnionem hypostaticam cum Verbo. Vnde S. Gregorius Nazianz. orat. 20. in laudem S. Basilij: *Sapientia, inquit, apud Deum & homines proficiebat, non vt augmentum aliquid acciperet, cum ab initio gratia sapientie, absolutus esset, sed quod hac hominibus ignavis paulatim apparerent.* Nam, vt ait Theophyl. *Emicatio sapientie eius, profectus ipse est.* Sicut sol licet eadem semper luce pollat, tamen crescere in ea dicitur, cum eam sensim magis explicat à mane vsquo ad meridiem. Vnde Beda: *Proficiebat Christus, inquit, non per accessum temporis accipiendo quod non habebat, sed pendendo donum gratie quod habebat.*

Triplicem
Christi sciõ-
tia,

Nota igitur in anima Christi triplicem fuisse scientiam, scilicet beatificam, quã Deum videbat & omnia in Deo, itaque beabatur; Secundò, infusam à Deo; Tertio, experimentalem, vel vsu quotidiano acquisitam. Duæ priores Christo indita fuisse à primo instanti conceptionis suæ ita perfecte, vt eas augere non posset. Idem dico de Christi habituali gratia & gloria. Ita S. August. lib. 3. de Peccat. mor. & rem. c. 19. S. Hieron. in illud Jerem. 31. *Femina circumdabit virum.* S. Athanas. Cyrillus, Nazianz. Beda, Damasc. Euthymius, Bernardus, S. Thomas, quos citat & sequitur Suarez 3. p. q. 7. art. 12. & passim Scholastici: hoc enim exigebat vniõ hypostatica.

quo sensu
Christus pro-
ficiat etate,
et sapientia
& gratia.

Dicitur ergo Christus proficere cum etate in sapientia, & gratia. Primò, in opinione hominum, ac in specie & ostensione externa. Loquitur enim subinde Scriptura secundum id, quòd

A exteriùs cernitur, & secundum id quod vulgò indicant homines: hic autem ex operibus maioribus quæ edebat Christus, iudicabant homines eum crescere in sapientia & gratia, vt crescit ceteri pueri. Ita Origenes & Theophyl. hic, ac Nazianz. S. Athanas. & Cyrillus ita citati, & mox pleniùs citandi.

Secundò, proprie creuit Christus sapientia experimentalis: ipso enim vsu multa expertus maiorem acquisiuit experientiam. Hinc didicit ex his que passus est obedientiam, Hebr. 5. 8.

Tertio, & proprie esto Christus non creuerit sapientia & gratia habituali, creuit tamen actuali & practica: nam robur spiritus & sapientiam celestem in anima latentem, indices magis & magis exerebat etiam existens puer, ita vt in vultu, incessu, sermone, factis semper maiores ederet actus modestiæ, maturitatis, prudentiæ, castitatis, suauitatis, pietatis, aliarumque virtutum. Posset quoque gratia hic accipi pro gratiositate, quòd scilicet Christus in dies magis gratiosum se faceret Deo & hominibus. Verum hæc maior gratiositas includit incrementum gratiæ: nam sine eo nemo fit magis gratus Deo.

Dices: Christus dicitur creuisse gratia sicut creuit etate, idque coram Deo: ergo verè in seipso creuit gratia, sicut in se creuit etate. Respondet S. Thomas 3. p. q. 7. art. 12. & ex eo Suarez, Christum verè in se creuisse gratia: non quoad habitum, sed quoad actus & effectus ex habitu productas, nimirum faciendo opera excellentiora, per quæ licet ipse non fieret sanctior, nec plus aliquid mereretur propter infinitam dignitatem personæ suæ, & quia à principio habuit gratiam consummatam, nihilominus illa opera de se erant sufficientia ad augendam gratiam, quatenus nouum meritum coniuebant.

Id ipsum, non aliud velle S. Athanasium loco iam citato, liquet ex eo quod subdit: *Vt per eius suam energiam exerceat, sapientiaque, indè eluceret, omnibusque, innotesceret.* Et paulò antè: *Ita enim augescere magnitudine corporis, vnde crescebat in eo diuinitatis manifestatio, innotesceret, apud omnes ipsum esse templum Dei, Deumque, in eius corpore existere.* Nec aliud velle Cyrillum patet ex ijs quæ subdit: *Non ergo ipse, sed humana proficiebat natura.* Nam dum in dies in ipso deitas manifestaretur, mirabilior & sapientior videbatur. Proficiebat autem in ipso natura humana, hoc modo: *Assumpsit sapientia Dei hoc est Filius Dei, nostram naturam paulatimque, tum verbis, tum factis desiccatione assumpti hominis reuelans, proficere ipsum reuelando faciebat, vt scilicet suam deitatem reuelaret, exercendo in dies maiores sapientie & gratie operationes, quas ei suggerebat ipsa ei assistens diuinitas, vnde ex ipsis illa ab hominibus agnoscebatur, sicut anima latens in corpore agnosceatur per vitales & animales operationes, quas in dies maiores per corpus exercet. Et paulò antè: *Cum igitur audis eum proficere in sapientia & gratia, noli putare quidquam ipsi additum fuisse, qui nullius vnquam vel egere potest: sed quia videtibus atque audientibus eum, sapientioerem gratioeremque, in dies se præbebat, idcirco dicitur proficere.* Ita detegendo se ipsum in dies, non ipse sed qui mirabantur ipsum atque amabant, proficiebant.*

Opponent Orientales Cyrillo, cum hæc verba ita interpretatum esse: vt de toto Christo, non de Verbo aut humanitate dumtaxat dicantur, cum

cum ipsi de sola humanitate intelligant, vt habet A Concilium Ephes. oppos. anathemat. 4. Concil. Ipse verò Cyrillus in Responsione ait, ita quidem se sentire, ne Christus in duos diuidatur: docet autem Filium Dei, et si Patris Sapientia, dici tamen in sapientia proficere, dum humanitatis proprietates per summam vnionem in se conuenirent susecit. q. d. Filius Dei dicitur proficere, quia humanitas, quam assumpsit, profecit.

Huc accedit expositio Toleti: nomine sapientie, & gratie, inquit, non intelligitur ipse habitus gratie & sapientie, sed opera ipsa & verba sapientia & gratiosa, quæ ab interna sapientia & gratia procedunt. Sic dicitur Ecclef. 10. *Verba oris sapientis, gratia, id est gratiosa.* Dissiulsa est gratia in labijs tuis. psalm. 44. 3. *Propter gratiam laborum suorum amicum habebit regem.* Proverb. 22. 11. *Mirantur in verbis gratia, quæ procedebant de ore ipsius,* Luca 4. 22. *Hæc est religio, visitare pupillos,* Jacobi 1. hoc est, hæc sunt opera religiosa. Porro posset Deus per absolutam potentiam gratiam Christo datam, vt pote finitam augere, ac facere vt Christus in ea quoad habitum crederet & proficeret, vt contra Caietanum & alios docet Valquez 3. p. q. 7. art. 12. disp. 47. c. 3. sed aliter facere Deo placuit, idque magis dignitati Christi Verbo vniti, erat consentaneum.

Christi gratia
distat
nostra quoad
duplicitatem.
Primò.

Secundò.

Tertio.

Ex dictis collige quadruplex præter alia discrimen gratie Christi, & nostræ. Primò: Christus gratiam habuit quasi naturaliter, tum ex vnionis hypostaticæ, huic enim connaturalis est gratia: tum ex vi conceptionis suæ de Spiritu sancto: nobis verò omnis gratia indebita est & gratuita, aduentitia & supernaturalis.

Secundò: Gratia in nobis Primò, delet peccatum originale, & actualia si quæ sunt, sicque quasi Secundò facit nos Deo gratos: in Christo vero gratia fuit, ante, imò sine omni peccato, per se primò sanctificans Christum: nam ex gratia vnionis cum Verbo emanauit gratia habitualis, vt radius à sole, statim & naturaliter. Quocirca nos adoptiuè sumus & dicimur Dei filij: Christus verò est naturalis Dei Filius, vt docet S. Hieron. lib. 12. de Trinit. & Cyrillus lib. 2. in Ioanem c. 12.

Tertium: Gratia nostra est priuata & propria

CAPVT TERTIVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

PRIMò, describit predicationem & baptismum Ioannis Baptistæ, quo homines disposuit ad gratia Christi, illamque eis indicauit. Secundò, v. 21. narrat Christum à Joanne baptizatum, cum Spiritus sanctus in eum specie columbe descendit: & vox Patris audita; Ties Filius meus dilectus. Tertio, v. 24. genealogiam Iesu à Ioseph, vsque ad Adamum pertexit. Primum & secundum maiori ex parte explicui Matthæi 1. Superest ergo tertium.

1. Anno autem quintodecimo imperij Tiberij Cæsaris, procurante Pontio Pilato Iudæam, tetrarcha autem Galilææ Herode, Philippo autem tate eius tetrarcha Ituræ, & Trachonitidis regionis, & Lysania Abilinae tetrarcha. 2. sub principibus sacerdotum Anna & Caipha: factum est verbum Domini super Ioanem Zachariæ filium, in deserto. 3. Et venit in omnem regionem Iordanis, prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum, 4. sicut scriptum est in Libro sermonum Isaie prophete: *Vox clamantis in deserto: Parate viam* Cornel. in Lucam.

G

Domini

ciusque, ac suum tantum hominem, in quo est, iustificat: ac Christi gratia est communis: est enim gratia capitis, quæ in omnia membra, id est, in omnes fideles, se diffundit, et quæ se communicat, itaque eos sanctificat. Hinc discet quanta fuerit gratia Christi, vt pote quæ instat solis & fontis in omnes fideles deriuatur: nam de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia, Ioan. 1. 16.

Quartum: Gratia in nobis (quin & in B. Virgine) per bona opera crescit; in Christo verò non creuit: quia cum ab vnione cum Verbo procederet, quæ ab ipso conceptionis suæ plena fuit & perfecta, hinc & eodem instanti hæc gratia plenitudo quæ augeri non posset, ipsi data est.

Tropologicè, Damasc. lib. 3. de Fide cap. 22. Tropologicè, B. Christum inquit, proficit sapientia & gratia, non in se, sed in suis membris, scilicet Christianis. Sic & Cyrillus iam citatus. Ideo enim profecit ipse maiores virtutum actus indices edendo, vt nos idem facere doceret. Tota enim vita nostra continuus vel est profectus, vel defectus. Cum enim non proficit, tum deficit, vt ergo non deficiat, semper proficiat oportet, vt iusè docet S. Bernardus epist. 253. vbi inter alia ait: *Nunquam iustus arbitratur se comprehensisse, nunquam dicit, Satis est, sed semper esurit scientiam, iustitiam, ita vt si semper vineret, semper quantum in se est, iustus esse contenderet, semper de bono in melius proficere totis viribus conaretur. Non enim ad annum, vel ad tempus instat mercenarij, sed in æternum diuino se mancipans famularum, &c.*

APVD DEVM ET HOMINES] Primò enim oportet Deo placere, & deinde hominibus, ait Theophyl. & Beda. Si enim Deo placuerimus, faciet ipse vt & hominibus placeamus, ac nos eis gratos efficiet. Non sufficit placere hominibus, quia hoc sæpè fictum & simulatum est, nec soli Deo, quia hoc priuatum & secretum est: sed Deo & hominibus, vt gratiam, qua Deo placemus, etiam hominibus ostendamus, itaque eos ad eandem alliciamus. Deo enim debemus conscientiam, proximis famam, ait S. Bernardus. Moralia plura vide apud S. Ambrosium, Barradium, Didacum Stellam, & Vincentium Regium, &c.

Domini: rectas facite semitas eius. 5. omnis vallis implebitur, & omnis mons, & collis humiliabitur: & erunt prava in directa, & aspera in vias planas: 6. & videbit omnis caro salutare Dei. 7. Dicebat ergo ad turbas quæ exhibant vt baptizarentur ab ipso: Genimina viperarum, quis ostendit vobis fugere à ventura ira? 8. Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ, & ne cœperitis dicere: Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quia potens est Deus de lapidibus istis fuscitare filios Abraham. 9. Iam enim securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. 10. Et interrogabant eum turbæ, dicentes: Quid ergo faciemus? 11. Respondens autem dicebat illis: Qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet escas, similiter faciat. 12. Venerunt autem & publicani vt baptizarentur, & dixerunt ad illum: Magister, quid faciemus? 13. At ille dixit ad eos: Nihil amplius, quàm quod constitutum est vobis, faciatis. 14. Interrogabant autem eum & milites, dicentes: Quid faciemus, & nos? & ait illis: Neminem conculcatis, neque calumniam faciat: & contenti estote stipendijs vestris. 15. Existimante autem populo, & cogitantibus omnibus in cordibus suis de Ioanne, ne forte ipse esset Christus: 16. respondit Ioannes, dicens omnibus: Ego quidem aqua baptizo vos: veniet autem fortior me, cuius non sum dignus soluere corrigiam calceamentorum eius: ipse vos baptizabit in Spiritu sancto, & igni: 17. cuius ventilabrum in manu eius, & purgabit aream suam, & congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili. 18. Multa quidem & alia exhortans euangelizabat populo. 19. Herodes autem tetrarcha, cum coriperetur ab illo de Herodiade uxore fratris sui, & de omnibus malis quæ fecit Herodes. 20. adiecit & hoc super omnia, & inclusit Ioannem in carcere. 21. Factum est autem cum baptizaretur omnis populus, & Iesu baptizato, & orante, apertum est cælum: 22. & descendit Spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum: & vox de cælo facta est: Tu es filius meus dilectus, in te complacui mihi. 23. Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta, vt putabatur, filius Ioseph, qui fuit Heli, qui fuit Mathar, 24. qui fuit Leui, qui fuit Melchi, qui fuit Ianne, qui fuit Ioseph, 25. qui fuit Mathathia, qui fuit Amos, qui fuit Nahum, qui fuit Heli, qui fuit Nagge, 26. qui fuit Maharh, qui fuit Mathathia, qui fuit Semei, qui fuit Ioseph, qui fuit Iuda, 27. qui fuit Ioanna, qui fuit Refa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri, 28. qui fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Cofan, qui fuit Elmadam, qui fuit Her, 29. qui fuit Iesu, qui fuit Eliezer, qui fuit Iorim, qui fuit Mathar, qui fuit Leui, 30. qui fuit Simeon, qui fuit Iuda, qui fuit Ioseph, qui fuit Iona, qui fuit Eliakim, 31. qui fuit Melea, qui fuit Menna, qui fuit Mathatha, qui fuit Nathan, qui fuit Daud, 32. qui fuit Iesse, qui fuit Obed, qui fuit Booz, qui fuit Salmon, qui fuit Naasson, 33. qui fuit Aminadab, qui fuit Aram, qui fuit Efron, qui fuit Phares, qui fuit Iudæ, 34. qui fuit Iacob, qui fuit Isaac, qui fuit Abraham, qui fuit Thare, qui fuit Nachor, 35. qui fuit Sarug, qui fuit Ragau, qui fuit Phaleg, qui fuit Heber, qui fuit Sale. 36. qui fuit Cainan, qui fuit Arphaxad, qui fuit Sem, qui fuit Noe, qui fuit Lamech. 37. qui fuit Mathusale, qui fuit Henoch, qui fuit Jared, qui fuit Malaleel, qui fuit Cainan, 38. qui fuit Henos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei.

VERS.1. ANNO AVTEM QVINTODECIMO IMPERII ATIBERII CÆSARIS, PROCVRANTE PONTIO PILATO IVDÆAM, TETRARCHA AVTEM GALILÆÆ HERODE, PHILIPPO AVTEM FRATRE EIVS TETRARCHA ITVRÆÆ, ET TRACHONITIDIS REGIONIS, ET LYSANIÆ ABILINÆ TETRARCHA.

VERS.2. SVB PRINCIPIBVS SACERDOTVM ANNA ET CAIPHA; FACTVM EST VERBVM DOMINI SVPER IOANNEM ZACHARIÆ FILIVM, IN DESERTO.

Ab anno duodecimo Christi transt Lucas ad annum eius trigessimum, quo more Hebræorum cepit officium doctoris & redemptoris exercere, ac publicè prædicare.

IMPERII TIBERII] Tiberius hic; vt patet ex Suetonio in eius Vita, erat filius Liuiæ, quæ postquam peperit Tiberium, nupsit Augusto Cæsari, qui proinde mortuis Caio & Lucio, suis ex Iulia filia nepotibus, Tiberium quasi priuignum in filium adoptauit, ac imperij heredem & successorem constituit. Regnavit Augustus à nece Iulij Cæsaris annos 57. mortuusque est die 19. Augusti, cum successit ei Tiberius: quare vltimus Augusti annus non fuit integer, sed dimidiatus, talis consequenter fuit primus Tiberij, scilicet quinque mensium, putà ab Augusto mense vsque ad Ianuarium, à quo Romani annum inchoare & numerare solebant. Tiberius hic ex Actis Pilati, audiens mira de sanctitate &

Tiberius voluit Christum inter deos referre.

& miraculis Christi voluit eum inter deos referre, sed obstitit ei senatus Roman. eò quòd ipso inconsulto id tentasset, vt dixi Matth. 27. v. 24.

Archelaus in exilium ab Augusto pulsus.

PROCVRANTE PONTIO PILATO IVDÆAM] Nota. Archelaus Herodis Magni, putà infanticidæ, filius, ob suam tyrannidem ab Augusto Cæsare eiectus fuit à sua Tetrarchia, actusque in exilium anno 10. tetrarchia suæ, qui fuit, vt nonnulli exacti Chronologi volunt, annus Augusti 52. vitæ Christi 12. Quare Augustus Iudæam (id est duas tribus, Iudam scilicet & Beniamin) tunc Archelao ademptam adiecit ad Syriæ prouinciam, eiusque præsidem, qui tunc erat Quirinus, vel, vt Lucas vocat, Cyrinus, qui administrationem Iudææ commisit Coponio, ac per eum confiscauit facultates Archelai; quæ de causa præsidem Iudææ vocati sunt procuratores, siue Administratores, cum reuera essent eius præsidem. Vnde Pilatus hic à Luca græcè vocatur ὑπερσυντακτωρ, id est, rector, dux, præses, princeps, & Arabicus vertit, in dominio Pilati Pontij super Iudæam.

Præsidem Iudææ.

Porro Coponio primo Iudææ procuratori siue præfidi, ab Augusto successus fuit secundus, M. Ambuius; deinde tertius, Annius Rufus, sub quo mortuus est Augustus: cui succedens Tiberius quartum Iudææ præsidem creauit Valerium Gratum, deinde quintum Pontium Pilatum, anno imperij sui 13. Porro Pilatus Iudææ præfuit 9. annis, ac secundo eius anno Christus baptizatus est, quinto verò ab eo crucifixus & mortuus. Quocirca vindice Deo Pilatus à Tiberio anno imperij eius 23. siue vltimo, relegatus fuit in exilium. Pilato successit sextus Marcellus, septimus Cumanus, Octauus Claudius Felix, nonus Porcius Festus (coram his duobus S. Paulus vincens causam dixit Actor. 23. 24. & c. 24. toto) decimus Albinus, vndecimus Florus, cuius anno secundo, qui fuit Neronis imperij 12. Iudæi cœperunt rebellare Romanis, ac quinto post anno à Tito expugnata est Ierusalem, & tota Iudæa subacta. Hæc omnia fusè narrat Iosephus lib. 1. 8. Antiq. c. 11. & seq.

Tetrarcha quid.

TETRARCHA AVTEM GALILÆÆ HERODE] Arabicus, in dominio Herodis princeps super quartam Galilææ, & Philippi fratris sui principis super quartam Iturææ. Tetrarcha enim est qui quartæ (τετρα enim in compositione significat quatuor, & τρχ) est principatus) parti prouinciæ, vel regni alicuius præsidet. Vnde à Theodoro vocatur quadruplaris.

Quatuor ab Augusto Palæstina præfidi.

Vt historiam hanc ab ouo intelligas. Nota, Herodes infanticida moriens quinto die post infanticidium, anno secundo Christi, tres filios superstitites reliquit (nam ceteros viuens occidit, & Antipatrum quidem in ipso infanticidio) scilicet Archelauum, Herodem Antipam, & Philippum. His de successione in regnum Herodis patris sui inter se contententibus, Augustus regnum in quatuor partes siue tetrarchias diuisit, quibus totidem Tetrarchas, siue principes, vel dynastas, præfecit: nimirum Iudæam attribuit Archelao, & eo expulso, Coponio; Galilæam Herodi Antipæ; Philippo Ituræam & Trachonitidem; Lysaniæ extero Abilina. Tetrarchiæ autem hæc erant magnæ & instar regni, vt docet Plinius lib. 5. 1. 8. Vnde Herodes Antipas, esto à Mathæo c. 14. v. Cornel. in Lucam.

1. vocetur Tetrarcha, à Marco tamen cap. 6. v. 14 vocatur rex, vt dixi Matth. 14. Sic & Herodes Agrippa vterque, id est, pater & filius, qui Herodis Antipæ erant nepotes, vtpote ex fratre eius Aristobulo prognati, regis nomen obtinuerunt à C. Caligula & Claudio Impm. vt patet Actor. 12. 1. & c. 25. 23.

PHILIPPO AVTEM FRATRE EIVS TETRARCHA ITVRÆÆ ET TRACHONITIDIS REGIONIS] Ituræa, ait Adrichomius in Descrip. terræ sanctæ pag. 110. num. 60. à Ietur siue Irbur filio Ismaelis sic appellata, montuosa ac nemorosa est regio, ad radices montis Libani in longum porrecta. Nam à sinu Iordane sumens initium, iuxta eundem Libanum versus Occidentem ad montes vsque Sidoniorum & Tyriorum extenditur, aliquoties etiam saltus Libani nuncupatur.

Ituræa quæ?

Trachon, siue Trachonitis regni instar, ait Plinius lib. 5. c. 13. regio est trans Iordanem inter Palæstinam & Cœlefyriam sita, Arabiæ deserta: contemina ab Oriente; Damasco à Septemtrione, quam occupauit dimidia tribus Manassæ.

Trachonitis quæ?

Trachonitis autè regio hæc appellatur, quòd saxosa & aspera sit, atque subterraneis meatibus ac cauernis abundet; τρυχων enim Græcis loci saxosum significat, & trachones etiam dicuntur occulti sub terra meatus ac specus. Fontibus & riuis hæc regio penitus caret, ideoque pluuiales aquas incolæ per trachones, hoc est, meatus subterraneos, in lacunis tam naturalibus, quàm artificiosè factis diligenter colligunt, ac eorum plerique in trachonibus, id est speluncis & cuniculis, commorantur, & ferarum more delitescunt. Rapto libenter viuunt. Ita ex Iosepho, Wilhelmo Tyrio & alijs Adrichomius.

Lysanias quid?

ET LYSANIA ABILINÆ TETRARCHA] Beda & Adrichomius censent Lysaniam hunc fuisse quartum Herodis infanticidæ filium, ideoque fratrem Archelai, Herodis Antipæ & Philippitrium ceterorum Tetrarcharum. Verum contrarium docet Iosephus illis penè cœuus, scilicet Lysaniam hunc fuisse filium Lysaniæ senioris, qui senior filius fuit Ptolemæi Minneji, in Chalcide iuxta montem Libanum imperantis, eique vita functo quasi filius successit in regnum, antequam Herodes infanticida rex Iudææ à Romanis designatus esset. Ita Iosephus lib. 14. Antiq. c. 21. Senior hic occisus est ab Antonio Triumuiro, & collega Augusti Cæsaris & Lepidi, impulsu Cleopatæ amatiæ Antonij, quæ regno Lysaniæ inhians, illud auito Ægypti regno adiungere satagebat; occisus inquam est 30. annis ante Christi natiuitatem, teste Iosepho lib. 15. Antiq. cap. 4. Hic ergo senior Lysanias filium reliquit hunc sibi cognominem Lysaniam iuniorem, qui, Antigonom in regnum Iudææ restituere conatus est, & eijcere Hyrcanum, cui sauebat Herodes infanticida; qua de causa Herodes à senatu Romano, urgente Antonio & Augusto Cæsare, rex Iudææ, excluso tam Antigono, quàm Hyrcano creatus est, vt narrat Iosephus lib. 1. Belli c. 11. qui & lib. 19. Antiq. ca. 4. asserit à Lysania totam eius regionem dictam fuisse Lysaniam.

Abilina, quid?

ABILINÆ] Abila, aliàs Abyla & Abela, egregia Cœlefyriæ vrbs est, ad montem Libanum sita, à qua Abilênè, siue Abilina regio nomen accepit, quæ ab Oriente adiacet Damasco, ab Occidente Chalcidi, à Septemtrione Libano. Huic ergo

Secundum. toris. Secunda regula est innocentie, militaribus actibus occupato, ut quasi in speculo, sic in illo milites videant quid agere debeant, & magis eos imitatio ad bonum prouocet, quam potestas. Dux enim sapiens illic debet ire, quod cupit ducere subditos: ideo enim dicitur dux, quia ducit. Tu ergo esto signifer disciplina sanctissima, & uerige prophetam ueritatis inueniendum ingite ceteris, ut imitandus appareat, preteritum in hisce tribus, qua hinc Baptista sancit, & Ferrandus ibidem fuse explicat & exaggerat. Tertia innocentie regula est si preces, ut prolix: prodesse autem uideberis, si tempus & locum tue administrationis intelligas. qua deinde ipse particularim declarat.

Quartum. Quarta regula est, ut diligas populum. sicut scriptum charitate libera, ut dilexit Moses, orans pro populo deleri de libro uitae, Exodi 32. & Dauid in peste dicens angelo percutienti: Conuertatur manus tua in me, & in domum patris mei. Isti qui ones sunt, quid fecerunt? 2. Regum 24. Quinta regula est: Desiciat temporibus administrationis tue peccantium synagoga, crescat electorum numerus. Gaude ad lucra Christi, dote in dispendijs. Sexta regula est: Quidquid dixeris, gesseris, disposueris, ut Deo & hominibus placeas, & seruiore charitatis mirabiliter iniquitatis frigus excludas. Noli esse multum iustus, neque sapiens plusquam necesse est. Explicat id ipsum: Esto iustus ut corripas inquietos; noli esse multum iustus, ut consolentis pusillanimes, ut suscipias infirmos, & patientes sis ad omnes. Considera ergo quibus imperes, & quam dura corda flectere cupias, ut modo minando, modo seriendo, modo ueniam largiendo, nullatenus quidem remanere impunita milium peccata dimittas; neque tamen semper excessibus eorum supplicia condigna retribuas, dicens tibi ipsi: Noli esse multum iustus. Septima regula est: Pietas ad omnia utilis est, gubernationi, rei publice, securitati, saluti, concordie plus proficitur, quando dux optimus amari eligit non timeri. Dux amabilis, mirus est patrie. Et inferius: Plus esto bonus quam seuerus: quia hec est ducis optimi sola perfecta laus, obliuisci semper iniurias.

Vers. 15. EXISTIMANTE AUTEM POPULO (græcè, ἀεὶ ἰδοὺ ἔσται, id est, suspicante, existimante, expectante, ut uertit Vatabl, sperante, seu spe, desiderio & expectatione suspensio populo, ET COGITANTIBUS OMNIBUS IN CORDIBUS SVIS DE IOANNE, NE FORTE IPSE ESSET CHRISTVS] scilicet Messias patribus promissus, & tam auidè certoque hoc tempore, quo scēptum à Iuda erat translatum, & 70. hebdomades Danielis Christi prænunciæ erant implere, à Iudeis omnibus expectatus. Vnde populo hanc de Ioanne famam spargente, tandem ipsi primores Iudæorum ad eum legatos miserunt, qui rogarent an ipse esset Christus? Ioan. 1. uers. 19. Ad eod sanctus erat Ioannes. ita S. Ambrosius, Beda & alij.

Vers. 16. RESPONDIT IOANNES, Dicens omnibus: EGO QUIDEM AQUA BAPTIZO VOS, VENIET AUTEM FORTIOR ME] scilicet Messias. Cetera quæ subdit hic Lucas, explicui Matth. 3. v. 11.

Moraliter Origenes, monentur hic, ait, concionatores, ne patiantur se à populo nimis laudari, vel honorari, sed laudes & honores hos supprimant, & ad Christum referant, ne ob superbiam ijs à Christo priuentur.

Vers. 23. ET IPSE IESVS ERAT INCIPIENS QVASI ANNORVM TRIGINTA] id incipiens non referas ad

A id annorum triginta: sic enim redundaret vox quasi sed ad prædicationem publicam Iesu, ad quam missus erat à Patre. q. d. Iesus cum in baptismo per columbam & uocem Patris declaratus est Messias orbis doctor, legislator & saluator, ideoque hoc suum munus & officium exercere, ac publicè legem Euangelicam docere & prædicare inciperet, erat quasi annorum triginta. Patet ex Græco, qui habet: *Et Iesus erat quasi annorum triginta incipiens*, id est, cum inciperet officio fungi & prædicare. Ita Iansenius, Baronius, & alij.

Nota quod quasi, id est circiter: non enim definit an Iesus præcisè fuerit annorum 30. Nam si Iesum natum dicamus anno Augusti 42. Iesus hoc anno sui baptismi, qui fuit Tiberij Imp. decimus quintus, explebat annum ætatis 29. & inchoabat trigésimum. Sin dicamus eum natum anno 41. Augusti, explebat annum trigésimum: sin uerò dicamus eum natum anno 40. Augusti, explebat annum 31. & inchoabat 32. per 13. dies. Nam Augustus regnauit 57. annos, sed vltimus eius annus fuit dimidius dumtaxat, quia mortuus est in Augusto, tumque successit ei Tiberius: quare primus pariter Tiberij annus non fuit integer, sed dimidius, scilicet à mense Augusto vsque ad Ianuariam, quo nouus annus more Romano, ideoque secundus Tiberij annus numerari incipiebat. Christus uerò natus est anno 40. Augusti finiente, putà die 25. Decembris. Adde sedecim reliquos Augusti annos, & quindecim Tiberij, habebis annos uitæ Christi 31. ideoque Lucas addit id quasi, id est circiter plus minus. Vide dicta c. 2. v. 1.

C ANNORVM TRIGINTA] q. d. Ioannes, & paulò post Christus, cepit prædicare non prapropere, sed iusta ætate. Tradunt enim Hebræj ante annum trigésimum nemini fuisse licitum publicè docere, tum enim uiriliter & staturæ ætas, ac iudicium planè maturum & perfectum est, idque satis colligitur ex 1. Paralip. 23. 3.

D VT PUTABATUR, FILIUS IOSEPH, QUI FUIT (filius, ait Arabicus hic & in sequent. omnibus) HELI, QUI FUIT MATHATH] Ex hoc loco Porphyrius & Iulianus Apostata Lucam falsitatis arguebant, eò quòd Ioseph nō fuerit filius Heli, sed Iacob, ut ait Matth. cap. 1. quodque Lucas ceteros Ioseph & Heli progenitores planè alios nominet ab ijs, quos nominat Matthæus, Adde, quòd hæc faciunt ad genealogiam Iesu, qui non fuit filius Ioseph, sed natus est ex Maria Virgine.

Primò, respondet S. August. lib. 2. de Consensu Euang. c. 13. Ioseph fuisse filium naturalem Iacob, sed adoptiuum Heli. Sed id retractat. lib. 1. Retract. c. 7. & meritò. Nam hic naturales quæritur filij, non adoptiui: alioqui enim Iesus Dauidis & Abrahæ non esset naturalis filius, sed tantum adoptatus.

Secundò, S. Hilarius in Matth. c. 1. & S. Ambrosius hic respondent, Matthæum enarrare Christi generationem regiam, siue ex regibus, Lucam uerò sacerdotalem siue ex sacerdotibus, sed hoc æquè obscurum est, difficile & insufficient.

Tertiò, alij respondent Ioseph fuisse filium naturalem Iacob, sed legalem Heli: nam ex lege veteri

Quo anno Christus cepit prædicare

Conciliatio genealogia Christi. Primò.

Secundò.

Tertiò.

Quomodo Ioseph potest esse filius Iacob & Heli.

veteri Deuter. 25. v. 5. fratri sine liberis mortuo (vti uidetur fuisse Heli) frater superstes (vti hinc uidetur fuisse Iacob) debebat suscitare semen, id est filios, quorum frater mortuus illiberis, censebatur esse pater legalis. Nimirum Iesca, ait Euthymius, nupsit Mathat, ex eoque genuit Heli: deinde eadem nupsit Mathan, ex eoque genuit Iacob. Porro Heli mortuus est sine filiis: quare uxorem eius iuxta legem accepit frater eius Iacob, ex eoque genuit Ioseph, qui proinde fuit filius naturalis Iacob, sed legalis Heli: sic ergo Heli hic uocatur pater legalis Ioseph. Ita veteres passim, ut Iustinus, Iulius Africanus, S. Hieronymus, Eusebius, Nazianzenus, S. Augustinus. lib. 2. Retract. cap. 7. S. Ambrosius, S. Thomas, Anselmus, Beda, Damascenus, Salmeron, quos fuse citat hic Maldonatus, & Suarez 3. p. quaest. 27. art. 1. Sed hi coguntur asserere, quòd Heli & Iacob fuerint fratres uterini dumtaxat, quia scilicet habuere eandem matrem, nam patres habuere diuersos: pater enim Heli fuit Mathat, ut ait Lucas: pater uerò Iacob fuit Mathan, ut ait Matthæus; ac reliqui omnes horum duorum aui & abauj, planè alij & diuersi sunt apud Lucam ab ijs quos assignat Matthæus. Lex autem iubens fratri defuncto sine liberis suscitari semen, loquitur de fratribus non uterinis, sed germanis ex eodem patre prognatis. Hi enim soli retinebant nomen & hereditatem patris. Adde Iesca hic impertinenter induci. Esto enim in ea uelut matre coeant uterini fratres Iacob & Heli, tamè coire nequeunt in Mathat & Mathan, ceterisque eorum antecessoribus vsque ad Dauidem. Nihil ergo illi hic faciunt ad propositum, scilicet ad genealogiam B. Mariæ & Christi, ita ut ex illis ostendatur Iesus ex femine Dauidis secundum carnem esse prognatus. Si enim Iesus natus est ex Iesca & Mathat, idem non potuit gigni ex Iesca & Mathan: quomodo ergo Iesus ponitur filius tam Mathan quam Mathat?

Quartò, alij respondent Lucam, quia Gentibus scribit, genus proprium Iesu texere per uirginem matrem, cuius maritus erat Ioseph: Ioseph ergo, inquiunt, dicitur filius, id est gener, Heli: Heli enim idem est cum Ioachim, qui fuit pater B. Virginis: Matthæum uerò, quia scribit Iudæis, eorum more texere genus Christi per Ioseph, qui fuit pater putatiuus Christi.

Verum, nec hoc satisfacit: nam sic genealogia quam texit Matthæus, uerè non pertinebit ad Christum; cum ipse uerè non fuerit filius Ioseph, sed folius Virginis: ac consequenter Christus uerè non descendit per Salomonem (quod licet concedat uir doctus, tamèn contrarium innuit Scriptura 2. Reg. 7. 12. & Psalm. 88. 37.) ut habet Matthæus, sed per Nathan, ut habet Lucas.

Dico ergo, Valde uerisimile est, quod tempore Christi notissimum erat, Mathan fuisse comunem auum Iosephi & B. Virginis: Iacob uerò qui fuit pater Iosephi, ac Heli frater Ioachim (qui fuit pater B. Virginis) fuisse fratres germanos, ut uult Francisc. Lucas: aut potius Iacob fuisse fratrem S. Annæ, quæ fuit uxor Heli, siue Ioachim, ex quibus genita est B. Virgo: quare dum unius genealogia describitur, alterius quoque describitur. Nam B. Virgo per matrem Annam natu-

A raliter descendebat ex Iacob, Mathan & Salomone; per patrem uero Heli siue Ioachim, descendebat ex Mathat & Nathan. Matthæus ergo texit genealogiā B. Virginis, eiusque filij Christi per matrem, scilicet S. Annam, quæ fuit soror Iacob, & filia Mathan, nupsitque Heli siue Ioachim, ex eoque genuit B. Mariam; Lucas uerò texit per patrem, putà per Heli, id est Ioachim, ut ostendatur Christum tam per patrem, quam per matrem descendere ex femine Dauidis.

Hæc sententia probatur Primò, ex ceterarum refutatione.

Secundò, quia non est alius modus aptior conciliandi genealogias Mathæi & Lucæ, nisi hic: quare ad eum nos cogit Matthæus & Lucas: nam alioqui alterutra genealogia, scilicet uel Mathæi, uel Lucæ, nil pertinebit ad B. Virginem & Christum, sed tantum ad Ioseph, qui uerè non fuit pater Christi. Cum ergo utraq; genealogia hæc afferatur à Luca & Matthæo, ut per utramque ostendatur Christum uerè & naturaliter ex femine Dauidis esse prognatum, uti asserit Scriptura; necessariò dicendum est ex utraq; non legaliter, sed naturaliter secundum carnem prognatam esse B. Virginem & Christum.

Tertiò, quia Lucam texere genealogiam Christi per auum eius Heli, siue Ioachim maritum S. Annæ, & patrem B. Virginis, comunis est Doctorum sententia, S. Augustini, Dionysij Carthusij, Caietani, Iansenij, Palacij, Gagneij, Galatini, Driedonis, Canisij, Melchioris Cani, Dominici Soto, quos citat & sequitur Suarez 3. p. q. 27. art. 1. disp. 3. sect. 2. Ergo necessariò dicendum est genealogiam Mathæi texti per S. Annam, eamque fuisse filiam Mathan: alioqui omnes eius aui & abauj, quos recenset Matthæus, ad Ioseph tantum pertinebunt, non uerò ad B. Virginem & Christum.

Quartò, huic sententiæ fauet, quòd Numer. c. 6. v. 7. feminæ quæ deficiente prole mascula parentum suorum sunt heredes, iubetur nubere non solum in eadem tribu, sed etiam in eadem cognatione & familia proxima; ne scilicet hereditas illa ad remotos abeat, sed ad proximos, qui uicinißimum ad eam ius habent, transeat. Ergo Maria (quæ unica erat Ioachimij & Annæ filia, ideoque eorum heres) & Ioseph fuerunt eiusdem familiæ, scilicet filij, id est nepotes, Mathan aui sui. Cum ergo Matthæus genealogiam Christi texisset per auam Annam vsque ad Salomonem & Dauidem, Lucas eandem texere uoluit per Nathan & Dauidem, ut ostenderet duplici titulo Iesum fuisse Dauidis filium, & duplici iure in regnum Dauidis successisse. Natha enim à Salomone proximo regno fuerat. Communis enim Patrum & Doctoru, ut S. Ambrosij lib. 3. in Lucam S. Hieronymi & Theodoretij in cap. 22. Ierem. S. Bernardi in illud, Signum magnum, Suarez & aliorum sententia est, B. Virginem & Christum ex regibus, scilicet Salomone & Dauide, genus traxisse. Ergo B. Virgo per matrem Annam descendit à Nathan & Salomone, ut habet Matthæus. Nam Lucas non nominat Salomonem, sed pro eo ponit Nathan. Imò id ipsum innuit Scriptura Psal. 131. *De fructu uentris tui* (d. Dauid) *ponam super sedem tuam*, id est, Christum filium tuum, d. Dauid, tibi in regno tuo

Prob. Primò.

Secundò.

Tertiò.

Quartò.

tuo substitutam. Et Luca 1; *Erexit cornu salutis nobis in domo David pueri sui.* Domus enim David, est stirps regia Davidis.

Igitur Mattheus textit genealogiam Christi per Ioseph patrem, Lucas per B. Mariam matrem, utraque coit in Dauide; sed ab eo diuiditur per duos eius filios Salomonem & Nathan, in duos ordines vtriusque descendendum continue vsque ad Ioseph & Mariam. Per Salomonem deducit Mattheus, per Nathan Lucas. Heli ergo dicitur pater Ioseph; pater, id est socer, Heli enim per apocopen idem est qui Eliachim, siue Ioachim, maritus B. Annæ, & pater B. Virginis, cuius maritus erat Ioseph, ideoque gener Ioachim & Annæ. Sic Ioachim rex Iuda vocatur Eliachim 4. Reg. 23. 34. & 2. Paral. 36. v. 4. ac Eliachim pontifex vocatur Ioachim Iudith.

Heli idem qui Eliachim siue Ioachim.

4. v. 11. Sicut enim *Iehoua* vel *Ia* in *Ioachim* est nomen Dei, sic & *El* est nomen Dei in nomine *Eliachim*. ita Rabbini & Hilarius.


Porro duæ hæ geneologiæ Christi series, quas Lucas textit per Nathan, & Mattheus per Salomonem, coeunt in S. Anna, quæ fuit filia Mathan & soror Iacob patris Iosephi. Anna enim nupsit Heli siue Ioachim, qui descendit ex Nathan. Anna autem fuit mater B. Virginis, quæ nupsit Iosepho, qui fuit filius Iacob, Mathan, Eleazar, &c. vsque ad Salomonem.

Accipe tabulam in qua geneologiæ totius Christi, & cognatorum eius seriem gradumque, ad oculum perspicies, ex Patribus & neotericis, ac præsertim ex Christophoro à Castro cap. 1. de Deipara probabiliter, sed accuratè concinnatam.

Tabula geneologiæ Christi ex SS. Matthæo & Luca.

DAVID.

ex quo geniti.



Ex hac tabula liquet, B. Virginem per matrè S. Annæ descendere per Mathan ex Salomone, æquè ac descendit Ioseph per patrem verò Eli, siue Ioachim, descendere ex Nathan, qui fuit frater Salomonis, & filius David. Rursum ex ea liquet, S. Annam fuisse sororè Iacob, & amitam Ioseph, ideoque S. Mariam per matrè Annam, & Iosephum per patrem Iacob, eundem habere auum Mathan, eisdemque ceteros proauos

vsque ad Salomonem & Dauidem: quare Mattheum, dum textit genealogiam Iosephi per Iacob & Mathan, texere quoque genealogiam Mariæ & Christi, qui per matrem & auam Annam rectè descendit ex Mathan, & ceteris vsque ad Nathan.

Porro Mathan quasi patri filios iam dictos assignat Menem, id est, Officiū Ecclesiasticū Græcorum, die 8. Septembris, vbi ipsi hymnis & laudi-

laudibus B. Virginis natales, parentes & auos celebrant. Caietanus & Lyranus hæcitem Ioannes Annius in Comment. Philonis, Ioannes Lucidus, Petrus Galatinus de Arcanis fidei & alij quin & S. Hippolytus Episcop. Portuenfis & Martyr apud Nicephorum lib. 2. c. 3. Mathan dat duas filias, scilicet Sobe matrem S. Elisabethæ, ex qua natus est Iohannes Baptista, & Annam matrem B. Virginis, ex qua natus est Iesus. Cleopham fratrem fuisse S. Ioseph sponfi B. Virginis, diserte docet Hegesippus, qui sub tempore Apostolorum vixit, apud Eusebium li. 3. cap. 10. & 16. Cleophæ verò quasi patri filios iam recensitos attribuunt S. Epiphanius, S. Chrysof. Hegesippus, Eusebius, Theodoretus, Beda, Nicephorus, & alij quos citat noster Christoph. à Castro in Historia B. Virginis cap. 1. Quare licet Baronius putet aliam esse Mariam Cleophæ, quæ S. Simeonis Hierosolymorum Episcopi fuit mater, à Maria Iacobii & Ioseph, scilicet matre; tamen vnam eandemque fuisse docent auctores iam citati, & S. Hieronymus contra Heluidium, Isidorus, Beda & Anselmus, quos citat Christoph. à Castro cap. 3. p. 126. Salomen autem fuisse vxorem Zebedæi, ex eoque genuisse Iacobum & Ioannem, docent S. Epiphanius, Origenes, Theodoretus, auctor Imperfecti, Theophyl. Euthymius & alij, quos citat à Castro de Deipara cap. 1. imò S. Marcus c. 15. 40. Salomen vocat illam, quam S. Mattheus c. 27. 56. nuncupat matrem filiorum Zebedæi.

S. Elisabetha conobrina B. Virginis, neptis S. Annæ.

Iacobus Minor auunculus Iacobi Maioris.

mina ex Euangelio non obscure colligi possunt ait à Castro c. 1. de Deipara pag. 49.

QVI FUIT HELI] *id est* potest referre Ioseph, q. d. Ioseph fuit filius, id est gener, Heli, id est Ioachim, quia duxit eius filiam, scilicet B. Mariam Virginem in vxorem, ideoque Lucas non vtitur verbo *genuit*, vt Mattheus, sed vt bō *fuit*, scilicet vel gener vel filius naturalis, vel etiam opus & plasma, vt cum dicitur de Adam vers. vlt. *qui fuit Dei*, scilicet plasma: Adam enim non fuit filius Dei, sed plasmatus & formatus à Deo.

Rursum pronomen *qui* ex Græco planè referas ad *Iesus*, q. d. Iesus fuit filius id est nepos Heli siue Ioachim, quia ex eo quasi auo per B. Virginem quasi matrem progenitus est. Cum enim Lucas præmississet, Ioseph non esse verum patrem Christi, sed tantum putatiuum, non erat ratio cur Iosephi genealogiam statim subiungeret, sed potius prolapiam B. Virginis & Christi, secundum carnem: hanc enim describere intendit Lucas æquè ac Mattheus: atque hic est finis & scopus geneologiæ vtriusque. Ita S. August. (vel quis est Auctor, non enim videtur esse S. Augustini) lib. 1. Quæst. veteris & noui testamenti qu. 56. & lib. 2. qu. 6.

QVI FUIT IANNE] Hic est Iannæus, secundus Hyrcanus, si Anno eiusque Philoni credimus, postremus Iudæorum dux ex prolapia Davidis, & stirpe Asamonæorum, siue Machabæorum, de quo Iosephus lib. 12. cap. 4. & 5. & Eusebius in Chronico: Christus enim tam à Pontificibus, quales fuere Iudas, Ionathas, Simon, Machabæi, quam à regibus descendit, quasi rex & pontifex, vt docet D. Thomas, Bonaventura, ac ex Patribus S. Nazianz. & August. quos citat & sequitur Suarez loco citato. Reges enim Iuda vxores ducebant filias Pontificum.

QVI FUIT ZOROBABEL, QVI FUIT SALATHIEL] Hic duo, alij & diuersi sunt à Zorobabel & Salathiel, quos recenset Matth. cap. 1. atque eos à Dauide per Salomonem esse prognatos, cum hi Lucæ à Dauide per Nathan descendant, ac proinde omnes auos & abauos habeant diuersos ab illis Matthæi. Ita Toletus, Pererius, Franc. Lucas & alij. Fortè hi Lucæ ex Nathan descendentes, ad principatum assumpti, mutuari sunt nomina eorum, qui à Salomonis familia in principatu illustres euaserunt.

QVI FUIT NATHAN, QVI FUIT DAVID] Nonnulli putant Nathan hunc esse Prophetam illum, qui Dauidem de adulterio cum Bethsabee perpetrato reprehendit. 2. Reg. 12. 1. Ita Origenes, Lyranus, Burg. Albertus Magnus, quin & S. Aug. lib. 83. quæst. 61. Verum idem S. August. meritò id retractat. lib. 1. Retract. c. 26. quia hic Nathan natus est ex Dauide & Bethsabee, post adulterium iam legitimo matrimonio copulatis, vt patet 2. Regum 5. 14. & 1. Paral. 3. 5.

QVI FUIT CAINAN] Hunc Cainan omitunt & expungunt Hebr. & Chaldæus Genes. 11. v. 12. & 1. Paral. 1. v. 18. & 24. Addunt verò eundem ibidem Septuag. & ex ijs Lucas hic. Problema ergo chronologicū est, an Cainan hic Christi geneologiæ & chronologiæ inferendus sit cum Septuag. & Luca, an verò omitendus cum Mose? In Genesi cum Mose stetit pro Mose, & rationes attuli cur omitendus videatur Cainan. Nunc in Luca stabo pro Luca, & rationes cur infere-

QVI FUIT IANNE] Hic est Iannæus, secundus Hyrcanus, si Anno eiusque Philoni credimus, postremus Iudæorum dux ex prolapia Davidis, & stirpe Asamonæorum, siue Machabæorum, de quo Iosephus lib. 12. cap. 4. & 5. & Eusebius in Chronico: Christus enim tam à Pontificibus, quales fuere Iudas, Ionathas, Simon, Machabæi, quam à regibus descendit, quasi rex & pontifex, vt docet D. Thomas, Bonaventura, ac ex Patribus S. Nazianz. & August. quos citat & sequitur Suarez loco citato. Reges enim Iuda vxores ducebant filias Pontificum.

QVI FUIT ZOROBABEL, QVI FUIT SALATHIEL] Hic duo, alij & diuersi sunt à Zorobabel & Salathiel, quos recenset Matth. cap. 1. atque eos à Dauide per Salomonem esse prognatos, cum hi Lucæ à Dauide per Nathan descendant, ac proinde omnes auos & abauos habeant diuersos ab illis Matthæi. Ita Toletus, Pererius, Franc. Lucas & alij. Fortè hi Lucæ ex Nathan descendentes, ad principatum assumpti, mutuari sunt nomina eorum, qui à Salomonis familia in principatu illustres euaserunt.

uersam, & gloriam illorum : quia mihi tradita sunt; & cui volo, do illa. 7. Tu ergo si adoraueris coram me, erunt tua omnia. 8. Et respondens Iesus, dixit illi: Scriptum est: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruius. 9. Et duxit illum in Ierusalem, & statuit eum super pinnam templi, & dixit illi: Si filius Dei es, mitte te hinc deorsum. 10. Scriptum est enim quod Angelis tuis mandauit de te, vt conseruent te; 11. & quia in manibus tollent te, ne tortè offendas ad lapidem pedem tuum. 12. Et respondens Iesus, ait illi: Dicitum est: Non tentabis Dominum Deum tuum. 13. Et consummata omni tentatione, diabolus recessit ab illo, vsque ad tempus. 14. Et egressus est Iesus in virtute Spiritus in Galilæam, & fama exiit per vniuersam regionem de illo. 15. Et ipse docebat in synagogis eorum, & magnificabatur ab omnibus. 16. Et venit Nazareth, vbi erat nutritus, & intrauit secundum consuetudinem suam die sabbati in synagogam, & surtexit legere. 17. Et traditus est illi liber Isaïæ prophetæ. Et vt reuoluit librum, inuenit locum vbi scriptum erat: 18. Spiritus Domini super me: propter quod vnxit me, euangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, 19. prædicare captiuis remissionem, & cæcis visum, dimittere contractos in remissionem, prædicare annum Domini acceptum, & diem retributionis. 20. Et cum plicuisset librum, reddidit ministro, & sedit. Et omnium in synagoga oculi erant intendentes in eum. 21. Cæpit autem dicere ad illos: Quia hodie impleta est hæc scriptura in auribus vestris. 22. Et omnes testimonium illi dabant: & mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipsius, & dicebant: Nonne hic est filius Ioseph? 23. Et ait illis: Vtique diceris mihi hanc similitudinem: Medice cura te ipsum: quanta audiuius facta in Capharnaüm, fac & hic in patria tua. 24. Ait autem: Amen dico vobis, quia nemo propheta acceptus est in patria sua, 25. In veritate dico vobis, multæ viduæ erant in diebus Eliæ in Israel, quando clausum est cælum annis tribus, & mensibus sex: cum facta esset fames magna in omni terra: 26. & ad nullam illarum missus est Elias, nisi in Sarepta Sidoniæ, ad mulierem viduam. 27. Et multi leprosi erant in Israel sub Eliseo propheta: & nemo eorum mundatus est nisi Naaman Syrus. 28. Et repleti sunt omnes in synagoga ira, hæc audientes. 29. Et surrexerunt, & eiecerunt illum extra ciuitatem: & duxerunt illum vsque ad supercilium montis, super quem ciuitas illorum erat ædificata, vt præcipitarent eum. 30. Ipse autem transiens per medium illorum, ibat. 31. Et descendit in Capharnaüm ciuitatem Galilææ, ibique docebat illos sabbatis, 32. Et stupebant in doctrina eius, quia in potestate erat sermo ipsius, 33. Et in synagoga erat homo habens dæmonium immundum, & exclamauit voce magna, 34. dicens: Sine, quid nobis, & tibi Iesu Nazarenæ? venisti perdere nos? scio te quis sis, Sanctus Dei. 35. Et increpauit illum Iesus, dicens: Obmutescce, & exi ab eo. Et cum proiecisset illum dæmonium in medium, exiit ab illo, nihilque illum nocuit. 36. Et factus est pavor in omnibus, & colloquebantur ad inuicem, dicentes: Quod est hoc verbum, quia in potestate & virtute imperat immundis spiritibus, & exeunt? 37. Et diuulgabatur fama de illo in omnem locum regionis. 38. Surgens autem Iesus de synagoga, introiuit in domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus: & rogauerunt illum pro ea. 39. Et stans super illam, imperauit febri: & dimisit illam. Et continuo surgens ministrabat illis. 40. Cum autem sol occidisset, omnes qui habebant infirmos varijs languoribus, ducebant illos ad eum. At ille singulis manus imponens, curabat eos. 41. Exibant autem dæmonia à multis, clamantia & dicentia: Quia tu es filius Dei: & increpans non sinebat ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christum. 42. Facta autem die egressus ibat in desertum locum, & turbæ requirebant eum, & venerunt vsque ad ipsum: & detinebant illum ne discederet ab eis. 43. Quibus ille ait: Quia & alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei: quia ideo missus sum. 44. Et erat prædicans in synagogis Galilææ.

quæ caduca fragilitas potestatis exprimitur. In momento enim cuncta illa prætereunt. Et sepe honor saculi abiit, antequam venerit. Quid enim seculi potest esse diuturnum cum ipsa diuturna non sint secula?

VERS. 14. ET REGRESSVS EST IESVS IN VIRTUTE SPIRITVS IN GALILÆAM] Græcè ἐν δυνάμει, id est, in potentia, robore, vt Spiritus, q. d. Iesus à baptismo potenti impulsu Spiritus sancti reuersus est in Galilæam. Spiritus sanctus enim eum excitabat, valdeque impellebat vt robur spiritus, quod ab initio conceptionis acceperat, sed huc vsque intra se concluderet & absconderat, iam exiret, ac suum prædicandi officium ingenti ardore & spiritu ordieretur in Galilæa, illudque sanctitate vitæ admirabili ac miraculis stupendis confirmaret. Vnde Theophyl. vertit, ἐν δυνάμει id est, enthusiasm, & diuino Spiritus sancti afflatus auctus & impulsus.

VERS. 16. ET VENIT NAZARETH] Nota, Christum, cum hic vers. 14. dicitur in Galilæam, nõ intrasse Nazareth ibidem sitam, vt habet Matth. c. 4. v. 13. sed Capharnaüm, ibique & locis illi vicinis prædicasse, eaque gessisse quæ narrat Matth. à cap. 4. vsque ad c. 13. quæ omnia hic transiit Lucas, ac deinde multò post venisse Nazareth, vt habet hic Lucas & Matth. cap. 13. v. 54. nimirum voluit Lucas statim initio prænotare causam cur Christus in Nazareth patria sua voluerit docere, quòd scilicet à Nazarenis ciuibus suis, quati fabri filius spreus fuerit: quæ causa licet posterius contigerit, Christus tamen eam fore præuidebat, ideoque ab initio declinauit Nazareth, & iuit Capharnaüm, ibidemque sedem prædicationis suæ fixit, vt habet Matth. c. 4. v. 13.

ET SURREXIT LEGERE] Moris erat (et etiam nõ est) apud Iudæos, vt die sabbathi in synagoga quisque legere libros Hebræicos S. Scripturæ, tum vt ex ea legem Dei disceret, tum vt per eam ad Dei cultum, amorem & obsequium excitaretur. Rabbini autem & doctoribus, qualis erat Iesus, proprium erat legere publicè S. Scripturam, eamque interpretari, explicare, docere & concionari. Iesus ergo surrexit legere, id est exiit se vt legere aliquid S. Scripturæ librum, eumque explicando doceret & concionaretur.

ET TRADITVS EST (à ministro) ILLI LIBER ISAÏE PROPHETÆ] Dei consilio & directione, id factum est, vt Iesus ex Isaia ostenderet se esse Messiam ab Isaia depictum.

VERS. 17. ET VT REVOLUIT LIBRVM, INVENIT LOCVM VBI SCRIPTVM ERAT] Isaia 61. vers. 1. Syrus & Arabicus, cum aperuisset librum. Videtur enim Christus ita aperuisse librum, vt non quarendo & voluendo folia libri (ne res esset Iudæis suspecta) sed aperiendo librum illico in hunc locum Isaia Dei nutu ductuque incidere.

Melius noster vertit, vt reuoluit librum; & Variab. cum explicuisset; alij, cum expandisset librum: hoc enim est Græcum ἀνοίξας, nam Hebræorum libri non erant sicut nostri, per folia diuina & colligati, sed liber vnus erat vna membrana longa & continua, quæ circa cylindrum ab initio ad finem conuoluabatur (vri conuoluuntur nostræ mappæ geographica) quam reuoluere oportebat, itaque explicare & expandere, vt legi posset. Vnde v. 20. dicitur, Et cum plicuisset librum. Christus ergo modicè reuoluendo librum siue membranam Isaia, statim incidit in hunc locum de se Cornel. in Lucam.

A prophetantem. Hic enim locus est in fine Isaia, putà c. 61. Eum ergo vt primò obuium arripuit Christus, & explicuit.

SPIRITVS DOMINI SVPER ME: PROPTER QVOD VNKIT ME, q. d. Spiritus sanctus qui ab exordio in me fuit, hic in baptismo, quem ià receit à Ioanne Baptista suscepti, visibiliter in specie columbæ in me descendens, in tonante voce Dei Patris: Hic est filius meus dilectus, ipsum audit; hoc simbolo quali vnctione visibili me publicè declarauit, auctorauit, & quasi consecrauit, orbis, ac præsertim Iudæorum, quibus pronissus sum, doctorem, Prophetam, saluatorem & legislatorem, ideoque EVANGELIZARE PAUPERIBVS MISIT ME] Nam diuites Scribæ & Pharisei meam humilitatem & paupertatem aspernentur.

Nota tò vnxit me. Hebr. enim Messias & Græc. quando vnctus. Hæc vnctio Christi secretò facta est in Incarnatione, Primò, per gratiam vnionis hypostaticæ, quæ summè eum efficiebat sanctum & diuinum, imò Deum; Secundo, per gratiarum plenitudinem ex vnione hæc manantem. Alij enim Sancti dicuntur vngi gratia & donis Spiritus sancti, sed Christus vnctus fuit ipso Spiritu sancto, quasi fonte & plenitudine omnium gratiarum, vt Christus homo feret fons vberimus tuam gratiam effundēs in omnes Apostolos, Martyres, Virgines, Confessores. Ita Basiliius lib. de Spiritu sancto ca. 26. Publicè verò vnctus fuit Christus in baptismo, eum per Spiritum sanctum declaratus est orbis doctor & redemptor, vt dixi.

Reliqua huius loci suse explicui Isaia 61. i. quare ea hic obiter perstringam.

C SANARE CONTRITOS CORDE] vt scilicet famem & consoler eos, qui ob peccata sua & legis Molæ onus ac rerum diuinarum ignorantiam afflictio sunt animo, atque ad Dei cognitionem, veniam, gratiam & salutem anhelant, ideoque Messiam expectant. Vnde Symmachus & Theodor. vertunt, ad alliganda vulnera peccatorum, teste S. Hieronymo in Isaia c. 61.

PRÆDICARE CAPTIVIS REDEMPTIONEM] vt scilicet peccatoribus, qui à peccato & dæmone captiui detinentur, prædicem, annunciem & afferam liberationem per penitentiam & gratiam meam.

ET CÆCIS VISVM] Heb. & Chald. Isaia 61. i. habent, & vnctis apertionem; scilicet carceris, id est, vt Symmachus, & vnctis solutionem. Verum Septuag. ind. que Lucas hic vertunt, & cæcis visum; Græcè ἀνοίξας, id est, reuoluentiam, vt rursus videant. Hebræi enim vnctos siue clausos vocant cæcos, iuxta illud, Talpe oculis capti, ac consequenter apertionem, vocant illuminationem qua cæcis aperiuntur oculi: alioqui enim hæc particula non distingueretur à præcedenti, quæ habet, captiuis redemptionem. Sensus ergo est, q. d. Christus & cæcis corporaliter visum reddet, & cæcos spiritualiter, id est, ignoantes Deum & viam salutis, illuminabit, ac Dei cognitionem modumque saluandi animam docebit. Hoc est quod clarè Messiam facturum prædixit Isaia c. 42. v. 7. Dedit te in facies populū, in lucem gentium, vt aperires oculos cæcorum.

Hinc patet Isaia cap. 61. i. ad literam non loqui de solutione captiuitatis Babylonica facta per Cyrum, vt vult Toletus, sed de solutione captiui-

VERS. I. IESVS AUTEM PLENVS SPIRITV SANCTO A REGRESSVS EST A IORDANE] vbi paulò ante à Ioanne baptizatus erat, & Spiritum sanctum visibiliter receperat, cuius plenitudinem iam ante adeptus erat inuisibiliter in primo instanti conceptionis suæ.

ET TENTABATUR A DIABOLO] Græcè, πειραζόμενος, id est, tentationem patiens vel sustinens à diabolo: scilicet per 40. dies sui ieiunij, de quo præcessit. Vide dicta Matth. 4. v. 5. IN MOMENTO TEMPORIS] Cur? Audi S. Ambrosium: Non tam conspectus celeritas indicatur, quam

VERS. 2. VERS. 3.

exilij metu liber erat. Basilij Magni, quod vnam patriam hominum tenere esse paradisum, atque omnem terram quasi commune naturae exilium spectaret.

Talis quoque fuit Paulus Orosius familiaris S. Augustino, qui libr. 5. Contra Paganos ita de se scribit: *Inter Romanos Romanus, inter Christianos Christianus, inter homines homo, legibus imploro rempublicam, religione conscientiam, communitate naturam. Vt temporarie omni terra quasi patria: quia quae vera est, et illa quam amo patriam, in terra penitus non est. Nilhil perdidit ubi nihil amavi: totumq; habeo, quando quem diligo, mecum est: maxime quia et apud omnes idem est, qui me non modo notum omnibus, verum et proximum facit; neque egentem deserit, quia ipsius est terra et plenitudo eius, ex qua omnibus omnia inesse communita.*

VERS. 25. IN VERITATE DICO VOBIS, MULTAE VIDUAE ERANT IN DIEBUS ELIAE IN ISRAEL, QUANDO CLAVSUM EST CAELVM ANNIS TRIBVS, ET MENSIBVS SEX: CVM FACTA ESSET FAMES MAGNA IN OMNI TERRA.

VERS. 26. ET AD NVLLAM ILLARVM MISSVS EST ELIAS, NISI IN SAREPTA SIDONIAE, AD VULIEREM VIDVAM.

QUANDO CLAVSUM EST CAELVM Id est, quando caelum non pluit super terram: pluuia enim caelum, id est aërem, quasi clausum aperit, & suis guttis diuidit.

ANNIS TRIBVS ET MENSIBVS SEX Id non extat in Scriptura veteri, sed Iesus id sciuit, quia Deus, ac id ipsum reuelauit S. Iacobo c. 5. epist. v. 17. nam quod 3. Reg. 1. 5. v. 1. dicitur: *Factum est verbum Domini ad Eham in anno tertio, dicens: Vade et ostende te Achab, ut dem pluiam super faciem terrae.* annus ille tertius accipiendus est non ab exordio succitatis, sed à commoratione Eliae in Sarepta.

IN OMNI TERRA] Israel, eiusque vicinia regione, vbi erat Sidon & Sarepta, in qua erat hæc vidua.

Comparat se Christus Eha.

Sentus est, q. d. Sicut Elias tempore famis nulli Israelitæ procurauit panem & victum, sed solum viduæ Sareptanae, quæ erat Sidonia, id est, Gentilis & alienigena, id quod ipsa magni fecerit Eliam, eiusque prophetia quod Deus fami ipse prouideret, crediderit, ideoque parum olei & farinae quod habebat in cibum. Elia dederit, proponens illum sibi suorumque filiorum necessitati, quæ insignis fuit viduæ fides, æquæ ac charitas, ob quam meruit preponi Israelitæ. Sic & ego Capharnaïtas profero vobis, ô Nazareni ciues mei, quia illi me vt doctorem è caelis missum audiunt, honorant, obsequuntur; vos autem me vt ciuem vestrum & fabium aspernamiini: illis ergo panem spiritualem cælestis doctrinæ & miraculorum impertior, vos autem in fame spirituali, id est, in egestate doctrinæ salutiferæ relinquo. Elias enim erat typus & præcursor Christi, vidua Sareptana erat typus & primitiua Gentilitium, quos Christus prætulit Iudæis ciuibus suis. Nam vt ait Beda, *Saron hebr. idem est quod venatio inutilis; Sarepta, uenudinum vel angustia, panis scilicet, purâ gentilitatis negotijs sæculi seruiens, & carnalium cupiditatum incendium panisque spiritualis angustias patiens. Elias est propheticus sermo, qui receptus patet corda credentium.*

Tropologicè, S. Basilij in Catena: Vidua est anima viduata virtute & notitiâ diuina, quam

A Elias, id est verbum diuinum mente receptum, nutrit vitutibus panibus.

VERS. 27. ET MULTI LEPROSI ERANT IN ISRAEL SVB ELIAE PROPHETA: ET NEMO EORVM MVNDATVS EST NISI NAAMAN SVRVS] ideoque alienigena & Gentilis, non Iudæus. Idem probat alio Eliae exemplo & typo, q. d. Sicut Elia magister suum Eliam secutus, non prophetauit Iudæis, sed exteris, ideoq; non leprosos qui erant in Iudæa, sed Naaman Syrum & Gentilem à lepra mundauit, idque ob huius fidem & illorum incredulitatem. Naaman enim ex Syria longè itinere, magnoque sumptu venit in Iudæam ad Eliaum, credens quod ab eo à lepra curaretur, eumque honorauit, ac magna ei munera obtulit; atque in omnibus ei vt Prophetæ caelesti obediuit. vt cum humiliter ei non per se, sed per interuentum iubenti, vt sepius lauaretur in Iordane, paruit, ideoque à lepra mundatus est: quæ omnia vtique non fecissent Elia leprosi qui erant in Israel. Sic & ego Christus prædico & miracula patro apud exteros Capharnaïtas, ob eorum erga me fidem, reuerentiam & beneuolentiam; vos verò, ô Nazareni, ob infidelitatem, irreuerentiam, meique contemptum aceso. Elia enim, equè ac Elias, erat typus & præcursor Christi: Naaman Gentilis typus erat Gentilitium, ad quos Christus relictis Iudæis, per Apostolos translaturus erat suam fidem, Ecclesiam & gratiam. Ita Beda, Titus, Theophyl. Euthymius, Iansenius, Toletus & alij.

Pugit Christus Iudæos exemplo Naaman Syri.

Christum quasi blasphemum præcipitare voluerunt Nazarenj.

VERS. 28. ET REPLETI SVNT OMNES IN SYNAGOGA IURA, HÆC AUDIENTES] tum quia sciebant se his duobus exemplis viduæ & Naaman pungi, quasi incredulos, & contumelios affici quasi indignos miraculis Iesu; tum quia indignabantur Iesum, qui erat ciuis & æqualis ipsorum, ipsi se anteferre, & conferre cum Elia & Eliaeo, in: ex Isaiæ oraculo tacere se Messiam; tum quod Christus tacite significaret se sua dona à Iudæis ad Gentes transmitturum. Ita S. Thomas, Toletus, Franc. Lucas & alij.

VERS. 29. ET SVBREPERVNT, ET HIECERVNT ILLVM EXTRA CIVITATEM, ET DVXERVNT ILLVM VSQVE AD SVPERCILIUM MONTIS, SVPER QVEM CIVITAS ILLORVM ERAT EDIFICATA, VT PRÆCIPITARENT EVM] *Duxerunt*, imò vi traxerunt inuitum, vt illis videbatur, sed reuera Christus sponte se trahi ducique sinebat. *Ad supercilium*, ad culmen, ad verticem, *montis*, super quem ciuitas illorum (Nazareth) erat edificata. Solent enim ciuitates monti adiacentes, non in imo, nec in summo, sed in medio montis (vt Florentiam videmus in medio Apennini) edificari, quia in imò aër est crassus & terreus, in summo nimis acer & subtilis, sed in medio aër est temperatus & medius, nec nimis crassus, nec nimis subtilis: tum quia in summo grassantur venti, fulmina & procellæ, iuxta illud:

Verbes in medio montium commouit, quem in summo, vel in imo.

Perflant altissima venti, & illud: — seruiuntq; summos Fulmina montes.

VT PRÆCIPITARENT EVM] ex summo in imum, itaque eum occiderent, tamquam qui patriam suam infamasset, ac magna iniuria & dolore affectus, ideoq; eum extra ciuitatem quasi

illam indignum, in culmen montis duxerunt, vt velut impium in patriam, ex eo in saxa præcipitatu colliderent, & toto corpore conuassarent. Ingens fuit hæc iniuria & violentia Nazarenorum in Christum ciuem suum, itaque re ipsa confirmant id quod Christum eis dixerat, ait Euthymius, scilicet Prophetam non esse in honore in patria sua, sed in ea dehonorari, imò occidi, ideoque Nazarenos prædicatione & miraculis Christi esse indignos.

Addit S. Bonaventura, Toletus & alij duxisse eos Iesum extra ciuitatem in verticem montis, vt eum quasi blasphemum, quod se Messiam fecisset, occiderent. Isto enim blasphemum ex lege lapidandum erat: tamen voluerunt Christum precipitare in saxa & lapides, quia hoc perinde est ac si eum lapidassent. Perinde enim est, siue in hominem, siue hominem in saxa iacias & precipites, imò hoc illo sanius & terribilius est. Sic S. Stephanum quasi blasphemum extra Hierosolimam eiecerunt, & lapidarunt. Sic pariter S. Iacobum primum Hierosolymorum Episcopum, quod Iesum doceret esse Messiam, quasi blasphemum è pinnaculo templi precipitarunt.

Porro S. Ambrosius ostendit eos deteriores fuisse diabolo: hic enim Christo in pinna templi à se constituto, tantum dixit: *Mitte te deorsum*, imò eum vi deorsum precipitare iaterunt. Audi S. Ambrosium: *Est peior magistro discipulorum hereditas: ille verbo Dominum tentat, hi factos iste dicit, Mitte te deorsum, illi adorantur vt mutant.*

VERS. 30. *Quomodo Christus è manibus Nazarenorum euasit*

IPSE AVTEM TRANSIENS PER MEDIUM ILLORVM IBAT] Maldonatus censet Christum hie seie fecisse inuulibilem: S. Ambrosius & Beda putant Christum mutasse voluntatem Nazarenorum, vt vellent eum dimittere. Melius alij censent Christum eorum phantasiam vel oculos diuertisse, vel eos stupefecisse, ac continuasse pedes & manus eorum, vt quasi stupidi Christum videntes eum apprehendere non possent, vel non auderent. Quare Christus hie ostendit suam di-

uinitatem, seque esse Deum. Vnde S. Ambrosius *Ece, ait, per medium illorum, mutata subito vel obstinata furentium mente descendit.* Causam subdit: *Etenim quando vult capitur, quando vult elabatur, quando vult occiditur: quia nondum venerat hora eius.* Ioan. 7. 30. Debebat enim adhuc prædicare, & tandem ex Patris decreto crucifigi Hierosolimæ, non verò precipitari in Nazareth. Ita Beda, S. Chrysost. Euthym. & alij.

Tradit Brocardus in Descriptione terræ sanctæ, Christum elapsum è manibus Iudæorum, subito in latere montis opposito apparuisse, ideoque locum illum vocari *salutem Domini*. Addit Lyranus, saxum cui insitit Christus cecidisse, & instar ceræ vestigia Christi impressa in se suscepisse, sicut Christus ascendens in caelum è monte Oliueti, in eodem vestigia pedum suorum impressa reliquit. Audi & Adrichomium in Descriptione terræ sanctæ, ad vocem *salutem Domini*: *Traudunt Christum fugisse in montem altum, qui in de Salutis Domini dicitur, & subito ad tactum vestris ipsius saxum subterfugisse, ac instar ceræ liquatum & resolutum quemdam effectisse sinu, quo corpus Dominicum muniretur & reciperetur, tanta vtique capacitatis, quanta ipsum corpus Domini exitit quantitatatis.* In quo hodieque vniuersa lineamenta & rugæ vestis, quæ à tergo Domini erant, pedumque eius vestigia veluti manu sculptoris expressa seruantur. Verum hæc certam non habent fidem.

Salutem Domini.

VERS. 31. ET STVPEBANT IN DOCTRINA EIVS, QVIA IN POTESTATE ERAT SERMO IPSIVS] *Græcè ἐξουσία*, id est, in libertate, auctoritate, potentia, vi & efficacia, docebat enim quasi potestatem habens, Matth. 1. 3. 52. Vide ibi dicta.

VERS. 32. ET IN SYNAGOGA ERAT HOMO HABENS DEMONIVM IMMVDVM] Hanc historiam audiuius Marci 1. 23. vbi eam explicui.

VERS. 33. SOCRVS AVTEM SIMONIS TENEBATUR MANGNIS FEBRIBVS] Huius curationem audiuius Marci 8. v. 14. Vide ibi dicta.

C A P V T Q V I N T V M. S Y N O P S I S C A P I T I S.

Primò, Iesus ad sui sequelam vocat Petrum, Iacobum & Ioannem per ingentem piscium capturam. Secundò, v. 12. sanat leprosum. Tertiò, v. 18. curat paralyticum. Quartò, v. 27. è telonio ad se vocat Mattheum publicanum, ac murmurantibus Scribis respondet se venisse ad vocandum non iustos: sed peccatores ad penitentiam. Quintò, v. 33. iisdem interrogantibus dat causam; cur discipuli Ioannis crebro ieiunent, sui non. Primam partem explicui Matth. 4. 18. Secundam Matth. 8. 2. Tertiam Matth. 9. 2. Quartam Matth. 9. 14. quare paucis additis hoc caput expediã.

1. Factum est autem, cum turbæ irruerent in eum, vt audirent verbum Dei, & ipse stabat secus stagnum Genesareth. **2.** Et vidit duas naues stantes secus stagnum: piscatores autem descenderant, & lauabant retia. **3.** Ascendens autem in vnam nauim, quæ erat Simonis, rogauit eum à terra reducere pusillum. Et sedens docebat de nauicula turbas. **4.** Vt cessauit autem loqui, dixit ad Simonem: Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam. **5.** Et respondens Simon, dixit illi: Præceptor, per totam noctem laborantes nihil cepimus: in verbo autem tuo laxabo rete. **6.** Et cum hoc fecissent, concluderunt piscium multitudinem copiosam, rumpebatur autem rete eorum. **7.** Et annuerunt socijs; qui

Cornel. in Lucam.

erant in alia nauī, vt venirent, & adiuuarent eos. Et venerunt, & impleuerunt ambas nauiculas, ita vt pene mergerentur 8. Quod cū videret Simon Petrus, procidit ad genua Iesu, dicens: Exi à me, quia homo peccator sum, Domine. 9. Stuporem enim circumdederat eum, & omnes qui cum illo erant, in captura piscium, quam ceperant. 10. Similiter autem Iacobum, & Ioannem, filios Zebedæi, qui erant locij Simonis. Et ait ad Simonem Iesus: Noli timere: ex hoc iam homines eris capiens. 11. Et subductis ad terram nauibus, relictis omnibus securi sunt eum. 12. Et factum est, cū esset in vna ciuitatum, & ecce vir plenus lepra, & videns Iesum & prociens in faciem, rogauit eum, dicens: Domine, si vis, potes me mundare. 13. Et extendens manum tetigit eum, dicens: Volo: Mundare. Et confestim lepra discessit ab illo. 14. & ipse præcepit illi vt nemini diceret: sed, Vade, ostende te sacerdoti, & offer pro emundatione tua, sicut præcepit Moyses, in testimonium illis. 15. Perambulabat autem magis sermo de illo: & conueniebant turbæ multæ vt audirent, & curarentur ab infirmitatibus suis. 16. Ipse autem secedebat in desertum, & orabat. 17. & factum est in vna dierum, & ipse sedebat docens. Et erant Pharisei sedentes, & legis doctores, qui venerant ex omni castello Galilææ, & Iudææ, & Ierusalem: & virtus Domini erat ad sanandum eos. 18. Et ecce viri portantes in lecto hominem, qui erat paralyticus: & quærebant eum inferre, & ponere ante eum. 19. & non inuenientes qua parte illum inferrent præ turba, ascenderunt supra tectum, & per regulas summisserunt eum cū lecto in medium ante Iesum. 20. Quorum fidem vt vidit, dixit: Homo remittuntur tibi peccata tua. 21. & ceperunt cogitare Scribæ, & Pharisei, dicentes: Quis est hic, qui loquitur blasphemias? Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? 22. Vt cognouit autem Iesus cogitationes eorum, respondens, dixit ad illos: Quid cogitatis in cordibus vestris? 23. Quid est facilius dicere: Dimittuntur tibi peccata, an dicere: Surge, & ambula? 24. Vt autem sciatis quia Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata; (ait paralytico) Tibi dico, surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. 25. Et confestim surgens coram illis, tulit lectum, in quo iacebat: & abiit in domum suam, magnificans Deum. 26. Et stupor apprehendit omnes & magnificabant Deum. Et repleti sunt timore, dicentes: Quia vidimus mirabilia hodie. 27. Et post hæc exiit, & vidit publicanum nomine Leui, sedentem ad telonium, & ait illi: Sequere me. 28. Et relictis omnibus, surgens secutus est eum. 29. Et fecit ei conuiuium magnum Levi in domo sua: & erat turba multa publicanorum, & aliorum, qui cum illis erant discumbentes. 30. Et murmurabant Pharisei & Scribæ eorum, dicentes ad discipulos eius: Quare cum publicanis & peccatoribus manducatis & bibitis? 31. Et respondens Iesus, dixit ad illos: Non egent qui sani sunt medico, sed qui malè habent. 32. Non veni vocare iustos, sed peccatores ad poenitentiam. 33. At illi dixerunt ad eum: Quare discipuli Ioannis ieiunant frequenter, & obsecrationes faciunt, similiter & Phariseorum; tui autem edunt & bibunt? 34. Quibus ipse ait: Numquid potestis filios sponsi, dum cum illis est sponsus, facere ieiunare? 35. Venient autem dies: cū ablatu fuerit ab illis sponsus, tunc ieiunabunt in illis diebus. 36. Dicebat autem & similitudinem ad illos: Quia nemo commissuram à nouo vestimento immittit in vestimentum vetus: alioquin & nouum rumpit, & veteri non conuenit commissura à nouo. 37. Et nemo mittit vinum nouum in vtres veteres: alioquin rumpet vinum nouum vtres, & ipsum effunderetur, & vtres peribunt. 38. sed vinum nouum in vtres novos mittendum est, & vtraque conseruantur. 39. Et nemo bibens vetus, statim vult nouum, dicit enim: Verus melius est.

VERS. I.

Apostoli, piscatores.

CONCLVSERVNT PISCIVM MVLTI TVDINEM COPIOSAM] Quia dixerat Petrus: In verbo tuo laxabo rete. Ecce hic est fructus, hæc merces obedientiæ. Fecit hoc Iesus Primò, vt dando eis alimoniam, pararet eos ad vocationem & sui sequelam q. d. Destino vos à piscatione euocare ad mei sequelam, atque ne vos excusetis dicendo, quod piscatione victum comparare debeatis, ecce ego vobis vltro ingentem piscium copiam suggero, vt discatis in me fidere, quod ego sine piscatione victui ve-

stro, & ceteris vitæ necessarijs vltro providebo, idque facilius & copiosius, quàm vos vstra piscandi industria & labore vobis providere possitis. Secundò, vt ex piscatione copiosa piscium discerent, se copiosam piscationem hominum mox facturos, cū ad eam vocandi essent à Christo.

ET ANNVERVNT SOCIJS] quia præ admiratione, lætitiâ & stupore tantæ capturæ clamare, aut loqui non poterant.

NOLI TIMERE, q. d. Noli stupore, timore & sacro

VERS. 7.

VERS. 10.

sacro horrore, ob miraculum hoc capturæ piscium corripit. Causam subdit, promittendo maiorem & altiore piscationem, dicens: Ex hoc iam HOMINES ERIS CAPIENS] Græcè ζωπρω, à ζωπρω, quod Primò, à ζωπρω, & απρω, vel απρω, id est, animal venor, veritas cum Nostro, capiens, venans, piscans, vnde Arabicus vertit, ex nunc eris piscator, qui piscaberis homines, q. d. Tu, ô Petre, deinceps capies homines, non vt feraribus & vulneribus, sed vt pisces, qui illasi capiuntur reti: simili modo tu capies & piscaberis homines non armis, sed virtute & efficacia spiritus.

Secundò, ζωπρω, deriues à ζω, id est, viuens, viuum, & πρω, vel πρω, id est, viuum exco, ad vitam reuoco, viuifico, Vnde S. Ambrosius lib. 5. Hexam. c. 6. vertit, eris viuificans homines, Syrus, post hæc piscaturus es homines ad vitam. q. d. Piscatores piscantur pisces reti, colque ex aqua extrahunt ad mortem, vt scilicet eos iugulet, coquant & comedant: Tu verò, ô Petre, homines piscaberis non ad mortem, sed ad vitam, imò peccato mortuos suscitabis ad vitam gratiæ: ita scilicet vt quasi pisces à te capti moriantur peccato, concupiscentiæ & vitæ prioris: sed viuant vitæ, vitæ gratiæ & diuina ac Deo per gratiam & charitatem quasi incorporentur, sicut pisces comesti ab hominibus iisdem incorporantur, ac in

A ijs viuunt vita nobiliori, quia anima humana informantur. Ita Origenes hom. 16. in Ierem. & S. Iustinus in Quest. Gentil. q. 40.

Allegoricè, Petri nauis est Ecclesia, cuius patronus & quasi princeps est Petrus, eiusq; successores Romani Pontifices. Pontifex ergo est primus & summus piscator, cui à Christo dicitur: Eris homines capies. Pōtiffici ergo incumbit per se & suos legatos, ac sacerdotes & Religiosos à se missos conuertere infideles, Saracenos hereticos, &c. vt primi Pontifices SS. Clemens, Linus, Cletus, Cornelius, Fabianus, Urbanus, &c. Romanos conuertierunt, ac viros Apostolicos in Hispaniam, Africam, Indiam, &c. miserunt, qui indigenas ad Christum conuertierunt. Ita S. Gregorius misit S. Augustinum in Angliam, qui eam conuertit.

Notat S. Ambrosius, alios pisces, p̄ta homines, hamò trahi, vt Martyres; alios reti, vt fideles communes. Additque: Apostolica instrumenta, retia sunt, non enim captos perimunt, sed referunt, & fluctuantes de infimis ad superna traducunt. Retia enim dicuntur quasi retinentia id quod ceperunt, ait Glossa.

NON VENI VOCARE IUSTOS, SED PECCATORES, AD POENITENTIAM] & per poenitentiam ad gratiam & gloriam. Vnde acurè S. Ambrosius: Si gratia est ex poenitentia, inquit, qui fastidit poenitentiam, abdicat gratiam.

VERS. 32.

CAPVT SEXTVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

PRIMò, Christus contra Phariseos defendit discipulos, qui in sabbatho fementes vellebant spicas. Secundò, v. 8. sabbatho curat habentem manum aridam. Tertio, v. 13. eligit creaturam duodecim Apostolos. Quarto, v. 20. proponit beatitudines Euangelicas. Quintò, v. 30. vsq; ad finem pergit concionari de dilectione inimicorum, de misericordia, de non iudicando, de studio bonorum operum. Primam partem explicui Matth. 12. 1. Secundam ibidem v. 10. Tertiam Matth. 10. 1. Quartam Matth. 5. 1. Quintam Matth. c. 5. v. 44. & c. 7. v. 3. & c. 10. v. 24. ceterisq; locis in Biblijs hoc capite ad marginem annotatis.

1. Factum est autem in sabbatho secundoprimo, cū transiret per fata, vellebant discipuli eius spicas, & manducabant confricantes manibus. 2. Quiddam autem Phariseorum, dicebant illis: Quid facitis quod non licet in sabbatis? 3. Et respondens Iesus ad eos, dixit: Ne hoc legistis quod fecit Dauid, cū elurisset ipse, & qui cum illo erant? 4. quomodo intrauit in domum Dei, & panes propositionis sumpsit, & manducauit, & dedit his qui cum ipso erant: quos non licet manducare nisi tantum sacerdotibus? 5. Et dicebat illis: Quia Dominus est Filius hominis, etiam sabbati. 6. Factum est autem & in alio sabbatho, vt intraret in synagogam, & doceret. Et erat ibi homo, & manus eius dextra erat arida. 7. Obseruabant autem Scribæ, & Pharisei, si in sabbatho curaret: vt inuenirent vnde accusarent eum. 8. Ipse verò sciebat cogitationes eorum: & ait homini, qui habebat manum aridam: Surge, & sta in medium. Et surgens stetit. 9. Ait autem ad illos Iesus: Interrogo vos, si licet sabbatis benefacere, an malè; animam saluam facere, an perdere? 10. Et circumspicentibus dixit homini: Extende manum tuam. Et extendit: & restituta est manus eius. 11. Ipsi autem repleti sunt insipientia, & colloquebantur ad inuicem, quidnam facerent Iesu. 12. Factum est autem in illis diebus, exiit in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei. 13. Et cū dies factus esset vocauit discipulos suos: & elegit duodecim ex ipsis (quos & Apostolos nominauit) 14. Simonem

H 4

nem

nem, quem cognominavit Petrum, & Andream fratrem eius, Iacobum, & Ioannem, Philippum, & Bartholomæum. 15. Matthæum, & Thomam, Iacobum Alphæi, & Simonem, qui vocatur Zelotes, 16. & Iudam Iacobi, & Iudam Iscariotem, qui fuit proditor. 17. Et descendens cum illis, stetit in loco campifredi, & turba discipulorum eius, & multitudo copiosa plebis ab omni Iudæa, & Ierusalem, & maritima, & Tyri, & Sidonis, 18. qui venerant ut audirent eum, & sanarentur à languoribus suis. Et qui vexabantur à spiritibus immundis, curabantur. 19. Et omnis turba quærebat eum tangere: quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. 20. Et ipse elevatis oculis in discipulos suos, dicebat: Beati pauperes: quia vestrum est regnum Dei. 21. Beati, qui nunc esuritis, quia saturabimini. Beati, qui nunc sleris: quia ridebitis. 22. Beati eritis cum vos oderint homines, & cum separaverint vos, & exprobrauerint, & eiecerint nomen vestrum tamquam nialum, propter Filium hominis. 23. Gaudete in illa die, & exultate: ecce enim merces vestra multa est in celo: secundum hæc enim faciebant Prophetis patres eorum. 24. Verumtamen vobis diuitibus, vobis qui ridetis nunc: quia lugebitis & flebitis. 25. Vobis qui saturati estis: quia esurietis. Vobis qui ridetis nunc: quia lugebitis & flebitis. 26. Vobis qui benedixerint vobis homines: secundum hæc enim faciebant pseudoprophetae patres eorum. 27. Sed vobis dico, qui auditis: Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos. 28. Benedicite maledicentibus vobis, & orate pro calumniantibus vos. 29. Et qui te percutit in maxillam, præbe & alteram. Et ab eo, qui aufert tibi vestimentum, etiam tunica noli prohibere. 30. Omni autem petenti te tribue: & qui aufert quæ tua sunt, ne repetas. 31. Et prout vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis similiter. 32. Et si diligitis eos, qui vos diligunt, quæ vobis est gratia: nam & peccatores diligentes se diligunt. 33. Et si benefeceritis his, qui vobis benefaciunt, quæ vobis est gratia? siquidem & peccatores hoc faciunt. 34. Et si mutuum deceptoribus senerantur, ut recipiant æqualia. 35. Verumtamen diligite inimicos vestros: benefacite, & mutuum date, nihil inde sperantes: & erit merces vestra multa, & eritis filij Altissimi, quia ipse benignus est super ingratos & malos. 36. Estote ergo misericordes, sicut & Pater vester misericors est. 37. Nolite iudicare, & non iudicabimini: nolite condemnare, & non condemnabimini. Dimittite, & dimittemini. 38. Date, & dabitur vobis: mensuram bonam, & confertam, & coagitatam, & superfluentem dabunt in sinum vestrum. Eadem quippe mensura, qua mensi fueritis, remetietur vobis. 39. Dicebat autem illis & similiter: Numquid potest cæcus cæcum ducere? nonne ambo in foueam cadunt? 40. Non est discipulus super magistrum: perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister eius. 41. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem, quæ in oculo tuo est, non consideras? 42. Aut quomodo potes dicere fratri tuo: Frater, sine eiiciam festucam de oculo tuo: & tunc perspicies, ut eduas festucam de oculo fratris tui. 43. Non est enim arbor bona, quæ facit fructus malos: neque arbor mala, faciens fructum bonum. 44. Vnaquæque enim arbor de fructu suo cognoscitur. Neque enim de spinis colligunt ficus: neque de rubo vindemiant uuam. 45. Bonus homo de bono thesauro profert bonum: & malus homo de malo thesauro profert malum. Ex abundantia enim cordis os loquitur. 46. Quid autem vocatis me Domine, Domine, & non facitis, quæ dico? 47. Omnis qui venit ad me, & audit sermones meos, & facit eos: ostendam vobis cui similis sit. 48. Similis est homini ædificanti domum, qui fodit in altum, & posuit fundamentum super petram: inundatione autem facta, illisum est flumen domui illi, & non potuit eam mouere: fundata enim erat super petram. 49. Qui autem audit, & non facit: similis est homini ædificanti domum super terram sine fundamento: in quam illisus est fluuius, & continuo cecidit: & facta est ruina domus illius magna.

VERS. I. Sabbathum secundum primum, quod

ACTVM EST AVTEM IN SABBATHO SECVNDO PRIMO] Arabicus in sabbatho secundo: Syrus sabbathi non meminit. Quæres, quodnam hoc sabbathum? S. Hieron. hanc quæstio-

nem proposuit S. Gregorio Nazianz. magistro suo. Ille eandem in ipsum ludendo retorçit, cum, ut scribit S. Hieronymus ad Nepotianum, diceret: Docebo te super hæc in Ecclesia, in qua mihi omni

omni populo Actamense, cogere inuitus scire quod nefas, aut certe si solus tacueris, solus ab omnibus stultitia condemnaberis.

Prima sententia.

Primò, S. Epiphanius hæresi 51. Vatabl. & alij opinantur sabbathum secundo primum fuisse octauam diem azymorum, siue vltimum diem Paschæ. Pascha enim per octo dies celebrabatur, quibus pane azymo dumtaxat vesci licebat: actaus autem dies erat ceteris septem solemnior, eodemque ritu celebrandus, quo ipsum Paschæ festum. Primus ergo dies Paschæ dicebatur sabbathum primò primum, id est festum summum & solemnissimū: octauus verò dies dicebatur sabbathum secundo primum, quia post primum diem Paschæ, sollemnitate erat secundum: omnis enim dies festus ab Hebræis vocabatur sabbathum.

Secunda.

Secundò, Isidor. Pelusiota libr. 3. epist. 110. & ex eo Titus Boetrenus & Euthymius hic per sabbathum secundo primum accipiunt primum diem azymorum, qui erat dies secundus Paschæ: Pascha enim incipiebat decima quarta die primi mensis Nisan ad vespeream, & decima quinta erat prima azymorum: secundum ergo sabbathum est primus dies azymorum, quia hic secundus est post primum Paschæ: idem quoque primus est, quia est primus dies festi azymorum.

Tertia.

Tertiò, Maldonatus censet sabbathum secundo primum esse Pentecosten: Pascha enim esse sabbathum primo primum, id est festum primum & summum: Pentecosten verò huic proximum, id est post primum Paschæ ordine secundum.

Quarta. genuina fuit sabbathum propriè dictum.

Verum, dico sabbathum hic non quoduis festum, sed sabbathum propriè dictum, siue diem septimum hebdomadæ significare. Nam illo tantum die quasi sacratissimo, Iudæis lege vetitum erat spicas vellere & cibum parare, Exodi 35. 3. quod ceteris festis licebat, ut pater Exodi 12. v. 16. Secundò, idipsū liquet ex eo, quòd Matthæus Marcus & Lucas constantè hoc festum vocant sabbathum.

At quod & quælet Prima sententia.

Sed quodnam fuit hoc sabbathum, & cur dictum secundo primum?

Primò, Theophyl. censet fuisse sabbathum, quod præcedebat aliis dies festis, v. g. si in Paraclete, siue feria sexta, fuisse festum Paschæ, Neomeniæ, Pentecostes, &c. sabbathum proximè sequens dicebatur secundo primum, quasi secundum à festo præcedente, & post illud primum. Alij vice versà, sabbathum secundo primum intelligunt illud, post quod proximè sequebatur aliud festum: huius enim respectu sabbathum erat primum ac eius quasi secundum respectu vocabatur secundo primum, quasi primum ante secundum quod proximè sequebatur.

Secunda.

Secundò, Iosephus Scaliger lib. 6. de Emend. temp. ca. 6. asserit hoc fuisse sabbathum primum post festum Paschæ, & dicique secundo primum, quia primum erat post diem secundum azymorum, à quo numerabantur septem hebdomades vsque ad Pentecosten: ita ut prima hebdomas & primum sabbathum vocaretur secundo prima, vel primum, secunda hebdomas cum suo sabbatho vocaretur secundo secunda, tertia hebdomas secundo tertia, quarta secundo quarta, & ita deinceps vsque ad septimam.

Huc accedit Gabr. Vasquez tract. de Eucharistia disp. 173. ca. 2. num. 10. qui opinatur sabbathum secundo primum, fuisse sabbathum proximi-

me sequens diem secundum azymorum. Additque rò secundo primo esse duas dictiones, vti duas efficiunt Biblia Romæ correctæ, non vnum compositum, ac proinde in Græco pariter scribendū esse disiunctim δευτερο πρωτο non coniunctim δευτερο πρωτο: quia, inquit, δευτερο, non est additamentum diminuens, q. d. Secundariè primum, sed augens dignitatem huius sabbati: sabbathum ergo hoc censet dici secundum primum, ratione ordinis & numeri, sed respectu diuersorum; secundum enim erat respectu primæ diei azymorum, quæ primum erat sabbathum, id est festum: primum verò erat, quæ sabbathum siue dies septima, quæ primò sequebatur festum secundæ diei azymorum. Huic sententiæ obstat, quòd initio ostendit, nec secundam diem azymorum, nec aliud festum hic vocari sabbathum, sed solum diem septimam hebdomadæ.

Tertiò, verisimilius S. Chrysof. homil. 40. in Tertio. Matth. Iansenius, Toletus, Franc. Lucas & Emmanuel Sa arbitrantur, sabbathum secundo primum idem esse quòd sabbathum duplex, siue sabbathum bis primum & bis solemne, ac tale dici sabbathum in quod aliud festum, v. g. Pentecostes, vel Neomeniæ, aut aliud simile incidebat: tunc enim sabbathum hoc videbatur duplex esse festum, siue bis festum, Verum sic breuius, clariùs & aptiùs dixisset Lucas: Et erat sabbathum duplex, siue bis festum: sicut Ecclesia, festa magis solemnia vocat duplia, quia in eis duplicantur antiphonæ, illa enim integræ tam ante quam post singulos psalmos recitantur. Rursum sabbathum secundo primum dicit ordinem ad sabbathum primò primum: ergo cum illo non potest esse vnus & idem, ut vult Iansenius, sed ab eo debet esse diuersum: illoque dignitate minus & inferius: secundum enim dicit ordinem & sequelam ad primum.

Obicit Iansenius: Matthæus in c. 12. 1. in Græco, & Marcus cap. 2. 23. in Latino hoc sabbathum vocat sabbatha in plurali, ergo plura in eo concurrebat festa. Resp. Vocant sabbatha, id est sabbathum in singulari. Causam dedi Marth. 28. 1.

Quartò ergo, verisimillimum est, sabbathum secundo primum vocari sabbathum quod incidebat in festum Pentecostes, aut infra hebdomadem Pentecostes, dicique secundo primum, id est secundo loco primum, vel primum post sabbathum, quod incidebat infra hebdomadem Paschæ: hoc enim erat primò primum, siue absolute primum omnium sabbathorum totius anni. Vnde de eo ait Ioannes c. 19. 31. Erat enim magnus dies ille sabbathi, id est nobilissimum & solemnissimum hoc Paschæ sabbathum. Sicut enim festum Paschæ erat ceterorum festorum primum & celeberrimum: sic & sabbathum in festa Paschæ incidens, ceterorum sabbathorum erat primum & celeberrimum. Porro proximum à Paschæ, siue secundum festum erat Pentecoste: vnde & sabbathum proximum post Pentecosten, secundum inter sabbatha locum obrinebat. Sabbathum ergo Paschæ erat primò primum, sabbathum verò Pentecostes erat huic proximum, sed dignitate inferius, ideoque dicebatur secundo primum, id est secundum à sabbatho paschali, ac post illud ceterorum primum.

Probat hanc sententia Primò, quia ea quæ hinc narrantur de Christi discipulis sabbatho hoc

spicas

spicas vellentibus, contigerunt circa Pentecosten, ut patet ex eo, quod tunc segetes sint maturae in Iudaea, utpote regione calida. Vnde Iudaei iuebantur tunc primos panes nouae frugis Deo offerre, Leuit. 23. 16. 17.

Secundo.

Secundo, quia sabbatum hoc, ut ostendi initio, erat sabbatum proprie dictum, ac proinde secundum dici debet respectu alicuius sabbati primi etiam proprie dicti, non autem respectu Paschae aut alterius festi. Ergo cum sabbatum Paschae fuerit omnium primum, ut probaui, consequens est, ut sabbatum Pentecostes dicatur & sit secundum, siue secundum primum, id est secundo loco & gradu primum & principale, idque exigunt Biblia Romae correctae, quae non secundo commate diuidunt a primo. Sic enim habent: *Factum est autem in sabbato secundo, primo dum transiret per satus, & Atabicus, in sabbato secundo.*

Tertio.

Itali Pentecosten vocant Pascha Spiritus sancti.

Tertio, quia ex dictis liquet nullam ceterarum opinionum esse verosimilem. Denique cognata & vicina festa sunt Pascha & Pentecoste, ut vniu primum, alterum a primo secundum esse videatur. Vnde Itali Pentecosten vocant Pascha Spiritus sancti. Simili modo consequenter cognata & vicina erant duo sabbata, Pascha & Pentecoste. Hinc & Ecclesia omnes Dominicas quae in locu sabbatorum successere, ordine suo numerat a Pentecoste usque ad Aduentum, ac primam Dominicam post Pentecosten nuncupat illam quae incidit in octauam Pentecostes, secundam quae proximè sequitur, tertiam quae tertio loco, &c.

Dices, Tota hebdomada Pentecostes non erat festa, ut erat hebdomada Paschae; ergo sabbatum in illam incidens non erat dignius ceteris. Resp. Hebdomada Pentecostes non erat festa ex praescripto legis, sed tamè ex religione & deuotione Hebraeorum, ad imitationem Paschae celebrator erat ceteris hebdomadibus. Vnde magna celebritate diem octauam Pentecostes celebrabant die 13. tertij mensis Sivan, siue Maij (Pentecosten enim celebrabant sexta die eiusdem mensis) siue octauam Paschae celebrabant die 22. primi mensis Nisan, siue Martij, haec enim est octaua a die 14. qua celebrabant Pascha: quae omnia patent ex Calendario Hebraeorum, quod edidit Genebrardus, & Commentario suo in Psalmos praefixit.

Allegor.

Allegoricè S. Ambrosius hic, Sabbathum secundum primum, inquit, est tempus Euangelij, hoc enim tempore est secundum, quia sequitur sabbatum legale, dignitate verò est primum.

Symbolicè.

Symbolicè in psalm. 47. sub initium: sabbatum secundum primum, inquit, est sabbatum Iudaeorum, hoc enim dignitate est secundum a nostro Paschate, quia post resurrectionem Christi praefatus est illi dies Dominicus dicitur & primum, quia ante Christum erat primum & solemnissimum.

Tropologicè.

Tropologicè Bedae Christus inquit, sabbathis maximè curat & docet, non solum propter inueniendum spirituale sabbatum, quo mens a virtutibus & operibus corporalibus abstinens vni vacat Deo, sed etiam propter celebriorem populi conuentum, ut iam die Dominico ad confluentem populum haberetur concio. Accessit & alia ratio quam dedi in Mattheo; scilicet ut Christus lu-

das & Scribas doceret verum sabbathum cultu, nec ei repugnare agrorum curationem & miracula, quae ipse in sabbato patrabit, ut cenfebatur Scribae, qui proinde eum ut legis violatorem persecuti sunt usque ad necem & crucem, idque permittit de creuerat Deus, ut sic decretum suum de redimendis per Christi crucem hominibus adimpleret.

VERS. 5.

QVIA DOMINVS EST FILIVS HOMINIS, ETIAM SABBATHI] ob causas quas dedi Matth. 12. Hic exemplar Graecum Parisiense, quod citat Franc. Lucas in notis, haec addit: *Eodem die cum quemdam conspexisset operantem sabbato, dixit ei: Homo si quidem nosti quid agas, beatus es: sin autem non nosti, execrabilis es & transgressor legis. Verum haec Ecclesia non agnoscit.*

VERS. 11.

IPSI AVTEM REPLETI SVNT INSIPIENTIA] q. d. Nil Christo responderi poterunt Iudaei more insipientis, qui non habet quod dicat & loquatur. Graecè pro insipientia est *αγοια*, id est, amentia, q. d. In rabiem & furorem acti sunt, quod rationibus Christi tam evidentibus confundereetur. Syrus vertit, *repleti sunt inuidia*, haec enim eos exciebat, ne veritatem de modo colendi sabbatum agnoscerent, ac eos in necem Christi incitabat. Vnde subdit Lucas: *Et colloquebantur ad muticam, quidnam facerem Iesu, ut eum è medio tollerent. Est metaleptis: ponitur enim effectus pro causa, scilicet insipientia pro inuidia, à qua caufatur & nascitur.*

VERS. 12.

EXIIT IN MONTEM ORARE, ET ERAT PERNOCTANS IN ORATIONE DEI] orans Deum, colloquens cum Deo. Propria orationis huius nocturnae causa fuit, ut Christus per eam Patre rogaret, ut postero mane à discipulis duodecim Apostolos designaret, eosque deligeret, qui tanto gradu digni forent, atque ut eis orando gratiam & spiritum ingentem ad Apostolatù hoc ritè perfungendum, multosque conuertendum impetraret, utque nos idem facere doceret. Quocirca Ecclesia Christi exemplo, in Quatuor temporibus dum ordinar Sacerdotes, Diaconos, Episcopos, &c. orationem & ieiunium fidelibus omnibus indicit, ut digni eligantur, utque electis gratia ad tantum munus idonea impetieret. A Clero enim totus pender popululus. Episcopus si bonus & zelosus est, omnes fideles sui Episcopatus aedificat & sanctificat: sin vitiosus sit vel delens, omnes scandalizat & perdit. Sic & Parochus totam parochiam, si bonus est, bonam efficit; si malus, malam.

Tropologicè docet hic Christus noctu orare, Primò, quia nox ob quietem, silentium & solitudinem mentem colligit, ut in Deum faciliè eleuetur, ei que vniatur. Secundò, ad arcendum nocturnas illusiones, tentationes, terrores quos daemon excitare solet. Tertio, ut noctu orando habitum à Deo spiritum & gratias, quas per diem in proximos effundamus. Hac de causa Christus noctu orabat, per diem concionabatur. Idem fecit S. Paulus Actor. 16. 15. 1. Timoth. 5. 5. S. Antonius, S. Simeon Stylites, S. Dominicus, S. Franciscus & alij. Hinc Dauid toties nocturnam orationem commendat, ut psalm. 133. 1. *In noctibus extollere manus vestras in sancta. Psal. 118. 62. Media nocte surgebam ad confitendum tibi. Psal. 76. 7. Meditatus sum nocte cum corde meo. Psal. 41. 4. Fuerunt mibi lacrymae meae panes: die ac nocte dùm diceis mibi quoniam*

Secundo.

Tertio.

quoniam, *Vbi est Deus tuus?* Plura de hac re dixi superius, & Deuter. 6. 7. ad illa, *Dormiens aequè consergens.*

VERS. 20.

BEATI PAUPERES SPIRITV] *Humilitas enim spiritus diuitiæ virtutum sunt, ait S. Ambrosius. Porro Matthaeus cap. 5. octo beatitudines Euangelicas recenset, quas Lucas hic per compendiu ad quatuor redigit. Vide ibi dicta.*

Hinc rectè concludit S. Ambrosius lib. 2. Offic. c. 4. *Itaque inquit, paupertatem, famem, dolorem, quae putantur esse mala, non solum impedimento non esse ad beatam vitam, sed etiam adiumento euidentissime pronuntiatum est à Christo, qui est prima veritas, idcoque falli aut fallere nequit.*

Porro, S. Ambrosius hic causam dat, cur Lucas quatuor tantum assignet beatitudines: quia contentus fuit, inquit, quatuor virtutes amplecti cardinales, scilicet iustitiam, quae alienas opes non appetens sancta gaudet paupertate: temperantiam, quae esturire & sitire nauult, quam saturari & comedari: prudentiam, quae hic lugere & flere appetit, ut in caelo ridere & exultare mereatur: fortitudinem, quae pro Christo omnia proba & maledicta, & aduersa quaelibet generosè sustinet & superat. Aut potius censet temperantiam notari in prima beatitudine, cum ait, *Beati pauperes iustitiam* in secunda, cum ait, *Beati qui nunc esuritis*, scilicet iustitiam, ut addit Matr. c. 5. prudentiam in tertia, cum ait, *Beati qui nunc sitis*. Habes, ait Ambrosius prudentiam, cuius est flere occidia, & ea quae aeterna sunt querere: fortitudinem in quarta, cum ait, *Beati eritis cum vos oderint homines*. Habes, ait, fortitudinem, sed eam quae non odium mereatur ex crimine, sed persecutionem patitur ex fide. Sic enim ad passionis peruenitur coronam, si gratiam hominum neglegas, diuinam sequaris.

VERS. 24.

VE VOBIS DIVITIBVS, QVIA (ita legendum cum Roman. non qui: graecè enim est *en*, quod dat causam cur diuitibus sit *va*) HABETIS CONSOLATIONEM VESTRAM] Christus hic quatuor recensitis iam beatitudinibus siue felicitatibus, per antithesin totidem opponit miseriam & infelicitates, scilicet Primò, studio paupertatis, eiusque praemio, scilicet regno caelorum, opponit studium diuitiarum & avaritiam, defolationis & gehennae. Secundò, abstinentiae & esturiae, eiusque praemio, scilicet saturitate caelesti opponit gulam, eiusque congruam poenam; scilicet *va aeternae famis & penuriae*. Tertio, pio luctui, eiusque praemio, scilicet gaudio perenni, opponit modicum praesentis vitae gaudium & risum, eiusque poenam; scilicet luctum & planctum aeternum. Quarto, persecutioni eiusque praemio, scilicet ample mercedi in caelis, opponit plausum hominum eiusque poenam, scilicet perennem Dei offensam, iram & vindictam. *Vae* enim in Scriptura saepe notat Dei iram & damnationem ad gehennam aeternam, ut notat S. Gregorius homil. 9. in Ezechiel. Porro *va* est interiecto Christi partim deplorantis aeternam diuitum miseriam, ut vult S. Chrysost. hom. 44. ad Popul. partim eam praedicens, ut vult Titus, partim eam comminantis & decernentis, ut vult Tertullianus lib. 4. contra Marcionem.

DIVITIBVS] Sicut per pauperes v. 20. intellexit pauperes spiritu, id est, amore, affectu & studio, qui scilicet amant paupertatem, ut magis

placeant Deo; sic per *diuites* hic intelligit auaros & cupidos, qui student cogere opes per fas & nefas, ac in iis suam felicitatem & quasi ultimū finem collocant: hoc enim est peccatū mortale, quod ad rapinas, vsuras, iniustos contractus, aliaque peccata impellit, ideoque ei Christus hic *vae gehennae* intentat. Nam aliqui diuites, qui ex hereditate, vel honesto labore & lucro abundant opibus, si illis non afficiantur, sed eas in pauperes operaque pia expendant, sunt pauperes spiritu, ut fuit Abraham, Isaac, Iacob, Ioseph, Moses, Dauid, & c. nec census igitur, sed affectus in crimine est, ait S. Ambrosius hic. Hoc est quod ait Apostolus 1. Timoth. 6. v. 9. *Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & laqueum diaboli, & desideria multa inutilia & nocua, quae mergunt homines in interitum & perditionem: radix enim omnium malorum est cupiditas: greccè φιλὰργυρία, id est cupido argenti, Vide ibi dicta.*

QVIA HABETIS CONSOLATIONEM VESTRAM] quia diuites vestris quasi summo bono frustramini, in iisque magis quam in Deo confidentis quiescitis, gaudetis, superbitis, atque iis ad gulam, luxuriam, aliaque scelera abutimini: haec de causa Deus diuites praesentes vobis indulget, ut consolationem & felicitatem vestram habeatis in hac vita; sed in altera careatis felicitate caelesti & aeterna: Nam qui consolationem vitae praesentis habuerunt, remunerationem perpetuam perdididerunt, ait S. Ambrosius. Christus enim hic aeterna lege sanxit, ut qui in hac vita sua habent comoda: in futura sua habeant incommoda, & vice versa. Vnde S. Hieronymus epistol. 54. Iulianum nobilem & opulentum hominem, quem ad saeculi contemptum, vitamque religiosam amorem, inducere nitebatur, hoc potissimum argumento aggreditur *Difficile est praesentibus suis fruere bonis, & futuris frui bonis, & futuris.* *Difficile est praesentibus suis fruere bonis, & futuris.*

Difficile est praesentibus suis fruere bonis, & futuris.

VE VOBIS, QVI SATVRATIESTIS, QVIA ESURIETIS] in gehenna. q. d. Vae vobis qui gula & crapula indulgetis, qui delicijs vos exaturatis, qui ventrem vims lapidis saburatis, imò mergitis & obrutitis, quia fauebitis in aeternum: esto enim impij in inferno grauiore ignis subituri sint poenas, tamen gulosi hanc quoque famem & sitim in ignium ardore sensuri sunt, quasi proprium gulae suae supplicium & tormentum. Vnde diues Epulo optabat à Lazaro sibi dari guttam aque; qua refrigeraret linguam igne aestuantem, eo quod illam eibis vniisque delicatis saturasset. ita Euthymius. Causam dat S. Basiliius in Regulis suis dispart. c. 19. Quia voluptatibus scurrere, inquit, nihil aliud est, quam ventrem suum Deum effice-

S. Catharina Senensis spiritum sanctum coronam eligi.

sum, rogabant eum sollicitè, dicentes ei: Quia dignus est vt hoc illi præstes. 5: Diligit enim gentem nostram: & synagogam ipse ædificauit nobis. 6. Iesus autem ibat cum illis. Et cum iam non longè esset à domo, misit ad eum Centurio amicos, dicens: Domine noli vexari: Non enim sum dignus vt sub tectum meum intres. 7. Propter quod & meipsum non sum dignum arbitratus vt venirem ad te: sed dic verbo, & sanabitur puer meus. 8. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites: & dico huic, Vade, & vadit; & alij, Veni, & venit: & seruo meo, Fac hoc, & facit. 9. Quo audito Iesus miratus est: & conuersus sequentibus se turbis, dixit: Amen dico vobis, nec in Israèl tantam fidem inueni. 10. Et reuersi, qui missi fuerant domum, inuenerunt seruum, qui languerat, sanum. 11. Et factum est: deinceps ibat in ciuitatem, quæ vocatur Naim: & ibant cum eo discipuli eius, & turba copiosa. 12. Cum autem appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris suæ: & hæc vidua erat, & turba ciuitatis multa cum illa. 13. Quam cum vidisset Dominus, misericordiâ motus super eam, dixit illi: Noli flere. 14. Et accessit, & tetigit loculum, (Hi autem, qui portabant, steterunt.) Et ait: Adolescens, tibi dico, surge. 15. Et resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui. Et dedit illum matri suæ. 16. Accepit autem omnes timor: & magnificabant Deum, dicentes: Quia propheta magnus surrexit in nobis, & quia Deus visitauit plebem suam. 17. Et exijt hic sermo in vniuersam Iudæam de eò, & in omnem circâ regionem. 18. Et nuntiauerunt Ioanni discipuli eius de omnibus his. 19. Et conuocauit duos de discipulis suis Ioannes, & misit ad Iesum, dicens: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? 20. Cum autem venissent ad eum viri, dixerunt: Ioannes Baptista misit nos ad te dicens: Tu es, qui venturus es, an alium expectamus? 21. (in ipsa autem hora multos curauit à languoribus, & plagis, & spiritibus malis, & cæcis multis donauit visum.) 22. Et respondens dixit illis: Euntes renuntiate Ioanni quæ audistis, & vidistis: Quia cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur: 23. & beatus est quicumque non fuerit scandalizatus in me. 24. Et cum discessissent nuntij Ioannis, cœpit de Ioanne dicere ad turbas: Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatum? 25. Sed quid existis videre? hominem mollibus vestimentis indutum? Ecce qui in veste pretiosa sunt & delicijs, in domibus regum sunt. 26. Sed quid existis videre? prophetam? Vtique dico vobis, & plusquam prophetam: 27. hic est, de quo scriptum est; Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. 28. Dico enim vobis: Maior inrer natos mulierum propheta Ioanne Baptista nemo est: qui autem minor est in regno Dei, maior est illo. 29. Et omnis populus audiens, & publicani, iustificauerunt Deum, baptizati baptismo Ioannis. 30. Pharisei autem, & legis periti consilium Dei spreuerunt in semetipsos, non baptizati ab eo. 31. Ait autem Dominus: Cui ergo similes dicam homines generationis huius? & cui similes sunt? 32. Similes sunt pueris sedentibus in foro, & loquentibus ad inuicem, & dicentibus: Cantauimus vobis tibijs, & non saltastis: lamentauimus, & non plorastis. 33. Venit enim Ioannes Baptista, neque manducans panem, neque bibens vinum, & dicitis: Dæmonium habet. 34. Venit Filius hominis manducans, & bibens, & dicitis: Ecce homo deuorator, & bibens vinum, amicus publicanorum, & peccatorum. 35. Et iustificata est sapientia ab omnibus filiis suis. 36. Rogabat autem illum quidam de Phariseis, vt manducaret cum illo. Et ingressus domum Pharisei discubuit. 37. Et ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit quod accubisset in domo Pharisei, attulit alabastrum vnguenti: 38. & stans retrò secus pedes eius, lacrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & vnguento vnguebat. 39. Videns autem Phariseus, qui vocauerat eum, ait intra se dicens: Hic si esset propheta, sciret vtiq; quæ, & qualis est mulier, quæ tangit eum, quia peccatrix est. 40. Et respondens Iesus, dixit ad illum: Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait: Magister, dic. 41. Duo debitores erant cuidam feneratori: vnus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. 42. Non habentibus illis vnde redderent, donauit vtrisque. Quis ergo eum plus diligit? 43. Respondens Simon dixit: Æstimo quia is, cui plus donauit. At ille dixit ei: Rectè iudicasti. 44. Et conuersus ad mulierem, dixit Simoni: Vides hanc mulierem? Intraui in domum tuam,

tuam, aquam pedibus meis non dedisti: hæc autem lacrymis rigauit pedes meos, & capillis suis tetigit. 45. Osculum mihi non dedisti: hæc autem ex quo intrauit, non cessauit osculari pedes meos. 46. Oleo caput meum non vuxisti: hæc autem vnguento vnxit pedes meos. 47. Propter quod dico tibi: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum: Cui autem minus dimittitur, minus diligit. 48. Dixit autem ad illam: Remittuntur tibi peccata. 49. Et cœperunt qui simul accumbabant, dicere intra se: Quis est hic, qui etiam peccata dimittit? 50. Dixit autem ad mulierem: Fides tua te saluam fecit: vade in pace.

VERS. I.

CVM AVTEM IMPLESSET, supple loqui; Syrus, cum absoluisset; alij, cum compleisset, OMNIA VERBA SYA.

VERS. 2.

ERAT MORITVRVS] erat moribundus, agebat auiam, agonizabat; Syrus, proximus erat ad moriendum.

VERS. 3.

MISIT AD EVM SENIORES IVDÆORVM, ROGANS EVM, VT VENIRET, ET SALVARET SERVVM EIYS] Iudæorum petitionem Lucas tribuit Centurioni, quia illum ipsi eius nomine instituebant, alioqui Centurio non petebat vt Christus ad se veniret, sed tantum vt ei dicerent: Domine puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur, vt habet Matthæus. Ita Franc. Lucas. Sciebant enim Iudæi Centurionem hoc desiderare, sed ex humilitate non audere petere: petunt ergo nomine eius quod ipsum sciebant in corde desiderare, sed non audere postulare. Adde, vt veniret, id est, applicaret se semotis alijs occupationibus, ad puerum sanandum: hoc enim est hebr. נָפְתָה, id est, venit. Sic Deus venit ad Abimelech, Genes. 20. ad Balaam, Num. 22. ad Hebræos, Deuter. 33. cum eis apparuit & legem dedit. Sic de Ioanne Baptista dicitur: Venit Ioannes non manducans, neque bibens: venit, id est ostendit te, exhibuit, apparuit, exiit: non ergo facienda est vis in verbo veniret, sed in sanaret, hæc enim erat summa petitionis, vt sanaret siue veniendo, siue manendo.

Deum venere, quid?

VERS. 6.

NOLI VEXARI] ne te vexes, id est affligas & fatiges, vt molestiam tanti itineris ad seruum meum visendum & curandum suscipias, sed hinc manens & quiescens, solo verbo & iussu tuo seruum meum abntem cura, Syrus, ne labores, ne fatigeris.

VERS. 11.

ET FACTVM EST: DEINCEPS] (græcè, ἐν τῇ ἡμέρᾳ, id est in sequenti, scilicet ἡμέρᾳ, id est die, hoc est posttridie: ita Syrus) IBAT IESVS IN CIVITATEM QUÆ VOCATUR NAIM] Ciuitas erat Galilææ, duobus milliaribus distans à monte Thabor, ait S. Hieronymus in Loeis Hebr.

Naim ubi sita, & unde sic dicitur?

quam torrens Cison alluit, dicta à pulchritudine. Naim enim hebr. idem est quod pulchra, decora, iucunda, delectabilis. Vnde Noëmi socrus Ruth, mortuis filijs lugens ait: Ne me voceris Noëmi, id est pulchram, sed vocate me Mara, quia amaritudine valde replevit me Omnipotens, Ruth. 1. 20. Idem dicere poterat vidua hæc in Naim, amissum deflens filium vnicum. Et psalm. 132. Ecce quàm bonum & quàm iucundum (hebr. naim) habitare fratres in vnum. Ex aduerso quàm triste & funestum morte separari filium à matre, fratrem à fratre!

Nominat Naim, tum ad plenitudinem historiae & miraculi, vt quo loco contigerit, sciatur: tum quia Christus circumibat omnes ciuitates & castella predicans euangelium regni, & curans omnem languorem, & omnem infirmitatem, vt ait Matth. c. 9. Cornel. in Lucam.

A

35. tum ad ostendendam acerbiteram funeris & luctus materni. Acerbior enim accidebat mors filio, æquè ac matri in Naim ciuitate amœna & speciosa, quàm in pago vel villa rusticana: sicut acerbius est mori inueni in florenti ætate, quàm seni in effœta senectâ, valenti, quàm agro; diuiti, quàm pauperi; felici, quàm misero, in Maio vernante, quàm in Decembri horrido; iuxta illud Eccli. 4. 1. O mors quàm amara est memoria tua homini habenti pacem in substantijs suis, viro quieto, & cuius vis directæ sunt in omnibus, & adhuc valenti accipere cibum! O mors bonum est iudicium tuum homini indigenti, & qui minoratur viribus, defœcto ætate, & cui de omnibus cura est!

VERS. 12.

CIVITATIS, ECCE DEFUNCTVS EFFEREBATUR, FILIVS VNICVS MATRIS SVÆ: ET HÆC VIDVA ERAT, ET TVRBA CIVITATIS MVLTÀ CVM ILLA] Ecce q. d. Ecce tibi casu & fortuitò, si causas secundas & humanas spectes, occurrit Christo funus: sed Christo hæc occurus erat præuisus, prouidus & destinatus, vt mortuum suscitaret. Voluit Christus vt hominibus hic occurus videretur fortuitus, ne, si ipse eum capisset, miraculum eius & beneficium videretur à Christo captarum & obrusum, ideoque minus gratum, minusque æstimatum. Nam vt vulgò dicitur, mors vltronea putet.

VERS. 13.

DEFUNCTVS EFFEREBATUR] extra urbem. Sepulchra Iudæorum extra urbem. Hinc collige Iudæos sepulchra sua habuisse non in vrbe, sed extra urbem, idque tum ob nitorem, tum ob sanitatem, ne cadavera suo fœtore & putredine aërem inficerent. Sic etiam Ioseph ab Arimathia sepulchrum habebat extra Ierusalem in monte Caluarie in quo Christum sepelijt. Vnde Adrichom. in Descript. Ierusalem n. 204. collocat in valle Iosaphat (in qua fiet vniuersale iudicium, & communis resurrectio) sepulchra omnium ciuium Hierosolymæ, ac commune cœmeterium. Excipe reges: his enim Dauid sepulchrū extruxit in Sion, 3. Reg. 2. 11.

VERS. 14.

Sic & Romani Gentiles suos sepeliebant extra urbem in Campo Martio, teste Lælio. imò lege XII. tabularum intra urbem mortuos sepeliri vetitum erat. Quam legem antiquam reuocauit Theodoricus rex Italiæ: extat illa apud Cassiodorum c. 3. Christiani quoque vigente persecutione, extra Romam in cryptis à se effossis defunctos suos humabant, vti etiamnum est videre in cœmeterio S. Priscillæ, S. Sebastiani, S. Laurentij, &c. postea verò datâ pace Ecclesiæ cœmeteria in vrbe, iuxta templa fuere constituta & consecrata: idque Primò, vt mortis memoriam quasi sanctæ vitæ stimulum, fidelibus iugiter obijcerent. Sic Spartani suos in vrbe sepeliebant ex instituto Lycurgi, qui hæc ratione iuuentutem ad mortem honorandam, non autem timendam volebat affuefacere, teste Plutarcho in Laconicis.

et crines resoluunt, et sanctos pedes uerbis dicens la-

ET OSCVLABATUR PEDES EIVS] lotos terlo-

MYSTICÆ, Pedes duo Christi, ait B. Petrus Damiani

ET VNGVENTO VNGEBAT] Veteres olim in

Penitentia
olim in con-
uiujs.

MYSTICÆ, B. Damianus ferm. de S. Magdalena,

Heretica
uirtutes
Magdale-
na. Fides.

Nota hic in Magdalena eximium & heroi-

Mus S. Augustino homil. 23. inter 50. Christum

Secundo, admirandam religionem & deuotio-

Tertio, insignem sapientiam, quã non uoce,

Quarto, magnitudinem penitentia, quã quasi

Namque famem, frigus, durum quoque saxa cubile,

Deniq; Christus reuclauit S. Brigida l. i. Reuel.

Tropologicè, S. Ambrosius l. de Tobia c. 12.

VIDENS AUTEM PHARISÆVS QVI VOC-

Deuotia.

Sapientia.

Penitentia.

Tres sancti

pro cororia

Christo pla-

ueres, B.

Virgo, Ioa-

nes Bap-
tiste, & Ma-

gdalena.

VERS. 39.

Ma ad mu-

murat

Pharisæus.

horum, de quibus Isaias cap. 52. dixit: Recede longe

Hinc Tropologicè colligit S. Greg. hom. 33.

VERS. 40.

Quia hic
Simon Phari-

ET RESPONDENS IESVS (qui acie mentis &

HABEO TIBI ALIQUID DICERE] Ecce quàm

VERS. 41.

DVO DEBITORES ERANT CUIDAM FOENE-

erant obnoxij, cui non materiale pecuniam debemus,

ET ALIUS QVINQVAGINTA] Denarius est Iulius,

Verùm ut rectè notat S. Augustinus loco ci-

NON HABENTIBVS ILLIS, VNDE REDDE-

VERS. 42.

RENT, DONAVIT (debitum condonauit)

tionem à creditore accepisse, quòd magis eum dilexerit, ac plura ei officia & signa benevolentiae exhibuerit: ob quae plura vicissim illi remisit & condonauit creditor. Sic enim debitores qui multa debent creditoribus, maiora eis officia & obsequia deferre solent, vt tantorum debitorum remissionem, vel diminutionem, vel temporis ad soluendum praestituti protogatione ab eo emereantur, & quasi emendicent. Simili ergo modo tu, o Simon, prudenter iudicare debes, Magdalena magis dilexisse me Propheetam & Messiam Dei Filium, quam tu dilexeris: maiora enim, vt vidisti, dilectionis, omnisque officij & obsequij signa mihi exhibuit, quam tu exhibueris: quare ipsam me prouocauit, vt plura & maiora ipsi quam tibi peccata condonem. Maior enim dilectio debitoris est causa maioris condonationis creditoris: illam enim prouocat & elicit. Vnde congruè ad parabolam propositam infero & dico: *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Quare Magdalena iam amplius non est peccatrix, nec indigna contactu pedum meorum, vt tu aestimas, o Simon, sed sanctior te est, digniorque meo tactu. Hunc sensum exigit acuthia & apodosis, siue reddicio & applicatio atque parabolae, scilicet vt significetur dilectionem maiorem esse causam maioris remissionis maiorum debitorum, id est, delictorum. Ita S. Augustinus hom. 23. inter 50. Ergo rō diligit significat praesens & praeteritum, q. d. Plus me dilexit & diligit, ideoque plus ei remisit: Vnde Arabicus verit, *quis ergo horum duorum debitorū plus amator est illius?* Ita MalJonathanus, qui dixerit ait, praesens hic ex vulgari phrasi poni pro praeterito; scilicet diligit pro dilexit, imò Christum sic interpretatur v. 47. dicens: *Quoniam dilexit multum.* Secundò, tamen, si rō diligit, vel vt græcè est, ἀγαπήσθαι, id est, diligit, malis simpliciter accipere pro futuro, q. d. Quis eorum deinceps creditorum plus diligit? dico esse argumentum inuersum adductum ab effectu ad causam naturaliter connexam, q. d. Sicut ille debitor multum dilexit creditorem, eò quòd hic multa ei debita iam antè remisit; remissio enim plurium maiorem in debitore exigit gratitudinē & dilectionem erga creditorem: debitor enim cui multa dimisit creditor, ex gratitudine cogitur magis redamare creditorem, quam ille, cui iste pauca dimisit: sic è conuerso, ego, o Simon, Magdalena multa delicta quasi debita dimitto, quia ipsa multum me dilexit, q. d. Remissio debiti, & vicissim dilectio debitoris erga creditorem debitum remittentem, inter se connexa sunt; & sicut remissio creditoris parit dilectionem debitoris, ita vicissim dilectio debitoris parit remissionem creditoris. Prouocat enim amor creditoris in remittendo, amore debitoris prouocat amorem & remissionem creditoris: atque vtrumque cernere est in Magdalena diligente, & Christo delicta ei remittente. Ita Lyranus, Franc. Lucas & alij. Alioqui enim ex parabolâ hâc debitorum planè è conuerso inferendum fuisset, hoc modo: Sicut creditor plura dimittens debitori efficit, vt ille deinceps ipsum plus diligit; sic ego Christus maiora dimittens Magdalenae, efficio, vt ipsa deinceps magis me dilectura sit. Verùm voluit Christus conuertere parabolam modo iam dicto, vt ostenderet Magda-

Apertio
parabola
Christi.

lenae non tantum remissa esse peccata, sed & modum ac viam quo remissa sunt, nimirum per dilectionem, vt illam imitemur, ac per feruentem dilectionem emereamur à Deo peccatorum indulgentiam.

Simili modo Christus conuertit parabolam Samaritani c. 10. v. 36. Rogatus enim quis esset proximus, ostendit Samaritanum qui vulnerati miserus est, dicens: *Quis horum trium tibi videtur proximus?* Cùm directè ad parabolam dicere debuisset. Vulneratus ille est proximus, cui praestanda est misericordia, sed maluit nominare Samaritanum, vt in eo miserentem ostenderet, quam misericordiam proximis exhibere debeamus. Ex vno enim intelligitur alterum, scilicet ex proximo miserente intelligitur proximus miser: proximus enim est relatiuum; proximus enim proximi est proximus. Sensus ergo est, q. d. Samaritanus se verè gessit vt proximum vulnerati: Samaritanum ergo imitare, vt proximi tui miseri misereris, sic verè te illius proximum ostendes. Vnde concludens parabolam subiicit Christus: *Vade & tu fac similiter.* Simili modo hic concludit: *Remittuntur ei peccata multa quoniam dilexit multum: cui autem minus dimittitur, minus diligit.*

Aliter hæc explicat S. Ambrosius lib. de Tobia cap. 22. Christum scilicet prius remisisse peccata Magdalenae, ipsam deinde Christo gratam amplius eum dilexisse, ideoque Christum prauidentem hanc eius gratitudinem & dilectionem, primitus peccata eius remisisse. Aliter quoque S. Gregorius lib. 6. epist. 22. & ex eo Toletus, q. d. Debitor cui plus debiti à creditore dimittitur, debet & tolet gratus esse creditori, eumque magis diligere. Cùm ergo tu, o Simon, videris in Magdalena maiora dilectionis mei signa in lauando, tergendo, osculando & vngendo meos pedes, inde debes colligere me multa ei peccata remisisse. Ex effectu enim colligitur causa; scilicet ex dilectione remissio debitorum. Vide ergo quam temerè iudicaueris hanc mulierem esse peccatricem, & tactu meo indignam; cùm ex mirâ eius gratitudine & dilectione debuisses inferre multa, id est, omnia, ei à me peccata esse remissa. Verùm hic sensus torquet illud vers. 47. *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Vox enim *quoniam* significat dilectionem fuisse causam remissionis peccatorum, non effectum: de quo plura v. 47.

RESPONDENS SIMON DIXIT: *ÆSTIMO QVIA* (quod) *IS CVI PLUS DONAVIT, id est, plus debiti condonauit, scilicet diligit suum creditorem eò modo, quo iam explicatum est. Hoc responsum extorquet Christus ex ore Simonis, vt illo ipsum irretiat & capiat. Vnde sequitur: AT ILLE DIXIT EI: RECTE IVDICASTI.]* Laudat Christus responsum Simonis, vt eò facilius ipse admitat sequentem inde Christi reprehensionem & correctionem.

ET CONVERSVS AD MYLIEREM, DIXIT SIMONI, VIDES HANC MYLIEREM? *Conuersus.* Magdalena enim erat à tergo Christi, nec audebat ex criminum confusione coram facie eius comparere. Vnde Christus ad eam ita poenitentem faciem suam conuertit, eamque benignis gratiae oculis respexit, ac Simoni hospiti suo praetulit.

VIDES HANC MYLIEREM? *] iam non peccat:*

VERS. 43.

VERS. 44.

caricem, vt tu, o Simon, aestimas, sed poenitentem, iustificatam & sanctam.

INTRAVI IN DOMVM TVAM, AQVAM PEDIBVS MEIS NON DEDISTI: HÆC AVTEM LACHRYMIS RIGAVIT PEDES MEOS, ET CAPILLIS SVS TERSEIT.] Solebant hospitibus & conuiuiis ante mensam lauari pedes, quia olim nudis pedibus incedebant: lauabant eos ergo, vt sordes simul & fatigationem abstergerent, ne ipsi lectulos mentales in quibus discubaturi erant, sordidarent. Sic Abraham lauit pedes angelis, quos peregrinos existimabat, Genes. 18. 4. & Loth Genes. 19. 2. & alij iudic. 19. Vnde & Paulus viduam Diakonissam eligendam censet, quæ pedes sanctorum lauit, 1. Timoth. 5. 10. Christus autem hic & foris veniebat, & erat conuiuia, quare Simon ei pedes lauari curare debebat. Taxat ergo Christus eius incuriam paruumque amorem, vt dilectionem Magdalena illi praferat, vt pote quæ non aqua, sed lacrymis pedes Christi abluit: nec linteis, sed capillis suis terfit, coque sordidare non est veritas. Nam vt ait Titus: *Aqua facili negotio parari potest, sed tara lacrymarum profusio, paratè minime facili est.*

OSCVLVM MIHI NON DEDISTI: HÆC AVTEM EX QVO INTRAVIT, NON CESSAVIT OSCVLARI PEDES MEOS.] idque cum omni timore & reuerentia, ait Titus. Solebant hospites & conuiuas osculo excipere, in signum amoris & benevolentiae, vt eos sibi gratos esse significarent. Vnde id etiamnum faciunt Belgæ aliaque gentes. At Simon parum erga Christum cuius osculo omisit. Sensus est, q. d. Tuum erat, o Simon, me hospitem osculo faciei de more excipere; tuam ergo rusticitatem supplēvit & superauit ciuilibus amantique Magdalena, quæ non faciem, sed pedes meos osculata est, idque non semel, nec vno osculo, sed crebris & continuatis ab initio ingressus eius in domum hucusque.

OLEO CAPVT MEVM NON VNXISTI: HÆC AVTEM VNGVENTO VNXIT PEDES MEOS.] Solebant liquoribus odoratis perfundere manus & capita conuiuatum, ac quò illi erant hero chariores & maiori in pretio eò pretiosiores illis adhibebat liquores. Sensus ergo est, q. d. Tu, o Simon, ne vili quidem, communico oleo faciem meam unxisti: ac Magdalena vnguento pretioso vixit pedes meos. Vide ergo quam te in officio & charitate superet. Non enim vnguentum Dominus, ait Ambrosius, sed charitatem dilexit, solum suscepit, humilitatem probauit. Vnde concludit Christus:

PROPTER QVOD DICO TIBI: REMITTUNTUR EI PECCATA MVLTVA, QVONIAM DILEXIT MVLTVM.] Græcè est ἀφείωνται, id est, remissa sunt, in praeterito, sic & Syrus & Arabicus. Quaritur: quando Magdalena fuerint remissa peccata? Franc. Lucas censet remissa esse v. seq. cùm paulò post Christus ei dixit: *Remittuntur tibi peccata.* Quod ergo hic dicit *remittuntur*, sic explicat, q. d. iam iam remittenda sunt. Secundò, alij censent hoc versu praesenti remissa fuisse illi peccata, illud enim significat rō remittuntur: quia decebat vt nemo nisi Christus eam absolueret, ac sententiam abolitionis viua voce corâ Simone in eam proferret. Terriò, verisimilius videtur paulò antè remissa illi fuisse peccata eam scilicet perfectum de peccatis dolorem concepit, ex cuius vi deinde hæc signa lotionis, terfionis, osculationis & vn-

Lauabam
antiqui pe-
des ante
epulum:
Cicero

VERS. 45.

VERS. 46.

VERS. 47.

Quandò
Magdalena
remissa fuit
ve peccata.

Aktionis pedum Christi edidit: hoc enim significat Græcum ἀφείωνται, id est, remissa sunt in praeterito. Ratio est, quia Magdalena quæ à Deo facta est exemplar poenitentiae, eo per validam gratiam illuminante ipsam & impellente, perfectum concepit dolorem ex amore Dei super omnia manantem. Deus enim mentem eius illuminabat, vt clarè videret peccatorum suorum grauitatem, quamque per illam Dei maiestatem & bonitatem offendisset, ac voluntatem impellebat, vt Deum super omnia diligeret, ideoque peccata omnia summè detestaretur, vt Deum placaret, sibi que reconciliaret. Hic Dei amor & de peccatis dolor eam excitauit ad edenda publica hæc poenitentiae signa, sine villo rubore & verecundia in publico Simonis conuiuio. Itaque antequam Christus ei diceret, *Remittuntur ei peccata;* iam vi contritionis perfectæ & charitate formatae remissa erant ei peccata. Non tamen Interpres vertit, *remittuntur*, in praesenti, eodem sensu, quo sacerdos in Sacramento poenitentiae, peccatorem poenitentem etiam perfectè contritum, ideoque iam iustificatum, à peccatis absoluit, dicitque: *Ego te absoluo.* Quia scilicet, quantum est ex parte sua, eum absoluit, esto vi contritionis iam sit absolutus: absolutio enim hæc tam efficax est, vt, si quod inueniret inconstitente peccatum, illud planè tolleret & absolueret. Adde, idem peccatum posse saepius condonari, maxime si poenitens ex humilitate & dolore illud saepius confiteatur, ac clauibus Ecclesiae subiiciat, & remissionem flagitet. Vnde Christus hic terriò Magdalenae peccata remittit. Quare non tantum omnem culpam, sed & omnem poenam culpæ debitam ei remisit, illique plenam omnium indulgentiam, ac quasi primum iubileum indulsit. Hoc est quod ait angelus cuidam Episcopo in Vitis Patri 16. n. 16. *Poenitentia & confessio poenitentes in diuinis numerum referunt.* Et Barlaam ad Iosaphat apud Damascenum in hist. c. 1. 1. *Lacryma poenitentis nomen baptismi obtinet.* Et Palladius in Lausica c. 140. narrat virginem quamdam lapsam magis placuisse Deo in poenitentia, quam in virginitate. Vide S. Hieron. de poenitentia Fabiolæ, & Climacum gradu 5. de poenitentia.

QVONIAM DILEXIT MVLTVM.] Toletus & nonnulli alij censent rō quoniam, significare causam non remissionis peccatorum, sed probationis, quòd illa iam remissa sint, q. d. Inde, o Simon, aduertas & cognoscas Magdalenae iam remissa esse peccata, quia ipsa hæc summæ dilectionis & gratitudinis signa mihi ostendit, vt scilicet ipsa se mihi gratâ exhiberet, quòd iam antè peccata ei condonauim. Verùm hæc explicatio torquet rō quoniam: tum quia Magdalena licet poenitens & contrita, nesciebat tamen sibi remissa esse peccata, donec à Christo audiuit, *Remittuntur ei peccata;* quare hæc signa dilectionis non potuit edere ex gratitudine, vt scilicet se gratam Christo, qui illa remisit, exhiberet, quia, vt dixi, adhuc nesciebat Christum illa remisisse: tum quia Christus non dicit: Cognosce, o Simon, remissa esse Magdalenae peccata ex hoc, quòd ipsa me diligit, id est, tanta dilectionis signa ostendat, sed vice versâ ait: *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum,* id est, remittuntur ei peccata hæc de causâ, quòd ipsa me summè diligit, id est, quòd de peccatis, quibus me offendit, doleat. Hoc enim planè verba significant.

Quis sensus
forma ab-
solutionis
cum absol-
uitur poeni-
tens iam
iustificatus
per contri-
tionem.

Dico

Dico ergo ad quoniam significare causam remissionis peccatorum. q.d. Hac de causa Magdalena multa, id est omnia, peccata remissa sunt, quia ipsa summè Deum dilexit, & ex summâ hâc Dei dilectione summè de peccatis suis doluit, illaque plene detestata est. *Charitas enim est mors criminum, vita virtutum*, ait S. Aug. tract. de Laudibus charitatis. Vnde rectè Theologi ferè omnes cum S. August. homil. 23. inter 50. ex hoc loco docent. actum contritionis perfectæ, qui ineludit dilectionem Dei super omnia, naturâ quidem præcedere remissionem peccatorum & iustificationem: sed eodem instanti temporis tamquam vltimam ad illam dispositionem, eandem adducere; sicut calor vt octo, in ligno quasi vltima dispositio, inducit in lignum formam ignis. Ita Conc. Trident. sess. 14. c. 4. distinguens attritionem, quæ ex metu gehennæ & poenarum concipitur, a contritione, quæ charitate perficitur, docet hanc cum Sacramento in voto peccatorem Deo reconciliare, illam verò neutiquam, iuxta illud: *Cor contritum & humiliatum Deus non despicies*, psal. 50. Hinc S. Gregor. hom. 33. ita exponit: *Remittit vnicui peccata multa, quoniam dilexit multum, q.d. Incendit plene peccati rubiginem quia ardet valide per amoris ignem. Tanti namque amplius peccati rubigo consumitur, quanto peccatoris cor magno charitatis igne conteratur.* Vide Suarez 3. p. quaest. 85. art. 1. disp. 4. lect. 7. Verè S. Bernardus epist. 107. *Liberator*, ait, *Dei amor nostrum, quem præuenit, subsequitur. Nam quomodo redamare pigeat, quos amavit nequum amantes?*

Contritio perfecta quomodo iustificationem adiuuat?

CVI AVTEM MINVS DIMITTITVR, MINVS DILIGIT.] Hæc pars ad Simonem spectat, cui, utpote non poenitenti de peccatis, nec diligenti Deum nihil remissum est. Vnde Arabicus vertit, *cui autem dimittitur parum, diligit parum*, q.d. Sicut Magdalena multum diligenti me Deum, multa, id est, omnia peccata à me dimissa sunt, ita tibi, ô Simon, parum; vel nihil ex verâ charitate me Deum diligenti, parum vel nihil à me remissum est. Modestiae & ciuilitatis causâ dicit *parum* vel *minus*, cum absolute dicere potuisset *nihil*. Porro minus diligenti minus remittitur, intellige secundum rationem & ordinem remissionis à Deo statutum, qui habet vt vnum peccatum mortale etiam minimum sine alijs remitti nequeat, sed quandocumque vnum remittitur, cetera omnia remittantur quoad culpam, sed secundum gradus dilectionis plus poenæ minuitur, magis vel minus diligenti remittatur. Secundò, qui nullo modo, vel amore tantum naturali diligit Deum, minus diligit Deum, quam qui eundem amat ex charitate vera & supernaturali: ac proinde huic multa, id est omnia illi minus, quia nihil dimittitur, puta Magdalena omnia, Simoni nihil: quia Simon non cogitabat de peccatis suis, nec de ijs conterebatur, nec prandium hoc ordinabat ad remissionem à Christo impetrandam: Magdalena verò & vehementissimè conterebatur, omnesque hos suos poenitentiae actus ad impetrandam veniam destinabat. Voluit enim Christus hoc paradigma, & hanc parabolam duorum debitorum & creditoris aliquo modo accommodare remissioni peccatorum Magdalena & Simonis. Illa autem huic non per omnia similis est, sed in eo tantum quod dixi. Et maxime spectat

hic Christus, cur Magdalena multa, id est omnia, dimiserit quoad culpam & poenam, non autem alterum, cur scilicet Simoni minus dimiserit. Quare hoc vt emblema & complementum parabolæ addidit, non autem rei per parabolam significatæ ex æquo adaptari voluit. Adde, dilectio Simonis erat prandium, quod exhibebat Christo, ob quod merebatur si erat in Dei gratia, vt aliqua peccata venialia sibi remitterentur: sed minor fuit hæc Dei dilectio, maior verò fuit Magdalena, lacrymis lauantis, osculantis, & vngentis pedes Christi, ideoque ipsa omnium peccatorum mortalium veniam à Christo impetrauit. Addit S. Aug. ibi dictum per concessionem ex mente Pharisæi, qui se iustum aestimabat, ideoque parum vel nihil Deo debere. *Dicitur est hoc*, inquit, *propter Pharisæum illum, qui vel nulla vel pauca se putabat habere peccata: non enim Dominum inuitaret, nisi aliquantulum diligeret.* Et postea: *O Pharisæe ideo parum diligit, quia parum tibi dimitti suspicaris: non quia parum dimittitur, sed quia parum putat esse quod dimittatur.*

Addit Toletus minus dimissum fuisse Simoni, non quòd aliquod peccatum ei remissum sit, sed quòd ab aliquo peccato comitendo fuerit præseruatus per Christi gratiam: nam qui Christum inuitauerat, non prosequeretur Christum odio vt ceteri Pharisæi. Vnde verisimile est Simonem hunc tandem plene ad Christum fuisse conuersum. Fusè & exactè hæc Christi verba expendit Suarez p. 3. de Gratia libr. 8. c. 10.

DIXIT AVTEM AD ILLAM: REMITTUNTUR VERS. 48. TIBI PECCATA.] Franc. Lucas putat hinc primùm Magdalena à Christo peccata fuisse condonata. Verùm iam antè per contritionem illa ipsi fuisse remissa ostendi v. præced. Quod ergo ibi Christus Simoni dixit Magdalena esse remissa peccata, hoc iam conuersus ad Magdalenam ipsi dicit, tum vt eam lacrymantem consoletur, & de remissione certiores reddat; tum vt remissionem iam datam coram Simone & Pharisæis confirmet ac tueatur, ostendatque se habere potestatem auctoritatiuè remittendi peccata, ideoque esse Messiam ac Deum; hic enim solus primarius est auctor remissionis. ita Euthymius.

ET COOPERVNT QVI SIMVL ACCVMBEBANT, VERS. 49. DICERE INTRA SE (in corde & mente cogitare, non enim audebant coram Iesu hanc cogitationem suam prodere, ne ab eo æquè ac Simon redarguerentur) QVIS EST HIC, QVI ETIAM PECCATA DIMITTIT?] q.d. Estne hic Messias? estne Deus? hic enim solus per se peccata remittit. Hinc Christus eos in suâ admiratione & dubitatione relinquit, vt pergant scrutari eius doctrinam, vitam & miracula, indeque cognoscant ipsum esse Messiam Dei filium.

DIXIT AVTEM AD MULIEREM: FIDES TUA VERS. 50. TE SALVAM FECIT: VADE IN PACE.] Fides non sola, vt volunt Nouantes, sed bonis poenitentiae operibus (qualia hic circa Christum exercuit Magdalena) ac charitate formata. Nam paulò antè Christus dilectioni eius remissionem attribuit dicens: *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Fides ergo hic intelligitur non nuda, sed per charitatem & contritionis actus, qui hic præcesserunt, operans.

SALVAM, à peccatis liberam, sanctam ac saluandam,

saluandam, **RECIT.]** q. d. Fides tua charitate formata constituit te in via salutis, vt, si in ea vsque ad mortem perseueres, certò ad salutem & gloriam æternam sis peruentura. Gratia enim est via ad gloriam.

VADE IN PACE] q. d. Vade secura, tranquilla, læta, & felix, quæ hæcenus ob conscientiam scelerum fuisi dolens, moesta, anxia, sollicita, infelix; peccata enim præterita tibi amplius non nocebunt, ait Euthymius, nec conscientiam tuâ amplius remoredebunt aut lancinabunt. Hic est fructus poenitentiae, remissionis peccatorum, conscientiae à peccatis purgatæ, iustæ, & sanctæ, scilicet pax, serenitas, hilaritas & gaudium Spiritus sancti, quod omnia mundi gaudia longe superat & transcendit, iuxta illud: *Iustificati ex fide pacem habeamus ad Deum.* Rom. 5. 1. Et illud: *Pax Dei quæ exsuperat omnem sensum, inchoat corda vestra, & intelligemus vestras in Christo Iesu.* Philip. 4. 7. Et illud: *Secura mens quasi in ge conuulsum.* Prou. 15. 15. Vide illis locis dicta. Pictare S. Bernard. ser. de S. Magdala: *Est gaudium, ait, continua sibi inculditate firmisimum, quod perfectus animus de secura sibi conscientia pollatur. Mens enim ab huius mundi aspergine pure pressè, deversa, & in diuina contemplationis acumen totum desiderij sui figens affectum, gaudens gaudet in Domino, & exultat anima sua in Deo saluari suo. Talis anima minus aspernatur, nec timorem, spem falsam eludit, & omnium scandalorum immunis, in pace in idipsum, dormiens requiescit.*

Prædictus poenitentia, pax, serenitas, gaudium, &c.

Gratia à Christo Magdalena hic concessa. Primo.

Secundo.

Tertio.

Quarto.

Porro Christus Magdalena hic perfectam vt salutem, sic pacem dedit: Dei enim perfecta sunt opera Deuter. 32. Hinc quos Christus sanauit, perfectè sanauit. Ipse ergo à Magdalena mente aboleuit omnes habitus vitiorum, memoriam præteritarum turpium voluptatum, propensiones ad superbiam, luxuriam & gulam, tentationes carnis, plenamque menti pacem reddidit. Secundò, indidit ei perfectam castitatem, humilitatem, poenitentiam; Tertio, plenum contemptum omnium rerum mundanarum, & desiderium caelestium; Quarto, ardentissimum Christi amo-

rem, vt se & sua omnia Christi obsequio dedicaret. Quocirca ipsa illico Christum assidue obeuntem castella & prædicantem magno labore & alacritate pedibus incedens vbique secuta est, eumque cum Apostolis suis opibus aluit: prædicationi eius tota intenta, curâ familiæ sorori suæ Martha resignauit. Vnde à Christo audiit: *Optimam partem elegit sibi Maria, quæ non auferetur ab ea in æternum*, Lucæ 11. Hinc & cruce Christi constanter assistit, viditque Christum sanguine suo laniantem crimina tua, quæ ipsa iam lacrymis suis laue- rat. Quocirca magis in eius amorem exarsit, ideoque in desertum secedens totam se eius vitæ, passioni, resurrectioni contemplandæ dedit, ac tota in Christum aborpta vitam magis celestem egit, quam terrestrem. Sic plena fuit conuersio S. Pauli, vt illico virtutes omnes, non tantum Christianas, sed & Apostolicas, idque in gradu heroi- co, illi Christus infunderet, vt dixi Actor. 9. Similem mutationem animi te expertum in baptismo scribit S. Cyprianus lib. 2. epist. 2. ad Donat. & S. Augustinus in conuersione sua libr. 9. Confess. c. 1. & lib. 8. c. 11.

Quapropter tropologicè Origenes hom. insigni de Maria Magdalena: *Sequamur, ait, huius mulieris affectum, vt perueniamus ad effectum: plorare vniuersique ad Iesum, & querat fideliter Iesum quia non celauit se querenti peccatrici. Disce peccator homo, à peccatrice muliere, cui tamen dimissa sunt peccata sua. Disce plorare Dei abientiam, & considerare eius præsentiam. Disce à Maria Iesum amare, & in Iesum sperare, & querendo Iesum inuestigare, nulla aduersa formidare, nullam extra Iesum consolationem accipere, omnia propter Iesum contemnere.* Vide hic quam potens sit gratia, æquè ac amor Christi. Quam potens sit amor, docet emblema, in quo Cupido pingitur insidere leoni, eumque domare & regere.

Emblema amicitia.

Vidi ego qui durum posset frangere leonem: Vidi qui solus corda domaret Amor. Omnia vincit amor. Vide dicta Cant. 8. ad illa: *Fortis est vt mors dilectio, dura sicut infernus emulatio.*

CAPVT OCTAVVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Primo, Christus prædicans per castella proponit parabolam seminis & seminantis. Secundo, v. 20. cuidam nunciante matrem eius adesse, respondet suos fratres & matrem esse eos, qui verba Dei audiunt & faciunt. Tertio, v. 23. sedat maris tempestatem. Quarto, v. 26. demonem cui nomen erat Legio, ab homine eiicit sinitque abire in porcos. Quinto, v. 41. mulierum fluxu sanguinis liberat, & filiam Jari à morte suscitât.
Primam partem expliciit Matth. 13. 3. Secundam Matth. 22. 46. Tertiam Matth. 8. 23. Quartam Matth. 9. 18. & Marci 5. 25. Superest ergo & hic quarta explicanda.

1. ET factum est deinceps, & ipse iter faciebat per ciuitates & castella, prædicans & euangelizans regnum Dei: & duodecim cum illo, 2. & mulieres aliquæ, quæ erant curatæ à spiritibus malignis, & infirmitatibus: Maria quæ vocatur Magdalene, de qua septem demonia exierant, 3. & Ioanna vxor Chusæ Procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ quæ ministrabant ei de facultatibus suis. 4. Cum autem turba plurima conuenirent, & de ciuitatibus properarent ad eum, dixit per similitudinem: 5. Exijt qui seminat, seminare semen suum? & dum seminat, aliud cecidit secus viam, & conculca-

Cornel. in Lucam. K tum

tum est, & volucres cæli comederunt illud: 6. Et aliud cecidit super petram, & natum aruit, quia non habebat humorem. 7. Et aliud cecidit inter spinas, & simul exortæ spinæ suffocauerunt illud, 8. Et aliud cecidit in terram bonam, & orrum fecit fructum centuplum: Hæc dicens clamabat: Qui habet aures audiendi, audiat. 9. Interrogabant autem eum discipuli eius, quæ esset hæc parabola. 10. Quibus ipse dixit: Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, ceteris autem in parabolis, ut videntes non videant, & audientes non intelligant. 11. Est autem hæc parabola: Semen est verbum Dei. 12. Qui autem secus viam, hi sunt qui audiunt: deinde venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum, ne credentes salui fiant. 13. Nam qui supra petram: qui cum audierint, cum gaudio suscipiunt verbum: & hi radices non habent: qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. 14. Quod autem in spinas cecidit: hi sunt, qui audierunt, & à solitudinibus, & diuitiis, & voluptatibus vitæ euntes suffocantur, & non referunt fructum. 15. Quod autem in bonam terram: hi sunt, qui in corde bono, & optimo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia. 16. Nemo autem lucernam accendens, operit eam vase, aut subtus lectum ponit: sed supra candelabrum ponit, ut intrantes videant lumen. 17. Non est enim occultum, quod non manifestetur, nec absconditum, quod non cognoscatur, & in palam veniat. 18. Videte ergo quomodo audiat? Qui enim habet, dabitur illi: & quicumque non habet, etiam quod putat se habere, auferetur ab illo. 19. Venerunt autem ad illum mater, & fratres eius, & non poterant adire eum præ turba. 20. Et nuntiatum est illi: Mater tua, & fratres tui stant foris volentes te videre. 21. Qui respondens dixit ad eos: mater mea, & fratres mei hi sunt, qui verbum Dei audiunt, & faciunt. 22. Factum est autem in vna dierum, & ipse ascendit in nauiculam, & discipuli eius, & ait ad illos: Transfretum sum trans stagnum. Et ascenderunt. 23. Et nauigantibus illis, obdormiuit, & descendit procella venti in stagnum, & complebantur, & periclitabantur. 24. Accedentes autem suscitauerunt eum, dicentes: Præceptor perimus. At ille surgens, increpauit ventum & tempestatem aquæ, & cessauit: & facta est tranquillitas. 25. Dixit autem illis: Vbi est fides vestra? Qui timentes, mirati sunt ad inuicem, dicentes, Quis putas hic est, quia & ventis & mari imperat, & obediunt ei? 26. Et nauigauerunt ad regionem Gerasenorum, quæ est contra Galilæam. 27. Et cum egressus esset ad terram, occurrit illi vir quidam qui habebat dæmonium iam temporibus multis, & vestimento non induebatur, neque in domo manebat, sed in monumentis. 28. Is, ut vidit Iesum, procidit ante illum: & exclamans voce magna, dixit: Quid mihi, & tibi est Iesu fili Dei altissimi? obsecro te, ne me torqueas. 29. Præcipiebat enim spiritui in mundo ut exiret ab homine, Multis enim temporibus arripiebat illum, & vinciebatu catenis & compedibus custoditus, & ruptis vinculis abeatur à dæmonio in desertum. 30. Interrogauit autem illum Iesus, dicens: Quod tibi nomen est? At ille dixit, Legio: quia Intrauerant dæmonia multa in eum. 31. Et rogabant illum ne imperaret illis ut in abyssum irent. 32. Erat autem ibi grex porcorum multorum pascentium in monte: & rogabant eum, ut permitteret eis in illos ingredi. Et permisit illis. 33. Exierunt ergo dæmonia ab homine, & intrauerunt in porcos: & imperu abiit grex per præceptum in stagnum, & suffocatus est. 34. Quod ut viderunt factum qui pascebant, fugerunt, & nuntiauerunt in ciuitatē & in villas. 35. Exierunt autem videre quod factum est, & venerunt ad Iesum: & inuenerunt hominem sedentem, à quo dæmonia exierant, vestitum ac sana mente ad pedes eius, & timuerunt. 36. Nuntiauerunt autē illis & qui viderāt, quomodo sanus factus esset à legione: 37. & rogauerunt illum omnis multitudo regionis Gerasenorum ut discederet ab ipsis: quia magno timore tenentur. Ipse autem ascendens nauim, reuersus est. 38. Et rogabat illum vir, à quo dæmonia exierāt, ut cum eo esset. Dimisit autem eum Iesus, dicens: 39. Redi in domum tuam, & narra quanta tibi fecit Deus. Et abiit per vniuersam ciuitatem, prædicans quanta illi fecisset Iesus. 40. Factum est autem cum rediisset Iesus, excepit illum turba: erāt enim omnes expectantes eum. 41. Et ecce venit vir, cui nomen Iairus, & ipse princeps synagogæ erat: & cecidit ad pedes Iesu, rogās eum ut intraret in domum eius. 42. quia vnica filia erat ei ferè annorum duodecim, & hæc moriebatu. Et contigit, dum iret, à turbis comprimebatur. 43. Et mulier quædam erat in fluxu sanguinis ab annis duodecim, quæ in medicos erogauerat omnem substantiam suam, nec ab vilo potuit curari:

44. ac-

44. accessit retro, & tetigit simbriam vestimenti eius: & confestim stetit fluxus sanguinis eius. 45. Et ait Iesus: Quis est, qui me tetigit? Negantibus autem omnibus dixit Petrus, & qui cum illo erant: Præceptor, turbæ te comprimunt, & affligunt, & dicis: Quis me tetigit? 46. Et dixit Iesus: Tetigit me aliquis, nam ego noui virtutem de me exiisse. 47. Videns autem mulier, quia non lauit, tremens venit & procidit ante pedes eius: & ob quam causam tetigerit eum, indicauit coram omni populo: & quemadmodum confestim sanata sit. 48. At ipse dixit ei: Filia, fides tua saluam te fecit: vade in pace. 49. Adhuc illo loquente, venit quidam ad principem synagogæ, dicens ei: Quia mortua est filia tua, noli vexare illum. 50. Iesus autem, audito hoc verbo, respondit patri puella: Noli timere, crede tantum, & salua erit. 51. Et cum venisset domum, non permisit intrare secum quemquam, nisi Petrum, & Iacobum, & Ioannem, & patrem & matrem puellæ. 52. Flebant autem omnes, & plangebant illam. At ille dixit: Nolite flere, non est mortua puella sed dormit. 53. Et deridebant eum, scientes quod mortua esset. 54. Ipse autem tenens manum eius clamauit, dicens: Puella, surge. 55. Et reuersus est spiritus eius, & surrexit continuo. Et iussit illi dari manducare. 56. Et stupuerunt parentes eius, quibus præcepit ne alicui dicerent quod factum erat.

VERS. 1. **E**T DVODECIM (Apostoli) CVM ILLO] Scilicet comitabantur Iesum castella obeuntē & prædicantem.

VERS. 2. **E**T MULIERES ALIQVÆ, QVÆ ERANT CVRATÆ A SPIRITIBVS MALIGNIS ET INHERMITATIBVS, id est, MARIA, QVÆ VOCATVR MAGDALENE, DE QVA SEPTEM DÆMONIA EXIERANT] Mulieres hæc sequebantur Christum, Primò, gratitudinis ergo, quod ab eo à dæmonibus & morbis curatæ essent; Secundo, securitatis ergo, ne, si à Christo medico suo abirēt, rursum à dæmonibus inuaderēt; Tertio, pietatis studio, ut eius cōuersatione & prædicatione in sanctitate proficerent.

MARIA (hebr. *Maria* significat amarum mare, scilicet penitentia; ait Beda) QVÆ VOCATVR MAGDALENE] à castello Galilææ dicto *Magdala*, quod situm erat iuxta Bethsaidam & Capharnaum, vbi Christus habitabat & docebat, ac dæmoniacos sanabat. Videtur Magdalena Magdali fuisse domina, vel iure hereditario, vel quod Magdali domino nupsisset: nuptam enim eam fuisse insinuat S. Aug. hom. 23. inter 50. vbi eam non tantum meretricem, sed & adulteram vocat. Adultera autem non est, nisi quæ habet maritum, eoq; relicto alteri adhæret. Rursum Auctor cōment. in S. Marcū apud S. Hier. c. 15. v. 40. Magdalenam vocat viduam; ergo censet eam fuisse coniugatam; sic & Iansenius, Franc. Lucas & alij.

Alioqui Magdalenam profapia fuisse Iudæam, oriundam è Bethania, a quæ ac Lazarum & Martham, satis significat Ioannes c. 12. 1. Audi Adrichomium in Descriptione terræ sanctæ p. 141. n. 66. *Magdali Mariae Magdalene castri, vbi & nata ac sanata est, cuius domum etiamnum ibi videri ait Bredemb. situm est in littore maris Galilææ, & ab Aquilone ac iue Occidente magnam habet planiciem, Vocati autem Magdalem à turribus & munitionibus, quibus magnificè erat munitum. Vide Hieronymus epist. 16. ob Mariae Magdalene sedulitatem, ac fidei ardorem eam Magdalenam, hoc est turritam, rectè vocatam asserit. Meminit huius castri Iosephus scribens Agrippam regem copias misisse, quæ id caperent; ceterum eos obsidere illud non fuisse ausus.*

Magdalena ergo hebr. Primò idem est quod *turrita*, vel *turrigera* à radice *Magdal*, id est *turris*: fuit enim ipsa proceræ & excelso corpore, & magis animo, iuxta illud Cant. 4. 4. *Sicut turris David collum tuum.* Vide ibi dicta. Secundo, Mag-

Cornel. in Lucam.

A dalena idē est quod *magnifica*, ait Origenes tract. 35. in Matt. aut *magnificata*, ait Pagnin. in Nomin. Hebr. Quia, inquit Origenes, *secuta fuerat Iesum, & ministraverat ei, & spectauerat mysterium passionis ipsius.* Radix enim *Magdal* significat *esse magnū & magnificū*; Magdalena enim mirè ad culmen gratiæ exaltata est à Christo. Tertio, Magdalena, ait Pagnin. idem est quod *vexillo insignita*, aut *vexillum ducens*, vel *eleuans*, à rad. *Magdal*, id est, *vexillum* per metathesin, siue transpositionē litterarum *Magdal* & *Magdal*. Magdalena enim erexit vexillum summae penitentia, feruoris & dilectionis Christi, a quæ ac vitæ contemplatiuæ, iuxta illud Cant. 2. 4. *Ordinavit in me charitatem*, hebr. *Magdal*, id est, *vexillum eius super me est charitas*, id est, *vexillum charitatis super me erexit*, vide dicta ibi. Quarto, Magdalena, ait Pagnin. idē est quod *educata, nutrita*, scilicet verbis Christi tam externis, quàm internis ad omnem virtutem & sanctimoniam. Radix enim *Magdal* etiam nutrire & educare significat.

DE QVA SEPTEM DÆMONIA EXIERANT.] *Septem dæmonia, quæ sunt vitia capitalia* Christus expulerat, scilicet superbiam, auaritiā, gulam, luxuriā, iram, inuidiam & acediam, ait Beda & Theoph. hic, ac S. Gregor. homil. 33. Hoc rectè, sed mysticè. Nam ad litteram hic veri dæmones intelliguntur, hi enim sunt spiritus maligni, ut paulò antè dixit; atque hi propriè dicuntur exire, & ut Marcus ait, eijci. Ita S. Ambros. lib. de Salomone c. 5. Euthym. Iansenius, & alij hic. Videtur ergo Magdalena ob sua scelera à septem dæmonibus fuisse possessa, ac à Christo inrer alios dæmoniacos ab ijs liberata, de peccatis suis penituisse, ac veniā ab eo impetratè indiuisè ei adhaesisse, non iam à dæmone, sed à Deo possessa, factaque templum Spiritus sancti. Ita Rosensis lib. de vna Magdalena, Iansen. & alij. *Septem*, præcisè, vel *septem*, id est multa; septenarius enim est symbolum multitudinis & vniuersitatis, uti sæpius annotaui.

VERS. 3. **E**T IOANNA VXOR CHRYSÆ PROCVRATORIS (Syrus, *æconomi*, Arabic. *thesaurary*) HERODIS ET SVSANNA, ET ALIÆ MVLTÆ, QVÆ MINISTRABANT EI DE FACVLTATIBVS SVIS] Erant enim diuites, & gratè Christo liberatori suo, eiq; deuotæ eius prædicationē & fidē promouere ac propagare satagebāt. Sic olim Romæ S. Plautilla, S. Flauia Domitilla, S. Lucina, Priscilla, S. Pud-

sed tamen à Cæsare data fuerat. ad habitandum Syris & Gentilibus, qui porcos alere poterant. Ita Iosephus 17. Antiqu. c. 13. & lib. 2. Belli c. 4. Adde, Iudeos non quidem comedere, sed alere potuisse porcos ad alios vsus, v. g. vt eos Gentilibus viderent, vt ijs Romanos milites pascerent, vt larido ad vnguendos currus vterentur.

ET ROGABANT EVM, VT PERMITTERET EIS IN ILLOS INGRESI] Petierunt hoc demones à Christo, Primò, vt cum hominibus nocere nō possent in seipsis, vt potē ex quibus eos ei ciebat Christus, eidem saltem nocerent in suis animalibus, putā porcis. Secundò, vt hac ratione Christo odium vel displicentiam incolarum crearent, quod & euehit. Ita Euthymius. Tertio, quia immundi spiritus amant immunda, vt sunt hirci & porci. Ita Cyrillus. Vnde diabolus sagis apparet, & ab eis adoratur in forma hirci. Ex hac deprecatione dæmonum eorum infirmitatem colligit S. Antonius apud S. Athanas. Nam quomodo, inquit, qui porcorum expetunt merces, imaginem Dei hominem, & tam charum conditori animal suo valebunt inire pervertere? Magna, dilectissimis aduersum demones arma sunt, vita sincera & inemerata ad Deum fides. Credite mihi experto, perimebat, satanas recte viuendum vigilas, orationes, ieiunia, mansuetudinem, voluntariam paupertatem, vane glorie contempniam, humilitatem, misericordiam, & dominatum, & præcipue purum cor erga Christi amorem. Nouit deterimus coluber ex precepto Domini sub iustorum se iacere vestigijs, qui ait: Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici.

Cur Christus permisit dæmonibus, vt irent in porcos.

ET PERMISIT ILLIS] Querēs, cur id Christus permisit dæmonibus. Resp. Primò, vt ostenderet se dæmonibus dominari, eosque sine sua licentia nihil posse, ne quidem in porcos, multo minus in homines. Vnde eos contemnendos esse velut inualidos, dicebat S. Antonius. Secundò, vt patefieret quanta esset dæmonum copia, vis & malitia, & consequenter quanta esset Christi eos expellentis vis & gloria. Ita S. Chrysof. Theophyl. Euthymius. Tertio, vt Sadduceorum, qui negabant demones esse, Act. 23. 8. errore hoc factocoūinceret & confutaret. Ita Hilarius in Matr. 8. Adde Rupertus, Gadarenos fuisse Iudeos, ac contra legem aluisse porcos, ac idcirco à Christo hic eorum suffocatione & perditione fuisse punitos. Sed hoc paulò antè reieci.

Mysticè, id fecit Christus, vt daret typum in quo viderent homines, qui porcorum more in cæno voluptatum carnalium voluntantur, se simili modo in abyssum gehennæ fore præcipitandos. Rursum vt doceret parui faciendam esse porcorum & opum iacturam, præ hominis & animæ iactura. Vt enim hominem à dæmonibus liberaret, permisit eos ire in porcos. Denique vt indicaret quales essent Gerasenorum animæ, scilicet immunda & fœdæ, ideoque congrua dæmonum habitacula, vtiq; innueret eos facillè à dæmonibus occupari, qui porcorum more viuunt.

VERS. 33. EXIERVNT ERGO DÆMONIA AB HOMINE, ET INTRAVERVNT IN PORCOS, ET IMPETV (dæmonum impellentium) ABIIIT GREX PER PRÆCEPTS IN STAGNVM (Genezareth quod alio nomine mare Tiberiadis vel Galilææ dicitur) ET SVFFOCATVS EST] Dæmones ergo præcipitarunt porcos in mare, ibique eos suffocarunt: lo-

A cum in quo id contigit suo tempore ostendi solitum scribit S. Hieron. in locis Hebraicis. Modum explicat Syrus, dum Matth. 8. vertit, & totus grex ille rectè cõsedit sursum in ripæ, & corruerunt in mare. Demones ergo porcos impulerunt in cacumen rupis, siue montis, iuxta quem pascebantur, indeque magno impetu eos in subiectum mare præcipitarunt, vt ait hic Lucas.

Huic simile est quod narrat S. Gregorius li. 3. Dialog. cap. 21. Sanctimoniale quamdam, cum dæmonem ei ceret ex energumeno, permisit ei intrare in porcum. Dicebat enim dæmon, ait Gregorius: Si de isto exeo in quem intrabo casu auzem iuxta porcum parvulus pascebat. Tunc sanctimonialis femina præcepit dicens: Exi ab eo, & in hunc porcum ingredere. Qui statim de homine exiit, porcum quem iussus fuerat, inuasi, occidit & reiecit. PETRVS. Velim nosse si saltem porcum concedere spiritui immundo debuit? GREGORIUS. Proposita regule nostræ actioni sunt facta veritatis. Ipsi enim redemptori nostro à Legionem que hominem tenebat, dicti est: Si eijs nos mitte nos in gregem porcorum. Qui hunc & ab homine expulit, & in porcos ire, eosq; in abyssum mittere cõcessit. Ex qua re etiam hoc colligitur, quid absque concessione omnipotentis Dei nullam malignus spiritus contra hominē potestatem habeat, qui in porcos intrare non potuit nisi permissus.

QVOD VT VIDERVNT FACTVM QVI PASCEBANT, FUGERVNT] Ine cum porcis perireur, ait Titus. ET NVNCIAVERVNT IN CIVITATEM, ET IN VILLAS] heris ad quos spectabant porci in mare mergi, ne heri eos ab ipsis pastoribus exigerent, quasi eorum culpa perijissent, sed vt à Christo, qui eos dæmonibus tradiderat, eos repositarent.

EXIERVNT AVTEM (incolæ ciuitatis & villarum, quibus porcorum merfionem nunciarent pastores) VIDERE QVOD FACTVM EST, ET VENERVNT AD IESVM] Prius ergo ipsum damnum porcorum cognoscere voluerunt, ac viderunt in mari fluitantia porcorum examina & cadauèra quo vilò venerunt ad Iesum, vt viderent auctorem merfionis porcorum, item hominem, à quo dæmones exierant in porcos. Damni enim magnitudo, modum quo contigerat, curiosè eos scrutari cogebat, vt aspicerent nam qua ratione damno aliqua ex parte mederi possent.

ET INVENERVNT HOMINEM SEDENTEM, A QVO DÆMONIA EXIERANT, VESTITVM, AC SANA MENTE AD PEDES EIUS] Verisimile est hominem, mox vt liberatus fuit à Legionem, ad Christi pedes genibus flexis accidisse, eique ingètes egisse gratias, sed à Christo iussu sedere, locum merfionis ad pedes Christi ex humilitate & reuerentia Christi sibi delegisse.

ET TIMERVNT] ne Christus eos ob porcorum iacturam malè in eum affectos & murmurantes, peius multaret, ac fortè eosdem demones in ipsos immitteret.

NVNCIAVERVNT AVTEM ILLIS, ET QVI VIDERANT QVOMODO SANVS FACTVS ESSET A LEGIONE.

ET ROGAVERTVNT ILLVM OMNIS MVLTITVDO (Matth. nota ciuitas) REGIONIS GERASENORVM, VT DISCEDERET AB IPSIS: QVIA MAGNO TIMORE TENEBANTVR] ne Christus eis maiores clades inferret. Nō ergo ex humilitate id fecerunt, quòd se præsentia Christi,

si indignos æstimarent, vti opinatur S. Hieron. A in Matth. 8. sed ex diffidentia & timore, ne Christi præsentia maiora eis damna iustigeret: videbant enim Iesum Gente Iudeum, virum esse sanctum, potentem & diuinum: se verò esse Gentiles à Iudeis alienos, quare metuebant ne eos ob diuersam religionē, & ob peccata præterita grauius castigaret; vti metuebat vidua Sareptana, quæ mortuo filio dicebat Elia quem hospitio susceperat: Quid mihi & tibi vir Dei? ingressus es ad me vt rememorarer iniquit ates meas, & interfectores filium meum, 3. Reg. 17. 18. Quare non ex odio, sed ex religione & religioso timore rogarunt Iesum, vt ab eorum regione discederet: opinantur enim peccatores, viros sanctos sibi esse damno & vindiçæ, quòd putent improbitatem non posse cum probitate & sanctitate commorari, sed ab ea castigari & perimi, ob Sæctorum zelum quo peccata & peccatores persequuntur.

VERS. 38. ET ROGABAT ILLVM VIR, A QVO DÆMONIA EXIERANT, VT CVM EO ESSET] iucundum enim erat ei cum Christo versari, vt potè à quo tantum beneficium receperat, & plura sperabat.

IESVS AVTEM ASCENDENS NAVIM, REVERSVS EST] ex Gadara vbi dæmoniacum curarat, in Galilæam, vnde venerat, transiitendo & trajiciendo rursus mare Galilææ, ac redijt Capharnaum, vt patet Matth. 9. 1. noluit enim Gadarenis inuitis se suamque doctrinam exhibere & obtrudere.

VERS. 39. DIMISIT (græcè ἀπέλυσε, ablegauit) AVTEM EVM IESVS DICENS:

REDI IN DOMVM TVAM, ET NARRA QVANTA TIBI FECIT DEVS] per me, vt inde agnoscant me esse Messiam, ac in me credant & saluentur, ideoque deponant amaritudinem quam erga me conceperunt ob submerfionem porcorum. ET ABIIIT PER VNIVERSAM CIVITATEM (imò per totam Decapolim, vt ait Marcus ca. 5. 20.) PREDICANS QVANTA ILLI FECISSET IESVS] Ciuitas hæc vicina erat Gadara: iuxta illam enim dæmoniaco hic degebat in monumentis, ibique à Iesu curatus erat, & à legione dæmonum liberatus. Quare verisimile est in ea præter Iudeos fuisse multos Gentiles & infideles: eis ergo fidem in Christum prædicauit, vt in eum quasi Deum Deique Filium crederent. Ita S. Ambros. hic, & S. Chryf. hom. 29. in Matth.

Mysticam causam dat S. Gregorius lib. 6. Moral. c. 17. in fine: scilicet Christum hic velle docere, actiuam vitam præmittendam esse contemplatiuæ. Cum enim, inquit, quamlibet parum de diuina cogitatione percipimus, redire ad humana iam volumus, & proximorum necessitatibus onerari recusamus: quietem contemplationis querimus, nihilque aliud nisi hoc, quod sine labore reficit animum, amamus. Sed sanatos nos veritas ad domum mitti, narrare que nobiscum acta sunt præcipit, vt videlicet mens prius desudet in opere, & postmodum refici debeat per contemplationem.

CAPVT NONVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Primò, Christus mittit Apostolos ad prædicandum regnum Dei. Secundò, v. 10. secedit in desertum Bethsaida, ibiq; quinque panibus pascit quinq; millia virorum. Tertio, v. 18. rogat Apostolos quid de se dicant homines, & quid dicant ipsi. Respondet Petrus: Tu es Christus. Quarto, v. 22. prædicit suam mortem & crucem, omneq; ad crucem tollendam hortatur. Quintò, v. 27. in monte transfiguratur, & cum Elia ac Moise colloquitur. Sextò, v. 38. sanat dæmoniacum spumantem & stridentem. Septimò, v. 47. discipulis inter se contententibus, quis eorum esset maior? respondet maiorem esse, qui se facit minorem. Octauò, v. 52. in Iacobo & Ioanne spiritum vindictæ in Samaritanos, Christum non recipientes, castigat. Nonò, v. 57. tres se sequi volentes reijcit. Hæc omnia audiui in Matthæo locis ad marginem Bibliorum annotatis, vbi ea explicauit, excepta octaua parte de spiritu vindictæ, quam v. 55 explicabo, ac exceptis, v. 49. & 50. quos explicui Marci 19. 38. & seq.

1. Conuocatis autem duodecim Apostolis, dedit illis virtutem & potestatem super omnia dæmonia, & vt languores curarent. 2. Et misit illos prædicare regnum Dei, & sanare infirmos. 3. Et ait ad illos: Nihil iuratis in viâ: neque virgam, neque peram, neque panem, neque pecuniam, neque duas tunicas habeatis. 4. Et in quamcumque domum intraueritis, ibi manete, & inde ne exeatis. 5. Et quicumque non receperint vos: exeuntes de ciuitate illa, etiam puluerem pedum vestrorum excutite in testimonium supra illos. 6. Egressi autem circuibant per castella, euangelizantes, & curantes vbique. 7. Audiuit autem Herodes terrarcha omnia quæ fiebant ab eo, & hæsitabat eo quòd diceretur. 8. à quibusdam: Quia Ioannes surrexit à mortuis: à quibusdam verò: Quia Elias apparuit: ab alijs autem: Quia propheta vnus de antiquis surrexit. 9. Et ait Herodes, Ioannem ego decollaui: Quis est autem iste, de quo ego talia audio? Et quarebat videre eum. 10. Et reuersi

Apostoli, narrauerunt illi quæcumque fecerunt : & assumptis illis secessit seorsum in locum desertum, qui est Bethsaidæ. 11. Quod cum cognouissent turbæ, secuta sunt illum: & excepit eos, & loquebatur illis de regno Dei, & eos qui cura indigebant, sanabat. 12. Dies autem cœperat declinare. Et accedentes duodecim dixerunt illi: Dimitte turbas, vt euntes in castella, villasque quæ circa sunt, diuertant, & inueniant escas: quia hîc in loco deserto sumus. 13. Ait autem ad illos: Vos date illis manducare. At illi dixerunt: Non sunt nobis plus quàm quinque panes, & duo pisces: nisi fortè nos eamus & emanus in omnem hanc turbam escas. 14. Erant autem ferè viri quinque millia. Ait autem ad discipulos suos: Facite illos discumbere per conuiuia quinquagenos. 15. Et ita fecerunt. Et discumbere fecerunt omnes. 16. Acceptis autem quinque panibus, & duobus piscibus, respexit in cælum, & benedixit illis: & fregit, & distribuit discipulis suis, vt ponerent ante turbas. 17. Et manducauerunt omnes, & saturati sunt. Et sublatus est quod superfuit illis, fragmentorum cophini duodecim. 18. Et factum est, cum solus esset orans, erant cum illo & discipuli: & interrogauit illos, dicens: Quem me dicunt esse turbæ? 19. At illi responderunt, & dixerunt: Ioannem Baptistam, alij autem Eliam, alij verò quia vnus propheta de prioribus surrexit. 20. Dixit autem illis: Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus dixit: Christum Dei. 21. At ille increpans illos, præcepit ne cui dicerent hoc, 22. dicens: Quia oportet filium hominis multa pati, & reprobari à senioribus & principibus sacerdotum & Scribis, & occidi, & tertia die resurgere. 23. Dicebat autem ad omnes. Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me. 24. Qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet illam, nam qui perdidit animam suam propter me, saluam faciet illam. 25. Quid enim proficit homo, si lucretur vniuersum mundum, se autem ipsum perdat, & detrimentum sui faciat? 26. Nam qui me erubuerit, & meos sermones, hunc Filius hominis erubescet cum venerit in maiestate sua, & Patris, & sanctorum angelorum. 27. Dico autem vobis verè, sunt aliqui hîc stantes qui non gustabunt mortem donec videant regnum Dei. 28. Factum est autem post hæc verba ferè dies octo, & assumpsit Petrum, & Iacobum, & Ioannem, & ascendit in montem vt oraret. 29. Et facta est, dum oraret, species vultus eius altera: & vestitus eius albus & respluens. 30. Et ecce duo viri loquebantur cum illo. Erant autem Moyses & Elias, 31. visi in maiestate: & dicebant excessum eius, quem completurus erat in Ierusalem. 32. Petrus verò, & qui cum illo erant, grauati erant somno. Et euigilantes viderunt maiestatem eius, & duos viros, qui stabant cum illo. 33. Et factum est cum discederent ab illo, ait Petrus ad Iesum: Præceptor, bonum est nos hîc esse: & faciamus tria tabernacula, vnum Tibi, & vnum Moyfi, & vnum Eliæ: nesciens quid diceret. 34. Hæc autem illo loquente, facta est nubes, & obumbravit eos: & trimuerunt, intrantibus illis in nubem. 35. Et vox facta est de nube, dicens: Hic est filius meus dilectus, ipsum audite. 36. Et dum fieret vox, inuentus est Iesus solus. Et ipsi tacuerunt, & nemini dixerunt in illis diebus quidquam ex his, quæ viderant. 37. Factum est autem in sequenti die descendentibus illis de monte occurrit illis turba multa. 38. Et ecce vir de turba exclamauit dicens: Magister, obsecro te, respice in filium meum, quia vnicus est mihi: 39. & ecce spiritus apprehendit eum, & subito clamat, & elidit, & dissipat eum cum spuma, & vix discedit dilanians eum: 40. & rogauit discipulos tuos, vt eiicerent illum, & non potuerunt. 41. Respondens autem Iesus, dixit: O generatio infidelis, & peruersa, viquequo ero apud vos, & patiar vos? Adduc huc filium tuum, 42. Et cum accederet, elisit illum dæmonium, & dissipauit. 43. Et increpauit Iesus spiritum immundum, & sanauit puerum, & reddidit illum patri eius. 44. Stupebant autem omnes in magnitudine Dei: omnibusque mirantibus in omnibus quæ faciebat, dixit ad discipulos suos: Ponite vos in cordibus vestris sermones istos: Filius enim hominis futurum est vt tradatur in manus hominum. 45. At illi ignorabant verbum istud, & erat velatum ante eos vt non sentirent illud: & timebant eum interrogare de hoc verbo. 46. Intrauit autem cogitatio in eos, quis eorum maior esset. 47. At Iesus videns cogitationes cordis illorum, apprehendit puerum, & statuit illum secus se. 48. & ait illis: Quicumque susceperit puerum istum in nomine meo, me recipit: & quicumque me receperit, recipit eum, qui me misit. Nam qui minor est inter vos omnes, hic maior est. 49. Respondens autem Ioan-

nes, dixit: Præceptor, vidimus quendam in nomine tuo eiicientem dæmonia, & prohibuimus eum: quia non sequitur nobiscum, 50. Et ait ad illum Iesus: Nolite prohibere: qui enim non est aduersum vos, pro vobis est. 51. Factum est autem, dum compleretur dies assumptionis eius, & ipse faciem suam firmavit vt iter in Ierusalem. 52. Et misit nuntios ante conspectum suum: & euntes intrauerunt in ciuitatem Samaritanorum vt patarent illi. 53. Et non receperunt eum, quia facies eius erat in euntis in Ierusalem. 54. Cum vidissent autem discipuli eius Iacobus & Ioannes, dixerunt: Domine, vis dicimus vt ignis descendat de cælo, & consumat illos? 55. Et conuersus increpauit illos, dicens: Nescitis cuius spiritus estis. 56. Filius hominis non venit animas perdere, sed saluare. Et abierunt in aliud castellum. 57. Factum est autem, ambulantibus illis in via, dixit quidam ad illum: Sequar te quocumque ieris. 58. Dixit illi Iesus: Vulpes foueas habent & volueres cæli nidus: Filius autem hominis non habet vbi caput reclinet. 59. Ait autem ad alterum: Sequere me. Ille autem dixit: Domine permittite mihi primùm ire, & sepelire patrem meum. 60. Dixitque ei Iesus: Sine vt mortui sepeliant mortuos suos: tu autem vade, & annuntia regnum Dei. 61. Et ait alter: Sequar te Domine, sed permittite mihi primùm renuntiare his quæ domi sunt. 62. Ait ad illum Iesus: Nemo mittens manum suam ad aratrum & respiciens retrò aptus est regno Dei.

VERS. 8.

QVIA (quod) PROPHETA VNUS DE ANTIQVIS (vnus antiquorum) SVRREXIT] Vti surget Henoch & Elias sub finem mundi, vt resistent Antichristo. Quin & S. Petrum primùm Episcopum Bracarensem & Martyrem, fuisse filium Vriæ Prophætæ, qui occisus est à Ioakim rege Iudæ: tempore Ieremiæ Prophætæ, vt ipse ait c. 26. 20. filium enim hunc ante sexcentos annos vitâ functum, suscitatum fuisse à S. Iacobo Apostolo, ac Bracaræ ordinatum Episcopum, docet S. Athanasius Cæsariensis Episcopus, & alij quos citat Biucarius in L. Dextri Chronicò ad annum Christi 37. n. 2.

regini leprosi de via lassî sibi apparentem, in humeros sustulit, & vsque ad monasterium portauit, sed ita vt pondus non sentiret, quia portatam se portabat. Ibi ergo se illi Christus in sua specie ostendens, & ascendens in cælum, dixit: *Martyri, tu me non erubuisisti super terram, ego te non erubescam super cælos.* Ita refert S. Gregorius homil. 39. in Euangel. Idem S. Gregorius homil. 32. explicans hunc Lucæ locum: *Ist, inquit, ubi sequitur interruget vt in confessione Christi se veraciter probeat si non iam nomen eius erubescat, si plena virtute mæris humanum pudorem subdidit. Certè enim persecutionis tempore erubescere poterant fideles, substantiis nudari, de dignitatibus deici, verberibus affligi: acis autem tempore, quia hæc à nostris persecutionibus desunt, est aliud ubi ostendamus nobis, feremur sepe à proximis despicere, dedignamur iniurias verbi tolerare: si contingat inrogari fortasse cum proximo, erubescimus priore satisfacere. Cor quippe carnale dum huius vitæ gloriam querit, humilitatem respuit. Et inferius remedium huic pudori assignans: Erubescat, inquit, humana superbia, confundatur quisque, si non satisfaciat prior proximo, quando post culpam nostram, vt ei reconciliari debeamus, & ipse qui offensus est, legatis interuenientibus obsecrat Deus.*

Martyrius Monachus Christum in specie leprosi humeris gestauit.

VERS. 14.

DISCUMBERE PER CONVIVIA] Græcè κλιθίας, id est per discubitus, per contubernia, per cœtus & ordines, vt vertit Syrus.

ubi ostendamus nobis, feremur sepe à proximis despicere, dedignamur iniurias verbi tolerare: si contingat inrogari fortasse cum proximo, erubescimus priore satisfacere.

VERS. 15.

NAM QVI ME ERUBVERIT ET MEOS SERMONES, HUNC FILIUS HOMINIS ERUBESCET CVM VENERIT IN MAIESTATE (Græcè, ἐν δόξῃ, id est in gloria) SVA ET PATRIS, ET SANCTORVM ANGELORVM] scilicet in die iudicij, cum in vall. Iosaphat sedebit iudex, & coram omnibus angelis & hominibus omnes iudicabit, ac quemque pro meritis cælo vel gehennæ addicet.

ubi ostendamus nobis, feremur sepe à proximis despicere, dedignamur iniurias verbi tolerare: si contingat inrogari fortasse cum proximo, erubescimus priore satisfacere. Cor quippe carnale dum huius vitæ gloriam querit, humilitatem respuit. Et inferius remedium huic pudori assignans: Erubescat, inquit, humana superbia, confundatur quisque, si non satisfaciat prior proximo, quando post culpam nostram, vt ei reconciliari debeamus, & ipse qui offensus est, legatis interuenientibus obsecrat Deus.

QVI ME ERUBVERIT] vt pudore aut metu regum, principum, tyrannorum, vel parentum & amicorum meam fidem neget, vel me confiteri non audeat, aut meis legibus obedire vereatur, quasi eum pudeat humilitatis, crucis & crucifixi Christi; hunc vicissim Christus erubescet, id est quasi vilem negliget & despiciet (est metalepsis: qui enim aliquem erubescit, ipsum negligit) Christus, cum venerit in maiestate & gloria sua, quam per humilitatem crucis promeruit.

RESPLVGENS] Græcè, ἐξέλας ἐσπλυν, id est effulgurans, id est instar fulguris coruscans, & fulgureos splendoris radios euitrās: facies enim Christi fulgurea vestem faciebat effulgurantem.

ET DICEBANT EXCESSVM EIVS, QVEM COMPLETVRS ERAT IN IERUSALEM] Prio excessum Græcè est ἐξόδος, quæ vox Primo, significat exitum è vita, id est mortem (vnde Syrus vertit, exitum; Æthiopicus, transitum) sic & Perseus) q. d. Loquebantur de morte, hoc est, quo genere mortis Christus esset moriturus, puta de morte crucis. ita Vatabl. Secundo, significat expeditionem bellicam, quæ Christus in cruce decertauit cum morte, peccato & diabolo, colque deuicit. Alludit ad gloriosum & victoriosum ἐξοδος, id est exitum Hebræorum ex Ægypto, deuicto & demerso Pharaone in mari rubro, qui typus fuit & figura huius exitus & expeditionis bellicæ Christi. ita Franc. Lucas. Fauet Cyrillus, qui ἐξόδος interpretatur salutiferam passionem:

ET DICEBANT EXCESSVM EIVS, QVEM COMPLETVRS ERAT IN IERUSALEM] Prio excessum Græcè est ἐξόδος, quæ vox Primo, significat exitum è vita, id est mortem (vnde Syrus vertit, exitum; Æthiopicus, transitum) sic & Perseus) q. d. Loquebantur de morte, hoc est, quo genere mortis Christus esset moriturus, puta de morte crucis. ita Vatabl. Secundo, significat expeditionem bellicam, quæ Christus in cruce decertauit cum morte, peccato & diabolo, colque deuicit. Alludit ad gloriosum & victoriosum ἐξοδος, id est exitum Hebræorum ex Ægypto, deuicto & demerso Pharaone in mari rubro, qui typus fuit & figura huius exitus & expeditionis bellicæ Christi. ita Franc. Lucas. Fauet Cyrillus, qui ἐξόδος interpretatur salutiferam passionem:

Sic Martyrius monachus Christum specie pe-

qui ἐξόδος interpretatur salutiferam passionem:

VERS. 29.

VERS. 31.

&

& Arabicus, qui Ἠθδαῦν vertit, euentum: Loquebantur, ait, de euentu (agonis & triumphum) quem implerunt erat in Ierusalem.

Tertio, nonnulli intelligunt de excessu amoris & virtutum. In cruce enim fuit excessus charitatis, humilitatis, patientiæ, obedientiæ, &c. quia Christus in ea egressus est & transcendit communes limites charitatis, omnisque virtutis ceterorum hominum. Fuit ergo excessus hic, re ipsa ecclasiæ charitatis, qua Christus quasi exiit extra se, & transiit in summum Dei hominumque amorem. Excessus ergo hic, reuera fuit ecclasiæ Christi charitas.

VERS. 32. PETRVS VERO, ET QVI CVM ILLO ERANT, GRAVATI ERANT SOMNO S. Chrysostom. in Matth. c. 17. per somnum accipit stupore nimirum: lucis enim excellentia, inquit, gravabat oculorum debilitatem, Simplicitas accipias verum & naturalem somnum, in quem incidere Apostoli ex fatigatione itineris & conscensi montis, ac vigiliæ nocturnæ dum Christus orabat, & oratione siniente transfigurabatur; quo facta lux & fulgor Christi perfringens oculos eorum, ipsos à somno excitavit, ut eum transfiguratum viderent, ut dixi Matth. 17. v. 1. & seqq. Cetera ad transfigurationem Christi spectantia explicui Match. 17. 1. & seqq.

VERS. 49. RESPONDENS AUTEM IOANNES, DIXIT: PRÆCEPTOR, VIDIMVS QVEMDAM IN NOMINE TVO EFFICIENTEM DEMONIA, ET PROHIBVIMVS EVM: QVIA NON SEQVITVR NOS] quia non est tuus, o Christe, assecla & discipulus. Putabat enim solis Apostolis, quibus data erat hæc potestas, id licere, ait S. Cyrillus, & ait S. Ambros. Excludendum putat beneficio, qui non vivit obsequio. Ioannes vii. Christi præceptoris amator, ita pro Christi honore magis zelans & sollicitus, id interrogat.

VERS. 50. ET AIT AD ILLVM IESVS: NOLITE PROHIBERE: QVI NON EST ADVERSVM NOS, PRO NOBIS EST] Docentur, ait Glossa, neminem à bono, quod ex parte habet, esse arcendum, sed potius ad id quod non habet provocandum. Et S. Ambros. Remunerat, ait, Dominus fortiores, non excludit infirmos. Et Theoph. Christi gratia, inquit, etiam per indignos, & non discipulos, operatur, sic per sacerdotes non sanctos sanctificantur homines.

Tropolog. Beda: In hæreticis, ait, malis non Sacramenta in quibus nobiscum sunt, sed diuinitas paci & veritati contraria, detestanda est & prohibenda. vide dicta Marci 9. v. 37.

VERS. 51. FACTVM EST AVTEM, DVMS COMPLEVENTVR (id est impleri inciperent: significatur enim actus inchoatus, non perfectus) DIES ASSUMPTIONIS EIVS] quibus scilicet Christus expleto officio prædicationis suæ per mortem, crucem, & resurrectionem suam assumeretur in cælum ad regnum Patris, à quo in mundum missus erat. Ascensionem in cælum ergo vocat Assumptionem: ita Theophyl. Cum instabat, ait, tempus quo postquam sustinisset salutem passionem pro nobis, oportebat eum assumi in cælum, & considerare Deo & Patri. Et Euthym. Dies assumptionis ipsius dicit, inquit, præfinitum tempus dum à terra assumeretur in cælum. Hactenus per duos annos cum dimidio Christus prædicauerat obiens vrbes & castella, Galilææ præsertim: supererant illi adhuc sex menses vitæ, quos

A apud Iudæos constanter prædicando expendere destitabat, itaque se comparare ad mortem & crucem, indeque ad resurrectionem & ascensionem in cælum. Innuit ergo Lucas se huc vsque scripsisse gesta Christi in Galilæa, sed deinceps se scripturam gesta eius ferè in Iudæa.

ET IPSE FACIEM SVAM FIRMAVIT VT IRET IN IERUSALEM] id est firmo, resolutum & constanti animo vultuque, & ut Beda ait, obfirmatus atque imperterrita mente. Christus non ad loca vicina diuertit, ut solent facere pauidi & dubii, sed rectè perrexit Hierosolimam, vbi sciebat se crucifigendum, quasi optans mortis duellum ac arenam locumque certaminis præoccupans, ita Titus, Theophyl. & alij. Obfirmationem enim & fortitudinem opus est ad passionem sponte properanti, ait S. Hieron. epist. 151. ad Algaiam quæst. 5. Sic ad opera dura & heroica aggrediendū, oportet obfirmare animum, ut Martyres eum obfirmarunt ad omnia tormenta, instar leonum, de quibus ita scribit Plinius lib. 8. c. 16. Cum pro catulis facta dimicat, oculorum aciem traditur desigere in terram, ne venabula expandat. Addit Marcus cap. 16. 3. 2. Et precedebat eos Iesus, & studebant, scilicet discipuli, quod Iesus tam fortiter & alacriter præiret ad crucem & mortem: & sequentes timebant, ne sibi cum Iesu moriendum foret.

Nota, ut dixi in Chronotaxi nu. 38. ex antecedentibus & sequentibus videri, hanc Christi à Galilæa professionem in Iudæam esse eandem cum illa, quam commemorant Mattheus c. 19. 1. Marcus c. 10. 32. Ioannes cap. 7. 2. & 14. Vbi ex Ioanne liquet eam contigisse in festo Scenopægiæ, siue Tabernaculorum, quod incidebat in Septembrem ac proinde cum Christus mortuus sit in Martio proxime sequenti sequitur hæc contigisse sex circiter mensibus ante mortem: quibus Christus sapius iuit Ierusalem, indeque rediit prædicans per Iudæam, ibique faciens miracula, uti in Galilæa fecerat, sicut pater ex ijs quæ apud Lucam sequuntur vsque ad cap. 19. Vbi tamen aduertit quædam hæc sequentibus capitibus vsque ad cap. 19. à Luca insereri per recapitulationem: nam quædam hæc narrat quæ non in Iudæa, sed ante in Galilæa contigerunt. Ita Iansenius, Franc. Lucas & alij. Aliter Maldonatus, qui censet hunc Christi à Galilæa in Iudæam transitum contigisse integro anno ante eius mortem, imò post eum Christum rursus à Iudæa rediisse in Galilæam, ac vicissim à Galilæa in Iudæam, cum scilicet eò tandem rediit ad hoc dumtaxat, ut ibi crucifigeretur & moreretur. Verum hoc non satis consentit cum eo quod ait Lucas: Cum complerentur dies assumptionis eius: integro enim anno aberant hi dies.

VERS. 52. ET MISIT VNIVOS ANTE CONSPECTVM SVVM, ET EVNTES INTRAVERVNT IN CIVITATEM SAMARITANORVM, VT PARARENT (scilicet hospitium & cibum, putà panem cum leui obsonio si inueniebatur) ILLI] & comitibus, scilicet duodecim Apostolis & mulieribus, quæ secuta à Galilæa eum opibus suis alevat, c. 8. v. 2. & c. 23. 49. simul misit eos Christus, ut alluēfacerent se prædicationi & contemptui hominū, ait Theophyl. Nam à Samaritanis contempti fuerunt, ut sequitur. Euthym. & Maldonat. ex v. 54. opinantur nuncios, & ut græcè ἀγγέλους, hos fuisse Iacobū & Ioannem. In civitate, græcè καὶ πόλιν, id

id est vicum, castellum, oppidū, quod erat in via eūtibz rectà Ierusalem. Ita Iansen. Franc. Lucas & alij. Licet Maldonatus καὶ πόλιν putet poni pro πόλει, id est vrbe, fuisseque ipsam Samaritæ urbem, quæ erat Samaritanorum metropolis.

VERS. 53. ET NON RECEPERVNT EVM (Samaritani incolæ illius oppidi) QVIA FACIES EIVS ERAT EVNTIS IN IERUSALEM] Syrus, quod præferret speciem proficiscētis ad Ierusalem, quia scilicet tamenuntij, quàm Iesus ipse habitu, gestu & voce indicabant se peregre Ierusalem adorationis causa: erat enim festum Scenopægiæ, ut ait Ioannes c. 7. 2. Samaritani autem volebant non in templo Hierosolimæ, sed in suo contra legem erecto in monte Garizim Deum adorari: qua de re perpetua fuit lis & contentio inter Iudæos & Samaritanos, ut pater Ioan. 4. 20. & ex Iosepho libr. 11. Antiq. cap. 7. & 8. Quare spreverunt Iesum quasi spernentes sacra sua, & Iudæorum hostium suorum religioni fauenter.

VERS. 54. CVM VIDISSENT AVTEM (hanc inhumanitatem Samaritanorum) DISCIPVLI EIVS IACOBY ET IOANNES, DIXERVNT, DOMINE, VIS DICIMVS VT IGNIS DESCENDAT DE CÆLO, ET CONSUMAT ILLOS] Græca, Arabica & Syra addunt, quemadmodum & Elias fecit. Ecce hinc ipsi ostendunt se esse Boanerges, id est filios tonitru: ex nimio enim zelo cupiunt Samaritas fulgure affari & siderari, eò quod tam inhumani essent erga Christum, ut ne nocte quidem imminente ei hospitium ad pernoctandum concedere vellent. Memores enim erant Eliæ, qui duos quinquagenarios ad se capiendum ab Ochozia rege Samariæ missos, igne cælesti cum suis ascellis consumpsit. 4. Reg. 1. 10. sciebant enim Iesum longè maiorem esse Eliam, ac proinde maiorem esse iniuriam quæ illi hinc à Samaritanis fiebat. Vnde S. Hieron. ad Algaiam epistol. 151. q. 5. Si, inquit, ad sermōnem Eliæ iniuriam ignis descendit de cælo, & non Samaritas, sed Iudæos consumpsit incendium, quanto magis ad contemptum Filij Dei in impios Samaritas debet flamma seruire?

VIS DICIMVS] Nam ut ait S. Hier. loco iam citato, ut Apostolicus sermo efficientiā habeat, voluntatis est Dominum: nisi enim ille iussit, frustra dicunt Apostoli, ut ignis descendat. Petunt ergo à Christo quasi iudice iustitiam iustamque in impios vindictam.

VERS. 55. ET CONVERSVS INCREPAVIT ILLOS, DICENS: NESCITIS CVIVS SPIRITVS ESTIS] rō spiritus non est nominatiui, sed genitiui calus, ut pater ex Græco: πνεύματος: spiritus autem hinc internum animi motum & impulsū, siue ad virtutes, siue ad vitia, significat. Rursum pro eius, græcè ἐστίν, id est qualis, q. d. Nescitis quo spiritu ducamini, nescitis quis spiritus vos impellat, putatis enim vos à spiritu Dei agi, cum agamini spiritu humano impatientiæ & vindictæ aut q. d. Nescitis ad quem spiritum à me vocati & electi estis: nescitis vos debere esse mansueti animi & spiritus, ut ego sum magister & dominus vester: vultis imitari zelum Eliæ, & spiritum vindictæ, qui duos pentacostarchos igne cælesti cremavit: sed nescitis hunc spiritum esse veteris legis, quæ rationem vindictæ præcipit, vel permittit, Exod. 22. dicens: Oculum pro oculo, dentem pro dente, &c. non autem esse hunc spiritum legis nouæ & Euāgelij: ac maximè non esse mea personæ: meum enim spiritus est mansuetudinis, tolerantia, chari-

tatis, beneficentiæ, salutare, non perdere, vt scilicet maleficia beneficis retalem, ac maledicentibus benedicam, Matth. 5. 44. dicens: Diligite inimicos, vestros, benefacite his qui oderūt vos, &c. nōne hoc à me audistis & didicistis? Itane tam citò huius mea doctrinæ & disciplina oblitus estis? Ita S. Hier. ad Algaiam: Dominus, ait, qui non ad iudicandum venerat, sed ad saluandum non in potestate, sed in humilitate: non in Patris gloria, sed in hominis vilitate; increpat illos, quod non meminerint doctrinæ suæ & bonitatis Euangelicæ.

FILIVS HOMINIS NON VENIT ANIMAS PERDERE, SED SALVARE] Et vos ergo, ait Beda, cuius spiritu signati estis, eius & acta sectemini. Et Titus. Inuidentes, ait, vestrys Domini, æquanimiter, ut sanctos decet, perdurate.

ET ABIERVNT IN ALIVD CASTELLVM] vbi benignius ab incolis exciperentur. Hoc facto instruit Apostolos, quid agere debeant in peregrinatione orbis ad euangelizandum, scilicet, vt vno loco repullam passi silentes, modesti & tranquillū alium adeant: atque hac de causa prius oppidum, in quo sciebat se repellendum, tètare vult, vt repullam hanc patienter ferens, & vindictæ studium in Apostolis reprimens, eos id ipsum per omnem deinceps vitam facere doceret. Nam, ut ait S. Ambros. amplius prodest clementia, tibi ad patientiam, lapsu ad correptionem. Denique Samaritanis à quibus ignis arceatur; cuius crediderunt. Ioan. 4. & Actor. 8. Et Titus: Non habet vltionis studium, inquit, perfecta virtus; nec ulla iracundia, vbi plenitudo est charitatis: non excludenda infirmitas, sed tuuanda.

ET AIT ALTER: SEQVAR TE DOMINE, SED PERMITTE MIHI PRIMVM RENVNCIARE HIS QVÆ (ita legendum cum Romanis, non qui, vti legunt nonnulli) DOMINVS] Græca & Syra addunt, domi mee. Ex græco pro qua verti potest, qui: vti vertunt S. Basilius. S. August. Titus, Tertullianus & alij, sed diuersimodè explicant. Primò, Titus. q. d. Permite mihi renuntiare meis parentibus, vt ab eis consilium capiam, an te sequi debeam nec ne: erat enim animo ancipiti & diuerso. Vnde noluit id Christus permittere, quia ferè parentes perfectioris vitæ studium non probant, imò suos ab eo auocant. Secundo, S. August. serm. 7. de Verbis Domini: Permite, inquit, vt nuncium meis, ne forte (quod fieri solet) querant me; sed sciant quid de me actum sit, scilicet me sequi te, ac proinde de me non sint solliciti, sed securi sic & Tolerus. Tertio, S. Basilius in Constit. monast. c. 21. censet hunc, vti & præcedentem, fuisse vnum è Christi discipulis, ac petiisse tantum facultatem à Christo suos salutandi, eisque valedicendi tanquam ad eos amplius non reuersurum. Fauet Syrus; qui vertit, vt proficias salutem precaturus, seu valedicturus fratribz domus mee, & veniam. Quarto & optimè, legendo quæ cum Romanis, q. d. Permite, id est, da mihi tempus vt renunciem, id est, nuncium remittam meis bonis quæ domi sunt, de ijsque disponam, eaque inter fratres vel cognatos distribuam. Hoc enim significat Græcum ἀποτίλλω, scilicet renunciare datis mandatis, ordinare, disponere. Vnde Arabicus vertit, permittite mibi primū, vt disponam familiaribus domus mee. Ita S. August. lib. 2. de Consensu Euangel. c. 23. Maldonat. Franc. Lucas & alij.

VERS. 56.

VERS. 61.

VERS. 62.

AIT AD ILLVM IESVS NEMO MITTENS MANVM SVAM AD ARATRVM, ET RESPICIENS RETRO, APTVS EST REGNO DEI] tamquam agro Dei colendo. Sic enim expleri debet metaphorarantis & aratri. q. d. Sicut is qui vult arare, si retro respiciat, & opus arandi bene cœptum abrumpat, ineptus est ad arandum & agrum colendum: debet enim rectè ante se, vt arando rectos sulcos ducat, non curuos, respicere: ita qui destinat vel incipit se totum consecrare regno Dei, quod ego prædico, ac pijs operibus iustitiæ & perfectiōnis, abdicatiōnisque rerum omnium promitto: hic si ad bona caduca, terrena & temporalia (vti est disponere de suis facultatibus) quæ dimittit, respiciat, ineptus est & indignus sequela mei & regno Dei. ita Euthymius: Oportet enim, inquit, eum qui sequitur Christum, confestim omnia despiciere & sequi, ne oculos quidem ab eo diuertendo, ne forte habitu & specie eorū quæ à tergo sunt retineatur. Sic & Titus, Ianfenius, Toletus, & alij.

Nota. Christus hoc apophthegmate perfectiōnis viam ostendit, voluitque homini nimis sollicito affectum, quem erga sua & suos habebat nimium, eximere, eumque totum in suum obsequium transferre, præsertim quia periculum erat, ne in hac diuisione & distributione bonorum suorum longas traheret moras, ac bonis hisce illectus captusque, mentem muraret, & vocatiōne Christi perderet, vti multi in simili re perdidērūt. Adde, potuisse fratres & cognatos per se bona eius inter se diuidere, vt eius ad hoc operā nō foret opus. Sic Iacobus & Ioannes vocati à Christo, relictiis rebus & patre, illico secuti sunt Christum, Matth. 4. Alioqui hanc renunciatiōnem pietatis causā Eliseo permittit Elias, 3. Reg. 19. 20. quia illam paucis, & sine periculo perdendæ vocatiōnis facturus erat. Hinc S. Basilius ser.

1. de Baptismo. Respicit retro, inquit, qui vel brauem morā interponit obedientiæ, quæ sine prætextu vel excusatione velociter, & sine suspitione Domino præstanda est. Hinc de Cherubinis Domino famulantibus dicitur Ezechiel 1. Non reuertebantur cùm viderent, sed vnumquodque ante faciem suam gradiebatur. Vbi S. Gregorius hom. 3. Pennata, ait, animalia, videlicet predicatorum sancti cū incedunt, minime reuertuntur, quia sic à terrenis actibus ad spiritalia pertranseunt, vt ad ea quæ reliquerūt, ulterius nullatenus reflectantur. Quasi enim per quamdam viam eis incedere, est mente ire semper ad meliora. Hinc Paulus Philip. 3. 14. Quæ retro sunt obliuiscens, inquit, ad ea verò quæ sunt priora extendens me ipsum, ad destinatū prosequor, ad brauium supernæ vocatiōnis Dei in Christo Iesu. Et sponsa dicitur: Obliviscere populum tuum, & domum patris tui, & concupiscet rex decorem tuum, psal. 44. 13. Vnde S. Aug. serm. 7. de Verbis Domini: Vocat te Oriens, inquit, & tu attendis Occidentem.

Tropologicè Beda: Manum, inquit, ad aratrum mittit, qui quasi compunctiōnis instrumētto, ligno & ferro Dominiæ passiōis duritiām cordis atterit, & ad operum fructus aperit; sed non est cum vxore Loth ad ea quæ reliquerit: respiciendum: & si secuturus Dominum, quia vel domi renunciare vult, arguitur, quid fiet illis qui sapè nulla vtilitatis gratiā eorum, quos in mundo reliquerunt, domos visitant? Et Gregus anonymus in Catena: Crebri, ait, intuitus eorum quæ deseruimus, propter consuetudinem trahunt: violentum enim quiddam vltus est, ex quo habitus, ex habitu autem natura nascitur, quam amouere vel alterare difficile: credit enim ad se ipsum velociter. Denique fusè hæc Christi verba explicat Suarez tom. 2. de Relig. tractat. de voto lib. 1. c. 2. 18. & seq.

CAPVT DECIMVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

PRIMO, Christus præter duodecim Apostolos eligit septuaginta duos discipulos, quibus mādāta dat, modumq. euangelizandi præscribit: illis reuertentibus, & mira que gesserunt narrantibus, vers. 17. Christus exultat in spiritu. Secundo, v. 25. Legisperito viam ad vitam eternam poscenti dat legem dilectionis Dei & proximi, ac per parabolam Samaritani docet quis sit proximus. Tertiò, v. 38. sortem Mariæ præfert sorti Marthæ.

1. Post hæc autem designauit Dominus & alios septuaginta duos: & misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem, & locum quod erat ipse venturus. 2. Er dicebat illis: Messis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate ergo dominum messis, vt mittat operarios in messem suam. 3. Ite: ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. 4. Nolite portare sacculum, neque peram, neque calceamenta, & neminem per viam salutaueritis. 5. In quamcumque domum intraueritis, primùm dicite: Pax huic domui: 6 & si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra: sin autem, ad vos reuertetur. 7. In eadem autem domo manete, edetes & bibentes quæ apud illos sunt: dignus est enim operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domum. 8. Et in quamcumque ciuitatem intraueritis, & susceperint vos, manducate quæ apponuntur vobis: 9. & curate infirmos, qui in illa sunt, & dicite illis: Appropinquauit in vos regnum Dei. 10. In quamcumque autem ciuitatem intraueritis, & non susceperint vos, exeuntes in plateas eius, dicite: 11. Etiam puluerem, qui adhæsit nobis de ciuitate

tate vestra, extergimus in vos: tamen hoc scitote, quia appropinquauit regnum Dei. 12. Dico vobis, quia Sodomis in die illa remissus erit, quàm illi ciuitati. 13. Væ tibi Corozain, væ tibi Bethsaida: quia si in Tyro & Sidone factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere sedentes pœniterent. 14. Verumtamen Tyro & Sidoni remissus erit in iudicio, quàm vobis. 15. Et tu Capharnaum vsque ad cælum exaltata, vsque ad infernum demergeris. 16. Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Qui autem me spernit, spernit eum qui misit me. 17. Reuersi sunt autem septuaginta duo cum gaudio, dicentes: Domine, etiam dæmonia subiiciuntur nobis in nomine tuo. 18. Et ait illis: Videbam satanam sicut fulgur de cælo cadentem. 19. Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici: & nihil vobis nocebit. 20. Verumtamen in hoc nolite gaudere quia spiritus vobis subiiciuntur: gaudete autem, quod nomina vestra scripta sunt in cælis. 21. In ipsa hora exultauit spiritu sancto, & dixit: Confiteor tibi Pater, Domine cæli & terræ, quod abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis: Etiam Pater: quoniam sic placuit ante te. 22. Omnia mihi tradita sunt à Patre meo. Et nemo scit quis sit Filius, nisi Pater; & quis sit Pater, nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare. 23. Et conuersus ad discipulos suos, dixit: Beati oculi, qui vident quæ vos videtis. 24. Dico enim vobis, quod multi propheta & reges voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt; & audire quæ auditis, & non audierunt. 25. Et ecce quidem Legisperitus surrexit tentans illum, & dicens: Magister, quid faciendo vitam eternam possidebo? 26. At ille dixit ad eum: In lege quid scriptum est? quomodo legis? 27. Ille respondens dixit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua: & proximum tuum sicut teipsum. 28. Dixitque illi: Rectè respondiisti: hoc fac, & viues. 29. Ille autem volens iustificare seipsum, dixit ad Iesum: Et quis est meus proximus? 30. Suscipiens autem Iesus dixit: Homo quidam descendebat ad Ierusalem in Iericho, & incidit in latrones, qui etiam despoliauerunt eum: & plagis impositis abierunt semiuiuo relicto. 31. Accidit autem vt sacerdos quidam descenderet eadem viâ: & viso illo præteriuit. 32. Similiter & Leuita, cum esset secus locum, & videret eum, pertransiit. 33. Samaritanus autem quidam iter faciens, venit secus eum: & videns eum, misericordia motus est. 34. Et appropians alligauit vulnera eius, infundens oleum, & vinum: & imponens illum in iumentum suum, duxit in stabulum, & curam eius egit. 35. Et altera die protulit duos denarios, & dedit stabulario, & ait: Curam illius habe, & quodcumque supererogaueris, ego cum rediero, reddam tibi. 36. Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi, qui incidit in latrones. 37. At ille dixit: Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi Iesus: Vade, & tu fac similiter. 38. Factum est autem dum irent, & ipse intrauit in quoddam castellum: & mulier quaedam Martha nomine, exceperit illum in domum suam: 39. & huic erat soror nomine Maria, quæ etiam sedens secus pedes Domini, audiebat verbum illius. 40. Martha autem satagebat circa frequens ministerium: quæ stetit, & ait: Domine, non est tibi curæ, quod soror mea reliquit me solam ministrare? dic ergo illi, vt me adiuet, 41. Et respondens dixit illi Dominus: Martha, Martha, sollicita es, & turbaris erga plurima. 42. Porro vnum est necessarium, Maria optimam partem elegit: quæ non auferetur ab ea.

VERS. 1.
Septuaginta
duorum di-
scipulorum
nomina non
notantur

POST HÆC AVTEM DESIGNAVIT DOMINVS A ET ALIOS SEPTVAGINTA DVOS] Ita legendum cum Romanis; tot enim præcisè fuerunt: licet alij legant, numerentque 70. vti habent hæc Græca, & S. Ambr. ac S. Hieronymus lib. de 40. mansionibus, atque hos 70. nominatim recenset Dorotheus in Synopsi sancti. Patr. sed Græcâ, vt videtur, fide: incerta enim esse eius nomina patet ex eo, quod alij alia eis dent nomina. Volaterranus lib. 10. Vibanorum Comment. plures quàm 72. nominatim recenset, sed eius nomina serè collecta sunt ex Actis Apostol. & Epistol. S. Pauli: imò inter eos numerat quosdam Cornel. in Lucam.

dam, qui post ascensionē Christi fuere conuersi, vt Eunuchum Candacis reginæ, qui conuersus fuit à Philippo, Actor. 8. & Philemonē, qui conuersus fuit à Paulo. Wicelius in Hagiologio recenset 70. ex libro cui nomē *Cultura vineæ Dominiæ*: vbi inter alios nominat eundem Philemonem, & Lucam, quem ex initio Euangelij eius, cum Christo non fuisse conuersatum liquet. Denique Eusebius lib. 1. Hist. c. 14. testatur se 72. discipulorū nomina nusquā inuenisse scripta; nonnullorum tamen nomina ex Actis Apostol. colligi possunt, vt Matthiæ & Barfabæ, Actor. 1. Stephani & ceterorum sex diaconorū, Actor. 6. L. Ana-

Dijlex praedestinatio.

Porro sicut duplex est haec Dei praesentia & praedestinatio, ita & duplex est liber vitae: prior perfectus & completus, quo absolute, & determinate ab aeterno à Deo descripti sunt omnes electi ad gloriam, qui re ipsa ad vitam aeternam peruenturi sunt: hic est ineffabilis & immutabilis. Posterior, in quo omnes iusti & sancti describuntur, non absolute, sed conditionate, & secundum praesentem iustitiam; si nimirum in ea usque ad mortem perseverent: hic non est certus & infallibilis, nam ex illis multi à iustitia excidunt, malè moriuntur, reprobantur & damnantur. Sic Apostolus Philipp. 4. salutat Clementem, suosque fideles, quorum nomina sunt in libro vitae. Nihil enim aliud vult dicere, quam quod dixit de omnibus Ephesijs fidelibus, Ephes. cap. 1. nimirum eos esse à Deo electos & praedestinos per Christum; scilicet absolute per fidem & gratiam, sed conditionate ad gloriam, si nimirum in Christi fide & gratia perseverent. Et Ephes. 2. Vos ait, estis eius sanctorum, & domestici Dei. scilicet per gratiam, ac tales futuri per gloriam si in gratia decedatis: sic etiam orat Ecclesia in Collecta secreta Missae tempore Quadragesimae, ut omnium fidelium nomina beatae praedestinationis liber ascripta retineat: hi ergo possunt à sua praedestinatione excidere, ac proinde non sunt absolute praedestinati, sed conditionate, si videlicet in fide & sanctitate usque ad finem vitae persistent. Sic etiam hoc loco videtur accipi, ait, Iulenus, Franc. Lucas & alij, licet de eo dubitet Maldonatus, ac neget Toletus. Nam non velle Christum hic omnes septuaginta discipulos certos facere de sua absoluta & efficaci electione ad gloriam, patet ex v. 18. ubi minas & metum damnationis eis iniicit, dicens: Fidebam sciamus sicut fulgur de caelo cadentem. q. d. Videte ergo & vos ne similiter caelo, id est gratia & gloria vobis in caelo preparata, excidatis. Sic omnes Apostoli fuere à Christo electi, scilicet ad Apostolatium, & tamen vnus ex eis Iudas fuit reprobatus & damnatus, iuxta illud Christi: Nomen ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est: Ioan. 6. 70. Pari modo ex 70. discipulis Christi fuere septem primi Diaconi, de quibus vnus fuit Nicolaus nomine, qui immunditatum omnium, & Nicolitarum haereses auferat existitisse refertur, ait S. Hieronymus epist. 48. cap. 3. Quod ergo duodecim Apostolis & eorum sequacibus promittit Christus Matth. 19. vers. 18. dicens: Vos qui secuti estis me, &c. sedebitis super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel; intellige non absolute, sed sub hac conditione, Si in mei sequela usque ad mortem perseveraveritis.

VERS. 21.

IN IPSA HORA EXULTAVIT SPIRITUS SANCTUS] id est, per Spiritum sanctum, quo plenus erat Christus, puta per gratiam, laetitiam & iubilum suae humanitati & menti à Spiritu sancto infusum, eod quod Spiritus sanctus efficacia fecisset sua promissa, ac per suos discipulos tam rudes & imbecilles tanta prodigia, daemones expellendo, & morbos quolibet sanando, parrasisset, quibus ipse Christi fidem & Dei gloriae promovebat.

ET REVELASTI EA PARVULIS] scilicet abiectionis & rudibus meis discipulis. Ea, ut nimirum ipsi cognoscant te esse Deum verum, ac me à te missum, ac consequenter agnoscat viam ad iu-

sticiam & salutem quae est credere in me, & meisque iussis obedire, itaque sint praedestinati, atque per eos alij multi quos à daemionibus & morbis liberant, veri Dei cognitione illuminentur & saluentur.

OMNIA MIHI TRADITA SVNT A PATRE MEO] ut sicut à Patre meo creata sunt, ita iam vitio ipsorum perdita per me recreentur & redimantur; ut scilicet homines in peccata prolapsos subleuem, sanctificem & beem, & cum homine ceteras creaturas vitio hominis corruptas renovem, & restaurem. Ita S. Athanas. serm. 4. contra Arianos: Postquam, inquit, peccasset & lapsus esset homo, eiusque lapsu perturbatis omnibus, mors invadisset ab Adam usque ad Christum, terraeque execrationi data esset, infernus apertus, paradysus clausus, caelum insensum, & tandem corrupto & interempto homine insilisset diabolus contra nos; tunc dedit illi hominem ut ipsum Verbum caro fieret, carnemque assumptam in omnibus inlauraret. Tradita enim sunt illi ut medico, qui sanaret morsum serpentis; & ut vitae, quae excitaret mortuum; & ut luci, quod illuminaret tenebras; & ut rationi, quod redintegraret vim rationalem. Particulatim deinde idiolum explicat, dum subdit: Postquam igitur tradita sunt illi omnia, & factus est homo correpta sunt omnia, & perfecta, terra pro maledictione benedictionem obtinuit, paradysus reclusus est, infernus se metu contraxit, monumenta aperta sunt resurgentibus mortuis: porta reclusa sunt, ut intraret ille ex Eden.

Non igitur loquitur hic Christus de essentia & attributis diuinis, sibi à Patre traditis, & per generationem diuinam communicatis, ut explicuit S. Chrysostomus homil. 39. in Matth. 5. Hilarius libr. 6. de Trinitate, S. Ambrosius lib. 3. de Spiritu sancto c. 12. sed de plena omnium potestate quae sibi ut homini, ad hominum salutem à Patre tradita fuit.

ET ECCE QUIDAM LEGISPPOSITVS SVREXIT TENTANS ILLVM, ET Dicens: MAGISTER, QUID FACIENDO VITAM AETERNAM POSSIDEBO?] q. d. Quid me facere oportet ut vitam aeternam obtineam & possideam? Alius est hic Legispositus ab eo qui idem quaesivit à Domino Matth. 22. v. 36. ut patet ex circumstantijs vtriusque.

TENTANS EVM] Hinc patet ipsum quaesivisse haec animo non sincero discendi, sed ficto & dolo tentandi Christum, an Christus scilicet aliquid de se, suaeque doctrina contra legem responderet, ac illam huic praeferebat, vnde eum calumniandi vel acculandi occasionem haberet. Christus enim ab illis censebatur legis prauaricator & contemptor. Ita Toletus.

Cetera quae sequuntur usque ad versum 29. exposui Matth. c. 22. v. 36. & seq.

ILLE AUTEM VOLENS IUSTIFICARE SE IPSVM, DIXIT AD IESVM: ET QVIS EST MEVS PROXIMVS?] Iustificare, id est, iustum praeteris ostendere; q. d. Demonstra mihi aliquem proximum in iustitia, qui scilicet tam iustus sit quam ego, & vix invenies. Ita Titus, Euthymius & Isidorus Pelus. lib. 4. epistol. 173. qui censent Legispositum haec dixisse ex superbia & fastu Pharisaeo. Proximum, ait Isidorus, censuit esse iustum iusto, sublimem sublimi; q. d. Ostende mihi aliquem qui tam magnus sit ut possit mecum comparari.

Verum

Verum Christi responsio contrarium significat, ut pater intuenti. Quare videtur hic Legispositus qui initio tentandi animo accesserat, auditò dicto Christi, quo suum responsum de primo dilectionis Dei & proximi mandato laudarat, mentem mutasse, ac aversionem suam in amorem & reverentiam Christi convertisse, atque sincerè & serio quaesivisse quis esset proximus, ut eum diligeret, & legem implere posset. Ergo volens iustificare seipsum, id est volens se ostendere iustitiae amatorem, & timoratae conscientiae quasi sollicitum intelligere legem Domini, & quali assidue in ea studentem & meditantem, ut eam opere adimpleret. Ita Toletus, Ianfenius & alij.

ET QVIS EST MEVS PROXIMVS?] Magna enim inter Scribas haec de re erat quaestio, imò error: Scribae enim ex Levit. 19. 18. diliges proximum, id est, amicum, à contrario inferebant; Ergo odio prosequeris inimicum tuum, puta Gentilem, qui non est Iudaeus: vnde hunc eorum errorem correxit Christus Matth. 5. 43. Quare Scribae amicum vel proximum censebant esse solum Iudaeum; utpote veri Dei cultorem, eiusdemque secum gentis & religionis, imò inter Iudaeos eos qui legem prauaricabantur & impie vivebant, censebant non esse proximos, nec diligendos, sed solos fideles & iustos. Merito ergo Legispositus hic rogat Christum quis sit proximus. q. d. Ego omnes Iudaeos probos quasi proximos diligo, sicut enim alij adhuc proximi à me diligendi? Respondit Christus alios esse, nimirum proximos nostros esse omnes omnino homines: hi enim proximi nobis sunt ob communionem eiusdem vitae humanae, eiusdem gratiae, eiusdem redemptionis per Christum, eiusdem Ecclesiae & Sacramentorum, eiusdem vocationis ad fidem & gratiam, eiusdem destinationis, cursumque ad eandem felicitatem & vitam aeternam. Omnis ergo homo est hebr. reá, id est amicus, socius, graecè φίλος, id est propinquus, à φίλω, id est accedo, appropinquo, quod in futuro habet φίλω; vnde φίλος: latine nervosius vocatur proximus, quia proximè, id est, nullo mediante ad nos accedit, nosque contingit per eandem vitam, gratiam, Ecclesiam, gloriam, &c. Proximus enim Cicero ad Latinus dicitur vicinissimus, vnde Isidorus libr. 9. Etymol. cap. 6. Proximus, ait, dicitur ob proximitatem sanguinis. Et Cicero l. 2. de Legibus, id, ait, habendum est Deo proximum (id est vicinissimum) quod est optimum. Iam autem omnis homo nobis vicinissimus est per eandem Dei creationem, & eandem Christi redemptionem, & vocationem ad eandem gratiam & gloriam: ergo omnis homo nobis est proximus. Vnde dicta Levit. 19. v. 18.

Tropologicè, vox proximus, exigit visceralem affectum & amorem: proximus enim à proximo diligendus est quasi frater à fratre, vel filius à patre: in his enim nullum est medium, sed alter alteri est proximus, ita tamen ut seruetur ordo charitatis, quo magis diligendus est pater, quam frater, & frater quam nepos, &c. inter proximos enim alius alio nobis est proximior, ideoque magis diligendus.

VERS. 30.

SVSCIPENS AUTEM IESVS, DIXIT] Euthymius, excipiens sermonem, id est, respondens, ac fuse & exactè quaestionem, quis sit proximus, enucleans & resoluens. Sic ait Virgi-

lius: Excipit Aescanius, id est, vices respondendi suscipit.

HOMO QUIDAM DESCENDEBAT AB IERUSALEM, (ideoque Israelita, ait August. serm. 37. de Verbis Domini, & Hierosolymita, ait Beda) IN IERICO, ET INCIDIT IN LATRONES] Est parabola sumpta à re quae saepe tunc temporis contingeat, ideoque vera historia & res gesta. Nam ut notat S. Hier. in c. 20. Matth. & in Epiphaphio Paulae epist. 77. inter Ierusalem & Iericho erat locus periculosus & latrocinis infestus, ideoque hebr. dictus Adommim, vel potius Adammim, id est rubens & cruentus: quia multus in eo sanguis crebris latronum fundebatur incursum. Audi Adrichomium locum hunc ex S. Hieronymo, Saligniaco, Brocardo & alijs plenè describentem in Descriptione tribus Benjamin pag. 14. num. 6. Adommim, ait, locus sanguinarius, frequenter homicidij & latrocinij infamis, etiam posterioribus temporibus, & rem, & nomen retinuit; aspectu terribilis, & valde periculosus, quem sine conductu nemo remerè transeat. Eo loci homo ille, qui de Ierusalem in Iericho tendebat, curatus est à Samaritano, cum incidisset in latrones, ab iisque vulneratus esset, quod etiam multis contingit. Difpat à Iericho contra Occidentem quatuor leucis. Quondam villula, nunc castrum, ut Broid. ex Brocardo, ut Hieronym. ruina in sorte tribus Iudae: Graecè vocatur ἀνάκατος πύργος, id est, ascensus rubentium propter sanguinem qui ibi à latronibus funditur; hebr. Maledomim est consuetum tribus Iudae & Benjamin, ubi & castellum militum situm ob auxilia viator. Videtur hic caverna profunda, super quam olim erectum fuit aedificium. Denique locus hic erat situs in monte vel colle, ex quo latrones eminus viatores aduocantes prospicere poterant; ut eos ex improviso invaderent: vnde Iosue 15. v. 7. locus hic vocatur Ascensio Adommim.

QVI ETIAM DESPOLIAVERVNT EVM (pecunijs, vestibus, rebus omnibus quas habebat) ET PLAGIS IMPOSITIS ABIERVNT SEMI VIVO (graecè, ἐμψύγης, id est, semimortuo) RELICTO] in via illi certò ex vulneribus moriendum erat ibi, nisi quis ei succurreret & mederetur. Solent enim latrones eos quos spoliaverunt vulnerare, vel occidere, ne spoliati illicò aduocent obuios & vicinos, qui latrones persequantur, & spolia eis extorqueant, imò eos trucidant. Syrus clarè & irruerunt in eum latrones, & spoliaverunt eum, & vulneraverunt eum, & reliquerunt eum cum vix subsisteret in eo anima, & abierunt.

ACCIDIT (casu, si homines spectes; sed certò consilio, si Dei providentiam, cui nihil est fortuitum, sed omnia praeuisa & prouisa, consideres) AUTEM UT SACERDOS QUIDAM DESCENDERET EADEM VIA: ET VISO ILLÒ PRATERIVIT] Graecè, ἀπαπεινώθη, id est, ex aduerso vulnerati illius & moribundi percussus, non tantum ad eum non accessit, sed & retrorsum abiit, & in contrariam partem iter suum reflexit, ait Titus & Theophyl. Notat hic Christus praeposterà religionem ac inhumanitatem sacerdotum illius aevi, qui externas tantum ceremonias, victimas & oblationes, quibus ipsi ditabantur, curantes, internam pietatem & misericordiam & charitatem negligebant, imò pessumdabant. Hic enim sacerdos videns proximum suum gente Iudaum,

L 4 Iudaum,

eterna in conspectu Dei incorruptione gaudere.

Porrò S. Thom. 2. 2. q. 180. art. 7. *Vita contemplativa*; ait, *principium consistit in contemplatione Dei, ad quam mouet charitas. Et postea: Vita contemplativa licet principaliter consistat in intellectu, principium tamen habet in affectu: in quantum videlicet aliquis ex charitate ad Dei contemplationem incitatur. Ex quo finis respondet principio, inde est quod etiam terminus & finis contemplativa vita habet esse in affectu: dum scilicet aliquis in visione rei amatæ delectatur, & ista delectatio rei vise amplius excitat amorem.*

Vita ergo contemplativa, quæ est iugiter Deo inhære, facit hominem toto mundo altiorē, vt conuerteretur in cælis, ibiq; mente fixus terrena omnia tam prospera quàm aduersa, velut exilia sub se posita despiciat, nec magnum quid æstimet nisi Deum & diuina. Hæc proinde est charissima Dei sponsa, quæ pacatissimè & iucundissimè in solâ diuinatam rerum meditatione conquietur, dicitque: *In pace in idipsum dormiam & requiescam.* Causam dat S. Bernard. serm. 29. in Cant. *Tranquillus Deus tranquillat omnia, & quietum aspicere, quiescere est.* Vita contemplativa acquiritur per vitam actiuam, putà per mortificationem, contem-

Via ad contemplationem.

plum rerum omnium quæ in mundo sunt, silentium, custodiam cellæ, officia charitatis, ceterarumq; virtutum. *Sicut enim flos precedit fructum, sic vita cœnobitica eremiticam* (id est actiuam contemplatiuam) ait S. Sabas, vt habetur in Vita S. Ioan. Silentiarij. Quocirca S. Basil. Cassianus, Dorotheus & alij Ascetæ docent, inchoandum esse studium virtutis in vita actiuâ & cœnobitica; inde pergendum ad vitam contemplatiuam & solitariam. Vide inter alios nostrum Iac. Aluarez de Paz tom. 3. vbi fusè tract. de vitâ contemplatiuâ, ac quindecim eius gradus assignat.

Denique Nota, Ecclesiam rectè & appositè hæc legere in festo Assumptionis B. Virginis, tum quia B. Virgo officiosissima fuit Christi hospita, tum quia ipsa vtrumque officium, Marthæ scilicet & Magdalene: perfectè obit, tum quia ipsa optimam partem elegit, quæ non auferretur ab eâ. Vide nostrum P. Canisium l. 5. Marialis c. 7. Audi S. Iudephon. serm. 5. de Assumpt. *De ista dicitur, inquit, Optimam partem elegit, quia prima omnium seminarum Deo virginatam obtulit, & idcirco promeruit, vt Dei Filius ex eâ corpus nostræ redemptionis suscipere.*

Cur hoc Evangelij in festo Assumptionis legitur?

CAPVT VNDECIMVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

PRIMò, Christus tradit orationem Dominicam, & modum orandi. **Secundò**, v. 14. eijcit demonium, probatq; se id facere non in Beelzebub, vti calumniabantur Scribæ, sed in digito Dei. **Tertiò**, v. 27. mulier à turbâ ei acclamat, Beatus venter qui te portauit; at ipse ait, Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. **Quartò**, v. 29. Iudæis signum petentibus dat signum Ionæ, additq; Iudeos à regina Saba & Niniuitis condemnandos in die iudicij. **Quintò**, v. 33. docet lucernam corporis esse oculum; illum ergo parum, & clarum esse seruandum. **Sextò**, v. 38. inuitatus à Phariseo notatq; quod illotus ad mensam accederet, acriter vitia Phariseorum castigat, eisq; væ intemat.

Primam partem audiuimus Matth. 6. 9. & Matth. 7. v. 7. & 9. Secundam Matth. 12. 24. Quartam Matth. 12. 39. Quintam Matth. 6. 22. Sextam Matth. 23. superest ergo Tertia, & particula Prima hic explicanda.

I. ET factum est: cum esset in quodam loco orans, vt cessauit, dixit vnus ex discipulis eius ad eum: Domine, doce nos orare, sicut docuit & Ioannes discipulos suos. 2. Et ait illis: Cum oratis, dicite: Pater sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. 3. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. 4. Et dimitte nobis peccata nostra, siquidem & ipsi dimittimus omni debenti vobis. Et ne nos inducas in tentationem. 5. Et ait ad illos: Quis vestrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi: Amice, commoda mihi tres panes, 6. quoniam amicus meus venit de viâ ad me, & non habeo quod ponam ante illum, 7. & ille deintus respondens dicat: Noli mihi molestus esse, iam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili, non possum surgere, & dare tibi. 8. Et si ille perseverauerit pulsans: dico vobis, & si non dabit illi surgens eo quod amicus eius sit, propter improbitatem tamen eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios. 9. Et ego dico vobis: Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. 10. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur. 11. Quis autem ex vobis patrem petit panem, numquid lapidem dabit illi? Aut pisces: numquid pro pisce serpentem dabit illi? 12. Aut si petierit ouum: numquid porriget illi scorpionem? 13. Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona dare filiis vestris: quanto magis Pater vester de cælo dabit spiritum bonum petentibus se? 14. Et erat eijciens dæmonium, & illud erat mutum. Et cum eiecisset dæmonium, locutus est mutus, & admiratæ sunt turæ. 15. Quidam autem ex eis dixerunt: In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit

eijcit dæmonia. 16. Et alij tentantes, signum de cælo quærere ab eo. 17. Ipse autem vt vidit cogitationes eorum, dixit eis: Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur, & domus supra domum cadet. 18. Si autem & Satanas in seipsum diuisus est, quomodo stabit regnum eius? quia dicitis in Beelzebub me eijcere dæmonia. 19. Si autem ego in Beelzebub eijcio dæmonia: filij vestri in quo eijciunt? ideò ipsi iudices vestri erunt. 20. Porrò si in digito Dei eijcio dæmonia, profectò peruenit in vos regnum Dei. 21. Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea quæ possidet. 22. Si autem fortior eo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat, & spolia eius distribuet. 23. Qui non est mecum, contra me est: & qui non colligit mecum, dispergit. 24. Cum immundus spiritus exierit de homine, ambulat per loca inaquosa, quærens requiem: & non inueniens, dicit: Reuertar in domum meam vnde exiui. 25. Et cum venerit, inuenit eam scopis mundatam, & ornatam. 26. Tunc vadit, & assumit septem alios spiritus secum, nequiores se, & ingressi habitant ibi. Et sunt nouissima hominis illius peiora prioribus. 27. Factum est autem, cum hæc diceret: extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi: Beatus venter, qui te portauit, & vbera quæ suxisti. 28. At ille dixit: Quinimò beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. 29. Turbis autem concurrentibus cœpit dicere: Generatio hæc, generatio nequam est: signum quærît, & signum non dabitur ei nisi signum Ionæ prophetæ. 30. Nam sicut fuit Ionas signum Niniuitis: ita erit & Filius hominis generationi isti. 31. Regina Austru surget in iudicio cum viris generationis huius, & condemnabit illos: quia venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis: & ecce plus quàm Salomon hic. 32. Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione hæc, & condemnabunt illam: quia pœnitentiam egerunt ad prædicationem Ionæ, & ecce plus quàm Ionas hic. 33. Nemo lucernam accendit, & in abscondito ponit, neque sub modio: sed supra candelabrum, vt qui ingrediuntur, lumen videant. 34. Lucerna corporis tui, est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit: si autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit. 35. Vide ergo ne lumen, quod in te est, tenebræ sint. 36. Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum, & sicut lucerna fulgoris illuminabit te. 37. Et cum loqueretur, rogauit illum quidam Phariseus vt pranderet apud se. Et ingressus recubuit. 38. Phariseus autem cœpit intra se reputans dicere, quare non baptizatus esset ante prandium. 39. Et ait Dominus ad illum: Nunc vos Pharisei, quod deforis est calicis & catini, mundatis: quod autem intus est vestrum, plenum est rapina, & iniquitate. 40. Stulti, nonne qui fecit quod deforis est, etiam id, quod deintus est, fecit? 41. Verumtamen quod superest, date eleemosynam: & ecce omnia munda sunt vobis. 42. Sed væ vobis Phariseis, quia decimatam mentham, & rutam, & omne olus, & præteritis iudicium & charitatem Dei: hæc autem oportuit facere, & illa non omittere. 43. Væ vobis Phariseis, quia diligitis primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro. 44. Væ vobis, quia estis vt monumenta quæ non apparent, & homines ambulantes supra nesciunt. 45. Respondens autem quidam ex Legisperitis, ait illi: Magister, hæc dicens etiam contumeliam nobis facis. 46. At ille ait: Et vobis Legisperitis væ, quia oneratis homines oneribus, quæ portare non possunt, & ipsi vno digito vestro non tangitis sarcinas. 47. Væ vobis qui ædificatis monumenta Prophetarum: patres autem vestri occiderunt illos. 48. Profectò testificamini quod consentitis operibus patrum vestrorum: quoniam ipsi quidem eos occiderunt, vos autem ædificatis eorum sepulchra. 49. Propterea & sapientia Dei dixit: Mittam ad illos prophetas, & Apostolos, & ex illis occident, & persequentur. 50. Vt inquiratur sanguis omnium Prophetarum, qui effusus est à constitutione mundi à generatione ista. 51. à sanguine Abel, vsque ad sanguinem Zachariæ, qui periit inter altare & ædem. Ita dico vobis, requiretur ab hæc generatione. 52. Væ vobis Legisperitis, quia tulistis clauem scientiæ, ipsi non introistis, & eos qui introibant, prohibuistis. 53. Cum autem hæc ad illos diceret, cœperunt Pharisei & Legisperiti grauiter insistere, & os eius opprimere de multis. 54. Insidiantes ei, & quærentes aliquid capere de ore eius, vt accusarent eum.

VERS. 2.

CVM ORATIS DICITE : PATER SANCTIFI- GETVR NOMEN TVVM] Math. cap. 6. 6. ad- dit, Pater noster qui es in caelis. Porro Math. hanc orationem adiungit sermone Domini in monte, quem initio praedicationis habuit Christus, ut in eo compendium & summam Evangelicæ suæ doctrinæ discipulis proponeret; Lucas vero hic posterius eandem assignat: vel ergo bis orationem Dominicam docuit Christus, vel potius illam, vti & alia, Matthæus eo loco posuit per proleptin vel anticipationem, ut simul quasi synopsin totius doctrinæ Christianæ proponeret. Ita Iansenius.

Nota. Matthæus orationi Dominicæ septem dat petitiones, Lucas vero hic quinque: duas ergo omisit, quæ in alijs quinque virtute continentur, nimirum tertiam, Fiat voluntas tua sicut in caelo & in terra, quæ virtute continetur in prima, Sanctificetur nomen tuum. Hoc enim fit cum voluntatem Dei facimus. Et septimam, Sed libera nos à malo, quæ virtute continetur in sexta, Et ne nos induas in temptationem. Arguuntur hic Pelagiani inimici gratiæ Christi, qui dicebant neque necessarium esse dicere, Dimitte nobis; neque ita illud, Ne nos inferas, &c. Intelligendum esse, tamquam diuinum adiutorium postulare debeamus, ne in peccatum tentati decidamus, sed hoc in nostra potestate esse potestate, & ad hoc implendum solam sufficere hominis voluntatem. Ita Conc. Mileuit. 2. ep. ad Innoc. Papam.

VERS. 5.

ET AIT AD ILLOS (discipulos suos) QVIS VESTRVM HABEBIT AMICVM, ET IBIT AD ILLVM MEDIA NOCTE, tempore maxime incommodo & importuno, ET DICET ILLI AMICVS COMMODA MIHI TRES PANES?] Commoda, id est maturo datam commodantur proprie libri, vasa, tapetes, qui iidem numero restituantur; mutantur vero panes, frumenta, cibi qui usu consumuntur, ac proinde iidem non numero, sed specie redduntur. Proponit hanc parabolam Christus, ut discipulos doceat non cadere animo, nec desistere si statim in oratione non exaudiantur, verum in eâ perseverare & contentius orare: sic enim fore ut à Deo exaudiantur, & impetrent ea quæ postulant. Ita S. Chryost. in Carena, Titus, Euthym. Iansenius & alij.

VERS. 6.

QUONIAM AMICVS MEVS VENIT DE VIA AD ME, ET NON HABEO QVOD PONAM ANTE ILLVM] q. d. Amicus meus ex itinere fessus & esuriens venit ad me hospitaturus, & non habeo quod apponam illi. Ita Græca & Arabicus.

VERS. 7.

ET ILLE DE INTVS RESPONDENS DICAT: NOLI MIHI MOLESTVS ESSE, IAM OSTIVM CLAVSVM EST, ET PVERI MEI MECVM SVNT IN CVBILI, NON POSSVM SVRGERE, ET DARE TIBI] Incubili, id est in cubiculo; Syrus, in lecto. Excusat ergo se non posse surgere & dare panes, nisi filios exerceat, ait Euthymius, totamque familiam turbet.

VERS. 8.

ET SI ILLE PERSEVERAVERIT PVLANS; DICO VOBIS, ET SI NON DABIT ILLI SVRGENS: ED QVOD AMICVS EIVS SIT, PROPTER IMPROBITATEM TAMEN EIVS SVRGET, ET DABIT ILLI QVOTQVOT HABET NECESSARIOS] Propter improbitatem græcè ἀγαθότητα, id est impudicitiam, inuerecundiam, importunitatem, ut vertit Arabicus, sic dicimus: Labor improbus omnia vincit; improbus, id est assiduus, indefessus. Audi S.

August. Ierem. 5. de Verbis Dom. c. 5. Quid est, propter improbitatem & quia pulsare non desistit: quia & cum esset negatum, se non auerit. Ille qui volebat dare, quod petebatur, fecit, quia ille in petendo non desecit. Quanto magis dabit Deus bonus, qui nos hortatur ut petamus: cui displicet si non petamus? Vult enim Deus nos in oratione esse perseverantes vsque ad importunitatem, eâque delectatur, vultque nos magno affectu instare, pulsare, urgere & quasi cogere Deum ad dandum. Hæc vis gratia Deo, ait Tertullianus l. de Orat.

ET EGO DICO VOBIS: PETITE, ET DABITVR VOBIS] Arabicus, petite, & donabimini. Vide dicta Matth. 7. v. 7.

AVT SI PETIERIT OVVM] Lucas hoc addit Mathæo. Porro oua petunt pueri, ut citò crescant & adulescant: oua enim valde nutriunt, statimque vertuntur in sanguinem. Vnde ouum est pullus liquidus, ait ille: aues enim ex ovo excludit pullum, Hinc Isidor. l. 12. Origen. c. 7. Oua, ait, diuisa sunt in vitula: unde & vitula, ed quod intrinsecus humore sit plena. Nam humidum est quod exterius humorem habet, vuidum quod interius.

FACTVM ET AVTEM, CVM HÆC DICERET, EXTOLLENS (præ amore & admiratione doctrinæ & virtutis Christi) VOCEM QVÆDAM MULIER DE TYRBA, DIXIT ILLI, BEATVS VENTER QVI TE PORTAVIT ET VBERA QVÆ SVXISTI] q. d. Ad eod magnum, diuinus & beatus es, ô lesu, ut propter te beata quoque sit mater quæ te genuit & lacte aluit. Hinc beatam dicit matrem, non patrem: quia sexui suo fauens, similib filij se matrem fieri exoptat. Adde, à Spiritu sancto illam excitatam fuisse, ut in hæc verba, quæ Christum ex matre virgine sine patre conceptum & natum significant, etiam si id ipsa nesciret, nec intelligeret, prorumperet. Suspiciantur nonnulli mulierem hanc fuisse S. Martham, aut potius S. Marcellam, S. Marthæ ancillam, quæ S. Martham Massiliam comitata est, eiusque vitam conscripsit: nam paulò antè in fine c. præced. Christus agebat Bethaniam in domo Marthæ. Si enim fuisset Martham, vti que nominasset eam Lucas, vti toties eam nominavit cap. præced. Marcella autem amore Christi feruens, ob hanc liberam Christi laudem Scribarum iras incurrit; ut ab eis paulò post Christi mortem, cum Marthâ, Magdalenâ & Lazaro naui sine velis & remis ad certum exitum sic imposita, sed Deo nauelero eam dirigente salua cum omnibus Massiliam appulit. Dixi suspiciantur: quia hæc de re nulla extat certa scriptura vel traditio.

BEATVS VENTER QVI TE PORTAVIT] Fuit Encomia enim hic venter templum, thalamus, caelum, thronus gloriæ Filij Dei. Cogita ergo quantis gratiæ donis fuerit exornatus, ut dignus fieret Deo. Rursum quàm sanctus esse debuit hic venter, quem ipsa Dei sanctitas per nouem menses non solùm inhabitando, sed & carnem & alimenta ex eo sumendo, sanctificauit, sibi que consecrauit. Quocirca huc alludens Ecclesia B. Virgini crebrò accinit: Beata viscera Mariae Virginis, quæ portauerunt æterni Patris Filium: & beata vbera, quæ lactauerunt Christum Dominum. Vnde Methodius orat. in Hypapantem: Tu, ait, cuncta continentis & comprehendentis comprehensio. Tu illa gestatrix eius qui verbo suo portat vniuersa. Ipsa est ergo ferculum veri Salomonis, de quo dicitur Cant. 3. 9. Fercu-

lum fecit sibi rex Salomon de lignis Libani: columnas autem eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum, mediâ charitate constravit propter filios Ierusalem. Vide ibi dicta.

Quocirca Gregor. Nicomed. orat. de Præsent. Virgin. illam nuncupat, thronum gloriosum & regium vehiculum, quo vestitum Verbum cum carne aduenit. Et S. Bernardus serm. 7. in psalm. Qui habitat, Magnus, inquit, ille Ignatus in pluribus quas ad eam conscripsi epistolis, Christi feram consalutari: egregius sanctus, & commendatio honoris immensis, neque cui seruire regnare est; gestare hunc non onerari est, sed ornari. Idem in illud Apocal. 12. Signum magnum: Quam familiaris, ait, ei facta es Domina, quam proxima, imò quam intima fieri meruisti, quantam inuisti gratiam apud Deum? in te manet, & tu in eo, & vestis eum, & vestis ab eo: vestis eum substantia carnis, & vestis ille te gloriæ suæ maiestatis; vestis solem nube, & sole ipsa vestis is.

B. Virgini igitur magis accinas, quàm Iudith caelo Holopherne, illud c. 15. Tu gloria Ierusalem, tu letitia Israel, tu honorificentia populi nostri, quia fecisti virginitate, & c. ideo manus Domini confortauit te, & ideo eris benedicta in æternum. Audi Patres hæc elogijs illam salutantes. Nazianz. in tragœdia cui titulus, Christus patiens;

Regina, domina, generis humani bonum, Anna semper esto tu moralibus;

Maximaq, quous in loco mihi salus.

S. Cyill. orat. contra Nestorium: Sit, ait, tibi sancta mater Dei laus: tu enim es pretiosa margarita orbis terrarum, tu lampas inextinguibilis, corona virginitatis, sceptrum orthodoxæ fidei. S. Chryost. serm. de Deipara: Aue mater, calum, thronus, Ecclesiæ nostræ decus, gloria, firmamentum S. Ephrem serm. de laudibus Virgin. eandem salutat vnicam spem patrui, gloriâ Prophetarum, præconium Apostolorum, honorem Martyrum: Latitiam Sanctorum, & lumen probatissimorum, Abraham, Isaac & Iacob, decus Aaron, splendorem Moyse, Gedeonis vellus, & carus Hierarcharum, omniumq, Sanctiorum, ac Virginum coronam, ob immensum fulgorem atque splendorem inaccessum.

VERS. 28.

AT ILLE DIXIT: QVINIMO BEATI QVI AVDIVNT VERBUM DEI, ET CVSTODIVNT ILLVD] QVINIMO, græcè πῶτερ, id est, imò potius; S. Aug. l. de S. Virgin. c. 3. & tract. 10. in Ioannem vertit, imò; Euthym. verè. Iansen. certè. Non igitur negat Christus matrem suam esse beatam, ut vult Caluinus; sed tantùm ait, beatiores esse qui verbum Dei audiunt & custodiunt, id est, opere adimplent: quia, ut ait Euthym. custodia sermonis Dei est eius adimpl. tio, assidua, continua, perseverans.

Ratio à priori est, quia esse matrem Dei est præcisè gratia gratis data, & externa dumtaxat, non gratum faciens; sed audire & custodire verbum Dei, est gratia interna gratum faciens. Rursum esse matrem Dei præcisè non facit matrem beatam, ut fruatur Dei visione & gloriâ æternâ: at custodire verbum Dei perseveranter vsque ad finem vitæ, perducit hominem ad Dei visionem & æternam gloriam. Insuper, quia esse matrem Dei, singulare est privilegium vnus Virginis: at audire & custodire verbum Dei, est commune omnibus fidelibus & sanctis. Vult enim Christus solari mulierem, quæ dixerat, Beatus venter qui te portavit. q. d. Tu beatam dicis matrem meam, quòd me tale filium genuerit, atque tacitè si Corn. in Lucam.

mitem beatitudinem optas, dolesque fortè quòd talis filius tibi non obtrigerit: at ego solidiorem & meliorem beatitudinem tibi offero, quæ omnibus eam volentibus competit, nimirum assero te beatam, imò beatiorem fore, si Verbum Dei audias & custodias: nam & mater mea beator fuit, quòd me mente quàm quòd ventre conceperit, adeoque nisi me mente concepisset, misera fuisset, ac gratiæ & gloriæ expertis, imò nisi me prius mente concepisset, indigna fuisset, quæ me ventre conciperet: decebat enim matrem Dei futuram, esse purissimam & sanctissimam. Audi S. August. locis iam citatis: Materna propinquitas nihil Maria profuisset, nisi felicius Christum corde quam carne gestasset. Beator ergo Maria percipiendo fidem Christi, quàm concipiendo carnem Christi. Vide dicta Matth. 12. 50.

LVCERMA CORPVS TVI, EST OCVLVS TVVS] Oculus symbolicè, est ratio, mens, ac præsertim intentio bona: quod enim oculus est corpori, hoc ratio & intentio est animo. Vide dicta Matth. 6. 21.

SI OCVLVS TVVS FVERIT SIMPLEX (purus, limpidus, clarus) TOTVM CORPVS TVVM LVCIDVM ERIT] vt pote ab oculo claro clarè illustratum.

SI ERGO CORPVS TVVM TOTVM LVCIDVM FVERIT, & C. ERIT LVCIDVM TOTVM] non corpus, ne sit tautologia & inutilis rei dictæ repetitio: sed totum absolute, hoc est quidquid homo habet in corpore vel circa corpus: id est, totus homo lucidus erit, omnesque eius potentia cum actibus inde prodentibus. Ita Maldonatus. Aliter Toletus: Si oculus, id est, prima & nobilissima pars corporis, putà oculus tuus, inquit, lucidus fuerit, fiet vt per eum totum corpus illustretur, fiatque lucidum. Hic enim sensus est planus, ac fortè pro σαμα, id est corpus, legendum est σαμα, id est oculus.

ET CVM LOQUERETVR, ROGAVIT ILLVM QVIDAM PHARISÆVS VT PRANDERET APVD SE, ET INGRESSVS RECUBVIT] Cùm loqueretur, id est, cum loquendo quòdam vice doceret populum. Ita S. August. l. 2. de Confensu Euang. cap. 39. Beda, Iansenius & alij; licèt Maldonatus ad proximè præcedentia referat. q. d. Cùm hæc quæ paulò antè dicta sunt, loqueretur, Rogavit, non animo sincero, sed vt Christum obseruaret, notaret & carperet, vt patet ex sequent. v. 53. & 54. Recubuit, non lauans manus ijs caeremonijs, quibus Pharisei id faciebant.

PHARISÆVS AVTEM COEPIT INTRA SE REPVTVANS DICERE, QVARE NON BAPTIZATVS ESSET ANTE PRANDIVM] Caput dicere, græcè ἰδὼν ἰδωµοσεν, id est, videns admiratus est, quòd scilicet letus traditionem seniorum in lauando non seruaret: sic & Syrus, Baptizatus esset, id est, lotus, præsertim manibus, non solis, sed brachijs vsque ad cubitum, iuxta ritum Pharisæicum. Vide dicta Matth. 15. 1. Pharisei enim suam sanctitatem ponebant in hæc caeremonijs, ac præsertim crebris magnisque lotionibus: lauabant ergo manus, sed illotam scdamque gerebant mentem.

ET AIT DOMINVS AD ILLVM: NVNC VOS PHARISÆI QVOD DEFORIS EST CALICIS ET CATINI, MVNDATIS: QVOD AVTEM INTVS EST VESTRYM, PLENVM EST RAPINA ET IN-

Iesu, v. 20. risisti nostras caremonias & ritus lotionum; ergo tu damnas traditiones patrum nostrorum. Tu v. 42. culpasti nos, quod decimemus mentham, &c. ergo tu carpis legem quæ decimas sanxit. Tu v. 43. taxasti nos, quod amenus primas cathedras: ergo redarguis Moysen qui illas nobis assignauit. Tu v. 47. carpsisti nos, quod ædificemus monumenta Prophetarum; ergo Prophetas honorari & coli vetas. Tu v. 52. eripuisti nobis clauem scientiæ: atqui hanc Synagoga rota nobis attribuit. Vis ergo euertere ordinem hierarchicum Doctorum & sacerdotum, à Deo & Ecclesiâ sancitum? vis plus sapere quàm sapuit Moyses? vis legem corrigere, & nouam inducere?

VERB. 54. INSIDIANTE EI, ET QUÆRENTES ALIQUID CAPERE (ἄραξ, ἡμετέροις, id est, venari) DE ORE EIUS, VT ACCVSARENT EVM] apud Caipham

A pontificem, vel apud Pilatum Cæsaris præsidem. Nam, vt ait Euthymius, putabant repente & de improviso in errorem omnino illum inducere: verum sapientissimè dissoluebat omnia, facileq; respondebat: quia nil nisi benè præmeditatum respondebat, & quia animo sedato sine ira aliâque passione loquebatur: Scribæ enim varijs interrogacionibus eum pungebant vt irasceretur, vel cerè ex furore animi aliquid diceret liberius vel audaciùs, quod cauillari possent, vt multi seruire disputandi ultra metas veritatis vel discretionis abripiuntur, dicuntque ea quæ antea non cogitarant, & quorum postea eos poenitet, imò quæ subinde retractare vel luere coguntur. At Christus seruiorem animi summâ moderatione, prudentiâ & pace temperabat, vt nil nisi verum, solidum, tranquilum & sanctum loqueretur.

CAPVT DVODECIMVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Christus docet Primò, fugiendam esse hypocrisin, nec timendos esse homines, qui corpus possunt occidere, sed Deum, qui animam potest perdere.

Secundò, v. 13. docet cauendam esse auaritiã, ac nimiam sollicitudinem vitis, vestitus, &c. Studendum verò eleemosynæ.

Tertiò, v. 35. monet nos semper paratos esse debere ad diem mortis & iudicij, vt pote incertam & inopinatam.

Quartò, v. 49. asserit se venisse vt ignem, crucem & separationem ab amicis mittat in terram.

Primam partem audiuntis Matth. c. 16. 6. & c. 10. v. 26. & seq. & c. 12. 32. Secundam magna ex parte Matth. 6. 20. & seq. Tertiam Matth. 24. 43. & seq. Quartam ex parte Matth. 10. 34. & seq. Quare pars secunda & quarta hic explicanda supersunt.

I. **M**ULTIS autem turbis circumstantibus, ita vt se inuicem conculcarent, cœpit dicere ad discipulos suos: Attendite à sermone Phariseorum, quod est hypocrisis. 2. Nihil autem opertum est, quod non reueletur: neque absconditum, quod non sciatur. 3. Quoniam quæ in tenebris dixistis, in lumine dicentur: & quod in aurem locuti estis in cubiculis, prædicabitur in tectis. 4. Dico autem vobis amicis meis: Ne terreatini ab his qui occidunt corpus, & post hæc non habent amplius quid faciant. 5. Ostendam autem vobis quem timeatis: timete eum, qui, postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam. Ita dico vobis, hunc timeate. 6. Nonne quinque passeriles vaneunt dipondio, & vnus ex illis non est in obliuione coram Deo? 7. Sed & capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus pluris estis vos. 8. Dico autem vobis: Omnis quicumque confessus fuerit me coram hominibus, & Filius hominis confitebitur illum coram Angelis Dei: 9. qui autem negauerit me coram hominibus, negabitur coram Angelis Dei. 10. Et omnis qui dicit verbum in Filium hominis, remittetur, illi: ei autem, qui in Spiritum sanctum blasphemauerit, non remittetur. 11. Cum autem inducent vos in synagogas, & ad magistratus & potestates, nolite solliciti esse qualiter aut quid respondeatis, aut quid dicatis. 12. Spiritus enim sanctus docebit vos in ipsa hora, quid oporteat vos dicere. 13. Ait autem ei quidam de turba: Magister, dic fratri meo vt diuidat mecum hereditatem. 14. At ille dixit illi: Homo, quis me constituit iudicem aut diuisorem super vos? 15. Dixitque ad illos: Videte, & caute ab omni auaritiã: quia non in abundantia cuiusquam vita eius est ex his quæ possidet. 16. Dixit autem similitudinem ad illos, dicens: Hominis cuiusdam diuitis vberes fructus ager attulit. 17. Et cogitabat intra se dicens: Quid faciam, quia non habeo quod congregem fructus meos? 18. Et dixit: Hoc faciam: Destruam horrea mea, & maiora faciam: & illuc congregabo omnia, quæ nata

nata sunt mihi, & bona mea. 19. & dicam animæ meæ: Anima, habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce, comede, bibe, epulare. 20. Dixit autem illi Deus: Stulte, hæc nocte animam tuam repetunt à te: quæ autem parausti, cuius erunt? 21. Sic est qui sibi thesaurizat, & non est in Deum diues. 22. Dixitque ad discipulos suos: Ideò dico vobis: Nolite solliciti esse animæ vestræ quid manducetis, neque corpori quid induamini. 23. Anima plus est quàm esca, & corpus plus quàm vestimentum. 24. Considerate coruos, quia non seminant, neque metunt, quibus non est cellarium, neque horreum, & Deus pascit illos. Quanto magis vos pluris estis illis? 25. Quis autem vestrum cogitando potest adijcere ad staturam suam cubitum vnum? 26. Si ergo neque quod minimum est potestis, quid de ceteris solliciti estis. 27. Considerate lilia quomodo crescunt, non laborant, neque nent: dico autem vobis, nec Salomon in omni gloria sua vestiebatur sicut vnum ex istis. 28. Si autem scœnum, quod hodie est in agro, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit: quanto magis vos pusillæ fidei? 29. Et vos nolite quærere quid manducetis, aut quid bibatis: & nolite in sublime tolli. 30. Hæc enim omnia gentes mundi quærunt. Pater autem vester scit quoniam his indigetis. 31. Verumtamen quærite primum regnum Dei, & iustitiam eius: & hæc omnia adiicientur vobis. 32. Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum. 33. Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam. Facite vobis sacculos, qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in cælis: quod fur non appropriat, neque tinea corrumpit. 34. Vbi enim thesaurus vester est, ibi & cor vestrum erit. 35. Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. 36. & vos similes hominibus expectantibus dominum suum quando reuertatur à nuptijs, vt cum venerit, & pulsauerit, confestim aperiant ei. 37. Beati serui illi, quos cum venerit dominus, inuenerit vigilantes: amen dico vobis, quod præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. 38. Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beati sunt serui illi. 39. Hoc autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias, qua hora fur veniret, vigilaret utique, & non sineret perfodi domum suam. 40. Et vos estote parati, quia qua hora non putatis, Filius hominis veniet: 41. Ait autem ei Petrus: Domine, ad nos dicis hanc parabolam, an & ad omnes? 42. Dixit autem Dominus: Quis, putas, est fidelis dispensator, & prudens, quem constituit Dominus supra familiam suam, vt det illis in tempore tritici mensuram? 43. Beatus ille seruus, quem cum venerit Dominus, inuenerit ita facientem. 44. Verè dico vobis, quoniam supra omnia quæ possidet, constituet illum. 45. Quod si dixerit seruus ille in corde suo: Moram facit dominus meus venire: & cœperit percutere seruos & ancillas, & edere, & bibere, & inebriari: 46. veniet dominus serui illius in die qua non sperat, & hora qua nescit, & diuidet eum, partemque eius cum infidelibus ponet. 47. Ille autem seruus, qui cognouit voluntatem domini sui, & non præparauit, & non fecit secundum voluntatem eius, vapulabit multis: 48. qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis. Omni autem, cui multum datum est, multum quæratur ab eo: & cui commendauerunt multum, plus petent ab eo. 49. Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt accendatur? 50. Baptismo autem habeo baptizari: & quomodo coarctor vsque dum perficiatur? 51. Putatis quia pacem veni dare in terram? Non, dico vobis, sed separationem: 52. erunt enim ex hoc quinque in domo vna diuisi, tres in duos, & duo in tres. 53. Diuidentur: pater in filium, & filius in patrem suum, mater in filiam, & filia in matrem, socrus in nurum suam, & nurus in socrum suam. 54. Dicebat autem & ad turbas: Cum videritis nubem orientem ab occasu, statim dicitis: Nimbus venit: & ita fit. 55. Et cum Austrum flantem, dicitis: Quia æstus erit: & fit. 56. Hypocritæ, faciem cæli & terræ nostis probare: hoc autem tempus quomodo non probatis? 57. Quid autem & à vobis ipsis non iudicatis quod iustum est? 58. Cum autem vadis cum aduersario tuo ad principem, in via da operam liberari ab illo, ne fortè trahat te ad iudicem, & iudex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerem. 59. Dico tibi, non exies inde, donec etiam nouissimum minutum reddas.

Deo totus conquiret, vt ab eo beatur, eoque A
perfuatur in aeternum. Vnde Glolla: In Deum
diues est, inquit, cuius expectatio est. Dominus,
quiulque substantia est apud Deum. Deo diues, ait
S. August. serm. 28. de Verbis Apostoli, est inops
auri, putat pauper spiritu, qualis erat Petrus dicens
claudo: Argentum & aurum non est mihi, quod ante
habeo, hoc tibi do. In nomine Iesu Christi surge & am-
bula, Actor. 3. Idem in psal. 39. Christus, ait, cum
diues esset, pauper factus est, vt ipius paupertate vos di-
taremini. Veros pauperes ditat, falsos diuites pau-
perat, iuxta illud: Beati pauperes spiritu, quoniam ip-
sorum est regnum caelorum, Matth. 5. Conemur, itaq;
ait Theophyl. diuites fieri in Deum, hoc est, vt in illa
fiduciam habeamus, & vt ille habeat nostras diuitias &
diuitiaru cellam, nec dicamus bona nostra, sed bona Dei:
si autem Dei sunt bona, ne priuamus Deum bonis suis.
Hoc est ditari in Deo, credere quod si omnia dederit, &
enacuauero me totum, non me aliquid rerum necessa-
riarum defedurum est. Promptuarium enim meum
Deus est, apertam & tolla necessaria & ea quibus mihi
opus fuerit.

Tertio.

Tertio, diues, id est largus, in Deum, est qui est
liberalis in pauperes; quod enim eis fit, Deus sibi
factum aestimat, & praemiatur. Vnde Beda, Qui
vult, inquit, in Deum esse diues, non sibi thesaurizat,
sed pauperibus possessa distribuat. Hic sensus bonus
est, sed partialis. Nam non agit hic Christus
precise de eleemosyna, sed de veris diuitijs, quas
docet esse, non fruges & opes terrae, sed virtutes
& bona opera: has enim parere vitam longae-
uam & beatam, tum in hoc saeculo, tum potius in
futuro.

Quarto.

Quarto, S. Augustin. serm. 44. de Temp. diui-
tem Deo esse docet eum, qui plenus est charita-
te, ideoq; Deo: Deus enim est charitas, & qui habet
charitatem, in Deo manet, & Deus in eo, 1. Ioan. 4.
Audi S. August. Si charitatem habes, Deum habes.
Quid habet diues, si charitatem non habet? pauper si
charitatem habeat, quid non habet? in forte putas quod
ille sit diues, cuius arca plena est auro, & ille non sit diues,
cuius conscientia plena est Deo? Ille verò diues esse vide-
tur, in quo Deus habitare dignatur.

Quinto.

Denique diues apud Deum, est abundans
omni virtute, vt pulchre & fuse explicat S. Am-
brosius lib. 4. epist. 27. ad Simplicianum, cuius
verba recitauit Petri 3. v. 4. ad illa: In incorrupti-
bilitate quiescit & modesti spiritus, qui est in conspectu
Dei locus pler.

Anagogice.

Anagogice, diuites Deo sunt beati qui Deo
omnibusque Dei opibus perficiuntur. Vnde S.
August. serm. 74. de Temp. cocludit solos beatos
esse diuites, tum quia Deum possident, tum quia
nullius indigent. Ille, inquit, verè diues est qui nullius
egret: at qui soli Beati nullo egent: ergo soli Beati sunt di-
uites. Hinc idem Augustinus praefat. in psalm. 40.
Christus, ait, diues erat apud Patrem, & pauper apud
nos; diues in caelo, pauper in terra; diues Deus, pauper
homo.

Quocirca sapienter S. Ambrosius epist. 33. ad
Demetriadem: Quo, inquit, pretio quietis huius tem-
poris aptius comparatur, quam vt ipsi mundo omnes
diuitiae, omnes dignitates & vniuersarum cupiditatum
materie refundantur, & sancto beatoque commercio
ematur Christiana libertas, sancti filij Dei de paupertate
diuites, de patientia fortes, de humilitate sublimes? Et
nonnullis interiectis: Vnde si verè intelligatur con-
tempnus iste rerum presentium, ad quae tendat & qualia

Paulo primo Eremita quotidie panem per cor-
uam transmittit, ac filijs Israel (facile erant tres
hominum milliones) in deserto quotidie man-
na sufficiens ad diurnam sustentationem, de
caelo depluit per 40. annos, quin & vestes eo-
rum illasas integrasque conseruauit, imò cum
pueris crescentibus illas pariter crescere effe-
cit.

Vers. 32.

Puillus
grex: cur?

NOLITE TERE, ne victus & vestitus vo-
bis desit, si sollicitudine deposita possessiones
vendatis & detis pauperibus; neve hac non
adjiciantur vobis, si primum quaeratis regnum
Dei, PUSILLVS GREX, id est paruus, Primò,
quia tum pauci erant fideles, ijque pauperes,
vel conditione & censu, vel electione & sen-
su, siue spiritu: spernebant enim diuitias ter-
rae, vt anhelarent ad caelestes, ideoque coram
mundo erant pusilli, id est viles & despecti:
iam verò fide & religione Christi per totum
orbem dilatata, vt reges quoque & principes ei
se subdant, non est pusillus grex, sed amplissi-
ma & potentissima Ecclesia. Secundò, grex
hominum fidelium est pusillus, si conferatur
cum angelis, qui sunt innumeri, ait Euthymius,
iuxta illud: Millia millium ministrabant ei, & de-
cies milies centena millia assidebant ei, Daniel. 7.
Tertio, pusillus est grex fidelium si comparetur
cum maxima multitudine infidelium & impio-
rum.

Addit Beda: dicitur pusillus grex ob humili-
tatem, vel ad comparationem maioris numeri
reproborum. Tunc enim fideles omnes exemplo
Christi ad Christianam humilitatem & pauper-
tatem sponte sese demittebant, praesertim Apo-
stoli & discipuli Christi; vnde ijs ait Christus:
Vendite quae possidetis. Graecè est, μη ποτε το πο-
λύ σπέρμα, id est, ne time paruus grex, vel pusil-
lus: vnde liquet tò pusillus esse nominatiui casus,
sed nominatiuus ponitur hic, vt & alibi saepe pro
vociatiuo; Apostolos enim vocat & compellat
continuo hic Christus. Sic Liuius ait lib. 1. Au-
di populus Albanus, & Virgil. Proce tela manu sanguis
meus, id est sanguis mi. Et: Agnus Dei qui tollis pec-
cata mundi, id est Agne Dei, nervosior enim &
figurificantior hic est nominatiuus, quam si pone-
retur ipse in se vocatiuus. Quare licet exponi
posset suppondo nonnulla. q. d. Nolite timere
vos qui estis pusillus grex, vt maneant nominati-
uus; tamen breuius & nervosius nil suppondo,
nominatiuus ponitur pro vocatiuo. Nolite ergo
timere ó fideles, quia licet sitis pusillus grex, ta-
men Deus vos magni aestimat, magnamque &
singularem vestri gerit curam, ac Christus Do-
minus est pastor vester, qui vos abunde pascet,
iuxta illud: Ego sum pastor bonus. Ioan. 10. v. 11. &
illud: Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco pa-
scit ibi me collocauit, ps. 21. Audi B. Petrum Chry-
sologum serm. 22. Grex pusillus mundo, magnus est
Dei; & serm. 23. Acquisiuit humilitas, superbia quod
amisse, & grex pusillus ac mitis, totas & varias edomuit
propria mansuetudine feritates: pusillus grex vicis ac
fregit tot genera bestiarum, quot diuersitates subdidit
iugo Christi nationum: idque fecit non ferendo, sed
patientido; non pugnando, sed moriendo pro
Christo.

QUIA COMPLACUIT PATRI VESTRO DARE

Cornel. in Lucam.

VOBIS REGNUM] Vobis, non pigris, non otiantibus, non in sola Dei misericordia praesumentibus, sed verba iussaque mea audientibus, & reipia exequentibus, ideoque crucem post me portantibus, passionem vestras mortificantibus, bonis operibus assidue incumbentibus. Dare, non absolute, sed conditionate, si videlicet in mea fide, amore & obedientia vsque ad mortem perseueretis: nec enim Iudae à Christo postea desiciscenti datum fuit hoc regnum. Rationem dat Christus, cur discipuli licet pusilli & paupes, non debeant timere ne necessaria eis desint. q. d. Cum Deus vos ita amet, vt destinet ad opes caelestes, ipsumque Dei caelique regnum, vtique non negabit opes haec viles terrae, in quantum illa necessariae sunt vt tendatis ad regnum caeleste, illudque verbo & vita euangelizetis. Ita S. Cyrillus in Catena: qui tam pretiosa largitur, ait, quomodo non erit clemens erga vos vt aliat, sed sinat vos fame mori?

Vers. 33.

VENDITE QVAE POSSIDETIS, ET DATE ELEEMOSYNAM] Consilium est, non praecceptum, vt volebat Pelagius, dicens omnes Christianos debere esse pauperes ex praeccepto Christi, Nam hoc esse consilium, patet ex verbis Christi Matth. 19. v. 17. & 21. Si vultis, inquit, perfectus esse, vende omnia, &c. Sensus ergo est. q. d. Vt studeatis perfectioni Evangelicae, vendite quae possidetis, & pretium date pauperibus, vt me pauperem spiritu in simili paupertate sequamini, ac mecum contemnatis opes terrestres, vt obtineatis caelestes. Insuper id facite hoc sine, vt ostendatis vos non esse sollicitos de victu & vestitu, sed totos pendere à Dei providentia, ab eoque expectare vitam necessaria, quae regnum suum quaerentibus ipse promittit. Hac de causa hoc Christi consilium secuti primi Christiani, omnia sua vendebant, & pretium ponebant ad pedes Apostolorum, vt ipsi illud inter pauperes fideles distribuerent. Actor. 2. 3. & 4. Ita Beda: Nolite, ait, timere defutura vobis necessaria vitam, quin etiam possessa vendite ob eleemosynam: quod tunc dignè fit, quando omnibus spreis ex labore manuum quis viuuit, & eleemosynam dat.

FACITE VOBIS SACCVLOS (gracè, βαλάνας, id est, marsupia, crumenas, bursas) QUI NON VETERASCVNT, ac proinde ex quibus excidere & perdi nequeat pecunia spiritualis eleemosynae, vti saepe excidit & perditur pecunia temporalis ex sacculis & crumenis diuitum, vetustate attritis & laceris. Saeculi hi non veterascentes, sunt sinus pauperum, ac magis mens & memoria Dei, in qua quasi in sacculo feruat Deus vestras eleemosynas & bona opera, vt amplissimam eorum mercedem vobis in die iudicij retribuatur. Id explicat subdens. THESAVRYVM NON DEFICIENTEM IN CAELIS, repete facite & parate vobis per opera pietatis & charitatis: QVÒ FVR NON APPROPRIAT, NEQVE TINEA CORRVMPIIT] Hinc rectè infert Chrysologus serm. 25. Quid ergo cum terra illi, qui possidet caelum? quid illi cum humanis, qui adeptus est iam diuina? nisi forte placeat gemitus, eligatur labores, amantur pericula, pessima mors delectat, & illata mala bonis sunt gratiora tollatis.

N

Vbi

30. Mor. cap. 32. & seq. Vide historiam Iudicum cap. 7.

IN MANIBVS VESTRIS] Hac verba non leguit Græca, Syrus & Arabicus, nec Græci Patres, vt Origenes, Clemens, Cyrillus, Chrysoft. Basilius, Titus; nec ex Latinis S. Ambrosius, S. Cyprianus, Hilarius & August. ferm. 39. illa tamen legit S. Gregorius hom. 13. Irenæus lib. 4. c. 72. & S. Hieron. in Ephel. 16. & Ierem. 1. ac Bibliorum codices Romæ correcti. In manibus ergo, id est præ manibus, ad manus, scilicet iuxta vos, coram vobis, vt vobis operantibus lucem præbeant ad opus: nec enim operantes solent lucernas in manibus tenere, sed iuxta se. Rursum proprie in manibus, vt cum iis quasi famuli Christo Domino venienti occurratis. Ex hac Christi sententia ortus est mos, fidelibus in agone dandi in manus cereos benedictos accensos, vt testentur se fide & charitate ardenti occurrere Christo, itaque ad id excitentur. Vide Amalarium, Rabanum, & alios qui de Officiis Ecclesiastic. scripserunt.

Addit S. Cyrillus lib. 4. de Adorat. in spiritu & veritate: Et caleati pedibus vestris. Verum ceteri omnes id non habent: quare videtur S. Cyrilli. illud ex Paulo Ephel. 6. v. 5. per inaduertentiam huc transcripisse.

ET VOS SIMILES HOMINIBVS EXPECTANTIBVS DOMINVM SVVM] Tertium est, hoc Christi præceptum, vel potius tertia eiusdem præcepti pars: prima enim est, lumbos præcingere; secunda, lucernas tenere: tertia, dominum expectare. Huc enim duo priora referuntur. Senfus est, q. d. Et vos ita planè parati & compositi sitis, sicut solent esse famuli noctu expectantes dominum; scilicet vigiles, præcincti lumbis, tenentes lucernas ardentes. Vnde Maldonatus putat vnum eandemque esse hanc parabolam, sed trinemembrem; Ianſenius censet esse diuersam, sed eodem res redit: quia, vt dixi, hæc est aliã & tertia pars parabole, ad quam duæ priores tendunt & diriguntur. Expectant dominum, ait Tolerus qui se hinc peregrinos æstimantes desiderio Christi flagrant, crebro & quasi iugiter de eo cogitant, intentum in eum habent animum, eius amore & spe patienter ferunt aduersa & quælibet incommoda, timent eum offendere, quem iam venientem ante oculos habent: facile contemnunt ea omnia, quæ ad aduentum eius non faciunt: iis delectantur, quæ illi grata esse cognoscunt: vilipendunt temporalia ob spem æternorum.

Symbolicè.

Symbolicè, ad sim lumbi vestri præcincti, docet nos hinc quasi peregrinos tendere ad patriam cælestem, iuxta illud 1. Petr. 2. Obsecro vos tamquam aduenas & peregrinos abstinere vos à carnalibus desideriis, quæ militant aduersus animam. Secundò, ad & lucerna ardentes in manibus vestris, notat nos debere per virtutes omnibus præluere, iuxta id quod subdit Petrus, Conuersationem vestram inter Gentes habentes bonam. Tertiò, ad & vos similes hominibus expectantibus dominum, monet nos spe in cælo debere esse defixos, iuxta id quod addit Petrus, Perfectè sperate in eam quæ vobis offertur gratiam.

Rursum S. August. ferm. 39. de Verbis Domini, asserit hæc tria esse illa, de quibus Felicem

Præsides admonuit Paulus, Act. 24. Docebat, ait, Paulus eos de continentia, de iustitia, & de spe vitæ æternæ: his namque summa vitæ Euangelicæ comprehenditur. Secundò, hiis tribus denotantur tria munia vitæ Apostolicæ, Primò enim lumbi præcincti, notant Apostolos mitti à Christo ad euangelizandum per totum orbem, & simul ad pugnam contra omnes demones, tyrannos, infideles, vitia, iuxta illud: Dedi vobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones, & omnem virtutem inimici, Luca 11. id circo enim præcinguntur hinc cingulo militiæ Christianæ & Apostolicæ, quasi in prælium acerrimum contendant 1. Secundò, lucernæ ardentes, notant eos sua prædicatione & doctrina orbem illuminare debere, iuxta illud: Vos estis lux mundi, Matth. 5. Tertiò, ad & vos similes hominibus expectantibus dominum, significat eos vitam præsentem, & omnia quæ in mundo sunt, debere spernere & calcare, ac vitam agere cælestem & diuinam, vt mente & corde in cælo sint fixi, iuxta illud Philipp. 3. Nostra conuersatio in cælis est. Subdit Paulus finem, fructum & præmium: Vnde etiam Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. q. d. Ideo spernimus terrena, ambimus cælestia, quia certè spe expectamus Christum qui nos beabit & glorificabit in æternum. Ita Toletus.

Hæc tria semper in mente fixa habere primus Christiani, qui quasi peregrini terre, & ciues cæli, opes, honores, delicias, ipsamque vitam præsentem pro Christo vltro profundeabant, quia certò expectabant post breuem hanc vitam instantem Domini aduentum, scilicet vitam beatam & æternam à Christo sibi dandam: quæ sanè vera est sapientia & prudentia. Id videre est in Pôrificibus, Virginibus, Martyribus Romanis per trecentos annos à S. Petro vique ad S. Siluestrum, qui in continuis persecutionibus gaudebant spoliari bonis, incarcerari, flegellari, occidi, comburi, vt Christo fuerentur in cælo. Emicuit inter alios S. Cécilia, quæ ætate, pulchritudine, opibus, nobilitate florens, vltro lætissimè omnia prodegit pro Christo, ac eius animum tã excelsum mirantibus, miserantibus, ac complorantibus amicis, Hilaris & exultans procedens ad locum martyrii, causam dedit: Hoc, ait, non est inuentum perdere, sed mutare: hoc est dare lutum, & accipere aurum: dare habitaculum vile & paruum, & accipere palatium magnum & amplissimum ex lapidibus pretiosis & auro constructum: dare rē perituram, & accipere rem quæ finem nescit, & mortem ignorat. Et paulò post: Deus noster Iesus Christus non dat pondus ad pondus, sed quod simpliciter acceperis, tantum reddit, insuper & vitam æternam. Ita habent eius acta.

Quocirca Christiani vita non debet esse aliud, quàm expectatio Christi, vt eum liberet ab hac vita misera, vili & exili, tot timoribus & periculis obnoxia, eumque conducat ad suum in cælis regnum, & gloriam æternam. Hinc Prophetæ & Paulus passim docent, fideles ita piè & sanctè debere viuere, ac mundana omnia contemnere, vt auidè & assiduè expectent aduentum Christi. Ita Iacob patriarcha moriens, anhelans ad

ad aduentum Christi: Salutare tuum, ait (id est saluatorem tuum) expectabo Domine, Genes. 49. Iob c. 14. Cum diebus quibus nunc milito, inquit, expecto donec veniat immutatio mea. Plaltes: Expectans, ait, expectari Dominum, psal. 39. 1. & Expecta Dominum, viriliter age, confortetur cor tuum, & sustine Domini, psal. 26. 1. 4. Iſaias c. 8. 17. Expectabo, ait, Dominum. Et c. 2. 5. 9. Expectabimus eum, & saluabit nos iste Dominus, sustinimus eum, exultabimus, & letabimur in saluati eius. Ieremias Thren. 3. 24. Pars mea Dominus, ait, propterea expectabo eum. Micheas c. 7. v. 7. Ego autem ad Dominum aspiciam, expectabo Deum saluatorem meum, Sic Ioseph ab Arimathia spretio Iudeorum metu Christum sepeliuit, quia expectabat regnũ Dei. Lucæ 23. 51. Paulus Roman. 8. 19. Expectatio creaturæ, ait, reuelationem filiorum Dei expectat. Et v. 23. Nos ipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus, adoptionem filiorum expectantes, redemptionem corporis nostri, Galat. 5. 5. Spem iustitiæ expectantes. Philipp. 3. 20. Vnde etiam Saluatorem expectamus. Ad Titum 2. 13. Sobriè, iustè & piè viuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei. S. Petrus epist. 2. c. 3. v. 11. Cùm viciur, inquit, hæc omnia dissoluenda sint, quales oportet vos esse in sanctis conuersationibus & pietatibus, expectantes & properantes in aduentum dei Domini. Et v. 13. Nouos verò cælos & nouam terram secundum promissa ipsius expectamus, in quibus iustitia habitabit. Propter quod charissimi: hæc expectantes, sat agere immaculati & inimulati ei inueniri in pace. Quocirca Climacum gradu de morte: Iustus, inquit, est, qui mortem non timet: sanctus verò & perfectus, qui illam quotidie expectat. Ita Dominum expectabat S. Franciscus, vnde moriens recitantiq; psal. 141. v. 8. Me expectant iusti, donec revertaris mihi, immortuus est. Et S. Bernardus iubilabat.

Desidero te millies,
Mi Iesu, quando venies,
Me letum quando facies?
Me de te quando facies?

Purgatorium desiderium

Memorable & terribile est, quod scribit S. Brigida lib. 4. Reuelat. c. 7. in Purgatorio tertium & superiorem esse locum, vbi nulla alia est pœna, nisi desiderium perueniendi ad Deum, eiusque visionem beatificam. Atque ibi hoc desiderio torquet eos, qui in hac vita non habuerunt perfectum desiderium perueniendi ad Dei præsentiam, eiusque visione fruendi. Similis loci in Purgatorio meminit Beda lib. 5. histor. c. 13. & S. Gregor. lib. 4. Dial. c. 36. ac Dionys. Carthul. in Dial. de Iudicio partic. arctic. 31. & Bellarm. lib. 2. de Purgat. c. 6. Est enim quædam indignitas, & quasi vitio tantæ visionis & gloriæ Dei, quo non ardentur à fidelibus & Sanctis desideretur; ac signum quod eius opes & gaudia non satis considerent, ponderent & penetrent, vti par erat.

Vive ergo, ô Christiane, tuo Christo, non mundo; vive spiritus, non carni; vive cælo, non gehennæ; vive, non temporali, sed æternitati.

QVAND REVERTATVR A NVPTIIS] Videtur hoc esse emblema parabole, ac proinde non necessariò applicandum rei per illam significate. Potest tamen illi applicari hoc modo, quod Christus in incarnatione celebravit sponsalia cum Ecclesia & huiusmodi omnibus; ascendens verò in cælum ibi cum eadem consummarit nuptias, Cornel. in Lucam.

A quia per gloriam visionis beatificæ intimè & indiuisè Beatis omnibus vnitur per omnem æternitatem. Cum ergo è cælis ad iudicium animæ cuiusque redit, videtur à nuptijs cælestibus redire, vt ad eandem nouam sponsam inducat: nuptiæ ergo sunt summa vnio, summum gaudium, quod Christus habet cum Beatis in cælo. Ita S. Gregorius, Beda, Theophyl. Euthym. Toletus & alij.

VT, CVM VENERIT ET PVLSAVERIT, CONFESTIM APERIANT EI] Significat Christus nos in vita parare debere virtutes & merita, quibus in morte ornati, hilares & gaudentes occurramus Christo: nec enim tunc locus erit aut tempus operandi, ac vix penitendi: tunc enim sensus sunt hebetati, & animus morbis oppressus, vix potest de peccatis & de salute sua cogitare. Quare imprudentissimè faciunt, qui in vita sua voluptatibus indulgent, dicuntque se in morte acturos penitentiam: in morte enim penitentia est fera & coacta idcoque rarò vera, serua & sincera. Audi S. Gregorium hom. 13. Venit Dominus, cum ad iudicium properat: pulsar verò eum iam per ægritudinis molestias esse mortem vicinam designat; cui confestim aperimus si hunc cum amore suscipimus. Aperire enim iudici pulsanti non vult, qui exire de corpore trepidat, & videre eum, quem contempisse se meminit, iudicem formidat. Qui autem de sua spe & operatione securus est, pulsanti confestim aperit, quia lætus iudicem sustinet: & cum tempus proximæ mortis aduenierit, de gloria retributionis hilarescit.

VERS. 37.

BEATI SUNT SERVI ILLI, QVOS CVM VENERIT DOMINVS, INVENIT VIGILANTES] scilicet lumbis præcinctos, tenentes lucernas, & expectantes dominum, vt præcessit: his enim meritum dabit præmium, scilicet beatitudinem æternam, vt visione Dei potiuntur & fruuntur in omni gloria & gaudio per omnia sæculorum sæcula. Vnde explicans subdit.

AMEN DICO VOBIS, QVOD PRÆCINGET SE, ET FACIET ILLOS DISCVMBERE, ET TRANSIENS MINISTRABIT ILLIS] Christus pari reddit suis, in cælo præcinctis præcinget se, feruis suis seruiet: eos qui laborauerit in suo obsequio, faciet quiescere, discumbere, cœnare, ac ministrantibus sibi famulis ipse Rex regum, & Dominus dominantium mirâ dignatione ministrabit.

TRANSIENS] Solent enim ministri & sponsi mensas obire, vt videant si cui quid desit, illudque ei porrigant. Nota. Hæc parabolicè accipienda sunt, non proprie vt patet in cælo enim non sunt cingula, nec præcincti, nec mensæ, nec discubitus, nec transeuntes, nec ministrantes. Tantùm ergo dicere vult Christus; Primò, se inuitatum præ omnibus bonis dominis, ac infinitis maiorem, fidelibus suis seruis in cælo honorem exhibiturum; vt scilicet ibi eos ex seruis faciat quasi dominos, quibus communicet & administret communionem sui epuli nuptialis, id est felicitatis & gloriæ cælestis. Idque Secundò, se facturum cum multiplicibus & indeficientibus feruis, id est voluptatibus & delicijs tam animæ quàm corporis; ac Tertiò, profuturum ne quid cui desit, non tantùm necessarium, sed & iucundum, aut optatum & desideratum: faciet enim ne quis quid desideret, quia omnia desideria, imò quæ desiderari possunt,

superabundanter largietur, iuxta illud: Satiabimur cum apparuerit gloria tua. Et: Inebriabuntur ab ubertate domus tuae, & torrente voluptatis tue potabis eos. Quarto, se pro meritis cuique alias & alias delicias appositurum: ad enim transiens, significat cenam fore pro meritis cuiusque variam & lautissimam: ad verò ministrabit, fore honorificentissimam: denique ad faciet illos discumbere, fore aeternam, ait Toletus.

PRÆCINGET SE] Præcingeretur itaque Deus, ait Theophyl. quatenus non omnium bonorum effusionem nobis suppeditat, sed illam restringit. Quis enim potest capere quantum sit Deus? Et manifestum est ex Seraphim, quise obtineat, propter excellentiam diuini luminis.

ET FACIET ILLOS DISCUMBERE] Audi S. Dionysium Areopag. epistol. 9. ad Titum; Acubationem, inquit, requietem esse censemus multorum laborum, vitam tuam, diuini quoque viuendi genus in lumine ac regione viuorum, plenum omnis sanctæ voluptatis: largamque omnis generis & beatorum bonorum suppeditationem: per quam omni gaudio complectur: atque id Iesu eos & exhilarante, & in mensa collocante, eisque & ministrante, & aeternam quietem largiente, & perfectè bona tribuente & insurdenste.

Symbolicè.

Symbolicè, S. Gregorius hom. 1. 3. Præcingeret se, inquit, id est ad retributionem preparabit: & faciet illos discumbere, id est aeterna quiete resoueri. Discumbere quippe nostrum, in regno quietere est. Unde rursum Dominus dicit: Veniet & recumbens cum Abraham, Isaac & Iacob. Transiens autem Dominus ministrat: quia lucis suæ illustratione nos faciat. Transire verò dictum est, cum de iudicio ad regnum redit: vel cerè Dominus nobis post iudicium transit, quia ab humanitatis forma, in diuinitatis suæ contemplationem nos eleuat. Et transire eius est, in claritatis suæ speculationem nos ducere, cum eum quem in humanitate in iudicio cernimus, etiam in diuinitate post iudicium videamus.

VERS. 38.

Diuisio viliariam noctis.

ET SI VENERIT IN SECUNDA VIGILIA, ET SI IN TERTIA VIGILIA VENERIT, ET ITA INVENERIT, BEATI SVNT SERVI ILI.] Prima vigilia incipit vespere, siue initio noctis, duratque tres horas: quibus exactis incipit secunda vigilia, quæ finitur in media nocte: à qua incipit tertia vigilia, duratque per tres horas: post quas incipit quarta vigilia, duratque vsque ad auroram vel solis ortum. Significat hęc vigilijs Christus, qualibet ætate & quolibet tempore nos vigilare, & paratos esse debere ad Domini aduentum: quia dies mortis incerta est, nec vel vnum habemus certum vitæ diem vel horam. Prima ergo vigilia, est pueritia; secunda, est iuuentus; tertia, est virilis ætas; quarta, est senectus. Ita Titus & S. Gregorius. Non meminit Christus, ait Franc. Lucas, quartæ vigiliæ, vti nec primæ, quia nec tam citò, nec tam serò rediri à nuptijs solet, quæ circa medium noctis vt plurimum soluuntur, sponsa in thalamum inductâ. Interim significat omni tempore vigilandum nobis esse, etiam ætate provectâ & decrepitâ; nec satis esse, aliquando aut ad tempus vigilare in ætate iuvenili & virili, sed perseuerandum quamdiu hæc vita durat, quod incerta sit hora mortis, & aduentus Domini

longanimitè sit expectandus. Ita S. Basil. hom. de uita amarendo rebus sæcularibus: Oportet, ait, nos quotidiè ad emigrandum ex hac vita paratos esse, & nunc Dominis fixis oculis expectare, &c. vt singuli Domino venienti & pullanti confestim aperiunt.

Adde: Christus meminit dumtaxat secundæ & tertiæ vigiliæ, quia in illis somnus solet esse certior & profundior, vt innotat se venturum cum homines minimè putant, cumque alijs cogitationibus curisque immerfi profundè quasi dormiunt: quare tunc prudentes seruos maximè vigilare, & paratos esse debere, vt, cum sibi sanissimi & prosperissimi videntur, mortem sibi ex insidijs astantem expectent.

Aliam causam dat Toletus: Non meminit, ait, quartæ vigiliæ, quia rarissimi sunt qui ad extremum vitæ differentes bene operari, inueniuntur id facientes; ne etiam pigros faceret, si eius meminisset.

Ex his concludit S. Gregorius hom. 1. 3. atque omnes ad studium virtutis exhortatur, dicens: Horam ultimam Dominus nobis idcirco voluit nobis esse incognitam, vt semper possi esse suspecti: vt, dum illam prouidere non possumus, ad illam sine intermissione præparemur. Quia igitur momentis suis horæ frugunt, agere, fratres charissimi, vt in boni operis mercede ceneantur. Audite quid sapiens Salomon dicit: Quodcumque potest manus iua facere, instantè operare quia nec opus, nec scientia, nec ratio, nec sapientia erunt apud rustros, quò tu properas. Quia ergo & ventura mortis tempus ignoramus, & post mortem operari non possumus, superest vt ante mortem tempora adulta rapiamus: sic enim mors ipsa cum venerit, vincitur, sicut prius quam veniat, semper timeatur.

AIT AVTEM EI PETRVS: DOMINE AD NOS DICIS HANC PARABOLAM (vigilantium) AN ET AD OMNES] homines, præsertim fideles, tam nunc viuentes, quam postea futuros? De eo dubitabat Petrus, quia solebat Christus quædam documenta dare solis Apostolis, alia omnibus fidelibus, atque hinc quædam dixerat, quæ ad solos Apostolos & viros perfectos spectare videbantur. vt v. 32. Nolite timere pusillus grex, quia complacet Patri vestro dare vobis regnum: vendite quæ possidetis. Et v. 37. Amen dico vobis, quod præcingeret se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Cetera verò de vigilando & expectando aduentum Domini, videbantur ad omnes fideles pertinere.

DIXIT AVTEM DOMINVS: QVIS, PVTRAS, VERS. 42.

EST FIDELIS DISPENSATOR ET PRVDENS, QVEM CONSTITVIT DOMINVS SV PRA FAMILIAM SVAM, VT DET ILLIS IN TEMPORE TRITICI MENSVRAM] Petro respondet Christus, se quidem ad omnes fideles loqui, sed maximè ad Petrum & Apostolos, His enim maior incumbit vigilia & cura, vt non tantùm se, sed & alios fideles saluent: Atque Petrus erat dispensator, græcè, œconomus, quem Christus constituit super familiam, id est Ecclesiam, suam; sic & ceteri Apostoli, iuxta illud Pauli: Sic nos existimet homo vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. 1. Corinth. 4. 1.

VT DET ILLIS IN TEMPORE TRITICI MENSVRAM] Alludit ad morem veterum, apud quos communis erat arctæque seruitus: abun-

abundabant enim mancipijs, quibus Christiani iam carent. Illi ergo vnum ex seruis præciebant mancipijs, qui quolibet mense mensuram (vnde dictum est demensum) annonæ & victus, puta tritici, vel hordei, si viles essent personæ, vti dixi Olee 3. 2. eis distribuerebat.

Potest Secundo, ad tritici referri ad totempore. Boni enim œconomi est, instar Iosephi, cum tempus est messis tritici, frugaliter illud dispensare per mensuras in singula familiæ capita, ne vendatur, vel in pauperes erogetur, itaq; domesticis non sufficiat.

Cetera vsque ad v. 46. explicui Matth. 24. Nota quò dispensator & mensuram. Nam æquus patrisfamilias dispensator non eamdem omnibus dat mensuram, sed cuique propriam ac proportionatam, sed cuique propriam ac proportionatam & adæquatam: hoc enim est rectum dispensatoris officium, vt cuique congrua dispenset & distribuatur. Alia enim cibi ratio & mensura congruit infanti, alia adolescenti, alia viro, alia seni: alia feminæ, alia vxori, alia filiabus, alia ancillis, alia filijs, alia seruis.

Qua ex re moraliter Christus docet Episcopos, Pastores, Confessarios, Concionatores, vt non eundem omnibus fidelibus doctrinæ cibum exhibeant, nec in genere dumtaxat ad omnes de virtutibus verba faciant, sed in particulari cuique eas virtutes intillent, quæ ætati, statui & gradui sunt congruæ & propriae. Vnde præxin huius Christi parabole & sententiæ suo exemplo docuit S. Paulus qui Ephel. 6. v. 1. & seq. alia filiis, alia patribus, alia leruis dat monita & præcepta; ac Timotheum Episcopum Ephesi instruens epist. 1. c. 5. v. 1. Seniorè, ait, ne increpaueris, sed obsecro, vt patrem iuuenes, vt fratres: anas, vt matres iuuenctas, vt sorores, in omni castitate viduis honora quæ verè viduas sunt, si quæ autem vidua filios aut nepotes habet, discat primum domum suam regere, &c. Similia præscribit Tito cap. 2. v. 2. & seq.

Christum & Paulum secutus est S. Gregorius Thaumaturgus Neocæsareæ Episcopus, de quo ita scribit Nyssen in eius Vita: Qui iugebat, attendebat ab eo quod eum consolaretur: inuenit castigabatur & docebatur temperantiam: semi porrigebatur medicina verbis conuenientibus: serui docebantur, vt bene affectarentur in dominos: qui dominatum obrebebant, vt essent benigni & clementes in eos qui subijciebantur eorum imperio: pauper, vt solis diuitias existimaret virtutem, cuius possessio, in cuiuslibet potestate positæ: is qui de suis se iactabat diuitijs, conuenienter admonebatur, vt eorum quæ habebat esset œconomus, non dominus: Multi hinc conductibilia, pueris conuenientia, & patribus ea quæ debebat distribuens. Et S. Cyprianus, qui, vt scribit Pontius Diaconus in eius Vita, virgines hortabatur ad congruentem pudicitiam disciplinam, & habitum sanctimoniam dignum: docebat lapsos poenitentiam, veritatem hæreticos, schismaticos unitatem, filios Dei pacem, & Euangelicæ precis legem; Christianos mollioris affectus circa amissionem suorum, solabatur spe futurorum: liuorem inuidia dulcedine salutaris remedij inhibebat: Martyres exhortatione diuini sermonis erigebat: Confessores frontium in scriptione signatos, incentiu tubæ cælestis animabat. Id denique præ ceteris exactè præstitit S. Gregorius

Prælati singulos doceat propriam sic fecit Paulus

S. Gregorius Thaumaturgus

S. Cyprianus

S. Gregorius Magnus

Pontifex qui omnium pauperum Romæ, & in locis vicinis degentium nomina in scripto habebat, ac cuique ea quæ erant necessaria distribuebat. Insuper alebat tria millia Monialium Romæ existentium, extra Romam verò longè plura. Quare de illo verè dicas: Eleemosynas illius enarrabit omnis Ecclesia Sanctorum, Eccl. c. 31. v. 11. Quantum verò animarum curam haberet, ac singulis opportuna salutis iuxta statum cuiusque præcepta suggereret, patet ex eius homilijs, & ex epistolis, in quibus Mauritium Imp. monet, ne militet à vita Religiosa auocet: Ioannem Patriarcham Constantinensi Episcopi nomen superbum sibi arroget: Venantium Cancellarium Italiæ, vt habitum monasticum dimissum resumat: Ioannem Rauennæ Episcopum, vt pallium temerè usurpatum deponat: Augustino Apostolo in Angliam destinato rationes & modos præscribit, quibus Angliam ad fidem Christi conuertat: Episcopos Hiberniæ docet, ne in nomine Trinitatis baptizatos ab hæreticis rebaptizent, & plurima talia. Pertuolue tomum quartum Epistolarum eius, & miraberis vnum virum tot negotijs occupatum, tot infirmitatibus obrutum, tot tantæque particularia & congrua virtutum monita singulis præscribere. Prudentia enim non in vniuersali, sed in particulari quolibet opere prudenter dirigendo consistit: actiones enim virtutum singulares sunt & singularem exigunt directionem & doctrinam.

ET DIUIDET EVM] Id est separabit eum VERS. 46. à se suaque familia, putà ab Ecclesia triumphanti, à societate Beatorum, ipsaque beatitudine. seruis fidelibus promissa. Vnde S. Hieron. in c. quide 24. Matth. Diuidet eum, inquit, hoc est separabit à confortio Sanctorum: S. Hilarius, diuidet eum à bonis promissis. Origenes, diuidet eum a dono Spiritus sancti, atque à confortio & custodia angelorum: privabit enim eum Christus omni gratia, omni virtute, omni auxilio, omni spe salutis.

PARTEM QVE EIVS CVM INFIDELIBVS PONENT] Id est, puniet eum ceteris seruis qui sibi infideles fuerunt, etsi fideles se simularent. Vnde Matth. c. 24. v. 50. habet, cum hypocritis. Possunt quoque hic infideles accipi in eredi, qui in Christum credere nolunt, de quibus dicitur: Qui non credit iam iudicatus est, Ioan. 3. 18.

ILLE AVTEM SERVVS, QVI COGNOUIT VOLVNTATEM DOMINI SVI, ET NON PRÆPARAVIT SE AD ADVENTUM DOMINI, præparando & distribuendo famulis sibi commissis in tempore tritici mensuram, sed eos percutiendo, ac edendo, bibendo & inebriando, bona domini sui perdidit, ET NON FECIT SECVNDVM VOLVNTATEM EIVS (iam dictam) VAPVLABIT MVLTIS flagellis, & plagis multis cedetur.

QVI AVTEM NON COGNOUIT (voluntatem domini,) ET FECIT DIGNA PLAGIS, VAPVLABIT PAVCIS] id est, paucioribus quàm is qui cognouit voluntatem domini: intellige iuxta mensuram tam ignorantia, quàm facti & culpa. Sunt enim quatuor gradus ignorantia: scilicet, prima inuincibilis, quæ est inculpa- ta; secunda vincibilis, sed difficultè, quæ parum habet culpæ & reatus poenæ; tertia crassa, quæ plus habet; quarta affectata, quæ plurimum habet

habet culpæ & pœnæ, de qua dicitur psal. 35. 5. Noluit intelligere ut bene egeret. Hic omnia despexit, ait Euthymius, ille verd segnis fuit: grauior est autem segnitate, contemptus. Segnis enim cum scire potuisset non sciuit, & ut ait Titus, discere neglexit; contemnens verò despexit & irrisit. Hinc patet contra, Iouinianum & modernos hereticos, esse gradus peccatorum etiam mortalium, aliâque alijs esse grauiora, ideoque grauiori pœna aterna puniri in inferno. Nam, ut ait Basilus in Regulis breuior. interrogat. 267. multas & paucas plagas accipere, non finem supplicij, sed differentiam significat, nec in temporis extensione aut complemento, sed in supplicij differentia contingit, nempe, ut igne inexorabili uterque dignus sit, sed vnus mitius, alter acrius ardente.

OMNI AVTEM CVI MVLTVM DATVM EST (v.g. cui maior scientia, & maior voluntatis dominii cognitio) MVLTVM QUÆRETVR AB EO, à Christo iudice in iudicio tam particulari, quàm vniuersali: quia, ut ait S. Gregorius hom. 9. Cum augetur dona, rationes etiam crescant dorum: ET CVI COMMENDAVERVNT MVLTVM (v.g. animarum multarum curam & prefecturam) PLUS PETENT AB EO] Audi Bedam: Multum commendatur ei, cui cum sua salute Dominici quoque gregis pascendi cura committitur. Ab hoc ergo plus petent Christus, eiusque assessores Apostoli, ceterique iudices: scilicet non tantum suam, sed & fidelium sibi commissorum curam & salutem, quantum est ex parte sua. In pastore enim cura requiritur, ait S. Bernardus, non curatio. Hæc enim subinde est impossibilis ob morbi, vel egi virii, vel pertinaciam. Hæc, ait Titus, clare iudicant doctorum pastorumque iudicium, ceterorum non parum grauius & periculosum fore. Quare de gradu & officio suo non superbiant, sed maiori humilitate, studio & diligentia munus suum obeant, suumque gregem pascant. Tanto ergo, ait S. Gregorius loco citato, esse humilior, atque ad seruendum Deo promptior quisque debet ex munere, quanto se obligatiorem esse conspiciit in reddenda ratione.

Porrò quæ & quanta à Pontificibus, Episcopis & Prælati requiratur Deus, punctim, sed neruose ob oculos ponit Eugenio III. Pontifici S. Bernardus lib. 4. de Consider. Te ipsum, inquit, considera, formam institute, sanctimonie speculum, pietatis exemplar, assertorem virtutis, fidei defensorem, doctorem Gentium, Christianorum duce, amicam sponsam, Cleri ordinatorem, pastorem plebium, magistrum insipientium, refugium oppressorum, pauperum aduocatum, spem miserorum, tutorem pupillarum, iudicem viduarum, oculum cæcorum, linguam mutarum, baculum senum, ultorem scelerum, malorum metum, bonorum gloriam, virgam potentum, malleum tyrannorum, regum patrem, legum moderatorem, Canonum dispensatorem, salterem orbis terre, sacerdotem Altissimi, vicarium Christi. Quis non timeat & tremat hæc audiens, quæ ab hac Sede omnia exiguntur?

Quocirca S. Paulus Hebr. 13. 17. Obedite, ait, Præpositis vestris, & subiaceat eis: ipsi enim pernegilant, quasi rationem pro animabus vestris redduri. Vbi S. Chrylost. hom. 34. Miror, ait, si potest aliquis Rectorem saluari. Idem nuper de Pontificibus dicitur Cardinal. Bellarminus. Hæc de causa viri sapientes & sancti prælatas fugerunt, nec nisi coacti eas susceperunt. Audi quid de S. Cornelio Pontifice scribat S. Ciprianus libr. 4.

A epist. 2. Qui, inquit, episcopatum ipsum non postulauit, nec voluit, nec vi, ut ceteri quos arrogauit & superbie sua tumor inflat, inuasit, sed quietus & modestus, & quales esse consueuerunt qui ad hunc locum diuinitus eliguntur, vim passus est, ut episcopatum coactus exciperet. Ita pariter Pontificatum fugere quoad potuere S. Gregorius, S. Chrylostomus, S. Ambrosius, S. Basilus, S. Nazianzenus, S. Nicolaus, S. Athanasius, ac nostro sæculo Pius V. electus in Pontificem expalluit, & penè in deliquium incidit. Rogatus causam, ingenue dixit, Cum essem Religiosus Ordinis S. Dominici, optimè sperabam de mea salute; creatus verò Episcopus, cæpi de ea formidare; nunc verò electus in Pontificem, penè de ea despero: quomodo enim ego Deo rationem tot millionum animarum quot sunt in tot orbe, reddam, qui vix vnus animæ præ rationem reddere valeo? ita habet eius Vita. Denique Concil. Trident. affectu Episcopatum esse angelicis humeris onus formidabile.

IGNEM VENI MITTERE IN TERRAM, ET QVOD VOLO NISI VT ACCENDATVR [] Arabicus, quid volo, nisi accensionem eius? Sic & Ægyptius, Ethiopicus & Persicus. Incertum est an Christus hoc dixerit eodem tempore quo præcedentia. Lucas enim Christi dicta conglomerat, etiam si alio & alio tempore fiat prolata; possunt tamen hæc præcedentibus & sequentibus rectè connecti hoc modo, vt post varia documenta data Apostolis & fidelibus, Christus tandem primarium suum officium, ad quod à Patre missus erat in mundum, exprimat, scilicet vt ignem diuinum è cælo in terram mitteret in Apostolos, vt illi eo accensi, eodem deinde ceteros fideles accenderent: per hunc enim ignem Apostoli officium euangelizandi, & totum orbem conuertendi, sibi à Christo commendatum plenè & efficaciter erant adimpleturi, ac fideles Christi documenta ab Apostolis prædicata exactè perfecturi.

Symbolicè, S. Ambr. in Psal. 118. ferm. 8. docet Deum esse lucem ad lucendum, & ignem ad paleas vitiorum comburendum; & ignem ad paleas vitiorum comburendum: Lux, inquit, datus est lux ut in tenebris ambulanti luceat, quasi lumen, ne diutius possit errare qui querit luminis claritatem. Ignis, ut operis nostri scænum stipulamque consumat, atque vtili nos saluos, faciat derrimento: sicut aurum, quod dum excoquitur, plus probatur. Huc facit illud Clementis Alex. in Exhortatoria ad Gentes: Multiplices, inquit, habet Seruator voces & modos ad salutem hominum. Mitans admonet, maledicens conuertit, desolens miseretur, psallens per nubem loquitur. Igne terret homines, ex columna flammam accendens, quod est simul gratiæ & terroris indicium: si obedieris, lucem; si non obedieris, ignem.

Quæres, quisnam est hic ignis. Primò, Tertull. lib. 4. contra Marc. cap. 29. Maldonatus, & isti quæ Franc. Lucas respondent esse odia, dissensiones, tribulationes & persecutiones infidelium, fidem & Apostolos fidelesque Christi persequentium: hæc enim suscitauerunt indirectè & occasionaliter Christus & Apostoli prædicando Euangelium, nouamque Christi crucifixi religionem, Audi Tertullianum: Ipse (Christus) melius interpretabitur istius ignis qualitatem, adiciens (v. 51.) Putatis venisse me pacem mittere in terram? non dico vobis, sed separationem. Igitur ignem excoctionis intendis, qui

Pij v. verba notanda,

VERS. 49.

qui pacem negauit: quale prius, tale & incendium, A quo Christus idololatram, scelera & idola erat euersurus, & in cineres redacturus: quocirca Gentes omnes idolis suis addictas erat concitaturus contra se & Apostolos, vt ipsi totis viribus hoc religionis suæ pristinè incendium restinguerent. Huc enim spectant omnia quæ deinceps v. 50. 51. 52. 53. explicans ignem hunc, subiungit Christus.

Secundò, aptius S. Cyrillus in Catenâ & Iansenius censent hunc ignem esse prædicationem Euangelij hanc enim directè optabat Christus, vt per eam corda hominum igne diuino succenderent, iuxta illud psal. 118. Ignem eloquium tuum vehementer.

Tertio, & optimè, S. Ambr. & Origenes hic & S. Athanas. lib. de Comuni essentia Patris & Filij, S. Cyrillus lib. 5. in L. bit. S. Hieron. lib. 2. Apol. contra Ruffinum, S. August. serm. 108. de Tempore, S. Gregor. hom. 30. in Euang. per ignem accipiunt Spiritum sanctum, cuiusque dona, præsertim charitatis, deuotionis, feruoris, zelus, quæ ipse in fidelium animis suscitatur, inquit Euthymius & Theophyl. Hic ignis pariter lucernas fidelium facit ardentes, iuxta illud: Fortis est vt mors dilectio, dura sicut infernus amulatio: lampades eius, lampades ignis atque flammarum. Cant. 8. v. 5. Vide ibi dicta. Sic ignem hunc explicat Ecclesia, cum in sabbatho Pentecostes in Missa sic orat: Illo nos igne, quæsumus Domine, Spiritus sanctus inflamet, quem Dominus noster Iesus Christus misit in terram, & voluit vehementer accendi. Hoc igne, ait S. Ambros. ardebat Cleophas, cum dixit: Nunc cor nostrum ardens erat, cum aperires Scripturas, & loqueretur in via? Lucæ 24. & sic hic ignis amoris & ardoris complectitur ignem tribulationum, primo loco assignatum. Apostoli enim amore Christi accensi omnia aduersa, omnemque tribulationem & persecutionum ignem superarunt, & superant, adeoque prouocant: ille enim eis inflabat, vt in sequent. predicat Christus. Talis erat Paulus dicens: Quis nos separabit à charitate Christi? certus sum quia neque mors, neque vita, &c. Rom. 8. Hoc quoque igne ignitus S. Ignatius epist. ad Roman. Viam, inquit, fruatur bestijs que mihi parata sunt, quæ & oro veloces esse mihi ad interitum & ad supplicia, & allici ad comedendum me. Fruentium Christi sum, dentibus bestiarum molar, vt panis mundus inueniatur. Hoc desiderium suum impleuit Christus, cum in Apostolos & fideles misit Spiritum sanctum per speciem linguarum ignearum in Pentecoste, Actor. 2. Vbi S. Chrylost. hom. 4. Hic ignis, ait, mundi peccata quasi ignem excusit. Et post nonnulla: Sicut enim igneus homo si in medijs incidat stipulas, nihil ledetur, sed magis vim exercet suam, sic & hic euenit, vt Apostoli quasi homines ignei à persecutoribus non læderentur, sed eos pariter ad fidem Christi conuerterent, & ignirent.

Vide dotes ignis 17. quas recensui, & Dei charitati applicaui Levit. 9. v. 23. & Actor. 2. 3. & Dionysium de Cælesti hierar. c. 15. vbi ostendit per multas analogias ignem aptissimum esse symbolum & hieroglyphicum Dei & angelorum, eorumque in eo imitando similitudinem apprimè repræsentare, iuxta illud Deuter. 4. v. 24. Dominus Deus tuus ignis consumens est. Et

Hebr. 1. Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis. Hoc igne ardebat Elias, de quo Ecclesiast. cap. 48. 1. Et surrexit Elias Propheeta quasi ignis, & verbum eius quasi facula ardebat, ideoque curru igneo raptus est in cælum, succlamante Eliseo: Pater mi (tu es) curruis Israel & auriga eius, 4. Reg. 2. Et sponsa Cant. 2. 5. dicens: Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo. Hoc igne succensi Martyres, ignes corporeos præferunt, imò ambierunt, quia vel eos non fenserunt, vt tres pueri in fornace Babylonica; vel heroicâ virtute vicerunt, vt vicit S. Laurentius, de quo canitur illud: Igne examinasti, & non est inuenta in me iniquitas, psalm. 16. 3. Durum sanè fuit & acre examen hoc igneum; sed dolorem rei vicit amor Dei; cruciatum ignis superauit cruciatus Agni, memoria inquam, Christi præ nobis acerbiore passi. Flammas tuas, ô tyranne, ait S. Leo serm. de S. Laurentio, superari charitatis flamma non potuit: segnior fuit ignis qui foris vsur, quam qui intus accedit. Sensus persecutor in Martyrem, scilicet & aususti palmam, dum aggeras pœnam. Et S. August. serm. de S. Laurentio: Hoc igne B. Laurentius accensus, flammarum non sensit incendium, & dum Christi ardet desiderio, persecutoris pœnam non sensit. Ita S. Ignatius scribens ad Roman. Ignis, ait, tuus, bestia, confectio ossium, membrorum diuisio, totius corporis contritio, & tota tormenta diaboli in me veniant, tantum vt Christo fruatur. Similes fuerunt Christiani æuo Tertulliani, qui proinde in Apolog. cap. 50. ad Gentiles ita scribit: Licet nunc Sarmeniticos & Semaxios appelleris, quia ad stipitem dimidijs axis reuincti, sarmenorum ambitu exstrimant. Hic est habitus victoria nostra, hæc palmata vestis, tali curru triumphamus. Annon hi sunt Seraphini terrestres, Seraphinis caelestibus ardentiores & fortiores? hi enim ardent igne amoris dumtaxat, illi ardent igne amoris, & doloris ac martyrij, dum viua Dei sunt holocausta. Nostro hoc seculo eodem igne arserunt, ardentque Iapones, qui pro fide Christi lento igne ad plures horas torrentur, in ijsque quali adamantes, hoc est indomabiles & inuicti, vsque ad mortem persistunt. Fuere inter eos plures è Societate nostra, quali religionis signiferi: ac inter alios R. P. Camillus Constantius Italus, qui per tres horas in igne immotus, imò hilari & exultans constitit, perpetuò clarâ voce vel Deo iubilans, vel socios ad constantiam animans, vel ad populum concionans (quod hæctenus in Vitis Martyrum non legimus) donec incendium in intima corporis viscera grassans, vocem ei cum vita eripuit, vt caderet gloriosa Deo holocausti victima.

Maeste animo inelyti heroës, pugiles fidei, athletæ Christi, spectaculum facti estis Deo, angelis & hominibus, qui igne diuino ardentes, pro fide Christi corpus flammis, animam Deo resignantes, & inter incendia cygnæâ voce iubilantes, vos ipsos meritis, tyrannos stupore, Iaponem Christianis, Societatem heroicis virtutum exemplis, orbem famâ, Ecclesiam gloriâ, cælum nouis nouorum athletarum laureis implestis, & decoratis. Viuet vestrum decus, viuet inuicta fortitudo, viuet vestra gloria, viuent vestri ignes animique ardores, quibus Iaponem illuminastis & inflam-

Exempla ignis diuini

Martyres Iapones.

S. Eulalia.

flammas, quamdiu seculorum omnium uiuet aeternitas. Hoc cogitans S. Eulalia, ardens desiderio martyrii, clam in seipsis parentibus ad agonem procurrit, cumque flagris dilaceraretur, canebar teste Prudentio Hymino 3. αει σεφάωων :

Ergo age tortor adure, seca, Diuide membra coacta luto. Soluere rem fragilem, facile est: Non penetrabitur interior Exagitante dolore animus.

Quare decimotercio atatis anno flammis circumdata,

Virgo citum cupiens obitum, Appetit, & bibit ore rogum.

Martyr in forma columbæ in cælum euolauit.

ET QUID VOLO NISI UT ACCENDATUR? Arabicus, & quid uolo nisi ascensionem eius? S. Hieronymus ad Nepotian. quam uolo ut ardeat? Origenes homil. 5. in Ezech. uinam accendatur, vel, & quantum cupio accendi iam! Philastrius lib. de Hæres. ult. quam uolo accendatur ocyus, Græca uerò habent, & ἡδὴ ἀνίφθῃ, id est, si iam accensus est, uel legit Syrus, S. Hilarius in psal. 119. Theophyl. Euthym. & Cyrillus in Catena. q. d. Nil opto, nisi ignem hunc iam accensum esse: quare si iam accensus sit, nil est quod amplius desiderem: nihil enim aliud desidero, quam ignem hunc accendi: unicum hoc meum uotum est, ut ignis hic ardeat. Fidem ergo redit utraque lectio. Vrger enim ait Theophyl. ut ignis ille accendatur. Fortè Noster legit ἀνίφθα, id est, accensus esse. Idem à Christo discat dicatque uir Apostolicus: Ignem ueni mittere in terram, & quid uolo nisi ut accendatur? Ut ubique terra, tepida, frigida, imò saxea, gelida & rigida hominum corda, uerbo & exemplo igne ternoris diuini accendat, & in ignem amoris conuertat, ut fecit noster S. Ignatius fundator Societatis Iesu: ad hoc enim igne, & magno igne zeloque opus est. Quare hunc ignem prius in se ualde accendat oportet; qui cum aliis afflare cupit:

Ardeat orator, qui uult accendere plebem.

VERS. 50.

BAPTISMO AUTEM HABEO BAPTIZARI (est græcismus, id est baptizandus sum.) Arabicus, & est mihi baptismus, baptizabor eo. q. d. ex Dei decreto, & ex mea uoluntate ac uoto debeo eo baptizari. ET QUOMODO COARCTOR VSQUE DVMI PERFICIATUR? q. d. Ignis hic charitatis & zeli Spiritus sancti exilire nequit, nisi prius in cruce percutiatur silex corporis mei, uel potius nisi baptizet fonte sanguinis mei: hic enim similis est fontibus nonnullis, in quibus faces extinctas si immerferis, mirà naturæ uis & antiperistasi accenduntur, qualis est fons Dodonensis, ait Plinius lib. 2. c. 103. Addunt nostri Conimbricenses in Meteor. tract. 9. cap. 7. talem quoque esse in Epiro, alium in Indiæ terris cuius aqua lucernæ ardeat. Item alium olim Iouis Ammonis dictum, qui sub lucem tepentibus aquis manat, meridie frigidus est, uespere calet, mediâ nocte æstuat. Sic pariter æstuant iugiter aque fontium, siue thermarum & balnearum Aquilgranensium. Similes thermæ sunt iuxta Neapolim, in Gallia, & pluribus aliis locis. Hisce ergo suam passionem comparat Christus. Hęc enim est quasi balneum æstuan, quod

Fontes calidi.

ignem & incendium charitatis in mentibus fidelium suscitauit, & suscitatur. Crucis enim & passionis Christi merito, quæ ac exemplo, hic ignis exilit. Baptismum uocat suam mortem & passionem, quia in eam planè immerfus & demersus fuit iuxta illud psal. 68. 2. Infixus sum in humo profundi, & non est substantia. Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me.

ET QUOMODO COARCTOR VSQUE DVMI PERFICIATUR? id est, angor, crucior ex desiderio moriendi pro salute hominum, & per hoc ignem istum accendendi. Ita Euthymius. Velut anxius sum, inquit, propter caritatem: & Theophyl. Et quomodo constringor, id est quam sollicitus & anxius sum, ac premor, donec perficiatur. sitio enim mortem pro omnium salute. Sic & S. Ambros. Beda & alij; Arabicus, & ego coarctor ad perficiendum. S. Irenæus lib. 1. c. 18. legit, & ualde propeto ad illud. Solent enim desiderio contrahi & quasi comprimi corda anxiorum, gaudium uerò corda exultantium diffundi & dilatari. Perperam ergo L. yranus contrariè exponit: coarctor, id est, perhorresco illum, iuxta illud. Tristis est anima mea usque ad mortem. Verùm hic fuit sensus naturalis anime Christi, quem spiritu & zelo superans corrigentique dixit: Verumtamen non sicut ego uolo, sed sicut tu.

Moraliter hic Nota quantus fuerit in Christo zelus, quanta charitas, & quanta sitis salutis nostra: ut pote quæ tantam in eo situm passionis, mortis & crucis, licet tam atrocis excitauit, ut cor eius inter eam, & inter moram passionis, quasi inter duos lapides molares in molendino positum arctaretur, & in summas angustias redigeretur, aut uelut in torculari suum, angore comprimeretur, & penè opprimeretur. Vbi enim est amor, ibi est pariter dolor & angor, ne res amata negetur uel differatur. Summo igitur desiderio urgebatur, & quasi torrebatur Christus offerendi se Deo in holocaustum, & in uictimam pro peccatis omnium hominum in altari crucis, ut quantum erat ex parte sua, omnes sanctificaret, saluaret & bearet.

B

C

D

Hunc zelum suum, hanc sitim impressit Apostolis uirisque Apostolicis, qui sitiunt cruce, labores, dolores, tormenta & martyria pro gloria Dei, ut Euangelium Christi toto orbe propagent, & quotquot possunt, saluent. Hęc est sanctitas Euangelica, hęc perfectio uirtutis, hoc culmen Apostolatus. Notæ sunt S. Andreae crucis salutationes, & anhela ad eam suspiria: Salue crux pretiosa, diu desiderata, & tandem concupiscenti animo preparata: securus & gaudens uenio ad te, ita & tu exultans suscipias me, ac per te me recipiat, qui per te moriens me redemit. S. Laurentij ad Valerianum Imp. ostendentem & minantem ignes, rotas, scorpiones, bestias: Hanc mensam, inquit, appeto, hanc sitio. Non est famelicus qui escam, nec sitiens qui potum desideret, tam anidè, quam ego hac omnia tormenta ambio & sitio, ut amorem amoris, dolorem dolori, mortem morti rependam Christo meo. S. Vincentij ad Dacianum: Nemo, ait, mort alium maius beneficium mihi contulit, quam tu, qui me torques & crucias: quia quot me tormentis affuis, tot coronis martyrii me exornas. Et ad carnifices: Quam estis desides: quam imbecilles! putabam uos lenge esse fortiores. En ego plura pati desidero, & uestros ictus longè exsupero. S. Agatha ad Quintianum: Quid taras? S. Agathe. Quid

Exemplis S. Andreae.

S. Laurentij.

S. Vincentij.

S. Agathe.

Quid

quid expectas? flagella, lacera, ure, seca, merge, lania, occide meum hoc corpus: quia quid plus me cruciaueris, eo plus boni mihi contruleris, tantòq; plus fauoris & gratiæ à sponso meo Iesu Christo recipiam. Similia fuere uota, similesequæ uoces S. Agneris, S. Lucie, S. Dorotheæ, S. Cæcilie, aliorumque Martyrum.

VERS. 51.

PVTATIS QVIA PACEM VENI DARE IN TERRAM? NON, DICO VOBIS, SED SEPARATIONEM] Vide dicta Matth. 10. 34.

VERS. 52.

ERVNT ENIM EX HOC tempore, id est, deinceps, QVINOVE IN DOMO VNA DIVISI, TRES IN DVOS, ET DVO IN TRES]. Quinque scilicet pater, filius, mater, filia, & nurus: nam socrus eadem est quæ mater. Ita S. Ambros. & pater ex seq. q. d. In eadem domo tres infideles insurgent in duos fideles, uel duo infideles in tres fideles, v. g. pater & filius non credentes in Christum, insurgent in matrem & fratrem ac nulum credentes in Christum, aut vice uersâ.

VERS. 53.

DIVIDENTVR (græcè, διαμελεθήσεται, id est, diuidetur, dissidebit, separabit & opponet se) PATER IN FILIUM] id est, contra filium; & ita de cæteris.

VERS. 54.

DICEBAT AUTEM ET AD TVRBAS: CVM VIDERITIS NVBEM ORIENTEM AB OCCASV, STATIM DICITIS ex crebra & continua experientia: NIMBUS VENIT, græcè, ὄμβρος, id est

imber, pluuia: ET ITA FIT] q. d. Cùm uideris nubem ab occasu, dicitis, Pluet. Ita Elias tempore siccitatis triennialis, cum à puero intellexisset nubem ortam ab occasu, pluiam instare prædixit: illaque mox secuta est, 3. Reg. 18. 44. Causa huius rei physica est, quod Iudæa ab Occasu habeat mare Mediterraneum, ex quo uis folis multi vapores in altum eleuantur, qui in nubem densati, per solis calorem in aquam resoluuntur, & pluiam pariunt, præsertim cùm sol pariter tendit in occasum: tunc enim debillior est, quàm ut vapores hõce dissipet, ne in nubem concreuant, & in pluiam resoluuntur. Quibus uerò mare aq̄e ad Occasum & Meridiem & Septentrionem est, aq̄e ex his partibus ascendunt nubes nimborum nuncijs Anglis ascendunt uindique, ut qui mari uindique cinguntur, ait Valensius Sacr. Philof. cap. 86. Vide dicta Matth. 16. 4.

Cum nubes ab occasu imbrem nunciat]

Porrò necessariè, ait S. Basilius in Catena, sunt uitæ humanæ siderum coniectura: modò ne ultra mensuram eorum indicia perquirantur: interest autem præuidere procellarum pericula, uia-tori, mutationem aeris, cõlono lunæ, solisque situm ad sementem, ut messem faciat copiosam: nam Deus posuit illa in signa & tempora, Genes. 1. v. 14.

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Primò, Christus occasione Galileorum cæcorum à Pilato, & aliorum oppressorum ruinã turris Siloë, suadet pœnitentiam; & ad hoc adhibet fici infrugifera, ideoque succidenda parabolam. Secundò, v. 11. sanat mulierem per 18. annos incuruatam, sabbato, ideoque, Iudeos obmurmurantes ratione clara confutat. Tertio, v. 18. comparat regnum calori grano sinapis, & sermento exiguo, quod totam farinam massam fermentat. Quarto, v. 23. docet paucos saluari. Quinto, v. 31. Phariseis suadentibus secessum Christo, eo quod Herodes mortem ei machinetur, respondet se non ab Herode, sed ab Hierosolymitis & Phariseis ipsi occidendum esse, ideoque Ierusalem & Iudeam à Tito euertendam prædicit.

Porrò tertiam partem explicui Matth. 13. v. 31. & seq. Quartam Matth. 7. 13. Quintam ex parte explicui Matth. 23. v. 36. & seq. Super sunt ergo hęc explicanda pars prima & secunda, & particula quintæ.

1. ADERANT autem quidam ipso in tempore, nuntiantes illi de Galiliæ, quorum sanguinem Pilatus miscuit cum sacrificijs eorum. 2. Et respondens dixit illis: Putatis quod hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia passi sunt? 3. Non, dico vobis: sed nisi pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis. 4. Sicut illi decem & octo supra quos cecidit turris in Siloë, & occidit eos: putatis quia & ipsi dimittores fuerint præter omnes homines habitantes in Ierusalem? 5. Non, dico vobis: sed si pœnitentiam non egeritis, omnes similiter peribitis. 6. Dicebat autem & hanc similitudinem: Arborem fici habebat quidam plantatam in uinea sua, & venit quærens fructum in illa, & non inuenit. 7. Dixit autem ad cultorem vineæ: Ecce anni tres sunt ex quo uenio quærens fructum in ficulnea hac, & non inuenio: succide ergo illam: ut quid etiam terram occupat? 8. At ille respondens, dicit illi: Domine dimitte illam & hoc anno, usque dum fodiam circa illam, & mittam stercora: 9. & si quidem fecerit fructum: sin autem, in futurum succides eam. 10. Erat autem docens in synagoga eorum sabbatis. 11. Et ecce mulier, quæ habebat spiritum infirmitatis annis decem & octo: & erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere. 12. Quam cùm uideret Iesus, uocauit eam ad se, & ait illi: Mulier dimissa es ab infirmitate tua. 13. Et imposuit illi manus, & confestim erecta est, & glorificabat Deum. 14. Respondens

dens autem archifynagogus, indignans quia sabbato curasset Iesus, dicebat turbas Sex dies sunt, in quibus oportet operari, in his ergo venite, & curamini, & non in die sabbati. 15. Respondens autem ad illum Dominus dixit: Hypocritæ, unusquisque vestrum sabbato non soluit bouem suum, aut asinum à præsepio, & ducit ad aquam? 16. Hanc autem filiam Abraham, quam alligauit satanas, ecce decem & octo annis, non oportuit solui à vinculo isto die sabbati? 17. Et cum hæc diceret, erubescerent omnes aduersarij eius: & omnis populus gaudebat in vniuersis, quæ gloriosè fiebant ab eo. 18. Dicebat ergo: Cui simile est regnum Dei, & cui simile æstimabo illud? 19. Simile est grano sinapis, quod acceptum homo misit in hortum suum, & creuit, & factum est in arborem magnam: & volucres cæli requieuerunt in ramis eius. 20. Et iterum dixit. Cui simile æstimabo regnum Dei? 21. Simile est fermento, quod acceptum mulier abscondit in farina satra tria, donec fermentaretur totum. 22. Et ibat per ciuitates & castella docens, & iter faciens in Ierusalem. 23. Ait autem illi quidam: Domine, si pauci sunt qui saluantur? Ipse autem dixit ad illos. 24. Contendite intrare per angustam portam: quia multi, dico vobis, quærent intrare, & non poterunt. 25. Cum autem intrauerit paterfamilias, & clauerit ostium, incipietis foris stare, & pulsare ostium, dicentes: Domine, aperi nobis: & respondens dicit vobis: Nescio vos vnde sitis: 26. tunc incipietis dicere: Mânducauimus coram te, & bibimus, & in plateis nostris docuisti. 27. Et dicit vobis: Nescio vos vnde sitis, discedite à me omnes. operari iniquitatis. 28. Ibi erit slerus & stridor dentium: cum videritis Abraham, & Isaac, & Iacob, & omnes Prophetas in regno Dei, vos autem expelli foras. 29. Et venient ab Oriente, & Occidente, & Aquilone, & Austro, & accumbent in regno Dei. 30. Et ecce sunt nouissimi qui erunt primi, & sunt primi qui erunt nouissimi. 31. In ipsa die accesserunt quidam Pharisæorum, dicentes illi: Exi, & vade hinc quia Herodes vult te occidere. 32. Et ait illis: Ite, & dicite vulpi illi: Ecce eicio dæmonia, & fanitates perficio hodie & cras, & tertia die consummor. 33. Verumtamen oportet me hodie & cras, & sequenti die ambulare: quia non capit prophetam perire extra Ierusalem. 34. Ierusalem, Ierusalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos, qui mittuntur ad te, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum auis nidum suum sub pennis, & noluisti? 35. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico autem vobis, quia non videbitis me, donec veniat cum dicetis: Benedictus, qui venit in nomine Domini.

VERS. 1.

ADERANT AVTEM QUIDAM IPSO IN TEMPOR, NVNCIANTES ILLI DE GALLIÆIS, QUORVM SANGVINEM PILATVS MISCVIT CVM SACRIFICIIS EORVM] id est, quos in monte Garizim, qui situs est in Samaria, dum ibidem sacrificarent, Pilatus occidit, ita vt sanguis eorum cum sanguine victimarum quas offeriebant, misceretur. Rem gestam fusiùs narrat Ioseph. lib. 18. Antiqu. cap. 7. & Hegeſippus lib. 2. de Excidio Hierosolymæ. Audi Iosephum: *Concitrauit eos (Samaritanos) impostor quidam, iubens vt conuenirent in montem Garizim, apud eam gentem sanctissimum, asseuerans se illic eis ostensurum sacra vasa resosa, quæ ibi Moyses deposuisset: illi creduli sumptis armis Tirababam vicum insiderunt, expectantes ibi confluentes ceteros, vt magno agmine montem ascenderent. Sed Pilatus prior diuum montis occupat equitibus suis & pedibus, qui prælio congressi cum Samaritis apud vicum collectis, alios fuderunt, alios in fugam compulerunt; multos etiam viuos captos abduxerunt, quorum præcipuos & potentiores Pilatus multauit capite.*

Dices, Iosephus asserit fuisse Samaritanos, quomodo hic Christus eos vocat Galilæos? Respondedo, Samaritanos vocari origine & patriâ, Galilæos verò scetâ & hæresi. Ita Baronius. Hoc vt intelligas, Nota, Iudam Galilæum, teste Luca Actor 5. v. 37. auctore fuisse scetæ Galilæorum, qui rebelles erant Cæsari Romano, dicentes non licere Iudæis, vt pote populo fideli diuino cultui

addicto, subesse Cæsari Gentili & idololatræ, cuique dare tributum; nec alium dominum quam Deum agnoscere & colere debere. Ita Cyrill. in Catena, Theophyl. Euthym. & Titus. Quocirca Pilatus præfes Iudææ, eos per immisos milites trucidauit. Secta hæc exorta est sub tempora Christi: vnde & Christus ac Apostoli, vt pote natione Galilæi, eius insimulati sunt, ideoque studiosè contra eam docuerunt, soluenda esse tributa regibus & Cæsari, licet Gentili. Porro Franc. Lucas ceter hos Galilæos à Pilato occisos in Ierusalem, cum sacrificarent in templo, eò quod Pilatus præfesset Iudææ, non Samariæ. Verum Iosephus disertè ait, eos occisos in monte Garizim, qui est in Samaria. Adde, Samaritanos fecisse schisma à Iudæis, ideoque noluisse adire templum Hierosolymitanum, sed aliud erexisse templum in sua ditione, scilicet in monte Garizim, ibique sacrificasse, vt patet Ioan. 4. 20. Pilatus ergo hos Samaritanos rebelles persequens cõprehendit, & occidit in Samaria Iudææ vicina, tamquam publicos Cæsaris hostes, à quolibet Cæsaris Præfecto mactandos.

Cum ergo horum cædes inerebuisse, multi de ea vulgò fuere sermones, dicentibus plebique illos sceleratos & Deo inuitos fuisse; vt pote quorum sacrificia non solùm à Deo reiecta fuerunt, sed & sanguine eorum condita. Hæc ergo astantes narrarunt Christo, vt eius sententiam

Quam hi Galilæi à Pilato caesi, & quò de causâ.

tam de horum cæde exquirent: Christus verò hac cladis occasione sapienter vsus, ex ea sumpfit argumentum exsimulandi illos ad penitentiam; ne alioquin similis in eos vindicta Dei desuieret. Christi exemplum sequatur concionator, vt, cum publicæ clades pestis, famis, belligruntum, popululum cohortetur ad penitentiam, vt eas, & simul tormenta gehennæ euadant.

VERS. 2.

ET RESPONDENS DIXIT ILLIS: PV TATIS QVOD HI GALLIÆI PRÆ OMNIBVS GALLIÆIS PECCATORES (sceleratiores) FVERINT, QVIA TAZIA PASSI SVNT?] Hoc enim ipsi putabant, idque ex clade eorum colligebant; sed peperam: nam sæpè Deus paucos minus peccantes castigat, vt eos ceteris statuatur in exemplum & terrorem, quoad penitentiam incitentur. Ita Beda, Titus & alij.

VERS. 3.

NON, DICO VOBIS: SED NISI POENITENTIAM HÅBERITIS (græcè *μετάνοια*, id est, penitentiam egeritis) OMNES SIMILITER PERIBITIS] Similiter, id est, pariter, nemine excepto, ait Maldonatus. Sic Sapiens. 6. 8. dicitur: *Æqualiter cura est illi de omnibus*, quia pariter omnes nemine excepto curat, etiam si alterum magis, alterum minus. Secundò, & simplicius, *similiter*, id est, æquè peribitis, etiãsi aliâ mortis specie, æterna scilicet, aut etiam temporali. Tertio, & propriè, *lanfèn. similiter*, inquit, id est, simili morte, clade & vindicta Dei. Nam Iudæi obsessi & oppressi sunt à Tito in festo Paschæ, quando sacrificabant: Tunc ergo captà à Tito vrbe, multi caesi sunt in tẽplo, vbi sacrificabant & sacrificare solebãt. Sic etiam Euthym. S. Thomas, Hugo, Lyranus, Cyrillus in Catena.

Nota, Christum hic docere, nos ex huiusmodi euentis calamitosos debere mentem reflectere ad peccata nostra, vt de ijs poeniteamus, ne in similes clades Deo puniente incidamus. Ita Beda.

Symbolicè, Beda: Pilatus, inquit, hebr. idem est quod os malleatoris, putà diabolus, semper eadere paratus: sanguis, est peccatum & concupiscentia: sacrificia, sunt bonæ actiones, quas diabolus vel carnis delectatione, vel humanæ laudis ambitione, vel aliâ peste commaculat.

VERS. 4.

SICVT ILLI DECEM ET OCTO, SVPRÀ QVOS CECIDIT TURRIS IN SILOE, ET OCCIDIT EOS] Erat fontis, siue piscina, Siloë iuxta Ierusalem, de qua Isaías cap. 8. v. 6. ait: *Abiecit populus iste aquas Siloë, quæ vadunt cum silentio*: iuxta hunc fontem erat turris, ab ea pariter dicta Siloë, quæ tempore Christi vi ventorum, aut fulminis, aut terremotus, similiuè casu corruit, & octodecim homines in ea, vel iuxta eam cõsistentes, ruinâ suâ oppressit, quod licet casu fortuito factum sit, si causas secundas spectes; tamen si causam primam, scilicet Deum, attendas, certâ prouidentia Dei volentis homines punire, & ceteros tertere, id factum est: Deo enim nihil est fortuitum, sed omnia certò præuisa & prouisa sunt, vt nihil in regno prouidentia eius liceat fortunæ aut temeritati, ait Boëtius. Deus ergo hos calus ordinat ad hominum punitionem & correptionem, vt ceteri videtes sibi vicinos ruinâ turris, alioite modo subitò & improuidè occidi, metuunt ne simile quid sibi contingat, ideoque de peccatis poeniteant, & sese Deo reconcilient, ne in peccatis suis casu alii-

Octodecim homines ruinâ turris Siloë oppressi.

quo opprimantur, & damnentur ad gehennam. Hoc est quod Deus asserit per Amos Prophetâ c. 3. 6. dicens: *Si erit malum in ciuitate, quod Dominus non fecerit. Et per Isaías c. 45. 7. Ego Dominus formans lucem, & creans tenebras: faciens pacem, & creans malum. Idem per vmbra videtur Poëtæ & Philosophi. Vnde Virgilius Deum ita celebrat 1. Aneidos:*

O qui res hominumq; deumq; Eternis regis imperijs & fulmine terras.

Et Plutarchus in Moral. *Veluti, inquit, si quis cæcis in quempiam incidit, illum cæcum appellat qui non videt: sic nos fortunam facimus cæcâ, in quam nostrate incidimus cæcitate. Nam ipsa fortuna fortunans, quæ non est alia quàm ipse Deus Deique prouidentia, oculatissima est, & longè plures quàm Argus habet oculos. Porro idem Plutarchus ibidè: Sicut, inquit, ischiacis medici pollicem murrunt vt cum alibi doleant, alibi adhibeant remedium: sic Deus nonnùmquam vt patres sanet, sanet in filios, & vice versâ. Idè rursum: Sicut omnes quidam repente se condunt sub terram, miloninus eò perferuntur quò tendunt: ita Numinum ira licet occulte, tamen in extremas calamitates auferunt aliquando nocentes.*

Symbolicè Beda: Turris, ait, est Christus; Siloë id est, missus à Patre in mundum, qui omnes impios, super quos per sententiam condemnationis ceciderit, corrueret, Matth. 21. 44.

PV TATIS QVIA (quod) ET IPSI DEBITORES (id est, peccatores; Arabicis, *culpabiles*: hi enim chaldaicè vocantur *charebin*, id est, debitores: peccator enim Deo debet animam, scilicet decem millia talenta, Matt. 18. 24.) FVERINT PRÆTER OMNES HOMINES HABITANTES IN IERUSALEM?] Hic apertè indicat Christus illos 18. turri Siloë oppressos fuisse peccatores, etsi non summos & maximos, qui erant in Ierusalem. Ita Interlin.

NON, DICO VOBIS: SED, SI POENITENTIAM NON EGERITIS, OMNES SIMILITER PERIBITIS] Ostendit, ait S. Chryl. *Hosce octodecim statutos ceteris in exemplum & terrorem: puniunt quidem quicquid ob propria crimina, sed se hoc alijs salutis materia, scilicet vt flagellato pestilente fluctus sapientior fiat. Deus enim non omnes hic punit, sed dat inducias poenitendi, non tamen cunctos futura punitioni referuat, ne multæ eius prouidentiam negent. Hæc Chryloſt.*

DICEBAT AVTEM ET HANC SIMILITVDINEM: ARBORE FICI HABEBAT QUIDAM PLANTATAM IN VINEA SVA, ET VENIT QVÆRENS FRVCTVM IN ILLA: ET NON INVENIT.

DIXIT AVTEM AD CVLTOREM VINEÆ: ECCE ANNI TRES SVNT EX QVO VENIO QVÆRENS FRVCTVM IN FICVINEA HAC, ET NON INVENIO: SVCCIDE ERGO ILLAM, VT QVID ETIAM TERRAM OCCVPAT?] Græcè significantius est *ναρπηγῆς*, id est, onerat inutili onere, imò terram inermem & sterilem reddit; tum vmbra sua, tum radicibus suis, quibus succum terræ vicinis vitibus eripit & præripit Syrus, *otiosum detinet*: *ναρπηγῆς* enim est ignatum, iners, & vitibus delitutum.

Ad literam ficus hæc representat Synagogam Iudæorum, quam Deus plantauit per Moïsem, ad quam venit Christus per Incarnationem, vt eam per prædicationem suam excoleret. Christus

O

stus ergo est cultor vineæ, id est Synagoga, cui dixit Deus: Succide eam, quia iam per tres annos quibus in ea prædicasti, ex ea fructus fidei & bonorum operum requiro, sed nullos inuenio, ob Iudæorum infidelitatem, perniciam & malitiam: intereedit pro eo Christus, ut adhuc vno anno, saltem dimidiato, sinat eam a se prædicando excolis; si deinde fructum non ferat, excidatur. Ita factum est, quia Iudæi quarto anno prædicationis Christi in Paschate, peccata peccatis addentes, & crucifixi facti, Christum occiderunt & crucifixerunt: unde post paucos annos Titus ultor à Deo immisus, Hierosolymam excidit, totamque Iudæam evertit. Cetera sunt emblemata pertinentia ad elegantiam parabolæ, id est: quæ non est necesse ea applicare rei per parabolam significata.

Ficus est Synagoga, Primò.

Secundò.

Ficus est iustus, Primò.

Secundò.

Tertio.

Quartò.

Quintò.

Sextò.

Septimò.

Ficus varijs morbis medetur.

A ac valere contra venena, præsertim scorpionum, contra scabiem, strumas, lichenas, piores, alopecias, canis rabiosi morsus, alioque morbos quos ipse recenset: sic iustus lacteo suo candore, comitate & benevolentia dissipat aliorum rancores & amaritudines, odia, lites, rixas, suspiciones, invidias, &c. Ostaia. Plinius l. 17. c. 27. Eadem (ficus) inquit, cum frondere incipit, cum cacumina rami cuiusque detrahantur, firmiores fertilioreque sunt. Addeque etiam: Radices circumcidisse prodest vitum luxuriantem, ficorumque, & circumcisus cinerem addidisse; sic iustus circumcidendo & ressecando superne appetitum honoris, ac inferne appetitum gulæ & verneris per meditationem cinerum, id est, mortis, & sepulturæ, fertilis fit virtutibus & bonis operibus, quibus, proximos multos ad Deum convertit. Nonna, Plinius ait lib. 23. c. 7. Fici materia vimam dicit, aluum solunt, sudorem mouent, iuuent vites augent, semibus meliorem valetudinem faciunt, minusque rigari, sic sedant, calorem refrigerant. Hæc eadem in spiritu mysticè facit iustus. Decima, Plinius lib. 15. cap. 18. ait ficum paruam in Mœlia fimo contestâ, & post hiemem mitiore caelo resosam, præcoem fieri: sic iustus per humilitatem & exercitia spiritalia renouatur, quasi iuuenturè induit, ut fiat alacer & velox ad omne bonum. Undecima, Plinius lib. 15. c. 18. Admirabilis, ait, est pomi huius (fici) selsinatio, vnius in cunctis ad maturitatem properantis arte naturæ: sic iustus feruore spiritus eius in omni virtute maturescit, & alios ad similem maturitatem perducit.

Ostaia.

Nonna.

Decima.

Undecimo.

B Notat S. Ambrosius ficum aptum esse symbolam Synagoga Iudæorum. Primò, quia sicut arbor ista solijs redundans fluentibus, spem possessoris sui casta sperarum prouentuum expectatione destituit: ita etiam in Synagoga dum doctores eius operibus infecundi, verbis tantum veluti solijs redundantibus gloriantur, inanis umbra legis exuberat, spes autem falsi expectata prouentus populi vota credentis illudit.

C Secundo, sicut ficus pro flore grossum, id est, ficum immaturam emittit, quæ mox decedit, ac deinde ficum lapidam & solidam progenerat: sic Synagoga primò Iudæos quasi grossos immaturas & euandidas protulit, deinde Christianos quasi ficus maturas lapidasque per Christum produxit. Hoc est quod ait Plinius lib. 7. c. 27. Fici ferotinae sunt, si primò grossi cum saba magnitudinem excessere, detrahantur: subnascuntur enim quæ serius maturescunt.

Tropologicè, ficus est quilibet homo, præsertim fidelis: cultor est Christus, Apostoli & similes; dominus est Deus Pater vel S. Trinitas. Cur fidelis & iustus comparetur ficui, varias causas & analogias dat noster Salmeron tom. 7. tract. 2. 1. Prima est: sicut profert dulces fructus, qui videntur esse burse mellis vel sacchari: similes profert iustus. Secunda, sicut ficus parum erefcit in altitudine, estque arbor penè depressa: sic & iustus abiicit se, estque humilis. Tertia, ficus pro floribus dat fructus, idque bis, scilicet in ætate præcoquas, & in autumno serotinas: sunt ergo ficus bifere: sic pariter iustus totus est in fructu bonorum operum copiosè producendo. Quarta, ficus amplis solijs vmbra facit: ita iustus sua charitate alios munit & protegit. Quinta, ficus alteri arbori inferi nequit ob nimiam suam dulcedinem, quam desere nequit: ita iustus in nullo homine, sed in Deo solo & conscientia sua recumbit. Sexta, ficus decorticata arefcit & fructum non reddit: sic iustus nisi tegatur cortice conuersationis honestæ, ac modestiæ & compositionis externæ, fructum cum proximis non facit. Septima, ficus est medica & morbis medetur, vti Iaias Ezechiam per ficus sanauit c. 38. v. 21. Audi Plinium lib. 16. 27. Ficus sola ex omnium arborum fructu maturitatis causâ medicatur. Si iustus quia virtute maturus & præcoctus, infirmitatibus aliorum quâ docendo, quâ consulendo, quâ sanctè viuendo medetur. Rursum Plinius li. 23. c. 7. Fici succum lacteum asserit aluum soluere, vulnera aperire, curare menstrua,

numquam eos proferre solet.

Symbolicè, tres anni sunt tres Iudæorum politiciæ, siue status, scilicet sub Iudicibus, sub Regibus, & sub Pontificibus, putà Machabæis, ait Euthymius. Audi S. Ambrosium: Venit ad Abraham, venit ad Moysen, venit ad Mariam, hoc est, venit in signaculo, venit in lege, venit in corpore: aduentum eius ex beneficijs recognoscimus, alibi purificatio, alibi sanctificatio, alibi iustificatio est. Circumcisio purificauit, sanctificauit lex, iustificauit gratia. Vnus in omnibus, & in vno omnia. Nemo enim mundari potest, nisi qui metuit Dominum: nemo legem meretur accipere, nisi purificatus à culpa: nemo accedit ad gratiam, nisi nouerit legem. Sic ferè & S. Cyrillus: Naturam humani generis, inquit, Dominus ante legem, sub lege, sub gratia c. peccando, admodum, visitando requisit: sed quidam nec naturali lege corriguntur, nec præceptis erudiuntur, nec miraculis conuertuntur.

D

Tropologicè, tres anni sunt tres hominis ætates, ait Theophyl. scilicet pueritia, virilis ætas & senectus: quilibet enim quolibet tempore fructus virtutum Deo proferre debet, cuique ætati congruos & proportionatos. Hos enim Deus à quolibet requirit, qui nullam hominis ætatem vult esse otiosam & infrugiferam.

AT ILLE (vineæ cultor, putà Christus & Apostoli) RESPONDENS, DICIT ILLI: DOMINE DIMITTE ILLAM ET HOC ANNO, VSQUE DUM FODIAM CIRCA ILLAM, ET MITTAM STERCORA] Intelligenti Christi & Apostoli, ait Interlinearis, aliquos ex Iudæis posse saluari, orat Deum

VERS. 8.

Deum vt differat vltionem Dominicæ crucis: scilicet euerfionem Hierosolymæ per Titum. ET SI QUIDEM FECERIT FRUCTUM, subaudi, Bene erit, salua erit & saluabitur. Est apostrophe. Addit Arabicus, ipsa namque arbor fructum; scilicet Synagoga olim dedit fructum virtutum sub Abraham, Isaac, Iacob, Ioseph, Moysè, Dauid, &c. SIN AUTEM NON FECERIT FRUCTUM, IN FUTURUM SVCCIDES EAM] vti Deus Iudæam succidit per Romanos.

Mysticè, S. Aug. de Verb. Dom. Colonus, ait, qui intercedit, est omnis Sanctus, qui intra Ecclesiam orat pro his qui sunt extra: circumfodere conscientiam, est eam humilitatem & patientiam docere; item egli & cælestium considerationem menti ingerere, ne, vt ait S. Ambrosius, radicem sapientiæ terrarum (& terrenarum cupiditatum) acerrime obruat & abscondat.

ET MITTAM STERCORA] Hoc est, vt ait S. Ambr. humilitatis affectum, & S. Aug. de Verb. Domini: Stercus, ait, sordes sunt, sed fructum dant: Sordes cultoris, dolor est peccatoris: & S. Gregorius, Stercora, ait, sunt peccata carnis, ex quorum consideratione suscitatur animus ad bona opera. Denique Glossa: Mittam stercora. Hoc est, inquit, malorum, quæ fecit, abominationem, ad animum reducam.

VERS. 10. ERAT AUTEM DOCENS IN SYNAGOGA (Græcè, in vna synagoga)] EORVM SABBATO] Sabbatum enim erat festum, quo Iudæi conueniebant ad synagogam, vt audirent legem eiusque interpretationem, vti Christiani diebus Dominicis conueniunt ad audiendum Missam & concionem. Hoc tempus & hunc locum elegit Christus ad sequens miraculum, vt illud esset publicum, vtq; Phariseos ob sabbatum illud calumniantes, confutaret & instrueret.

VERS. 11. ET ECCE MULIER QUÆ HABEBAT SPIRITVM INFIRMITATIS ANNIS DECEM ET OCTO; ET ERAT INCLINATA, NEC OMNINO POTERAT SVRSVM RESPICERE] Spiritum infirmitatis, id est, infirmitatem immisam à spiritu malo, ait Tyrannus & Euthymus: Dæmonii imbecillitatu, inquit, non sinens eam vinerè. Vnde Arabicus vertit, cum qua erat spiritus infirmitatis per octodecim annos, & erat incuruata, & non poterat erèctè stare villo modo. Infirmitas hæc erat totius corporis inflexio & curuatio, vt mulier cogereetur semper curua & inclinata incedere, vt sequitur. Nota hic, morbos hominibus sapè à dæmonibus immitti, permittente Deo ob peccata, vel alijs de causis. Vnde v. 16. causam huius infirmitatis prodens, ait: Hanc autem filiam Abraham quam alligauit satanas. Sic dæmon S. Iob varijs morbis afflixit, Iob c. 2. Idem patet ex psal. 77. v. 49. & ex Matth. c. 9. v. 25. Vide Delrio in Magicis. Dæmon ergo hanc mulierem curuabat & inclinabat, vt compelleretur terram semper aspicerè.

DECEM ET OCTO ANNIS] Erat ergo inueteratum hoc malum, ideoque à medicis incurabile.

ET ERAT INCLINATA] Cernua, curua, dorso & capite versus terram flexa & depressa, vt instar bestię, imò plus quàm bestia sursum respiceret, ac solem & cælum intrueri non posset: sed deorsum semper saxa terramque intruerant Deus in rerum creatione Genes. 1. Cornel. in Lucam.

Os homini sublime dedit, cælumque intri- Intra, & erectos ad sidera tollere vultus; vt solem cælumque aspiciat, & ad Deum in cælis per cælestem vitam contendat; vt in cælum recipi, ibique visione Dei beari mereatur: conuenit enim querere superna, transcendere terrena intueri, ait S. Basilus in Catena. Dæmon ergo vt hominem à cælo auerteret, eum deorsum inclinabat, vt non nisi terrena aspiciat, amet, ambiat.

Mysticè, S. Gregorius in homil. 31. Hoc, ait, significat mulier ista quod siculnea infructuosa: quia enim humana natura fructum obedientiæ ferre noluit, statum reëctitudinis amisit: decem & octo anni significant hominis, qui sexto mundi die creatus est, infirmitatem ante legem, sub lege, & in exordio gratiæ: nam ter sex faciunt 18. Et S. Ambrosius. Mulier ista, inquit, est Ecclesiæ figura, quæ curari non potuit, nisi legem implens, & gratiam in decem verbis, legis perfectio est; in octauo numero, resurrectionis plenitudo.

Tropologicè, mulier hæc gerit typum animæ bonis terræ inhiantis: hoc enim facere suadet diabolus. Audi S. Gregorium hom. 31. Hinc alius Propheeta de immundis spiritibus dicit: Qui dixerunt animæ tuæ, incuruare, vt transcamus. Recta quippe stat anima, cum superna desiderat, & nequaquam flectitur ad ima. Sed maligni spiritus cum hanc in sua reëctitudine stare conspiciunt, per eam transire non possunt. Transire nãque eorum, est immunda illi desideria spergere. Dicunt ergo, incuruare vt transcamus: quia si ipsa se ad ima appetenda non deijcet, contra hanc illorum peruersitas nullatenus contulescit: & transire per eam nequeunt, quam contra se rigidam in superna intentione pertrahunt.

QUAM CVM VIDERET IESVS (Arabicus respexit autem eam Iesus, oculis tam corporis quàm animi, oculis, inquam, gratiæ, miserationis & clementiæ) VOCAVIT EAM AD SE, ET AJT ILLI: MULIER DIMISSA ES AB INFIRMITATE TVA] id est, dimittis, curaris, scilicet à me per impositionem manus meæ, vt sequitur. Simul enim vtrumque fecisse videtur Christus, scilicet & manus ei imposuisse, itaque eam curasse, ac dixisse: Dimissa es, &c. Dicit potius dimissa es, quàm, Ego dimitto, vt acuat fidem mulieris. Fidei enim alibi sæpè solet tribuere Christus curationem & salutem. Rursum vt significet efficaciam vocis suæ, sui que, contactus, quod scilicet eodem instanti, quo eam tetigit, eandem sanarit. Erat enim in carne Christi virtus diuina, ait S. Cyrillus in Catena, quæ in instanti mira & miracula operatur, sicut dicendo, Hoc est corpus meum, panem in corpus suum transmutat, & transubstantiat quotidie in missa. q. d. Meum dixisse, fecisse est, iuxta illud: Dixit, & facta sunt. Vnde Tirus: Voce certè dimississima, ait, cælestiq; potestate plenissima femina huius infirmitatem è medio profugauit. Denique rã dimissa es, id est, absoluta es, significat mulierem hanc: quasi vinculis quibusdam à satana fuisse ligatam, constructam & depressam, vt videretur caput per funem ad genua & tibias alligatum habere. Hoc vinculum soluit Christus, itaque eam erexit. Venit enim Christus vt dissoluat opera diaboli, 1. Ioan. 3. v. 8.

ET IMPOSUIT ILLI MANVS, ET CONFESTIM ERECTA EST, ET GLORIFICABAT DEVM] MANVS

VERS. 12.

VERS. 13.

nus significant Christi potestatem, auctoritatem, imperium in morbos & demones, æquè ac eius benignitatem & beneficentiam, qua sanitatis beneficium mulieri, benignè eam tangens, conferebat.

VERS. 14. RESPONDENS AUTEM ARCHISYNAGOGVS (id est synagogæ princeps & præfectus) INDIGNANS, QVIA SABBATO CVRASSET IESVS, DICEBAT TVRBÆ: SEX DIES SVNT, IN QVIBVS OPORTET OPERARI: IN HIS ERGO VENITE, ET CVRAMINI, ET NON IN DIE SABBATI? indignans quia invidens Iesu hanc miraculi & sanitatis gloriam, per quam le maiorem & digniorem esse archisynagogo, in synagoga palàm corà toto populo ostendebat: prætexit tamen huic suæ invidia zelum religionis & obseruationis sabbati, ideoque à Christo vocatur hypocrita. Ita S. Cyrillus in Catena: Ingrate, ait, synagoga præfuit, postquã vidit feminam hanc reperit solo tactu erectam, & diuina referentem magnalia, ardens Domini gloria iriatur invidia arguit, miraculum, quasi videretur solitari pro sabbato. Vbi Nota ad ingratæ: debebat enim ipse gratus esse Christo, eique gratias agere quod se suamque synagogam honorasset, & hoc miraculo beneficioque affectisset; sed invidia eum excecavit, vt decus Christi suum existimaret esse probrum & dedecus, eò quod ipse talia & tanta patrare non posset. Sic Saul debuisset gratias agere Dauidi, eò quod ipse Goliath sibi & toti Israeli formidabilem occidisset; sed invidia eum transtulerunt egit, vt gloriam Dauidis suam æstimaret ignominiam. Putabat enim Dauidem sibi præponi, seque cum esset rex, illi postponi. Hic ergo est viua imago inuidiæ, larua religionis velatæ & celatæ.

VERS. 15. RESPONDENS AUTEM AD ILLVM DOMINVS, DIXIT: HYPOCRITÆ, VNVSQVISQVE VESTRVM SABBATO NON SOLVIT BOVEM SVVM AVT ASINVM A PRÆSEPIO, ET DVCIT ADAQVARE? Hypocritæ, quia simulatis sanctitatem foris, cum in eis pleni sitis inuidiâ & malitiâ. Audi Chrysostr. in Catena. Bene dixit hypocritam, quia faciem habebat legis cultoris, mens verò eius erat versuti & invidi: non enim turbatur propter sabbatum quia violatur, sed propter Christum quia glorificatur. Hypocritis laruam fusè descripsit Eccl. c. i. v. 32. ad illa: Ne fueris hypocrita: & cap. 2. ad illa: Ne dupli cordi.

ET DVCIT ADAQVARE? Vnde Glossa: Isti, ait, cum magistri plebium videri appeterent, sanationem hominis non verebantur postponere curæ pecoris.

VERS. 16. HANC AVTEM FILIAM ABRAHÆ, QVAM ALLIGAVIT (quasi capite per funem ad pedes alligato, vt dixi vers. 12.) SATANAS, ECCE DECEM ET OCTO ANNIS, NON OPORTVIT SOLVI A VINCULO ISTO DIE SABBATI? Est appositissimum & efficacissimum Christi argumentum; ostendens hanc mulieris sanationem non esse opus seruite, sed liberale & diuinum ideoque non indignum, sed dignissimum sabbato; vt pote quo sabbatum, inò Deus ipse sabbati conditor mirè sanctificabatur & glorificabatur, vt ostendit Irenæus lib. 4. c. 19. vbi docet Christum sanando ægros in sabbato non contra, sed secundum legem fecisse. Componit ergo, opponit, & anteponeit Christus vinculum & solutionem mulieris, vin-

culo & solutioni bouis vel asini.

Porrò singula verba continent antithesin prægnantem: opponit enim & præponit. Primò, mulierem quasi filiam Abrahæ, boui & asino. Secundò, vinculum & solutionem spiritualem mulieris vinculo, & solutioni bouis. Tertiò, quòd mulier hoc vinculu sit passa per 18. annos, bos verò vinculum, indeq; sitim passus sit per vniam alteram hanc horam dumtaxat. Quartò, quòd operosa & lōga sit solutio bouis, sua verò solutio mulieris, eiuſque à morbo absolutio, facta sit subito & in instanti, quo sabbatum operando violari non poterat. Quintò, quòd per hanc solutionem mulier reddita sit integræ sanitati & sanctitati: bos verò tantum aquæ pusuillam hauserit. Denique arguit archisynagogum & Phariseos inhumanitatis, quod hominis sanationem pecoris curæ postponant, ait Beda.

VERS. 17. ET CVM HÆC DICERET, ERVESCIBANT OMNES ADVERSARIJ, EIVS ET OMNIS POPVLVS GAUDEBAT IN VNIVERSIS, QVÆ GLORIOSE FIEBANT AB EO? Syrus, in omnibus miraculis quæ fiebant per manum eius.

OMNIS POPVLVS? Græcè, omnis turba, tamquam ab invidia libera, & beneficijs ab ipso affecta, ita Euthym. Vnde Cyrill. Claritas, ait, operum Christi omnem questionem soluebat apud eos, qui non erant mentibus peruersi.

VERS. 18. DICEBAT ERGO: CVI SIMILE EST REGNVM DEI? & ergo cum sit illatiuum, significat hæc inferri & colligi ex præcedentibus. q. d. Videbat Christus se Phariseis hostibus suis suã sapientiã imposuisse silentium, atq; populum idcirco gaudere, sibi que & suis dictis applaudere; cum ergo videret eum ita ritè dispositum, proposuit ei parabolam regni cælorum: animaduertebat enim iam sibi paratam esse viam ad regnum hoc suū proponendum & prædicandum, vt omnes incitaret ad illud ambiendum, ideoque ad capeſſendum Euangelicam suam doctrinam & vitam. Porrò parabolam ipsam exposuit Matth. 13. 31.

VERS. 23. AIT AVTEM ILLI QVIDAM: DOMINE SI PAUCI SVNT QVI SALVANTVR? Respondit Christus affirmatiuè, paucos saluari, vt insinuat Lucas, & clarè exprimit Matth. c. 7. v. 14. Idem asserit Isaias cap. 10. 22. & cap. 24. 13. Paucos intellige, comparatione omnium hominum rotius mundi, siue comparatione tam fidelium quam infidelium: omnes enim infideles damnantur ob infidelitatem, æquè ac multi fideles ob impiam vitam. Soli ergo fideles saluantur, sed non omnes. An verò ex fidelibus solis plures saluantur, an verò plures damnentur, problema est. Alij enim censent plures saluari ob sancta Sacramenta, quæ in fine vitæ plerique recipiunt. Alij censent plures damnari, quia plures malè viuunt in statu peccati mortalis. Regula autem S. Augustini est, homines sic mori sicut vixerunt. Vtrum verus sit, dixi Iacobi 2. vers. 13. ad illa Superexaltat autem misericordia iudicium, Formidabilis est sententia S. Chrysostr. hom. 40. ad Populum Antiochenum, qui facilè erat centum millium hominum, & amplius: In civitate nostra, inquit, in tot millibus vix centum inueniri possunt qui saluantur: quia in inueniuntur magna est malitia, in semibus torpor, &c. Et S. Au-

S. August. lib. 4. contra Cresconium cap. 53. Ecclesiam comparat aræ tritici, in qua plures sunt paleæ quàm grana, id est, plures reprobi quàm electi.

VERS. 31. IN IPSA DIE ACCESSERVNT QVIDAM PHARISÆORVM, DICENTES ILLI: EXI, ET VADE HINC, QVIA HERODES VULT TE OCCIDERE? sicut occidit Ioannem Baptistam præcurſorem tuum. Videtur Christus hoc tempore prædicasse nò in Galilæa; vt pote ex qua iam pridem abierat, vt pater Matth. 19. vers. 1. sed in Peræa Iudææ vicina: Perææ enim, æquè ac Galilææ, præerat Herodes. Ita Franc. Lucas, Maldonat. tamen & alij censent hæc gesta esse in Galilæa, vt per recapitulationem Lucas hic interferrat ea, quæ tam pridem gesta erant in Galilæa: tale quoque est quod audiuimus vers. 24. & c. 9. vers. 51.

Porrò Pharisei per mendacium hinc fingunt Herodem Christo infensum, vt Christum à se ablegent, vel certè eius libertatem & constantiam explorèt & depiſcant, iniicientes ei metum Herodis, tum vt per hunc metum eum è sua regione expellant: ne præsens & miracula edens glorificetur & attrahat turbam, ait Euthym. tum vt Christum ex Peræa in Iudæam egrediens, incidat in manus pontificum & principum, quos sciebant ei mortem machinari, vt pater Ioan. 7. v. 20. & 25. Alioqui Herodem non fuisse Christum offensus, liquet ex eo, quòd cupiebat eum eiuſque signa videre; vt patet cap. 9. 9. inò Christum à Pilato ad se missum condemnare noluit, sed alba indutum, quasi risu, non morte dignum, ad Pilatum remisit; vt pater c. 23. 8. Ita Iansen. Maldon. Franc. Lucas & alij.

VERS. 32. ECCE EIHCIO DÆMONIA, ET SANITATES PERFICIO HODIE ET CRAS, ET TERTIA DIE CONSUMMOR? Christus Phariseis metum Herodis obijcientibus magnanimè & liberè respondet, se nec illum, nec Phariseos aut principes timere, sed omnibus inuitis perrecturum prædicare, donec dies morti eius à Patre assignata aduenerit. Vulpem vocat Herodem, quia astutus erat, versipellis & fictus; sicut per fraudem & fictionem occidit Ioannem Baptistam, vt ex S. Chrysoſtomo & Græcis ostendit Marci 6. v. 26. Audi Beda. Vulpes est animal fraudulentum, in fouca propter insidias latens, odore ferens, numquam rectis itineribus incedens. Tales sunt hæretici, quorum figura est Herodes, qui Christum in credentibus conantur occidere.

Verùm Christus magis hinc sermonem dirigit ad ipsos Phariseos, omnesque vocat vulpes, quòd per fraudem injicerent ei metum Herodis, vt cum fugiens in Iudæam, ibi à principibus caperetur & occideretur. Idipsum significat pronomen vulpim, id est, huic vulpi, vt vertit Arabicus, quod Phariseum ostendit propè manentem, ait Cyrillus & Theophil. Audi Titum: Videri poterat totam orationis vim in vnâ Herodis personam conuerrere, & ita arbitrati sunt nonnulli: & tamen contra Phariseorum prauitatem dirigit illam verius, quàm contra Herodem: neque enim aiebat, Dicite vulpi illi, sed vulpi huic. Enim verò, quò improbe fraudis cõmemoratione Phariseos vulpibus similes clamat. in Lucam.

VERS. 33. re ostenderet, summa industria mediâ quadam voce vitur: idque scitè, ait Theophyl. nam singulari numero dicendo vulpem, Herodem illos suspicari fecit: dicendo autem huic, quod est pronomen demonstratiuum, insinuauit istos ipsos esse dolosos illos.

Vnde Emmanuel Sædicite vulpi illi, scilicet, inquit, vel Herodi, vel illi qui mendacium illud finxerat, nimirum quòd Herodes veller occidere Christum, qui vtique erat vnus ex Phariseis Christi hostibus. Sælus ergo est. q. d. Vos, ò Pharisei, quasi vulpes astutæ & dolosæ, obijcientes mihi terrorem Herodis, vultis me abigere, vt apud vos non prædicem; sed ego constanter asseuero me nec vos, nec Herodem metuere, neque vilius causa à prædicatione cessaturum; quia certus sum Patrem meum non permissurum vt capiar & occidar, antequam dies ab ipso decreta aduenerit.

ECCE EIHCIO DÆMONIA, ET SANITATES PERFICIO, id est, eijcere & perficere pergam, inuitis, non tam Herode, quàm vobis ipsis: HODIE ET CRAS, id est, aliquanto adhuc tempore: ET TERTIA DIE, id est, paulò post finitâ & peractâ meâ legatione & prædicatione, CONSUMMOR? id est, cõsummabor, quia gloriosâ in cruce morte pro hominum salute sponte & fortiter perfungar, vt fusè docet Apost. Hebr. 9. 11.

Nota hebraïstium, quo ponitur tempus definitum pro indefinito hic æquè ac Olee 6. 3. Ita Cyrillus Theophyl. Euthym. hodie & cras ergo, id est, aliquo adhuc tempore, sed breui & modico, scilicet per tres menses: videtur enim Christus hæc dixisse paulo ante festum Encæniorum, quod 25. die mensis Cassæ, qui nostro partim Nouembri, partim Decembri responder, celebrabatur, cum proximè sequenti Martio occisus & crucifixus fuit.

Igitur hæc animosè dixit Christus Primò, vt significaret se mortem non metuere, sed ambire. Secundò, vt suam potentiam diuinam ostenderet, per quam tamdiu hominibus inuitis victurus & docturus erat, quamdiu ipse & Pater voluerit ac stauerit. Tertiò, vt peruersis Phariseis dolorem auget: illi enim voluissent eum ita esse sublatum.

Porrò Christus mortem suam vocat consumptionem, quia in ea & per eam consummauit totam œconomiam incarnationis, totumque officium legationis suæ ad quod à Patre missus erat; scilicet expiationem omnium peccatorum, redemptionem generis humani, electorum salutem, &c. iuxta illud: Vnâ enim oblatione consummauit in seipsum sanctificatos, Hebr. 10. 14.

VERS. 34. VERVM TAMEN OPORTET ME HODIE ET CRAS, ET SEQVENTI (Arabicus, terra, Vatabl. perendie) DIE AMBVLARE: QVIA NON CAPIT PROPHETAM PERIRE EXTRA IERVSALEM? Oportet, non ex compulsionem, sed ex superna dispositione, ait S. Bonaventura. Sic S. Cyrillus & Titus. Christus inculcat id quod dixit vers. præced. vt ostendat se in sententia perflare, nec timere aut Herodem aut Phariseos: sed illis inuitis prædicaturam modico adhuc tempore, vsque ad diem à se & à Patre constitutum. Sensus ergo est: Hodie & cras & sequenti die oportet nos ambulare; græcè, μερόεσθω, id est

est proficisci. q. d. Modico adhuc tempore oportet me vios & castella ambulando & prædicando obire, & sequenti die tertia id est, paulò post, consummari per mortem in cruce, ut dixi vers. præcedenti, nunc in eo quod dixi persto, addoq; me quoque tertia die debere idem facere: licet enim die tertia consummandus sim; tamen illa ipsa die oportet me adhuc ambulare. q. d. Toto tempore vitæ meæ vsque ad mortem oportet me regiones obambulando prædicare, & operari sanitates, & dæmones eicere, quia totam vitæ sanctæ actioni, mortem generosè passioni consecraui, Deoque in holocaustum obtuli. Sic Hebr. *halaib*, id est ambulare, sumitur pro operari, Ioan. 8. 12. & c. 12. 33. Psal. 1. 1. & alibi. Porro Syrus vertit, *veritamen oportet me hodie & cras operari, & altero die iter faciam*; hoc est, proficiscar Ierusalē ad mortem, indeque in cælum, vnde veni.

Moraliter discant hic fideles, ac præsertim viri Apostolici, strenuè laborare in vinea Domini vsq; ad mortem & martyrium, ut fecit S. Petrus, S. Paulus, S. Chrysostomus, S. Athanasius, & c. Ita noster Petrus Canisius licet laboribus multis magnisque confectus, tamen laborare non destitit vsque ad annum ætatis 77. quo labore æquè ac vitæ defunctus est. Hæc enim erant eius dictamina: *Christi militibus stipendia non finiuntur ante vitam: cum consummauerint, tunc incipiunt: sola mors missionem dat eis: Vnica sedes emeritorum est cælum.* Ita noster Sacchinus in eius Vita libr. 3. Laborem ergo vsque ad mortem, ut post mortem in æternum in beata felicitate quiescamus: terra enim est stadium modici laboris, cælum est sedes quietis æternæ.

QUIA NON CAPIT PROPHETAM PERIRE EXTRA IERUSALEM] Græcè, *ὅτι ἐν δέχεται*, id est, non conuenit, non contingit, fieri non contingit, fieri non potest, ut vertit Syrus. Est hyper-

bole. q. d. Tanta est Hierosolymæ impietas & feritas, ut illi propria videatur, nec patitur ab alijs quàm à se Prophetas occidi, atque agrè ferat si ab alijs id fiat. Ac proinde ego quoque idcirco Herodem non timeo, quia ab eo in Galilæa nunc occidendus non sum, sed post aliquot dierum annos in Ierusalem Prophetarum interfectrice, vbi non ab Herode quem mihi obiectatis, sed à vobis ipsis, ô Pharisei, crucifigat & occidat. *Afueti enim estundere seruatorum sanguinem, etiam Dominum ipsum occident*, ait Theophyl. sic & Titus, Iansenius, Maldonatus, & Franc. Lucas, quem audi: Non capit Prophetam occidi extra Ierusalem, id est, oportet Prophetam occidi in Ierusalem, non quòd nulli extra Ierusalem occisi sunt (Jezebel enim in Samaria multos occidit, 3. Reg. 18. v. 13, & c. 19. v. 10.) sed quòd in Ierusalem pleriq; omnes occidi soleant, quòd vltimatissimum esset Prophetas in Ierusalem occidi: cum enim illic sedem figerent reges, sacerdotes, principes, potentes sæculi, Scribæ, sapientes, Pharisei sancti in oculis suis, qui vulgo suffragante, ferre nollēt Prophetarum increpationes admonitionesque factæ est ea ciuitas, ex domo Dei macellum Prophetarum, quæ Prophetarum quasi carnicinā profiteretur. Legimus 4. Reg. 21. 16. de Manasse, quòd *sanguinem innoxium fuderit multum nimis, donec impleret Ierusalem vsque ad os.*

Simili modo Romæ varijs in locis, ac præsertim ad Vrsam Pileatum (vbi nunc est ecclesia S. Bibiane) plurimi Christiani ab Imperatoribus infidelibus occidebantur, adeò ut locus ille vulgò vocaretur *macellum Martyrum*. Hinc rectè tunc dici poterat. Non capit Pontificem perire extra Romam, quia omnes penè Pontifices à S. Petro vsque ad Syluestrum per trecentos annos, ab Imperatoribus Romæ residentibus ob fidem Christi occisi sunt.

CAPVT DECIMUMQUARTVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

PRIMO, Christus inuitatus à Pharisæo hydropticum sanat in sabbato, illudque licere euidenti exemplo Pharisæis demonstrat. Secundo, v. 7. parabolam dat inuitatorum, ut vltimum locum captandum esse ostendat: mox & pauperes docet esse inuitandos, non ditites. Tertio, v. 16. proponit parabolam inuitatorum sese variè excusantium à cœna, id est, ab ea exclusorum. Quarto, v. 26. docet sui sequaces debere parentes odisse, & crucem ferre. Quinto, v. 28. id ipsum probat per parabolam volentis edificare, & volentis bellum gere, quorum uterque prius computat sumptus ad fabricam, & bellum necessarios.

Tertiam partem serè audiuiimus, Matth. 22. v. 2. Quartam, Matth. 10. 37. Super sunt ergo, prima, secunda & quinta partes hic explicandæ.

1. ET factum est cum intraret Iesus in domum cuiusdam principis Pharisæorum sabbato manducare panem, & ipsi obseruabant eum, 2. Et ecce homo quidam hydropticus erat ante illum, 3. Et respondens Iesus dixit ad Legisperitos, & Pharisæos, dicens: Si licet sabbato curare? 4. At illi tacuerunt. Ipse verò apprehensum sanauit eum, ac dimisit. 5. Et respondens ad illos, dixit: Cuius vestrum asinus aut bos in puteum cadet, & non continuo extrahet illum die sabbati? 6. Et non poterant ad hæc respondere illi. 7. Dicebat autem & ad inuitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos: 8. Cum inuitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco, ne forte honoratior te sit inuitatus

inuitatus ab illo: 9. & veniens is, qui te & illum vocauit, dicat tibi: Da huic locum: & tunc incipias cum rubore nouissimum locum tenere. 10. sed cum vocatus fueris, vade, recumbe in nouissimo loco: ut cum venerit qui te inuitauit, dicat tibi: Amice, ascende superius. Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus: 11. quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. 12. Dicebat autem & ei, qui se inuitauerat: Cum facis prandium, aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos ditites: ne forte te & ipsi reinuient, & fiat tibi retributio, 13. sed cum facis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos: 14. & beatus eris, quia non habent retribuere tibi: retribuatur enim tibi in resurrectione iustorum. 15. Hæc cum audisset quidam de simul discumbentibus, dixit illi: Beatus, qui manducabit panem in regno Dei. 16. At ipse dixit ei: Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos. 17. Et misit seruum suum hora cœnæ dicere inuitatis ut venirent, quia iam parata sunt omnia. 18. Et ceperunt simul omnes excusare. Primus dixit ei: Villam emi, & necesse habeo exire, & videre illam: rogo te habe me excusatum. 19. Et alter dixit: Iuga botum emi quinque, & eo probare illa: rogo te habe me excusatum. 20. Et alius dixit: Vxorem duxi, & ided non possum venire. 21. Et reuersus seruus nuntiauit hæc domino suo. Tunc iratus paterfamilias dixit seruo suo: Exi cito in plateas, & vicus ciuitatis: & pauperes, ac debiles, & cæcos, & claudos introduce huc. 22. Et ait seruus: Domine factum est ut impelle intrare, vt impleatur domus mea. 24. Dico autem vobis, quod nemò virorum illorum qui vocati sunt, gustabit cœnam meam: 25. Ibant autem turbæ multæ cum eo: & conuersus dixit ad illos: 26. Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. 27. Et qui non baiulat crucem suam, & venit post me, non potest meus esse discipulus. 28. Quis enim ex vobis volens turrim edificare, non prius sedens computat sumptus, qui necessarii sunt, si habeat ad perficiendum: 29. ne, posteaquam posuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omnes qui vident, incipiant illudere ei, 30. dicentes: Quia hic homo cœpit edificare, & non potuit consummare: 31. Aut quis rex iturus committere bellum aduersus alium regem, non sedens prius cogitat, si possit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad se? 32. alioquin adhuc illo longe agente, legationem mittens, rogat ea quæ pacis sunt. 33. Sic ergo omnis ex vobis qui non renuntiat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. 34. Bonum est sal. Si autem sal euauerit, in quo condietur? 35. Neque in terram, neque in sterquilinum vile est, sed foras mitteretur. Qui habet aures audiendi, audiat.

VERS. 1. ET FACTVM EST CVM INTRARET IESVS IN A

DOMVM CUIVS DAM PRINCIPIS PHARISEORVM SABBATO MANDUCARE PANEM, ET IPSI OBSERVABANT EVM. ET ECCE HOMO QUIDAM HYDROPICVS ERAT ANTE ILLVM] Principis, qui inter sui ordinis homines principem locum obtinebat, ait Titus, eratque inter suos primus, vel Pharisæorum primarius. *Ut aliquam utilitatem eis asserat, familiarem & quasi domesticum se illis exhibet*, ait Titus. Et S. Cyrill. in Catenâ: Cognoscebat quidem malitiam Pharisæorum, inquit, sed fiebat eorum conuiuia, ut prodesset præsentibus per verba & miracula, scilicet ut doceret eos licere sabbato sanitatem conferre egris, ac quid inuitatos & inuitantes agere deceat. Hoc enim facit Christus in sequentibus.

PANEM] Panis Hebræis omnem escam significat per synecdochen.

HYDROPICVS] Syrus, qui congregauerat aquas sub cute. hydropticus enim est agritudo quæ Latinis aqua intercus dicitur, quòd ἰδρωγ, id est aqua, inter cutem colligatur, quæ venter turgescit, ideoque semper sitit, & quò plus bibit, eò plus sitit,

Hydrops
quæ sitit
mor-
bua.

intumesceit & agrescit, de quo Horat. lib. 2. Carminum ode 2.

*Crescit indulgens sibi dirus hydropticus,
Nec sitim pellit, nisi causa morbi
Fugerit venter, & aquosus albo
Corpore languor.*

Rario est, quòd hydroptici omne quod bibunt conuertunt in humorem putridum & salum: quò ergo plus bibunt, eò plus falfedinis acquirunt: falfedo autem excitat sitim.

Videtur hic hydropticus amicus, vel notus fuisse principi Iesum inuitanti, ac forte idcirco Iesum inuitarat princeps, ut eum sanaret. Certè ipse hydropticus auidus sanitatis spòte se obrulit Iesu, tacitè ab eo sanitatem flagitans, ait Cyril. & Euthym. Esto Pharisæi alia mente eum Christo offerri procurarint vel optarint, scilicet ut explorarent an eum curaret in sabbato, putantes hac ratione eum violaturum sabbatum, ac proinde non esse verum Prophetam emissum à Deo, qui rigidum sabbati cultum sanxerat.

ET RESPONDENS IESVS DIXIT AD LEGISPERITOS, ET PHARISEOS, DICENS: SI LI-

VERS. 3.

CET SABBATO CVRARE? AT ILLI TACVERVNT. IPSE VERO APPREHENSVM SANAVIT EVM, AC DIMISIT] Respondens, non loquelæ & interrogati-
oni, vtpote quæ nulla hic præcessit, sed cogita-
tioni, qua cogitabant non licere sanare hydropi-
cum in sabbato, ac proinde Christum si cum sanaret, malè facturum.

SI LICET] Id est, an licet.

APPREHENSVM] Græcè ἀπαλάσσειν, id est, eum apprehendisset, cum attigisset. q. d. Sanavit eum tangendo, siue contactu manus suæ arefecit hydro-
pem, hoc est aquarum copiam qua hydropi-
cus turgebat. Porro hydropticus ipse, ait Cyrill.
metu Pharisæorum remedium non petebat pro-
pter sabbatum, sed stabat vt Christus misertus sanaret.

Mysticè, S. Gregor. 14. Moral. Sanatur, inquit, hydropticus ante Pharisæum, per agritudinem e-
nim corporis illius, huius cordis agritudo exprimitur: laborabat enim hydrope avaritiæ & cupi-
ditatis.

Vnde Tropologicè Beda: Hydropticus est, in-
quit, quem fluxus carnalium voluptatum exuberans aggrauat: est enim morbus ab aquoso hu-
more nominatus. Propriè verò hydropticus est diues avarus, qui quò magis abundat, eò magis sitit, ait S. Aug. 1. 2. Quæst. Euang. q. 29.

Avarus est hydropticus. Primò.

Secundò.

Tertiò.

Quartò.

Quintò.

Sexid. Remedia hydroptici.

Avaritia ergo & cupiditas qualibet est hydro-
ps mysticus. Primò, quia ipsa aqua est & fluxa. Secundò, quia sitim accendit, iuxta illud:

Quo plus sunt potus, plus sitiuntur aquæ.

Cupiditas enim & avaritia indulgendo accenditur, resistendo extinguitur. Ita S. Augustinus lo-
co iam citato. Tertiò, hydrops inducit tumorem sed & aqueum: ita opulencia diuitem facit tumidum & superbum, sed ob opes fluidas & euasidas.

Quartò hydroptici sunt, anhelitu foetido, ait Glo-
sa, ob putidas & foetidias aquas quibus turgēt: sic & cupidi non nisi foeditatem suæ cupiditatis, ore, vultu, totoque corpore exhalant. Quintò, Hydro-
ps, ait Paulus Ægineta lib. 3. c. 48. inde con-
trahitur, quòd spiritus copia cum humidi mō-
mento intra membranam (qua peritonæos ap-
pellatur) & intestina colligitur, vt abdomen percussum tympani modo crepitum edat, quæ ratio-
ne etiam tympanias nuncupatur, qui stomachi, alui & coli inflationibus febribusque longis superuenit, nonnumquam verò ex duritie perito-
næi, aut vuluæ in mulieribus, aut ex scirrho generatur: hinc venter quidem intumescit, reliquum autem corpus, quòd alimentum non sentiat, consumitur. Hinc & corpus albedo & pituitæ colore, emortui instar apparet. Sic cupiditas oritur partim ex gustu & sensu voluptatum carnalium, quæ sitim earundem excitant, & habitus malos quasi prauos humores in ventre, id est in appetitu, generant: partim ex varijs fluidisque voluptatum imaginationibus, quæ earundem concupiscentiam in voluntate suscitant: inde appetitus concupiscebiles intumescunt, sed vis mentis & spiritus marcescit, contabescit & consumitur, vt pallefcere, albicare & morruo similis videatur.

Sextò, hydrops remedium, ait Galenus, est Primò, theriaca; Secundò, steruus bubulum & caprinum; Tertiò, agrestis cucumis, ebuli radix, cha-

mædryis, carycæ, euphorbium, flos salis aque marina mistus, raphanus, magnes lapis, scylla, sulphur, ac similia, quæ aquam intercutem desiccant, vel expellunt, præsertim per vrinam. Efficax quoque remedium est abstinentia ab humidis & à potu. Fertur hydropticus quidam pauper à medico morbi remedium flagitasse; ille cum pauperem cerneret, ioco dixit: Per annum abstine à potu, & sana beris. Pauper id quasi seriò dictum accepit, & magna cum siti perfecit; ac anno vertente sanus effectus ad medicum rediit, eiq. pro consilio gratias egit. Ita cupiditatis remedium est mortificatio, abstinentia, continentia, quæ omnes vitiosos mores desiccet, vt abigit, & expellit.

ET RESPONDENS AD ILLOS, DIXIT: CIVIS VESTRVM ASINVS AVT BOS IN PVTEVM CADET: ET NON CONTINVO EXTRAHET ILLVM DIE SABBATI] q. d. ait Beda: Et vos in sabbato asinum aut bouem, aut quodlibet animal in puteum decidens eripere festinat, non animal, sed vestra avaritia consulentes, quanto magis ego hominem, qui multò melior est pecore, debeo liberare? illud cupiditatis, hoc charitatis est opus. Addit Beda: Violabant illi sabbatum in opere cupiditatis, qui Christum violare arguebant in opere charitatis.

Mysticè Beda: Per bouem & asinum, ait, significatur sapientes & hebetes: vel Iudæi iugo legis pressi, & gentes nulla ratione domitæ: Omnes enim à puteo concupiscentiæ demersos Dominus extrahit. Porro S. Augustinus 1. 2. Quæst. Euang. congruenter hydropticum, inquit, animali cadenti in puteum comparatur, humore enim laborabat, sicut mulierem quam soluit, comparauit iumento quod soluitur, vt ad aquam ducatur.

ET NON POTERANT AD HÆC RESPONDERE ILLI] Vtpote manifestè veritate conuicti, ait Euthymius; sed seorsim inter se Christo obmurmurauerunt, & postea apud populum palàm oclamarunt: Non est hic homo à Deo, qui sabbatum non custodit, Ioan. 9. 16. Sciebat hoc Iesus, sed nihilominus hominem sanauit, quia eorum obstinationem & malitiam augeri permisit hoc sine, vt per eam erux sibi à Deo decreta, ad hominum salutem pararetur. Non curans, ait Theophylactus, scandalum Pharisæorum: vbi enim magna resultat vtilitas, non est curandum, si stulti scandalizentur.

DICEBAT AVTEM ET AD INVITATOS PARABOLAM, INTENDENS QVOMODO PRIMOS ACCVBITVS ELIGERENT, DICENS AD ILLOS] Parabolam vocat doctrinam grauem de cauenda ambitione in re qualibet, petitam ex similitudine ambitus primi loci in conuiuio. Nā ex eo quòd Christus ostendit, quàm dedecet ambitio primi confessus in mensa, tacitè à simili vel pari ostendit, quàm eadem dedecet in alia re qualibet. Idem enim est vitium, et si in alia & alia sit materia.

INTENDENS] Græcè ἐπινοῶν, id est attendens, contemplatus; hoc est, postquam attendisset & considerasset, quòd Pharisæi in isto conuiuio: vti & in ceteris, more suo prima accumbendi loca in mensa aucuparentur, inuaderent & occuparent. Superbi enim erant, ac sibi quasi doctoribus

VERS. 5.

VERS. 6.

VERS. 7.

doctoribus primas vbique deberi censebant, & A de ijs inter se certabant & contendebant; vti etiamnum subinde fit in conuiujs, præsertim à feminis nobilibus, & viris parui cerebri.

Hæc est quasi proparabola, siue prologus & titulus parabolæ, qui indicat qua occasione, & contra quos dicta sit parabola; scilicet contra Pharisæos, quorum ambitionem cum vidisset Christus eandem hæc parabolâ sanare & recicare voluit.

VERS. 8. CVM INVITATVS FVERIS AD NVPTIAS NON DISCVMBAS IN PRIMO LOCO, NE FORTE HONORATIOR TE SIT INVITATVS AB ILLO.

VERS. 9. ET VENIENS IS QVI TE ET ILLVM VOCAVIT, DICAT TIBI: DA HVIC LOCVM: ET TVNC INCIPIAS CVM RVBORE NOVISSVM LOCVM TENERE] Dum enim herus tibi primum locum eripuit, vt daret honoratori, tunc conuiuia secundus & tertius, ceterique sequentes suum locum studiosè retinere volentes, eundem tibi præsertim ambitio, cedere nolent, ideoque à primo in imum cum rubore descendes. q. d. Noli te ipsum superbè exaltare, ne alius offensus tuo fastu, eum sternat & deprimat.

VERS. 10. SED CVM VOCATVS FVERIS, VADE, RECVMBE IN NOVISSIMO LOCO: VT CVM VENERIT QVI TE INVITAVIT, DICAT TIBI: AMICE, ASCENDE SVPERIUS. TVNC ERIT TIBI GLORIA CORAM SIMVL DISCVMBENTIBVS] Solent enim heri, quasi domini in domo sua, cuique inuitato assignare locum illi congruum in mensa, quod olim faciebat modimperator, siue præfectus conuiujs habitâ dignitatis, vel ætatis cuiusque ratione. Vnde fratres Ioseph ab eo inuitati, sederunt coram eo primogenitus iuxta primogenita sua, & minimus iuxta atatem suam. Genes. 43. vers. 33. Alludit ad Proverb. 25. vers. 6. Ne gloriosus appareas coram rege, & in loco magnorum ne steteris. Melius est enim vt dicatur tibi, Ascende huc, quàm vt humiliter coram principe. Vide ibi dicta.

Sapienter ergo Titus: ille, ait, cordatus est, qui cum prima sedis honorem iure mereatur, adeò illum non affectat, vt vltro quoque alijs deserat. Quare magnum præclarumque donum est, animus modestus suamque forte contentus.

TVNC ERIT TIBI GLORIA] Docet Christus viam ad gloriam & sublimitatem, esse eius fugam sui que humiliationem; tum quia homines oderrunt ambitiosos, eosque deprimunt, modestos verò & humiles extollunt: tum quia vera gloria est quæ datur, non quæ ambitur: tum quia Deus ira æterna sua lege lauxit, vt humiles exaltentur, superbi deiiciantur. Quocirca superbi si sapiunt, superbiam suam obregunt, & specie externa sese humiliant, ac infirmum locum occupant, vt audiant humiles, ideoque laudentur ab adstantibus & exaltentur: si enim primum locum ambiant & inuadant, æmulos concitabunt, vt eos siue iure, siue iniuria, ex eo deiiciant & sternant. Audi Sapientem Eccli. 3. 20. Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam. Vbi multa hæc de re congesti.

Hoc Christi præceptum, vel potius consiliū, & sapientiæ dogma, ex naturali rationis lumine tradiderunt Gentium Philotophi. Plutarchus in

Modestia præcepta Philotophorum.

conuiuio septem sapientium Thaletem inducit fastum Alexidem, qui quia filius Thrasylbuli tyranni, ex cœnaculo proripuerat, quòd in eo alios sibi in discubitu præferri vidisset, acerbis hinc verbis castigantem. Itane verò metus, ne quemadmodum Ægyptij stellæ aiunt viribus, pro loci in quem attolluntur, aut deuehantur, cōditione augeri minimez ita tibi quoque locus claritatem obscuritatem adferat? certe Lavone illo es deterior, qui cū in choro quodam vltimū locum præfectus adsignasset: Bene, inquit, abs te factum est, qui huius quoque loci cobonestandi rationem repereris, cum non hominem loco sed locum potius homine ornari atque cobonestari existimaret. Nō ergo curandum est, quo loco, aut post quos collocemur, sed potius vt cum ijs, quibus accumbimus, bene nobis cōueniat, statimque in vobis ipsis principium ansamque amicitie inesse ostendamus, dum nō succenlemus locanti, sed laudamus quòd talibus nos adiunxerit. Etenim qui loci causa irascitur, is magis ei iuxta quem positus est, quàm vocatori seu collocanti irascitur, & vtrique fit insensus. Similis est Senecæ lib. 1. de Ira oratio: Minus honorato loco positus irasci cepisti coniuuatore, vocatoque, ipsi qui tibi præferatur. Demens, quid interest, quam lecti premas partem? Honestiores re aut turpiore possit facere puluim? Assuescant ergo conuiuæ sine fastu, atque fraternè seu amicè, statim à ianua, hoc est à principio cœnæ, vnâ versari atque accumbere.

Laudabilis fuit ille iuuenum Romanorum mos, qui, teste Valerio Maximo lib. 2. ca. 1. inuitati ad cœnam, diligenter quærebant, quinam ei conuiuio essent interfuturi, ne senioris aduentum discubitu præcurrerent. Hoc quoque facit illud conuiuiale præceptum: Sedis, inquit, honorem alteri libenter cede, & ad honoratiorem locum inuiatus, comiter excusa: si tamen crebrò serioque inbeat aliquis auctoritate prædictus, verecundè obtempera, ne videare pro ciliis, præfractus Honor enim sequitur fugientem, sequentem fugit, cœu umbra corpus.

Symbolicè: Religiosin Religione implent Symbolicè. Christi, Recumbe in nouissimo loco. Hic enim est nouissimus locus, abicere se sub omnium pedibus, sequè omni facultate atque etiam voluntate exspoliare: quoniam qui nihil retinuit, nullum iam inferiorem locum reliquit, quò descendat. Recumbitur autem in hoc loco, & in eo quiescitur; quoniam humilitas ista non vnus tantum aut alterius actionis est, quod interdum faciunt etiam aliqui sæculares; sed totius vitæ, quoniam in ipso statu inclusa est, qui totam vitam complectitur.

Hinc S. Hieronymus epist. 26. in Paula & Eustochio nobilissimis feminis adeò commendat concinnare lucernas, succendere focum, pauimenta verrere, purgare legumina, olerum fasciculos in feruentem ollam deicere, apponere mensas, calices porrigere, effundere cibos, huc illucque discurrere, quæ omnia opera ita ab humilitate veniunt, vt & illam humilitatem indicent quam status affert, & eandem quotidie magis ac magis augeant.

QVIA OMNIS QVI SE EXALTAT, HVMIABI-
TVR, ET QVI SE HVMIAT, EXALTABITVR]
tum ab hominibus, tum à Deo, idque sæpè in hac

VERS. 11.

hac vita, semper in futura. Hæc est postparabola siue conclusio parabola; eius mentem, scopum & fructum explicans. Sententiam hanc explanat Matth. 23. v. 12.

VERS. 12. DICEBAT AUTEM ET EI QUI SE INVITAVERAT : CVM FACIS PRANDIVM, AUT COENAM, NOLI VOCARE AMICOS TVOS, NEQUE FRATRES, NEQUE COGNATOS, NEQUE VICINOS DIVITES: NE FORTE TE ET IPSI REINVITENT, ET FIAT TIBI RETRIBVTIO.

ET QUI SE INVITAVERAT] Principi Pharisæorum v. l. cui Christus pro conuiuio corporali spirituale consilium, quasi conuiuium respondit. Videtur enim princeps hic conuiuus invitasse, vt vicissim ab eis inuitaretur, ait Glossa.

NOI VOCARE AMICOS] Consulit hoc Christus quasi perfectius, non præcipit quasi necessarium. Licet enim sit inuitare amicos, imò meritium si ex amicitia & charitate fiat. Vnde Beda: Fratres, inquit, amicos, & diuites alterutrum conuiuia celebrare, non quasi scelus interdicit, sed sicut cetera necessitatis humana commercia, ad promerenda vitæ celestis præmia, nil valere ostendit, scilicet ex se, nisi, vt dixi, ad altiorem finem, v. g. ad charitatem referantur.

REINVITENT] vicissim inuident, vt facere solent homines diuites & potentes, vt conuiuium conuiuio exsoluant, qui est affectus humanus & terrenus, vel gratitudinis, vel auaritiæ. Nam, vt ait S. Ambr. Hospitalem esse remuneraturis, affectus auaritiæ est.

ET FIAT TIBI RETRIBVTIO] ab homine, eaque breuis, exilis & vilis, quam si solam intendis, retributionem Dei spirituales, caelestem & æternam excludis, illaque te priuatis: si vtramque intendis, vtramque recipies, sed minorem: vna enim alteram imminuit & quasi infringit, si solam diuinam intendis, humanam verd, quia offertur, admittis, vel potius permittis dumtaxat, diuinam integram recipies.

VERS. 13. SED CVM FACIS CONVIVIVM, VOCA PAUPERES: (nimirum) DEBILES, CLAVDOS ET CÆCOS] qui ob defectum corporis laborare & victu sibi parare nequeunt: ceteri enim qui id facere queunt, non tam pauperes quam diuites censendi sunt.

DEBILES] Græcè *ἀσθενέες*, id est mancos, mutilos, lafos, vel corpore, vel mente. Causam dat S. Chryl. in Catena: Si pauperem vocaueris, inquit, Deum habebis debitorem: & quando minor est frater, tanto magis per eum Christus accedit & visitat: qui magnum suscipit, sepe ob gloriam aut vilitatem facit. Sed diuis: Immundus est pauper & sordidus, laua eum, & fac in mensa tecum sedere: si vestes immundas habet, mundum vestimentum ei exhibe: sed si non vis sursum recipere in salario, vel ubi famuli sunt, suscipe, si non vis tecum sedere, mitte de mensa ferula.

S. Gregorij Pontificis, & S. Ludouici regis pietatis in pauperes.
Hoc Christi consilium secutus S. Gregorius Pontifex, sæpe duodecim pauperes mentis suæ adhibebat, ideoque inter eos Christum specie pauperis se insinuante mentis excipere meruit. Idem fecit S. Ludouicus rex Franciæ, qui quotidie 120. pauperes, in festis verò ducentos ad mensam adhibebat, eisque sæpe ministrabat, quin & pedes abluibat. S. Ludouicum quasi patrum se-

cutus est eius nepos S. Ludouicus Minorita & Episcopus Tolosanensis S. Hedwigis Ducissa Poloniae, eiusque neptis S. Elisabetha filia Andreæ regis Hungarorū, quæ quotidie nongentos pauperes mentis adhibebat, magno gratiæ & remunerationis diuinæ præmio.

Mythicè, Origenes: Qui, inquit, vanam gloriam vitat, vocat ad spirituale conuiuium pauperes, id est imperitos, vt dicitur: debiles, id est lesam conscientiam habentes, vt sanet claudos, id est declinantes à ratione, vt rectè incedant, cæcos, vt videant veritatem.

ET BEATVS ERIS, QVIA NON HABENT RETRIBVERE TIBI: RETRIBVETVR ENIM TIBI IN RESVRRECTIONE IUSTORVM] Vbi beatificandi sunt pauperum susceptores, ait Interlin. Inopia ergo inuitatorum depurat inuitantis intentionem, vt non nisi ob amorem Dei pauperes inuiteret, eò quòd à pauperibus nil speret. Quare Deus, qui quod pauperibus suis sit, sibi factum æstimat, illi copiosam mercedem, & caelestis conuiuij delicias perennes retribuatur, iuxta illud: Ex ego dispono vobis, &c. vt edatis, & bibatis, super mensam meam in regno meo. Lucæ 22. 29. Vnde concludit S. Chryl. in Catena: igitur non turbemur, cum non recipimus beneficij compensationem, sed cum recepimus. Quia si recipimus, non amplius recipimus illis: sed si homo non retribuat, tunc sibi retribuet Deus, cuius intuitu & amore beneficium contulisti.

HÆC CVM AVDISSET QVIDAM DE SIMVL DISCVMBENTIBVS, DIXIT ILLI: BEATVS, QVI MANDVCABIT PANEM IN REGNO DEI] Scilicet in resurrectione iustorum, vt dixit Christus vers. precedenti: hanc enim audiens & optans, in vocem istam erupit, ille cibus dulcedine auditæ resurrectionis, ait Glossa. Porro S. Cyrillus in Catena: Erat iste, inquit, animalis, putans corporeas esse remunerationes Sanctorum. Fuit ergo hic vnus è Pharisiis: hi enim credebant resurrectionem, quam Sadducæi negabant, Act. 23. vers. 8. Deus enim Beatos in celo omnibus delicijs pascit, satiat, inebriat, iuxta illud, Satiabor cum apparuerit gloria tua. Et: Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos, psal. 35. 9. Qualis & quanta sit hæc voluptas, fuscè describit S. Aug. in Soliloquijs & in Meditationibus.

Mythicè, audi S. Aug. de Verb. Dom. secundum Lucam ser. 33. Quasi in longinquum (in calu) suspirabat, & ipse panis ante illum discumbebat. Qui est panis de regno Dei, nisi qui dicit, Ego sum panis vivus qui de celo descendit? Ioan. 6.

AT IPSE DIXIT EI: HOMO QVIDAM FECIT COENAM MAGNAM] Nota. Hæc parabola est quasi eadem cum illa Matth. 22. vers. 2. sed alio loco tempore & modo à Christo repetita, vt ibi ostendi.

Quæres, quænam hæc cœna? Primò, nonnulli per cœnam accipiunt Verbi incarnationem, prædicationem & redemptionem: hæc enim est cœna magna, quia Christus carnem assumens, nos in fine temporum visitans inuitavit ad se, scilicet ad suum Euangelium, gratiam & gloriam. Sic enim accipitur cœna hæc in parabola eadem, vel simili apud Matth. capit. 22. vers. 1. Sed ibi vocatur prandium hic verd vocatur cœna. Prandium est in Ecclesia militantè

item S. Ludouici Episc. S. Hedwigis, & Elisabetha.

VERS. 14.

VERS. 15.

VERS. 16.

Causa magna, quæ

militantè, cœna in triumphante, iuxta illud Leonida ad milites præliaturos: Prædate commilitones apud inferos (imò superos) carnaturi. Ecclesia enim terrestris & militans contendit ad caelestem & triumphantem. Secundò, S. Cyrillus in Catena, per cœnam accipit Eucharistiam. Homo iste, inquit, est Deus Pater, qui magnam nobis in Christo cœnam parauit, qui nobis dedit proprium corpus comedere. Vnde Ecclesia parabolam hanc legit, & adaptat festo Venerab. Sacramenti. Terriò, & generosè ad literam, cœna hæc est beatitudo & gloria caelestis: hæc enim fructum in regno Dei & resurrectione iustorum, vt præcessit: hæc vocatur cœna, quia dabitur vespere, id est in fine vitæ, & in fine mundi post labores huius sæculi, post quam nulla alia dabitur refectio: quia ipsa erit æterna Cœna magna, ait S. Gregor. hom. 36. Post prandium cœna restat, post cœnam nullum conuiuium restat: de prandio multi eijciuntur, de cœna nullus.

VERS. 17. MAGNA] Quia eà nil maius vel melius cogitari potest: ipse enim Deus erit nostrum ferculum, noster cibus & epulum. Vnde Euthymius: Significatur ait, ineffabilis Dei fructio, qui non solum nos, sed omnes omnino Beatos recreabit, sanabit, inebriabit, beabit, glorificabit: vt nil amplius optare vel desiderare possint, iuxta illud: Oculis non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ preparauit Deus, ijs qui diligunt illum, 1. Corinth. 2. 9.

ET VOCAVIT MVLTOS] putà omnes Iudæos, qui erant Ecclesia & populus Dei, vocauit Christus per se & Apostolos, ac per Ioannem Baptistam, ad Euangelicam doctrinam & gratiam, indeque ad gloriam regni caelestis, vbi celebratur hæc cœna. Hos enim primò vocauit Christus, ac præsertim Iudæorum primores, quales erant Scribæ, Pharisæi, sacerdotes, pontifices, eis prædicando: Penitentiam agite appropinquauit enim regnum caelorum, Matth. 3. & 4.

ET MISIT SERVVM HORA COENÆ DICERE INVITATIS VT VENIRENT, QVIA IAM PARATA SVNT OMNIA] ad epulum caeleste, ad felicitatem æternam, ad fruitionem Dei. S. August. serm. 34. de Verbis Dom. Parata iam cœna, ait, immolato Christo, post resurrectionem Christi missi sunt Apostoli, &c.

VERS. 18. ET COEPERVNT SIMVL OMNES EXCVSARE. PRIMVS DIXIT EI: VILLAM (græcè *ἀγρὸν*, id est agrum, cui solet coniungi villa siue domus rusticana) EMI ET NECESSE HABEO EXIRE ET VIDERE ILLAM: ROGO TE HABERE ME EXCVSATVM] Notantur hæc ad litteram Scribæ & Pharisæi, sacerdotes & pontifices, qui vocati à Christo ad Euangelium, indeque ad epulum caelestis gloria: illud neglexerunt, quia toti inhiabant vilis, id est possessionibus & bonis temporalibus congregandis: illis ergo occupati, nec animum, nec otium habebant cogitandi de animæ salute, & felicitate æterna. Offerit Deus, ait S. Gregorius hom. 36. in Euangel. (illas enim semper hic intelligo, non autem eius homilias in Ezech. Evangelica enim tracto) quod rogari debuerat: non rogatus dare vult, quod vix sperari poterat: paratus delicias æternæ resurrectionis denunciat, & tamen simul omnes re-

Excusationes inuitatorum ad cœnam.

cusant. Et rursum: Dum dicit, Rogo te, & tamen venire contemnit: humilitas sonat in voce, superbia in actione. Et iterum: Quid per villam, nisi terrena substantia designatur? Excipe ergo videre villam, quia sola exteriora cogitat propter substantiam.

Appositè S. Bernardus in Declamat homines opibus, delicijs, honoribus, ambitioni inhiantes vocat phreneticos: Pidi ego, inquit, aliquando quinque viros, quidam phreneticos arbitror: Primus sigillatè buccis tumentibus marinam insignificabat arenam. Secundus sulphureo astans lacu, exhalantem teterrimum foetidissimumque geliebat haurire vaporem. Porro tertius fornaci incubans vehementer accense, micantes scintillas hiantebus excipere sanctibus lacubatur. Quartus supra pinnaculum templi resedens, leuissimæ spiri-ritu aperto atrehebat ore, & si quò mihi influere videretur, stabello sibi ventum ipse ciebat, ac si eorum speraret arem deglutire. Quintus seorsum positus ridebat ceteros: ipse quoque videndus, & maximè. Proprius enim carnes incredibile quodam studio fugere laborabat, nunc manus nunc brachium, nunc alias partes applicans ori. Quibus emblematis D. Bernardus varia peccatorum genera significauit. Nam primus ille cupidus, secundus voluptuosus, tertius iracundus, quartus ambitiosus, quintus tandem homines de suis rebus maximè gloriantes sibi que placentes representat, qui semper esuriunt terrena bona, & nunquam satiantur.

vanitas mundanorum.

ET ALTER DIXIT: IVGA BOVM EMI QVINQUE, ET EO PROBARE ILLA: ROGO TE HABERE ME EXCVSATVM] Notat alteram Pharisæorū auaritiæ speciem, quapropter villas & fundos, etiam boues & animalia ad villas excolendas, ac ad usum, vel alium quemlibet usum (veterum enim opes sicæ erant in pecoribus, vt patet in Abraham, Isaac, Iacob, Job, &c.) auarè conquirebāt, itaque illi occupati negligebant Christi doctrinam, eiusque ductum ad regnū caeleste. Ita Theophyl. & Titus. Verum Gregorius hom. 36. Quid, inquit, in quibusque iugis hominum, nisi quinque corporis sensus accipiamus? qui rectè quoque iuga vocati sumus, quia in vtroque sexu genuinatur. Qui videlicet corporales sensus, quia interna comprehendere nesciunt, sed sola exteriora cognoscunt, & desiderant externa, ea quæ extra sunt cingunt, rectè per eos curiositas designatur. Quæ dum alienam querit vitam, dispartit semper sua intima nesciens, studet exteriora cogitare.

ET ALIVS DIXIT: VXOREM DVXI, ET IDEO NON POSSVM VENIRE] Quid per uxorem, ait S. Gregorius hom. 36. nisi voluptas carnis accipitur? Duplex ergo impedimentum Pharisæis fuit, & nunc multus est, scilicet auaritia & voluptas, siue luxuria: hæc sunt spinæ quæ verbum Dei suffocant, iuxta illud Christi cap. 8. 14. Quod autem in spinas cecidit, hi sunt qui auertunt, & sollicitudinibus, & diuitijs, & voluptatibus vitæ, enutes, suffocantur, & non referunt fructum. Sed hi audiant Paulum momentem 1. Corinth. 7. 29. Tempus breue est, reliquum est, vt & qui habent uxores, tamquam non haberent sint, &c. & qui emunt, tamquam non possidentes: & qui vtuntur hoc mundo, tamquam non vtantur: præterit enim figura huius mundi. Res temporalis in usu, æterna in desiderio sit, inquit Gregorius hom. 36. in hoc Euang.

Porro coniugium hic non reprehenditur (nisi quatenus animus illi nimis intentus auocatur

catur à salute) sed integritas ad maiorem honorem vocatur, ait S. Ambrosius: Amor ergo rerum terrenarum visus est spiritualium penarum, ait Glossa ex S. Gregorio, & causam dat S. Gregorius; Corporales deliciae, inquit, cum non habentur, desiderium accendunt; cum vero habita eduntur, fastidium parant: spirituales vero, cum non habentur, in fastidio sum; cum habentur in desiderio. Rationem à priori subiicit: Ita illis (corporalibus) appetitus saturitatem, saturitas fastidium generat: in istis autem appetitus saturitatem, saturitas appetitum parit. Augent enim spirituales deliciae desiderium in mente, dum satiant: quia quanto magis earum sapor percipitur, eo amplius cognoscitur quod amittit ametur. Et ideo non habita amari non possunt, quia earum sapor ignoratur.

Paulò aliter tres haec triu excusationes pariter explicat, & applicat S. Aug. de Verb. Domini secundum Lucam serm. 33. In villaempta, ait Dominatio notat: ergo superbia castigatur, quia inuenta superbia venire noluit. Et paulò post: Quinque iniga bonum. Nis huius carnis quinque numerantur. Quare bonum dicuntur rugae quia per sensus istos carnis terrena requiruntur. Botes enim terram versant: sunt autem omnes remoti à fide terrenis delectis, carnalibus occupati, Et inferius: Nolite diligere mundum, nec ea quae in mundo sunt: quoniam omnia quae in mundo sunt concupiscentia carnis sunt, & concupiscentia oculorum, & superbia vita (pro quo August. legit ambitio saeculi) I. Ioan. 2. Ambitio saeculi, nullam enim. Et inferius. Tollamus ergo de medio excusationes vanas & malas, & veniamus ad coenam quae intrinsecus agitur. Non nos impediatur extollentia superbiae, non nos extollat, vel non nos terreat curiositas illicita, & aueriat à Deo, non nos impediatur voluptas carnis à voluptate cordis, veniamus & agnemur.

VERS. 21. ET REVERSUS SERVVS NVNCIAVIT HEC DOMINO SVO. TVNC IRATVS PATER FAMILIAS, DIXIT SERVVS SVO: EXI cito IN PLATEAS, ET VICOS CIVITATIS, ET PAUPERES, AC DEBILES, ET CAECOS, ET CLAVDOS INTRODVCE HVC. Haec pars parabola significat, Christum, Pharisaeis & pontificibus spernentibus Euangelium & praedicationem regni caelorum, surrogasse eis plebeios, pauperes & afflictos, iuxta illud: Publicani & meretrices praecedent vos in regnum Dei. Matth. 21. 31. & c. 19. 30. Multi erunt primi novissimi, & novissimi primi. Esto enim Christus ab initio simul vtriusque praedicavit, scilicet Pharisaeis & turbis; tamen Pharisaei hic primi vocari dicuntur, tum quia hoc spectat ad elegantiam parabolaed conuiuia enim primò vocari solent viri honorati, deinde plebei: tum quia Christus volebat, vt Scribae ex officio suo primi se agnoscerent, & agnitionem populo rudi commendarent. Verum contrariu accidit ex Scribaru fastu & auaritia. Qui recusarunt, ait Euthymius, erant Pontifices, Scribae & Pharisei, & quique honoratiore populi: hi vero qui loco illorum introducti sunt, communes, & abiecti, ac plebei. Sic & Titus, S. Gregor. Theophyl. & alij. Nimirum infirma mundi, vt ait Paulus, elegit Deus, vt confundat fortia, I. Corinth. 1. 27.

S. Symbolicè. S. Aug. serm. 34. de Verb. Domini secundum Lucam: Et qui venerunt, ait, nisi mendici, debiles, claudi & caeci illi autem non venerunt diuites, sani, quasi bene ambulantes, & acriter cernentes, multum de se praesumentes & desperatores, quantum

A superiores. Veniant mendici, quia ille inuitat, qui propter nos pauper factus est, cum diues esset, vt illius paupertate mendici direremur. Veniant debiles, quia non est opus sanis medico, sed male habentibus. Veniant claudi, qui ei dicant: Componere gressus meos in sensum iuis. Veniant caeci, qui dicant: illumina oculos meos, ne vquam obdormiam in morte. Hisce pauperibus & miseris ergo significatur Primò, neminem esse spernendu, sed omnes esse vocandos ad Christum & salutem. Secundo, pauperes facilius obedire Euangelio & saluari, quam diuites. Tertio, de nullius, quantumuis miseri, caeci & perueri, salute esse desperandum.

ET ait servus: Domine factum est vt imperasti, et adhuc locvs est] q. d. Necdum impletum est caelum saluandis, necdum completus est electorum numerus. Nota & imitare zelum huius serui, qui neminem licet caeci, mutilum, deformem respicit, ac plures & plures vocare & saluare satagit.

ET ait dominus seruo: Exi in vias, et sedes: et compelle intrare, vt impleatur domus mea] Exi, extra urbem, extra Ierusalem & Iudaeam, ac voca Gentes ad Christum. Vnde ait, in viis, vel, vt habet Mattheus, in exiis viarum, hoc est, in vias quae ducunt ad qualibet gentes, & ad fines terrae. *Quid per se pes hic intelligatur.* **Sepe** vocat villas & pagos, qui non muris, sed sepibus rusticanis cinguntur. Notant ergo, rusticanos, barbaros, Indos rure, in siluis & sepibus habitantes more beluarum, vocandos esse ad salutem, vt Apostoli & viri Apostolici eant, illisque praedicent Euangelium: quod factum est, & indes magis magisque fit per viros Religiosos & zelosos. Vnde seruus non addit, factum est, vt de Iudaeis addidit vers. 22. Quia in Gentibus necdum plene factum est, sed indes pleniùs fit & perficitur, nec nisi in fine mundi plane perficietur. Ita Titus, quem audi: Significatur post Israelitas per fidem introductos, Gentium quoque populum fuisse vocandum, mente agrestem, animos, efferatam, quasi extra vrbes, absque vlla profus ciuitate natum & educatum. Neque enim vllus omnino bonus legibus aut moribus utebantur, verum pecudum more, in magna quadam rationis caligine & amentia versabantur. Israelitae fuerant intra ciuitatem, ait Theophyl. vt qui legem susceperant, & ciuiliorem vitam sortiti: Gentiles autem, à testamentis & à lege Dei alieni erant, & non facti ciues Sanctorum. Sic enim alloquitur eos Apostolus: Eratis illo in tempore sine Christo, alienati à conuersatione Israel, & hospites testamentorum, promissionis spem non habentes, & sine Deo in hoc mundo, Ephel. 2. v. 12.

COMPELLE intrare] quia enim Gentes multae erant idololatrae, barbarae & belluinae. hinc maiori & validiori vi praedicationis vocandae, & quasi compellendae fuere ad salutem, nimirum per miracula, per spiritum ardentem, per plagas etiam & vindictas à Deo subinde immittas, in ostensione spiritus & virtutis, ait Paulus I. Corinth. 2. vers. 4. & I. Thessal. 1. vers. 5. Euangelium nostrum, ait, non fuit ad vos in sermone tantum, sed & in virtute, & in Spiritu sancto, & in plenitudine multa. Hinc & nositer Suarez: Compelle intrare, ait, vel laboribus & doloribus affligendo, vel vehementi vocatione

tione & impulsu quasi miraculose conuertendo.

VERS. 24.

DICO AVTEM VOBIS, QVOD NEMO VIORVM ILLORVM QVI VOCATI SVNT (& frigidè ingratè] Ne excusarent) GVSTARE COENAM MEAM] Notat Phariseos & primores Iudaeorum, terrenis opibus & deliciis addictos, caelo & caelesti conuiuio excludendos, & ad inferni tormentarelegandos, eò quòd vocati à Christo ad Euangelicam doctrinam & vitam, quae restà vià ducit ad caelum, illam amplecti noluerint, iuxta illud: Quia vocati, & renuisti, &c. Ego quoque in interiu vestro videbo, Prouerb. 1. 24. Tunc serò poenitebit eos suae ingratitude & insipientiae, dicentque: Quid nobis profuit superbia? aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? transferunt omnia illa tamquam umbra, Sapient. 1. 24. Ecce haec omnia à vers. 1. huc vsque Christus egit dixitque in conuiuio Pharisei, ideoque inuitatus ad illud accessit, vt eum cum suis hisce omnibus parabolis instrueret & emendaret. Idem imitentur viri Religiosi & Apostolici, vt non eant ad conuiuia, nisi spiritualis fructus causa.

VERS. 26.

SI QVIS VENIT AD ME, ET NON ODIT PATREM SVVM, ET MATREM, ET VNOREM, ET FILIOS, ET FRATRES, ET SORORES, ADHVC AVTEM ET ANIMAM SVAM, NON POTEST MEVS ESSE DISCIPVLVS] vt scilicet me perfectionis magistrum, nudum nudus sequatur cum Apostolis & 72. discipulis: hi enim soli renuntiant omnibus quae possident, vt dicit vers. 33. Haec omnia ergo spectant ad consilia Euangelica, non ad praecepta; licet etiam ad illa, & consequenter ad omnes Christianos, extendi possint: hi enim suo modo & ordine sunt quoque Christi discipuli: quare cum praeceptum Christi vrget, odisse & repeliere debent amorem parentum, fratrum, vxorum, &c. inò & animae propriae, si Christo Christi que legi aduerteretur. Vnde Maldonatus censet haec esse praecepta Ianfenius verò consilij. Vide dicta Matth. 10. 37. Porro Suarez in opusc. lib. 2. de Conuersu Dei cap. 5. Qui non odit, inquit, hoc est, qui non minus diligit patrem, quam diligit me. Odisse enim subinde idem est quod minus diligere, vt Iacob dilexi, Esau autem odio habui id est minus dilexi, Rom. 9.

VERS. 28.

QVIS ENIM EX VOBIS VOLENS TVRRM AEDIFICARE, NON PRIVS SEDENS COMPUTAT SVMPTVS, QVI NECESSARIJ SVNT, SI HABEAT AD PERFICIENDVM?] Graece, το τε εος οτι η ποδος, id est, ea quae ad perfectionem seu consummationem, scilicet turris, requiruntur: nam οτι η ποδος, significat ita rem perficere vt nihil omnino desit.

Hac parabola turris fabricandae, & sequenti belli capefendi, Christus dumtaxat vult docere, quantu prudentia quis praetentare debeat robur, tum corporis, tum maxime spiritus; item impullum Spiritus sancti promittentis vires gratiae, sufficientes, antequam arduam Euangelicam vitam & perfectionis turrim fabricet & ascendat, ac bellum amicis, sibi, passionibus, totique mundo indicat; ne, si postea tantis officiis impar, onerique succumbens resiliat, sibi damnum perditorum sumptuum, & ignominiam inchoatae imprudenter fabricae & belli, quam

Cornel. in Lucam.

A perficere nequit, assiccat. Reliqua emblemata sunt. Quare non est hic anxie querendum, quis sit hic rex, quid decem vel viginti millia, quid sit legationem mittere, & rogare ea quae pacis sunt. Ita Ianfenius, Maldonatus Barradius, Franc. Lucas & alii. Vnde Glossa: Ille, ait, computat sumptus, qui discernit esse erogandam pecuniam, cor auertendum à cupiditatibus, praeparandam animam contra adueria. Et Interlin. Terrenum edificium congregando expensas construitur, caeleste autem expensas dispergendo, quae verba sumpta sunt ex sancto Gregorio hom. 37.

Symbolicè, Salmeron noster tom. 7. tract. 24. num. 8. Christus, inquit, vt doceat Praelatos in actione & contemplatione exercitatos esse debere, duas parabolas producit, alteram de turri edificanda, quae vitae contemplativae est symbolum, nam turris longè speculatur: alteram, verò de ineundo bello contra aduersarium regem, quae actiuae vitae typum gerit. Certare enim cum aduersarijs, & pugnare contra proprias cupiditates & vitia, eorum est qui triones sunt in via Dei, & vitae perfectae quali prima elementa verant.

Turris ergo, est status Religionis, & vita contemplatiua, Primò, quia vtraque est alta, & excelsa; & sicut turris supereminet ceteris aedificijs, sic Religio ceteris officiis & statibus. Secundo, sicut turris est ornamentum urbis, sic Religio ornamentum est Ecclesiae. Tertio, turres dicuntur à rotulis; quod haec prospiciunt ante alios, ait Varro lib. 4. de Lingua Latina. Sic in Religione & contemplatione prospiciunt tum hostium infidias, tum futura & aeterna bona ac mala. Vnde Burgundiones dicti à burgis (Graecè βύργος) id est turribus & arcibus, in quibus debebant ad prospiciendos & cauendos incurfus Wandalarum, Gothorum, Alanorum, &c. Quarto, S. Ildorus lib. 1. 5. Origen. cap. 2. Turris vocatur, inquit, quòd teretes sint & longae. Teres enim est aliquid rotundum cum proceritate, vt columna: nam quamuis quadrata aut latae construantur, procul tamen videntibus rotundae existimantur, idèd, quia omne cuiusque anguli simulacrum per longum aëris spatium euanescit atque consumitur & rotundum videtur. Sic Religio facit homines rotundos, id est candidos, faciles, versatiles, agiles ad obedientiam & omne bonum. Quintò, & verius, Turres dicuntur à tuendo, quòd ad illas confugerent homines vt se tuerentur, ibique tuti essent ab incurfu hostium: sic Religio tuetur nos à demone, carne, & mundo, tentationibus & peccandi occasionibus, ac fructus bonorum operum conseruat, iuxta illud Cantic. 4. Sicut turris David collum tuum, quae adificata est cum propugnaculis: mille clypei pendunt ex ea, omnis armatura sortium, vt sunt tria vota paupertatis, castitatis, obedientiae, exempla fratrum, vigilantia Receptorum, regulae, oratio frequens, crebra communio, confessio, lectio, &c. Vide ibi dicta. Sicut ergo turres terrent homines, sic Religio terret demones. Vnde Etymologicum: Turris, ait, dicta est à terrendis hostibus, vel quòd aspectu torua sit, id est terribilis. Sextò, ante huius turris fabricam explorare debet quisque

Turris est vita Religiosa. Primò. Secundò. Tertio. Turris ayma tria. Burgundiones unde dicti. Quarto.

Quintò.

P vires

Septimo.

vires suas, hinc ad hoc datur annus nouitatus, in quo ingrediens probat Religionem, & vicissim probatur ab ea, an ad eam sit idoneus. Denique Religiosus corde in celo fixus, quasi ex altissima turri omnia sub se, quasi exilia, respicit & despicit. Audi S. Chrylost. hom. 15. ad Pop. Sicut in summo montis vertice prospectantibus omnia pennisilla, ac non solum homines & arbores, sed etiam vrbes integre, & magni exercitus formicarum insar. Super terram ire videntur: sic qui animo erecto in caelestia quasi in sublimi commorantur omnia humana, potentia, gloria, opes, ita minus & exiguè apparent ut ne digna quidem iudicent, quibus hanc immortalis animi nobilitatem applicent.

Se legit S. Gregorius de Regis so Pontificem.

Audi & S. Gregorium lugentem, quoddam Religioso factus sit Pontifex: Nihil, inquit, in hoc mundo appetens, nil pertimescens videbar mihi in quodam rerum vertice stare, ita ut in me pendè impletum crederem, quod, pollicente Domino ex Propheta didicissem: Sustollam te super altitudines terra. Super enim altitudinem terra sustollitur, qui & ipsa, qua alta & gloriosa praesentis videntur seculi, per mentis despectum calcant; sed rependè à rerum vertice tentationis huius turbine impulsus, ad riuores pauoreque corrui, quia est mihi nil timeo, eis tamen qui mihi commissi sunt, multum formido. Ita S. Gregorius libr. 1. epist. 5. & 6.

VERS. 31. Parabola regia bellum medianans.

AVT QVISREX ITVRVS COMMITTERE BEL- LVM ADVERSVS ALIVM REGEM, NON SEDENS PRIVS COGITAT, SI POSSIT CVM DECEM MILLIBVS OCCVRRERE EI, QVI CVM VIGINTI MILLIBVS VENIT AD SE? Idem significat haec parabola belli, quod illa turris v. 28. ut dixi. Per hoc significatur, ait, Titus, certamen vobis esse cum aduersis potestatibus (dæmonibus) tum rursus cum lege illa qua in membris nostris grassatur, plurimisque animi perturbationes & inestima praelia quotidie isthic existat. Sic & S. Cyrillus. Porro quod decem millia opponat viginti millibus, id est simpliciter duplo, per hoc symbolice significatur simplicitas hominis Christiani dimicaturum cum duplicitate diaboli. Et Theophyl. Rex, ait, est peccatum, demones satellites, qui nobis comparati maiorem fortitudinem habere censentur. Aliter S. Gregorius hom. 37. Rex, ait, contra nos venturus est Christus iudex, qui cum duplici exercitu veniet contra simpliciter: quia nos vix in solo opere preparados, simul de opere & cogitatione discutiatur: mittamus ergo ad eum legationem, scilicet lacrymas, elemosynas, sacrificia.

VERS. 32.

ALIOQVIN ADHVC ILLO LONGE AGENTE, LEGATIONEM MITTENS, ROGAT EA QVÆ PACIS SVNT? Spectat hoc ad emblemata parabola, quare rei significata non est adaptandum: nec enim nobis cum dæmonibus aut virijs patelli licet, sed ἀσποδον πόλεμον, id est irremediabile bellum, cum eis gerere debemus. Potest tamen scopo Christi accommodari hoc modo, q. d. Qui me perfecte in paupertate & praedicatione Euangelica sequi cupit, necesse est ut renunciet parentibus, opibus, amicis, suæ voluntati & libertati, ac proinde eos sibi inimicos hostesque faciat: quod si aduertat se ad hoc vires sufficientes non habere, cum eis pacem ineat, ut scilicet cum eis manens liber praedicta dumtaxat Euangelica capeat; consi-

lia, verò paupertatis, obedientiae & praedicationis Euangelicæ dimittat. Hoc enim intendit significare & probare Christus, ut patet ex conclusione quam vers. sequenti subiicit. Indicat ergo hic duas belli acies, duos duces, duo vexilla, vnum Christi, alterum Luciferi. Quare Apostolos & viros Apostolicos debere cogitare, se in praedicatione Euangelij bellum suscipere cum Lucifero & omnibus eius asseclis, ut eos debellant, & ex hominum mentibus eiciant. Ita Cyrillus.

SIC ERGO OMNIS EX VOBIS, QVI NON RENVNCIAT OMNIBVS QVÆ POSSIDET, NON POTEST MEVS ESSE DISCIPVLVS? GRÆCÈ ὁ ἀποστρέφεται ἀπὸ πάντων τῶν ἰσχυρῶν, id est, omnibus quæ sunt eius, vti legit sanctus Augustinus epist. 38. ad Lærum: In quibus, inquit, etiam committitur illud, ut oderit patrem suum, & matrem, & uxorem, &c.

Hæc est postparabola, significans scopum, mentem & vsum parabola, q. d. Sic qui non renunciat opibus & parentibus, ac voluptati ac libertati suæ, non potest meus esse discipulus, ut scilicet sequatur vitam & perfectionem Euangelicam paupertatis & praedicationis, quam ego profiteor: hoc est, non potest sequi consilia Euangelica, ut sit meus discipulus, vti sunt Apostoli. Rursum qui non vult renunciare omnibus, cum persecutio vel necessitas id exigit, ut v. g. nolit pro fide in me, pati iacturam bonorum, parentum & vitæ, hic non capeat fidem meam: quia fatuus est non incipere vitam Christianam, quam ab incepta deficere & apostatare. Hic enim præter crimen infidelitatis, accedit etiam apostasie, iuxta illud 2. Petri 2. v. 21. Melius erat illis non cognoscere viam iustitiæ, quam post agnitionem retrorsum conuerti ab eo, quod illis iraditum est, sancto mandato.

Indicat Christus christianismum non esse ludum puerorum, sed opus arduum virorum, ac proinde ad illum opus esse magnam Dei gratiam, magnoque animi robore & spiritu, qualem habuere Christiani, præsertim Romani, primis trecentis post Christum annis, qui fortunati, libertatem & vitam constanter & alacriter pro fide Christi in continuis Imperatorum persecutionibus profundeabant. Paucorum, ait Beda, est relinquere omnia, id est curas mundi postponere; cunctorum autem fidelium est renunciare omnibus, id est sic tenere quæ mundi sunt, ut tamen non teneantur in mundo. Audi sanctum Gregorium hic homil. 36. Admonere vos volo, ut relinquatis omnia, sed non presumo. Si ergo cuncta mundi relinquere non potestis, sic tenere quæ huius mundi sunt, ut tamen per ea non teneamini in mundo, ut terrena res possideatur, non possideat; ut sub mentis vestra sit dominio quod habetis, ne, si mens vestra terrenarum rerum amore vincitur, à rebus suis magis ipsa possideatur. Sic ergo, res temporalis in usu, æterna in desiderio sit res temporalis in itinere, desideretur æterna in perueniente: quasi ex latere respiciatur quidquid in hoc mundo agitur; ante nos autem tendant mentis oculi, dum totâ intentione illa conspiciunt, ad quæ peruenimus.

BONVM EST SAL. SI AVTEM SAL EVANVERIT, IN QVO CONDITVR? Bonum.

Bonum, id est vtile & efficax est sal ad cibos condiendos & conservandos, scilicet quamdiu sal est, & salis acrem saporem vigoremque retinet: sic & vos, ô Apostoli, quamdiu vigorem spiritus retinueritis, viles eritis mundo, ut eum sale fidei & sapientiae Euangelicæ condiciatis: sin autem hunc spiritum perdati, fiatque insulsi, ad nihil aliud valebitis, quam ut ab hominibus contemnamini & conculcemini: nullus enim est Apostolus vel doctor, qui vos condiat vel corrigat. Ita Beda: vide dicta Matth. 5. 13. Vos estis sal terræ, &c. Et Marci 9. 49. Habete in vobis sal.

Tertia est hæc parabola salis (prima enim fuit fabricæ turris, secunda belli capefendi) ex qua liquet duas precedentes proprie spectare ad

Apostolos & viros Apostolicos: hi enim sale doctrinæ & sanctitatis suæ saliant mundum, ideoque non tantum præcepta, sed & consilia Euangelica sequuntur. Secundario, tamen hæc aptari possunt omnibus Christianis: hi enim infideles quasi insulsi sale suæ innocentis vite, bonique exempli condire debent.

QVI HABET AVRES AVDIENDI, AVDIAT. VERS. 35. Aures, tum corporis, tum potius mentis. Audiendi, id est ad audiendum & intelligendum accommodadas, faciles, propensas: audiat, & expendat ea quæ dico & doceo. Excitat enim attentionem ex grauitate & difficultate rei quam proponit. Vide dicta Matth. 13. v. 9. & 13.

CAPVT DECIMVMQVINTVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Christus Phariseis murmurantibus quod peccatores reciperet, tribus parabolis ostendit quam laudabile, iucundum, gratumque Deo & angelis sit peccatores conuertere: Prima est ouis perditæ & inuentæ, v. 4. Secunda est dragma amissæ & inuentæ, v. 8. Tertia est filij prodigi, v. 12. quem penitentem pater in Pristinam gratiam cum osculo, & publico gaudio recepit.

Primam parabolam audiimus Matth. 18. 12. ubi eam explici.

1. ERANT autem appropinquantes ei publicani, & peccatores, ut audirent illum. 2. Et murmurabant Pharisei, & Scribæ, dicentes: Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis. 3. Et ait ad illos parabolam istam, dicens: 4. Quis ex vobis homo, qui habet centum oues, & si perdidit vnâ ex illis, nonne dimittit nonaginta nouem in deserto, & vadit ad illam quæ perierat, donec inueniat eam? 5. Et cum inuenit eam, imponit in humeros suos gaudens: 6. & veniens domum conuocat amicos & vicinos, dicens illis: Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam, quæ perierat. 7. Dico vobis, quod ita gaudium erit in celo super vno peccatore penitentiam agente, quam super nonaginta nouem iustis, qui non indigent penitentia. 8. Aut quæ mulier habens drachmas decem, si perdidit drachmam vnâ, nonne accendit lucernam, & euertit domum, & quærit diligenter, donec inueniat? 9. Et cum inuenit, conuocat amicas & vicinas, dicens: Congratulamini mihi, quia inueni drachmam, quam perdideram: 10. Ita dico vobis, gaudium erit coram Angelis Dei super vno peccatore penitentiam agente. 11. Ait autem: Homo quidam habuit duos filios: 12. & dixit adolescentior ex illis patri: Pater, da mihi portionem substantiæ, quæ me contingit. Et diuisit illis substantiam. 13. Et non post multos dies, congregatis omnibus, adolescentior filius peregrinatus profectus est in regionem longinquam, & ibi dissipauit substantiam suam, viuendo luxuriosè. 14. Et postquam omnia consummasset, facta est fames valida in regione illa, & ipse cepit egere. 15. Et abiit, & adhæsit vni ciuium regionis illius. Et misit illum in villam suam, ut pasceret porcos, 16. Et cupiebat implere ventrem suum de filiquis, quas porci manducabant: & nemo illi dabat. 17. In se autem reuersus, dixit: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo! 18. Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicamei: Pater peccaui in cælum, & coram te. iam non sum dignus vocari filius tuus, fac me sicut vnus de mercenariis tuis. 20. Et surgens venit ad patrem suum. Cum autem adhuc longè esset, vidit illum pater ipse, & misericordia motus est, & accurrens cecidit super collum eius, & osculatus est eum. 21. Dixitque ei filius: Pater peccaui in cælum, & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus. 22. Dixit autem pater ad seruos suos: Citò proferte stolam primam, & induite illum, & date annulum in manum eius, & calceamenta in pedes eius: 23. & adducite vitulum faginatam, & occidite, & manducemus, & epulemur: 24. quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est. Et cœperunt epulari. 25. Erat autem filius eius senior

Cornel. in Lucam.

nior in agro : & cum veniret , & appropinquaret domui , audiuit symphoniam , & chorum : 26. & vocavit unum de seruis , & interrogavit quid hæc essent. 27. Iſque dixit illi : Frater tuus venit , & occidit pater tuus vitulum faginatum , quia saluum illum recepit. 28. Indignatus est autem , & volebat introire. Pater ergo illius egressus , cœpit rogare illum. 29. At ille respondens , dixit patri suo : Ecce tor annis seruo tibi , & numquam mandatum tuum præterivi , & numquam dedisti mihi hædum ut cum amicis meis epularer : 30. sed postquam filius tuus hic , qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus , venit , occidisti illi vitulum faginatum. 31. At ipse dixit illi : Fili , tu semper mecum es , & omnia mea tua sunt : 32. epulari autem , & gaudere oportebat , quia frater tuus hic mortuus erat , & reuixit ; perierat , & inuentus est.

VERS. 1. ERANT AUTEM APPROPINQUANTES EI PUBLICANI , ET PECCATORES , UT AUDIRENT ILLVM. ET MVRMVRABANT PHARISÆI , ET SCRIBÆ , DICENTES : QVIA HIC PECCATORES RECIPIT , ET MANDVCAT CVM ILLIS]

VERS. 2. Publicani , Græca addunt *ἀδύστες* , id est omnes , hoc est multi , plerique omnes ad Christum confluxebant , allecht scilicet eius sanctitate & benignitate , quâ peccatores ad se vocabat , & pœnitentibus veniam & salutem promittebat. Hæc enim erat eius conicio : Pœnitentiam agere , appropinquans enim regnum caelorum , Matth. 3. & 4.

ET MVRMVRABANT PHARISÆI] qui sicut vitabant contactum immundorum corporum , sic & animarum , putâ peccatorum ; quare cum peccatoribus nec loqui dignabantur , multo minus comedere. Erat ergo hic spiritus & fastus Pharisaicus , qui se iuxta legem puros & sanctos arbitrabantur , ideoque impuros cauebant ne ab eis contaminarentur. His contrarius planè erat spiritus Christi , quia ad hoc in mundum venerat , ut peccatores ad peccatis purificaret & sanctificaret , vnde eorum colloquia captabat , eorumque mentes inuicatas adibat , quia nil gratius Deo quàm peccatores conuerrere. Ex qua re colligit , ait S. Gregor. homil. 34. quia vera iustitia (Christi) compassione habet , falsa iustitia (Pharisaorum) desolationem : nimirum character vita Apostolica est , scire salutem animarum , ait S. Chrysoſt.

VERS. 3. ET AIT AD ILLOS PARABOLAM ISTAM , DICENS : QVIS EX VOBIS HOMO , QUI HABET CENTVM OUES : ET SI PERDIDERIT VNAM EX ILLIS , NONNE DIMITTIT NONAGINTA NOVEM IN DESERTO , ET VADIT AD ILLAM QVÆ PERIERAT , DONEC INVENIAT EAM?]

Parabola ovis perdita. Vadit ad illam. Ovis enim est animal simplex & stolidum , quod proinde pabulum sequens facile à via & grege aberrat , ac vbi semel errauit , in viam redire nescit : quare pastore opus habet qui eam requirat , & ad eam vadat. Ita nos per peccata & concupiscentias erramus quasi oves errantes , eunteſque in ruinam & gehennam , nec de Deo vel salute & caelo cogitabamus ; quare Christus descendit de caelo ut nos requireret , & à via inferni in viam cœli reduceret. Vnde Iſaias c. 53. 6. Omnes nos , ait , quasi oves errantes , unusquisque in viam suam declinavit : & posuit in eo Dominus iniquitatem omnium nostrum. Et S. Petrus epist. 1. cap. 2. v. 25. Eratis , ait , sicut oves errantes , sed conuersi estis nunc ad pastorem & Episcopum animarum vestrarum.

A ET CVM INVENERIT EAM , IMPONIT IN HUMEROS SVOS GAVDENS] Arabicus , *portat eam super humeros suos hilariter* , ut citò eam ad reliquum gregem reducat : hoc enim facere nequit ovis gradiendo , cum sit tardigrada. Idem fecit Christus , cum , ut ait Iſaias , peccata nostra in humeros suos luenda suscepit. Hinc Nylſenus in Catena : *Cum ait pastor inuenisset ovem , non punitit , non duxit ad gregem urgendo , sed superponens humero , & portans eam clementer , annumeravit gregi.* O mirâ Christi Domini demissionem , clementiam , charitatem ! quam ut olim fidelibus Pontifices præsentarent , solebant in templo Christum pingere cum oue perdita humeris imposita , eam reportantem ad gregem. Ita Carlomannus filius Caroli Martelli , Australiæ & Suetiæ rex , anno Domini 750. spreto vtriusque regno , monasticam amplexus in monte Cassinate , cum humilitatis & obedientiæ studio , Petronacis Abbatis iussu oves pasceret , ouem claudicantem in humeros impositam ad gregem reduxit , eiusque sordibus perfusus exultavit. Christiana enim humilitas , Christi que imitatio , est vera Christianorum regumque gloria. Ita habent Annales Cassinates , & ex Iſs Hieron. Platensis lib. 2. de bono status Religiosi c. 26.

VERS. 4. ET VICINOS DICENS ILLIS : CONGRATVLAMINI MIHI] Græcè , *συνχαρήτε μοι* , id est , *congaudete mihi* , gaudete mecum. Ingens gaudium significat , quod animo continere nequit , quin illud in amicos effundat. Rursum indicat rem esse adeò lætam , ut de ea non tantum sibi , sed & omnibus vicinis gaudendum sit. *Mibi non dicit , Qui , sed mihi* : eius enim gaudium est vita nostra , ait S. Gregorius.

QVIA INVENI OVEM MEAM , QVÆ PERIERAT] Græcè , *τὸ ἀπολωλὸς* , id est *perditam*. Invenit Christum ita gaudere de conuersione vnius peccatoris , ut gaudium in se continere nequeat , sed illud cum angelis & Sanctis communicet. Idem facit Christi affecta & vir Apostolicus , qui animam conuertit.

DICO VOBIS QVOD ITA GAVDIVM ERIT IN CÆLO SVPER VNO PECCATORE PœNITENTIAM AGENTE , QVAM SVPER NONAGINTA NOVEM IUSTIS , QUI NON INDIGENT PœNITENTIA] Gaudium , scilicet maius : hoc enim exigit particula comparatiua *quàm* , quæ sequitur. Mirè ergo gaudent angeli & Beati in caelo de cuiuslibet peccatoris conuersione : hanc ergo Deo reuelante cognoscunt : ut potè ad se pertinentem. Peccator enim per pœnitentiam

ad

ad

ad Sanctorum sortem in caelis transit) quia hoc ingens est bonum , Primò peccatoris ; Secundò , angelis ; Tertio & maximè , ipsi Deo. Peccator enim à peccato transit ad iustitiam , à gehenna ad caelum. Angeli ergo gaudent de hoc hominis bono , quia ipsi erga homines benigni sunt , ait Euthymius : & quia homo per pœnitentiam ijs similis , scilicet purus & sanctus , efficitur. Angelis , quia per homines iustificatos & sanctos reparatur eorum ruina , ac sedes in caelis , è quibus Lucifer cum suis cecidit , restaurantur & implentur. Deo , quia Deus est *φιλῶψυχος* , id est animarum amator , earumque salutem sicut ait Euthymius. Angeli enim gaudent , Dei , quem summè amant , desiderium impleri , eumque hoc gaudio , æque ac honore pœnitentis affici. Quà de re extat insignis visio Carpi , cui Christus ostendit se ita desiderare peccatoris conuersionem , ut pro ea paratus sit rursum crucifigi & mori. Vide eam apud S. Dionysium epistola 8. ad Demophilum. Hinc S. Paulus Simplex , discipulus S. Antonij , per visum vidit peccatorem quemdam , dum ingrederetur ecclesiam , esse nigrum & nebulosum , ac demones hinc inde trahentes eum ad se , immisso in naribus eius frano , atque angelum sanctum eius de longè sequentem ristitum. Eumdem verò peracta pœnitentiâ egredientem vidit clarâ facie , & candido corpore , ac demones de longè sequentes eum ; sanctum autem angelum eius propè illum hilarem , gaudentem super eum nimis. Vnde Paulus præ gaudio exclamauit : O quanta misericordia & benignitas Dei est ! quanta eius misericordia ! Ita habetur in Vitis Patrum lib. 7. c. 23. Palladius in Lausiacâ cap. 46. narrat Anachoretam quemdam in peccatum prolapsum pœnituisse in sacco , cinere & lacrymis afflidus. Quocirca angelum ei apertuisse ac dixisse : *Accipit Dominus tuam pœnitentiam , & tui est miseratus : demones autem vide ne decipiaris.*

Vigo S. Pauli Simplicis de peccatore conuerso.

Hoc argumento Christus conuincit Pharisaos perperam murmurare ; dum vident Christum cum peccatoribus versari ut eos conuertat : quia hoc opus est Deo & angelis gratissimum : quare Pharisaos cum illis de illo gaudere , illique cooperari debere , ac similem animarum zelum induere. Hic enim est omnis incarnationis , passionis & mortis Christi fructus , ut auferatur peccatum , Iſaiæ 27. 9. & adducatur iustitia sempiterna , Daniel. 9. 24. ac honor , cultus & regnum Dei quàm maximè dilatetur & propagetur , Matth. 6. 9. Hic cuique Religioso , sacerdoti & fideli ingens esse debet stimulus ad excitandum in se animarum zelum. Hinc S. Gregorius audiens Anglos per Augustinum à se missum ad Christum conuersos , exultavit in spiritu , vnde ita ad eum scribit lid. 9. epist. 58. Et si de vno pœnitente grande sit gaudium in caelo quale gaudium credimus factum de tanto populo à suo errore conuersos qui ad fidem veniens , mala quæ egit pœnitendo damnauit , in hoc itaque caeli & angelorum gaudio , repetamus ipsos quas prædicimus voces angelorum : dicamus igitur , dicamus omnes : Gloria in excelsis Deo , & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.

QVAM SVPER NONAGINTA NOVEM IUSTIS] Magis ergo gaudent Deus & angeli de vno Cornel. in Lucam.

pœnitente , quàm de vno innocente , imò quàm de nonaginta nouem iustis & sanctis quia scilicet nouum actu eis superuenit gaudium , quod sensibile magis videtur , magisque re ipsa sentitur quàm vetus illud continuum de nonaginta nouem iustis , quod hominibus sua duratione videtur quasi sui sensum minuerè , licet is reuera in se maior sit. Rei enim desideratæ nouitas ingens nouumque ciet gaudium , quod ob sui nouitatem magis sentitur , ut experimur cum noui victoriarum & conuersionum nuntij afferuntur. Tunc enim exultamus , & quasi exilium nouo mentis iubilo. Nam Christus sæpè loquitur secundum humanum morem , hominumque consuetudinem & sensum , præsertim in parabolis. Huc facit illud S. Bernardi : *Lacrymæ pœnitentium vnum sunt angelorum.* Maius ergo est hoc gaudium actualiter & sensibilibus , ait Emmanuel Sâ. Nam alioqui magis , gaudere hominem de nonaginta nouem ouibus quàm de vna , ac Deû de nonaginta nouem iustis quàm de vno pœnitente , dubitare non licet.

An Deum de vno pœnitente magis gaudeat quàm de nonaginta nouem iustis?

Addit S. Gregorius , Magis gaudere Deum & angelos , eò quòd pœnitentes soleant esse feruentiores innocètib. *Plerumque* , inquit ipse alibi , *gratior est Deo seruens post culpam vitam , quàm securitate torpens innocentia.* Hic verò homil. 34. id probat per similia : *Quia & dux* , inquit , *in prælio , plus eum militem diligit , qui post fugam reuersus hostem fortiter premis , quàm illum qui nunquam terga præbuit , & nunquam aliud sortiter gessit.* Sic agricola illam amplius terram amat , qua post spinas vberes fruges profert , ipsam eam que nunquam spinas habuit , & nunquam sericem messem producit. Affer in fine exemplum Victorini , qui in peccatum carnis lapsus , ingressus monasterium mitram in eo egit pœnitentiam. *Studet namque* , inquit , *1000 mentis aduſu cruciare carnem , voluntates proprias frangere , futurius orationes querere , quotidianis se lacrymis lauare , despectum sui appetere , oblatam à Fratribus vulneratum timere.* Hic itaque nocturnas Fratrum vigilas præuocare consueuerat. Et mox : *Ut se quotidie in flexu pœnitentiæ quantum secretius , tanto liberius mactaret : contemplantur namque districtiorem venturi iudicis sui , & iam eidem iudici concordans , puniebat in lacrymis reatum facinoris sui.* Hinc meruit caelesti luce perfundi , vocemque Dei audire , *Dimissum est peccatum tuum.* Ex hoc loco inferit S. Gregorius : si tantæ efficacitæ est pœnitentia in peccatore , quanta erit in iusto ? *Nam multi* , inquit , *& nullorum sibi malorum sunt conscij , & tamen in tanti ardoris afflictione se exercent , ac si peccatis omnibus coarguerentur : cuncta etiam licita respiciunt , ad despectum mundi sublimiter accinguntur , licere sibi nolunt omne quod libet , bona sibi amputant etiam concessa , contemnunt visibilia , inuisibilibus accenduntur , laementis gaudent , in cunctis semetipsos humiliant ; & sicut nonnulli peccata operum , sic ipsi cogitationum peccata deplorant.*

Victorini pœnitentia.

AUT QVÆ MULIER HABENS DRACHMAS DECEM , SI PERDIDERIT DRACHMAM VNAM , PARABOLIS NONNE ACCENDIT LVCERNAM , ET EVERIT DOMVM , ET QVÆRIT DILIGENTER , DONEC INVENIAT ? ET CVM INVENERIT , CONVOCAT AMICAS ET VICINAS , DICENS : CONGRATVLAMINI MIHI , QVIA INVENI

VERS. IO.

INVENI DRACHMAM QVAM PERDIDERAM? ITA DICO VOBIS, GAUDIVM ERIT CORAM ANGELIS DEI SVPER VNO PECCATORE POENITENTIAM AGENTE.

Drachma quidi

EVERRIT] Ita lege cum Roman. & Græcis, & Arabico, qui vertit, mundas; non everrit, ut legunt nonnulli cum S. Gregorio.

DRACHMAM] Drachma erat genus monetae argenteae habens pondus drachmae (qua est octava pars viciae) ideoque valens Iulium Romanum, siue Regalem Hispanicum. Unde mystice Cyrill. Superiori parabola ovium, inquit, docebamur esse creaturae Dei qui fecit nos, & cuius oves pasuae sumus: nunc ostenditur ad imaginem & similitudinem Dei facti: drachma enim insculpta est imago regis.

Pleniùs S. Gregorius hom. 34. totam parabolam sic applicat & explicat: Qui (Christus) significatur per pastorem, ipse & per mulierem. Ipse etenim Deus ipse Dei sapientia. Et quia imago exprimitur in drachma, mulier drachmam perdidit quando homo qui conditus ad imaginem Dei fuerat, peccando à similitudine sui conditoris recessit, sed accendit mulier lucernam quia Dei sapientia apparuit in humanitate, lucerna quippe lumen in testa est: lumen vero in testa est divinitas in carne. Accensa autem lucerna evertit domum; quia mox ut eius divinitas per carnem clavis, omnis se nostra conscientia concussit. Dominus namque evertitur, cum consideratione reatus sui humana conscientia perturbatur. Qui vero sermo non discrepat ab eo quod in alijs codicibus legitur, emundat: quia mirum prava mens, si non prius per timorem evertitur, ab assuetis vitijs non emundatur. Eversà ergo domo invenitur drachma: quia dum perturbatur conscientia hominis, reparatur in homine similitudo coditoris, Et nonnullis interiecit: Quae amicae vel vicinae, nisi ille potestates caelestes sunt iam superius dicte? Quae rando supernae sapientiae iuxta sunt, quando ei per gratiam continue visionis appropinquant. Unde concludit: Decem ergo drachmas habuit mulier: quia novem sunt ordines angelorum; sed ut completeret electorum numerus, homo decimus est creatus, qui à conditore suo nec post culpam perijt, quia hunc aeterna sapientia per carnem miraculis convincens, ex lumine testis reparavit.

Porrò Theophyl. Amici, inquit, sunt angeli omnes; vicini verò Throni, Cherubim & Seraphim: hi enim Deo sunt propinquissimi. Denique S. Gregor. Nyssen. in Catena inquit: Decem drachmae sunt toridem virtutes, quarum nullam oportet nobis deesse, ideoque sunt decem instar decalogi: lucerna, est verbum divinum, vel poenitentiae lampas: vicinae, sunt appetitus, concupiscibilis, irascibilis & rationalis.

VERS. II. Parabolae filij prodigi

AIT AVTEM: HOMO QVIDAM HABUIT DVOS FILIOS] Syrus, & dicebat ei rursum Iesus: Homo quidam, &c. Haec est tertia parabola filij prodigi: prima enim fuit de ovis perditis, & reperta: secunda de drachma amissa & inventa. Scopus huius parabolae, aequè ac duarum precedentium est, ut per illam ostendat Christus, quantum bonum & gaudium sit in caelo ob peccatorum conversionem, ac consequenter perperam murmurare Phariseos, quòd Christus cum peccatoribus versaretur ut eos convertereret: hunc esse scopum patet ex v. 2. & 3.

Porrò tres sunt praecipuae parabolae huius per-

sonae; scilicet pater & duo filij, nimirum senior bonae frugis, & junior prodigus. Pater est Deus, qui omnes creavit: aut Christus homo qui omnes suo sanguine redemit & regeneravit, indietque regenerat in baptismo. Duo filij, à S. Gregorio, Hieronymo, Augustino, & alijs veteribus passim intelliguntur Iudaei & Gentiles. Senior, qui semper cum patre mansit, notat Iudaeos, qui semper Deo eiusque fidei & cultui adhererunt. Junior notat Gentiles, qui à Deo, quem tempore Adae & Noè coluerant, desierunt ad idola & vitia carnis. Nec ineprè: nam Iudaeis propriè convenit murmur de Gentilibus ad fidem & gratiam per Christum receptis, vers. 25. Aptius tamen ad scopum Christi, duo filij significant iustos & peccatores, siue illi Iudaei sint, siue Gentiles: nam peccatores, cum quibus Christus in Iudaea verfabatur cum murmurare Phariseorum, erant Iudaei, non Gentiles, ut patet. Senior filius notat iustos, hoc est tam eos qui reuera erant iusti, quam eos qui se iustos aestimabant & venditabant, quales erant Scribae & Pharisei. Junior filius prodigus notat peccatores manifestos & publicos, puta publicanos & meretrices, cum quibus Christus comedebat, ut eos lucrificeret. Ita S. Hieron. epist. 146. ad Damasum tom. 3. ubi fusè & doctè totam hanc parabolam pertrahant, & passim interpretes, idque patebit ex discursu parabolae.

ET DIXIT ADOLESCENTIOR EX ILLIS PATRI: PATER DA MIHI PORTIONEM SVBSTANTIÆ (Syrus, possessionis) QVÆ ME CONTINGIT. ET DIVISIT ILLIS SVBSTANTIAM] Adolescentior, notat peccatores & meretrices. Adolescentia enim liberior, stultior, inconstanter, & in gulam ac luxuriam pronior esse solet. Substantia secundum S. Hieron. epist. 146. & S. August. lib. 2. Quaestio. Euang. q. 33. Bedam & Euthymium est liberum arbitrium, quod graecè vocatur βελία id est vita: quia per illud quique liberè vivit ut libet, ait S. Hieron. Theophyl. Substantia hominis, ait, est rationalitas, quam comitatur libertas arbitrij Aptius S. Ambros. & alij per substantiam accipiunt Dei gratiam & virtutes, moretque probos: haec enim propriè perduntur & prodiguntur à peccatore, cum liberum arbitrium perdi nequeat, ut patet ex hac ipsa parabola; plenissimè accipias omnia dona Dei, tum corporis, tum animi, tum naturae, tum gratiae: haec enim sibi dari, id est suae potestati & libertati tradi, postulat filius junior, nolens amplius à patre regi & dirigi, sed sui iuris esse, ac se regere, domique Dei uti vel abuti ad libitum. Et sic omnes sententiae ferè in idem conspirant.

Audi S. Augustinum libr. 2. Quaest. Euangel. quest. 33. Vivere, intelligere, meminisse, ingenio alacri excellere, omnia ista divina sunt munera, quae in potestatem accipit homo per liberum arbitrium. &c. Sic & S. Hieronymus epist. 146. ad Damasum: Substantia Dei est, omne quod vivimus, sapimus, cogitamus, in verba prorumpimus: haec Deus aequaliter universis, & in commune largitus est, &c. Et paulò post. Dedit eis liberum arbitrium, dedit mentis propriae libertatem, &c. Titus: Tradidit illi pater universam creaturam, & possessionem. Denique Euthymius: Substantia, ait, siue divinitas Dei sunt charismata, id est dona quae dividit fidelibus.

VERS. 12.

ET

VERS. 13.

ET DIVISIT ILLIS SVBSTANTIAM] cum dona iam dicta utriusque libertati & arbitrio consignavit: posuit enim hominem in manu consilij sui, Eccli. I 5. 14.

ET NON POST MVLTOS DIES, CONGREGATIS OMNIBVS, ADOLESCENTIOR FILIVS PEREGRE PROPECTVS EST IN REGIONEM LONGINQVAM, ET IBI DISSIPAVIT SVBSTANTIAM SVAM, VIVENDO LVXVRIOSE] Addit Arabicus, in vita luxuriosa.

CONGREGATIS OMNIBVS] Id est consarcinata omni substantia sua, quam à patre acceperat: Syrus collegit quae cumque ad se pervenerant; Arabicus, & post paucos dies congregavit filius minor omnia & peregrinatus est in regionem longinquam: Non loci segregatione, sed virtutis, ait Euthymius. Hic est status concupiscentiae & peccati; peccator enim peccando longè abit à Deo & caelo, quia à sanctitate & regno Dei transit in regnum diaboli, peccati & gehennae: quae magna est stultitia. Unde senior filius apud patrem remansit tanquam prudens, ait Euthymius. Hinc S. August. lib. 2. Quaest. Euang. q. 33. Regio longinqua, inquit, est oblivio Dei, reciproca, quae scilicet peccator obliuiscitur Dei, & vicissim Deus quali obliuiscitur peccatoris ut eum sua luce, gratia, inspiratione visitare negligat. Et S. Hieron. epist. 146. Sciendum ait, non locorum spatij, sed affectu nos esse cum Deo, aut ab eo discedere. Porrò quando egreditur homo à Deo, ait Theophyl. Et se à timore Dei elongat, omnia divina dona expendit, prodigit, & dissipat.

ET IBI DISSIPAVIT SVBSTANTIAM SVAM] putà omnia dona naturae & gratiae. Peccator enim voluptati & libertati indulgendo prodigit Dei gratiam, charitatem & virtutes, hebetat intellectum, ut nec Deum nec virtutis bonum agnoscat, aufert sibi memoriam legis & beneficiorum Dei, voluntatem depravat, ut vitium virtuti, voluptatem rationi, terram caelo, diabolum Deo anteponat, ac pro habitibus virtutum induat habitus vitiorum, & propensionem ad omne malum. Hinc fit inops consilij, rationis, mentis, omnique boni: Denique vires omnes animae & corporis, quae feruire debuerant Creatori, cogit feruire creaturae, v.g. ventri & veneri, quae est fornicatio spiritualis, de qua Pfalter: Omnes, ait, qui se elongant à te, peribunt: perdidisti omnes qui fornicantur abs te, psalm. 72. 27. Prodigus ergo filius Primò, consumpsit omnia ornamenta naturae, ait Euthymius, male videndo naturalibus, ait S. Augustinus. Secundò, insumpsit substantiam, hoc est instam animi lucem inquit Titus, temperantiam, veritatis notitiam, Dei memoriam. Tertio, corruptit domum, inquit Euthymius, quod in baptismo acceperat, putà animae nobilitatem & ad virtutes aptitudinem: haec enim & similia erant eius substantiae ac divitiae.

VERS. 14.

VIVENDO LVXVRIOSE] Graecè, ἀσέλως, id est prodigaliter; intemperanter, libidinose, laiciuè. Luxuria ergo hic non solam libidinem, sed & quemlibet luxum, qui fit in convivijs, compotationibus, lusuibus, cantionibus, largitionibus, &c. significat. Prodigia vita, ait Glossa, iundere amat, & spariari in pompis exterioribus, Deum relinquens, qui sibi est interior.

ET POSTQVAM OMNIA CONSUMMASSET, (graecè καταπρωσεν τας), id est consumpsisset, prodigisset) FACTA EST FAMES VALIDA IN

REGIONE ILLA, ET IPSÈ COEPIIT EGERS] pecunià, cibo & pane; Arabicus, & factus est pauper, ut faciunt adolescentes liberi & prodigi, qui vno anno omnes facultates sibi à parentibus relictas, epulando, potando, ludendo, scortando consumunt, ut deinceps per omnem vitam miserè & pane mendicato vivere debeant. nec tantum facultates, sed & vires & sanitatem, aequè ac famam prodigunt, ut putredine, scabie, lue venerea, alijsque morbis ex crapula & luxuria contractis, luridi & foetidif, omnibus, aequè ac sibi ipsis, sint oneri ac horrori. Ad litteram, luxuria & luxus consumunt opes etiam maximas, hominemque redigunt ad extremam inopiam & famem.

Mysticè, peccator laborat inopia omnium rerum naturalium & supernaturalium, quia nulla re, nullo sensu, nulla animi vi, nec memoria, nec intellectu, nec voluntate rectè uti novit ad sui commodum, ut ex ijs gustum fructumque homine dignum percipiat; sed omnia velut insipiens in sui noxam & augmentum gehennae expendit: quod perinde est, ac si ea non haberet, imò longè peius. Denique peccator carens Deo, rebus omnibus caret: haec enim omnes intimè pendunt à Deo, imò in Deo sunt & vivunt. Unde Interlin. Omnis locus, inquit, absente patre, penuriosus est. Qui enim Deum non habet, nihil habet, etiam si sit rex totius mundi: qui verò Deum habet, omnia habet, etiam si obolum non habeat, iuxta illud S. Francisci: Deus meus, & omnia: Deus enim est ipsum ens, ensitque oceanus, ut ipse solus dicatur esse, cetera verò cum eo collata, nō esse, esseque nihil, iuxta illud: Ego sum qui sum, Exod. 3. Vide ibi dicta. Denique Glossa: voluptas, inquit, semper habet famem sui: quò enim magis voluptati indulgetur, eò magis voluptas accenditur: sicut hydropicus quò plus bibit, eò amplius sitit; nulla enim res eius sitim explere potest. Hinc ait Cicero lib. 6. de Reipub. Graues dominæ cogitationum libidines insinuat a quaedam cognunt atque imperant, quae expleri atque saturari nullo modo possunt. S. Hieron. in Oseam: Vires, inquit, in fornicatione descunt, & fornicandi desiderium non quiescit, & ut pulchre quidam has voluptatis cupiditates describens dixit:

Queritur in ludo ludus, deest hortus in orto
ET ABUIT, ET ADHÆSIT (quasi seruus) VNICIVVM REGIONIS ILLIVS. ET MISIT ILLVM IN VILLAM SVAM VT PASCERET PORCOS] Cuius hic regionis à Deo longinqua, est aliquis è numero daemonum. Ita S. August. libr. 2. Quaest. Euangel. quae 33. Adhæsit, inquit, alicui aëreo principi ad militiam diaboli pertinenti; cuius villa, est modus potestatis ipsius poteri, sunt immundi spiritus, qui sub ipso sunt; quos pascere, est ea quibus immundi spiritus gaudent, operari. Sic ferè & S. Ambrosius: Cuius iste, inquit, est princeps huius mundi. Et Glossa: Cuius iste, ait, est concupiscentijs terrenis prapostitus princeps huius mundi.

Audi S. Petrum Chrysologum serm. 2. Ecce, inquit, quid faciat cupiditas ad censum praeceps: cinem in peregrinum, filium in mercenarium, locupletem in egenum, liberum mutavit in servum: iunxit portis à patre pijsimo quem servavit, ut serviret cænofo pecori, qui pietati sanctae parere contempsit. Porrò S. Ambrosius

VERS. 15.

P 4 brosius

brofius reedē expendit verbum adhefit, & ex eo non modò laboriofam, fed etiam periculofam colligit feruitutem.

ET MISIT ILLVM IN VILLAM] In villam mitti, ait Beda, est substantiæ mundialis cupiditate fubjugari.

VT PASCERET PORCOS] Hoc est, ait S. Chryfoft. in Catena, vt fordidas & immundas cogitationes in animo nutrieret.

VERS. 16. ET CVPIEBAT IMPLERE VENTREM SVVM DE SILIQVIS QVAS PORCI MANDVCABANT; ET NEMO ILLI DABAT] Hæc congrua iustaque est pœna prodigi, vt qui sua stultè in alios profudit, nullum deinde inueniat qui illi vel filiquas det.

Notat S. Hieron. epist. 146. diabolus, cum hominem decepit & ad peccatum impulit, vt iam eum quali seruum & mancipium sibi subiuget, variis cupiditatibus animam eius accendit.

SILIQVIS] Silique sunt inanes fabarum, pisorum, aliorumque leguminum folliculi & inuolucra, quibus illorum farina & medulla inuoluitur & includitur.

Rustici enim siliquas farinæ siue pollini admiscant, indeque conficiunt panem secundarium & atrum quo vescuntur.

Iansenius per siliquam hic accipit siliquam Græcam, quæ est arbor fructum produçens lignosum, siliqua instar fabæ obiectum, colore subnigro, falcatum, digitali longitudine, latitudine pollicari, quatuor grana continens, quæ

ceratia à cornu (quætas enim est cornu) similitudine appellantur; optimum porcorum pabulum: vescuntur eo etiam homines.

Per siliquas S. August. S. Hieron. S. Ambrosius & Beda accipiunt sæculares & inanes scientias, vanitatem præferentes, vt odas & carmina poetarum, historicorum pompas verborum: Vbi iste, ait S. August. aliquid solidum & rectum, ad vitam beatam pertinens inuenire volebat, at non poterat.

Vbi voluptas regnat, ibi virtus exulit. Breuis voluptas longa penitentia est. Viciisse voluptatem, voluptas est maxima. Voluptas belluarum, perniciosa est hominum. Vix voluptas est, que abicit venit, more fulminis. Qui voluptati seruit, aurum seruitium seruit. Voluptas causa dolorum & malorum omnium, Ergo vt ait alter

Sperne voluptates: nocet empta dolore voluptas: Sperne siliquas terre, & dabit tibi Deus mamma celi. Extat emblemata Cupidinis, cupidos trahentis in suam seruitutem & dolorem, cum hoc lemmate.

IN SE AVTEM REVERSVS, DIXIT: QVANTI MERCENARIJ IN DOMO PATRIS MEI ABVNDANT PANIBVS; EGO AVTEM, HIC FAME PEREOR.] In se, Syrus, ad animam suam, id est, ad eor, ad mentem rediens, & sapere incipiens; Arabicus . cogitabat autem in semetipso; Euthymius, sui compos effectus, hoc est, velut expurgatus ab ebrietate gratiæ somno; Theophyl. à sua exteriorè dinagatione rediens; Interlinearis, bene in se reuertitur, qui à se recessit. Fuerat enim quasi extra se, & mente captus, delirus & insanus, sed vexatio dedit ei intellectum, & fames docuit eum sapere.

S. August. li. 2. Quest. Euang. Ab eis, ait, que fornicoseus illucium & seducunt, in conscientia sue interiora intentionem reducat. Nam, vt ait S. Ambrosius: qui ad illam regreditur, se sibi reddit; qui recessit à Christo, se sibi abdicat.

QVANTI] Græcè, πόσαι, id est, quot, quàm multi. Multitudo enim est quantitas discreta, sicut magnitudo est quantitas continua. MERCENARIJ] operarij & serui, qui pro mercede

Quid per siliquas signficatur?

Voluptatis damna.

Emblema Cupidinis ad aspectu puncti.

Siliqua quibus siliquas arbor.

mercede diurna laborant in domo patris mei, AVTEM] EGO AVTEM, qui sum filius, hic FAME PEREOR, vix siliquis ventrem satio. Sic Deus solet voluptuariis voluptates adimere; famem, morbos & ærummas immittere, vt ad cor redeant, videantque ex quanta felicitate ad quantam miseriam, quasi ex cælo in tartara ceciderint, qui est primus penitentia gradus. Vnde Titus: In se reuertus, hoc est, inquit, priorem felicitatem cum posteriori miseria conferens, quod aliquid & quantum erat, quando cum patre adhuc degebat, animo pertractans, quam tener & miserabilis tandem postquam Deo deserto cepit demeritis esse obnoxius, etiam seruit, iterum iterumque, expulsius. Huius filij prodigi exemplo discite illud: Præcipitis consilij aspectu penitentia. Mali principij malis finis. Et illud: Ne à pendendo vincaris hoste, voluptates

In voluptatem quomodo.

Mysticè, mercenarij sunt, qui spe bonorum temporalium Deo & virtuti seruiunt; serui sunt, qui timore pœnarum, filij, qui ex filiali amore Deo obsequuntur. q. d. ait Interlin. Quàm multi sunt Iudæi, qui ob præsentia bona tantum legem obseruant, ideoque illa à Deo obtinent; ego autem qui legem Dei negligo, bonitatem temporalibus, quàm spiritalibus destitutor. S. August. verò lib. 2. Quæst. Euang. ita recogitatio, ait, respicientis est, & aduentantis esse inter prædicatores, qui non amore veritatis ducunt, sed cupiditate sæcularium commodorum veritatem annunciant. Sublimius Glossa: Mercenarij, ait, sunt, qui futuræ mercedis intuitu dignè operari satagunt: hi abundant panibus, id est, quotidianis supernæ gratiæ reficiuntur alimentis, seruus ergo est, qui timore pœnæ temperat à vitis: mercenarius, qui spe & desiderio regni cælorum: filij, qui amore boni. Audi Theophylactum: Tres sunt ordines eorum qui saluantur: alij enim vt serui faciunt bonum, timentes iudicium; quod & David insinuat, dicens: Confite timore tuo carnes meas; à iudicij enim tuis timui. Mercenarij verò esse videntur, qui desiderio bonorum bene placere Deo cupiunt, sicut & ipse David dicit: pulinani cor meum ad faciendum iustificaciones tuas in æternum, propter retribucionem. At filij sunt, qui propter amorem in Deum mandata perficiunt, sicut iterum David testatur: Quomodo dilexi legem tuam Domine: tota die meditatio mea est. Et iterum: Lenani manus meas ad mandata tua qua dilexi; non quætimui. Idem prorsus docet Nazianzenus orat. in S. Bapstima. Porro Interlinearis & alij, qui per filium seniores accipiunt Iudæos, per iuniores Gentiles, sic explicant: Iudæi, qui quasi mercenarij spe bonorum temporalium Deo seruiunt, illis abundant: ego autem, qui sum populus Gentilis, cum idolatris omni veritate destitutor.

VERS. 18.

SVRGAM, ET IBO AD PATREM MEVM] Surgam, ait Interlinearis, quia me iacere cognoui: prolapsus enim sum ad vitia & idola: ibo, qui longè recessi; ad patrem, qui sub principe porcorum miserabili egestate tabelleo. Surgam ab hac infelici vita: vitia relinquam, consuetudinem peccandi abdicabo, mores mutabo, poenitebo, & supplex delictorum veniam poscam à Deo. Pulchrè ait, Surgam, inquit S. Hieronymus epist. 146. Patre quippe absente non steteras

ras: peccatorum iacere, infistorum stare est. Nam vt ait B. Petrus Chrysologus serm. 1. Est penes patrem dulcis conditio, libera seruitus: absoluta custodia, timor letus, blada vltio, paupertas diues, securæ possessio. Et paulò post: Hoc petit, quia qui penes extraneum, seruum serferat libertatem, penes patrem, credit sibi futuram liberam seruitutem.

ET DICAM EI: PATER PECCAVI IN CÆLYM, ET CORAM TE] Pater hæc verba, ait Titus, mihi ad salutem sat fuerint, noni patris mei suauitate, noni facilitatem, miserabitur mei penitentis, & ad sanam mentem reuertentis, quem in peccati sordibus se volutantem non perdidit.

PATER PECCAVI] Hæc est prima confessio, inquit Ambrosius, apud auctorem naturæ, præsidem misericordie, arbitrum culpæ, sed est Deus nonit omnia, vocem tamen tuæ confessionis expectat: quia alienat pondus erroris quisquis ipse se onerit: & accusatione excludit inuidiam, qui accusatorem præuenit confrendo. Frustra autem velis occultare, quem nihil fallas, & sine periculo prodas, quod scias esse tam cognitum.

Porro, Deus iustè & congruè à peccatore exigit peccati confessionem. Primò, quia reus se humiliare & reatum suum fateri debet, si ab eo velit absolui. Secundo, quia sicut stomachus crudis cibis vel humoribus plenus vomitione purgandus est; sic & animus vitiosis noxis plenus confessione expiandus est: per illam enim delicta vomit, & omnem morbi causam digerit, ait Origenes homil. 2. in psalm. 37. Tertio, quia Dei maiestas à peccatore læta, penitentiam, quasi satisfactionem & honoris sui reparationem exigit. Penitentia enim Deo honorem per peccatum ablatum restituit, Deumque glorificat. Denique penitens Deum sanctissimum, se verò peccatorem esse profitetur. Confessio ergo peccatoris, ingens est laus & gloria Dei creatoris, æquæ ac Christi saluatoris. Causam dat S. Cyprianus, vel quisquis est auctor, tract. de Passione: Quia cum iudicij & tortoris vices peccator assumit, semetipsum persequens, dum confessionem confusus honorat, holocausti huius immenso in conspectu Dei veniam impetrat. Neque enim bis in idipsum iudicat Deus.

PECCAVI IN CÆLYM] Id est, peccavi grauissimè, ita vt peccata mea clament quasi vindictam in cælum. Aut per hebraismum: in cælum, id est, in Deum qui in cælis habitat, quem quasi cæli regem & præsidem Hebræi nomine cæli significant, vt ostendi Math. 21. 25. Tertio, propriè in cælum, quia à Deo vocatus in cælum, cæloque destinatus, terram preiuli cælo, carnem spiritui, terrena celestibus. Quæ magna est iniuria cæli, & vispendium celestium, ita vt si cælum ratione & voce præditum esset, contra me clamaret, meque apud Deum accusaret, quod cælo & soli præposuerim idola & vitia terræ. Quarto, peccavi in cælum, quia cælum mihi est patria, terra verò hospitium & locus peregrinationis; cælum ergo quasi patriam meam perdidit, prodegi & prodidi. Ita Nyssen tract. de Oratione: Non adixeret, ait, confessioni peccatum in cælum, nisi persuasus sibi patriam esse cælum, quo relicto peccauerit. Et S. Hieron. Peccauerat in cælum, qui Ierusalem caestem reliquerat. Quintò, in cælum, id est, in angelos ceterosque cælestes & cæli

Confessio necessaria.

Primò.

Secundò.

Tertiò.

Quarto.

Peccavi in cælum.

Primò.

Secundò.

Tertiò.

Quarto.

Quinto.

Sexto.

& caeli incolae, in quibus quasi in caelo Deus re-
sident, ait Interlin. Sic & S. August. lib. 2. Quæst.
Euang. Sexto, S. Ambrosius in eglum, quia cele-
stia dona dissipavi. Peccato, ait Ambrosius anima dona
spiritus celestia immunita significatur, & denotatio ad
gremio matris Ierusalem, que est in caelo.
Symbolicè S. Chrysoft. in Catena: *In celum*,
inquit, peccat, qui in Christi humanitatem, que ut ca-
lum superna est & visibilis, peccat. Peccator enim prodig-
it & conculcat sanguinem Christi, eumque quasi rursus
crucifigit, vii docet Ap. post. Hebr. 6:6.
ET CORAM TE] qui solus es confessor omnium,
ait S. Chrysoft. a quo nec in corde meditata abscondi
possunt. Rursus coram te, id est, te videntem & spe-
ctante. Magna enim est inuercundia peccatoris,
quod audeat peccare in conspectu Dei viuentis
& videntis, quem scit summè peccato offendi, &
idiplum posse vindicare & fulminare; vii faciet
in die iudicij, & subinde facit in hac vita ad alio-
rum terrorem. Tertio, S. Hieron. epist. 146. Pecca-
uerat coram Patre, inquit, qui conditore deserto, hgnā
(idola) fuerat veneratus.
Symbolicè, S. August. lib. 2. Quæst. Euang.
quæst. 33. *Coram te*, inquit, id est, in iplo conscrip-
tione penetrati. Deberet enim peccator etiam in se-
creto peccans, erubescere se & suam conscrip-
tionem, quam polluit, vulnerat, necat, diabolo &
gehennæ mancipat.
VERS. 19. IAM NON SVM DIGNVS VOCARI FILIVS
TVVS] qui servus esse maluit idolotum, ait S. Hier. &
vitiotum. Hinc ad filij affectum aspirare non
presumit, ait Beda; quia tali patre indignè conversa-
tus sum, ait Euthymius.
FAC ME SICVT VNUM DE MERCENARIIS
TVIS] q. d. Ex quo primo ordine (filiorum) exiisti,
dignare me vel secundo, tantum me peccatis ne abieci-
s, ait Euthym. q. d. Fac me vnum de infimis fide-
libus, v. g. pœnitentibus publicis: olim enim qui
pœnitentiam publicam agebant, non miscebantur
ceteris fidelibus in ecclesia, sed ad eius fores
iacebant genuflexi & supplices, omnium ora-
tiones & veniam flagitantes, quale egit S. Fabi-
ola; teste S. Hieronimo in eius Epitaphio
epist. 30. Quis hoc crederet, inquit, ut post mortem se-
cundi mariti Iacura indueret, & errorem publicè fau-
retur, & rotā vrbe spectante Romana ante diem Pasche,
in basilica quondam Laterani, qui Casariano truncatus
est gladio, faret in ordine pœnitentium, Episcopo, Presby-
teris, & omni populo collatrymantibus, sparsum crinem,
ora lurida, squalidas manus, sordida colla submittere-
ret que peccata sicutus iste non purget? quas inueteratas ma-
culas hęc lamenata non abluant? Et inferius: O felix
pœnitentia, quæ ad se Dei traxit oculos, que surensem
sententiam Dei (contra impiū Achab) confesso er-
rore mutauit.
Porrò hæc verba, ait S. August. lib. 2. Quæst.
Euang. quæst. 33. sunt pœnitentiam meditantis, non-
dum agentis. Non enim iam dicit Patri, sed diciturum se
esse promittit, cum venerit. Denique sicut fumus
præcedit incendium, sic flammam fidei & cha-
ritatis præcedit peccatorum confessio, ait Pri-
malus in c. 4. Apocal. Quare sicut fumus vi ignis
illico flammescit, & in flammam vertitur: sic
confessio vi contritionis exardescit, & in chari-
tatis flammam transit.
VERS. 20. ET SVRGENS VENIT AD PATREM SVVM.
CVM AVTEM ADHVC LONGE ESSET, VIDIT
ILLVM PATER IPSIVS, ET MISERICORDIA

S. Fabiola pœnitentia.

MOTVS EST, ET ACCVRRENS CECIDIT SVPER
COLLV M EIVS, ET OSCVLATVS EST EVM] Cum
adhuc longè esset à patre, antequam pœnitentiam
animo conceptam verbis exprimeret, & opere
expleret, pœnituit eum pater. Vbi Nota miram
Dei in peccatores pœnitentes clementiam, &
condonandi celeritatem, Quia Deus hominum pœni-
tentiam suā misericordiam & benignitate solet antever-
tere, ait Titus: & Nyffenus, Confessionis meditatio,
ait, placavit ei patrem.
VIDIT ILLVM] lacerum, squalidum, fame
confectum, plorantem & ciulantem.
ET MISERICORDIA MOTVS EST] Græcè signi-
ficantiùs ἐσπλαγχιζομένη, id est, intus visceribus
commotus est, ac de filij miseria quasi de sua sum-
mè indoluit.
ACCVRRENS] præ nimio gaudio, ait Euthymius:
Non expectant vi ille adesset, sed prior occurrunt; neque
id vœumque, sed & accurrunt, ut appareat amoris vehe-
mentia.
CECIDIT SVPER COLLVM EIVS, ET OSCVLA-
TVS EST EVM] Cadere super collum, est humiliari
in amplexum, ait S. August. loco citato. Bra-
chium Dei, scilicet Christum, osculum dare, est
ad spem indulgentiæ peccatorum verbo gratiæ
consolari. S. Chrysoft. verò: Osculatur os, inquit,
per quod emissa de corde confessio pœnitentis
exierat. Amplexus & oscula signa sunt, tum veni-
tiæ & reconciliationis, tum singularis amoris, be-
neuolentiæ, tum gaudij & exultationis; quo Deus
& angeli mirificè gaudent super vno peccatore
pœnitentiam agente. Hoc enim demonstrare hic
vult Christus, ut iam sapiatis motui.
DIXITQUE EI FILIVS: PATER PECCAVI
IN CELVM, ET CORAM TE: IAM NON SVM
DIGNVS VOCARI FILIVS TVVS] Cupit per gra-
tiam fieri, quo fatetur se indignum esse per mer-
itum, ait Interlin. Vide dicta v. 18. Porrò omittit
hic sè fac me vnum de mercenariis tuis, siue quia pa-
ter ex amore & gaudio verba eius interruptit &
præcidit, dicens seruis: Cito proferte stolam pri-
mam: siue quia amplexus & osculum patris ei
hoc desiderium excusserunt, ac filiationis spem
dederunt. Vnde S. August. lib. 2. Quæst. Euang.
q. 33. Non addit, inquit, quod dixerat: Fac me vnum
de mercenariis tuis, id enim post patris osculum cap-
nerosissimè dedignatur. Titus tamen censet eum hoc
dixisse, sed à Luca omisum esse, quasi ex dictis
satis cognitum.
DIXIT AVTEM PATER AD SERVOS SVOS:
CITO PROFERTE STOLAM PRIMAM, ET IN-
DVITE ILLVM, ET DATE ANNVLV M IN MANVM
EIVS, ET CALCEAMENTA IN PEDVS EIVS: ET
ADDVCITE VITVLVM SAGINATVM, ET OCCI-
DITE, ET MANDVCEMVS, ET EPVLEMVR] Serui,
sunt angeli vel sacerdotes, ait Theophyl. vel præ-
dicatores, vt vult S. August. loco citato: hi enim
sunt serui & ministri reconciliationis peccato-
ris cum Deo.
STOLAM PRIMAM] id est, pristinam, qua ante
abituū vii solebat in domo patris, quæ erat
vestis pretiosa vsque ad talos demissa: certam
enim & pristinam stolam, illamque extimam,
hic notari pater ex duplici articulo Græco, ἡ
σολὴν ἡν ἄνω ἔστω: erat ergo hæc stola pristina
toga talaris, quæ nobiliū erat filiorum, quam
abiens in domo patris reliquerat, vitiotus habi-
tū assumens. Hinc in Vitis Patrum lib. 6. libel-
lo 1.

VERS. 21.

VERS. 22.

VERS. 23.

Stola prima quær.

Exemplum duarum mulierum pœnitentium.

Annulus aureus in dextera hominis lili, vt & calceus.

IO I. N. I. G. Episcopus quidam in spiritu vidit duas
mulieres peccatrices, sed pœnitentes, post con-
fessionem in sancta Communione albâ stolâ ve-
stiti, splendidas habere facies, totumque corpus
magno lumine coruscare. Causam petijt ab an-
gelo sibi apparente, ab eoque audiuit, illas per con-
fessionem & lacrymas diuinum meruisse numerum.
Confessio ergo pœnitentes in diuinum calitum
numerum transfcribit.
ANNVLV M] aureum, qui index est hominis, li-
beri & diuitis, vel nobilis, æquè ac calceamem-
tum: serui enim incedebant sine calceis nudipe-
des; liberi verò calceati.
VITVLVM SAGINATVM] Græcè, vitulum illum,
scilicet singularem, quem saginari iussit in festum
& epulum aliquod solemne, quale nunc oc-
curret.
Porrò hæc omnia, stola prima, annulus, calcei
& vitulus saginatus, significant Primò, gaudium
patris, id est Dei, & angelorum exultationem de
peccatore pœnitente & conuerso: Secundò, pec-
catorem in eumdem, aut etiam meliorem quàm
ante peccatum habuerat, statum à Deo clemen-
tissimo restituit.
Possunt tamen sigillatim singula ita adaptari
cum S. Augustino, Hieron. Beda, vt per stolam
primam accipiamus non innocentiam: hæc enim,
æquè ac virginitas semel amissa, nullâ Dei po-
tentiâ reparabilis est; sed pristinam gratiam &
charitatem. Vnde Interlin. stolam primam inter-
pretatur vestem Spiritus sancti, quæ nos certifi-
cat de hereditate immortalitatis habenda. S. Am-
brosius, amicū sapientiæ; S. Augustinus, digni-
tatem quam perdidit Adam,
Per annulum accipe imaginem Dei expressam,
quàm variij in varijs virtutibus collocant. Annu-
lus, ait Beda, sinceræ fidei signaculum est. Annulus, ait
S. Chrysoft. in Catena, est signaculi salutæ symbo-
lum, & desponsationis insigne, & nuptiatum pignus.
Annulus, ait Glossa, est signaculum fidei, quod signatur
promissa in cordibus credentium. Et Interlin. Annulus
est signaculum similitudinē Christi, & expressio verita-
tis, Annulus, ait S. Augustin. est Spiritus sancti pignus:
gratia enim participatio significatur per digitum. Vide
quæ de symbolis annuli dixi Gen. 41. 42. Jerem.
22. 24. & Aggæi 2. 24. In manum, id est, in operi-
bus, ait Interlin. vt per opera fides clarescat, &
per fidem opera confirmantur: manibus enim
fiunt opera.
Per calceamenta in pedibus, significatur prom-
ptitudo & cursus ad actus virtutum, præsertim
ad prædicationem Euangelij. Pœnitentes enim
maximè sitiunt aliorum pœnitentiam & salutem.
Ita S. Hieron. Ambros. Beda & S. August. lib. 2.
Quæst. Euang. Calceus, ait, est properatio euan-
gelizandi, ad non tangenda terrena, vt per lubri-
cū mundi, ait S. Chrysoft. fixus incedat; vitæ
cursus, in Scriptura pes appellatur. Rursus cal-
ceamenta sunt exempla pitorum, quæ dum quasi
pedis gressum monstrant, muniunt & roborant
ad eadem imitandum.
Vitulus saginatus est Christus, tum in Eucharis-
tia iustos æquè ac peccatores post pœnitentiam
carne sua pascentis & saginatum suis sanctis in-
spirationibus alijsq; mille modis pœnitentes, & re-
cens conuersos miris consolationibus oblectans
& pulcens. Ita Interlin. Christus, inquit, est vitulus

A] saginatus, omni spirituali virtute opimus, vt pro totius
mundi salute sufficit. Et Chrysoft. Christus vitulus
dicitur, ob immolati corporis hostiam, saginatus, quia pro
totius mundi salute sufficit. August. 2. Quæst. Euang.
Christus, ait, vitulus saginatus, id est, opprobrio
satiatus: præcipit pater eum adduci, id est, prædi-
cari & occidi, id est, eius mortem infinuari: tunc
enim cuique occiditur, cum eredit occisum.
ET MANDVCEMVS ET EPVLEMVR] Deus, inquit
Euthym. edere dicitur, ad letitiæ communicationem.
Nulla enim, ait S. Hier. epist. 146. potest esse inuidi-
tas, nisi Patre nobiscum celebrante conuinium. Patris
autem cibus, ait Beda, est salus nostra. Audi S. Am-
brosium: Paternus est cibus salus nostra, & patris gau-
dij nostrorum redemptio peccatorum. Et Glossa: Resectio
Dei & Sanctorum est salus peccatorum: nota
quod post datam stolam, annulum & calceamenta, vi-
tulus immolatur; nisi enim quis se primæ immorta-
litatis induerit & annulo fidei opera munierit, & fidem
confitendo prædicauerit, celestibus non potest. Sacramen-
tis interesse.
QVIA HIC FILIVS MEVS IMORTVVS ERAT, VERS. 24.
ET REVIXIT: PERIERAT, ET INVENTVS EST. ET
COEPERVNT EPV LARI] Mortuus, per culpam pro-
dignitatis & luxuriæ; reuixit, per gratiam pœni-
tentiæ. Epulum hoc, vt dixi, non aliud significat,
quàm ingens gaudium Dei & angelorum de
peccatore conuerso. Homines enim carnales sua
gaudia ponunt in epulis; caelestes enim delicias
ignorant, quia eas numquam gustarunt.
ERAT AVTEM FILIVS EIVS SENIOR IN AGRO: VERS. 25.
ET CVM VENIRET ET APPROPINQVARET DO-
MVI, AVDIVIT SYMPHONIAM ET CHORVM: ET
VOCAVIT VNUM DE SERVIS, ET INTERROGAVIT
VERS. 26. QVID HEC ESSENT?
ISQVE DIXIT ILLI: FRATER TVVS VENIT,
ET OCCIDIT PATER TVVS VITVLVM SAGINA-
TV M: QVIA SALVVM ILLVM RECEPIT. INDI-
GNATVS EST AVTEM, ET NOLEBĀT INTRO-
IRE. PATER ERGO ILLIVS EGRESSVS COEPIT
ROGARE ILLVM] Indignatio hæc & murmur
senioris filij, id est, iustorum, emblema est para-
bolæ, vt ostendatur æquitas huius gaudij Dei &
angelorum de peccatore conuerso: siue, quid
murmurantibus de tanta pœnitentium gratiâ
& gloriâ, iuste respondere possit Deus. Ostendit
siquidem huiusmodi indignatio, ait Euthymius,
quod tantam demonstrat circa eos qui respicunt gra-
tiam & gaudium, vt ceteris inuidiam mouere possit.
Sic quoque Theophyl. ac Titus & S. Chrysoft.
in Catena: nam aliqui certum est, iustos non
inuidere peccatoribus pœnitentibus gratiam &
gloriam, sed potius mirè de ea gaudere & exul-
tare. Simile ostendit Matth. 20. 11. in murmure
operariorum primò venientium ad vineam. Aut
potius indignatio hæc & murmur senioris signi-
ficat inuidiam & murmur Phariseorum, qui se
putabant iustos, & Christo obmurmurabant,
quod peccatores reciperet & foueret. Hęc enim
tota parabola huius fuit occasio, æquè ac sco-
pus, vt patet ex initio capituli. Ita S. Hieron. Ian-
senius & alij.
Pari modo significatur hic Iudæorum inui-
dia & murmur contra Apostolos, qui Euangelium
à Iudæis incredulis transfulere ad Gentiles. Ita
S. Ambrosius: Iudæi, ait, Gentibus beneficium
paternæ benedictionis inuiderunt. Et S. August.
lib. 2.

C

D

Calceamem-
ta quid si-
gnificent?

Vitulus sa-
ginatus est
Christus.

lib. 2. quæst. Euang. quæst. 33. & sequ. Indignatur, ait, & nunc, & non vult intrare. Cum verò plenitudo Gentium introierit, egreditur pater, ut etiam omnis Israel saluus fiat. Ita & S. Hieronymus. *Senior, ait Ambrosius, dicitur, eò quòd citò aliquis per inuidiam conueniat.* Inuidebat enim senior fratri iuniori, ut patet ex sequenti. Porro inuidia exedit & cor odit hominem, itaque facit ut citò senescat. Idem facit amor, sed altero ex capite, quia scilicet spiritus vitales dissipat, & effundit. Vnde proverbium: *Amantes repenti senescunt;* &, ut ait Theocritus, *Amantes in diem senescunt.*

Amantes citò senescunt.

AVDIVIT SYMPHONIAM] Arabicus, *concentum musicum*, hoc est, ut explicat S. Augustinus loco iam sæpè citato, audiuit Apostolos Spiritu sancto plenos, consonis vocibus Evangelium prædicantes: legit aliquem Prophetarum, & in eo quærens quodammodo interrogat: Vnde ista festa in Ecclesia celebrentur, in qua se esse non videt? S. Ambrosius verò: Audiuit, inquit, plebis Christianæ concordiam concinentis, & de peccatore saluato lætitiæ suavitatem resonantis: foris stat, eò quòd malevolentia eum excludit. Et Glossa: Symphonia Ecclesie, ait, est diuersarum ætatum & virtutum concordia, indeque chorus, id est, exultatio & quasi spirituale tripudium.

Tropolog. vide Salmeronem tom. 7. tract. 27. & 28. *Hoc conuiuium, ait S. Hiero. epist. 146. quotidie celebratur, quotidie pater filium recipit, semper Christus credentibus immolatur.*

PATER ERGO ILLIVS EGRESSVS, COEPIT ROGARE EVM] Symbolicè, notat Deum per Christum & Apostolos inuitasse & rogasse Phariseos & Iudæos Christo incredulos, ut in Christi Ecclesiam ingrederentur, ibique communi fidelium epulo & gaudio fruerentur; sed illud facere noluerunt ex odio & inuidia, tum Christi à se crucifixi, tum Gentilium in Christum credentium; idiplum autem facient in fine mundi conuertendi ab Elia. Ita S. Augustinus. Mirare hic Dei bonitatem erga Iudæos. *Quam benignus, ait S. Hieron. epist. 146. & clemens pater! rogat filium, ut læticia domus particeps fiat.*

VERS. 29.

AT ILLE RESPONDENS, DIXIT PATRI SVO: ECCE TOT ANNI SERUIO TIBI, ET NUMQUAM MANDATVM TVVM PRÆTERIVI, ET NUMQUAM DEDISTI MIHI HOEDVM, VT CVM AMICIS MEIS EPVLARER.] *Seruo tibi, Syrus addit, seruitutem, nimirum seruibant Iudæi in oneribus legis in tot illustrationibus, oblationibus, victimis, ceremonijs, &c.*

ET NUMQUAM MANDATVM TVVM PRÆTERIVI] Responsum hoc notat mendacem arrogantiam & ingratitude Iudæorum: qui sua opera legis iactabant, & Dei beneficia plurima in se collata obliuiscuntur: mentiuntur enim se numquam Dei mandatum præterisse, cum plurima prætercant, ac quasi non sit præterire mandatum, *saluti fratris inuidere, ait S. Hiero. epist. 146. Simili arrogantia Phariseus iustificat seipsum, ac despicit Publicanum, Lucæ 18. 11. Ita S. Ambros. Verum tamen est Iudæos non præterisse mandatum de vno Deo colendo, quia idola non coluerunt, sicuti Gentiles, vti explicat S. August. loco citato, & Interlinealis.*

ET NUMQUAM DEDISTI MIHI HOEDVM] *Hædus quædrupes.* Hædum hunc symbolicè variè explicant Patres. Primò S. Hieron. epist. 146. q. d. Nullus sanguis Prophetæ vel sacerdotis, à Romanorum imperio & iugo nos liberauit: & pro luxurioso filio, id est, pro Gentibus, pro peccatoribus totius creaturæ gloriosus sanguis effusus est. Secundo, Theophyl. Hædum, ait, id est, persequentem me peccatorem numquam decreuisti mei causâ mastrandum esse. Tertio, S. Augustinus, q. d. Numquam te, ô Christe, mihi ad refectonem dedisti: eò quòd te hædum, id est, peccatorem, & legis Mosaicæ præuaricatorem estimauit. Quarto, S. Ambrosius, Iudæus, ait, hædum requirit, Christianus agnum: ideò illis Barabbas soluitur, nobis agnus (Christus) immolatur.

VERS. 30.

SED POSTQUAM FILIVS TVVS HIC, QVIDE-VORAVIT SVBSTANTIAM SVAM (græcè σὴ, id est, tuam; sic & Syrus, quam tu scilicet illi dedisti) CVM MERETRICIVS, VENIT, OCCIDISTI ILLI VITVLVM. SAGINATVM] Acculant Pharisei Deum & Christum de vitio acceptionis personarum, quòd indignos dignis, putâ Gentiles & peccatores Iudæis & Phariseis, præterat; sed falsò: nam Gentiles & peccatores per fidem in Christum & pœnitentiam, faciebant se dignos Euangelio & gratiâ Christi; Pharisei verò per infidelitatem, superbiam & inuidiam illâ se faciebant indignos; vnde illi à Christo electi, hi reprobari sunt, Matth. 20. 16.

VERS. 31.

AT IPSE DIXIT: FILI TV SEMPER MECVM ES, ET OMNIA MEA, TVA SVNT] Arabicus, *omnia quæ sunt mihi, sunt tibi in tua potestate sunt, tibi mecum, communia. Omnia, intellige legem, Prophetas, eloquia diuina, ait S. Hieron. Adde, veram vnus Dei fidem & cultum, veram Ecclesiam, omnia eius bona, &c. hæc enim possidebat Israel. Sensus est, q. d. Tu in domo mea quasi filius, omnibus meis bonis mecum ad libitum vtis & fruëris: non ergo inuidere debes fratri tuo, nec agrè ferre quòd ego ex omnibus bonis mihi & tibi communibus, vnum vitulum in gratiam fratris tui ex longinqua regione reuertit occiderem, præsertim eum ad eundem te quoque inuitauerim. Vnde addit S. Ambrosius & Interlin. Omnia mea tua sunt, scilicet, si fratri tuo desinas inuidere. Nam, ut ait S. Augustinus loco citato: *Cupiditas nihil sine angustia, nihil cum angustia charitas tenet: cum beatitudinem istam obtinuerimus, nostra erunt ad viuendum superiora, nostra erunt ad conuincendum equalia, nostra erunt ad dominandum inferiora. Causam dedit superius, dicens: Sic enim à perfectis & purgatis, ac iam immortalibus filiis habentur omnia, ut sint & omnium singula, & omnia singulorum.* Hanc enim bonorum & gaudiorum omnium communicationem Beatus in celo præstabit, tum perfectissimus amor mutuus & charitas, tum plena beatitudo & gloria.*

VERS. 32.

EPVLARI AVTEM ET GAVDERE OPORTEBAT: QVIA FRATER TVVSHIC MORTVVS ERAT, ET REVIXIT: PERIERAT, ET INVENTVS EST] Iustissima est ratio, q. d. Hic mihi filius, tibi frater est: nuper vitius diffuens, ideòque morti & gehennæ addictus. Iam pœnitens Deo, gratiæ, salutis & cælo restituitur: quare illi non inuidere & ob-

& obmurmurare, sed me æquè ac te cum totâ familiâ epulari, congratulari & congaudere oportet. Iam Christus Phariseis parabolam hanc sibi applicandam relinquit. *Elie, enim, ait Theophylactus, scopus parabola est propter Phariseos obmurmurantes, quod peccatores susciperet, docere, quod etiam si iusti simus, non repellendi sint peccatores, neque obmurmurandum, recipiente illos Deo. Et paulò su-*

perius: *Dicit igitur per præsentem parabolam Dominus Phariseis, quasi in hunc modum: Eslo, vos iusti sitis, sicut filius ille beneplacens patri: obsecro vos iustos & mundos, ne obmurmuretis in salute filiorum: est enim & ille filius. Itaque Phariseorum mentem instruit, ut, etiam si iusti ipsi essent, & omnia mandata Dei perfectissent, gratuita ferre non deberent, suscipi peccatores.*

CAPVT DECIMVMSEXTVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Christus discipulos hortatur ad studium beneficentiæ & bonorum operum per duas parabolas. Prima est villici iniqui, v. 1. Secunda est diuitis epulantis, vers. 19.

1. Dicebat autem & ad discipulos suos: Homo quidam erat diues, qui habebat villicum: & hic diffamatus est apud illum quasi dissipasset bona ipsius. 2. Et vocauit illum, & ait illi: Quid hoc audio de te: redde rationem villicationis tuæ: iam enim non poteris villicare. 3. Ait autem villicus intra se: Quid faciam, quia dominus meus aufert à me villicationem? fodere non valeo, mendicare erubescio. 4. Scio quid faciam, ut, cum amotus fuero à villicatione, recipiant me in domos suas. 5. Conuocatis itaq; singulis debitoribus domini sui, dicebat primo: Quantum debes domino meo? 6. At ille dixit: Centum cados olei. Dixitque illi: Accipe cautionem tuam: & sede citò, scribe quinquaginta. 7. Deinde alij dixit: Tu verò quantum debes? Qui ait: Centum coros tritici. Ait illi: Accipe litteras tuas, & scribe octoginta. 8. Et laudauit dominus villicum iniquitatis, quia prudenter fecisset: quia filij huius sæculi prudentiores filijs lucis in generatione suâ sunt. 9. Et ego vobis dico: facite vobis amicos de mammona iniquitatis: ut, cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. 10. Qui fidelis est in minimo, & in maiori fidelis est: & qui in modico iniquus est, & in maiori iniquus est. 11. Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis: quod verum est, quis crederet vobis? 12. Et si in alieno fideles non fuistis: quod vestrum est, quis dabit vobis? 13. Nemo seruus potest duobus dominis seruire: aut enim vnum odiet, & alterum diligeret: aut vni adhærebit, & alterum contemnet: non potestis Deo seruire & mammonæ. 14. Audiebant autem omnia hæc Pharisei, qui erant auari: & deridebant illum. 15. Et ait illis: Vos estis, qui iustificatis vos coram hominibus: Deus autem nouit corda vestra: quia quod hominibus alium est, abominatio est ante Deum. 16. Lex & prophetæ vsque ad Ioannem: ex eo regnum Dei euangelizatur, & omnis in illud vim facit. 17. Facilius est autem cælum & terram præterire, quàm de Lege vnum apicè cadere. 18. Omnis qui dimittit vxorem suam, & alteram ducit, mœchatur: & qui dimissam à viro ducit, mœchatur. 19. Homo quidam erat diues, qui induebatur purpura & bysso: & epulabatur quotidie splendè. 20. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius, vlceribus plenus, 21. cupiens saturari de micis, quæ cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat: sed & canes veniebant, & lingebant vlcera eius. 22. Factum est autem ut diues, & sepultus est in inferno. 23. Eleuans autem oculos suos, cum esset in tormentis, vidit Abraham à longè, & Lazarum in sinu eius: 24. & ipse clamans dixit: Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. 25. Et dixit illi Abraham: Fili, recordare quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu verò cruciaris. 26. Et in his omnibus inter nos & vos chaos magnum firmatum est, ut hi, qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neque inde huc transire. 27. Et ait: Rogo ergo te pater ut mittas eum in domum patris mei. 28. Habeo enim quinque fratres, ut restetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum. 29. Et ait illi Abraham: Habent Moysen & Prophetas: audiant illos. 30. At ille dixit: Non, pater Abraham: sed si quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent. 31. Ait autem illi: Si Moysen & Prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent.

Cornel. in Lucam.

Q

DICE-

VERS. I.

DICEBAT AUTEM ET AD DISCIPULOS SVOS: A
HOMO QUIDAM ERAT DIVES, QUI HABEBAT VILLICVM: ET HIC DIFFAMATVS EST A PV-
DILLVM, QVASI DISSIPASSET BONA IPSIVS.] Dice-
bat autem, postquam Pharisaeos mui murantes de
paenitentium receptione, ait Beda, tribus para-
bolicis redarguit, quartam & quintam de eleemo-
sina danda, & parsimonia sequenda, subiungit.
Nam ut ait Glossa: Pharisaei superbi & auari, vti
paenitentibus veniam, ita egentibus pecuniam
negabant.

AD DISCIPVLOS SVOS] ad suos auditores, qui se eius disciplinae subdabant, etiam si sua omnia non relinquerent, vti fecerant Apostoli. Ita Titus.

VILLICVM] Graece, *oikonomos*, id est, magistrum vel praefectum domus; Arabicus *administratorem*. Villicus ergo hic non erat villae colonus, aut agricola, vel vinitor, sed totius substantiae domus, dominiq; sui, ac consequenter villae, vel villarum eius administrator & dispensator. Vnde S. Hieronymus ad Algal. quae est. 6. pro villico, vel, vt in Graeco, *oikonomos*, vertit, *dispensator*; pro villicare, vertit, *dispensare*: & pro villicatione, *dispensatione*. Villicus ergo hic erat omnium heri sui bonorum, villarum & agrorum heri sui colonis & agricolis elocabat, vti patet ex sequent. Audi Varronem libr. 1. de Re rustica. c. 2. Villicus agri colendi causa constituitur, atque appellatur à villi: Villa, quod ab eo in eam conuehuntur fructus & euehantur cum veniunt.

A quo rustici, etiam nunc quoque viam, Vellam appellant, praepter uecturas: & Vellam, non Villam, quod vellunt, & vnde vellunt.

Quocirca S. Ambrosius moraliter notat, dicitque: *In quo ipsi discimus, non ipsi esse domini, sed potius alienarum villici facultatum.* Et Theophylactus: *Primum hoc discimus, quod non sumus domini diuitiarum, sed dispensatores alienarum rerum, ut illas bene dispensemus sicut ipse imperat.* Licet enim apud homines sumus domini opum nostrarum, tamen respectu Dei qui summus est dominus, earum sumus dispensatores; quia ipse eas nobis frugaliter & utiliter in nostros, & deinde in pauperum vtilis dispensandas tradidit, atque dispensationis earum exactam à nobis in morte & iudicio rationem exiger. Hinc Apostolus 1. Corinth. 4. 2. *Sic nos, inquit, existimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Hic iam quaeritur inter dispensatores, ut fidelis quis inueniatur.* Omnes enim dotes omniaque bona quae habemus, non nostra, sed Dei sunt, quia ea nobis dedit: quare illorum non sumus domini absolute, sed dispensatores; quia ea non ad libitum, sed ex voluntate & praescripto Domini Dei erogare & dispensare debemus. Habes ergo insigne ingenium, acre iudicium, firmam memoriam, sapientiam, eloquentiam, &c. illorum es villicus, non dominus: quia illa non tua sunt, sed Dei dona. Vide ut illis recte vtare ad Dei voluntatem & honorem, ut ipsi de ijs exactam, quam ipse à te reposcet, rationem reddere valeas. Audi S. Chrysostomum in Catena: *Erronea opinio est, possideri à nobis ut dominis res huius vitae, & ut bona propria. Sumus enim velut hospites & aduena, quibus nunc descendendum est, & dispensatores alienorum: quare nobis villici humilitas & modestia assumenda est:*

nil enim est nostrum, sed omnia sunt datoris Dei.

DIFFAMATVS EST] Graece, *διαβήτης*, id est, *accusatus est*; Arabicus, *delatus est*: vnde diabolus, idem est quod *accusator*, quia nos apud Deum accusat, siue verè, siue falsò & per calumniam: imple ergo est calumniator omnium operum nostrorum, Apoc. 12. 10. Hæc accusatio fit, ait Interlin. quando quis non exercet opera pietatis erga illos, quibus debuit; non ergo de malè factis dumtaxat accusamur apud Deum, sed & de bonis quæ facere debuimus, omisissis. Villicus enim nihil omittere debet, quod ad officium sibi commissum, & heri utilitatem pertinet.

DISSIPASSET] epulando, potando, ludendo, donando; similibusq; modis illicitis, sibi que vitis.

ET VOCAVIT (dominus eius, vti exponit Sy-

VERS. 2.
rus) ILLVM, ET AIT ILLI: QVID HOC AVDIO DE TE? (te dissipare, vel potius dissipasse bona mea) REDDE RATIONEM VILLICATIONIS TVÆ] Graece, *τὴν οικονομίαν*; Arabicus, *τὴν ἀδministrationem*; scilicet quantum receperis, & quomodo illud expenderis.

IAM ENIM NON POTERIS VILLICARE] Id est, vt S. Hieron. amplius enim dissipare, & administrare meas opes & facultates non poteris: quia pro iam, graece est, *ἐτι*, id est amplius. Vnde Arabicus, *quia tu nō eris mihi amplius administrator. Iam ergo idem est quod amplius*, tam hic, quam c. 15. 19. & c. 5. 14. ac Marci 12. 34.

Idem dicit Christus cuique in morte; scilicet: *Redde rationem villicationis tuæ*, id est, vitae, tui status, officij tibi commissi, tui temporis, tui ingenij, ceterarumque dotum, quas Deus tibi dedit, vt ijs vtaris ad eius gloriam, & tuam aliorumque salutem.

Climacus gradu 4. narrat Ioannem (postea Abbatem) cum ingrederetur monasterium, prima nocte vidisse quosdam per somnum, terribilem à te rationem exigere; nimirum debitum librarum auri centum, quare per triennium dedit se obedientiae, patientiae & iniuriarum tolerantiae: quo factò reuelatum est ei, decem libras ex debito esse sublatas: quare maiori feruore austeritatis, obedientiae, ceterisque virtutibus incumbens per tredecim annos, ijs exactis, vidit quosdam sibi apparentes, qui à Deo missi nunciabant, debitum omne illi esse remissum. Idem gradu 7. de Iuctu, narrat mirum quid & terribile de Stephano Abbate, qui in solitudine per 40. annos magnà sanctitate vixerat in ieiunijs, lacrymis, orationibus, adeò vt leopardum manu suâ nutrebat. Hic enim pridie quàm moreretur, repete, inquit Climacus, animo obstupuit, apertiisque oculis ad dexteram atque ad sinistram partem lectuli circumspectabat: & quasi rationem quidam à se exigerent, cunctis qui adstantibus audientibus, aciebat aliquando quidem: *Ita sanè, sic reuera est, sed pro hoc tot annis ieiunauit. Aliquando verò: Non verè, sed mentimini; hoc non feci.* Deinde rursus: *Vt me accusatis.* In quibusdam etiam aliquando aiebat: *Ita sanè, & quidem ad hæc quid dicam non habeo, ideo misericordia est.* Et erat prosectò spectaculum horrendum ac terrificum, inuisibile illud læuissimumque iudicium.

AIT AVTEM VILLICVS INTRA SE: QVID FACIAM QVIA DOMINVS MEVS AVPERT

VERS. 2.

visio Ioannis Abbatis.

Stephano Abbati moribundo, peccata obicern.

A ME

VERS. 4.

SCIO QVID FACIAM, VT, CVM AMOTVS FERRO A VILLICATIONE, RECIPIANT (debitores heri mei) ME IN DOMOS SVAS] scilicet remittendo eis partem debitorum, ac eorum quantitatem imminuendo, eaque de re dando eis syngraphum, vt ipsi propter hanc meam in eos beneficentiam, licet fraudulentam, & hero iniquam, vicissim me villicatione priuatum beneficiè excipiant & alant.

VERS. 5.

CONVOCATIS ITAQVE SINGVLIS DEBITORIBVS DOMINI SVI, DICEBAT PRIMO: QVANTVM DEBES DOMINO MEO? AT ILLE DIXIT: CENTVM CADOS OLEI. DIXIT QVE ILLI: ACCIPE CAUTIONEM TVAM: ET SEDE CITÒ, SCRIBE QVINQVAGINTA.

CENTVM CADOS OLEI] Cados, vel, vt graece est, batus, erat mensura liquidorum, sicut corus aridorum: licet autem batus maior esset cado, siue metreta, vt vertit hic, Syrus: cados enim 60. batus verò 72. continebat sextarios: tamen subinde vnum pro alio accipitur. Vnde S. Hieronymus in cap. 45. Ezech. Decima pars cori, ait, in liquidis vocatur batus, siue cados. Corus autem, siue homer, continebat triginta modios: ita enim Noster vertit Leuitici 27. vers. 16. idemque colligitur ex Septuag. Ezech. 45. v. 11. Vide quae de mensuris & ponderibus congesti in fine Pentateuchi.

ACCIPE CAUTIONEM TVAM: ET SEDE CITÒ, SCRIBE QVINQVAGINTA] Cautionem; graece, *ὑπόθηκα*, id est, scriptum, litteras; vti vertit Interpretes v. 7. scilicet syngrapham, manu tuâ olim scriptam vel subscriptam, quâ testatus es te debere hero meo centum cados. Vulgus obligationem vocat, id est litteras obligatorias: hæc vocantur cautio, quia per has cauctur creditor, ne debitor ei debitum negare possit. Sensus est q. d. Syngrapham obligatoriam, quâ olim mihi tradidit testaris te hero meo debere centum cados olei, ecce, tibi reddo: accipe ergo eam & lacera, ac pro ea scribe aliam, qua tantum fatearis te debere quinquaginta: ita herus doli nescius, à te tantum reperet 50. tibi seruabis, eosque mecum diuides.

VERS. 7.

DEINDE ALII DIXIT: TY VERÒ QVANTVM DEBES? QUI AIT: CENTVM COROS TRITICI. AIT ILLI: ACCIPE LITERAS TVAS (cautionem, siue syngrapham tuam, de qua v. 5.) ET SCRIBE OCTOGINTA.] Corus, siue homer, continet decem ephi, ephi autem continet tria sata, id est, tres

Cados & batus, quidi.

Corus quæ mensura?

Cautio, quia hic.

Cornel. in Lucam.

A modios. Ezech. 45. 11. Corus ergo continebat 30. modios.

Symbolicè, S. August. lib. 2. Quaest. Euangel. q. 34. *Quod autem, inquit, de centum cados olei quinquaginta scribitur de debitore, & de centum coris tritici octoginta, ad nihil aliud valere arbitror, nisi vt ea quæ similiter in sacerdotes atque in Levitas Iudæi, quisque operatur in Ecclesia, abundet iustitia eius super Scribarum & Pharisæorum, vt, cum illi decimas darent, isti dimidias dent: sicut non de fructibus, sed de ipsis bonis suis facit Zachæus. Aut certe duplicet decimam, aut duas decimas dando superet impendia Iudæorum.*

VERS. 8.
ET LAUDAVIT DOMINVS VILLICVM INIQUITATIS, QVIA PRVDENTER FECISSET: QVIA FILII HVIVS SÆCVLI PRVDENTIORES FILIIS LVCIS IN GENERATIONE SVA SVNT] Dominus, id est, herus villici, fraudem eius ex seruis vel aliunde sciens; non Christus Dominus, vt vult Erasmus. q. d. Herus villici laudauit villicum iniquum, quòd prudenter sibi consuluerat, licet per fraudem & damnum heri. Laudauit autem non factum, vt pote iniustum, sed prudentiam, vel tolerantiam, industriam & ingenium subtile villici; sicuti cum ingeniosum audimus facinus, damnamus scelus, laudamus ingenium.

QVIA FILII HVIVS SÆCVLI PRVDENTIORES FILII LVCIS, id est, fidei, putà fidelibus & sanctis (hi enim opponuntur filijs tenebrarum siue sæculi) IN GENERATIONE SVA, hoc est in genere suo, SVNT] scilicet in temporalibus, & maxime in malis, v. g. dolis, fraudibus, & malis artibus. Est hebraismus. Verè dixit vir sapiens: *In rebus temporalibus sumus Solones, in spiritualibus moriones; in terrenis lynces, in caelestibus rapæ. Prudentiores sunt filij sæculi,* ait S. Augustinus lib. 11. de Genesi ad litteram cap. 2. ad consilendum sibi in posterum, quamuis fraude, non iure. Ratio à priori est, quia in hominibus viget sensus & cupiditas rerum terrenarum: mens verò & spiritus languet, deprimitur & hebetatur, partim à corpore, partim à sensu & cupiditate; quò fit, vt mundani sequentes ductum sensus & cupiditatis, viuaciores & solertiores sint in temporalibus bonis sibi prouidendis, quam spirituales & sancti, qui ductum mentis & spiritus sequuntur, sint in spiritualibus sibi procurandis: spiritualia enim, cum sint recondita, nec oculis cernantur, vix mentem humanam feriant.

Iam quod ad applicationem parabola: attinet, nota scopum eius in genere esse, vt dicatur contra auaros Pharisaeos, vt docet Christus versu nono & decimo quarto, cuique, vel alijs auaritiã extundat, ac doceat affectum ab amore diuitiarum abstrahere, illasque in pauperes erogare. Monet enim hic Christus diuites, ceterosque omnes, vt meminerint se non esse plene iure dominos, sed tantum dispensatores bonorum Dei. Ideoque prudenter & sedulo illa expendant per eleemosynas, vt per eas peccata expiant, ac Deo rationem villicationis suæ, id est, vniuersi Christiani officij, & vitæ, atque ac opum & facultatum, exactam reddere possint; itaque ab eo laudari, praemiari & beari mereantur. Neque aliã ratione villicus hic nobis

VERS. 8.

applicatio parabola villici.

Q 2 imi-

imitandus proponitur : nam in fraude & iniustitia, quam hero suo intulit, neminem licite eum imitari posse clarum est.

Quocirca S. Augustinus lib. 2. Quæst. Euang. quæst. 34. censet Christum hic argumentari à minori ad maius. q. d. Si villicus hic tam solenter in terra sibi prouidit de annonâ, multo magis pro vita æterna nos deceat esse solertes, vt de meritis quibus in ea viuamus sumus solliciti. Rursum: si hic villicus, licet fraudulentus & iniustus, laudatus fuit ab hero ob hanc solertiam & prouidentiam, multo magis nos à Deo laudabimur, si per eleemosynam iustam nulli damnum sed commodum multis afferamus. Cetera sunt emblemata. Ita S. Augustinus, Euthymius, Maldonatus, Iacobus & alij. Audi S. Augustinum: Si laudari potuit ille à domino qui fraudem faciebat, quanto amplius placeat domino Deo, qui secundum eius preceptum illa opera faciunt: sicut etiam de iudice iniquitate, qui interpellabatur a vidua, comparationem duxit ad iudicem Deum, cui nullâ ex parte index iniquus conferendus est.

Docet ergo hæc parabola Primò, diuites tantum esse administratores opum suarum, atque à simili vel pari quolibet hominem bonorum suorum, scilicet virium, ingenij, facultatis, aliarumque dotum non esse dominum, sed tantum esse dispensatorem. Secundò, quemque suis donis & donibus à Deo acceptis vt, illaque expendere debere iuxta Dei domini nostri voluntatem, ad ipsius honorem & gloriam. Tertio, quemque in die iudicij non tantum malorum commissorum, sed & bonorum per negligentiam omnium Christi iudicij exactam rationem redditurum esse; quare quisque videat ne quid mali admittat, vel boni omitat. Hic generalis est parabola scopus; particularis verò est is, quem subiicit Christus vers. sequent. vt ibidem explicabo.

VERS. 9.

ET (id est, sic, vel simili parue modo: rō enim est, necit simile simili, putâ parabolam rei per eam significata) ego vobis dico: FACITE VOBIS AMICOS DE MAMMONA INIQUITATIS, VT, CVM DEFECERITIS, RECIPIANT VOS IN ÆTERNA TABERNACULA. Est hæc post parabola siue applicatio parabola, significans particularem & præcisum eius scopum, finem & fructum. q. d. Sicut audistis villicum, qui bona heri sui dissiparat, ideoque amouendus erat ab hero à villicatione sua, per opes iniquitatis, id est, iniquè & iniuste à se usurparas, & hero suo surreptas, eleemosynam fecisse debitoribus heri sui, vt amotus ab officio, ab ijs in domum reciperetur & aleretur: sic & vos, qui opes dotisque vobis à Deo datas malè ijs vtendo dissipastis, per mammonam, id est, opes iniquitatis, id est, iniquas; non ob rapinam & furtum, vt fuisse illa istius villici, sed alio titulo & respectu (quem mox explicabo) facite eleemosynam pauperibus, vt, cum per mortem defeceritis, & amoti fueritis ab hac vitâ, eiusque officij, ipsi vos recipiant in æterna cæli tabernacula.

Vbi Nota. Ludit Christus in voce iniquitatis; alio enim modo villicus habebat opes iniquitatis: villici enim iniquitas erat fraus, iniustitia, furtum & rapina: nobis verò hæc opum iniqui-

tas non est iniustitia actualis, sed planè aliud, vt iam dicam.

FACITE VOBIS AMICOS DE MAMMONA INIQUITATIS. Id est, de opibus quæ iniquæ sunt, idque quadruplici sensu & causa. Primò, quia opes sæpè per iniquitatem, id est, fraudem, usuras, iniustos contractus, rapinas parentum, auro- rum, vel etiam proprias corrogatæ sunt, iuxta illud: Omnis datus, aut iniquus, aut iniqui heres, quod citat S. Hieronymus epist. 150. ad Hedibiam quæstione prima. Iam sæpè ignorat filius, vel nepos, hanc iniquitatem parentum vel auro- rum, aut certè nescit cui facienda sit restitutio: tunc ergo pauperibus illa restituere & erogare debet. Hinc S. Hieronymus in Matthæi cap. 6. Diuitia, ait, vocantur mammona, quia de iniquitate collectæ sunt, quasi mammona deriuetur ex m̄m̄, id est, a, & m̄m̄, id est, inopia, à radice m̄m̄, id est, iana, id est, vim inuilit: licet eymona, verius deriuetur à m̄m̄, id est, abscondit: inde etiam addito mem heemantico hebraicè vocatur m̄m̄, id est, mamon, & chaldaicè elisâ licetâ ter euphonice causa, mammon, & mammona: q. d. Thesaurus absconditus; solent enim opes & nummi abscondi. Secundò, diuitia vocantur iniquitatis, siue iniquæ, id est, infidæ & fallaces per hebraismum, quia vanæ sunt & mendaces, non veræ, non fideles & stabiles, sed illico posse flores deserunt & ad alium herunt transeunt. Tertio, iniquitatis: quia diuitia sunt materia & illecebræ fraudum, furtorum, omnique peccati præsertim iniquitatis & iniustitiæ. Quarto, iniquitatis, quia iniqui & impij putant eas solas esse diuitias, non enim norunt diuitias & cælestes. Ita S. Augustinus serm. 35. de Verbis Domini. Hæc omnes causas spectat hæc Christus.

Porro Christus opes vocat mammonam iniquitatis, id est, Plurimum, qui à Gentilibus colebatur quasi deus diuitiarum. q. d. Aurum vobis est quasi idolum, quod vos ô diuites auari amatis, & quasi adoratatis; sed scitote illud idolum esse iniquitatis, id est, vanum, mendax & fallum: illud ergo confingite & in pauperes erogate, vt illi Deum æternarum opum largitorem vobis concilient. Vide dicta Matth. 6. vers. 24.

VT CVM DEFECERITIS, vitâ, & officio dispensandi vestrum mammona, id est, vestras opes. Ita Theophylactus, Titus, Euthymius. Vnde Syrus vertit, cum defeceris, scilicet mammona à vobis, quod fiet in morte vestra, RECIPIANT VOS. Id est, scilicet amici, quos vobis fecistis per mammonam iniquitatis eis erogatum, putâ pauperes: hi enim, si sancti sunt & recepti in cælum, eodem vos suis precibus & meritorum communicatione recipient: sin autem pauperes sint impij, in cælum vos propter eleemosynæ meritum recipient, non ipsi, sed ij quorum est recipere, putâ Christus, beata Virgo, & sanctissimi Angeli. Sic enim Hebraei sæpè suppositum verbi subticent, quasi ex circumstantijs sit cognitum & manifestum.

Porro Christus propriè de pauperibus probis & sanctis loqui videtur: quia scilicet, sæpè tales sunt pauperes: nimirum pauperes

censti, sed diuites sensu, gratiâ & spiritu; idque ne putent diuites se beneficium dare, sed potius accipere à pauperibus: dant enim eis nummum, sed recipiunt cælum. Vnde S. Gregor. l. 2. Moral. c. 14. Debemus cogitare, ait, quod patris potius nos recipientis in æterna tabernacula munera offerimus, quam egenis dona largimur.

Pauperes sunt cæli ianitores.

Rursum hinc discet pauperum esse cælum, nõ tantum quod ipsi eo potiuntur, sed quod & ipsi alios, scilicet benefactores suos, eodem introducant. Pauperes ergo sunt ianitores cæli iuxta illud Christi: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum, Matth. 5. vide ibi dicta. Idque habent non tam ex merito suo, quàm ex dono singulari Dei. Ita S. August. l. 2. Quæst. Euang. q. 38. Non propria potestate quasi gratis dando recipiunt, sed promissione atque permissione illius, qui eos consilio præmonuit, vt sibi amicos facerent, & qui se ipsum pastorem, hospitio recipi, visitari in vnoquoque minimorum suorum, liberatoris bonitate dignatus est.

Æterna tabernacula, inquit Theophyl. pauperibus in Christo constituta, sunt in que possunt recipere eos, qui hîc ipsi amici de bonis, que sunt Dominica, largimur. Felix permutatio, cum temporaria permutantur æternis. Quare Chryl. in Catena: Ars artium, inquit, peritissimâ, est eleemosyna; non enim nobis domus fabricat luteas, sed vitam æternam impendit.

VERS. 10.

QVI FIDELIS EST IN MINIMO, ET IN MAIORI FIDELIS EST: ET QVI IN MODICO INIQVVS EST, ET IN MAIORI INIQVVS EST. Nota: Hæc & similes sententiæ prouerbiales practicæ prudentiæ (vt dixi in Prouerb.) non semper, sed sæpè & communiter veræ sunt: ac significant vulgò homines ita iudicare solere, & suorum seruorum vel amicorum fidelitatem in magnis, primò in paruis prætentare.

Modicum & minimum sunt bona temporalia: magnâ & maius spiritalia.

Iam per modica & minima Christus intelligit bona temporalia, per magna verò vel maiora intelligit bona spiritalia, tum gratum facientia, tum gratis data, vt est munus euangelizandi. q. d. Vt non remoueamini à villicatione spiritali, vt villicus ille iniquus à villicatione temporali amotus est v. 2. Aut etiam vt ad eam admoveamini, si necdum admoti estis, curate vt vos primò probetis in rectâ administratione temporalium, vt scilicet ea per eleemosynas, iuxta mentem Dei Domini vestri distribuatis in pauperes: sic enim explicat Christus versu sequenti. Hactenus enim egit, ac deinceps ager de laude eleemosynæ, & auaritiæ fuga. Hoc est quod ait Paulus 1. Tim. 3. 5. Si quis domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei diligentiam habebit? Porro Christus videtur hic taxare Pharisæos infidelitatis, tam in opum dispensatione, quàm in doctrinâ legis diuinæ populo tradenda, quodq; ipsi ob auaritiâ indigni sint suo gradu, quia infideliter eo funguntur, praeque docent populum, vt vidimus Matth. c. 5. & 23. imò eum à vero Messia auertunt. Nam contra Pharisæos hæc dici, patet ex v. 14.

VERS. 11.

SI ERGO IN INIQVO MAMMONA FIDELIS NON FVISTIS: QVOD VERVM EST QVIS CREDET VOBIS? Arabicus contrariè & affirmatiuè habet, si ergo fideles fuistis in bonis iniquitatis, quis crederet vobis in veritate dicenda? docenda? Sed videtur esse mendum typographi, ac pro fuistis legendum nec Cornel. in Lucam.

gatiuè, non fuistis, vt legunt Noster, Græcus & Syrus. Sensus est q. d. Si auarè & perperam opes caducas & fallaces erogatis in pauperes, verum, id est, opes veras, scilicet spirituales & cælestes, putâ doctrinam legis, populi instructionem, fidei & cultus Dei curam ac propagationem, quis crederet vobis? Mammonam enim vocat iniquam, id est, fallacem, caducam & fallam, quia specie & fuce verarum opum homines fallit: nec enim mentem explet, & citò perit, ac facile à furibus aliòque casu eripitur, illumque opponit mammonæ verò, id est, diuitijs spiritalibus, quæ sunt veræ & stabiles, pretiosæ & æternæ, quæ à nemine homini inuito eripi possunt, vt docet Apostolus 1. Timoth. 6. 7. Ita Theophyl. Euthym. Beda hic, ac S. Irenæus, Cyprian. Cassian. Gaudent. quos citat & sequitur Maldon.

ET SI IN ALIBO FIDELIS NON FVISTIS, QVOD VESTRVM EST, QVIS DABIT VOBIS? Idem ferè dicit, sed alia parabola vel phrasî: mammonam, quem versu præcedenti vocauit iniquam, hic vocat alienum. Porro opes temporales vocat alienas. Primò, quia alienæ sunt à naturali & spiritali, qualis est homo, cum finit inanimis & corporales, putâ æthæ, auræ, argenteæ; quare non tam hominis, quàm mundi sunt opes, quas homo à mundo vt accepit in vita, sic

in morte eidem reddet. Secundò, respectu Dei, quia à Deo illarum non tam domini & proprietarij, quàm administratores, & rerum alienarum dispensatores constituti sumus, vt eas alijs gentibus iuxta Dei voluntatē partiamur. Ita Titus: Opum copiam, inquit, alieni nomine designat, quando quidem opibus affluere, si hominis naturam spectemus, ab homine alienum est. Si cui autem adsum, extrinsecus & quasi per accidens adueniunt. Sunt, ait Ambrosius, aliene ab hominum natura, quia non sunt homini perpetuæ, neque nobiscum nascuntur, neque nobiscum transeunt. Et S. Augustinus lib. 2. Quæst. Euang. q. 35. Alienas, inquit, appellat terrenas facultates, quia nemo eas secum moriens aufert. Nihil inuisibile in hunc mundum: haud dubium quod nec auferre quid possumus, (1. Timoth. 6. v. 7.) Denique Euthym. Alienum nominat terrenas diuitias, quippe quæ apud illum non permanent, qui est eas affectus. Iam S. Hieronymus epist. 151. ad Algal. q. 5. sic exponit. q. d. Si carnales diuitias, quæ labuntur, non bene dispensatis, veras æternasq; diuitias doctrinæ Dei quis crederet vobis? Et si in ijs, quæ aliena sunt (alienum autem est à nobis omne, quod seculi est) infideles fuistis, ea, quæ vestra sunt, & propriè deputata homini, quis vobis credere poterit? Vnde corrigit auaritiâ, & dicit eum, qui amat pecuniam, Deum amare non posse: igitur & Apostolis, si velint amare Deum, pecunias esse contemendas.

Alium sensum magis genuinum, mox in fine huius versus subiungam. QVOD VESTRVM EST] Ita vocat opes spirituales & bona cælestia, quia hæc propria sunt homini, eumque sanctificant, perficiunt, beatant, & in cælum ducunt, ac in æternum cum eo permanent. Nostrum vocat, cælestes diuitias, ait Euthymius: similiter Theophylactus: Nostra sunt diuitia cælestes & diuina, illic nosler ministratus est, eo quod homo ad imaginem Dei est conditus; pecunie autem & possessiones

Q 3

aliena sunt : nihil enim simile illi ex his. Diuinarum autem honorum finitio & participatio Dei, nostra sunt.

Dices : Homines magis amant propria, ideoque magis & fidelius ea custodiunt, quam aliena, quomodo ergo contrarium hic significat Christus? Respondeo, Vis argumenti Christi patet Primò, in sensu parabolæ, qui est q. d. Si in bonis temporalibus non fuistis fidelis dispensatores, quomodo eritis in spiritualibus & cælestibus? quis ergo cælestia & diuina vobis dare audebit. Secundò, eadem vis patet in ipsa parabola, quia in alienis rebus administrandis homines diligentiores & cautiorese esse solent, quam in proprijs, tum quia in res alienas minus iuris & libertatis habent quam in suas; tum quia ex iustitiâ ad id tenentur; cum scilicet res alienæ ipsorum curæ committæ sunt: tunc enim si pereant, ipsi damnum domino illarum prestare & resarcire debent: res verò proprias custodire non tenentur ex iustitiâ, sed tantùm ex prudentiâ vel charitate: quare si per eorum imprudentiam vel negligentiam pereant, ipsis pereunt, nec ulli alteri rem perditam restituere tenentur: tum denique quia maiori infamitæ se exponunt in alieno, quam in suo: si enim aliquem eis creditum pereat, vocabuntur in suspitionem, non solum infidelitatis, sed & furti. Rectè ergo argumentatur Christus, dicitque: Si in alieno fuistis infideles, quod vestrum est quis dabit vobis? q. d. Si infideles fuistis in opibus temporaneis, quæ à vobis quasi aliena sunt, erogandis in pauperes; Deus non dabit vobis opes cælestes, quæ vestra, id est vobis destinata, congruæ & propriae sunt: qui enim aliena rapit aut perdit, sua perdere meretur. Nam vt solèrter aduertit Dionys. Carthusianus, de bonis vitæ dixit Christus versu superiore: Quis credit, seu committet, quia illis vtendum est, ita vt reddenda sit de vsu ratio: de bonis autem patriæ seu gloriæ, hic dicit, Quis dabit, quia his non est vtendum, non sunt hæc ulterius referenda, nec proinde de eis reddenda ratio, sed semel datis intencissimè & quietissimè fiendum, atque inhærendum. Versum sequentem de seruicndo Deo & mammonæ: exposui Matth. 6. 24.

VERS. 14. AVDIEBANT AUTEM OMNIA HÆC PHARISEI, QUI ERANT AVARI (græcè, φιλάργυροι, id est amantes argenti) ET DERIDEBANT ILLUM] Græcè, ἐμωπύελλον, id est, subannabant quasi contracto naso: μωπύε, enim est natus: atq; hic est gestus fastidientis, spemntis, vasi è & callidè iridentis, iuxta illud Horatii libr. 1. Sermon. satyr. 6.

Ignotus naso suspendit adumco. Tales sunt nasones, nasuti & nasica: vnde Scipio à nasi magnitudine cognominatus est Nasica:

Et pueri nasum rhinocerotis habent. Syrus, Pharisei autem cum hac omnia audissent, propterea quod essent amantes argenti, iridebant eum. Sic & Arabicus.

VERS. 15. ET AIT ILLIS: VOS ESTIS QUI IUSTIFICATIS VOS CORAM HOMINIBUS: DEVS AUTEM NOVIT CORDA VESTRA: QVIA QVOD HOMINIBVS ALTVM EST, ABOMINATIO EST ANTE DEVM] Iustificatis, id est, iustitiam præ vobis fertis, simulatis, ostenditis, iactatis, captatis; in externis cæremoni-

nijis religiosi & scrupulosi, in externis verò cupiditatibus effrænes & irreligiosi. Deus autem novit corda vestra plena esse hypocrisis, avaritiæ, iuperbiæ, gula, luxuria.

QVIA QVOD HOMINIBVS ALTVM EST, id est, splendidum, magnum, mirabile, qualis est exterior species, ficta modestia, simulata pietas & sanctitas, quam præ vobis fertis, ô Pharisei, ABOMINATIO EST ANTE DEVM] q. d. Simulata vestra religio, ô Pharisei, plebi simplici est admirabilis, sed abominabilis Deo, qui intenciam vestram hypocrisin, superbiam, avaritiam, luxuriam, &c. clarè introspicit, detestatur, abominatur & execratur.

Cetera quæ apud Lucam sequuntur vsque ad v. 19. hoc loco & tempore non sunt dicta à Christo, sed eo quem assignat Mattheus, illaque in diuersa tempora distribuit, vti videre est Matth. 11. 12. & c. 5. 12. & c. 10. v. 11. vbi ea expliciunt.

HOMO QUIDAM ERAT DIVES, QUI INDEVBATVR PVRPVRA ET BYSSO, ET EPVLABATVR QVOTIDIE SPLENDE] Notat S. Chryost. hom. de diuitis & Lazaro, hæc pertinere ad vers. 13. de laude elemosynæ: quare post illa statim hæc Christus subiunxisset videtur; cetera verò intermedia eo loco pronunciatæ, quo extant apud Matth. vt dixi. Scripsit S. Chryost. hæc de re quatuor insignes homilias de Lazaro, quæ extant in fine tom. 2.

HOMO QUIDAM] Quæres, an hæc sit parabola, an vera historia? Resp. esse veram historiam. Primò, quia Christus eam non vocat parabolam, vti facere solet in parabolis, sed narrat quasi veram historiam. Secundò, quia mendicus hic nominatur Lazarus, diues verò epulo vocatur Nicens, vt habet Hebræorum traditio, ait Euthym. Tertio, quia damnatio & tormenta diuitis ita planè hic narratur, vt omnino videatur esse historia. Quarto, quia in honorem huius Lazari, quasi Sancti, & leprosoꝝ vlcerosoꝝque patroni, plures vetustæ varijs in locis extant ecclesiæ, ac in primis Romæ extra urbem & portam Angelicam extat ecclesiæ & hospitale S. Lazari pro cura leprosoꝝ. Quintò, quia ita censent Tertull. Ireneus, S. Chryostomus, S. Gregorius, Clemens Alexandr. Origenes, Ambrosius, Euthym. quos citant & sequuntur Franc. Lucas, Maldonatus, Barradius, Vinc. Regius & alij: licet S. Iustinus, Theophylact. Eucherius contrarium opinentur, scilicet hanc esse parabolam, non historiam; quia scilicet in hac historia quadam parabolica & symbolica ex hominum vsu inferuntur, vt de lingua diuitis, de guttâ aquæ, de digito Lazari, &c.

Porro diues hic videtur fuisse Iudæus, vti ex v. 24. & 31. vbi Moÿsen nominat, & Abraham inuocat, colligit Euthym. qui & addit Hebræos tradere, illum vixisse tempore Christi, ideoque de eo Christum recentem hanc narrare historiam, vt magis percellat auditores, doceatq; contemnere opes & delicias exiles & breues huius vitæ.

INDEVBATVR PVRPVRA ET BYSSO] Purpura pretiosa est & augusta: vnde vestis erat regum & principum. Purpura ergo notat diuitis in vestitu luxum, atque ac fastum, quòd vestiretur vt rex vel princeps: Byssus notat eius delicias

Diuitis Epulonis & Lazari vera historia.

Diues Epulo fuit Iudæus.

& mollitiem: byssus enim est genus lini candidissimi & mollissimi. Audi S. Gregorium homil. 40. in Euang. Et sunt nonnulli qui cultum subtilium pretiosarumq; vestium non putant esse peccatum. Quid si videbitur culpa non esset, nequaquam sermo Dei tam vigilanter exprimeret, quòd diues qui torquebatur apud inferos, bysso & purpura indutus fuisset. Nemo quippe vestimenta pretiosa, nisi ad inanem gloriam querit, videlicet vt honorabilior ceteris esse videatur.

ET EPVLABATVR QVOTIDIE SPLENDE] Græcum ἐφελύττει, & duo significat. Primò, gaudebat & hilaris erat; Secundò, epulabatur. Vnde Arabicus vertit, & incundè vitam ducebat quotidie, & splendèdè vivebat. Vtrumque faciebat diues; nimirum ad epulas lautas adhibebat musicos, parafitos, odores, tibias, citharas, tripudia, & quidquid gaudium augere poterat, in eo collocans suam felicitatem, nec cogitans de altera futura, ac fortè eam non credens; vivebat enim vt atheus & Epicureus, iuxta illud: Ede, bibe, lude: post mortem nulla voluptas. Quales depingit Iob c. 21. v. 12. dicens: Tenent tympanum & citaram, & gaudent ad sonitum organi: ducunt in bonis dies suos, & in puncto descendunt ad inferna. Porro S. Gregor. l. 1. Moral. c. 4. docet contiua sine culpa celebrari non posse. Penè enim semper inquit, epulas comitatur voluptas. Nam cum corpus refectionis delectatione resoluitur, cor ad inane gaudium relaxatur. Vnde scriptum est: Sedis populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. Penè semper epulas loquacitas sequitur: cumq; venter reficitur, lingua non refrenatur. Vnde rectè diues apud inferos aquam appetere desiderabit. In conuiujs ergo peccatur gula, lasciuia, detractio, superbia, inuidia, &c.

VERS. 20. ET ERAT QUIDAM MENDICVS, NOMINE LAZARVS, QVI IACEBAT AD IANVAM EIVS, VLCKERIBVS PLENVS] Arabicus, & pauper erat, cuius nomè Lazarus: erat proiectus ad portam illius, percussus vlcibus.

LAZARVS] Narratio, ait S. Ambrosius, magis videtur quam parabola, quando etiam nomen exprimitur. Et Cyrillus in Catena: Refert, ait, traditio Iudæorum, fuisse tum temporis Lazarum quemdam Hierosolymis, extrema pressum inopia & infirmitate, ideoq; vocatus videtur Lazarus, quasi omnium ope & adiutorio indigens, & ad illam flagitandam expositus, vti exponitur vlcibus mendici. Mendicus substantia pauperissimus, sed patientia & virtute ditissimus. Ita Chryost. hom. 2. ad Populum. Lazarus enim hebraicè dicitur לַאזָר, id est, ad adiuvandum, hoc est ad adiutorium postulandum palam expositus. Vnde S. Chryost. S. August. Lazarus, inquit, idem est quod adiutus, vel potius adiuuandus: Lazarus enim omnibus obijciens sua vlcera, re ipsa clamabat: Fideles videtis meam miseriam, adiuuate me.

IACEBAT] Græcè ἐβλήθη, id est, proiectus erat & portectus, extensusq; quasi spirans cadauer, quod se mouere nequirit, vnde à baiulis mouetur & proiectur ante fores diuitum vel templorū. Iacebat abiectus, ait Titus, neglectus, prostratus, pro nihilo habitus, omni cura omnique humano præsidio prorsus destitutus, idque assidue & quotidie per singulos dies, vt videtis enim diues, ait S.

Lazari etymon.

Chryost. eiusq; miseriam obseruari posset & exiens & reuertens. Quæ in re, ait S. Greg. hom. 40. Dominus duo iudicia explicuit, nimirum maiorem diuitis immiseriordis damnationem, & maiorem Lazari miseri probationem & remunerationem. Quantas namque, inquit, hunc egenum & vlcibus obsessum, tentationes credidit in sua cogitatione tolerasse, cum ipse egeret pane, & non haberet etiam sanitatem, atque ante se diuitem ceruere salutem & delicias habere cum voluptate, se dolere & frigore affici, illum gaudere conspiceret, bysso & purpura vestiri; se deprimi vlcibus, illum affluere acceptis rebus; se egere, illum nolle largiri? Quantas, pariter, fratres mei, tunc in corde pauperis tumultus tentationis fuit, cui cerèd ad penam successisset paupertas, etiam si sanus fuisset; & rursum successisset agritudo, etiam si subdidum adesset? sed vt probaretur amplius pauper, simul hunc & paupertas agritudo labefecit, atque insuper videbat precedentem diuitem obsequentiis carnis circumfulcari, & se in infirmitate & inopia à nullo visitari.

VLCKERIBVS PLENVS] non solum pauper, sed etiam aeger, ait S. Gregorius. Græcè, ἰλαμμήθη, id est, vlceratus, vlcibus plenus & refertus, instar leprosi. Vnde multi censent Lazarum verè fuisse leprosum: quæ de cautâ leprosi & leprosoꝝria hunc S. Lazarum, quasi patronum colunt & inuocant, ab eoquè Lazari & Lazaretta nuncupantur: Opponit summæ prosperitati diuitis summam afflictionem Lazari; iste enim Epulo erat ditissimus, hic mendicus egentissimus: ille purpura & bysso vestiebatur, hic lanie & vlcibus purpurabatur: ille quotidie epulabatur, hic famè conficiebatur.

CVTIENS SATVRARI DE MICIS, QVÆ (cau & temerè) CADEBANT DE MENSA DIVITIS, ET NEMO ILLI (non sub mensa diuitis, vt aliqui pingūt, sed ante fores eius iacenti) DABAT: SED ET CANES VENIEBANT, ET LINGEBANT VLCERA EIVS] vt pure eius fruerentur, ait Franc. Lucas; itaque dolore non modico afficiebant nudum & imbellem. Non solent canes nisi inuitati hominis vitæ ac videntis corpus lambere: verum ad hunc iacentem accurrebant, tamquam ad proiectum nudumque cadauer, vt sanie vel sanguinem lingerent, quo libenter vescuntur. Nec verò ipse eos valebat abigere, aded erat fractus viribus, ait S. Chryost. Lazarus ergo inferior erat canes; tum quia vt canis iacebat ad fores diuitis, nec tamen gaudebat micis mensæ, quas colligunt canestum quia canes eum lingendo cruciabant, ac ipse suo sanguine pascens canes, ab eis quasi deuorabatur. Alioqui canes lambendo vlcera, si moderatè id faciant, illa emundant & sanant. Vnde S. Chryost. Per se mites (canes) lambunt vlcera, inquit, quæ nullus dignabatur lauare & conreflere, multò minus diues Epulo. Nam, vt ait S. Ambrosius, sunt diuites conditionis humanæ immemores, ridet inopes, & egentibus insultant, & quorum misereri decet, his auferunt.

S. Chryostomus homil. 1. de Lazaro, nouem atroces Lazari afflictiones & cruciatus enumerat. Prima, inquit, fuit extrema eius paupertas, vt nec micæ diuitis obtinere posset. Secunda, grauis agritudo: totus enim erat vlcerosus, totus exhaustus & tabidus, vt ne canes quidem

Cruces Lazari nouem. Prima. Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Sexta.

Septima.

Octava.

Nona.

VERS. 12.

Ministerium Angelorum...

dem posset abigere; sed vinum cadaver iacebat, videns quidem eos accurrentes...

Tertia, quod ab omnibus, etiam illis qui ei assistere debebant, erat desertus.

Quarta, quod iaceret ante fores diuitis quotidie splendide epulantis...

Quinta, erat crudelitas diuitis, qui abundans rerum copia, Lazarum tamen tam miserum...

Sexta, quod nullum haberet ærumnæ socium: hæc enim locietas solet leuare ærumnæ grauitatem...

Septima, quod illo æuo obicura erat resurrectionis fides & spes...

Octava, quod hæc non semel, nec vno die, sed continuo per plures dies & septimanas pateatur.

Nona, quod iacturam famæ toleraret: multi enim cenfebant illum tanta pati ob ingentia scelerum...

Lazarus similis in doloribus & vicibus, æque ac in patientia fuit S. Lydwina Schiedamensis in Hollandia...

FACTVM EST AVTEM VT MORERETVR MENDICVS, ET PORTARETVR AB ANGELIS IN SINVM ABRAHÆ...

ET PORTARETVR] scilicet quoad animam separatam à corpore vlceroso...

Nota hic Angelorum ministerium esse, animas sanctas à corpore separatas ducere in cælum. Idè patet ex Vitæ Sanctorum...

A eundem in delictis: vidistis illum in fame, videte in multitudine affluentia...

IN SINVM ABRAHÆ] vt hospitem Lazarum, apud hospitem Abraham intitus diues, osor hospitum haberet...

Quæres quis est sinus Abraham, & vbi situs? Sinus Abrahamus est locus quietus, in quo post mortem recipiuntur...

Dicitur sinus Abraham Primò, quia filij suauissimi in sinu parentum quiescunt...

Secundò, quia Abraham promissa fuit benedictio & beatitudo hæc...

Tertio, quia Abraham hospitalitate excellit: hinc ab eo quasi in sinum recipi meruit peregrinus...

Quia ergo Lazarus in terra fuit pauperissimus & contemptissimus, hinc in cælo euasit ditissimus & honoratissimus...

Porro Theologi passim docent, limbum patrum fuisse supra Purgatorium & infernum...

Secundò, quia Abraham promissa fuit benedictio & beatitudo hæc, & fidelibus omnibus in iplo, vt patet Gen. 22. 18.

Cur sic dicitur ip sinu parentum...

Secundò, quia Abraham...

Tertio, quia Abraham...

Porro Theologi passim docent...

trum fuisse supra Purgatorium & infernum. A Franciscus Suarez probabiliter opinatur...

SERVLTVS EST IN INFERNO] Qui prius habuerat animam crapula sepultam & desossam in corpore, ait S. Chrysothomus...

IN INFERNO] Id est in Purgatorio, ait Iacobus Faber Stapulensis...

Dices, nullum hic legitur peccatum diuitis, nisi quod quotidie sit epulatus...

Respond. Epulari per se tantum est peccatum veniale, sed ex adiunctis sæpè est mortale...

Quid hic infernus?

Quoddam peccatum diuitis Epulonius?

libidine, detractione, fastu, ac præsertim immiseria & contemptu pauperum. In hac incidere necesse est eum, qui totus seruit ventri...

Hinc sanctus Basilius sermone primo de Ieiunio: Time, inquit, delicias; Epulo enim ille non ob iniustitiam...

ELEVANS AVTEM OCVLOS SVOS, VERS. 23;

CVM ESSET IN TORMENTIS, VIDIT ABRAHAM A LONGE, ET LAZARVM IN SINV EIVS] Græcè additur, ἐν τῷ ἔδῳ, id est, in inferno...

erat

erat augmentum diuitem inueneri in tot bonis: ita nunc diuiti degeni in tot miseris additio suppliciorum est, videre Lazarum in tantis bonis.

Porro S. Gregorius homil. 40. & ex eo Glossa: Credendum est, ait, ante iudicium conspici ab iniustis iustos quosdam in requie, ut de illorum bono crucientur, iusti vero semper in tormentis iniustos inuentur, ut eorum gaudium crescat, dum malum conspiciunt quod misericorditer euaserunt.

VERS. 24. ET IPSE CLAMANS DIXIT: PATER ABRAHAM, MISERERE MEI, ET MITTE LAZARVM, VT INTINGAT EXTREMVM DIGITI SVI IN AQVAM, VT REFRIGERET LINGVAM MEAM, QVIA CRVCIOR IN HAC FLAMMA] Clamans: Quia magna poena magnam vocem reddebat, ait S. Chrysostomus.

PATER ABRAHAM] Abraham inuocat quasi patrem. Erat enim Iudaeus, ideoque prognatus ex Abraham. Sermonem non dicit ad Lazarum, ait Theophylactus, quia erubesceret, & putabat eum reminisci malorum.

MITTE LAZARVM] Erras in s. r., ut Chrysost. Abraham mittere non potest, sed suscipere: ecce diues indiget paupere: adueniente morte, & solio spectaculo huius vitae, omnes larnis egestatis & diuitiarum depositis ex solis operibus diuiduntur, quinam veri sint diuites, qui pauperes. Rursum S. Chrysostomus: tam itaque ait, supplex diues factus est pauperi, reus tamen communitatis, & qui Lazarum cum proximo esset praeteribat, nunc procul absente inuocat. Commutationem hanc graphicè depingit Isaias c. 65. v. 13. Ecce serui mei comedent, & vos esurietis, &c. Vide ibi dicta.

VT INTINGAT EXTREMVM DIGITI SVI IN AQVAM, ad aliquod licet exiguum dolorum leuamen & solamen: ET REFRIGERET LINGVAM MEAM] quæ quia olim arsit concupiscentia gulæ & iactantiæ, inquit Chrysostomus, & loquacitatis, ait Interlin. idcirco nunc adter incendio gehennæ, quia per qua quis peccat, per hæc & torquetur, Sapient. 11. 17.

QVIA CRVCIOR IN HAC FLAMMA] summis & ineffabilibus tormentis, tum ardoribus incendij, tum sitis ardentissimæ. Audi Chrysologum ferm. 124. Si te, inquit, iam possides totum ignis inferni si te flamma gehennæ complectitur, quare solius lingua assibus desideras subueniri? Quia magis inquit, lingua uritur & ardet, quæ insulauit pauperi, quæ misericordiam denegauit. Addit Salsianus l. 3. ad Eccles. diuitem optasse omnibus opibus suis redimere vel vnam horam cruciatu sui. Et quid dicam, inquit, voluisse, ut interminabile illud malum redimeret facultatibus suis! Plus dico aliquid: Voluerat omnem substantiam suam tradere, ut posset in flammis vnius saltem horæ requiem comparare. Quomodo non quantolibet pretio mercari requiem proptaret, qui paruum refrigerij guttam tam magno ambitu postulabat?

Apic. S. Augustinus sermone 110. de Tempore, desiderauit guttam, à quo ille micam; & quantum dilexit opulentiam, non inuenit misericordiam; voluit subuenire fratribus suis semper vecors, sero misericors: nihil omnino quod postulauit accepit. Idem sermone 227. Diuitis purpurati iuge frater, exemplum, cuius carnes pauper Lazarus suis vulneribus pauit, & micæ cadentes de mensa diuitis non accepit. Sed post non longum

A temporis interuallum mutatae sunt vices. Pauper beatitudinem emit mendicitate, & diues supplicium facit: ille in Abrahæ gremio de angelis eleuatur, diues verò ad inferni profunda perducitur. Totum diuitis corpus flammis gehennæ consumitur, & sola lingua amplius cruciatur. Ideo sine dubio in lingua maiorem sentit ardorem; quia per eam superbe loquendo contempserat pauperem. Ipsa enim lingua, quæ noluerat dicere, ut elemosyna pauperi donaretur, grauius gehennæ flammis excruciat. O diues quæ fronte quævis guttam, qui noluisse porrigere micam; in se nunc exigeres si dedisses. Et inferius: Iusto iudicio vicem tibi reddo: quia iudicium sine misericordia ei, qui non fecit misericordiam. Et S. Gregorius hom. 40. Qui vulnerato pauperi mensæ suæ vel minima dare noluit, in inferno postus usque ad minima querenda peruenit: nam & guttam aquæ petiuit, qui micæ panis negauit. Et S. Basilus in Catena: Condignum, ait, pro minium redditur diuiti, vice byæ sonantis, gemitus: vice potus, desiderium stille.

Quæres, quomodo hic anima Epulonis separata à corpore dicitur habere linguam, æquæ ac anima Lazari digitum, atque sicut ardetque, anima quæ situm digito Lazari per aquam releuari potulat?

Primò, Tertullianus libr. de Animâ cap. 2. Respond. censet animam hominis esse corpoream: quare habere suam linguam, digitos & oculos. Verùm hic est error: constat enim animam hominis esse spiritalem, ac purum merumque spiritum.

Secundò, Hugo, Ætherianus l. 2. de Regressu animarum ex inferi. cap. 12. putat animas separatas habere quædam simulacra corporum & membrorum, sicut speculum habet simulacra obiectorum; & hæc à Christo hic vocari membra. Sic & Ioannes Huartus medicus in Examine ingeniorum, censet animas pati ignem, quia habent simulacra membrorum, indeque sensationem.

Verùm dico Christum loqui parabolicè de Epulone, quasi corpus & membra haberet: cum tamen solâ animâ mensus sit in infernum: voluit enim Christus integra supplicia & præmia hominum, quæ post diem iudicij habituri sunt, ob oculos ponere, præsertim quia animæ supplicia non ita cognoscimus, nisi per supplicia corporis. Adde, voluit Christus congruam significare poenam Epulonis; scilicet eum qui linguâ delicatâ peccarat, linguâ pariter puniri. Denique ignis gehennæ virtute diuinâ sicut adurit dæmones, sic & animas hominum, vti tusè docet S. Greg. l. 4. Dial. c. 28. & sequent. Addunt nonnulli, ignem gehennæ in anima damnati producere sensationem & cruciatum similem illi, quem haberet in corpore, verbi gratia, in lingua si illi esset vnta; idque animæ in Purgatorio, dum vitis sua tormenta quasi corpora repræsentarent, ab ijs rogata, subinde confessa sunt. Cur enim Deus non posset facere, ut tentia anima sine corpore idem, vel simile, quod sentiebat in corpore, vel quod sentiret in corpore si illud haberet? Omnis enim sententia animæ, sed iam dum est in corpore, non est in corpore, sed in ipsa anima: anima enim sentit, videt, audit, non corpus. Vide

Vide dicta 2. Corinth. 4. v. 16. Vnde Franc. Lucas: Hoc intelligendum est, inquit, tali poena affectam fuisse Epulonis animam, qualem sensisset si corpore mortali igni tradito, lingua sitim passa fuisset: affligitur enim anima imaginibus rerum à corpore tractis.

Denique hæc omnia parabolicè tantum significant extremam diuitis miseriam & cruciatum, nam alioqui nec Beati damnatos iuuare possunt, aut voluit, cum sciant id esse contra æternum Dei decretum; nec damnati id rogare aut petere queunt, vel audent: sciunt enim chaos magnum & impermeabile inter se & Beatos firmatū esse, vt ait Abraham v. 26. licet contrarium sentire videatur Iulius Firmicus lib. de Erroribus profanarum religionum.

Porro Abraham nulla miseri diuitis mouetur compassione, quia voluntati & iustitiæ vindictæque diuinæ planè se conformat. Iustorum beatitudinem, ait Glossa, non ossificat aspecta poena reproborum; quia cum iam compassio miserie non erit, munere bonorum letitiam non valebit. Et S. Gregorius homilia 40. Iustorum anima, inquit, quamuis visus nature bonitate misericordiam habeant, iam tunc actoris sui iustitiæ coniuncta tantâ reditudine consstringuntur, vt nulla ad reprobos compassione moueantur.

VERS. 25.

ET DIXIT ILLI ABRAHAM: FILI, RECORDARE QVIA RECEPISTI BONA IN VITA TVA, ET LAZARVS SIMILITER MALA: NUNC AVTEM HIC CONSOLATVR, TV VERÒ CRVCIA- RIS.

FILI, Vide, ait S. Chrysostomus, Patriarchæ bonitatem, Filium vocat; non tamen præbet auxilium ei, qui se remedio priuauerat. Nam, vt ait Nyssenus, quia non fuit miserius, idcirco non exauditur, nec eius vrbibus miserius est Abraham, imò nec Deus.

RECORDARE QVIA RECEPISTI] Græci addunt sù, tu, ad maiorem emphasim. q. d. Tu cum epulareris, noluisse recordari Lazari, nec Dei, nec cæli, nec gehennæ; at nunc recordare epularum tuarum, quæ te ad tartara duxerunt. Nam, vt ait S. Gregorius hic homil. 40. ad poenam suam ei & cognitio sentatur, & memoria. Cognoscit enim Lazarum quem despicit, fratrum quoque suorum meminit, quos reliquit; vt de visa despecti gloria, ait Glossa: de poena inutiliter amatorum amplius torqueatur. Abraham verò cognouit epulationes diuitis vel Lazarum id ei indicante, aut angelis vel spiritu Dei reuelante, ait S. Augustinus libr. de Cura pro mort. cap. 14. Hoc enim ad statum Abraham, vtpote patris & patriarchæ Iudæorum, pertinebat.

RECEPISTI BONA] Græca addunt σὺ, id est tua: sic & Arabicus; scilicet terrena, quæ scilicet tu vera bona estimabas, & quasi tua ambebas, negligens cælestia quasi remota & à te aliena. Ita S. Gregorius homilia quadragesima; Mali, inquit, in hac vita bona recipiunt. Omne enim suum gaudium, felicitatem transitoriam putant. Secundò, tua, id est tuis paucis & paruis bonis operibus, quasi mercedem debita. Significatur enim, ait Chrysostomus, diuitem si quid boni fecit, recepisse in hoc mundo. Lazarum verò si quid peccauit, dedisse poenas. q. d. Tu pro paucis bonis recepisti modica huius vitæ bona; Lazarus pro paucis peccatis recepit mala. Superest ergo vt La-

A tus pro reliquis patientiæ virtutumque bonis, deinceps consolationem æternam, tu verò pro reliquis epulationum tuarum sceleribus tormenta æterna recipias. Ita S. Gregorius homilia quadragesima: Mala Lazari, ait, purgavit ignis indopie, & bona diuitis remuneravit felicitas transiensis vitæ.

Tertiò, tua, q. d. Tu accepisti portionem bonorum tuorum in hac vitâ, ergo nil amplius expectes in futura: Lazarus verò non accepit portionem bonorum huius vitæ, ergo ei debetur portio bonorum futuræ vitæ. Sic enim Deus fortes electorum & reproborum iuste per iusticiam distributiua distribuit, vt electis cælestia & æterna bona, improbis & reprobis terrena & temporalia distribuat. Quare qui abundat opibus, delicijs, honoribus in terra, metuat se ijs priuandum in cælo: qui verò in terra ijs caret, eadem expectet in cælo. Id visioe pulchrâ reuelauit Christus S. Catharinæ Senensi: Obrulit ei enim duas coronas, vnam auream & gemmeam, alteram spineam, iustitque alterutram quam vellet eligere; sed hæc lege, vt, si eligeret in hac vita spineam, in futura gemmeam acciperet; si in hac vita gemmeam, in futura spineam expectaret: mox illi spineam accepit, capitique impressit: vnde iam nacta est gemmeam in cælo.

Inspice imaginem æternitatis, vbi ad palmam ducit crux, ad gladium voluptas.

Ad hæc Abraham verba exclamat S. Bernardus in Declamat. Expergissimini ebrj, & flere: terribilis enim Deus in iudicij super filios hominū. Hæcine cruciatuum causa tota, quod in hoc seculo bona recepisti? ipsa planè. Neque enim ad hoc nos de paradiso voluptatis animaduerso diuina eiecisse videtur, vt alterum sibi hic paradysum aduentio humana pararet. Homo ad laborem maris, si laborem refugit, non facit ad quod natus est, ad quod venit in mundum. Quid respondebit ei qui misit eum, qui instituit vt laboraret? Perurgerit idipsum, & causam assignat dum lubdit: Quid dicemus ad hæc si talis finis, & tale iudicium, vt extrema gaudij luctus occupet, numquid non præferenda sunt in hoc seculo mala bona: quippe, nec illa vera bona, nec illa vera mala, esse manifestum. Vera potius sententia Salomonis: Melius est ire ad domum luctus, quam ad domum contumij.

ET LAZARVS SIMILITER MALA] scilicet vlcera, dolores, morbos, pauperiem, famem, sitim, &c. quæ epulo & similes mundani æstimant mala, cum Lazarus & Sancti ea æstimant bona, quia sunt materia virtutis, felicitatis & gloriæ. Ita S. Thomas in Carena, Chrysostomus & alij: vnde Arabicus vertit, Lazarus fuit in afflictionibus suis.

NUNC AVTEM HIC CONSOLATVR (NON actiue, sed passive, id est, consolationem & gaudium accipit) TV VERÒ CRVCIA RIS] sitim, verme, igne, aliisque tormentis inexplicabilibus & æternis, quæ in vita non cogitasti, sed cogitare & timere debuisti: quia pro palatio splendido habes tartarum, pro epulis bufones & dracones, pro odoribus fetores, pro amicis & parasitis dæmones tortores & irrilores, pro musicis planctum horribilem, pro luce & solè tenebras cymmerias, pro bysso picem & sulphur, pro focijs damna-

Eligit S. Catharina Senensis spineam coronam.

In ergo æternitatis.

tos, qui instar canum ringentes se mutuo mordent & lacerant. Denique omnes tui sensus, omnia membra, omnes animæ vires & potentia, quas voluptate opplesti, iam cruciatibus sibi proptijs ijſque horrendis torquentur, sine fine per omnia sæculorum sæcula.

VERS. 26. ET IN HIS OMNIBVS (id est præter hæc omnia; Græcè *super hæc omnia*) INTER NOS ET VOS CHAOS MAGNYM FIRMATVM EST, VT HI QVI VOLVNT HINC TRANSIRE AD VOS, NON POSSINT, NEQVE INDE HVC TRANSMEARE.] Chaos, idem est quod confusio, miscella, incondita rerum congeries; græcè est *χῶμα*, id est hiatus, vorago, barathrum, quod Noster aptè vocat chaos: quia, ut ait Hesiodus chaos est, confusa quædam ab initio vntas, hians patensque in profundum. Ex eo & *χῶμα* Græcè, nos hiare dicimus. Tale chaos erat initio mundi, ut ostendi Genef. 1. v. 1. Hinc patet sinum Abraham, id est limbium patrum, longè distare ab inferno damnatorum, qui est in centro terræ. Vnde nonnulli censent vrimq; interiacere Purgatorium & limbium puerorum morientium in peccato originali.

Chaos quid?

Fortè etiam diuiti Epuloni à Deo ad maiorem eius cruciatum per visionem imaginariam ostensus fuit sinus Abraham, id est locus Beatorum in cælo, ad quem paulò post mortem Christi Abraham & Lazarus cum Christo ascensuri erant. Inter cælum enim stellatum & terram est spatium octoginta millionum milliariarum, vti ex Clauio ostendi Genef. 1. iam concaua cæli stellati superficies à conuexa eiusdem superficie, distat alijs octoginta millionibus milliariarum: hæc verò conuexa à cælo empyreo longè amplius distat. Inter infernum ergo situm in centro terræ & cælum empyreum, chaos, & quasi spatium immensum & homini impermeabile interiacer. Simile & immentum interiacer chaos cruciantis semper æternitatis.

Quantum distat cæli stellatum à terrâ.

Audi S. Cyprianum ferm. de Ascens. Dom. ad finem: *Immortales*, inquit, *miseri viuunt inter incensia, & inconsumentibiles flammæ nudum corpus allambent. Ardebit purpuratus diues: nec erit qui assuanti lingue stillam aquæ infundat. In proprio adipe fixæ libidines bullient, & inter sartagine flammæas miserabilia corpora cremabuntur: & omni tormento atrocibus desperatio condemnatos afflyet. Non miserentur vltra Deo neque tunc audiet poenitentes: serâ erit illa confessio, & cum clausa fuerit ianua, frustra carentes oleo aclambunt exclusi. Nullum ibi refrigerium, nullum remedium. Semel Christus descendit ad inferos, vterius non descendet. Non vltra videbunt Deum in tenebris sigillati. Irregressibilis erit illa sententia, & immutabile iudicium. & stabit damnationis huius immobile constitutum.* Vnde rectè admonet S. Bernardus ferm. 75. in Cantica: *Ergo tu & in medio gehennæ expectato salutem, que iam facta est in medio terræ. Quam tibi somnia pronenturam inter ardore sempiternos facultatem veniam promerendi, cum iam transijt tempus miserendi? non relinquitur tibi hostia pro peccatis, mortuo in peccatis. Non crucifigitur iterum filius Dei. Mortuus est semel, non iam moritur. Non descendit ad inferos sanguis, qui effusus est super terram: bibunt omnes peccatores terræ: non est quod sibi ex eo vendicent demones ad restringendos focos suos, sed neque homines socræ demonitorum.*

Mythicè, S. Ambrosius, Chrysoſtomus, Theopylactus, per chaos hoc à Deo firmatum accipiunt immutabilem firmitatem conditionis, & separationis Beatorum à damnatis à Deo decretam & sancitam. Ex Dei enim immobili decreto fit, vt damnati in inferno quasi in carcere ferreo & obliato compacti & conclusi sint, & in æternum à Deo, cælo, angelis, Beatis totoque mundo separati, & quasi excommunicati sint, vt nihil ab vlllo consolationis accipere queant: quæ ingens est eorum pœna & extrema desolatio, & desperatio, Apocal. 20. v. 1. Matth. 5. v. 25. Nam alioqui animæ separatae cum sint puri spiritus, æquè ac angeli, omne chaos, omnia saxa, omnia corpora suâ subtilitate penetrare & peruadere queunt. Vnde S. Gregorius homilia quarta. Et ex eo Interlin. *Inter diuitem, ait, & pauperem chaos est, quia post mortem nequeunt merita mutari, vt damnati transiant ad sortem Beatorum, aut vice versa.* Euthymius: *Hiatus*, inquit, *magnum dicit firmissimum Dei præceptum: tamquam ad modum hiatus prohibens horum & illorum commixtionem.* Titus: *Indicat discrimen quod inter iustos & peccatores intercedit: vt enim oppositi sunt illorum voluntates & studia, ita impermutabiles quoque eorumdem est status.* S. Augustinus libr. 2. Quæst. Euang. quæst. 38. *Significat receptis in carcere per incommutabilitatem diuinæ sententiæ, nullum auxilium misericordie posse præberi à iustis, etiamsi velint illud præbere.*

Allegoricè

Allegoricè: Lazarus facens ad ianuam diuitis repræsentat Christum, qui se ad aures superbissimas Iudæorum, ait S. Augustinus libro secundo Quæst. Euang. quæst. 38. *Inarnationis humilitate deiecit, cupiens saturari de micis, quæ cadebant de mensa diuitis. Et querens ab eis vel minima opera iustitiæ, quæ sua mensa, hoc est sua potestati, per superbiam non usurparent: quæ opera misericordie atque humilitatis quamuis minima, etsi non disciplina, & perseverantia vite bonæ, saltem interdum vel casu facerent, sicut mica de mensa cadere solent. Plera passiones sunt Domini ex infirmitate carnis, quam pro nobis suscipere dignatus est. Canes ergo qui ea lingebant, Gentes sunt, quos homines peccatores, & immundos dicebant Iudæi, & tamen passiones Domini in Sacramento corporis & sanguinis eius, per totum iam orbem sanctitate lambunt deuotissima. Sinus Abraham intelligitur secretum Patris, quod post passionem resurgens assumptum est Dominus: quod eum portatum ab angelis ideo dictum puto, quia ipsam receptionem, qua in secretum Patris abscessit, angeli annunciarunt discipulis intuentibus; dicendo enim: Quid statis assidentes in cælum? quid aliud dixerunt, nisi nullo modo posse oculos hominum vsque in illud penetrare secretum, quod ibat Dominus, cum in conspectu discipulorum ferretur in cælum?*

Symbolicè, idem S. Augustinus ibidem: *Dives Symbolicè epulo, inquit, sunt superbi Iudæi, purpura & byssus est dignitas regni, epulatio est splendida ineluctanda legis; Lazarus, id est adiuuus, Gentilis vel publicanus, qui tantò magis adiuuatur, quanto minus de suis viribus presumunt; canes, homines nequissimi, qui laudant opera mala, quæ in se aliis gemens detestatur: quinque fratres, Iudæi sub lege, quæ quinque libros scripta.*

Huc accedit S. Gregorius homil. 40. *Lazarus, ait, est Gentilis populus; vultus ruperio, est peccatorum.*

torum confessio; non dantur ei micæ diuitis, Gentiles enim ad cognitionem legis superbi Iudæi non admittent: canes, prædicatores & doctores, qui dum instruant, quasi vultus mentis per linguam tangunt; Abrahæ sinus, secreta requies: videri ibi Lazarum diues: infideles enim super se in regie fideles attendunt, idè longè, quia per meritum eo non attingunt; ardent in lingua, quia verba legis in ore tenuerunt sed non seruauerunt.

Tropolog.

Tropologicè, S. Ambrosius, *Lazarus pauper, ait, est vir Apostolicus, pauper in verbo, locuples in fide; micæ sunt dogmata fidei diuites Epulo est hereticus, qui diuitibus abundant sermonibus, linguam enim habet loquacem, sed mentem insipientem & aridam.*

VERS. 27.

ET AIT: ROGO ERGO TE PATER, VT MITTAS EVM IN DOMVM PATRIS MEI: HABEO ENIM QVINQVE FRATRES, VT TESTETVR ILLIS, NE ET IPSI VENIANT IN HVNC LOCVM TORMENTORVM.

Veritabile est hæc parabolicè dici, vti de lingua, digito & oculis, quibus carent animæ separate, dixi verſ. 24. Porro parabola hæc sumpta est ex communium hominum in hac vita viâ, quo fratres miseri fratibus suis cautum cupiunt, ne in eandem vel similem miseriâ incidant. Ad hoc autem huc inducitur, vt perarguat homines mundanos, qui vulgò ridet, aut parui æstimant & immittunt pœnas inferni, eo quod inde nemo eas narraturus ad nos redierit.

MITTAS EVM] Lazarum resumpto corpore, ut is, vtpote fratribus notus, atque oculatus omnium testis, imò occasio & causa, efficacius fratres moueat ad credendum & poenitendum. Simul significatur diuitem post mortem eguisse auxilio Lazari, quem in vita contempserat.

Porro quomodo animæ defunctorum viuentibus appareant, vide S. Augustinum lib. de Cura pro mortuis, Delirium in Magicis sub finem tonio 1. Petrum Thyrazum de Apparit. spirituum.

VT TESTETVR ILLIS] quàm grauitè hic crucietur ob meam epulacionem. Rursus testetur, id est, conuertetur illos, id est grauitè moncat & quasi adiuret eos, vt ab epulacione desistant & poeniteant, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum.

Quomodo possit hic diues damnatus optare salutem si aruit.

Dices, Damnati in extrema sunt desperatione, odio Dei & hominum, atque omnes & omnia, etiam parentes & socios, execrantur, nec cuiquam etiam amico vel fratri bene volunt, quomodo ergo diues hic optat fratres suos euadere pœnas inferni? Resp. Damnati nullum bonum, purâ nullum virtutis naturalis vel supernaturalis actum, elicere volunt, aut valent ex summo odio Dei omniumq; boni, & ex desperatione; possunt tamen velle aliquod bonum naturale, v. g. vt parentibus & fratribus suis bene sit. Vnde S. Chrysoſt. Ambrosius & Theophyl. putant diuitem hunc verè & sincero animo voluisse consulere fratribus: huc enim inclinat naturalis cognatio & fratrum amor: natura enim eadem manet in damnatis, actus ergo hic est actus nature, non virtutis, quia in actu hoc non spectant honestatem virtutis, siue bonum honestum, sed bonum nature dumtaxat, vt faciant animalia suos fetus nutriendo.

Respondeo Secundò & meliùs, Epulonem Cornel. in Lucam.

non tam fratribus, quàm sibi voluisse consulere malum enim fratrum æstimabat suum: nam damnatio fratrum eius damnationem & tormenta auxisset; vtpote qui eis epulacionis fuerat occasio & causa. Ita S. Gregorius, Lyranus, & alij. Addit Caictanus, Epulonem ex superbia, quament damnati hoc postulasſe, vt ipse si non in se, certè in fratribus suis esset excelsus & beatus.

Porro diues iste, ait S. Ambrosius, *seruus magister esse incipit, cum nec iam descendendi tempus habeat, nec descendendi.*

VERS. 29.

ET AIT ILLI ABRAHAM: HABENT MOYSEN ET PROPHETAS, AUDIANT ILLOS] q. d. Habent scripta Moſis & Prophetarum, quæ eis in synagoga legunt & explicant Scribæ & Pharisæi. Iam pridem enim Moſes & Propheta erant mortui.

VERS. 30.

AT ILLE DIXIT: NON (scilicet, satis est, ad eos in epulacione inueneratos conuertendum; vel non audient Moſen & Prophetas, vtpote iam mortuos (PATER ABRAHAM: SED SI QVIS EX MORTVVS RESURGENS) IERIT AD EOS, POENITENTIAM AGENT.] Loquitur de suo sculo, (uoque affectu & effectu. Sicut ipse fuerat affectus, inquit Chrysoſt. sic opinionem habet & de fratribus suis. Id quod clarius Titus declarans, scribit: *Cum diues iste dicit: quia ipse Prophetas nullo proſus finitè audierat: quæ enim ab illis prodia extabant, ea proſalam contempserat, fabularumq; loco habuerat. Ex quæ re coniecturam faciebat, suos quoque fratres ita comparatos esse. Vt debet enim ita dicere: Illi nunc rationantur, vt quondam ego: nempe quis inde aliquando redit? quis ea quæ apud inferos sunt enarrat: Eapropter si quis ex mortuo: um grege ad illos accederet, non denegarent illi fidem, verum dictis illius studiosè imenderent.*

VERS. 31.

AIT AUTEM (Abraham) ILLI? SI MOYSEN ET PROPHETAS NON AUDIUNT, NEQVE SI QVIS EX MORTVVS RESVRREXERIT, CRESENT] Dicent enim Lazarum resuscitatum esse phantasma, vel illusionem dæmonium; S. Scriptura autem Moſis & Prophetarum est diuina, & sanctam habet auctoritatem, summaque apud fideles (quales erant Iudæi) est fidei & pœcoris, iuxta illud S. Petri epist. 2. cap. 1. verſ. 19. *Uabemus firmiorem prophetiarum sermone, cui beneficiis attendentes quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco. Veritissimum id esse patet ex resuscitatione alterius Lazari, & Christi ipsius: vtriusque enim calumniati sunt Iudæi, nec ob eam in Christum credere voluerunt, Luca: 17. Simili modo Pe-*

Mortuus triennis resuscitatus.

Moraliter, ex hac parabola, vel potiùs historia discimus. Primò, Deum distribuisse sortes hominum, & fecisse vt hi sint diuites, illi pauperes: quisque ergo sua sorte, in qua à Deo positus est,

est, contentus uiuat, ac pauperes per fortem in-
opix tolerantiam, diuites uero per largam be-
neficientiam succurrendo pauperibus calum
promereantur. Hac enim historia Christus uult
probare id quod dixit uers. 9. *Facite uobis amicos de
mammona iniquitatis, ut, cum desereritis, recipiant uos
in aeterna tabernacula.* Ideo enim diues ab Abra-
ham & Lazaro non est receptus, quia non fecit
eleemosynam.

Secundo, pauperes, mendicos, ueloceros de-
spici non debere, sed suscipi & iuari; quia, ut
ait S. Gregorius hom. 40. *Quos morum infirmitas
uulnerat, medicina paupertatis curat,* ac saepe later
margarita in sterquilino, id est, uirtus & sanctitas,
laet in corruptibilitate corporis, & abiectioe
paupertatis. Exemplum addit S. Gregorius S. Ro-
mulae, quae in paupertate & paralyti moriens,

S. Romula
paralytica in
caelum eue-
cta.

cum angelorum choro & concentu euecta est
in caelum. Additque: *Quotidie Lazarum si quari-
mus, inuenimus, quotidie Lazarum: & si non quari-
mus, ceruimus. Ecce importunè se pauperes offerunt, ro-
gant nos, qui tunc pro nobis intercessores uenient. Ceru-
d nos omnino rogare debuimus, sed tamen rogamur. Vide-
te si negare debemus, quod petimur, quando patroni sunt
qui petunt.*

Tertio, diuites in suis diuitiis non debere
confidere, superbire, epulari & lasciuire; uel
quae caduca & breues sunt, ac in morte relin-
quenda; quare eis cor non apponant, sed in Deo
illud figant, Deique amore in pauperes illas ex-
pendant. Plura uide apud S. Chrysostr. homiliis
quatuor de Lazaro in fine tomi 2. S. Gregorium
hom. 40. in Euang. S. August. serm. 110. & 227.
de Tempore.

CAPVT DECIMVMSEPTIMVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Primo, docet Christus cauendum esse scandalum pusillorum, dandum ueniam peccanti, fi-
dem accendendam, ut possit transferre montes. Secundo, u. 7. per parabola, uel potius exci-
plum familiare, docet, ut licet bona faciamus, tamen estimemus nos seruos inutilis, quia
quod debuimus facere, fecimus. Tertio, u. 11. curat decem leprosos, ubi etiam, ut ostendant
se sacerdotibus. Quarto, u. 20. querenti quando ueniet regnum Dei, describit suum aduen-
tum ad iudicium: aitque, eum fore inopinatum, uti fuit diluuium tempore Noe. & incen-
dium Sodome tempore Lot. Quare ad eum omnes sancti uiuendo se comparare debere, quia
ex eodem loco unus tunc assumetur alter relinquetur.

Primum partem audiuimus Matth. 18. u. 7. 21. & Matth. 17. 19. Quartam Matth.
24. u. 25. & seq. Superest ergo hic secunda & tertia explicanda.

1. ET ait ad discipulos suos: Impossibile est ut non ueniant scandala: uae autem
illi per quem ueniunt. **2.** Ut illic est illi, si lapis molaris imponatur circa
collum eius, & proiciatur in mare, quam ut scandalizet unum de pusillis istis.
3. Attendite uobis: Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum: & si pœ-
nitentiam egerit, dimitte illi. **4.** Et si septies in die peccauerit in te, &
septies in die conuersus fuerit ad te, dicens: Pœnitet me; dimitte illi.
5. Et dixerunt Apostoli Domino: Adauge nobis fidem. **6.** Dixit autem Domi-
nus: Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis huic arbori moro: Eradi-
care, & transplantare in mare: & obediet uobis. **7.** Quis autem uestrum ha-
bens seruum arantem aut pascentem, qui regresso de agro dicat illi: Statim transi,
recumbe: **8.** & non dicat ei: Para quod cœnem, præcinge te, & mi-
nistra mihi donec manducem, & bibam, & post hæc tu manducabis & bibes?
9. Numquid gratiam habet seruo illi, quia fecit quae ei imperauerat? **10.** Non
puto. Sic & uos, cum feceritis omnia quae præcepta sunt uobis, dicite: Serui
inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus. **11.** Et factum est, dum iret in
Ierusalem, transibat per mediam Samariam & Galilæam. **12.** Et cum ingrede-
retur quoddam castellum, occurrerunt ei decem uiri leprosi, qui steterunt à lon-
gè: **13.** & leuauerunt uocem, dicentes: Iesu præceptor, miserere nostri. **14.** Quos
ut uidit, dixit: Ite, ostendite uos sacerdotibus. Et factum est, dum irent, mundati
sunt. **15.** Unus autem ex illis, ut uidit quia mundatus est, regressus est cum
magna uoce magnificans Deum. **16.** & cecidit in faciem ante pedes eius, gra-
tias agens: & hic erat Samaritanus. **27.** Respondens autem Iesus, dixit: Nonne
decem mundati sunt? & nouem ubi sunt? **18.** Non est inuentus qui rediret,
& daret gloriam Deo, nisi hic alienigena. **19.** Et ait illi: Surge, uade: quia
fides tua te saluum fecit. **20.** Interrogatus autem à Phariseis: Quando ue-
nit regnum Dei? respondens eis, dixit: Non uenit regnum Dei cum obser-
uatione: **21.** neque dicent: Ecce hic, aut ecce illic. Ecce enim regnum Dei

Dei

Dei intra uos est. **22.** Et ait ad discipulos suos: Venient dies quando desideretis
uidere unum diem Filij hominis, & non uidebitis. **23.** Et dicent uobis: Ecce hic &
ecce illic. Nolite ire, neque sectemini. **24.** nam sicut fulgur coruscans de sub cæ-
lo, in ea, quae sub cælo sunt, fulget; ita erit Filius hominis in die sua. **25.** Primum
autem oportet illum multa pati, & reprobari à generatione hac. **26.** Et sicut
factum est in diebus Noe, ita erit & in diebus Filij hominis. **27.** Edebant, & bi-
bebant; uxores ducebant, & dabantur ad nuptias, usque in diem, qua intrauit Noe
in arcam: & uenit diluuium, & perdidit omnes. **28.** Similiter sicut factum est in
diebus Lot; Edebant, & bibebant; emebant, & uendebant; plantabant, & ædifica-
bant; **29.** quæ die autem exiit Lot à Sodomis, pluit ignem & sulphur de cælo, &
omnes perdidit; **30.** secundum hæc erit quæ die Filij hominis reuelabitur.
31. In illa hora, qui fuerit in tecto, & uasa eius in domo, ne descendat tollere illa:
& qui in agro, similiter non redeat retrò. **32.** Memores estote uxoris Lot. **33.** Qui-
cumque querierit animam suam saluam facere, perdet illam: & quicumque per-
diderit illam, uiuificabit eam. **34.** Dico uobis; in illa nocte erunt duo in lecto u-
no; unus assumetur, & alter relinquetur; **35.** duæ erunt molentes in unum; una
assumetur, & altera relinquetur; duo in agro; unus assumetur, & alter relinquetur,
36. Respondentes dicunt illi: Vbi Domine? **37.** Qui dixit illis; Vbi cumque fue-
rit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ.

VERS. 5. **E**T DIXERUNT APOSTOLI DOMINO: AD-
AUGE NOBIS FIDEM] Dixerunt hoc Apo-
stoli, postquam non potuissent eicere dæmo-
nium Iunaticum, idque ob paruam eorū fidem,
ut ait Christus: tunc ergo maiorem petierunt
dicentes: *Adauge nobis fidem,* ut patet ex hoc loco
collato cum iis quæ dicit Matth. cap. 17. uers. 19.
utrobique enim Christus idem respondet, vim
fidei ut grani sinapis tantam esse, ut transferat
montes.

VERS. 6. **D**IXIT AUTEM DOMINVS: SI HABUERIT-
S FIDEM SICVT GRANVM SINAPIS (quod
paruum quantitate, potestate est magnum,
ait Chrysostr. inuenit; insinuat ergo minimum fi-
dei magna posse, & Beda: Fides perfecta, ait,
est granum sinapis: in facie est humilis, in pe-
ctore feruens) DICETIS HVIC ARBORI (vici-
nae, quam ostendebat Christus) MORO: ERA-
DICARE, ET TRANSPLANTARE IN MARE:
ET OBEDET VOBIS] Pro moro, Matth. cap. 17.
19. habet *monti*: utrumque ergo dixit Christus.
Allegoricè morus dicitur quasi *morosus*, id est
stulta arbor per antiphrasin, quia arborū est sa-
pientissimam non emittit flores nisi transacto
frigore, ne ab illo decutiatur. Morus ergo signi-
ficat Euangelium crucis Christi, quod Gentili-
bus uidetur stultitia, fidelibus autem est Dei vir-
tus & sapientia, 1. Corinth. 2. Vnde S. August. li.
2. Quæst. Euang. quæ. 39. *Dicant ergo, inquit, illi
serui per sinapis granum huic arbori moro, hoc est ipsi E-
uangelio crucis Dominice, per poma sanguinea, tamquam
uulnera in ligno pendentia, uictum populus præbitur. e.*
*Dicant ergo illi ut eradicetur de persidia Iudeorum, &
in mare Gentium transferatur atque plantetur: hac e-
nim domesticā seruitute esuriētis & sitiētis Domino mi-
nistrabunt.*

Morus ay-
borum sa-
pientissimus.
Vnde dicitur.

Sic & Beda: Morus, ait, cuius colore sangui-
neo fructus & uirgulta rubent, est Euangelium
crucis, quæ per fidem Apostolorum, de Iudæis,
ubi uelut in stirpe generis timebatur, seruis præ-
dicationis eradicata, & in mari Gentium plan-
tata est, Addit Glossa: Folia mori subiecta serpi-
nti illi necem inferunt; sicut uerbum crucis eug-
Cornel. in Lucam.

Ga animæ noxia & uenenata perimit. Ex aduer-
so S. Ambros. Chrysostr. & Glossa per morū ac-
cipiunt diabolus, quem fides Christi expellit, &
in abyssum præcipitat. Audi S. Ambros. *Fructus
eius (mori) primum albet in flore, deinde iam forma-
tus irruilat, maturitate nigrescit.* Diabolus quoque ex
alberi angelice flore natus, & potestate, uirilante præ-
uacuatione deiectus, uero inborruit odore peccati. Eniti-
bi illum arbori moro dicentem: Eradicare, & iactare in
mare; cum legionem eiecit ex homine in porcos exansere
permittit: qui exagitati diabolico spiritu, se in maria de-
merferunt.

Audi & S. Chrysostr. in Catena; Ut mori
frondibus vermes (bombyces, ex frondibus mori
necēs sericum) aluntur, sic diabolus per cogita-
tiones ab eis exortas, alit in nobis uermem pepe-
tuum: si d hanc morum potest fides, ab animabus
euellere, & in abyssum demergere.

Denique Arabicus pro moro uertit *syce amaro*, id
est sycomoros, de qua c. 19. 4. Porro Christus vim
fidei extollit, ut Apostolis eius accendat, & aug-
mentum postulandi maioris desiderium iniciat:
uolebat enim postulatibus augere fidem, qui po-
stulandi mentem & desiderium eis iniecerat. Vn-
de & postea eis fidem adauxit, præsertim cum
Spiritus sanctum in eos iniecit in Pentecoste.
Hinc & vi excellentis fidei tam mira & tot mi-
racula patrarunt, totumque orbem conuerterunt.
Quare ne in tantis operibus superbiant, & uanè
gloriantur, Christus sequenti parabola docet eos
humilitatem, ut dicant: Serui inutilis sumus.

VERS. 7. **Q**UIS AUTEM VESTRVM HABENS SERVVM
ARANTEM AUT PASCENTEM (oues uel boues,
ut legit S. August. lib. 2. Quæst. Euang. quæst. 39. *serui de agro
egressi de agro dicat illi, estendo re-
gressi*) STATIM TRANSI (intra in triclinium; Arabi-
cus, *ascende*) ET RECUMBE] & accumbe mensæ,
comede, uires restaura. Retundit hic Christus
uanam gloriam Apostolorum, ut fide excelsa,
mira & stupenda patrant, in ijs non gloriantur,
sed Deo, cuius est propria, omnem operum glo-
riam asseribant. *Iactationis affectum euellit,* ait Eu-
thymius, *qui boni operationem consequitur.* Seruum,
R 2 non

tum, equorum, currum, vt ex illa ipsum obseruare, & certò præcise possitis, sicut regem certò adesse scitis, dum videtis prægium eius comitatum, cum quali vos regnum Messie venturum putatis, & iam quali proximum obseruatis. Non poterit obseruari, ait Glossa, quia nõ est corporale, vt putatis; sed spirituale, quod iam incepit. Quocirca Christus venit sine pompa, pauper & humilis, vt ostenderet regnum suum esse spirituale & diuinum, non corporale & mundanum.

VERS. 21. NEQUE DICENT: ECCE HIC, AVT ECCE ILLIC, ECCE ENIM REGNUM DEI INTRA VOS EST] q. d. Non dicent: Ecce in Ierusalem est thronus regalis Christi, ecce ibi regnat in magnificentia, quasi alter Salomon; quia Christus non regnat in throno corporali, sed in anima spirituali, dum illam per gratiam suam regit & flecitur ad omne bonum, sicque eam dirigit ad regnum celeste. Regnum enim Dei non est esu aut potus, sed iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto, Rom. 14. 17. malo enim hæc omnia accipere de eodẽ, scilicet de primo Christi aduentu, quo quasi rex regnat in animis fidelium per gratiam suam; sic enim omnia melius coherent, licet aliqui accipiant de regno gloriæ, quod erit in secundo aduentu, quod hoc sensu verum est: quia scilicet regnum gratiæ Christi dirigitur, tendit & perducat ad regnum gloriæ, quod etiam corpora iustorum suo fulgore, alijq; dotibus decorabit, vt ab omnibus notari & obseruari possit.

Secundò, hoc regnum Dei intra vos est, id est, in vestra potestate est; si videlicet Christi fidem & gratiam amplecti, illique cooperari velitis, quia, vt ait Titus, In voluntatis arbitrio positum est accipere regnum Dei.

Tertiò, regnum Dei intra vos est, quia Christus Deus & rex, hoc regnum prædicans & largiens, inter vos versatur. Ita Theophyl. quem audi: *Omnino regnum Dei est more angelorum vivere, quãdo nihil mundanum in animabus nostris versatur: non enim longo tempore, neque longa peregrinatione opus est, sed prope nos est & fides, & post fidem diuina vita. Illud ipsum etiam Apostolus dicebat: Prope te verbum est in ore tuo, & in corde, hoc est verbum fidei, Rom. 10. v. 8. credere enim, & securum fidem ambulare, sicut dignum est vocatione, intra nos est. Itaque Pharisei irridebant Dominum, at ipse illos in risum conuertit, ostendens quid ignouent rem, quæ intra se sit, & quæ valde facilis, si qui capere velint. Nunc enim cum sim medius inter vos, potestis omnino regnum Dei capere, si creditis in me, & vultis iuxta mandata mea vivere.*

VERS. 22. ET AIT AD DISCIPULOS SVOS: VENIENT DIES QUANDO DESIDERETIS (legit Interpres, *ἠνθρῶν ὄψιν*, iam legunt, *ἠνθρῶν ὄψιν*, id est, desiderabitis) VIDERE VNUM DIEM FILII HOMINIS, ET NON VIDEBITIS] q. d. Veniet tempus, illudq; instat, quo ob fidem meam & Euangelij prædicationem, multa aduersa, persecutiones, contradictiones, quin & Nouatorum errores & hæreses patiamini, quoque angustijs corporis & animi pressi, nesciatis quid solatiij, vel consilij capere debeatis: quare tunc vel semel me videre, me consulere, à me doceri & consolari in tantis afflictionibus desiderabitis, sed frustra: nam postquam in cælum ascendero, non amplius cõparebo in terris. Quare tunc ex ijs, quæ nunc à

me auditis, vos docere, solari, dirigere debetis, donec in secundo meo ad iudicium aduentu, ad vos, id est vestros successores, redeam, eosque ab hereticis, persecutoribus, tribulationibus omnibus liberem, & in regnum gloriæ meæ inducam. Dicit hoc Christus, ut vt prænuunciet persecutiones & difficultates eis obuenturas, vt contra eas se obarmet, ne ex inopinato earum incurfu percellantur, & animo cadant, vel à fide excidant: tunc vt doceat ad regnum gloriæ non nisi per tribulationes iri: tunc denique vt moneat eos studiosè audire, & notare omnia sua dicta & facta, dum præsentia ipsius fruuntur; vt pote quam breui nõ sint habituri, & frustra desideraturi. Ita Theophyl. Euthymius, Titus, Beda & alij.

ET DICENT VOBIS: ECCE HIC, ET ECCE ILLIC (est Christus; venient enim pseudoprophete, mentientes se esse Christos, vel à Christo missos) NOLITE IRE NEQUE SECTEMINI] illos impostores, eorumque rumores; Arabicus, *ne videatis, neque sectemini*.

NAM SICUT FVLGVR CORVSCANS DE SVB CÆLO: IN EA, QVÆ SVB CÆLO SVNT, FVLGET: ITA ERIT FILIVS HOMINIS IN DIE SV] Syrus, *sicut enim fulgur fulgurat à cælo, & omnia quæ sub cælo sunt illuminat: q. d. Sicut fulgur subito, celeritè, publicè & manifestè ex cælo in terram delabitur & effulget: sic & ego subito ac inopinatè redibo ad iudicium in vallem Iosaphat, cum magno splendore ac gloria, ita vt omnes me videant, & iudicantem audiant. Quare tunc nulla mei obseruatione, vel signo aut indicio erit opus, quia omnibus in toto orbe, cõspicius & gloriosus apparebo. Hæc & sequentia audiuius Matth. 24. v. 27. & seq. vbi ea explicui.*

PRIMUM AVTEM OPORTET ILLVM MVLTAPATI, ET REPROBARI GENERATIONE HAC] Arabicus, *ante hoc enim recipiet passionem multam, & reprobitur à generatione hac*; scilicet à natione hac prauorum Iudæorum, ait Euthymius. Dicit hoc Primò, ne Apostoli videntes eum pati & crucifigi, scandalizentur, dubitentque an ipse sit Christus. Secundò, vt, cum morientem discipuli cernerent, ait Beda, quem glorificandum audierant, dolorem passionis, spe promissa clarificationis mitigarent. Tertiò, vt eos prædicatione hac contra futura aduersa obarmet, q. d. ait Theophyl. Non admiremini, si euenerint vobis tam molesta, quæ vobis desiderium adferent dierum, quibus ego vobiscum sum. Nam & ego ipse qui vêturus sum sicut fulgur, prius passurus nulla, reprobandusq; ero, & ita in gloriam istam veniam: atque ita hoc vobis sit eximulatio ad patientiæ virtutem; quia & vobis obueniet gloria ex periculis.

SECUNDVM HÆC ERIT, QVA DIE FILIVS HOMINIS REVELABITVR] q. d. Subitus erit & inopinatus aduentus meus ad iudicium, vti fuit incendium Sodomæ, & diluuium Noë. *Pukhrè*, ait Beda, dicit: *Revelabitur, quia qui interit non apparet omnia videt, sumi apparet omnia indicabit*: sicut magister per cancellos videt omnia discipulorum facta in schola, nec tamen ab eis videtur, sed scholam ingrediens ab omnibus videtur, & singulorum facta castigat, vel laudat.

ME.

VERS. 32. MEMORES ESTOTE VXORIS LOT] quæ perijt, quia retrospexit, ait S. Ambrosius, ne scilicet, sicut ipsa Sodomam conflagram, versa est in statum falsi, sic & vos contra hæc mea monita, redeatis ad vitam secularem huius mundi, itaq; cum eo pereunte & conflagante, pereatis & conflagretis. Vide dicta Genel. 19. 17. & Sapient. 107. Audi S. Augustinum lib. 2. Quest. Euangel. quest. 43. *Quid significat vxor Lot? eos qui in tribulatione retrospiciunt, & se à spe diuina promissionis auerunt: & ideo statua salis facta est, vt admonendo homines ne hoc faciant, tamquam condiant cor eorum, ne sint salsi.*

IN ILLA NOCTE ERVNT DVO IN LECTO VNO: VNVS ASSVMETVR, ET ALTER RELINQVETVR] Ex voce *nocte* quis colligat iudicium vniuersale à Christo peragendum noctu, ad maiorem hominum terrorem: sed respondeo quam vers. 31. vocauit diem, hic vocat noctem. Primò, quia dies iudicij plurimis, putà omnibus reprobis, erit fatalis & calamitosissima; nox autem & caligo symbolum sunt calamitatis. Secundò, quia sicut nox claudit diem & tempus operandi, sic & dies illa claudet tempus bene agendi & merendi, iuxta illud: *Venit nox in qua nemo operari potest*, Ioann. 9. 4. Aptè ergo dies iudicij vocatur nox.

VERS. 34.

CAPVT DECIMVM OCTAVVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Primò, per parabolam viduæ, suã importunitate extorquentis ab iniquo iudice iustitiã, docet semper esse orandum. Secundò, v. 9. per parabolam publicani penitentis, ideòq; iustificati præ superbo Pharisæo, docet humiles exaltari, & superbos humiliari. Tertio, v. 15 benedicit infantibus. Quarto, v. 18. principi seruanti præcepta Dei suadet consilia, vt, si velit esse perfectus, nudum nudum Christum sequatur. Petro deinde qui id fecerat, poscenti mercedẽ, promittit plura in hoc seculo, & in futuro vitã eternam. Quintò, v. 31. prædicat sibi instantem passionem, mortem & resurrectionem. Sextò, v. 35. iuxta Jericho cæcum illuminat. Tertiam partem audiuius Matth. 19. 13. Quartam ibid. 16. Quintam Matth. 20. 22. Sextam ibidem v. 29. *Supersunt ergo prima & secunda hic explicandæ.*

I. DICEBAT autem & parabolam ad illos, quoniam oportet semper orare, & non deficere, 2. dicens: iudex quidam erat in quadam ciuitate, qui Deum non timebat, & hominem non reuerbatur. 3. Vidua autem quædam erat in ciuitate illa, & veniebat ad eum, dicens: Vindica me de aduariario meo. 4. Et nolebat per multum tempus. Post hæc autem dixit intra se: Et si Deum non timeo, nec hominem reuereor: 5. tamen quia molesta est mihi hæc vidua; vindicabo illam, ne in nouissimo veniens fugillet me. 6. Ait autem Dominus: Audite quid iudex iniquitatis dicit: 7. Deus autem non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte, & patientiam habebit in illis? 8. Dico vobis, quia citò faciet vindictam illorum. Verumtamen Filius hominis veniens, putas, inueniet fidem in terra? 9. Dixit autem & ad quosdam, qui in se confidebant tamquam iusti, & aspernabantur ceteros, parabolam istam: 10. Duo homines ascenderunt in templum vt orarent: vnus Pharisæus, & alter publicanus. 11. Pharisæus stans, hæc apud se orabat: Deus, gratias ago tibi quia nõ sum sicut ceteri hominum: raptores, iniusti, adulteri: velut etiam hic Publicanus. 12. ieiuno bis in sabbato: decimas do omnium quæ possideo. 13. Et publicanus à longè stans, nolebat nec oculos ad cælum leuare: sed percutiebat pectus suum, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. 14. Dico vobis, descendit hic iustificatus in domum suam ab illo: quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur, 15. Afferebant autem ad illum & infantes, vt eos tangeret. Quod cum viderent discipuli, increpabant illos. 16. Iesus autem conuocans illos, dixit: Sinite pueros venire ad me, & nolite vetare eos: talium est enim regnum Dei. 17. Amen dico vobis: Quicumque non acceperit regnum Dei sicut puer, non intrabit in illud. 18. Et interrogauit eum quidam princeps, dicens: Magister bone, quid faciens vitam æternam possidebo? 19. Dixit autem ei Iesus: Quid me dicis bonum, nemo bonus nisi solus Deus. 20. Mandata nosti: non occides: Non mœchaberis: Non furtum facies: Non falsum testimonium dices: Honora patrem tuum & matrem. 21. Qui ait: Hæc omnia custodiui à iuuentute mea. 22. Quo audito, Iesus ait ei: Adhuc vnum tibi deest: omnia quæcumque habes vende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo: & veni, sequere me. 23. His ille auditis, contristatus est, quia diues erat valdè. 24. Videns autem Iesus illum tristem factum, dixit: Quam difficile, qui pecunias habent, in regnum Dei intrabunt. 25. Facilius est enim camelum per foramen

foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum Dei. 26. Et dixerunt qui audiebant: Et quis potest saluus fieri? 27. ait illis: Quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum. 28. Ait autem Petrus: Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te. 29. Qui dixit eis: Amen dico vobis, nemo est qui relinquit domum, aut parentes, aut fratres, aut uxorem, aut filios, propter regnum Dei, 30. & non recipiat multò plura in hoc tempore, & in sæculo venturo vitam æternam. 31. Assumpsit autem Iesus duodecim, & ait illis: Ecce ascendimus Hierosolimam, & consummabuntur omnia, quæ scripta sunt per prophetas de Filio hominis. 32. tradetur enim Gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur. 33. & postquam flagellauerint, occident eum, & tertia die resurget. 34. Et ipsi nihil horum intellexerunt, & erat verbum istud absconditum ab eis, & non intelligebant quæ dicebantur. 35. Factum est autem, cum appropinquaret lericho, cæcus quidam sedebat secus viam, mendicans. 36. Et cum audiret turbam prætereuntem, interrogabat quid hoc esset. 37. Dixerunt autem ei, quod Iesus Nazarenus transiret. 38. Et clamauit, dicens: Iesu fili Dauid miserere mei. 39. Et qui præibant, increpabant eum vt taceret. Ipse verò multò magis clamabat: Fili Dauid miserere mei. 40. Stans autem Iesus iussit illum adduci ad se. Et cum appropinquasset interrogauit illum, 41. dicens: Quid tibi vis faciam? At ille dixit: Domine, vt videam. 42. Et Iesus dixit illi: Respice, fides tua te saluum fecit. 43. Et confestim vidit, & sequebatur illum magnificans Deum. Et omnis plebs vt vidit, dedit laudem Deo.

VERS. I.

DICEBAT AVTEM ET PARABOLAM AD ILLOS (vt per illam ostendat) QVONIAM (quòd) OPORRET SEMPER ORARE (Sylus, vt omni tempore orarent; sic & Arabicus) ET NON DEFICERE] Cap. præcedenti in fine, dixerat Christus instare Apostolis & fidelibus persecutiones & tribulationes, in quibus desiderari essent videre Christum, vt ab eo auxilium & consilium peterent & acciperent. Nunc remedium contra omnia aduersa eis suggerit, ac modum aduerti se, scilicet orationem: ipse enim orantes audit & exaudit, erudit, dirigit, roborat, &c.

Euchita volebant semper orare, nec unquam manibus laborare.

OPORRET SEMPER ORARE] Hinc hæretici, dicti Euchitæ, volebant semper orare, nec unquam manibus laborare, sed stultè. Scriptum est enim: Si quis non vult operari, nec manducet. 2. Thesal. 3. 10. Dico ergo quòd semper hic idem esse quod sedulo, perseueranter, diligenter, assidue, quantum per alia negotia licet, congruis temporibus, præsertim dum instat tentatio, persecutio & afflictio. Impossibile enim est, vt homo omni omnino tempore oret, nam aliquo tempore debet comedere, dormire, laborare, &c. Itaque quòd semper hic significat orationis non continuationem; sed perseuerantiam; scilicet vt opportunis temporibus vacemus orationi, nec ab ea desistamus, donec obtineamus id quo indigemus, quodque postulamus. Vnde explicans subdit: Et non deficere, græcè, μη ἐκκαταῖν, id est, non desatigari. Ratio est, quia tot incurunt quotidie difficultates & ærumnæ, vt tota vita hominis videatur esse tentatio & militia. Quare cum homo sit infirmus & impotens ad eas superandum, debet auxilium & robur per orationem assiduam poscere à Deo, ne succumbat. Quare tota quasi vita Christiani debet esse oratio.

Rursum semper; id est, frequenter, crebriò, statim Ecclesiæ horis, atque vt nil facias, nisi præmissa oratione, quodque ad Dei gloriam non referas, sic vulgò dicimus de valde studioso: Hic iuuenis semper studeat, id est, frequenter & diligen-

ter studet. Ita Beda, qui & mysticè addit: Semper orat, qui semper secundum Deum operatur. Et Glossa: Semper orat, qui semper bene agit.

Porrò vult Dominus, ait S. Chrysostr. te rogando accipere, quod imperiri desiderat: quanta tibi felicitas concessa est, orationibus sabulari cum Deo, quod desideras postulare. Anla & aures principii paucis patent, Dei vero omnibus volentibus, Alludit ad Ecclesiasticum 18. v. 22. Non impediatis orare semper. Hinc & Apostolus Ephes. 6. 18. Orantes, inquit, omni tempore, &c. 1. Thesal. 5. 17. Sine intermissione orate. Vide quæ his tribus locis annotauit. Tanta enim est orationis vis & efficaciacia, tanti effectus ac fructus, vt nihil sit quod non impetret & euincat: Audi Climacum gradu 28. initio: Oratio, si ipsius naturam seu qualitatem spectes, est familiaris conuersatio & coniunctio hominis cum Deo: si autem vim seu efficaciam, mundi conseruatio, Dei reconciliatio, mater lacrymarum & iterum filia, propriatio peccatorum, pons tentationum, propugnaculum aduersus impetum afflictionum, bellorum oppressio & extinctio, officium angelorum, omnium spirituum alimentum, futura læticia, actio sempiterna, virtutum saturigo, gratiarum diuinarum conciliatrix. Nec his contentus, longè plura & maiora subiicit: Professus spiritualis, nutrimentum anime, mentis illustratio, securus desperationis, spes demonstratio, tristitia solutio, diuinitæ monachorum, thesaurus solitariorum, ira diminutio, speculum Religiosi profectus, dimensionum index, status declaratio, futurorum significatio, gloriæ futura indicium. Sic de S. Cecilia (eius hodie Romæ festum solemne celebramus) canit Ecclesiæ: Euangelium Christi semper gerebat in pectore suo, & non diebus neque noctibus, à colloquijs diuinis & oratione cessabat. Cantantibus originis Cecilia Domino decantabat, dicens: Fiat cor meum immaculatum, vt non confundar. Valerianus (eius sponsus) in cubiculo Ceciliam cum angelo orantem inuenit. Hac iugi oratione meruit ipsa angelo dari in tutelam virginittatis, conuersionem Valeriani sponsi, Tiburtij ac aliorum quadringentorum, denique gloriosum cum omnibus martyrium.

Orationis eulogia.

S. Cecilia oratione quædam meruit.

DICENS:

VERS. 2. Parabola iudicis & vidua importuna.

DICENS: IVDIX QVIDAM ERAT IN A QVADAM CIVITATE, QVI DEVM NON TIMEBAT, ET HOMINEM NON REVEREBATVR, scilicet impius, iniustus, crudelis & atheus, qui nec Dei vindictam, nec hominum obloquia metuebat, cui nec conscientia curæ erat, nec fama. Solent enim impij, qui Deum non timent, moueri pudore hominum, ne palàm impia admittant, ob quæ publicè vilipendantur, & seclerati ac infames habeantur. At hic nec timore Dei, nec pudore hominum mouebatur; quare ad omnis malitiæ verticem peruenerat, ait Theophyl.

VERS. 3.

VIDVA AVTEM QVEDAM ERAT IN CIVITATE ILLA, ET VENIEBAT AD EVM, DICENS, VINDICA ME DE ADVERSARIO MEO] in lite & causa forensi. Græcè, ἡ ἴδω ἡ δὲ μὴ ἰδὼς, id est, ab eo, qui contra me litigat. Vindica, id est, defende ius meum, & libera meam innocentiam, iustitiam, substantiam & famam, quæ iniuste ab aduersario meo, utpote potente, in lite opprimitur. Non enim petit vindictam; sed iustitiam, vt scilicet liberetur ab iniusta violentiâ aduersarij, sibi que id quod iure debetur, reddatur.

VERS. 4.

ET NOLEBAT PER MVLTVM TEMPVS, partim ob sequitiam & peruersitatem suam, partim quia sperabat ab aduersario magna munera & opes. POST HÆC AVTEM DIXIT INTRA SE: ETSI DEVM NON TIMEO, NEC HOMINEM REVEREO: q. d. Licet iniuus sim, impudens & perfidus frontis: TAMEN QVIA MOLESTA EST MIHI HÆC VIDVA, VINDICABO ILLAM, (illius ius, ab oppresse aduersarij, illud que viduæ restituum) NE IN NOVISSIMO VENIENS SVGILLET ME] Pro in nouissimo græcè, ἐν ἑσπέρῳ, id est, in fine, tandem in nouissimo tempore. Verùm Euthymius S. Augustinus & Beda vertunt, in finem id est, continuè, assidue; Syrus, omni tempore; Arabicus, semper. q. d. Ne assidue veniens mihi semper sit molesta.

VERS. 5.

SUGILLO QUIDEM SUGILLET ME] Suggillo vel sugillo (vtrumque enim dicitur) propriè idem est quod faciem contendo, & liuidam reddo: dicitur à sugendo, quasi dicas, percutiendo succum, id est, sanguinem, humorem & liuorem ad frontem, oculos & genas velut sugendo deduco. Ita Ambros. Calepinus. Hoc enim propriè significat Græcum ὑπομαρμαίνω, de quo dixi 1. Corinth. 9. v. ult. S. Isidorus verò: Sugillare, inquit, dicitur, quasi subgillare, id est, de gula alicuius sanguinem sugere, vti faciunt viuerræ & vulpes, quæ gallinarum gulam & guttur demordent, vt sanguinem earum ex-

VERS. 6.

gant. Sugillare ergo propriè idem est, quod caput verberibus obrundere, liuore faciem dehonestare, & sanguinis notis commaculare. Hinc metaphorice Primò, idem significat, quod clamoribus caput & aures obrundere, & sic multi hic accipiunt. Vnde Syrus vertit, ne mihi molestiam omni tempore exhibeat; Arabicus, ne semper ad molestandum me veniat, q. d. Vindicabo ius viduæ, ne ipsa in finem sugillet me, id est, suis lamentis mihi caput obrundat, ac suis ciuiatibus, quasi verberibus, assidue frontem aureque meas feriat, flagellet, & quasi liuidas reddat. Vnde S. August. vertit, ne me radio officiat. Audi eum lib. 2. Quest. Euang. q. 45. Vidua assidue interpellationibus

VERS. 7.

cessit, vt eam vindicaret, ne sibi ab illa tedium fieri nam hoc est quod ait, Ne veniens sugillet me. Idem epist. 121. ad Probam cap. 8. Iudicem iniquum, ait, sepe interpellando flexit ad audiendum, non iniusticia, nec misericordia permotum, sed radio superatum. Sic & Beda, Euthymius, Franc. Lucas & alij ex Græco: sicut ergo vidua hæc sua assiduitate & importunitate supplicandi, vicit iudicem, sic eadem nos vincimus Deum. Audi S. Chrysostrum li. 2. de Orando Deum, vbi hanc parabolam pulchre exaggerat: Quod non potuit merui, hoc potuit deprecari: ac mine quidem & visionis expectatio non commouerunt hominem ad iniusticiam; ceterum vbi prodixit vidua supplex, iudicem ex feroci mansuetum reddidit. Quid igitur coniectandum est de benigno Deo, si iudicem crudelem adeò mansuetum reddidit vidua supplicans? Addit Chrysostr. Christum hic velle ostendere, summam esse orationis vim ex eo quòd etiam iniquos & immites iudices flestat ad pietatem & misericordiam.

VERS. 8.

Secundò, sugillare metaphorice à corpore ad animam transfertur, & significat notam inure-re, pudorem iniicere, existimationem lacerare, ac culare; q. d. Bonam famam exugere, infamare, crimen impingere; vnde Vlpianus: Si famosa actio non sit: inquit, vel pudorem non sugillet. Sic vulgò dicimus: Ille me sugillat, id est, acculat & infamat; vnde Vatabl. vertit, ne me visuperet. Et hoc sensu videtur vertisse Noster, ne in nouissimo veniens sugillet me, q. d. Ne improbitate mea victa, tandem me infamet, & apud principem me acculet, itaque mihi negotium facessere non cesset, donec puniar, & potestate mea à principe priuer. Licet ergo impudens hic iudex nec Deum, nec homines reuereretur; timebat tamen sibi, & suo magistratui, ne ab officio iudicandi à principe deponeretur, ac honore & lucro suo priuaretur, ideoque viduæ ius suum reddidit.

VERS. 9.

Sic Traianus. Imp. ad bellum proficiscens, à Traianus vidua interpellatus, vt iniustam eadem filij sui vindicaret, cum se id facturum respondisset, vbi è bello reuertisset, à vidua audijt, Aut ius dico, aut Imperator esse desinito. Quare equo descendit Traianus, nec antè discessit, quàm iudicium viduæ per se ipsum perageret. Ita habet eius vita, & ex ea Ioannes Damasc. oratione pro defunctis, & Ioan. Diaconus in Vita S. Gregorij lib. 2. cap. 44. Vbi & addit, S. Gregorium hac pietate Traiani commotum, pro eo orasse, eumque pœnis inferni liberasse, quod tamen Baronius, Bellarminus & alij fabulosum putant.

VERS. 10.

Allegoricè, S. Augustin. lib. 2. Quest. Euangel. q. 45. Vidua, ait, est Ecclesiæ, quæ desolata videtur, donec Christus eius sponsus è celo redeat ad iudicium, qui nunc in secreto curam eius gerit: illa verò cupit vindictam, vt omnes scilicet mali pereant, aut conuersione ad iustitiam, aut amissa potestate, ne pijs noceant.

VERS. 11.

Tropologicè, Vidua est anima, ait Theophyl. Tropologicè, Vidua est anima, ait Theophyl. quæ vinum pristinum, id est, diabolium, exclusit, ob hoc ei aduersariem, quòd ad Deum accedat. Iudex est Deus, qui neminem timet, nec hominis personam accipit. Vidua ergo est omnis anima desolata & afflictæ, quæ iudicem, id est Deum, orat, vt ab aduersario, id est ab hostibus suis, liberetur. Verùm quia incongruum, imò indignum est, vt Deus comparetur iudici iniquo & impio, vt rectè ex Chrysostr. docet Euthym.

VERS. 12.

hinc

genti. (Publicano) insultare.

GRATIAS AGO TIBI] Non reprehenditur, ait S. August. serm. 36. citato, quod Deo gratias agebat, sed quia nihil sibi addi cupiebat. Qui dicit: ego me iustum facio, peior est Pharisaeo, qui superbe se iustum dicebat, sed inde tamen Deo gratias agebat.

Audi S. Bernard. tract. de Gradib. humil. Gratias agit, non quia bonus, sed quia solus non tã de bonis que habet, quam de malis que in alijs videt. Nondum de suo trabem eiecerat, & festucas in oculis fratrum enumerat. Nam subdit: Inuisi, raptores, &c. Vide eundem serm. 13. in Cant. ubi docet gratiarum actionem superbam & fictam displicere Deo.

QVIA NON SVM SICVT CETERI HOMINVM] Diceret saltem, ait S. Aug. Non sum sicut multi homines. Quid est, sicut ceteri homines, nisi omnes homines, prater ipsum? Ego, inquit, iustus sum, ceteri peccatores. q. d. Ego solus sum iustus, ceteri omnes sunt scelerati. Superbus enim, vt se summè extollat, summè alios contemnit & deprimat. Hęc est eius Philoniana, qua ita sibi placuit, vt alij omnes displicerent.

S. Greg. I. 23. Mor. c. 7. in hoc Pharisaeo notat quatuor species superbię. Prima est, cum quis bonum, v. g. virtutē, à se habere putat: Secunda, cū suis meritis illud tribuit: Tertia, cum putat se habere id quod non habet: Quarta, cum quis vult esse singularis, ideoq; alios despiciat & vituperat: harum tres vltimę in hac superba & ficta Pharisaei iustitia clare elucent. Prima quoque in eo fuit, quia virtutem suam non Deo, sed suo labori adscribebat, dicebatq; cum Ethnicis illis de Deo: Det vires, det opes, animam mihi ego ipse parabo.

Omnia enim, ait Theoph. si credidisset, quod per gratiam (Dei) haberet aliena bona, non contempsisset alios, considerans quid etiã ipse nudus esset, quantum ad suam virtutem attingebat.

VELVT ETIAM HIC PVBLICANVS]. Ecce, ex vicino publicano maior est Pharisaeo tumoris occasio, ait ex Aug. Interlin. Syrus, neque sicut hic publicanus; supple, Sum publicus peccator. Ex superbia temerè & falsò iudicat publicanũ esse sceleratum, eundem tamen ille non esset poenitens & iustificatus. Peccat ergo Primò, iudicio temerariò: Secundo, contempitu publicani: Tertio, conuicio & contumelia: exprobrat enim publicano sua peccata. Audi S. Chrylost. in Catena: Non fatiatiarã eius contemptum tota humana natura, sed & publicanum aggressus est. Multa autem mala facit, qui alijs conuiciatur: Primò, audientẽ reddit peior em; si enim peccator est, latatur inuentò erimnis collegã: si iustus, extollitur, de se magna putans. Secundo, Ecclesie communitatẽ lædit: hanc enim vituperant qui, cum audiunt. Tertio, Deum blasphemari facit. Quarto, illũ cui conuiciatur, impudentiorem facit, & sibi aduersarium. Quintò, se statuit poenae obnoxium.

Audi S. Bern. tr. de Gradib. humil. Pharisaeus dũ in se singulariter exultat, alijs arroganter insultat. Dauid autem aliter ait enim: Omnis homo mendax, Neminem excipit ne quem decipiat, sciens quia omnes peccauerũt, & omnes egent gloria Dei: Pharisaeus se solum decipit, quẽ solum excipit, dum ceteros damnat. Prophecia se non excipit à communi miseria, ne excipiatũr à misericordia: Pharisaeus sufficit misericordiam, dum dissimulat miseriam. Prophecia affirmat tam de omnibus, quam de se, Omnis homo mendax: Pharisaeus confirmat de omnibus prater se: Non sum, inquit, sicut ceteri hominũ.

Quatuor species superbiae.

Peccata Pharisaei.

Multa mala facit qui alijs conuiciatur.

A Ieiuno bis in sabbatho] id est, in hebdomade. Est synecdoche: à potiori enim die tota hebdomas vocatur sabbatum. Vide Arabicus, ieiuno duobus diebus in omni hebdomade. Theoph. asserit Pharisaeos ieiunare solitos feria secunda & quinta, sed nullum huius rei citat auctorem.

DECIMAS DO OMNIVM QVÆ POSSIDEO] q. d. Non solum do decimas fructuum terrę, quas lex prescribit, sed & maioris & spontaneę religionis studio, do decimas omnium omnino rerum, vt carniũ, ouorum, piscium, &c. ad quas lege non teneor: Taxauerat hic Pharisaeus ceteros homines, quasi adulteros & iniustos, quasi ipse solus esset castus & iustus, castũ esse se probat per ieiunium, quod est mater castitatis; iustum, per decimas omnium. Contra adulterũ, inquit Theophyl. gloriatur de ieiunio: de delicijs enim perulãtia. Contra rapinam verdẽ & iniustitiam, proferit dationem decimarum omnium qua possidebat: Tantũ, inquit, contrarius sum rapinæ & iniustitiã, vt etiam que mea sunt expendam. Sic & S. Ephrem in Catena.

Moraliter obseruat hic S. Gregor. homil. 7. in Ezech. Pharisaeus, inquit, qui ieiunium exhibuit, decimas dedit, Deo gratias retulit, quasi penẽ per circuitum suã ciuitatis custodia vigilauit: sed quia vnum in se foramen superbia non ardentis, ibi hostes perulit, ubi per negligentiam oculum clausit. Idem Greg. in psal. 2. poenitent. In Pharisaeo, inquit, spiritus dolus fuit, quia magis videri, quam esse iustus optauit. Dum ergo ea, quę clamare debebat, tenuit miser quod sibi tacendum esset, clamauit. Et per superbiam, si qua in eo fuerant, minuit meritã qui humiliari contempsit, adauit peccata.

ET PVBLICANVS A LONGE STANS, NOLEBAT NEC OCVLVS AD CÆLVM LEVARE: SED PERCVTIEBAT PECTVS SVVM DICENS: DEVS PROPITIVS ESTO MIHI PECCATORI] Publicanus contumeliam sibi à Pharisaeo illatam dissimulat, imò agnoscit, confitetur, & poenitens veniam postulat, ideoq; prę Pharisaeo iustificatur. Audi S. Chrylost. hom. de Dauide & Saule tom. 5. At publicanus procul stans, non regessit contumeliam, neque vicissim dicit conuictũ, non protulit ista vulgaria verba: Tuus ades mea facta reprehenderet: non sum te melior: referam tua peccata, saxosq; ne vnquam in hac sacra consendas atria. Et post nonnulla: Accepit probrum, & abluit probrum; agnouit peccata, & deposuit peccata: & criminum accusatio facta est illi criminum remissio, & hostis insciens factus est beneficus: quot labores erant publicano subeundi, ieiunando, humi dormiendo, vigilando, bona sua egenis impertiendo, longo tempore in sacco & cinere sedendo, vt illa tam multa peccata posses deponere. At nunc cum nihil tale fecerit, simplici verbo omnem deposuit iniquitatem, ac probra conuiciaq; Pharisaei qui videbatur illum contumeliã afficere, pepererunt iustitiã coronam; idq; sine sudoribus, sine laboribus, & absque longi temporis mora.

A LONGE STANS] longè ab altari & Sancto, quia se eo ob peccata indignum censebat: imò ita rament longè, quin Pharisaeus illum ostendere, & ille Pharisaeum audire posset. Cordis conscientia eum remouebat, ait S. August. pietas applicabat.

NOLEBAT (& reuerentia) NEC (vel) OCVLVS AD CÆLVM LEVARE] quasi se indignum æstimans, qui cælum, vbi Deus gloriosus (quem peccatis suis offenderat) relideret, aspiceret; quare demissis in terram oculis, sese humiliabat. Ita S. Cyrillus in Catena. Rursum ad cælum, id est, sursum, putã ad

VERS. 12. Sabbatum pro hebdomade.

VERS. 13.

ad Sanctum sanctorum, vbi Deus super propitiatorium & Cherubim sedebat: hoc enim situm erat in altiore loco montis Sion, atria verò in quibus orabant laici, sita erant in loco mōtis decliuore. Ita Franc. Lucas.

Causam dat Theophyl. quòd se indignum censeret superna visione, qui se in terram deiecerat & maluerat terrena bona aspecere & quaerere. Finalem causam dat S. Augustinus. Vt aspiceretur (à Deo) inquit, non aspicebat, respicere sursum non audebat: premebat conscientia, spes subleuabat, Rursum hoc gestu significat se in familiam caelestem peccasse, hoc est, in angelos, quorum inspirationibus restitit: in Sanctos, quorum preces defraudauit; in Deum ipsum, cuius precepta violauit.

SED PERCVTIEBAT PECTVS SVVM] in quo erat cor, id est, voluntas, quæ omnium peccatorum sibi fuerat origo & causa: hanc ergo percuit & verberat, quasi ream, vt ab eo poenas exigat, vtque se propter eam plagis dignum ostendat, ait Euthymius; cor quodammodo pungens & excitans, ait Theophyl. Tuncio ergo peitoris signum est poenitentia & cordis contriti. Vnde hic fuit gestus olim confitentis & poenitentis, ac etiamnum est. Hęc etiam Christianorum vetus & moderna est consuetudo, vt peccus noxium tundant. Audi S. Augustinum sermone 8. de Verbis Domini secundum Matthæum: In hoc ipso quod sonuit: Confiteor, peccata vestra tunc didistis. Tundere autem peccus quid est nisi arguere quod latet in peccore, & euidenti pulsu oculum castigare peccatum? Quare hoc fecisti, nisi quia audisti, Confiteor tibi Pater? Et infertur: Ergo in confessione sui accusatio, Dei est laudatio. Confitemur enim nos reos, Deum verdẽ esse innocentem, iustum & piũ, ideoq; ab eo veniam poscimus. Tundit ergo poenitens peccus, vt peccatum extundat & expellat.

Tuncio peitoris signum est poenitentia.

82.

Tuncio peitoris igitur Primò, est symbolum confessionis peccati; quò scilicet confitens fateatur peccati sui causam non esse aliam quàm eor, appetitum & voluntatem suam in peccore latentem. Secundo, eadem symbolum est contritionis, indicat enim cor esse contusum & conuictum. Tertio, eadem symbolum est satisfactiois & vindictæ: percuit enim peccus, vt illud reum affligat & puniat. Poenas à seipso exigebat, ait S. August. serm. 36. de Verbis Domini secundum Lucam, & ideo Dominus confitenti parcebat. Quocirca Ildorus Pelusiotus in Catena: Omnis, inquit, qui propter peccata peccus percuit, Deum in tympano & choro laudare dicitur. Qui enim peccus & viscera sua compunctione percuit, & strobiliũ sermonum chorum adiunges, Poenitentia calamum in pyxidẽ maroris lacrymarum nocturnarum intingit, morte Christi pro peccatoribus suscepta, non frustrabitur.

Breuis publicani oratio, sed succulenta & efficax.

DICENS: DEVS PROPITIVS ESTO MIHI PECCATORI] Breuis oratio, sed succulenta, sincera & efficax; q. d. Fateor, o Domine, me magnum esse peccatorem, doleoq; ex intimo corde, quòd peccatis meis grauissimẽ tuam maiestatem offenderim; ideo non aliud cogito, nisi peccata mea; quæ summè detestor, nec aliud à te peto, nisi vt ea mihi condones, gratiamque me emendandi, & poenitentiam feriam iugemque agendi largiaris. Ego enim me solum peccatorem summum esse æstimo

Cornel. in Lucam.

A & confiteor: vnde mihi soli ignosci peto, nec de alijs, vtpote me melioribus, cogito aut precor. Vnde Arabicus vertit, parce mihi quia peccator sum: non dicit, Peccans, sed, Peccator, quia non semel; sed sæpius peccauerat, quasi ex arre & habitu peccandi, atque à conceptione & natiuitate, peccatum primorum parentum contraxerat. Mibi, q. d. Non fortunæ, nõ socijs, non astris, non demoni, sed mihi omne peccatum, omnem culpam ascribo.

DICO VOBIS: DESCENDIT HIC IUSTIFICATIVS IN DOMVM SVAM AB ILLO] id est, præ illo, Græc. απ' εχθρου, id est, ab illo, alij legunt, απ' εχθρου, id est, ad illum, scilicet collatus & comparatus. Iam plerique codices legunt; & εχθρου, id est, quàm enim ille. Syrus, magis, vel potius quàm ille, sic quoque legit S. August. epist. 86. ad Casulanum, & alibi; quia scilicet publicanus per veram humilitatem & poenitentiam fuit iustificatus. Pharisaeus verdẽ per suam fictam & superbam orationem magis peccatis fuit inquinatus. Vnde Euthymius ab illo interpretatur, nõ ille. Est hebraismus: Hebraei enim פניו, id est ab, usurpant pro gradu comparatiuo, quem sæpè adhibent, cum vnum alteri preponunt, siue per gradum boni melioris, siue per illius in vno affirmationem, & in altero negationem. Sensus ergo est, q. d. Publicanus iustior Pharisaeo domũ rediit, qui eo iniustior venerat in templum: iustior, inquam, comparatione, non directa & simplici, sed indirecta & negatiua, quia scilicet ipse iustus, Pharisaeus verdẽ iniustus, imò iniustior quàm venerat, domum rediit. Nam, vt ait Euthymius. Qui sese adeò iustificauerat, à Deo condemnatus est; & qui se adeò condemnauerat, iustificatus est. Et S. Paulinus epist. 58. Quod iustitia edificabat, inquit, superbia destruebat, &c. Ille in corde contrito, sui accusator accipitur, & obtinet veniam de confessis peccatis, propter gradum humilitatis, sancto illo Pharisaeo (quales Iudæi sancti sunt) reportante sarcinam peccatorum de iactantia sancti iustus. Et S. Bernardus serm. 3. de Annunciat. Pharisaeus vacuus rediit, quia plenitudinem simulauit. Nam publicanus, qui exanimis seipsum, qui vacuum vas exhibere curauit, gratiam retulit amplioem. Audi S. Aug. serm. 36. de Verbis Domini secundum Lucam: Quid miraris, si Deus ignoscit, quando ipse agnoscat; à longè stabat, sed eum Dominus de propè attendebat: excessus enim Dominus humilia respicit: tremebat conscientia, spes subleuabat, percuitens peccus poenas de se exigebat; ideo Dominus confitenti parcebat. Et Chrylost. Commendat cum superbia iustitiã superat humilitas enim peccatos superbia enim facile iustitiã deprimit, at humilitas peccati pondus superat.

VERS. 14.

Humilitatis elogia.

QVIA OMNIS QVI SE EXALTAT, HUMILIABITVR; (vti à Deo humiliatus & reiectus fuit superbus Pharisaeus) ET OMNIS QVI SE HUMILIAT, EXALTABITVR] vti ad Dei gratiam, ac adoptionem regni caelorum exaltatus fuit humilis publicanus. Ita Theophyl. Omnis, inquit, qui se exaltat, humiliabitur, Deo illum condemnante, qui autem se condemnando humiliat, exaltabitur à Deo iustificante. Hic ergo impletur illud Salomonis: Ante ruinam exaltabitur cor, & ante gloriam humiliabitur, ait Interlin. Verdẽ S. Chrylost. Humilitas, ait, latronem ante Apostolos in paradysum duxit: quid si humilitas in terra delicta carum potest, quid poterit iustitia conuictor? & si factus conuictus iustitia potest.

S 2

potest deprimere, quid faciet coniunctus peccato? Et Opatius Mileuitanus lib. 2. Contra Donat. Meliora ait, sunt peccata cum humilitate, quam innocentia cum superbia. S. Basilius homil. de humilitate: Pharisæus, ait, iustificationem amisit per superbiam, mercedem perdidit per confidentiam: remarius infra humilem & peccatorem abiectus est, seipsum super ipsum extollens, & non Dei iudicium expectans, sed suum ipsius proferens.

Rursum S. Chrysof. homil. 5. de incomprehensibili Dei natura, in Phariseo & publicano duplicem nos iubet considerare bigam, quarum sub altera, inquit, virtus iuncta sit cum superbia, sub altera peccatum cum humilitate: videbis enim bigam illam peccati virtute facile anteire, palmamq; decursus celerioris obtinere, non peccati pernicitate, sed virtutis retardari & vinci, non imbecillitate virtutis, sed superbia mole ac pondere. Ut enim humilitas præ summa sua excellentia peccati superat pondus, atque in celum peruenit: sic superbia præ nimio suo pondere, ac intolerabili onere sue molis præualeat, adeo ut etiam levissimam illam & supernam virtutem vincat, deorsumq; versus facile detrahat. Idem hom. 15. & 45. in Marth. Sine orationem, sine ieiunium, sine misericordiam, sine pudicitiam, sine aliud quid bonorum absque humilitate congreges, statim cuncta dissipant, cunctaq; deperunt. Quod etiam Phariseo accidit, qui cum ad ipsum virtutis cacumen ascendisset, amittens simul universa descendit, quia scilicet non habuit matrem bonorum: sicut enim superbia omnium malorum fons est, ita humilitas cunctarum origo virtutum. Hucusque Chrysof. S. Bernardus term. 13. in Cant. Magna, inquit, & rara virtus profecto est, ut magna licet operationem, magnum te nescias, & manifestam omnibus

tuam te solum latere sanctitatem. Mirabilem te apparere, & contemptibilem reputare, hoc ego ipsis virtutibus mirabilis iudico. Fidelis revera famulus es, si te multa gloria domini tui, etsi non exente ex te, tamen transeunte per te, nil tuis manibus adhaerere contingat. Idem S. Bernardus scripsit sermonem integrum in hæc Christi verba: Omnis quis se exaltat, humiliabitur. Denique præclare S. Leo ad Diocorum: Totæ, inquit, Christianæ sapientia disciplina, non in abundantia verbi, non in astutia disputandi, neque in appetitu laudis & gloriæ, sed in vera & voluntaria humilitate consistit, quam Dominus Iesus ab utero matris usque ad supplicium crucis omni fortitudine elegit & docuit. Plura hæc de re dixi Ecclesiastici cap. 10. in fine.

APPFEREBANT AUTEM AD ILLVM ET INFANTES, VT EOS TANGERET] & tangendo benediceret. Doctrinam humilitatis Christus suo confirmat exemplo. Vnde Glossa: Humili, ait, magistro offeruntur infantes, ut ostendatur innocens & simplex atas eam gratiam pertinere.

SINITE PVEROS VENIRE AD ME, &c. TALIVM EST ENIM REGNUM DEI] Arabicus, quia regnum Dei est eorum, qui similes sunt eis, non in infantia, sed in innocentia, simplicitate, humilitate, &c. Vnde Beda: Non dicit, illorum, sed talium, mores designans, non ætatem. Et S. Ambrosius: Non pueritia, sed emula puerilis simplicitatis bonitas designatur, non enim est virtus non posse peccare, sed nolle. Cetera explicuit Matth. 19. 13. & seq.

FACTVM EST AUTEM QVAM APPROPINQVARET IERICO CECVS QVIDAM SEDEBAT] De hoc cæco à Christo illuminato dixi Matth. c. 20. vers. 29.

CAPVT DECIMVMNONVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Primò, Christus ingrediens domum Zachæi, illi offert salutem. Secundò, v. 12. dat parabolam viri nobilis, qui suas mnas inter seruos distribuit, ab eisq; earum lucrum reposcit. Tertio, v. 29. in die palmarum Ierusalem cum triumpho & acclamatione Hofanna, quasi Messias rex ingreditur, eiusque excidium per Titum prævidens deslet.

1. ET ingressus perambulabat Iericho. **2.** Et ecce vir nomine Zachæus: & hic princeps erat publicanorum, & ipse dives: **3.** & querebat videre Iesum, quis esset: & non poterat præ turba, quia statura pusillus erat. **4.** Et præcurrens ascendit in arborem ficomorum ut videret eum: quia inde erat transiturus. **5.** Et cum venisset ad locum, suspiciens Iesus, vidit illum: & dixit ad eum: Zachæe festina descende: quia hodie in domo tua oportet me manere. **6.** Et festinans descendit, & excepit illum gaudens. **7.** Et cum viderent omnes, murmurabant, dicentes quòd ad hominem peccatorem diuertisset. **8.** Stans autem Zachæus, dixit ad Dominum: Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus; & si quid aliquem defraudavi, reddo quadruplum. **9.** Ait Iesus ad eum: quia hodie salus domui huic facta est: eò quòd & ipse filius sit Abraham. **10.** Venit enim Filius hominis quærere, & saluum facere quod perierat. **11.** Hæc illis audientibus, adiiciens dixit parabolam, eò quòd esset propè Ierusalem: & quia existimarent quòd confestim regnum Dei manifestaretur. **12.** Dixit ergo. Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum, & reuerti. **13.** Vocatis autem decem seruis suis, dedit eis decem mnas: & ait ad illos: Negotiamini dum venio. **14.** Ciues autem eius oderant eum, & miserunt legationem post illum, dicentes; Nolumus hunc regnare super nos. **15.** Et factum

factum est: ut rediret accepto regno, & iussit vocari seruos, quibus dedit pecuniam: ut sciret quantum quisque negotiatus esset. **16.** Venit autem primus, dicens, Domine mna tua decem mnas acquisiuit. **17.** Et ait illi: Euge bone serue, quia in modico fuisti fidelis, eris potestatem habens super decem ciuitates. **18.** Et alter venit dicens: Domine, mna tua fecit quinque mnas. **19.** Et huic ait: Et tu esto super quinque ciuitates. **20.** Et alter venit, dicens: Domine, ecce mna tua, quam habui repositam in sudario. **21.** Timui enim te, quia homo auferus es: tollis quod non posuisti, & metis quod non seminasti. **22.** Dicit ei: De ore tuo te iudico serue nequam: sciebas quòd ego homo auferus sum, tollens quod non posui, & metens quod non seminaui: **23.** & quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, ut ego veniens cum usuris utique exegissem illam? **24.** Et astantibus dixit. Auferre ab illo mnam, & dare illi qui decem mnas habet. **25.** Et dixerunt ei: Domine, habet decem mnas. **26.** Dico autem vobis, quia omni habenti dabitur, & abundabit: ab eo autem qui non habet, & quod habet, auferetur ab eo. **27.** Verumtamen inimicos meos illos, qui noluerunt me regnare super se, adducite hæc, & interficite ante me. **28.** Et his dictis, præcedebat ascendens Hierosolymam. **29.** Et factum est, cum appropinquasset ad Bethphage & Bethaniam, ad montem qui vocatur Oliueti, misit duos discipulos suos; **30.** dicens: Ite in castellum, quod contra est: in quod introeuntis, inuenietis pullum asinæ alligatum, cui nemo vquam hominum sedit: soluite illum, & adducite. **31.** Et si quis vos interrogauerit: Quare soluitis? sic dicetis ei: Quia Dominus operam eius desiderat. **32.** Abierunt autem qui missi erant, & inuenierunt, sicut dixit illis, stantem pullum. **33.** Soluentibus autem illis pullum, dixerunt domini eius ad illos: Quid soluitis pullum? **34.** At illi dixerunt: Quia Dominus eum necessarium habet. **35.** Et duxerunt illum ad Iesum. Et iactantes vestimenta sua supra pullum, imposuerunt Iesum. **36.** Eunte autem illo, substernebant vestimenta sua in via. **37.** Et cum appropinquaret iam ad descensum Montis oliueti, cœperunt omnes turbæ discipulorum gaudentes laudare Deum voce magna super omnibus, quas viderant, virtutibus. **38.** dicentes: Benedictus, qui venit rex in nomine Domini, pax in celo, & gloria in excelsis. **39.** Et quidam Pharisæorum de turbis, dixerunt ad illum: Magister, increpa discipulos tuos. **40.** Quibus ipse ait: Dico vobis, quia si hi tacuerint, lapides clamabunt. **41.** Et ut appropinquauit, videns ciuitatem, fleuit super illam, dicens: **42.** Quia si cognouisses & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi: nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. **43.** Quia venient dies in te: & circumdabunt te inimici tui vallo, & circumdabunt te: & coangustabunt te vndique. **44.** & ad terram prosternent te, & filios tuos, qui in te sunt, & non relinquent in te lapidem super lapidem: eò quod non cognoueris tempus visitationis tuæ. **45.** Et ingressus in templum, cœpit eiicere vendentes in illo, & ementes, **46.** dicens illis: Scriptum est; Quia domus mea domus orationis est. Vos autem fecistis illam speluncam latronum. **47.** Et erat docens quotidie in templo. Principes autem sacerdotum, & Scribæ, & Principes plebis quærebant illum perdere: **48.** & non inueniebant quid facerent illi. Omnis enim populus suspensus erat, audiens illum.

VERS. 1. ET INGRESSVS PERAMVLABAT IERICO] A vestigaliu, quæ Romani & Tiberitis Cæsar Iudæis inuitis imposuerat. Vnde publicani Iudæis erant inuisi & infames, ac פרישן parishim, id est latrones, vocabantur. Hebr. hic princeps vocabatur Gabba (vnde nomen Gabella) & publicani vocabantur Gabbaim, teste Angelo Caninio in Nomin. Hebraicis noui Testamenti.

ET IPSE DIVES] Solent enim principes publicanorum eligi non nisi diuites, ut magnas pecuniarum summas principi, dum indiget, prænumerare possint, ac defectus publicanorum sibi subditorum, in multis supplere. Addit hoc Lucas, ut magis Christi gratiam, & Zachæi virtutem illustret; quod scilicet opes amplas quas habebat, vocatione & amore Christi reliquerit, & in pauperes distribuerit.

VERS. 2. ZACHÆVS, ID EST, PURVS.] PRINCEPS PVBLICANORVM] qui scilicet sub se habebat plures publicanos, id est, exactores

VERS. 3. ET QUÆREBAT VIDERE] Arabicus, intellige- A re] IESVM, QVIS ESSET] q.d. Laborabat & la- tagebat, vt Iesu personam de facie nosset, quem ex fama virtutum & miraculorum, tam celebrem audierat. Cupimus enim viros fama celebres videre, & ex facie nosse. Sed Zachæus præter naturale desiderium, agebatur etiam supernaturali, ex impulsu Spiritus sancti desiderans videlicet videre Iesum, vt ab eo à peccatis absolueretur, iustificaretur & sanctificaretur. Cypri, ait, S. Chrysost. homil. de Zachæo, nosse aspectum, quem intuitus fuerat sensu, videre facie, quem viderat mentes contemplari presentem, quem nunquam viderat operantem: vt amor Christi Zachæi corde conceptus, etiam oculorum visibus saginaretur.

ET NON POTERAT PRÆ TURBA, QVIA STATVRA PVSILLVS ERAT:] sed animo cellus. Parui enim, teste Aristotele in Physiognom. solent esse magnanimi, quia virtus animi in paruo corpore contracta stringitur & acuitur, quæ in magno dispergitur. Vnde illud: Maior in exiguo regnabat corpore virtus, Vnde multi heroum & Sanctorum fuerunt statura parui, vt ostendi Zachar. 4. vers. 10. & Ecclesiast. II. vers. 2. ad illa: Breuis in volatilibus avis, & in ininiis dulcoris habet fructus ipsius. In minimis enim maximè elucet summa Dei maiestas, vis & magnitudo.

PRÆ TURBA] Turba, inquit S. Cyrillus, est imperitæ multitudinis confusio, quam transcendere oportet, si velis Christum aspicere.

VERS. 4. ET PRÆCVRRENS ASCENDIT IN ARBOREM SYCOMORVM; VT VIDERET EVM; QVIA INDE (ILLAC) ERAT TRANSITVRVS] Quæres, quæ & qualis est arbor sycomorus; vel, vt Græci nonnulli inuertunt, morosus; hebr. vocatur ficus, indeque à Septuag. & Theodor. Amos 7. v. 14. vocatur sycaminus. Respond. illam frequentem esse in Iudæa, vt patet 3. Reg. 10. vers. 27. & Amos cap. 7. atque esse illam quæ à Plinio libro 13. cap. 7. dicitur ficus Ægyptia, ac ab Aquila & Symmacho Amos cap. 7. ac Dioscoride libr. de Materia medicinali cap. 144. græcè appellatur sycomorus, id est, ficus fatua, seu inhipida, sed à Theophrasto libr. 4. de Plantis, cap. 2. & alijs, dicitur sycomorus, quasi ficus morus, quia scilicet fructus habet similes ficui, folia verò similia moro. Vnde Lucas hic in Græco eam vocat συκωμορῶνα: μωρῶνα autem propriè est morus arbor.

Hinc patet Primò, sycomorum aliam esse arborem à caprifico (id liquet ex Dioscoride loco iam citato;) est tamen illa huic similis. Vnde Theophrast. & Euthym. hic pro sycomorum legunt caprificum. Patet Secundò, sycomorum græcè scribi in penultima tam per omiron, quàm per omega, adeoque illam habere communem, id est, tam breuem, quàm longam; tum quia μωρῶ, id est, fatuus, scribitur per ω, tum quia morus arbor græcè scribitur tam per ω, quàm per ο, vt patet ex Lexico Hesyehij & ceterorum, atque ex Luca hic. Vnde Poëta:

Cornuq; & in duris herentia mo o rubetis, vbi ο in mora, quasi ω longum facit. Idque liquet ex etymo. Dicitur enim arbor morus, non à Latino mora, vt aliqui volunt (mora enim non potest esse etymon) Græci μωρῶνα sed à Græco μωρῶ, id est, fatuus, per antiphrasin, quasi mini-

Pauli solent esse magna- mini.

Sycomorus quanam arbor.

Mori etymon.

mè fatua; sicut Thomas Morus Angliæ Cantuarii, Anglorum fuit sapientissimus. Est enim morus arborum prudentissima, vt ait Plinius li. 16. 25. quia legi se à frigore non finit, nec nisi planè eo peracto germen emittit; sed dum incipit, in tantum germinatione erumpit, vt vna nocte eam peragat, etiam cum strepitu; licet alij morum nuncupatam putent, eò quòd fructus nigros producat: μαρῶν enim est nigrum, vnde Mauri vocantur nigri. Hinc etiam Horatius lib. 2. Serm. 3. satyra 4.

Ille salubres Æstates peraget, qui nigris prandia moris Finiet.

Mysticè, sycomorus est crux Christi, eiusque doctrina, quæ Gentibus & terrenis hominibus visa est fatua, meraque stultitia, sed Zachæo & fidelibus visa fuit sapientia & virtus Dei, 1. Corinth. 2. Hinc & arbor vitæ, è qua Adam comedens, se & posteros perdidit, à multis putatur fuisse ficus, vt dixi Genes. 2. 9. Fuit vitique ficus, ac fatua, quia sub modico melle & dulcedine, continuit fel & amaritiam peccati, mortis & gehennæ, quam proinde Christus expiare debuit felle & amaritie crucis & passionis suæ. Hinc μωρῶ Græcis non tantum arborem morum, sed & cruciatum, mortem & eadem significat.

Tropologicè, sycomorus docet nos amplecti illa quæ stulta sunt mundo, vt sapiamus Deo. Audi S. Gregorium lib. 27. Moral. in fine: Retinamus nosiam sapientiam, vt discamus laudabilem fatuitatem, & c. Pusillus Zachæus sycomorum subijt, & Dominum vidit: quia qui mundi stultitiam humiliter eligunt, ipsi Dei sapientiam subtiliter contemplantur. Pusillitatem namque nostram ad videndum Dominum turba præpedi, quia infirmitatem humane mentis, ne lucem veritatis intendant, curarum secularium tumultus premis. Sed prudenter sycomorum ascendimus, si prouidè eam, quæ diuinitus percipiunt, stultitiam mente renemus. Particularitè deinde id ipsum explicat: Quid enim in hoc mundo stultius, quàm amissa non querere, possessa rapacibus relaxare, nullam pro acceptis iniurijs iniuriam reddere? imò & adiuuentis alijs patientiam præbere? Quasi enim sycomorum nos ascendere Dominus præcipit, cum dicit: Qui auferit quæ tua sunt ne repetas. Et rursum: Si quis te percusserit in dextram maxillam, præbe illi & alteram. Per sycomorum Dominus trāsens cernitur, quia per hanc sapientem stultitiam, est nendum vt est solidè, iam tamen per contemplationis lumen Dei sapientia, quasi in transitu videtur.

Theophrast. autem sic: Super sycomorum, id est, super voluptatis dulcedinem, quæ significatur per ficum, ascendimus, inquit, per penitentiam; descendimus verò per humilitatem.

ET CVM VENISSET AD LOCVM (SYCOMORI) SVSPICIENS IESVS, VIDIT ILLVM; ET DIXIT AD EVM: ZACHÆE, FESTINANS DESCENDE; QVIA HODIE IN DOMO TVA OPORTET ME MANERE] Ardorem sui videndi in Zachæo compenstat Christus plenà exhibitione & presentia. Ideò enim ardorem istum Zachæo inspirauerat, vt illum domum eius ingrediendo expleret, imò ideò illac transibat Christus, vt ardorem hunc excitaret, ac propter eum apud Zachæum hospitaretur, totamque eius domum benediceret ac saluaret. Ipse enim quasi saluator mundi vene-

Thomas Morus Angliæ Cantuarii.

Mysticè.

Tropologicè.

VERS. 5.

venerat ad hoc, vt peccatores sanctificaret. Nam est vocem imitantis Iesus non audierat, ait S. Ambrosius, viderat tamen affectum.

Quærenti ergo Zachæo Christum videre, Christus ei se non tantum videndum; sed & fruendum obtulit, adeoque domi eius, præ ceteris omnibus, commorari voluit.

Moraliter, ditce hic desiderare Christum, Christi que alloquium internum & gratiam: mox enim Christus se tibi offeret, & desiderium tuum explebit; quoque maius fuerit desiderium, eò maius erit eius alloquium, nam, vt ait Ecclesiasticus cap. 15. Sapientia (Christus) Deum timenti & desideranti obuiabit, quasi mater honorificata, cibabit illum pane vitæ & intellectu, & aqua sapientiæ salutaris potabit illum. Et cap. 24. Trāsite ad me omnes, qui concupiscitis me, & à generationibus meis implemini: spiritus enim meus super mel dulcis. Et Christus ipse: Si quis sitit, inquit, veniat ad me, & bibat. Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aqua viua, Ioan. 7.

Vidit ergo illum oculis luminibusque corporis, & magis mentis, quibus animum Zachæi illustrat, vt cognosceret ipsum esse Saluatorem, qui peccata penitentibus remitteret, eiusque salutem, id est, iustitiam, gratiam & gloriam conferret. Aspectus ergo Iesu non est sterilis & otiosus, sed efficax & operosus: solo enim aspectu homines ad sui amorem pellicit (multo magis quàm lynx auis) conuertit, immutat & saluat. Hinc vt ait S. Cyrillus, vidit Iesus animam Zachæi, promptissimè annitentem ad sanctè viuendum.

QVIA HODIE IN DOMO TVA OPORTET (ex meo decreto; liberalitate & charitate, quare & tuos domesticos prosequor; voloque saluare) ME MANERE] Zachæus, ait Titus, solam Iesu visionem desiderabat, sed qui nouit plus facere, quàm querimus, dedit ei super id quod expectabat: Christus enim sua munificentia supplicum preces excedit & vota. Promittit Christus, qui Chrysofom. hom. de Zachæo, se ad eius domum venturum, cuius desiderantis iam possederat animum.

VERS. 6. ET FESTINANS DESCENDIT (en promptam Zachæi obedientiam, quæ meruit salutem) ET EXCEPIT ILLVM GAUDENS] quia hospitio excepit Saluatorem, ab eoque salutem recepit: vbi enim hospitatur Saluator, ibi & salus. Gaudens, ait Euthymius, quòd non solum eum vidisset, vti optauerat, sed quòd etiam ab ipso vocatus fuisset, quòd, ipsum suscepisset; quòd nunquam sperauerat.

VERS. 7. ET CVM VIDISSENT OMNES (Pharisæi, & Iudei eorum assecræ, qui publicanos quasi sceleratos oderant) MYRMVRABANT, DICENTES, QVOD AD HOMINEM PECCATOREM DIVERTISSET] Publicani enim à Iudæis habebantur impij, iniusti, scelerati, & sæpè tales reipla erant. Nonnulli peccatorem interpretantur Gentilem & idololatram. Talem enim fuisse Zachæum censent Tertull. Cyprian. Chrysof. Ambrosius, Beda, & ex ijs Maldonatus. Vnde & Zachæus restitutionem tantum iniuste exactorum, quæ iuris est naturæ, commemorat, de nullis verò legis Mosaicæ præceptis loquitur. Audi S. Chrysof. serm. de Zachæo: Filius Abrahæ Zachæus fide, non genere; merito, non sobole; deuotione, non stirpe.

An Zachæus fuerit Gentilis.

Verum contrarium æquè probabile est, & fortè probabilius; scilicet Zachæum fuisse Iudæum, non Gentilem, Primò, quia vers. 9. vocatur filius Abrahæ. Secundò, quia Christus tantum cum Iudæis versatus est; missus enim erat ad oues Israël, quæ perierunt, vnde à Paulo Roman. 15. vocatur minister circumcisorum, id est circumcisorum, putà Iudæorum. Tertio, quia Zachæus est nomen Hebræum. Quarto, quia Pharisæi hoc non tacuissent, sed in faciem Christo obiecissent: Quomodo tu te venditas pro Messia, qui cum impijs Gentibus versaris, cum Messias solis Iudæis sit promissus? Ita Iansenius & alij.

STANS AUTEM ZACHÆVS, DIXIT AD DOMINVM: ECCE DIMIDIVM BONORVM MEORVM, DOMINE, DO PAVPERIBVS; ET SI QVID ALIQVEM DEPRAVDAVI, REDDO QVADRVLVM] Non dubium est Christi more suo, mox vt ingressus est domum Zachæi, ccepisse docere & hortari tam Zachæum, quàm domesticos eius ad fidem & penitentiam, ac, si de peccatis penitenter, promississe eis gratiam, iustitiam & salutem: insuper eos adhortatum esse ad opum mundi que contemptum, vt paupertatem & perfectionem Euangelicam se sequendo amplecterentur, ac sua in pauperes distribuere, vt thesaurum in cælis, & centuplum in hac vita reciperent. Subicit quidem hæc Lucas breuitatis studio, & ex sequentibus, atque ex ijs quæ sapius, ac præsertim paulò antè cap. 18. 22. de Christi consuetudine docenti & prædicandi narravit, ea intelligenda relinquit. Nam hæcæ Christi sermonibus, per internam Christi gratiam, Zachæus planè ad fidem, penitentiam, paupertatem, ac opum mundi que contemptum conuersus, dixit Christo.

ECCE DIMIDIYM BONORVM MEORVM, DOMINE, DO PAVPERIBVS] alterum ergo dimidium reseruat non sibi, sed vt iniuste fraudata alijs restituat: Subdit enim: Et si quid aliquem deprauidavi, reddo quadruplum. Do, reddo, id est dare, reddere iuxta tuam doctrinam & exhortationem, ex nunc firmiter decerno, constituo & addico. Vnde ob hoc penitentis Zachæi efficax propositum, Christus quasi præmium subicit: Hodie salus domui huic facta est. Ita S. Ambrosius, Beda, Euthym. hic, Tertull. libr. 4. contra Marcion. Fulgentius epist. ad Gallam. Est hebraismus similis illi Pharaonis Exodi 5. 10. Non do vobis paleas, id est decerno iubeoque, vt amplius vobis non dentur paleæ. Matth. 26. 18. Apud te facio (id est facere volo, destino) pascha. S. Cyprianus tamen tract. de Opere & elemosyna, rōdo & reddo per præteritum exponit, scilicet per dedi, reddidi, quasi iam antè, ex alijs Christi prædicationibus, quas Zachæus audierat, conuersus fuerit.

ET SI QVID ALIQVEM DEPRAVDAVI] Græcè, εὐνοφάρμακον, id est, per sycomphantiam, fraudem, calumniam, similemve malam artem extorsit. Fatetur fraudationis culpam Zachæus, sed modicè: nam cum pro simplo fraudato reddat quadruplum ex altero bonorum suorum dimidio, sequitur eum octauam tantum partem bonorum suorum fraude acquisiuisse, vt, si habeat octo millia aureorum, mille dumtaxat essent fraude parta: reliqua ergo septem millia vel hereditate, vel iusta ratione erant ab eo comparata.

VERS. 8.

Octauam tantum bonorum suorum partem fraude acquisiuit Zachæus.

Vide hic subitam miramque conuersionem Zachari, per potentem Christi gratiam, qua ipse illico non tantum poenituit, sed & bonis omnibus quibus antea addictus erat, se abdicare decreuit: dimidium enim pauperibus, dimidium restitutioni addidit. Quare subito amplexus est consilium paupertatis Euangelicæ, vt omnibus relictis, pauperem Christum pauper sequeretur, ac vel mendicato, vel labore manuum victum sibi pararet. Vnde S. Chrysostomus homil. de Zachæo: *Audi mirabile, inquit, nondum didicit, & obedit: nempe Saluator iustitie radice nequitie caliginem fugauit.* Et Beda: *Ecce, inquit, camelus deposita sarcina per foramen acus transit, id est relicto diuitiarum amore, benedictionem Domini susceptionis accipit.* Hæc est enim sapiens illa stultitia, quam de sycomoro publicanus, quasi fructum vite legerat, rapta reddere, propria relinquere, visibilia contemnere. Et Theophyl. *Vides, ait, alacritatem, non parce seminare cepit, neque pauca quædam dedit, sed totam vitam.* Vnde S. Bernardus serm. i. in festo omnium Sanctorum, suos Religiosos alloquens: *Zachæus, inquit, cuius laus est in Euangelio, dimidium bonorum suorum dedit pauperibus: sed ego multos Zachæos hinc video, qui nihil sibi ex omnibus reliquerunt. Quis mihi scribet hoc Euangelium de Zachæo istiusmodi de Petris istiusmodi: fallaciter loquatur: Domine ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te? sed scriptum est iam in Euangelio aeterno in libro vitæ scriptum est & signatum: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.*

REDDO] Id est decerno, & firmiter propono reddere, nec dubium quin ipse efficax hoc propositum statim re ipsa executus sit, & in opus contulerit. Alterum enim, ait S. Ambrosius non fac, nec habet gratiam liberalitatis si iniuria persecutus, quia non spolia, sed dona queruntur. Nam vt inquit S. August. epist. 54. *Non admittitur peccatum, nisi restituatur ablatum.*

QUADRUPPLVM] Non quasi lege naturæ, vel Mosaica tenear reddere quadruplum, cum ad simplum dumtaxat vtraque me obliget, sed ex feruenti charitate & poenitentia, hunc heroicum, magnamque & superabundantem restitutionis & iustitiæ actum edere constituo: quia hoc quadruplum conforme est legi, quæ Exodi 22. i. iuræ omnia à iudice condemnari iubet ad restitutionem quatuor ouium. Dicit hoc Zachæus, non ex iactantia & ostentatione, sed partim ex feruore à Christo & Spiritu sancto sibi inditos partim vt retundat calumniam Scribarum Christo obsecientium; quod ad se peccatorem diuertisset. Ostendit enim se iam non esse peccatorem, sed poenitentem, iustum, imò iustus iustiorum & sanctum.

Tropolog.

Tropologicè, S. Chrysost. hom. 78. in Matth. docet domum animæ ornandam esse eleemosyna & iustitia, vti ornatu Zachæus, si Christum in ea hospitio excipere velimus.

VERS. 9.

AIT IESVS AD EVM] ad eius verba respondens: ita tamen vt non tam ad eum, quam ad discipulos, turbamque circumstantem vultum vocemque dirigeret. Similis enallage personæ est Rom. 10. 2. Psal. 3. 3. & alibi.

QUIA (quod) HODIE SALVS DOMVI HVIC FACTA EST] *Eieclâ perditiõne*: ait Euthym. *que in ea morabatur, propter auaritiã & iniustitiã*; Arabicus, *hodie conuenit salus habitatoribus.*

A huius domus, q. d. Quia Zachæus tantum poenitentia, emendarionis, eleemosynæ, restitutionis feruorem & spiritum, illi à me exteriori docente, & interiori mentem commouente inditum, ostendit; hinc salutem, id est gratiam & iustitiã eximiam, adipiscitur; vt, si in ea perseuerarit, salutem & gloriam aeternam consequatur, quàm ex nunc hodie illi addico & promitto.

DOMVI HVIC] Hinc liquet quod Zachæo credente & conuerso ad Christum, omnes eius domestici, heri sui exemplo & imitatione, in Christum crediderint, poenituerint, iustificati & sanctificati sint.

Porro Zachæus à Christo conuersus, post eius mortem & ascensionem, assecla fuit S. Petri & ab eo ordinatus fuit Cæsariæ Palæstine Episcopus, vt narrat S. Clemens lib. 1. & Recogn.

ED QVOD ET IPSE SIT FILIVS ABRAHÆ] quia scilicet imitatus est fidem, iustitiã & sanctitatem Abrahamæ: bona enim sua partiendo, ait Beda, pauperibus reliquit, vt ille terram & domum paternam. Ait verò, *Et ipse*, significans non solum iustos, sed & eos qui ab iniustitia respiciunt, ad promissionis filios pertinere. Sic & Tertull. libr. 4. Contra Marc. Cyprian. & alij superius citati. Audi S. Chrysost. hom. de Zachæo, quæ est vltima tomi 2. *Zachæus totum quod habuit obrulit, qui patrimonij partem reddendis fratribus reseruauit: sed Abraham Domino filium, Zachæus substantiam obrulit. Ille heredem hinc hereditatem donauit; ille immolandum solum quod habuit pignus exhibuit, hic patrimonij substantiam Domino immolauit. Vnde rectè Abraham filius Zachæus nuncupatur, dum ordinem gloriæ paternæ exequitur.*

Rursum Zachæus fuit *filius Abrahamæ*, quia Iudæus, & ex Abraham prognatus, quasi Christus Pharisaïs murmurantibus, quod ad Zachæum publicanum diuertisset, respondeat, dicatque: Non est quod idcirco murmuretis, quia Zachæus est Israelita, & in Abraham patriarcha & patre suo ius proximum habet ad Messiam & salutem. Quare à me Messia, quia publicanus, negligi non debuit, sed quia poenitens, suscipi & benedici.

Allegoricè & tropologicè, singulas huius historiarum partes cuiuslibet fidei & sancto ita adaptat Beda: Zachæus, id est purus & iustificatus, significat credentem ex Gentibus populum, qui temporalium occupatione depressus erat & minimus; voluit videre Christum intrantem Iericho, id est fidem quam Christus mundo attulit, participare: turba est vitiorum consuetudo, quam obstantem transcendit, terrena relinquendo, & crucis arborem ascendendo. Sycomorus alta arbor, vnde & celsa nuncupatur, & ficus fatua dicitur: irridetur scilicet ab incredulis crux vt fatua, sed alit credentes vt ficus. Ascendit pusillus, cum quilibet humilis clamat: *Mibi absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi.* Venit eò Dominus, per predicatorum scilicet ad populum nationum: *vidit*, id est per gratiam elegit: manet in domo pusilli Zachæi, id est in humilium nationum corde quiescit: descendit ille de sycomoro: est enim cognouimus Christum secundum carnem, sed iam non nouimus: est enim mortuus est ex infirmitate, sed viuit ex virtute Dei.

Porro Ecclesia hoc de Zachæo Euangelium apposuit

Cur Euangelium Zachari legit Ecclesia in templorum dedicatione.

appositè legit in dedicatione ecclesiarum. Primo, quia Christus in eo ait: *Hodie salus domui huic facta est*, quod rectè competit ecclesijs, cum dedicantur: dedicatio est enim quasi salus ecclesijs; per illam enim ecclesia dedicatur ad cultorum, qui in ea per predicationem, orationem, contritionem, confessionem & absolutionem iustificandi sunt, salutem. Rursum ait Christus: *Hodie in domo tua oportet me manere.* Simili enim modo Christus manet in ecclesia dedicata, per venerabile Eucharistia sacrificium & Sacramentum. Per dedicationem enim ecclesia fit domus Dei, & habitaculum Christi. Tertio, quia materialis ecclesia typus est spiritualis ecclesiæ, scilicet animæ fidelis, in qua magis habitare desiderat Christus, perinde atque hic ipse magis in anima, quam in domo Zachæi commemorari optabat: iuxta illud: *Membra vestra templum sunt Spiritus sancti, qui est in vobis*, 1. Cor. 6. 19. Et mox: *Glorificate & portate Deum in corpore vestro.*

VERS. 10. **VENIT ENIM FILIVS HOMINIS QUERERE, ET SALVVM FACERE QVOD PERIERAT**] q. d. Non mirum quod Christus Zachæum, publicanos & peccatores ad se, conuerterit, saluarit, quia ad hoc missus erat à Patre, & ad hoc ipse venerat in mundum. Sicut ergo peritia & virtus excellentis medici in eo ostenditur, si morbos inueteratos, incurabiles & desperatos curet: ita virtus summa Christi archiatri enituit in curandis animi morbis, per naturam insanabilibus, qualis est auaritia in publicanis. Hinc Zachæum publicanum non tantum ad auaritiæ, sed & opum omnium contemptum, ac ad amplexandam paupertatem Euangelicam traduxit. Hinc & Mathæum publicanum vocauit & creauit Apostolum. Similis fuit conuersio & mutatio Petri publicani, siue Telonarij, vt narrat Leontius in Vita S. Ioan. Eleemosynarij. Hic enim Petrus auarissimus erat, vt pauperes, inter se certarent, quis ab eo extorquere posset eleemosynam. Obrulit se vnus, qui ostendendo Petro suam inopiam, panem illi extorsit. Indignans enim Petrus eum sibi offerri, panem illi ad caput proiecit: sequenti nocte, Petrus peruisum vidit se rapti à nigris Æthiopiis ad tribunal Christi, ac in bilance merita sua & demerita appendi. Cumque sinistra lancis demerita præponderarent, vidit in dextra lance panem, quem pauperi proiecerat, positum, ferè æquiponderare lanci sinistra, sibi que dicit: *Vade, operare, & huic pani lanci, plura adice.* Mox euigilans, vimque eleemosynæ agnoscens, omnia sua in pauperes distribuit, ac tandem se ipsum à famulo iussit vendi Hierosolymæ triginta nummis, & pretium dari pauperibus, vt instar Christi se summè humiliaret, ac per charitatem totum in pauperes expendere. Quare Christus semel & iterum illi apparens, se omne hoc pretium recepit testatus est. Tandem vir tantus à peregrinis Hierosolymam proficiscentibus, in conuiuio de more hero suo & conuiuijs seruiens agnitus, illic fugit, ac ostiario surdo & muto vsum aurium & linguæ restituit, dum ab eo reserari ostium ad fugam postulauit & impetravit.

Petri publicani auarissimi mira conuersio.

VERS. 11. **HÆC ILLIS AVDIENTIBVS, ADICIENS DIXIT PARABOLAM, EÒ QVOD ESSET PROPE IERVSALEM: ET QVIA EXISTIMARENT QVOD**

CONFESTIM REGNVM DEI MANIFESTARE TVR] Christus enim sæpè regni sui mentionem fecerat, illudque suis promiserat: vnde Apostoli sperabant, id nunc futurum, eò quod pergeret Hierosolymam, quæ erat metropolis Iudææ, fueratque regia Davidis, Salomonis, ceterorumque regum. Putabant ergo Christum pari modo in Hierosolyma regnum suum inchoaturum, ac se velut Christi familiares, eius fore participes, atque inter primos cum eo regnuros. Augebat spem celebritas & gloria Christi, recentibus miraculis, ac nominatim stupendâ Zachæi conuersione, inclarescens & effulgurans. Ex hac spe & suspitione, pauld post Iesu ingrediente Ierusalem, Apostoli eum asino impulerunt, ac turbæ eidem quasi Messie regi in Ierusalem iam inaugurando acclamant: *Benedictum quod venit regnû patris nostri David: benedictus qui venit rex in nomine Domini*, infra vers. 38. Christus ergo vt hanc opinionem eis eximat, parabolam sequentem inducit, qua significat se prius à Iudæis occidendum, ac deinde resurrecturum, & gloriosè per fidem in toto orbe regnaturum.

HOMO QVIDAM NOBILIS (Syrus, filius magni stemmatis) ABIIT IN REGIONEM LONGINQVAM, ACCIPERE SIBI REGNVM, ET REVERTI] Hic nobilis est Christus, quia homo. Nam, vt ait S. Basilus in Catena, *Christus nobilis est, non solum secundum deitatem, sed etiam secundum genus humanum, ex semine David secundum carnem exortus*, iuxta illud, quod de filio hominis vidit dicitque Daniel cap. 7. 14. *Et dedit ei potestatem, & honorem, & regnum.* Addit ibidem Eusebius: *Non dum se Regem appellat, quia in prima apparitione nondum regia fungebatur potestate.* Licet enim Christo, ab initio incarnationis suæ, debitum esset hoc regnum, ob vnionem hypostaticam cum Verbo; tamen ipse illud passione & morte in cruce mereri voluit: nec nisi post resurrectionem illius possessionem adire, iuxta illud ca. 24. 26. *Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam?* Christus ergo abiit in regionem longinquam, dum quadragesimo die à morte & resurrectione abiit in cælum, vbi adiit possessionem regni sui, vt scilicet sit rex totius mundi, regnetque in terra, æquè ac in cælo. Ita Theophyl. Titus, Euthym. & alij. E cælo verò reuertetur Christus in terram ad diem iudicij; tum vt regnum hoc visibiliter omnibus hominibus ostendat, tum vt quasi rex omnium tam electorum, quam reproborum, sibi infidelium & inobedientium, iudicium extremum peragat: tum vt electos suos in regnum cælestè inducat eosque gloriæ suæ participes efficiat, iuxta illud quod in Ascensione Christi Apostolis indicarunt angeli, Actuum 1. vers. 11. *Hic Iesus qui assumptus est à vobis in cælum, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cælum.* Tunc ergo redibit Christus, vt regnum terræ regno cæli coniungat, ostendatque se terræ & cælo dominari, vtque fideles suos è terra in regnum cælestè transferat.

VERS. 12.

Parabola decem manarum seruis creditarium.

VOCATIS AVTEM SERVIS SVIS, DEDIT ILLIS DECEM MNAS, ET AIT AD ILLOS: NEGOTIAMINI DVM VENIO] vt lucrum meum; æquè ac vestrum augeatis. Decem, id est omnibus seruis suis: vnique enim vnâ dedit, mnam.

minam, vt patet ex seq. decem mnas ergo totidem seruis dedit. Denarius enim, ait Eurhythmus, symbolum est multitudinis & vniuersitatis; post denarium enim reditur ad vnitatem, ceterosque numeros, ex quibus denario adiunctis, sequentium omnium fit compositio,ordo & numerus.

MNAS] Hebr. & grecè *mana*, idem est quod *mina*, à rad. *man*, id est numerauit, vnde *mane, tace, phares*, Daniel. 5. Mina autem erat duplex: Attica, quæ continebat drachmas centum: drachma est Iulius Romanus, sive Regalis Hispanicus, drachma est enim octaua pars vncie: duodecim faciunt libram communem, sedecim maiorem, quare mina Attica argenti continet centum Iulios, id est decem aureos Romanos: mina verò auri continet centum coronatos aureos, teste Budæo libr. de Assie. Hebræa verò mina erat duplo maior: Attica enim continebat vnam libram, Hebræa verò libras duas cum dimidia, Ezechiel cap. 45. 12. ait minam continere 60. siclos, id est 240. drachmas: siclus enim erat tetradrachmus: continebat enim quatuor drachmas. Mina ergo auri Hebræa continebat 240. aureos: argenti verò 240. Iulios, sive Regales. S. Matthæus cap. 25. eandem narrans parabola, pro *mina*: habet talentum, quod apud Hebræos continebat minas Hebræas sexaginta. Potuit Christus vtrumque nominare, præsertim si parabolam variando nonnihil (vt fieri solet) repetierit.

NEGOTIAMINI DVM VENIO] Christus vult nos continuò minis suis, id est talentis, donis, gratijs suis, quas ipse nobis dedit, negotiari; vt nobis operum & meritorum lucrum affidueaugeamus. Vetat ergo nos otiosi: quare tota vita nostra debet esse non otium, sed negotium lucrispiritualis continuum. Quod professò negotium, ait S. Gregor. lib. 1. epist. 39. ad Dominicum, *sum verè nos agimus, si viuendo & loquendo proximorum animas lucratur, si infirmos quosque celestis regni gaudia predicando, in superno amore volocamus: si proteruos ac timidos, gehennæ supplicia terribiliter insonando, sicutimus, si nulli contra veritatem parcimus: si supernis amicitijs dediti, humanas inimicitias nò timemus. Paulo post verò addit: Sed ad hoc ego pondus meæ infirmitatis expanseco, & quid accepto regno pater familiaris redeat, rationem nobiscum positurus, aspicio, sed quæ cum mente sustineo, cui de suscepto negotio, animarum lucrum aut nullum, aut penè nullum reporto? Hæc ille, quod humilior, eò maior.*

VERS. 14. CIVIS AVTEM EIVS ODERANT EVM (ciues: Syrus, filij ciuitatis eius, putà Scribæ & Iudæi oderant Iesum, quòd vitia eorum taxaret) ET MISERVNT LEGATIONEM (legatos) POST ILLVM DICENTES (legatis suis) NOLVMVS HVNC (Iesum pauperem, vilem & fabri filium) REGNARE SVPER NOS] Id impletum est post mortem, resurrectionem & ascensionem Christi in cælum; cum miserunt Saulum Damascum, vt omnes in Christum credentes caperet, fidemque, nomen & regnũ Christi exterminaret. Item cum iisdem S. Petrum & Apostolos incarcerationum & flagellarum, S. Stephanum lapidarunt, S. Iacobum occiderunt, ceterosque Christianos persecuti sunt, vt patet ex Actis Apost. & etiamnum persequuntur.

VERS. 15. ET FACTVM EST VT REDIRET ACCEPTO

REGNO] Syrus & Arabicus, cumque accepisset regnum, & reuersus fuisset. De secundo aduentu est huius sermo, ait Euthym. quando reueretur cum potestate magna & gloria, sedebitq; super sedem gloriae suæ: nam tunc rationem ponens, reddet unicuique iuxta opera sua. Sic & S. Augustinus Theop. Beda & reliqui. Cetera expolui Matth. 25. 19.

MNA TVA DECEM MNAS ACQUISIVIT] VERS. 16. Græcè, & *ἡ ἑκατὸν*, id est, operata est, sicut semen vnum tritici seminarum in agro, virtute sua fugens succum è terra, eumque in se conuertens, in messe producit decem, imò 30. & 60. semina granaque tritici. Vnde Arabicus vertit, *mina tua facta est in decem*. Non dicit: Ego acquisiui, sed, *mina tua acquisiuit*: quia esto ad bonum opus concurrat libertas, & cooperatio arbitrij nostri, tamen tota vis & virtus operandi diuina est à gratia, non à libero arbitrio: ad hoc enim opus habet dumtaxat, quòd sit liberum; à gratia verò habet, quòd sit supernaturale, Deo gratum & meritorium. Vnde Paulus. *Gratia Dei sum, inquit, quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboraui; non ego autem, sed gratia Dei mecum*, 1. Corinth. 15. 10.

ET AIT ILLI: EVGE SERVE BONE, QVIA IN MODICO (in vna mina expendenda) FVISTI FIDELIS, ERIS FOTESTATEM HABENS SVPER DECEM CIVITATES] Id est pro vna mina centum, adeoque mille & mille, imò regimen vnius provincie sive decapoleos, putà decem ciuitatum & plurium recipies, q. d. Pro paruo labore & cura in terra, magna, imò maxima & ineffabilia, in cælo præmia referes, ac præsertim præris ijs, in quos tua Dei dona in terra expendis, quosque ad Christum conuerteris, vel in fide & virtute promoueris. Causam dat S. Ambros. *Nam sicut angeli præsum, ita & hi qui vitam meruerunt angelorum*. Ac præstius Beda: *Isto, inquit, potestatem habens super decem ciuitates, hoc est abundantiora felicitatem atque honorem sortieris in cælis, & pro omnibus, ac ab omnibus, quibus fuisse cooperatur saluationis, glorificaberis in supernis. Nam & post iudicium manebit in Beatissimo ordo dignitatis, ac congrue ad inuicem honorationis. vnde dicit: Apostolus: Quæ est spes nostra ac gaudium, aut corona gloriae? Nòne vos ante Dominum nostrum Iesum Christum estis in aduentu eius? 1. Thessal. 2. vers. 19.*

ET ALTER VENIT DICENS, DOMINE MNA TVA FECIT QVINQVE MNAS] Hic patet vltus liberi arbitrij, & quantum faciat eius strenua cum gratia cooperatio. Nam prior cum vnà mina strenuè negotians & cooperans, lucratus fuit decem minas, vers. 16. hic verò lenitiùs & remissius cooperans, ex vna mina lucratus est quinque minas dumtaxat.

ET HVIC AIT: ET TV ESTO SVPER QVINQVE CIVITATES] Conseruatur ad mensuram iudij cuiusque, ait Euthym. *mensuratur & honor & beneficium*.

ET ALTER VENIT DICENS: DOMINE, ECCE MNA TVA, QVAM HABVI REPOSITAM IN SVDARIO] tibi integram, sed sine lucro, & non auctam vel multiplicatam, restituo. Pecuniam in sudario ligare, est percepta dona sub otio leni torporis abscondere, ait Beda.

VERVM TAMEN INIMICOS MEOS ILLOS, Iudæos

Iudæos (ciues meos) QVI NOLVERVNT ME REGNARE SVPER SE, ADDVCITE HVIC (ad tribunal meum super vallem Iosaphat & Ierusalem) ET INTERFICITE ANTE ME] Græcè, *ἰνυλῆτε ἐν τῷ σπῆτι μὲν*. Alludit ad reges victores, qui rebelles suos debellatos maclant & iugulant: per iugulationem hanc significat Iudæorum, ceterorumque Christi hostium extremum iudicium, & condemnationem ad æternam in gehenna mortem, sed viam & vitalem, vt scilicet mortiferis pœnis & incendijs iugiter torqueantur, & nunquam moriantur. Alludit ad Titum, qui deuictos Iudæos iugulauit. Sed per hoc ad literam præcisè intelligit Iudæorum condemnationem & gehennam: hanc enim eis irrogabit, cum è cælo redierit ad iudicium, vt Iudæos reprobosque iudicet & damnet.

VERS. 28. ET HIS DICTIS PRÆCEDEBAT (ex Iericho & domo Zachari) ASCENDENS HIEROSOLYMAM] vt ibi dicta sua de passione, cruce, morte, indeque resurrectione, regno, gloria & iudicio, ipso facto & re ipsa implere inciperet. Præibat autem Apostolis ab hoc itinere, abhorrentibus, quasi dux & antesignanus, vt ostenderet se hilariter & fortiter ire ad mortem, imò quasi mortem ad duellum pronocare: per mortem enim iturus erat in regionem longinquam, putà in cælum, ad capiendum regnum caeleste & æternum.

LAVDARE DEVM &c. dicentes: *Hofanna filio Dauid* (vide dicta Matth. 21. 9.) SVPER OMNIBVS QVAS VIDERANT VIRTVTIBVS] Græcè *δὲ ὑμῶν*, id est factis potentibus, maximè ob recentem Lazar. i ad mortem resurrectionem: ob hanc enim venit et turba obuiam, vt ait Ioan. cap. 12. 18. Ita Beda.

DICENTES: BENEDICTVS QVI VENIT REX IN NOMINE DOMINI] putà rex noster Messias, sive Christus, à Deo missus ad nos saluandos & beandos.

PAX IN CÆLO, supple, sit, vt scilicet per Christum pax fiat, inter nos ac Deum & angelos nobis ob peccata offensos, ideoque GLORIA SIT DEO IN EXCELSIS] caelis habitanti. Audi Beda: *Rex dicitur, non ad exigendum tributum, vel ferro exercitum armandum, hostesq; visibiliter debellandos: sed quia mentes regat, & in regnum calorum credentes perducit. Causam subdit Beda. Quia Christus in carne totius mundi propitiatio illuxit, pulchre sibi inuicem in laudes eius concinunt caelestia, id est angeli, qui eo nascente cauti arant, & terrena, id est homines, qui laudant, cum se cælo redditurus esset. Et Theophyl. Significatur, ait, euannisse bellum antiquum, quo Deo aduersabamur, & laudari ab angelis Deum in tali reconciliatione, & quidem hoc ipsum quod Deus ambulat in territorio nostro, significat ipsum nobiscum habere comor diam.*

ET VT APPROPINQVAVIT, VIDENS CIVITATEM (Ierusalem) FLEUIT SVPER ILLAM] vt viscera charitatis erga eam ostenderet, quàm scilicet sibi cordi & curæ esset Iudæorum salus, ad hanc enim à Patre missus erat ad Iudæos, quasi Messias & saluator. *Fleuit ergo inter gaudia triumphij, & inter faustas gratulantium, & Hofanna vociferantium, acclamationes, vt hæc gaudia imecto quasi selle temperaret. Deseiuit autem Hierosolymitanorum tum cœcitate, obdurationem & ingratitude, quòd se Mes-*

Cur Christus visens Ierusalem fleuit super illam

siam & Saluatorem recipere nollent; tum Dei in eos vindictam, & gentis suæ excidium per Titum; tum quòd videret labores & dolores suos pro ijs susceptos, frustrari & irritos cadere. Hæc tria enim Christo lacrymas excusserunt ex doloris vehementia, ita S. Cyrill. Beda. Theoph. & alij.

Tropol. Origen. Christus inquit, beatitudines omnes suo firmavit exemplo: dixerat: *Beati flentes: itaque flet.*

DICENS: QVIA (quòd) SI COGNOVISSES (cognosceres) ET TV, (sicut ego cognosco, ait S. Gregor. homil. 39. Beda & alij) ET QVIDEM IN HAC DIE TVA, quã ingredior ad te, quasi Messias rex tuus ad tuam salutem, vt te salutem & beem in æternum, iuxta oraculum Zachariæ cap. 9. QVÆ AD PACEM TIBI] refer ad cognovisses, q. d. Si cognovisses ea (græcè enim est *ἵδῃ*) quæ ad tuam pacem, id est ad tuum bonum, salutem & felicitatem faciunt, scilicet pœnitentiam & fidem in me, quam tibi per triennium prædicaui, subaudi, Vtique feres, sicut ego fleo, tua scelera, & tuam præteritam cœcitate & obstinationem. Euthym. supplet: *nequaquam perires; alij, aliter te gereres, me audires, & in me crederes.* Hinc Syrus vertit, *nempe si tu nosse ea, quæ sunt ad pacem tuam vel salutem isto die tuos Arabibus, si cognovisses & tu & in hac die, quantum est tibi in ea pax.* Pax Hebræis prosperitatem, salutem, felicitatem, omnemque bonum tam corporis, quàm animi significat.

Est aposiopesis, significans vehemens Christi pathos doloris, quæ ac indignationis: exprobrat enim Christus ingrata vrbem suam, infidelitatem, obstinationem, ingratitude. Hoc pathos in Christo tantum fuit, vt ei vocem intercluserit, ideoque per aposiopesim, cum silere id quòd dixi, cœgerit. *Conspuerunt enim, ait Euthym. flentes verba præ affectus vehementia abrumperet.* Rursum magnum est pathos in voce & tu, tu è filia Sion, à me ad eò amata, honorata, locupletata, edocta, quomodo me non agnosces, imò me vt falsum Messiam rejicis, persequeris, damnas, occidis, crucifigis: Ego enim propter te è cælo in terram descendidi, propter te in Bethlehem iuxta Ierusalem natus sum, propter te triginta quatuor annos in continuo labore, dolore, paupertate vixi. Triennium totum tuos vicos & castella obeundo, prædicaui, & docuisti leprosos, agros, demonticos sanati, tuos mortuos vitæ restitui. Tu ergo filia Ierusalem, filia ad eò à me dilecta, cur me tui tam amantem non redamas, sed velut hostem spernis & perimis? veniet, & breui veniet, dies illa magna Dei, quã serò perfidiam tuam agnosces, ac tuam cœcitate frustra deplorabis. Hæc est dies tua, in qua opibus, delicijs, pompis tuis vanè exultas. Veniet mox dies mea, imò dies Dei, qua te acerrimè castigabit, & funditus excindet, in qua inconfolabiles & perennes fundes acerbissimi doloris lacrymas.

Simile est pathos in illo Christi ad Iudam proditorem: *Tu verò unanimis, dux meus, & notus meus, &c.* Sic & Iulius Cæsar cum à 23. senatoribus in curia necaretur, inter eos videns & Brutum suum: *Tu etiam sili mi, inquit, in necem meam tuis, meam, inquit, qui tibi quasi pater exiti? Ita Sueton. in eius vita c. 82.*

Maldonatus pro *ἵδῃ*, id est quæ, legit *ἴδῃ*, id est

VERS. 42.

vehemens Christi pathos.

Kai ου τερνοτε

est hac, scilicet hunc id est die, q. d. Si cognosceres in hac die, in qua omni frueris pace, prosperitate & rerum abundantia, quod inimici obfessione te cingent, capient & excident; subaudi. Vtique amarissime tecum feres.

Tropologicè, S. Gregorius hom. 39. Suam hie diem, inquit, habet anima peruersa, quæ transitorio gaudet in tempore. Cui ea quæ ad sunt, ad pacem sunt: quia dum rebus temporalibus letatur, dum honoribus extollitur, diu in carnis voluptate resoluitur, dum nulla poenæ venturæ formidine terretur, pacem habet in die sua, quæ graue damnationis scandalum in die habebit alienat: ibi enim affligenda est, ubi iusti laborantur, & cuncta quæ modo ei ad pacem sunt, tunc in amaritudinem rixæ venturæ, quia rixari secum incipies, cur damnationem, quam patitur, non expauit, cur à prospiciendis malis sequentibus oculos mentis clausit.

Tropolog.

NUNC AVTEM ABSCONDITA SVNT AB OCULIS TVIS] quod de industria scire nolueris, ait Titus, & Eusebius in Catena, Notat, ait, suum aduentum ad pacem totius mundi factum, quam isti quia recipere noluerunt, dicuntur eis fuisse abscondita. Abscondita ergo Iudæis fuit Christi incarnatio, prædicatione, passio, resurrectio, æque ac sua perfidia, cæcitas, ingratitude, ideoque sua vindicta & excidium per Titum: q. d. ait S. Gregor. hom. 39. Si mala imminuentia videres, leta in presentibus prosperis non esses.

Tropologicè, ibidem S. Gregorius: Anima peruersa, inquit, dum in presentibus vitæ oblectationibus se deserit, quid aliud quam clausis oculis ad ignem vadit unde bene scriptum est: In die bonorum ne immemor sis malorum. Et inde per Paulum dicitur: Qui gaudent, tanquam non gaudentes sint: quia & si qua est presentis temporis, ita est agenda latita, ut nunquam amaritudo sequentis iudicij recedat à memoria, quatenus dum mens pauida extreme ultionis timore transfigitur, quantum nunc præsens latita, tantum post ira subsequens temperetur.

VERS. 45.

QUIA VENIENT DIES IN TE (tibi) ET CIRCUMDABUNT TE INIMICI TVI VALLO, ET CIRCUMDABUNT TE] Græcè, circumdabunt inimici tui vallum tibi, & cingent te circumcirca, vt nullus tibi sit locus effugij; Arabicus, profectò venient dies (in quibus) inimici tui projicient vexilla tua, & circumdabunt te. Vallum est munimentum castrorum, quod ex vallis, id est palis, fit, aggregata simul terræ, cespitis & lapidum copiâ; unde & agger dicitur. Quam verè id prædixerit Christus, testatur Iosephus, qui l. 6. c. 7. & 13. Belli, narrat Titum & Romanos circa Ierusalem tres aggeres ere-

xisse, deinde solius tridui spatio totam urbem muro cinxisse: per circuitum enim urbis murum 39. stadiorum extruxisse, vt nulli pateret exitus, vel transitus.

Alludit Christus ad illud Isaïæ c. 29. v. 1. & sequent. Vt Ariel, Ariel, civitas quæ expugnauit David, &c. Et circumvallabo Ariel, & eris tristis, & marens, & erit tibi quasi Ariel. Vide ibi dicta, Ierusalem enim quæ prius fortis erat & inuisita, erat quasi Ariel, id est leo Dei, nunc à me deserta, & excidio Romanis tradita, erit quasi aries iustitiæ & vindictæ diuinæ immolatus. Ita Eusebius, Cyrillus, & Theodor. in Isaïæ c. 29. 1.

ET COANGUSTABUNT TE] ad tantas famis & ærumnarum angustias redigent, vt & matres filios suos vorent: vide Iosephum lib. 6. Belli. c. 14. & seq.

ET AD TERRAM PROSTERNENT TE (græcè, VERS. 44. id est) id est solo æquabunt, ET FILIOS TVOS, QUI IN TE SVNT, ET NON RELINQUENT IN TE LAPIDEM SVPER LAPIDEM] id est funditus destruent te. Est hyperbole: neque enim Romani fuere tam curiosi, vel otiosi, vt nullum lapidem super alium relinquerent. Hoc quoque, ait S. Greg. hom. 39. ipsa iam eiusdem civitatis transfugatio testatur, quia dum nunc in eo loco constructa est, ubi extra portam fuerat Dominus crucifixus, prior illa Ierusalem funditus est euersa: mons enim Caluarie modò situs est in medio nouæ Ierusalem.

ED QVOD NON COGNOVERIS TEMPVS VISITATIONIS TVE] Tempus visitationis, ait Titus, illud vocat, quo ipse de celo dislapsus eam visitauit, multaq; inter visitandum diuina documenta tradidit, ac plurimam tandem stupenda miracula in ea parauit. Et Theophyl. Visitacionis tue, hoc est mei aduentus, quando veni, vt inuiserem te & saluarem. Et Euthym. Quia nò agnouisti tempus curæ tue, tempus namque peregrinationis meæ, erat tempus curæ salutis tue.

Tropologicè: Hæc omnia, ait S. Gregorius hom. 39. in morte contingunt anime, quæ voluptatibus carnis seruiuit. Tunc enim demones vndique eam cingunt, tentant, coangustant, & ad tartara rapiunt. Tunc omnis illa lapidum, id est cogitationum suarum, constructio dissipatur, eò quod non cognouerit tempus visitationis suæ, quo Deus eam per prædicatores, confessarios, magistros, & per internas inspirationes monuit, vt vitam emendaret, & salutem suam consulere. Exempla horrenda Chrysaorij, Theodori, Theodorici regis, & aliorum recenset S. Gregorius l. 4. Dial. c. 30. c. 38. c. 46. c. 52. & seqq.

Tropologicè: Hæc omnia, ait S. Gregorius hom. 39. in morte contingunt anime, quæ voluptatibus carnis seruiuit. Tunc enim demones vndique eam cingunt, tentant, coangustant, & ad tartara rapiunt. Tunc omnis illa lapidum, id est cogitationum suarum, constructio dissipatur, eò quod non cognouerit tempus visitationis suæ, quo Deus eam per prædicatores, confessarios, magistros, & per internas inspirationes monuit, vt vitam emendaret, & salutem suam consulere. Exempla horrenda Chrysaorij, Theodori, Theodorici regis, & aliorum recenset S. Gregorius l. 4. Dial. c. 30. c. 38. c. 46. c. 52. & seqq.

CAPVT VIGESIMVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

PRIMO, Christus Scribis querentibus qua auctoritate predicaret, opponit testimonium Ioannis Baptiste de se testificantis, quod à Deo ad predicandum missus esset. Secundo, v. 9. eis proponit parabolam vineæ, & colonorum eius iniquorum. Tertio, v. 22. iisdem seruantibus an liceat tributum dare Cæsari, respondet: Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari; & quæ sunt Dei, Deo. Quarto, v. 27. Sadducæos negantes resurrectionem redarguit, illamque eis à Scriptura probat. Quinto, v. 42. eis demonstrat Messiam esse Deum, eò quod David psal. 109. eum vocet Dominum. Denique eorum vitia taxat, populumque monet ne illa imitentur.

Hæc omnia audiuimus Matth. 21. & 22. ubi ea explicui.

1. ET factum est in vna dierum, docente illo populum in templo, & euangelizante, conuenerunt principes sacerdotum, & Scribæ cum senioribus, 2. & aiunt dicentes ad illum: Dic nobis, in qua potestate hæc facis: aut: Quis est, qui dedit tibi hanc potestatem? 3. Respondens autem Iesus, dixit ad illos: Interrogabo vos & ego vnum verbum. Respondete mihi: 4. Baptismus Ioannis de celo erat, an ex hominibus? 5. At illi cogitabant intra se: dicentes: Quia si dixerimus, De celo: dicit. Quare ergo non credidistis illi? 6. si autem dixerimus, Ex hominibus, plebs vniuersa lapidabit nos: certi sunt enim, Ioannem prophetam esse. 7. Et responderunt se nescire vnde esset. 8. Et Iesus ait illis: Neque ego dico vobis in qua potestate hæc facio. 9. Cæpit autem dicere ad plebem parabolam hanc: Homo plantauit vineam, & locauit eam colonis: & ipse peregrè fuit multis temporibus. 10. Et in tempore misit ad cultores feruum, vt de fructu vineæ darent illi. Qui cæsum dimiserunt eum inanem. 11. Et addidit alterum seruum mittere. Illi autem hunc quoque cædentes & afficientes contumelia, dimiserunt inanem. 12. Et addidit tertium mittere: qui & illum vulnerantes eiecerunt. 13. Dixit autem Dominus vineæ: Quid faciam? mittam filium meum dilectum: forsitan cum hunc viderint, verebuntur. 14. Quem cum vidissent coloni, cogitauerunt intra se dicentes: Hic est heres, occidamus illum, vt nostra fiat hereditas. 15. Et eiectum illum extra vineam, occiderunt. Quid ergo faciet illis dominus vineæ? 16. veniet, & perdet colonos istos, & dabit vineam alijs. Quo audito, dixerunt illi: Absit. 17. Ille autem aspiciens eos, ait: Quid est ergo hoc, quod scriptum est? Lapidem, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli? 18. Omnis qui ceciderit super illum lapidem conuassabitur: super quem autem ceciderit, comminuet illum. 19. Et quærebant principes sacerdotum, & Scribæ mittere in illum manus illa hora: & timuerunt populum: cognouerunt enim quod ad ipsos dixerit similitudinem hanc. 20. Et obseruantes miserunt insidiatores, qui se iustos simularent, vt caperent eum in sermone, vt traderent illum principatui & potestati præsidis. 21. Et interrogauerunt eum, dicentes: Magister, scimus quia rectè dicis, & doces: & non accipis personam, sed viam Dei in veritate doces: 22. licet nobis tributum dare Cæsari, an non? 23. Considerans autem dolum illorum, dixit ad eos: Quid me tentatis? 24. Ostendite mihi denarium. Cuius habet imaginem & inscriptionem? Respondentes dixerunt ei: Cæsaris. 25. Et ait illis: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari; & quæ sunt Dei, Deo. 26. Et non potuerunt verbum eius reprehendere coram plebe: & mirati in responso eius, tacuerunt. 27. Accesserunt autem quidam Sadducæorum, qui negant esse resurrectionem, & interrogauerunt eum, 28. dicentes: Magister, Moyses scripsit nobis: Si frater alicuius mortuus fuerit habens vxorem, & hic sine liberis fuerit, vt accipiat eam frater eius vxorem, & suscitet semen fratri suo. 29. Septem ergo fratres erant: & primus accepit vxorem, & mortuus est sine filijs. 30. Et sequens accepit illam, & ipse mortuus est sine filio. 31. Et tertius accepit illam. Similiter & omnes septem, & non reliquerunt semen, & mortui sunt.

Cornel. in Lucam.

T

32. No-

32. Nouissimè omnium mortua est & mulier. 33. In resurrectione ergo, cuius eorum erit vxor? si quidem septem habuerunt eam vxorem. 34. Et ait illis Iesus: Filij huius sæculi nubunt, & traduntur ad nuptias. 35. illi verò qui digni habebuntur sæculo illo, & resurrectione ex mortuis, neque nubent, neque ducent vxores: 36. neque enim vltra mori poterunt: equales enim angelis sunt, & filij sunt Dei, cum sint filij resurrectionis. 37. Quia verò resurgant mortui, & Moyses ostendit fecus rubum, sicut dicit Dominum, Deum Abraham, & Deum Isaac, & Deum Iacob. 38. Deus autem non est mortuorum sed viuorum: omnes enim viuunt ei. 39. Respondentes autem quidam Scribarum, dixerunt ei: Magister, bene dixisti. 40. Et amplius non audebant eum quidquam interrogare. 41. Dixit autem ad illos: Quomodo dicunt Christum, filium esse Dauid. 42. Et ipse Dauid dicit in libro Psalmorum: Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis, 43. donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum: 44. Dauid ergo Dominum illum vocat: & quomodo filius eius est? 45. Audiente autem omni populo, dixit discipulis suis: 46. Attendite à Scribis, qui volunt ambulare in stolis, & amant salutationes in foro, & primas cathedras in synagogis, & primos discubitus in conuiujs: 47. qui deuorant domos viduarum, simulantes longam orationem. Hi accipient damnationem maiorem.

VERS. 36. **Æ**QVALES ENIM ANGELIS SVNT] (Arabi-
cus, sunt velut angeli Dei; Syrus, sunt instar
angelorum; sic ferè & Ægyptius, Pericus & Æ-
thiopicus) in calibatu, in immortalitate, in glo-
ria: sicut ergo angeli non nubunt, non generant,
sic nec Beati, quia ipsi per se immortales & glo-
riosi, in omne æuum perennabunt: generatio e-
nim in hac vita quæritur ob mortè, vt pater mor-
riens, in filio quem viuum relinquit, quasi super-
stes viuat & perennet. Vnde S. Cyrillus: Sicut an-
geli, inquit, non sunt per generationem propagati, ita
his qui resurgunt, non est opus nuptijs. Et S. Chryso-
stomus in Matth. c. 22. Hæc ducuntur vxores, inquit,
vt nascendo suppleatur, quod moriendo minuitur; illic
autem mors non erit, & consequenter nec nuptia, nec
vxores, nec generatio.

ET FILII SVNT DEI, CVM SINT FILII RE-
SURRECTIONIS] Filij Dei dicuntur, ait Theophyl.
qui per resurrectionem regenerantur, non tan-
tum per gratiam, sed etiam per gloriam, vt Deo

A sint simillimi, iuxta illud 1. Ioan. 3. Cum appaue-
rit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est:
vnde tunc quasi filij adibunt hereditatem Dei
Patris.

Hinc & dicuntur filij resurrectionis, quia ex re-
surrectione, quasi rursus nasci ad nouam, diuinam
& beatam vitam videbuntur. ita Theophylact.
Secundò, erunt filij resurrectionis, id est digni
resurrectione: nam vox filius, cum additur geni-
tuo præmij vel pœnæ, apud Hebræos significat
reum, dignum, vel destinatum ad talem pœnam,
vel præmium: sic dicuntur filij mortis & gehennæ,
id est rei mortis & gehennæ: Filij regni & resur-
rectionis, id est digni regno caelesti & resurrectio-
ne Beatorum.

ET AMPLIUS NON AUDEBANT EUM QUID-
QVAM INTERROGARE] scilicet Sadducæi: nam
Pharisæi rursus eum interrogarunt quodnam
esset maximum mandatum, vt patet ex Matth.
cap. 22. v. 35.

CAPVT

CAPVT VIGESIMVM PRIMVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

CHristus afferit viduam dantem duo minuta plus ceteris dedisse. Mox v. 7. dat signa
pnenia excidio, tam vrbs (Hierosolymæ) quàm orbis. Eadem signa narravit Matthæus
c. 24. vbi ea explicat. Quocirca v. 34. omnes adhortatur, vt vigilent in orationibus, ac so-
briè, piè iustèque viuant, & ad diem iudicij se comparent.

1. **R**espiciens autem, vidit eos, qui mittebant mûnera sua in gazophylacium, di-
uites. 2. Vidit autem & quamdam viduam pauperulam mittentem æra
minuta duo. 3. Et dixit: Verè dico vobis, quia vidua hæc pauper, plus quam om-
nes misit. 4. Nam omnes hi ex abundantia sibi miserunt in munera Dei: hæc autem
ex eo quod deest illi, omnem victum suum quem habuit, misit. 5. Et quibusdam
dicentibus de templo, quòd bonis lapidibus, & donis ornatum esset, dixit: 6. Hæc
quæ videtis, venient dies, in quibus non relinquetur lapis super lapidem, qui non de-
struatur. 7. Interrogauerunt autem illum, dicentes: Præceptor quando hæc erunt,
& quod signum cum fieri incipient? 8. Qui dixit: Videte ne seducamini: multi
enim venient in nomine meo, dicentes quia ego sum: & tempus appropinquauit:
nolite ergo ire post eos. 9. Cum autem audieritis prælia, & seditiones, nolite ter-
reri: oportet primùm hæc fieri, sed nondum statim finis. 10. Tunc dicebat illis:
Surget gens contra gentem, & regnum aduersus regnum. 11. Et terræ motus ma-
gni erunt per loca, & pestilentia, & fames, terroresque de cælo, & signa magna e-
runt. 12. Sed ante hæc omnia iniicient vobis manus suas, & persequentur, traden-
tes in synagogas & custodias, trahentes ad reges & præfides propter nomen meum:
13. continget autem vobis in testimonium. 14. Ponite ergo in cordibus ve-
stris, non præmeditari quemadmodum respondeatis. 15. ego enim dabo vobis os
& sapientiam, cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarij vestri.
16. Trademini autem à parentibus, & fratribus, & cognatis, & amicis, & morte af-
ficient ex vobis: 17. & eritis odio omnibus propter nomen meum: 18. & capil-
lus de capite vestro non peribit. 19. In patientia vestra possidebitis animas ve-
stras. 20. Cum autem videritis circumdari ab exercitu Ierusalem tunc scitote
quia appropinquauit desolatio eius: 21. tunc qui in Iudæa sunt fugiant ad mon-
tes: & qui in medio eius, discedant: & qui in regionibus, non intrent in eam.
22. quia dies ultionis hi sunt, vt impleantur omnia, quæ scripta sunt. 23. Væ au-
tem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus: erit enim pressura magna super
terram, & ira populo huic. 24. Et cadent in ore gladij, & captiui ducentur in om-
nes Gentes, & Ierusalem calcabitur à Gentibus: donec impleantur tempora natio-
num. 25. Et erunt signa in sole, & luna, & stellis, & in terris pressura gentium præ
confusione sonitus maris, & fluctuum: 26. arescentibus hominibus præ timore, &
expectatione, quæ superuenient vniuerso orbi: nam virtutes cælorum mouebuntur:
27. Et tunc videbunt Filium hominis venientem in nube cum potestate magna &
maiestate. 28. His autem fieri incipientibus, respicite, & leuate capita vestra: quo-
niam appropinquat redemptio vestra. 29. Et dixit illis similitudinem: Videte fi-
culneam, & omnes arbores: 30. cum producant iam ex se fructum, scitis quoniam
propè est æstas. 31. Ita & vos cum videritis hæc fieri, scitote quoniam propè est regnū
Dei. 32. Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant.
33. Cælum & terra transibunt: verba autem mea non transibunt. 34. Atten-
dite autem vobis, ne fortè grauentur corda vestra in crapula, & ebrietate, & curis hu-
ius vitæ, & superueniat in vos repentina dies illa: 35. tamquam laqueus enim su-
perueniet in omnes, qui sedent super faciem omnis terræ. 36. Vigilate itaque, om-
ni tempore orantes, vt digni habeamini fugere ista omnia, quæ futura sunt, & stare
ante Filium hominis. 37. Erat autem diebus docens in templo: noctibus verò exi-
ens, morabatur in monte, qui vocatur Oliueti. 38. Et omnis populus manicabat
ad eum in templo audire eum.

VERS. 18. ET CAPILLVS DE CAPITV VESTRO NON PERIBIT] Quia dura sunt, ait Greg. hom. 35. que pradicantur de afflictione mortis, proxtius consolatio subditur de gaudio resurrectionis, cum dicitur: Capillus de capite vestro non peribit. Scimus, fratres, quia caro incisa dolet, capillus incisus non dolet. At ergo Martyribus suis; Capillus de capite vestro non peribit; vide licet aperte dicens: Cur timetis, ne pereat quod incisum dolet, quando & illud in vobis perire non potest, quod incisum non dolet?

Ex hitce Christi verbis collige, nos resurgituros non tantum cum quatuor humoribus, putà sanguine, pituita, bile atrà & flaua, quod quidam viri docti negarunt: sed etiam cum capillis, barbà, vnguibus. Ita docet S. August. lib. 22. de Ciuitate Dei, c. 19. & 20. S. Bonauent. in 4. dist. 44. p. 1. art. 1. qu. 2. ad 3. D. Thom. in Supplem. q. 80. art. 2. Richardus in 4. dist. 44. art. 1. q. 3. Magister in 4. dist. 44. Dam. Soto in 4. dist. 44. art. 2. Probant ex illo Matth. 10. Capilli capitis vestri omnes numerati sunt; & ex hoc loco Lucam: Capillus de capite vestro non peribit: Non longitudine, sed numero, ait Augustinus.

Secundò, ratione, quia resurgent corpora sine deformitate, cum suo ornatu & decore; ornatus autem capitis est coma, oris barba, digitorum vngues; & si quis eis careret, deforme esset. Dices, illa sunt excrementa membrorum: hæc aurem tollentur, vt patet de vrina, sudore, &c. Resp. vrina & sudor sunt merè excrementa: capilli autem & vngues, licet excrementa eatenus dici possint, quatenus excernuntur à membris, quia tamen ab his excernuntur ad sui tutelam & decorem, hinc potius ornamenta dicenda sunt, quàm excrementa. Simili modo excernuntur pori & pellis, à carne; pituita & cholera, à sanguine, quæ tamen excrementa dici nequeunt.

VERS. 19. IN PATIENTIA VESTRA POSSIDEBITIS ANIMAS VESTRAS] Patientia ergo est possessio animæ. Primò, quia patiens dominatur animo, cumque in pace moderatur, sedit & regit quocumque ei libet. Secundò, quia nemo potest custodire spem futuræ vitæ, ait S. Augustinus, nisi qui patientiam habuerit in laboribus huius vitæ. Tertiò, S. Gregorius homil. 35. in Euangel. Idcirco, inquit, possessio animæ in virtute patientiæ ponitur, quia radix omnium celsos, virtutum patientia est. Per patientiam verò posidemus animas nostras, quia dum nobis ipsis dominari discimus, hoc ipsum incipimus possidere quod sumus. Patientia verò est aliena mala æquanimitè persequi: contra eum quoque qui mala irrogat, nullo dolore mordere. Nam qui sic proximi mala partat, vt tamen tacitus doleat, & tempus dignæ retributionis quarat, patientiam non exhibet, sed offendit. Et inferius: Proterb. 16. ait Salomon, Melior est patiens viro forti, & qui dominatur animo suo, expugnatore urbium. Minor est ergo victoria vrbes expugnare: quia extra sunt, quæ vincuntur. Maius autem est, quod per patientiam vincitur: quia ipse à se animus superatur, & semetipsum sibi metipso subiecit, quando eum patientia in humilitate tolerantia sermit. Subdit Gregorius exemplum Stephani Abbatis, qui reddebat contumelijs, gratias, damnum putabat lucrum, aduersarios estimabat adiutores. Vnde in morte eius visi sunt angeli, qui animam eius in celum duxerunt.

Resurgemus cum quatuor humoribus, cum capillis, barba, vnguibus.

Patientia est possessio animæ, cui?

Stephani Abbatis patientia.

A Impatiens animam non possidet, sed possidetur à virio iræ & vindictæ, ac consequenter à satana. Porro non alij nisi vehementer amantes veram possunt obtinere patientiam, vt obtrunere feruentes Martyres, S. Ignatius, S. Laurentius, S. Sebastianus, S. Vincentius, &c. Quocirca Traianus Imper. qui sua sententia causam dedit martyrio S. Ignatii, dixit: Nulla gens pro Deo suo tanta tolerat, atque Christiana. Audi S. Gregorium lib. 5. Moral. ca. 13. Quid est enim animas possidere, nisi perfectè in omnibus vivere, cum hisque meritis moribus ex virtutis arce dominari? Qui igitur patientiam tenet, animam possidet, quia inde contra aduersa omnia fortis efficitur; unde sibi & seipsum vincendo dominatur. Et quo se laudabiliter frangit, infra se fortiter exerit; quia cum in suis se voluptatibus superat, sese ad contraria inimicum parat. Idem lib. 9. epist. 39. ad Theod. dicitur. In patientia vestra, inquit, possidebitis animas vestras. Pensate, quæ, vbi erit patientia, si desit quod toleretur. Ego Abel esse non suspicor, qui Cain non habuerit. Boni enim si sine malis fuerint, perfectè esse boni non possunt, quia minimè purgantur; ipsa autem malorum societas bonorum purgatio est.

Quocirca Theodorus Studita ser. catech. 19. Toleraantia, inquit, summa virtutum perfectio est. Hinc vt ait Lucanus lib. 9.

Serpens, sitis, ardor, arena Dicitur virtuti. Gaudet patientia duris. Denique in patientiam omnis virtutum chorua influit, vt ipsa videatur virtutum omnium esse complexio. Audi Senecam epist. 67. & seq. Ceterum illic fortitudo est, cuius patientia & perfectio & tolerantia rami sunt. Illic est prudentia, sine qua nullum inuitur consilium, quæ suadet quod effugere non potest, fortissimè ferre. Illic est constantia, quæ deijci loco non potest, & propositum nullà vi extorquente dimittit. Illic est indiuiduus ille comitatus virtutum. Vide dicta Iacobi 1. v. 4. ad illa: Patientia opus perfectum habet.

ATTENDITE AVTEM VOBIS, NE PORTE GRAVENTUR CORDA VESTRA IN CRAPULA, ET EBRIETATE, ET CVRIS HVIVS VITÆ; ET SVPERVENIAT IN VOS REPENTINA DIES ILLA] Crapula est, quando ex vinolentia vel ebrietate caput tremit, vertigine agitur, grauatur, luctatur, fluctuat, dolet, ructat, vomit, &c. Omnia enim vini potusque damna significat crapula. Vnde Galenus in Aphorismis scribit omnem noxam à vino factam, à Græcis vocari νεφελία, id est crapulum, & τὸ κεφάλιον, id est caput, & τὸ σῆμα, id est concui. Propriè autem crapula dicitur de grauedine, & noxiam dicitur ex hesterna ebrietate: vnde Plato in Sympos. Crapulam sentiens, inquit, ex positatione hesterna. Huic Arabicus pro crapula vertit, satietate, & S. Basil. in Caten. Ebrietas aut, est nimis vini vsus; crapula verò anxietas & nauca, quæ est in ebrietate.

ET EBRIETATE] Ebrietas est intemperantia potus, præsertim cum tanta est, vt homini vsum rationis adimat: tunc enim propriè & perfectè quis dicitur ebrius, cum bibendo sibi vltimam rationis aufert, ideoque peccat mortaliter, vt docent S. Thomas, Angelus, Syluester, Nauarrus, Toletus, Lessius, Bonacina, ceterique Doctores casuum.

Vetat ergo intemperantiam potius hic Christus,

VERS. 34.

Crapula quid?

Ebrietas.

stus, quia illa animam in potu submergit, vt non nisi vina cogiter, somnolentum efficit, stupidum & insensibilem, vt ebrius ea quæ salutis sunt pendere nequeat, adeoque non tam homo rationalis, quàm rationale pecus & brutum esse videatur.

ET CVRIS HVIVS VITÆ] quæ animam absorbent mentemque demergunt, ait Eurhymius, nec sinunt hominem de salute animæ cogitare. Vt. a huius cura, ait Titus, crapula item & ebrietas homini intellectum adimunt, fidem obscurant, & earum rerum quæ sunt vitales ac necessaria, obliuionem inducunt: plane enim mentem distrahunt, occupant, & ad terrena curanda rapiunt, vnde Arabicus vertit, & sollicitudine rerum mundi.

VERS. 35. TAMQVAM LAQUEVS ENIM SVPERVENIET (illaqueabit) IN OMNES QUI SEDENT (habitant) COMMORANTUR SVPER FACIEM OMNIS TERRÆ] Sicut enim laqueo quasi ex insidijs, capiuntur aues incautæ, sic & die iudicij capiuntur homines voluptuarij. Secundò, sicut laqueus aues strangulat, sic & dies iudicij peccatores suffocabit. Tertiò, sicut laqueus semper retinet id quod semel cepit, ait Interlinearis: sic & sententia data à Christo iudice, erit perpetua, semperque hominem iudicatum vel in celo glorificabit, vel in gehenna cremabit.

VERS. 36. VIGILATE ITAQVE, OMNI TEMPORE (oportuno, id est diligenter, frequenter, pericue-ranter) ORANTES VT DIGNI HABEAMINI (Arabicus, vt corroboremini in fuga) FUGERE (græcè ἐκφυγεῖν, id est effugere) ISTA OMNIA, QVÆ FVTURA SVNT, ET STARE (secui, confidentes, læ-

ti) ANTE FILIVM HOMINIS] iuxta illud Sapient. 5. Stabant insi in magna constantia. Qui ergo vigilijs, orationibus, & bonis operibus assidue vacant, hæc non erit dies ille laqueus, sed festiuus, inquit Theophylactus.

ERAT AVTEM DIEBVS DOGENS IN TEMPO, NOCTIVS VERÒ EXIENS, MORABATUR (Arabicus habitabat) IN MONTE, QUI VOCATUR OLIVETI] eò quod oleis & oliuis abundaret. Diem ergo Christus dabat prædicationi & proximo; noctem verò orationi, sibi & Deo: quare parum dabat quieti & somno. Idem faciebat S. Paulus, S. Dominicus, S. Franciscus noster Xaverius, alijque similes. Noctū, ait Theophyl. sedebat in montem, monstrans nobis, quod oporteat nocte quidem per quietem colloqui cum Deo, die autem morem gerere, & prodesse hominibus. Vnde Beda: Quod verbis præcipit, inquit, confirmat exemplis: nam impendente sue tempore passionis, doctrine, vigilia & precibus instat, eos pro quibus passurus erat, vel verbo ad fidem prouocans vel patri oratione commendans.

ET OMNIS POPVLVS MANICABAT AD EVM IN TEMPO AVDIRE EVM] Manicabat (græcè, ἀπέχεσθαι id est manè veniebat, manè itabari; vnde Emmanuel Sà censet legendum manitabat: sed Roman. hic & alibi legunt, manicabat. Sicut enim à Græco ἀπέχεσθαι, dicitur ἀπέχεσθαι, sic à Latino manè dicitur manicare: manè enim clarum veteres dicebant; ait Nonius. Seruus verò, Manum, inquit, antiqui bonum dicebant; vnde & manè dicitur; quid enim melius? Manè enim vigent sensus: ideoque manè, quasi optima & prima pars diei, Deo est danda.

VERS. 37.

VERS. 38.

CAPVT VIGESIMVM SECVNDVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

DESCRIBIT Iude prodicionem mox vltimam Christi cœnam, in eaq. Eucharistia institutionem, ac contentionem Apostolorum de primatu à Christo repressam, atque negationem Petri à Christo prædictam. Inde v. 39. inchoat passionem Christi: narrat enim eius orationem, & sudorem sanguineum in horto, Petri defensionem, & mox negationem, Christi alapas, illusiones, ac denique condemnationem eiusdem.

1. APPROPINQUABAT AVTEM DIES FESTVS AZYMORVM, QUI DICITUR PASCHA: 2. & quærebant principes sacerdotum, & Scribæ, quomodo Iesum interficerent: timebant verò plebem. 3. Intrauit autem satanas in Iudam, qui cognominabatur Iscariotes, vnum de duodecim. 4. & abiit, & locutus est cum principibus sacerdotum, & magistratibus, quemadmodum illum traderet eis. 5. Et gauisi sunt, & pacti sunt pecuniam illi dare. Et spondit. 6. Et quærebat opportunitatem vt traderet illum sine turbis. 7. Venit autem dies Azymorum, in qua necesse erat occidi pascha. 8. Et misit Petrum, & Ioannem, dicens: Euntes parate nobis pascha, vt manducemus. 9. At illi dixerunt: Vbi vis paremus? 10. Et dixit ad eos: Ecce, introeuntibus vobis in ciuitatem, occurret vobis homo quidam amphoram aquæ portans: sequimini eum in domum, in quam intrat, 11. & dicetis patrifamilias domus: Dicit tibi Magister: Vbi est diuersorium, vbi pascha cum discipulis meis manducem? 12. Et ipse ostendet vobis cœnaculum magnum stratam, & ibi parate. 13. Euntes autem, inuenerunt sicut dixit illis, & parauerunt pascha. 14. Et cum facta esset hora, discubuit, & duodecim Apostoli cum eo. 15. & ait illis: Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum, antequam pariar: 16. Dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno

Coruel. in Lucam.

T 3

Dei.

Dei. 17. Et accepto calice gratias egit, & dixit: Accipite, & diuidite inter vos, 18. Dico enim vobis quod non bibam de generatione vitis, donec regnum Dei veniat. 19. Et accepto pane gratias egit, & fregit, & dedit eis, dicens: Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur: hoc facite in meam commemorationem. 20. Similiter & calicem, postquam cœnauit, dicens: Hic est calix nouum testamentum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur. 21. Verumtamen ecce manus tradentis me, mecum est in mensa. 22. Et quidem Filius hominis secundum quod definitum est, vadit: verumtamen vā homini illi, per quem tradetur. 23. Et ipsi cœperunt quærere inter se, quis esset ex eis, qui hoc facturus esset. 24. Facta est autem & contentio inter eos, quis eorum videretur esse maior. 25. Dixit autem eis: Reges Gentium dominantur eorum: & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur. 26. Verum non sic: sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor: & qui præcessor est, sicut ministrator. 27. Nam quis maior est, qui recumbit, an qui ministrat? nonne qui recumbit? Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat. 28. Vos autem estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis. 29. Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus regnum. 30. vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo: & sedeat super thronos iudicantes duodecim tribus Israel. 31. Air autem Dominus: Simon, Simon, ecce satanas expetiuit vos vt cribraret sicut triticum: 32. ego autem rogavi pro te vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. 33. Qui dixit ei: Domine, tecum paratus sum & in carcerem, & in mortem ire. 34. At ille dixit: Dico tibi, Petre, nō cantabit hodie gallus, donec ter abneges nosse me. Et dixit eis: 35. Quando misit vos sine sacco, & pera, & calceamentis, numquid aliquid defuit vobis? 36. At illi dixerunt: Nihil. Dixit ergo eis: Sed nunc qui habet sacculum, tollat, similiter & peram: & qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium. 37. Dico enim vobis, quoniam adhuc hoc quod scriptum est, oportet impleri in me: Et cum iniquis deputatus est. Etenim eā, quæ sunt de me, finem habent. 38. At illi dixerunt Domine, ecce duo gladij hęc. At ille dixit eis: Satis est. 39. Et egressus ibat secundum consuetudinē in Montem oliuarum. Secuti sunt autem illū & discipuli. 40. Et cum peruenisset ad locum, dixit illis: Orate ne intretis in tentationem. 41. Et ipse auulsus est ab eis quantum iactus est lapidis: & positus genibus orabat, 42. dicens: Pater si vis, transfer calicem istum a me: Verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat. 43. Apparuit autem illi Angelus de cælo, confortans eum. Et factus in agonia, prolixius orabat. 44. Et factus est sudor eius, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. 45. Et cum surrexisset ab oratione, & venisset ad discipulos suos, inuenit eos dormientes præ tristitia. 46. Et ait illis: Quid dormitis? surgite, orate, ne intretis in tentationem. 47. Adhuc eo loquente, ecce turba, & qui vocabatur Iudas, vnus de duodecim, antecedebar eos: & appropinquauit Iesu vt osculareretur eum. 48. Iesus autem dicit illi: Iuda, osculo Filium hominis tradis? 49. Videntes autem hi, qui circa ipsum erant, quod futurum erat, dixerunt ei: Domine, si percutimus in gladio? 50. Et percussit vnus ex illis seruum principis sacerdotum, & amputauit auriculam eius dexteram. 51. Respondens autem Iesus, ait: Sinite vsque huc. Et cum tetigisset auriculam eius, sanauit eum. 52. Dixit autem Iesus ad eos, qui venerant ad se, principes sacerdotum, & magistratus templi, & seniores: Quasi ad latronem existis cum gladijs & fustibus? 53. Cum quotidie vobiscum fuero in templo, non extendistis manus in me: sed hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum. 54. Compræhendentes autem eum, duxerunt ad domum principis sacerdotum: Petrus verò sequebatur à longè. 55. Accenso autem igne in medio atrij, & circumfidentibus illis, erat Petrus in medio eorum. 56. Quem cum vidisset ancilla quædam sedentem ad lumen, & eum fuisset intuita, dixit: Et hic cum illo erat. 57. At ille negauit eum, dicens: Mulier non noui illum. 58. Et post pusillum alius videns eum, dixit: Et tu de illis es. Petrus verò ait: O homo, non sum. 59. Et interuallo facto quasi horæ vnus, alius quidam affirmabat, dicens: Verè & hic cum illo erat: nam & Galilæus est. 60. Et ait Petrus: Homo, nescio quid dicis. Et continuo adhuc illo loquente cantauit gallus. 61. Et conuersus Dominus respexit Petrum. Et recordatus est Petrus verbi Domini, sicut dixerat: Quia prius quam gallus cæret, ter me negabis. 62. Et egressus foras Petrus fleuit amare. 63. Et viri qui tenebant illum, illudebant ei, cædentes. 64. Et velauerunt eum, & percutiebant faciem eius: & interrogabant eum, dicentes: Prophetiza, quis est, qui te percussit? 65. Et alia multa blasphemantes

mantes dicebant in eum. 66. Et vt factus est dies, conuenerunt seniores plebis, & principes sacerdotum, & Scribæ, & duxerunt illum in concilium suum, dicentes: Si tu es Christus, dic nobis. 67. Et ait illis: Si vobis dixero, non credetis mihi: 68. si autem & interrogauero, non respondebitis mihi, neque dimittetis. 69. Ex hoc autem erit Filius hominis sedens à dextris virtutis Dei. 70. Dixerunt autem omnes: Tu ergo es Filius Dei? Qui ait: Vos dicitis, quia ego sum. 71. At illi dixerunt: Quid adhuc desideramus testimonium? ipsi enim audiuius de ore eius.

VERS. 6. Christum vendidit Iudas feria quarta.

ET QUÆREBAT OPPORTUNITATEM VT TRADERET ILLVM SINE TVRBIS] Iudas vendidit Christum Iudæis feria quartā, siue die Mercurij: mox die sequenti, putā feria quintā, siue die Iouis, illum eis tradidit. Vnde sequitur: *Venit autem dies azymorum.* Vide quā festina fuerit Iudæa improbitas, æquē ac astuta & callida: sciebat enim Christum de more celebraturum Pascha die sequenti Hierosolymæ; quare tunc commodissimum fore eum tradere Hierosolymorum principibus.

VERS. 20.

HIC EST CALIX NOVVM TESTAMENTVM IN SANGVINE MEO] Hoc est, hic calix est instrumentum authenticum, & quasi charta tabulæque testamentaria, in qua scriptum & consignatum est nouū meum testamentum, de danda vobis mea hereditate cælesti scriptum, inquam, non atramento, sed sanguine meo. Vide dicta 1. Corinth. 11. v. 25.

VERS. 25.

ET QUI POTESTATEM HABENT SVPER EOS, BENEFICI VOCANTVR] Græcè, *euergeta*, id est, *benefici*. Est enim hic titulus honoris & laudis, qui principibus defertur; quod benefici esse soleant, vel debeant.

BONUS olim proprium regis epitheton.

Hinc olim proprium regis epitheton erat *bonus* Virgil. 1. Æneid. de Aceste rege Siciliæ: *Vna bonus quæ deinde cadis onerarat Acestes.* Martialis de suo Domitiano: *Et bonus ex herede laetatur neclare Caesar.* Et iterum libr. 12. epigr. ex emendatis de Nerua Traiano:

Temporibusq; malis ausus es esse bonus.

Horat. 4. Carm. ode 5.

Diuis ore bonis optime Romule.

Homerus nihil aliud in rege desiderabat; nisi vt esset fortis in hostes; & bonus in ciues. Inde etiam Deus Rex regum, proprio epithero dicitur *Optimus, Maximus*. Sic apud Plutarch. de Iside & Osiride dicitur Bacchus *μακροχρόνος*. id est, valdè bonus. Imò præsidium epitheton erat *optimus*. Vnde Paulus Felicem præsidem eugnominat *optimum*, Act. 23. Vide ibi dicta.

VERS. 26.

VOS AVTEM NON SIC: SED QUI MAIOR EST IN VOBIS, FIAT SICVT MINOR] Arabicus, *maior ex vobis fiat sicut minimus*. q. d. Qui vult inter vos esse maximus, fiat minimus, hac ratione fiet maximus.

Moraliter discite hæc paradoxum Christi mundo incredibile, sed in se verissimum, & experientia certissimum, nimirum viam ad celsitudinem esse sui abiectionem. Vis esse maior? fias minor. Hinc enim viam æternā lege sanxit, fixitque Deus, ideoque primus eam Christus intuit, vt nos per eandem eum sequeremur. Ipse enim semetipsum *exinanivit & humiliavit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitū inuentus vt homo. Humiliavit semetipsum factus obediens vsque ad mortem, mortē autem crucis: propter quod & Deus*

exaltauit illum, & dedit illi nomen quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestiū, terrestriū & infernorum, Philip. 2.

Quocirca S. Franciscus magnus Christi admirator & imitator, sese ad infima abiecit, omnique voluit esse pauperimus & vilissimus. Hinc cuidam Sancto visa est in cælo sedes altissima & splendidissima, ac roganti cuiusnam illa foret, responsum est: *Hæc sedes magni vnus è vniuersis angelis fuit, & nunc humili seruatur Francisco.* vt refert S. Bonauentura in eius Vita cap. 6. Idem fratres suos voluit vocari *Minores*. Ne, inquit, maiores fieri præsumant. Eius assecla S. Franciscus de Paula, sui Ordinis socios non *Minores*, sed *Minimos* nuncupari iussit. Quocirca B. Magdalenæ de Pazzi, nuper inter Beatas relata à S. D. N. Virbanno Octauo, hoc à Deo dogma accepit: *Esse Ordinis Minimorum, & Minimorum minima*, vt tantum contendas esse minima, quantum mundani contendunt esse maximi.

S. Elisabeth filia Andree regis Hungariæ, & vxor Landgrauia Hassiæ, ad ima se demittebat, vt leprosis, vlcerosis, saniosis, quos ancillæ eius horrebant, vlcera iucundissime feriret; saniem & vlcera suis manibus extirperet, vermes eximeret, cibum in os ingereret, cumque amici ei obijcerent hæc personæ & statu eius indigna esse, ideoque illam principatu pullam, in magna egestate viuere, respondebat se, si quod genus vitæ vilius sciret & abiecius, illud electuram, vt Christo Domino, qui ex primo se fecit inuim & nouissimum vitorum, vt ait Isaias c. 53. ad nostrum exemplum vt illud imitemur, magis se assimilaret & conformaret in hoc enim consistit apex virtutis & perfectionis Christianæ. Idem dicebat & factitabat S. Hedwigis Ducissa Poloniæ, matertera S. Elisabethæ, eiusque neptis S. Elisabetha regina Portugallia. Quocirca S. Paulinus Nola: Episcopus vendidit se in seruum pro filio viduæ, vt Christum imitaretur, & vitorum nouissimum se efficeret. Idem fecit Petrus Telonarius, vt narratur in Vita S. Ioannis Eleemosynarij. Hoc est quod docet Sapiens: *Quanti magnus es, humilia te in omnibus, & coram Domino inuenies gratiam*, Eccli. 3. 20. Vide ibi dicta.

ET EGO DISPONO VOBIS, SICVT DISPONVSIT MIHI PATER MEVS REGNVM] q. d. Sicut Pater meus cælestis per humilitatem & crucem, perque tot labores & dolores mihi decreuit & parauit regnum cæleste & æternum: ita & ego vobis idem dispono, id est, decerno, præparo, & vadens ad mortem nunc quasi testamentum lego (hoc enim est Græcum *διατίθημι*, vnde *διαθήκη* id est testamentum) vt per similem humilitatem, crucem, labores & dolores, simile, imò idem, regnum mecum in cælo ineat, ac proinde iam non disputetis quis inter vos sit maior, sed quis sit minor, vt quisque studeat alium

S. Franciscus humilissimus in cælo præmiatus.

S. Franciscus de Paula. B. Magdalenæ de Pazzi.

S. Elisabeth.

S. Hedwigis. S. Paulinus.

VERS. 29.

alium superare sui abiectione & humilitate : qui enim hoc fecerit, primus & maximus erit in regno meo caelesti.

VERS.30. V T EDATIS ET BIBATIS SUPER MENSAM MEAM IN REGNO MEO] q.d. Sicut rex principibus sibi familiarissimis concedit mensam suam communionem, eosque mensam suam, suarumque dapum conuiuias facit; alij vero minoribus nobilibus aliam mensam minorem assignat : sic ego in caelo vos, o Apostoli, principes & primores regni mei mihi proximè adsciscam, & quasi mentis meae, lancisque regalis conuiuias intimos adhibebo. Simili enim modo ostendit primos celeberrimosque Apostolos primis honoribus apud immortalem regem potituros, ait Euthymius, Titus, & Theophyl. Est catachresis, quae caelestis gloriae deliciae & honores saepe in Scriptura comparantur conuiuijs, epulisque cibi & potus, ac primis in mensa cum rege conuictibus, quia homines carnei haec maxime sapiunt & capiunt, spiritalia vero aestimare nesciunt: & quia cibus & potus nobis incorporatur, suntque nostra, ut in caelo per visionem beatificam, aliasque dotes gloriosas Deus nobis quasi incorporabitur, fietque noster.

VERS.31. AIT AUTEM DOMINUS: SIMON, SIMON (PETRE) ECCE SATANAS EXPETIUIT VOS, UT CRIBRARET SICUT TRITICVM] Cribraret, id est, vexaret, affligeret, agitarer, disijceret, sicut in cribro triticum agitur, ut illud à paleis & puluere emundetur. Sic Satan petijt à Deo ut cribraret & affligeret Iob cap. 1. ac impetrauit. Idem fecit hic Petro & Apostolis, ac ex parte obrinuit, dum Iudaeos commouit ut comprehenderent Christum: tunc enim Apostoli metuentes & ipsi comprehendendi, fugerunt & dispersi sunt. Apposita tentatio comparatur cribro & cribrationi: quia sicut in hoc grana tritici discernuntur à paleis, grana enim remanent in eribro, paleae vero leues cribro agitatae auolant, & disperguntur in ventum: sic prorsus fideles & Sancti in tentatione manent constantes, impij vero deficiunt & auolant.

VERS.32. EGO AUTEM ROGAVI (Deum Patrem) PRO TE (quia te destino caput principemque Apostolorum & Ecclesiae meae) UT NON DEFICIAT FIDES TUA] quae credis me esse Christum, redemptorem & saluatorem mundi.

Nota, Christum hac oratione Petro praeter ceteris Apostolis, duo insignia privilegia postulasse & impetrasse. Primum fuit personale; ut scilicet ipse Petrus numquam fidem in Christum amitteret. Respicit enim Christus ad cribrationem versus praecedentis, id est, tentationem comprehensionis suae, in qua ceteri Apostoli velut paleae à Christo auolarunt: fidem amiserunt, & huc illuc dispersi fugerunt. Petrus vero etsi Christum ad horam ore negarit, & charitatem amiserit, eius tamen fidem corde retinuit. Ita S. Chryl. hom. 38. in Math. S. Aug. lib. de Corrept. & gratia c. 8. Theophyl. & alij hic. Hoc probabile est, ac non certum: nam Franc. Lucas & alij censent Petrum tunc tam fidem, quam charitatem perdidisse, idque ex vehementi turbatione & pauore, sed ad modicum tempus dumtaxat, adeo ut mox renata fides viuidius in eo reuixerit: hinc censetur non defecisse, id est, non esse euulsa funditus, aut radicatus extirpata, imò turbata potius quam ad tempus mortua tunc inde Petri.

Duo Petri privilegia.

Alterum, & certum privilegium fuit commune Petro, cum omnibus eius successoribus, ut scilicet ipse & ceteri Pontifices Romani (Romae enim Petrus, Christo ita volente, cathedram Pontificiam statuit & stabilivit) numquam publice à fide deficerent, sic ut Ecclesiam doceret haeresin vel errorem aliquem qui sit contra fidem. Ita S. Leo ser. 2. de natali SS. Petri & Pauli, S. Cyprianus lib. 1. epist. 3. ad Cornelium, Lucius I. Felix I. Agatho Nicolaus I. Leo IX. Innocent. III. Bernardus, & alij, quos citat & sequitur Bellarminus lib. 1. de Romano Pontifice.

Opus enim fuit, ut Christus sapientissima sua, providentia Ecclesiae suae, quae semper à diabolo cribratur & tentatur, non tantum tempore Petri, sed omni deinceps futuro usque ad finem mundi prospiceret de oraculo verae fidei, quod ipsa in omni fidei dubio consulere, & à quo in fide instrui & confirmari posset: aliqui enim Ecclesia in fide posset errare, quod absit. Est enim ipsa, ut ait Paulus 1. Timoth. 3. v. 15. columna & firmamentum veritatis. Hoc ergo Ecclesiae oraculum est Petrus, omnesque succedentes Romani Pontifices. Quare haec Christi promissio facta Petro, eiusque successoribus, maxime spectat ad tempus, quo Petrus Christo superstes cepit esse caput Ecclesiae, scilicet illico post mortem Christi.

ET TU (q.d. Tu ergo) ALIQUANDO CONVERSUS] à cribratione satanae, id est ab eius tentatione, & à peccato, quo me paulò post negabis: per hoc enim eris auersus à me, meaque gratia & charitate, ita Euthym. Theophyl. Iansen. Franc. Lucas & alij.

NONNULLI TO CONVERSUS accipiunt pro iterum, ita Beda. q.d. Tu, o Petre, iterum confirma in fide fratres tuos Apostolos post mortem meam, quos ego iam viuens voce mea confirmo. Sic enim Hebraei saepe verba sumunt pro verborum aduerbijs. Sic psalm. 84. 7. dicitur: Deus tu conuersus uiuificabis nos: conuersus, id est, rursus, denuò, ita Genebrard.

CONFIRMA, in fide, de qua praecessit, FRATRES TVOS] & consequenter meos. Mira hic Christi dignatio, quae Apostolos non vocat filios, etsi eos Deo spiritualiter genuisset. sed fratres: tum quia Christus quae homo, omnium hominum erat frater, utpote consors eiusdem naturae humanae: tum quia Apostoli in apostolatu & praedicatione Euangelij, erant quasi fratres & collegae Christi. Idem enim agebant quod Christus. Hinc colligunt Patres citati & Doctores, Petrum à Christo fuisse praepositum ceteris Apostolis, ac consequenter totius Ecclesiae factum esse principem & caput, ut eandem in fide & religione Christi instrueret, perficeret & confirmaret.

SED NUNC QUI HABET SACCVLVM (marsupium pecunia plenum) TOLLAT, SIMILITER ET PERAM] cibo plenam, ut se in instante persecutione alat, quia illam nusquam inueniet, eò quod homines à me quasi victo & reo, & consequenter à vobis meis discipulis, fugient, quasi à lecleratis & damnatis

ET QUI NON HABET (gladium, ut sequitur) VENDAT TUNICAM SVAM, ET EMAT GLADIVM] Verba haec Christi sunt non imperantis tolli sacculum & peram, ac vendi tunicam ut

VERS.36.

ematur

ematur gladius; nam paulò post Petrum stringentem gladium inhibuit, sed praenuntians instantem sibi & Apostolis persecutionem acerrimam, quae tanta erit, ut cibus & gladius ad tutelam vitae ipsorum, comparanda esse videantur hominibus, rei que difficultatem humana prudentia aestimanti. Sensus ergo est, q. d. Haecenus vobis, o Apostoli mei, omnia fuere secunda & prospera. Cum enim mihi vos euangelizatim sine sacculo, pera, & gladio, plurimi benignè vos exceperunt, aluerunt, defenderunt, ut vobis sacculo, pera & gladio non foret opus. At iam mihi & vobis tanta instat persecutio, tantum vitae periculum, ut secundum humanam prudentiam videatur necessarium sibi & suae vitae consulere, ac per sacculum & peram de annona, per gladium de tuenda vita cuique prospicere, ideoque vendere tunicam, ut gladium comparet, quò vitam tueatur. Mihi tamen diuinam prudentiam, ac Dei Patris consilio & decreto rem metienti, nullo horum est opus: quia ut Dei Patris voluntati me conformem, vltimò vado ad crucem & mortem, ac persecutoribus me crucifixuris sponte offero. Ita S. Chryl. hom. 85. in Math. & ex eo Theoph. hic, Iansen. Maldon. & alij, & patet ex sequent. Pulchrè S. Ambr. O Domine, inquit, cur me iubet emere gladium qui ferire prohibet, nisi forte ut parata sit defensio, & videaris potuisse vindicare, sed noluisse.

AT ILLI DIXERVNT: DOMINE, ECCE DVO GLADII HIC] Non satis intellexerunt Apostoli Christi mentem, phrasim & catachresin. Christus enim non emendos gladios, sed instans periculum significare voluit. Christus, verò noluit Apostolis mentem suam explicare, sed dissimulauit, dicens, satis est: idque hoc sine, ut permitteret hos gladios à Petro & Apostolis ferri, vnoque eorum Malcho aurem praescindi, quam ipse mox restitueret, & sanaret: itaque offenderet se non vi coactum, sed charitate adactum liberè & libenter pati ac mori. Censent alij quod gladios non fuisse militares, sed rusticos vel potius magnos Ianionum cultros, quibus Apostoli vsi fuerant ad iugulationem, immolationem & diuisionem agni paschalis. Ita S. Chryl. de quo plura Math. 27.

ET EGRESSVS (è cenaculo montis Sion) IBAT SECVNDVM CONSVE TVDINEM IN MONTEM OLIVARVM] Causam dat Beda: Tradendus, inquit, à discipulo Dominus, consueti secessus locum, quò facillimè reperiri possit, adit. Vbi sunt ergo, qui cum mortem timuisse, inuitumque contendunt esse crucifixum? Solebat enim Christus haec vltimis vitae suae diebus, per diem praedicare in templo, noctu verò secedere in Montem oliueti orationis causà, idque sciebat Iudas, utpote Apostolus & comes Christi: quare in montem hunc venit cum satellitibus, ibique eis Christum prodidit & tradidit.

APPARVIT AUTEM ILLI ANGELVS DE CAELO, CONFORTANS EVM] Apparuit, in corpore assumpto visibiliter, ut sua specie & voce oculos aureisque Christi pauidas confortaret. Putat Iansenius angelum hunc in singulis, putà in ternis Christi orationibus apparuisse, ideoque ter eum confortasse, ut doceret Deum orantes semper exaudire, eiusque iugiter aliquam gratiam & robur imperari. Probabilius Franc. Lucas & alij censent an-

VERS.40. Angelus solatur Christum in hor-

gelum in tertia & vltima Christi oratione dumtaxat apparuisse, eumque confortasse: cum scilicet, ut subdit Lucas, Christus in agonia factus prolixius & intentius orans, sudavit sanguinem: ut doceret esse perseverandum in oratione, ac fructum perseverantiae esse consolationem Dei, & visionem angelorum: nam post hanc consolationem Patris factam ab angelo, videtur agonia Christi transisse, nec Christus amplius orasse, sed fortiter ad mortem se comparasse.

Angelus hic fuit Gabriel, ait Gabr. Vasquez 1. p. tom. 2. disp. 244. n. 3. Gabriel enim nomen habet à fortitudine: Gabriel enim dicitur, quasi geber el, id est, vir Dei, vel quasi gebura el, id est, fortitudo Dei; quia ipse habet officium confortandi homines infirmos, afflictos & pusillanimes; confortauit autem Christum, non corroborando eius infirmitatem, sed eximiam eius fortitudinem collaudando. Idem censet Lud. de Ponte in mediat. de Agonia Christi in hortos, quia Gabriel, inquit, fuit legatus & internuncius oeconomiae Christi, & incarnationis, Lucae 1. v. 26. ac hebdomadam Danielis, quae designant tempus natiuitatis Christi, Dan. 9. 21.

Alij tamen, ut Franc. Lucas, putant angelum hunc fuisse Michaëlem: hic enim est summus angelus, quem decebat summo Deo, putà Christo, hoc officium praestare.

CONFORTANS EVM] praemissa Christi laude, & adoratione debita, ait Titus. Confortabat autem Christum exterius loquendo, & praenotando ei Patris voluntatem & gloriam, item fructum vberem, tum Christo, tum hominibus, tum angelis ex passione sua proutenturum. Nam non poterat angelus interius, in anima Christi operari, nec immurare immediatè interiores Christi potentias. Vnde sicut exterius tantum à diabolo tentari potuit Christus, sic ab angelo exterius tantum confortari, non tamen doceri vel illuminari: ipse enim praeter angelis, à primo instanti conceptionis suae plenus erat sapientia & scientia. Ita Scholastici cum D. Thoma 3. par. qu. 12. art. 4. Dixit ergo angelus hic Christo haec vel similia: O Christe, Domine mi, virorum fortissime, tua oratio grauisima accidit Patri tuo, quia non obstante naturali mortis horrore & mœrore, te per omnia signas Patris voluntati, ut mortem ab eo tibi decretam fortiter subeas. Depone ergo horrorem hunc & mœrorem, quem sponte tibi accersuisti, pristinum ergo animum roborque sume, ac viriliter aggredere opus redemptionis humanae, quò summè Dei gloriam celebrabis, angelos laudabis, homines ex inferno redimes, eosque ad gloriam caelestem reduces. Proposito tibi gaudio crucem sustine, futurus auctor & consummator fidei plurimorum, Hebr. 12. vers. 2. Sic efficies ut SS. Petrus, Paulus, Laurentius, Vincentius, Agnes, Caecilia, plurimique alij Martyres & virgines, quasi viri, viragines, & heroes generosi, fortiter pro Deo subeant martyria, utque fideles sanctique ceteri de carne, mundo & daemone gloriosè triumphant. Scio quidem te id facturum etiam non momento me, neque opus tibi esse Domino meo confirmatione mea, qui à teipso confirmor, ut sim & viam, sed ut gratum tibi sit hoc ministerium meum, quod Deo Patre tuo iubente;

Quis hic angelus? Gabrielis cymani

bente, dispensatiuè exhibeo, etiam atque etiam A
oro.

Hinc Theophyl. angelum ita Christo locutū
opinatur: *Domine tua est virtus: tu enim potes contra
mortem & infernum, genus humanum liberare.*

VERS.44.

ET FACTVS IN AGONIA, PROLIQVIVS ORA-
BAT: ET FACTVS EST SVDR EIVS SICVT GVTT-
TÆ SANGVINIS DECVRRENTIS IN TERRAM]
τὸ Ἑβραῖο more est causale, idemque valet
quod quia q. d. Ideò confortauit eum angelus,
quia Christus in agonia factus, oransque proli-
xius sudabat sanguine: tunc enim videbatur e-
gère confortatione, eamque mereri: itaque hic
fuit rei gestæ ordo. Christus primò & secundò
iam orauerat, sed nullam tenuerat Dei opem, quare
instante iam sui comprehensione, permittens
agoniam, id est vehementiorem passionis horro-
rem & angorem in se oriri, sudauit sanguinem,
vnde ad eum vincendum tertio vehementius o-
rauit, vt doceret, crescente tentatione, nos pariter
intendere debere orationem. Quocirca tunc illi-
ed apparuit ei angelus confortans eum, quo facto
desijt orare, æquè ac pauere & mœrere, ac supres-
sâ & superatâ agoniâ animosè sese ad passionem
composuit, vtroque Iudæ proditori obuiam
prodijt.

PROLIQVIVS] Græcè, ἐκ πλεονεξίας, id est exten-
sus & intensus. Extensus, quia fuit hæc testia
Christi oratio, vt patet ex Matth. 26 & Marco, in
qua pariter videtur Christus diuini hâsisse. In-
tensus, quia intendente se angore, ad eum supe-
randum intendit Christus pariter mentis in ora-
do contentionem, ac intensiore affectu & arde-
re orauit. Lucas enim trinam Christi orationem,
quam narrat Matthæus & Marcus, per compê-
dium vnâ complexus est; quare quædam de illa
narrat, quæ in prima & secunda, quædam quæ in
tertia oratione illi acciderunt.

Sudor Chri-
sti sangui-
nens.

ET FACTVS EST SVDR EIVS SICVT GVTTÆ
SANGVINIS DECVRRENTIS (græcè κατὰ ἄνω-
τες, id est, descendentes, decurrentes, scilicet gut-
tæ, sed eodem modo lenius) IN TERRAM] *Gutta,*
græcè, δρόμιον, id est, grumi, vt vertit Syrus, siue
crassa gutta, & vt legit Irenæus; globi sanguinis,
Arabicis, & factus est sudor eius velut sanguis dissi-
lans, descendens in terram.

Nota Primò. Quidam codices olim nil ha-
buerunt de hęc Christi sudore sanguineo, teste
S. Hilario lib. 10. de Trinitate, & S. Hieron. lib. 2.
contra Pelagian. scilicet ne Christo animi in-
firmitatem & dolorem tribuant; sed iam com-
muniter omnes codices Græci, Latini, Syri, Ara-
bici, idiplum habent; quare verum est id esse le-
gendum, iuxta definitionem Concilij Trident.
sess. 4.

Nota Secundò. Christum dici sudasse sangui-
nem, non improprie prouerbialiter & hyperbo-
licè, sicut de eo qui vehementer angitur & affli-
gitur, dicimus cum sudare sanguinem, vt expli-
cant Euthym. & Theophyl. sed verè & proprie:
quare τὸ quasi hic non similitudinem, sed veri-
tatem denotat. ita SS. Hilarius, Hieron. August.
& passim alij: vnde Æthiopicus clarè vertit, &
factus est sudor eius sicut sudor sanguinis defluens in ter-
ram. Contentit Perficus. Hinc S. Athanasius li. 6.
ad Theophylū, qui est de beatitudine Filij Dei,
anathema dicit eis, qui Christum negant sudasse

verum sanguinem. Porro in vehementi angore
naturaliter hominem posse sudare sanguinem,
docet Aristoteles lib. 3. de Histor. animal. ca. 19.
praesertim in eo, qui delicato, poroso & raro est
corpore, ac subtiliorem habet sanguinem, qualis
fuit Christi. Sudor enim nihil aliud est nisi fe-
rum, siue pars aquosa sanguinis: cum sero autem
etiâ subtilior sanguis ex ingenti anxietate in po-
rosè faciliè excernitur. Angor enim inflammat,
& extenuat sanguinem, & poros aperit, itaque
per eos illum excernit; maximè si iam exsudarit
omnem, vel quasi omnem, propriam sudoris
materiam, sicut vbera deficiente lacte, si emigas,
dant sanguinem. Vnde Caietanus censet Chri-
stum sudasse sanguinem, eò quòd iam exsudasset
humorem, qui solet verti in sudorem. Porro vox
sicut gutta significat, nò purum fuisse sanguinem,
sed mistum, quo scilicet sudor cum sanguine mi-
scretur. ita Suarez 3. p. quaest. 46. art. 8. disp. 34.
sect. 2.

Nota Tertio, hunc sudorem sanguineum in vnde
Christo manasse, non tam ex tristitia & angore,
quàm ex actu fortitudinis & audacia, quo deli-
beratâ & efficaci voluntate, æquè ex actu appe-
titus sensitui à voluntate imperato, generosè
mortem & omnes dolores, qui viuacissimè ima-
ginationi eius repræsentabantur, amplectebat-
tur, & naturalem mortis dolorum quæ horrorem
superabat: & hunc agonia Christi proueniebat,
scilicet ex vehementia resistentia & orationis,
vt innuit hic Lucas. Quocirca ex angore qui-
dem, sed magis ex actu fortitudinis, heroicè an-
gori resistentis, naturaliter secutum fuit hoc san-
guinis in Christo profluuium. Dices, Nemo natu-
raliter sudat grumos sanguinis. Respondeo,
Christum sudasse tantum subtilem sanguinem,
sed copiosè, ita vt is veniens ad extremas cor-
poris partes, & per se, & propter aërem frigi-
dum in grumos condensatus sit. ita Suarez loco
iam citato.

Nota Quarto, causas finales & morales huius
sudoris fuisse plures. Prima fuit, vt ærbitatem
doloris, & magis vehementiam amoris sui erga
nos ostenderet, atque in nobis excitaret spem,
amorem, & sui imitationem. Sicut enim vehe-
mentia ignis facit, vt in distillatione aqua è rosis
emanet, sic vehementia amoris fecit, vt ex cor-
pore Christi sanguis stillaret. Secundò, Christus
hunc sanguinem, ac seipsum cum sanguine in
holocaustum & victimam pro peccatis nostris
Deo Patri obtulit. Sanguinem enim ex oculis,
facie, pectore, manibus pedibusque sudabat, illi-
que lacrymas cum suspiriis & precibus intensis
miscebat. Vnde S. Bernardus serm. 3. in Domini-
ca palmarum, agens de hac oratione Christi in
horto: *Vbi quidem*, inquit, *non solum oculis, sed quasi
membris omnibus fleuisse videtur, vt totum corpus eius,
quod est Ecclesia, potius lacrymis corporis purgaretur,
nimirum Christi amor non contentus aqueis
oculorum lacrymis, voluit sanguineis totius cor-
poris lacrymis peccata nostra deflere & abluere;
& hæc Christi lacrymæ apud Deum Patrem sub-
re efficacissimæ. Vocalis est enim sanguis Christi
teste Irenæo lib. 5. c. 1. magis que loquitur & cla-
mat, quam sanguis Abel, Hebr. 12. v. 24. Sanguis
enim Abel clamat vindictam, sanguis verò Chri-
sti misericordiam.*

Symbo-

Symbolica causa fuit, vt significaret Christus
de toto corpore suo, quod est Ecclesia, emana-
turas Martyrum passiones, ait S. August. in Sen-
tent. sent. 68. Rursum Christi sanguis defluxit in
terram, vt significaretur terrenos homines san-
guine Christi irrigandos, ait Beda.

VERS.45.

ET CVM SVRRXISSET AB ORATIONE, ET
VENISSET AD DISCIPVLOS SVOS, INVENIT EOS
DORMIENTES PRÆ TRISTITIA] Tristitia enim
cor contrahit, impeditque ne illud spiritus vita-
les subtiles ad caput emittat, quare vapores atri
& crassi cerebrum inuadunt, qui somni sunt cau-
sa, Porro hic est hysteron proteron. Hæc enim

contigerit ante sudorem sanguineum: hic enim
accidit in tertia Christi oratione, illa verò facta
sunt in prima, vt patet ex Matth. & Marco. Causa
est, quia Lucas trinam Christi orationem conflat
in vnâ; quare commisceat ea quæ diuerso tem-
pore in tribus Christi orationibus facta sunt,
perinde ac si in vna eademque peracta fuissent.
Post primam ergo orationem Christus visitans
Apostolos, inueniensque eos dormientes, dixit id
quod sequitur:

ET AIT ILLIS: QVOD DORMITIS? SVRGITE
ORATE, NE INTRETIS IN TENTATIONEM]
Vide dicta Matth. 26. 27. VERS.46.

CAPVT VIGESIMVM TERTIVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

PROsequitur Christi passionem, narratque Iudeorum contra eum accusationem; Herodis
illusionem, Pilati flagellationem, condemnationem, crucifixionem, Iosephi sepulturam:
quæ serè omnia audiuimus Matth. 27.

1. ET surgens omnis multitudo eorum, duxerunt illum ad Pilatum, 2. Cœpe-
runt autem illum accusare, dicentes: Hunc inuenimus subuertentem gentem
nostram, & prohibentem tributa dare Cæsari, & dicentem se Christum regem esse.
3. Pilatus autem interrogauit eum, dicens: Tu es rex Iudeorum? At ille respon-
dens ait: Tu dicis. 4. Ait autem Pilatus ad principes sacerdotum, & turbas: Nihil
inuenio causæ in hoc homine. 5. At illi inualescebant, dicentes: Commouet popu-
lum, docens per vniuersam Iudæam, incipiens à Galilæa vsque huc. 6. Pilatus au-
tem audiens Galilæam, interrogauit si homo Galilæus esset. 7. Et vt cognouit quòd
de Herodis potestate esset, remisit eum ad Herodem, qui & ipse Hierosolymis erat
illis diebus. 8. Herodes autem viso Iesu, gauisus est valdè: erat enim cupiens ex
multo tempore videre eum, eò quòd audierat multa de eo, & sperabat signum ali-
quod videre ab eo fieri. 9. Interrogabat autem eum multis sermonibus, At ipse ni-
hil illi respondebat. 10. Stabant autem principes sacerdotum & Scribæ constanter
accusantes eum. 11. Spreuit autem illum Herodes cum exercitu suo: & illis in-
dutum veste alba, & remisit ad Pilatum. 12. Et facti sunt amici Herodes & Pilatus
in ipsa die: nam antea inimici erant ad inuicem. 13. Pilatus autem conuocatis
principibus sacerdotum, & magistratibus, & plebe, 14. dixit ad illos. Obtulistis mi-
hi hunc hominem quasi auertentem populum, & ecce ego coram vobis interrogans,
nullam causam inuenio in homine isto ex his, in quibus eum accusatis. 15. Sed ne-
que Herodes: nam remisit vos ad illum, & ecce nihil dignum morte actum est ei.
16. Emendatum ergo illum dimittam. 17. Necessè autem habebat dimittere eis
per diem festum vnum. 18. Exclamauit autem simul vniuersa turba, dicens: Tolle
hunc, & dimitte nobis Barabbam. 19. qui erat propter seditionem quamdam facta
in ciuitate & homicidium, missus in carcerem. 20. Iterum autem Pilatus locutus
est ad eos, volens dimittere Iesum. 21. At illi succlamabant, dicentes: Crucifige, cru-
cifige eum: 22. Ille autem tertio dixit ad illos: Quid enim mali fecit iste: nullam
causam mortis inuenio in eo: corripiam ergo illum, & dimittam. 23. At illi instabant
vocibus magnis postulantes vt crucifigeretur: & inualescebant voces eorum. 24. Et
Pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum. 25. Dimisit autem illis eum, qui prop-
ter homicidium & seditionem missus fuerat in carcerem, quem petebant: Iesum ve-
rò tradidit voluntati eorum. 26. Et cum ducerent eum, apprehenderunt Si-
monem quemdam Cyrenensem, venientem de villa: & imposuerunt illi cru-
cem portare post Iesum. 27. Sequebatur autem illum multa turba populi, &
mulierum: quæ plangebant, & lamentabantur eum. 28. Conuersus autem ad illas
Iesus, dixit: Filia Ierusalem, nolite flere super me, sed super ipsas flete, & super fi-
lios vestros. 29. Quoniam ecce venient dies, in quibus dicent: Beata steriles, &
ventres qui non genuerunt, & vbera, quæ non lactauerunt. 30. Tunc incipient di-
cere montibus: Cadite super nos, & collibus: Operite nos. 31. Quia si in viridi li-
gno

gno hæc faciunt, in arido quid fiet? 32. Ducebantur autem & alij duo nequam cum eo, ut interficerentur. 33. Et postquam venerunt in locum, qui vocatur Caluariz, ibi crucifixerunt eum, & latrones, vnum à dextris, & alterum à sinistris. 34. Iesus autem dicebat: Pater dimitte illis: non enim sciunt quid faciunt. Diuidentes verò vestimenta eius, miserunt sortes. 35. Et stabat populus spectans, & deridebant eum principes cum eis, dicentes: Alios saluos fecit, se saluum faciat, si hic est Christus Dei electus. 36. Illudebant autem ei & milites accedentes & acetum offerentes ei. 37. & dicentes: Si tu es rex Iudæorum, saluum te fac. 38. Erat autem & superscriptio scripta super eum litteris Græcis, & Latinis & Hebraicis: Hic est rex Iudæorum. 39. Vnus autem de his qui pendebant, latronibus, blasphemabat eum, dicens: Si tu es Christus, saluum fac te ipsum & nos. 40. Respondens autem alter increpabat eum, dicens: Neque tu times Deum, quod in eadem damnatione es. 41. Et nos quidem iuste, nam digna factis recipimus: hic verò nihil mali gessit. 42. Et dicebat ad Iesum: Domine, memento mei, cum veneris in regnum tuum. 43. Et dixit illi Iesus: Amen dico tibi: Hodie mecum eris in paradiso. 44. Erat autem ferè hora sexta, & tenebræ factæ sunt in vniuersam terram vsque in horam nonam. 45. Et obscuratus est sol: & velum templi scissum est medium. 46. Et clamans voce magna Iesus ait: Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Et hæc dicens, exspirauit. 47. Videns autem Centurio quod factum fuerat, glorificauit Deum, dicens: Verè hic homo iustus erat. 48. Et omnis turba eorum, qui simul aderant ad spectaculum istud, & videbant quæ fiebant, percutientes pectora sua reuertebantur. 49. Stabant autem omnes noti eius à longè, & mulieres quæ secutæ eum erant à Galilæa, hæc videntes. 50. Et ecce vir nomine Ioseph, qui erat decurio, vir bonus & iustus: 51. hic non consenserat consilio & actibus eorum, ab Arimathæa ciuitate Iudææ, qui expectabat & ipse regnum Dei. 52. hic accessit ad Pilatum, & perijt corpus Iesu: 53. & depositum inuoluit sindone, & posuit eum in monumento exciso, in quo nondum quisquam positus fuerat. 54. Et dies erat parasceues & sabbatum illucescebat. 55. Subsecutæ autem mulieres quæ cum eo venerant de Galilæa, viderunt monumentum, & quemadmodum positum erat corpus eius. 56. Et reuertentes parauerunt aromata, & vnguenta: & sabbato quidem siluerunt secundum mandatum.

VERS. 39. VNUS AVTEM DE HIS QUI PENDEBANT (à sinistro latere Christi) LATRONIBUS, BLASPHEMABAT EUM, DICENS: SI TU ES CHRISTUS (Saluator mundi) SALVA TEMETIPSUM, ET NOS UT NOS À CRUCE LIBERES, ac vitæ & libertati restituas. Voluit Christus atrocissima pati, idque ab omni genere hominum, ideoque irrideri & blasphemari, non tantum à Scribis & Iudæis, sed & ab ipso latrone, supplicij sui socio, quod longè erat acerbius: latro enim hic animam agens debuisset Christo compati ac cogitare de salute animæ suæ, eamque à Christo postulare; ut & nos ad scommata, irrisiones & subsannationes taceamus, & mente patientiam, ore silentium præferamus.

VERS. 40. RESPONDENS AVTEM ALTER (pendens à dextera Christi ut habet traditio) INCREPABAT EUM DICENS: NEQUE TU TIMES DEVM, QUOD IN EADEM DAMNATIONE (græcè *ἀρῆμα*, id est, iudicio, supplicio crucis cum Christo mecum) ES.] Syrus, *etiam non à Deo non times tu?* q. d. Esto, Scribæ & Iudæi liberi & validi non timeant Deum, ideoque subsannent Christum; tu tamen qui in cruce torqueris, & ad mortem tendis, deberes timere Deum ne te paulò post mortem acriter puniat, eò quòd tam sacrilegè Christum eius blasphemares. Significari ergo hic latro fe timere Deum: *Initium autem sapientiæ (& salutis) timor Domini*, Eccli. 1. 28. nec tantum se timere Deum, sed & socium latronem ad eundem timorem exhortari, q. d. Esto Iudæi rideant

Christum, tuum tamen est timere Deum, tum quia in eadem es damnatione, id est pena crucis ad quam iuste damnatus es; Christus verò innocens iniuste, ac proinde decet te potius socij tui in pena, præsertim innocentis, misereri, quam conuiciari; tum quia debes te ad mortem componere, & ad iudicium Dei, vbi huius tuæ blasphemiz rationem reddes, & acrem gehennæ vindictam subibis. Porro dicendo: *Neque tu times Deum*, videtur Christum denotare, eumque confiteri esse Deum, q. d. Time vindictam Christi, quem blasphemas, quia ipse non tantum est homo, sed & Deus: hoc enim ipsum à Christo illuminatum credidisse, mox patebit. Ita S. Ambros. & Euseb. quorum verba recitabo.

VERS. 41. ET NOS QUIDEM IVSTE (damnati versamur in hac damnatione, id est pena crucis) NAM DIGNA FACTIS RECIPIMVS. En actum profundæ publicæque contritionis, confessionis & poenitentiz, quo priora scelera expiauit: hic verò nihil mali gessit] Græcè, *ἀρῆμα*, id est absolum, indecens, incongruum, nihil quod vel leuiter reprehendi aut culpari possit. En libera publicæque confessio, ac testimonium innocentiz Christi, quod latro hic dat Christo, coram Scribis & principibus, qui Christum damnarant, nil veritus eorum iram & furor.

VERS. 42. ET DICEBAT AD IESVM: DOMINE, MEMENTO MEI CVM VENERIS IN REGNUM TVVM] cæleste & diuinum, ad quod tendis per

per mortem crucis, ut mox à morte illud in eas, tuosque in illud introducas: quare te oblcero ut & me in illud tecum inducas; ideoque peccatorum omnium, quorum me summè poenitet, veniam à te suppliciter deprecor, ac pro satisfactioe tormenta hæc crucis, in eaque mortem, quam libenter subeo, tibi offero: quare totum me tibi resigno, dedico, consecro. Vtinam pro te, tuasque fide & amore hæc & plura tormenta pati mihi concederetur. Hæc enim eius verba significant viuam & ardentem eius fidem, spem, charitatem, deuotionem, humilitatem, patientiam, contritionem, ceterasque virtutes.

Conuersio latronis mira.

Moraliter discè hic vim, efficaciam, & celeritatem gratiæ Christi, quæ in ipsa cruce ex latrone fecit virum sanctum, imò sanctissimum. Mira fuit conuersio S. Magdalenz; mira S. Pauli, sed magis mira huius latronis: quia S. Magdalena audierat dicta & miracula Christi: S. Paulus eum de celo verberantem sentiebat; latro verò in ipsa cruce, vbi Christus infame & atrox latronum supplicium patiebatur, fuit ad eum conuersus per heroicis fidei, charitatis, deuotionis, &c. actus. Addunt S. Hieron. Chrysof. Theophyl. Euthym. in Matth. cap. 27. Cyrillus Hierosol. catech. 13. Origenes tract. 35. in Matth. hunc latronem prius cum socio blasphemasse Christum; nam SS. Matth. & Marcus dicunt in plurali, *latrones* improperasse Christo; licet probabilis S. August. Epiph. Anselm. & alij cum Suarez contrarium sentiant, censentque per synecdochè *latrones* vocari vnum è latronibus: nam Lucas disertè ait vnum blasphemasse, alterum confesum esse Christum. Si prius blasphemauit, magis mira fuit eius conuersio, qua subitò blasphemias conuertit in confessionem & laudem Christi. Vnde exclamat S. August. *Hæc mutatio latronis dextera Excessi est.*

Quares, quâ ratione fuit conuersus? Respond. Externis per exempla virtutum, quæ in Christo cernebat, eximia scilicet charitatis, qua illum pro inimicis orantem audierat, patientiæ, fortitudinis, modestiæ, religionis ac virtutum omnium. Ita Theoph. hic, & Euthym. c. 67. in Matth. Interiùs verò per raram, & penè miraculosam Dei motionem & illustrationem, qua cognouit Christum esse innocentem, & altioris regni regem, & supremum dominum, in cuius potestate esset hominem etiam mortuum beare: quare ipsum esse Messiam, Dei filium, & saluatorem mundi. Ita S. Leo serm. 2. de Passione: *Quæ, inquit, istam fidem exhortatio persuasit, quæ doctrina imbuit, quis prædicator accendit? non viderat prius æli miracula, cessauerat tunc languentium curatio; acorum illuminatio, vniuersatio mortuorum; ea ipsa quæ mox erant gerenda, non aderant: & tamen Dominum confiteatur & Regem, quem videt supplicij sui esse consortem. Inde ergo oriebatur hoc donum, vnde accepit fides ipsa responsum.* Nota hic illa verba, *ea ipsa quæ mox erant gerenda, non aderant*: videtur enim illis tacitè reprehendere id, quod apud Hieronymum in c. 27. Matth. reperimus scriptum, *sole surgente, terrâ commotâ, saxisq. disraptis, & ingruentibus tenebris; vnum latronem cepisse credere, & confiteri Iesum.* Quam sententiam penè iisdem verbis habet Chrysof. hom. 2. de cruce & latrone, & significat Origenes tract. 34. in Matth.

Sed mirum est, hos Patres non animaduertisse *Cornel. in Lucam.*

A hanc sententiam pugnare cum Euangelio, quia, exceptis tenebris, cetera signa acciderunt mortuo iam Christo (ut planè ex Euangelio constat) cum tamè ex eodem Euangelio peripetuum sit, latronem conuersum esse viuente Christo: (solis autem defectio & tenebræ post latronis conuersionem à Luca narrantur. Eandem verò cum Leone sententiam docet S. Cyrillus catech. 13. dicens: *Quæ virtus te illuminauit, & latro? quis te docuit adorare contemptum, & simul cruci affixum? O lumen perpetuum illuminans obscuros!* Eandem fusè persequitur S. August. serm. 13. de Tempore, S. Chrysof. homil. de Latrone, & serm. 1. de cruce & latrone. Ita Suarez, qui & addit fieri potuisse, ut latro ante quam incarcerationem, Christum prædicantem audierit, miracula contempserit vel audierit, & fortè in ipsum crediderit. Addit S. Vincentius Ferrerius serm. de Bono latrone, eum conuersum vmbra Christi, cum scilicet sole gyrante, vmbra crucis Christi eum contigit. Sic enim vmbra S. Petri sanabat infirmos, Actor. 3. Addunt alij, B. Virginem stetit mediam inter hunc latronem & Christum, ac illi gratiam impetrasse, & morienti Christum re ipsa crucifixum exhibuisse, ut morientibus solet crucifixus proponi. Adde, ipsum vidisse eum solenique obscurari, ac diem in noctem verti, ob creatoris sui crucem & mortem.

Porro sanctitas huius latronis liquet ex eximia eius fide, spe & charitate: *fide*, quæ credidit in Christum velut Regem regum, quem videbat ut vilissimum hominem, imò ut latronem crucifixum: *spe*, quæ à Christo petit ut ad regnum eius admittatur: *charitate*, quæ socium latronem Christum blasphemantem corripit, Christi innocentiam palam coram Iudæis & hostibus insensibilis constituit & propugnat, cum ceteri omnes, etiam Apostoli, præ metu diffugissent, & Christum deseruissent. Heroica ergo eius fuit confessio: Vnde S. Gregorius 18. Moral. cap. 13. *In cruce*, ait, *clauis manus pedesque ligauerant; nihilq. in eo patris liberum, nisi cor & lingua remanserant. Inspirante Deo totum illi obtulit, quod in se liberum inuenit, ut corde crederet ad insistantem, ore confiteretur ad saluentem. In corde autem fidelium tres summo perè manere virtutes testatur Apostolus, fidem, spem & charitatem, quas cunctas subita repletus gratia & accepit latro, & seruauit in cruce.*

Exclamat S. August. serm. de feriâ 3. Paschæ, & libr. 1. de Animâ & eius origine cap. 9. *Huius fidei quid addi possit, ignoro. Si turbauerunt, qui viderunt Christum mortuos suscitantem, credidit ille, qui videbat eum secum in ligno pendentem. Verè non inuenit Christus tantam fidem in Israel, imò nec in vniuerso mundo.* S. Chrysof. Priusquam, ait, sibi quidquam petat, curat socium lucrari: quæ insignis est charitas. Imò nonnulli latronem hunc vocant Martirem, ut S. Cyprianus epist. ad Fabian. eumque asserit suo sanguine baptizatum, idque repetit serm. de Cæna, & serm. de passione Dom. vbi ait: *Sic in cruce latro confitens non tantum indulgentiam meruit, sed Christi familiaris effectus, præmissus est in paradysum, & factus est particeps regni, per confessionem factus collega martyrij.* Quam Cypriani sententiam refert S. August. libr. 1. de Animâ & eius orig. c. 9. & libr. 4. de Baptismo cap. 22. vbi ait, latroni non opus fuisse baptismo vel martyrio, sed solâ contritione potuisse saluari. Priori verò loco ait, quod

An bonus latro fuerit Martyr.

quod, licet latro non sit mortuus pro Christo, A tamen apud Deum tantum valuisse, quod confessus est Dominum crucifixum, quantum si fuisset pro Domino crucifixus, atque ita inuenta est in eo mensura Martyris, qui tunc in Christum credidit, quando defecerunt qui futuri erant Martyres.

Rursum D. Augustinus serm. 120. de Tempore: Latro, inquit, nondum vocatus, & iam electus: nondum famulus, & iam amicus: nondum discipulus, & iam magister, atque ex latrone confessor: quia etsi parua cooperat in latrone, nouo genere consummatur in Martyre. Idem libr. de Anima & eius origine c. 9. in 7. tom. Latro, inquit, tantum valuit confessus Dominum crucifixum, quantum si fuisset pro Domino crucifixus. S. Hieron. epist. 13. ad Paulinum: Latro, inquit, crucem mutat paradiso, & facit homicidij penam martyrium. Drogo Episcopus Ostiensis tract. de Sacram. Dominice passionis (extat tom. 2. Biblioth. SS. Patrum) eundem vocat Martyrem.

Porro nonnulli hanc rationem martyrij eius probabilem asserunt, scilicet Iudeos, audientes eius confessionem Christi, qua ipsorum facta, & condemnationem Christi damnabat, ira & furore percitos in illum saeuisse, ac immaniter crura confregisse, vt habent Euangelista, itaque mortem illi acerbiorum reddidisse, eamque accelerasse, ac proinde Martyrem effecisse. Hinc & S. Hilarius libr. 10. de Trinitate eundem vocat Martyrem: Martyr, inquit, suo paradysum promittens: martyr, id est, testi, quia latro in cruce protestatus est suam fidem, & spem in Christum; alioqui ipse ob passionem suam proprie & precise non fuit Martyr, quia passus est pro suis sceleribus, non pro Christo; nisi dicas Iudeos ipsi propter hanc confessionem, mortem grauissimam & accelerasse, vti iam indicauit.

Xatronis
elogia.

Denique Arnaldus (alij Renaldum vocant) Abbas tract. 9. de Septem verbis Christi in cruce, in Biblioth. SS. Patrum, asserit latronem hunc euectum in caelos, sedem super angelos omnes, super Cherubinos & Seraphinos, ac ipsum Luciferi thronum occupasse. Vide nostrum P. Stephanum Binettum lib. de Bono latrone, vbi eum vocat Archangelum paradisi, primogenitum Christi crucifixi filium, Martyrem, Apostolum & praedcatorem totius mundi, utpote qui e cathedra crucis Christum toti orbi praedcarit. Paulus, inquit, loquitur vt Cherubim, latro amat vt Seraphim. Audi nunc de eodem elogium Patrum.

S. Chrysost. hom. de Cruce & latrone: *Iste latro ait, de ligno mercatur salutem. Hic latro furatur caeleste imperium, vim facit maiestati.* Et inferius: *Nul- lum, ante latronem, inuenies repromissionem paradisi meruisse, non Abraham, non Isaac, non Iacob, non Moysen, nec Prophetas, nec Apostolos; sed ante omnes reperies latronem.* Deinde fidem latronis confert & praefert fidei Abraham, Isaiae, Ezechielis, Moysi, eo quod non in templo, non in folio & gloria, vti illi, sed in cruce & tormentis Christo crediderit. *Videt, ait, in tormentis, & tamquam in gloria adorat. Videt in cruce, & rogat quasi in caelis sedentem. Videt condemnatum, & regem inuocat, dicens: Domine memento mei, cum veneris in regnum tuum. Crucifixum vides, & regem praedcatum: in ligno pendere cernis, & caelorum regna meditari. O admiranda latronis conuersio!*

S. Ambrosius serm. 45. *Illud, ait, ad gratiam eius (latronis) maioris est meritum, quod Christum in cruce credidit, & passio qua alijs scandalum fecit, illi ad fidem profecit, recte ergo mercatur paradysum, qui crucem Christi non putauit esse scandalum, sed virtutem.* Et inferius serm. 50. *Cernat licet eius hiannia vulnera, spe- det ipsius sanguinem profluentem, Deum tamen credit, quem reum nescit; iustum fatetur, quem non meminit peccatorem.* Et mox: *Int. Illexit enim, quod pro alienis peccatis has plagas susceperet, pro alienis sceleribus hac vulnera sustineret: sciuit quod illa in corpore Christi vulnera, non essent Christi vulnera, sed latronis: atque ideo plus amare cepit, postquam in corpore eius sua vulnera recognouit.* Et pluribus interiectis: *Magna plane est & admirabilis fides, qua Christum crucifixum glorificari magis credidit, quam puniri. In hoc enim totius forma salutis est. Saluatorem tunc maiestatis dominum cognouit, cum videtur humilitatis patientia cruciari. Praecessit deuotione, qui praecessit & premio: prior enim latro ad paradysum, quam Apostoli peruenerunt.*

Eusebius Emiffenus (vel quisquis est auctor: stylus enim Latinum arguit auctorem, non Graecum, vel Syrum, qualis fuit Eusebius hom. de Latrone beato. *Quam singularis, inquit, & quam stupenda deuotio; sub illo tempore crediti reus, quo negauit electus. Laudabilis hoc itaque in latrone ac magnificientis fuit, quod hominem adductum & inter extrema deficientem supplicia Dominum credidit, quam si inter virtutum opera credidisset: non itaque sine causa tantum meruit. Causam subdit: Illuminauerat, credo, nascentem fidem latronis, iam credentis tu Christi, propriis corporea diuinitas, qua se largis sub momento illo peragenda redemptionis insuderat. Et mox: Non dicat: Si Deus es, de supplicio praesenti eripe me: sed magis. Quia Deus es, de futuro iudicio libera me. praedcat factis iudicem, regem saeculorum, &c. etsi parua cooperit in latrone, nouo genere consummatur in Martyre.*

Porro latro hic poenitens a S. Athanasio serm. in Paratecve vocatur Euangelista: *Tamquam latro, inquit, crucifixus es, & bone, & repenit Euangelista euasisti.* A S. Chrysostomo serm. in Paratec. vocatur Prophetia, hoc est praedicator & enarrator magnitudinis Christi: *O potentiam Iesu, inquit, latro iam Prophetia est, & de cruce praedcat.* Idem ibidem eum vocat praedcatorem & raptorem paradisi: *Vidisti, inquit, quomodo neque in cruce artis suae obliuiscitur, sed per ipsam confessionem praedatur regnum.* Vnde Sedulius carm. 5. Pasch.

Absulit iste suis caelorum regna rapinis. A S. Cyrillo lib. 2. de Adorat. & a B. Petro Damiano serm. de Exalt. S. Crucis nuncupatur, *primicia crucis Christi, & credentium.* A Drogon de Sacram. Domin. pass. indigitatur Petrus in cruce: *Tu, inquit, Petrus in cruce fuisisti, & Petrus in domo Caipha, latro, quia Christum negauit, quem latro in cruce confessus est coram omni populo.* A S. Cypriano (vel quisquis est auctor) serm. de Pass. nominatur collega Martyrij Christi. Ab Arnaldo Abbate Bonae Vallis tract. de 2. verbo Christi, collateralis Christi, & praecursor eius victoria. A S. Chrysostomo homil. de Caeco nato, aduocatus Christi, quia eum contra Iudeos quali aduocatus defendit. Ab Anastasio Sinaita lib. 5. Hexam. *volutis caeli, magna aquila per aërem volans in paradysum.* Plura eius elogia conglomerat S. Athanasius serm. citato in Paratec. vbi inter alia ait: *O latro Petri commilito, Iudeorum accusator. O latro regni mercator, paradisi custos.*

custos. O latro crucis velut corollarium, tibi caelum afficiens. O latro, quomodo homines regnum quasi furto auferant, instruens. O latro, postremus veniens, sed primus coronatus. O latro vehementer Iude accusator. O latro, Apostolorum symmista, iuste Christum coemans. Audi S. Paulinum in Celsi pueri Panegyry.

Moror abi, discede paor, fuge culpa, ruit mors, Vita resurrexit, Christus te astra vocat, Morte mea functus, mihi mortuus, & mihi victor, Vt mors peccati, sit mihi vita Dei.

Denique seruatum iam de cruce duxit aperto Limine latronem, qua paradysus adest.

Roganti pro peccatore poenitente qui confessarij copiam non habebat, respondit Christus S. Brigitta in haec verba: *Ille plorat, quod non habet audire confessoris suum. Dic ei, Quid sufficit voluntas. Nam quid profuit latroni in cruce? Nonne voluntas bona? Aut quid aperuit caelum, nisi voluntas volendi bona, & odiendi mala? Quid vero facit infernum, nisi voluntas mala? & affectus inordinatus? Ita habetur lib. 6. Reuelat. S. Brigitta c. 115. Plura vide apud nostrum Theophilum Raynaudū, in erudito opere quod de Metamorphosi latronis in Apostolum conscripsit, vbi c. 17. Mellificium tropologicum per Christianas apes. S. latronis virtutum prata carpentes, conficit & contextit.*

VERS. 43. *Mecum eris in paradiso.* Quomam?

ET DIXIT ILLI IESVS: AMEN DICO TIBI: *Hodie mecum eris in paradiso* id est, in loco voluptatis, vbi feliciter sis in beatitudine & visione Dei beatifica. q. d. *Hodie te felicem in perpetuum efficiam, hodie te regem in regno gloriae diuinae mecum regnantem constituam.* Et hoc videntur velle Cyrill. Hierosol. catech. 13. S. Chrysost. hom. 2. de Cruce & latrone, Nyssenius serm. de Resurrectione, S. August. in Ioan. tract. 111. qui *in paradiso*, explicat, *in caelo*, id est, in beatitudine caelesti. Certum enim est Christum eum latrone, die illo quo obiit, non ascendisse in caelum, sed descendisse ad limbum patrum. (Vnde S. August. lib. 12. de Genesi ad litt. c. 34. & Maldonatus per paradysum hic accipiunt sinum Abraham) ibique eius visionem diuinitatis suae impertiuisset, itaque eos beasse, quare tunc Christus rerum sortes mutauit: fecit enim vt limbus esset paradysus, vt inferi essent superi, vt infernus esset caelum; vbi enim est Christus, ibi est paradysus; vbi est visio Dei & beatitudo, ibi est caelum.

Nam quod Euthymius alijque Graeci hic, negantes animas Sanctorum ante diem iudicij videre Deum, esseque beatas, per paradysum intelligunt terrestrem, ad quem raptus fuit Henoeh, verum esse nequit: De fide enim est, Christum mox a morte in infernum, pura ad limbum patrum descendisse; non vero iuisse ad paradysum terrestrem. Adde, incertum est an paradysus terrestris post diluuium adhuc super sit, & esto superesset, ille non animarum, sed corporum dumtaxat latum & felix est habitaculum. Quare ex hoc loco contra Graecos, & contra Caluinum, aliosque Nouatores liquet, animas Sanctorum plenè a peccato purgatas non dormire vlque ad diem iudicij, sed illico videre Deum, illaq; visione beari.

Moraliter. Nota hic liberalitatem Christi, qui supplicium preces excedit & vota. Petierat latro vt Christus existens in regno sui meminisset dumtaxat: at Christus eodem die illi regnum promittit, vt in eo quasi rex secum regnet. *Hodie, Cornel. in Lucam,*

ait Eusebius Emiffenus. homil. de Latrone beato, quasi dicit: *Quid me, & fidelis meus comes, & vnicus tanti testis triumphi, ante operè exorandum putas, vt in die iudicij mei meminerim tui? hodie mecum eris in paradiso.* Et mox: *Positus in patibulo (Christus) velut arbiter in medio damnatorum negantem repulit; suscipit confidentem, hunc deputat regno, illum relinquunt inferno.* Post haec ergo credamus in maiestate iudicaturum, quem iam in cruce videmus ex-ecere iudicium. Haec ergo est suauissima Christi ad latronem responsio, quem merito S. Fulgentius sermon. nou. 60. vocat Christi testamentum; *calamo crucis conscripsum.*

Denique nomen huius beati latronis fertur *Nomen B. fuisse Dilmas: hoc enim nomine S. Dilma latro- latronis.* nis nonnulla facella ei erecta reperiuntur. Catalogo Sanctorum adscriptus est in Martyrolog. die 25. Martij; illo enim die passus videtur, ac consequenter Christus. Sic enim in eo legimus: *Hierosolymis commemoratio S. latronis, qui in cruce Christum confessus, ab eo meruit audire: Hodie mecum eris in paradiso.*

PATER IN MANVS TVAS COMMENDO. (A. VERS. 46. rabicus, pono; Tertull. libr. Contra Praxeum cap. 25. depono. q. d. Deposito trado: haec enim significat *πατεριθεδου*, vnde *πατεριθου*, est depositum. Idem significat Hebr. *אֶתְּיָדַי הִבְחִיתִי*, quod Noster vertit, *commendo*, scilicet tamquam depositum, vt illud mihi custodias, & tuo tempore restituas.) *SPIRITVM MEVM*] S. Athanasius lib. de Humana Christi natura contra Apollin. sub initium: *Cum in cruce, inquit, dicit: Pater in manus tuas depono spiritum meum, in eo omnes homines apud Patrem deponit ac commendat, per ipsum, & in ipso viuificandos: membra enim sumus, & membra ista multa vinum corpus sunt, quod ipsum Ecclesia est; Omnes ergo in se Deo commendat.* Christus igitur iuxta S. Athanasium, homines vocat suam animam & spiritum: quantum ergo animabus lucrandis & saluandis incumbere debemus, vt Christo quasi seruemus suam animam & spiritum? Sic Paulus ad Philem. *Onesimum vocat sua viscera.*

Tradidit animam suam manibus genitoris, inquit Cyrillus lib. 11. in Ioan. cap. 36. vt ab illis, & per illam facta initio, certam huius rei spem habeamus, firmiter credentes in manibus Dei nos post mortem futuros. Sic & Victor Antioch. in Marcum: *Hec quoque Christi commendatio, ait, in animarum nostrarum commodum cedebat: quippe quas ille a corpore quod inhabitauerant absolutas, quasi quoddam depositum in Dei vniuersitatis manibus ad rationem tradebat.* Et Euthym. *Et hoc nobis effecit Dominus, ait, ne deinceps istorum animae descenderent in infernum, sed magis ad Deum ascenderent.* Citat Christus psalm. 30. v. 6. vbi Dauid afflictus, & in mortis periculo constitutus, tam in sua, quam in Christi persona ait, oraturque: *In manus tuas commendo spiritum meum.* Vnde eundem versum & psalmum quotidie vsurpat, canitque Ecclesia in Completorio sub noctem, vt doceat nos, quando imus cubitum, animam Deo commendare, quia noctu multa ex catarrho, suffocatione, apoplexiā, &c. mortis subitanè occurrunt pericula. Eundem versum vsurpant moribundi, vti vsurpauit S. Nicolaus, S. Ludouicus rex Franciae, & S. Basilus, idque praefertibus angelis a quibus abducebatur, teste Nazianz. orat. in S. Basil. quin & Stephanus dicens: *Domine Iesu*

Cur?

Iesu suscipe spiritum meum. Hoc enim versu testamur Primò, nos animam in natiuitate accepisse, non à patre vel matre, sed à solo Deo, ideoque nos illi eandem; quasi creaturam ipsi propriam reddere. Secundò, nos credere animam in morte non interire, sed esse superstitem & immortalem, ac ad Deum, qui eam creauit & iudicabit, redire. Tertiò, nos credere carnis resurrectionem: morientes enim Deo commendamus animam, vt ipse eam quasi depositum seruet; & in resurrectione corpori nostro restituat. Quartò, nos in agone vltimo, quem acerrimum cum demone subimus, in morte implorare Dei opem, vt ei animam resignantes demonem superemus; de coque triumphemus: vnde multorum est sententia demonem proprium cuique aduersarium, eidem moribundo horribili specie apparere, eumque ad desperationem aliaque scelera sollicitare; vti apparuit S. Marthæ & alijs, non tamen omnibus. Id ipsum sentire videtur S. Ephrem serm. in eos qui in Christo obdormiunt, S. Chrylost. hom. 34. in Matth. & alij quos citat noster Lorinus Eccl. c. 8. v. 8. Idem de Christo sentiunt multi. Vnde Eusebius lib. 10. Demonstr. c. vlt. illud Christi dictum, *Tauri pingues obdormunt me*, psal. 21. v. 13. intelligit de demonibus, quos Christus in cruce viderit hiantes sibi quasi leo & scelesto insultantes de crucifixione & instante morte. Fauet illud Habacuc 3. 5. *Egredietur diabolus ante pedes eius*. Et illud Christi: *Venit princeps*

Demon in
singulis in
morte ap-
pareat.

A mundi, & in me non habet quidquam, Ioan. 14. 30. Deponit ergo spiritum in manu Dei, certus quòd nemo ex ea possit illum rapere. Fidissimus enim & fortissimus depositarius est Deus. Ita S. Hier. in psal. 30. v. 6. *In manus tuas commendo spiritum meum, Hoc est, inque in possessionem tuam commendo animam meam. Hoc exemplum accepit Ecclesia à Christo. Hoc & S. Stephanus fecit. Hoc & Sancti orant, quando exeunt de corpore, vt illud: Fidei creatori commendant animas suas in beneficijs. Hoc in cruce positus Dominus dixit, quòd in Patris manus spiritum commendauerit, citò eum ipso resuscitante sumpturus.*

Symbolicè, Didymus in Catena psal. 30. Triplex est spiritus, inquit: primus cogitatio nostra, secundus anima, tertius conscientia, quæ tria Deo commendare debemus.

B ET HÆC DICENS EXSPIRAUIT] Syrus, hoc dixit, & finit, scilicet vitam; Arabicus, & cum dixisset hoc, tradidit spiritum in manus Patris, vti dixerat. Fuit ergo hoc certum signum, ipsum esse Filium Dei Patris ab ipso inelamati, ac Patrem clamorè filij exaudisse, spiritumque eius suscepisse. Cum enim dixisset: *Pater in manus tuas commendo spiritum meum*, tunc demum morti permisit, vt ad se accederet, ait Euthymius in cap. 27. Matthæi; vt pote certò sciens, Patrem spiritum suum in manus suas traditum, quasi depositum securè seruaturum, eique tertio die in resurrectione redditurum: quare hæc spe certus, æterus & alacer tradidit Patri spiritum.

Spiritus
triplex.

CAPVT VIGESIMVMQVARTVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Christus resurgens apparet pijs feminis; Secundò, v. 13. duobus discipulis euntibus in Emmaus; Tertiò, v. 30. duodecim Apostolis in cœnaculo Ierusalem. Quartò, v. 50. ascendit in cælum.

Primam partem explicui Matth. 28. Quartam Act. 1. Super sunt ergo secunda & tertia hæc explicanda.

1. VNA autem sabbati valdè diluculo venerunt ad monumentum, portantes quæ parauerant aromata: 2. & inuenerunt lapidem reuolutum à monumento. 3. Et ingressæ non inuenerunt corpus Domini Iesu. 4. Et factum est, dum mente consternatæ essent de isto, ecce duo viri steterunt secus illas in veste fulgenti. 5. Cum timerent autem, & declinarent vultum in terram, dixerunt ad illas: Quid queritis viuentem cum mortuis? 6. Non est hic, sed surrexit: recordamini qualiter locutus est vobis, cum adhuc in Galilæa esset, 7. dicens: Quia oportet Filium hominis tradi in manus hominum peccatorum, & crucifigi, & die tertiâ resurgere. 8. Et recordatæ sunt verborum eius. 9. Et regressæ à monumento nuntiauerunt hæc omnia illis vndecim, & ceteris omnibus. 10. Erat autem Maria Magdalene, & Ioanna, & Maria Iacobi, & ceteræ quæ cum eis erant, quæ dicebant ad Apostolos hæc. 11. Et visa sunt ante illos, sicut deliramentum verba ista; & non crediderunt illis. 12. Petrus autem surgens cucurrit ad monumentum: & procumbens vidit linteamina sola posita, & abiit secum mirans quod factum fuerat. 13. Et ecce duo ex illis ibant ipsa die in castellum, quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab Ierusalem, nomine Emmaus. 14. Et ipsi loquebantur ad inuicem de his omnibus quæ acciderant. 15. Et factum est, dum fabularentur, & secum quærerent: & ipse Iesus appropinquans ibat cum illis: 16. Oculi autem illorum tenebantur ne eum agnoscerent. 17. Et ait ad illos: Qui sunt hi sermones, quos confertis ad inuicem ambulantes, & estis

& estis tristes? 18. Et respondens vnus, cui nomen Cleophas, dixit ei: Tu solus peregrinus es in Ierusalem, & non cognouisti quæ facta sunt in illa his diebus? 19. Quibus ille dixit: Quæ? Et dixerunt: De Iesu Nazareno, qui fuit vir propheta, potens in opere & sermone, coram Deo & omni populo: 20. Et quomodo eum tradiderunt summi sacerdotes, & principes nostri in damnationem mortis, & crucifixerunt eum. 21. Nos autem sperabamus quia ipse esset redempturus Israel: & nunc super hæc omnia, tertia dies est hodie, quòd hæc facta sunt. 22. Sed & mulieres quædam ex nostris terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum, 23. & non inuento corpore eius, venerunt, dicentes se etiam visionem angelorum vidisse, qui dicunt eum viuere. 24. Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum: & ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt, ipsum verò non inuenerunt. 25. Et ipse dixit ad eos: O stulti, & tardi corde ad credendum in omnibus quæ locuti sunt Propheta: 26. Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? 27. Et incipiens à Moysæ, & omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus Scripturis, quæ de ipso erant. 28. Et appropinquauerunt castello, quòd ibant: & ipse se finxit longius ire. 29. Et coegerunt illum, dicentes: Mane nobiscum, quoniam aduerserascit, & inclinata est iam dies. Et intrauit cum illis. 30. Et factum est, dum recumberet cum eis, accepit panem, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis. 31. Et aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum: & ipse euauit ex oculis eorum. 32. Et dixerunt ad inuicem: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis Scripturas? 33. Et surgentes eadem horâ regressi sunt in Ierusalem: & inuenerunt congregatos vndecim, & eos qui cum illis erant, 34. dicentes: Quòd surrexit Dominus verè, & apparuit Simoni. 35. Et ipsi narrabant quæ gesta erant in via: & quomodo cognouerunt eum in fractione panis. 36. Dum autem hæc loquuntur, stetit Iesus in medio eorum, & dicit eis: Pax vobis: ego sum, nolite timere. 37. Conturbati verò, & contriti, existimabant se spiritum videre, 38. Et dixit eis: Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra? 39. Videte manus meas, & pedes, quia ego ipse sum: palpate, & videte: quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videris habere. 40. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus, & pedes. 41. Adhuc autem illis non credentibus, & mirantibus præ gaudio, dixit: Habetis hic aliquid, quod manducetur? 42. At illi obtulerunt ei partem piscis assi, & fauum mellis. 43. Et cum manducasset coram eis, sumens reliquias dedit eis. 44. Et dixit ad eos: Hæc sunt verba, quæ locutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscum, quoniam necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moyse, & Prophetis, & Psalmis, de me. 45. Tunc aperuit illis sensum vt intelligerent Scripturas. 46. Et dixit eis: Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertia die: 47. & prædicari in nomine eius poenitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Hierosolyma. 48. Vos autem testes estis horum. 49. Et ego mitto promissum Patris mei in vos: vos autem sedete in ciuitate, quoad usque induamini virtute ex alto. 50. Eduxit autem eos foras in Bethaniam: & eleuatis manibus suis benedixit eis. 51. Et factum est, dum benediceret illis, recessit ab eis, & ferebatur in cælum. 52. Et ipsi adorantes regressi sunt in Ierusalem cum gaudio magno: 53. & erant semper in templo, laudantes & benedicentes Deum. Amen.

VERS. 1.

VNA AVTEM SABBATI] Vna, id est, primâ die post sabbatum, putâ Dominica, qua Christus resurrexit. Vide dicta Matth. 28. 1.

VERS. 10.

S. Iohanna
uxor Chusa.
S. Serena
uxor Diocletiani.

S. Tryphonia

uxor

Decij. S.

Licinia

uxor Ma-

ximini.

IOHANNA] Vxor Chusæ procuratoris Herodis, Christi discipula, cuius hostis & illufor erat Herodes. Sic S. Serena vxor Diocletiani Imp. persecutoris Christi, eiusque filia S. Anthemia, & neptis S. Sufanna, virgines, ad eò Christum coluerunt, vt omnes à marito & patre Diocletiano martyrio laureatæ sint. Sic & S. Tryphonia vxor fuit Decij Imp. persecutoris, ac vtriusque filia S. Cyrilla Christo virginatatem voluit, & pro eo Martyr occubuit. S. Licinia Licinij Imp. soror vel filia, ac Maximini Imp. persecutoris vxor, à S. Catharina virgine & Martyre ad Christum conuersa, eidem in martyrio confors fuit & socia Horum omnium vitam eleganter descripsit R. D. Ioannes Tomcus Antistes Bosnenfis, Romæ mihi familiaris, in Sanctis Regibus Illyricanis. Sic S. Flauia & S. Flauia Domitilla neptis Domitiani Imp. ab Domitilla eodem martyrij lauream adeptæ est. Ita è spinis neptis Domitiani. Deus elicit rosas; nimirum voluit ipse maritos per vxores, reges per reginas vincere & confundere, tum hæc, tum in die iudicij.

ET ECCE DVO EX ILLIS IBANT IPSA DIE] (Dominica Paschatis, qua Christus resurrexit) HISTORIA IN CASTELLVM (græcè, κομνην, id est vicium, pagum. Vnde Marcus c. 15. vocat villam) QVOD ERAT IN SPATIO STADIORVM SEXAGINTA AB IERUSALEM, NOMINE EMMAVS] Duo.

VERS. 13. Historia duorum discipulorum euntium in Emmaus.

V 3

Hi

Hi duo iidem sunt cum illis de quibus ait Marcus c. 16. 11. Post haec autem duobus ex illis ambulanti- bus, ostensus est in alia effigie eunibus in villa. Ita pas- sim interpretes, vno excepto Euthymio, qui cen- set diuersos esse, & diuersam Christi apparitione, idque probat ex eo quod subdit Marcus: Et illi euntes nunciaverunt ceteris, nec illis crediderunt: cum tamen Lucas hic v. 34. de suis hilce dicat, credidisse eis Apostolos, Dicens quid surrexit Dominus verè, & apparuit Simon. Sed respondeo, plerisque credidisse, aliquos tamen non credidisse, vti patet de Thoma.

Quam hi fuerint. Quæres, quinam fuerint hi duo? Respond. Certum est ex v. 18. vnum fuisse Cleopham: quis fuerit alter incertum est. S. Ambros. censet fuisse Amnaon, à loco ita dictum, vt videtur, quasi incola & cuius fuerit Emmaus, quò tendebant: Origenes initio Comment. in Ioan. eum vocat Simonem: B. S. Epiphanius hæresi 23. nominat Nathanaelem, de quo Ioan. 1. Alij plerique censent fuisse Lucam. Ita Theophyl. hic, S. Gregorius præfat. in Job. c. 2. Dorotheus, Nicephorus, & Metaphrastes in Vita Cleophæ. Verùm Lucas non videtur Christum vidisse in carne, sed post eius mortem fuisse conuersus, vt patet ex Euangelij eius proce- mio.

Ex illis, discipulis Christi, IBANT] tum ne- gotiorum, tum animi causâ, vt molestiam & do- lorem ex Christi magistri sui tam atroci & infami morte conceptum diuerterent & lenirent. STADIORVM SEXAGINTA] Stadium est octava pars milliaria, siue mille passuum, stadium enim continebat 125. passus. Ergo stadia 60. faciunt septem milliaria Italica & semis, id est leucas Gal- licas vnus hora circiter tres nam vna leuca con- tinet circiter tria milliaria Italica. Ita Beda, Sta- dium, ait, quo Graeci auctore, vt dicunt, Hercules via- rum spatia mensurant, octava est pars milliaria; & ideo sexaginta stadia septem millia passuum & quin- gentos signifi- cant. Dictum stadium dicitur nō esse 6000, hoc est à statione, quòd Hercules eo spatio vno spiritu decurso constitisset: inde dictum stadium arhletarum & curforum: hi enim stadio Olym- pico, Romano, Corinthio, &c. decurrebant, & cursu certabant. Vide Gellium l. 1. c. 1.

NOMINE EMMANVS] Græcè ἐμμανὺς, est trisy- labum; vnde dicitur Emmaus, Emmauntis; sic- ut Trapezus, Trapezuntis; Ierichus, Ierichuntis. Emmaus tempore Christi erat vicus, ex quo ori- undum fuisse Cleopham tradit S. Hieron. in Lo- cis Hebr. ideoque eò familiarè causâ profectus hic fuisse videtur. Porro Emmaus, si initio per aleph scribatur, hebr. idem est quod pauor, vel terror consilij: si per chet, idem est quod calor consilij, ait Pagnin. in Nom. Hebr. vtrumque huic loco conuenit; nam hi duo pauido fuere animo, sed à Christo inflammati; pauorem verterunt in calorem, atque valido Christi amore arserunt. Alij ἐμμανὺς, scribentes per aïn, idem esse cen- sent, quòd ἐμμανὺς, id est, populus re- probatus, ad quem hi duo tendebant per suam diffidentiam & dubitationem; sed à Christo red- ducti, remissi sunt ad electos Apostolos in Ieru- salem.

Porro Emmaus postea à Romanis captâ Hierosolymâ, & deuiâs Iudæis, aucta factaque trophaum, dicta est Nicopolis, id est, victoriæ

Emmanus dicta Nicopolis.

civitas. De qua audi quid scribat Sozomenus l. 5. hist. c. 21. Anse hanc civitatem, circa trinum, in quo Christus vnâ cum Cleopha post resurrectione ambulans, in alium se vicum properare simulavit, salubris quidam sons est, in quo passiones suas abluunt & homines, & alia animantia varijs morbis laborantia. Ferunt enim Christum ex itinere alicundè vnâ cum discipulis venisse ad eum fontem, ibiq. pedes abluisse, & ex eo tempore aquam illius medicinam factam esse morborum. Addit deinde simile de arbore, quæ iuxta Hermopolim Christum fugientem in Ægyptum inclinando se adoravit, cuius folia, fructus & cortices multis morbis medentur.

ET IPSI LOQUEBANTVR AD INVICEM DE HIS OMNIBVS QVÆ ACCIDERANT] de Christi magi- stri sui passione, cruce, morte, sepultura, de tanti viri & Prophete tam indigna necè dolètes, quòd- que eum non ampliùs essent visuri: de eius enim resurrectione, & redemptione Israel per eum faci- endam planè desperabant.

ET FACTVM EST, DVM FARVARENTVR, ET SECVM QVÆRERENT; ET IPSE IESVS APPROPIN- QVANS IBAT CVM ILLIS] Docet hic Iesus se ad- esse ijs qui de ipso loquuntur: loquamur ergo de Iesu, & Iesus pariter se se insinuat nobis, nostris- que colloquijs, si non corporaliter, certè spiri- tualiter per suam gratiam & spiritum, quo nos accendit. Hoc enim ipse promisit dicens: Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum, Matth. 18. 20. Qui ergo de rebus bo- nis loquuntur, in medio sui habent Iesum; qui de malis, Luciferum: cuius rei experientia & ef- fectus clari sunt.

OCVLI AVTEM ILLORVM TENEBANTVR NE EVM AGNOSKERENT] Quæres quâ ratione id sit factum? Respondet Primò, Dionys. Carthusia- nus, & fauet S. August. l. 22. de Civitate c. 9. quòd percussus fuerant cæcitate, æquè ac Sodomita, Ge- nes. 19. v. 11. Verùm id propriè dici nequit: vi- debant enim ipsi Christum, & cum eo loqueban- tur, sed eum non agnoscebant. Secundò, Caieta- nus censet id factum per interiorem cæcitatem, siue abstractionem & distractionem phantasiæ duo- rum discipulorum. Sed repugnat Marcus dicens cap. 16. Ostensus est in aliâ effigie. Vnde Tertio, S. August. epist. 59. quaest. 8. opinatur id factum per immutationem faciei Christi, quoad lineamenta & figuram, aut certè colorum & lucis, vti conti- git in transfiguratione Christi. Verùm hoc non satis congruit dignitati corporis gloriosi, quod stabile est, immortale & inalterabile. Quarto er- go, idem S. August. id ipsum retractans lib. 3. de Consensu Euang. c. 25. ait à dæmone oculis dis- cipulorum impressum fuisse humorem, vel ne- bulam & caliginem, qui oculos eorum obscu- rans, faciebat ne Christum agnoscerent. Verùm omnino hæc actio & hoc opus videtur fuisse Christi, non dæmonis, vti & fuit illud, quo appa- ruit Magdalena, specie hortulani.

Dico ergo id factum ex eo, quòd corpus Chri- sti in se, licet idem & immutatum manens, tamen quia Verbo vnitum erat, & quia gloriosum, po- testatem habebat vti se occultandi, ac retinen- di species sui corporis, ne ad oculos aliorum dif- funderentur, sic & visum intuentium immutan- di, eo modo quo ipsi libuerit, idque vel diuari- cando, & diuerso modo imprimendo species, vel

VERS. 14.

VERS. 15.

VERS. 16.

vel medium immutando, vti faciunt specula, vel ipsum etiam visus organum immutando. Hoc est enim quod ait Lucas: Oculi eorum tenebantur à Iesu, ne officio suo fungi possent, perinde ac si velami- ne quopiam obducti fuissent: vnde postea statim vt voluit Iesus, eum agnouerunt. Idem & multò magis dico de auribus & auditu, scilicet Chri- stum à discipulis non fuisse agnitum ex voce, quia multò facilius est mutare vocis sonum, ac mo- dum exprimenti & pronunciandi: imò natura- liter id fieri potest, & à multis fit, qui aliter mo- nendo labia, linguam, palatum, aliterque percu- tiendo & colligendo aërem, mutant naturalem vocis sonum, vt alius à solito esse videatur. Ita D. Thom. 3. par. quaest. 54. art. 1. ad 3. Suarez, & alij ibidem.

Porro causæ, cur Christus aliâ formâ his dis- cipulis apparuerit, fuere variae: Prima quia Chri- stus & angeli, cum apparent hominibus, tales ap- parent, quales sunt ij quibus apparent. Christus ergo peregrinantibus hisce se conformans, quasi peregrinus apparuit; dubitantibus de se, quasi alienus & incognitus. Ita S. Augustinus lib. 3. de Consensu Euang. cap. 35. & S. Gregorius homil. 23. in Euang. quem audi: Hoc ergo egit foris Domi- nus in oculis corporis, quòd apud ipsos agebatur intus in oculis cordis. Ipsi namque apud semetipsos intus & ama- bant & dababant; eis autem Dominus & foris præ- sens aderat, & quis esset non ostendebat. De se ergo lo- quentibus præsentiam exhibuit, sed de se dubitantibus cognitionis suæ speciem abscondit: verba quidem contu- li, duritiam intellectus increpavit, sacra Scriptura my- steria, quæ de se ipso erant, aperuit; & tamen quia ad- huc in eorum cordibus peregrinus erat à fide, se ire lon- gius sinxit.

Secunda, ne, si illico clarè se discipulis osten- deret, eos nouitate resurrectionis percelleret, ideoque ipsi non Christum, sed phantasma se vi- dere putarent, itaque de resurrectione eius dubij remanerent. Iam autem diu cum eis colloquens, ac tandem se manifestans, omne eis de resurre- ctione suâ dubium exemit.

Tertia, vt vlcus suum (sua dubitationis & tri- stitiæ) discipulis aperirent, & pharmacum susciperent, ait Theophyl. si enim subito dixisset se esse Chri- stum, discipuli non fuissent ausi dicere se de eo, cuiusque resurrectione dubitare.

Quarta, vt specie & habitu suo ostenderet nos in hac vita esse viatores, ac tendere ad patriam caelestem; quare ad illam quasi peregrinos assidue suspirare, & totis viribus contendere debere. Quocirca S. Franciscus, cum quâdam vice in die Paschæ moraretur in monasterio, nec essent à quibus mendicaret, memor Christi, qui discipulis euntibus in Emmaus hoc ipso die in specie pere- grini apparuit, ab ipsis Fratribus eleemosynam petijt, vt peregrinus & pauper: quam cum acce- pisset, humiliter sacris eos informauit eloquijs, quòd transientes per mundi desertum, tamquam peregrini & aduenæ, veri; Hebræi Pascha Do- mini, hoc est transitum ex hoc mudo ad Patrem, in paupertate spiritus continuè celebrarent. Por- rò perigrini leges sunt, sub alieno tecto colligi, sitire ad patriam, pacificè transire. Ita habent Chronica Ordinis S. Francisci.

ET AIT AD ILLOS: QVI SVNT HI SERMONES, QVOS CONFERTIS AD INVICEM AMBVLANTES, ET ESTIS TRISTES?] Græcè, οὐδὲ γάρ, id est

VERS. 17.

velu tristi, mæsto, tetrico: sciebat Christus tri- stitiæ causam, sed interrogat vt ipsimet eam de- tegant, vt deinde illi medeatur, illamque eis exi- mat. q. d. Proximè vos sequens audiui vestros ser- mones, at non satis eos intellexi. Audiui enim vos loqui de quodam Hierosolymis occiso, edicite ergo quis ille sit, quæ fuerit eius cædes, & qua de causa.

ET RESPONDENS VNVS, CVI NOMEN CLEOPHAS, DIXIT EI: TV SOLVS PEREGRINVS ES IN IERUSALEM, ET NON COGNOVISTI QVÆ FACTA SVNT IN ILLA, HIS DIEBV[S?] Cleophas, fuit hic frater S. Iosephi sponsi B. Virginis, ac pater S. Iacobi & Iudæ Apostolorum, atque auus S. Iacobi Maioris & S. Iohannis Apostolorum. Hi enim nati sunt ex matre Salome, quæ fuit filia Cleophæ. Vide dicta Lucae c. 3. v. 23.

De Cleopha ita scribit Helecas Episcopus Caesaraugustanus in Addition. ad Chronicon L. Dextri & M. Maximi, Alphaeus qui & Cleophas, vnus de 70. discipulis, vt docet S. Hieronymus, & frater Ioseph sponsi B. Virginis, in castello Emmaus pro Christo à Iudæis occiditur. Fuit ergo Martyr. Vnde de eo sic legitur in Martyrologio Romano, ad diem 25. Septembris: In castello Emmaus natus est B. Cleophae Christi discipuli, quem tradunt in eadem domo, in qua mensam Domino parauerat, pro confessione illius à Iu- dæis occisum, & gloriosa memoria sepultum. Plura de eo vide apud Dorotheum in Vitis Patriarcha- rum.

Denique Cleophas, Græcè Κλεόφας, idem est quod gloria omnis, ait Pagninus: κλέος enim est gloria, & ός omnis: Iudæi enim ab Alexandro & Græcis subacti Græca nomina assumpserunt Hebr. verò Cleophas idem est quod contionem vel Ecclesiam multiplicans; κληβήτης enim est con- cio, cœtus, Ecclesia, vnde populus multiplicari. Cleo- phas enim multos filios & filias, nepotes & nep- tes dedit Ecclesie Christi.

TV SOLVS PEREGRINVS (aduena, hospes, exterus) ES IN IERUSALEM?] Græcè, παρεπίδητος ἐν Ἱερουσαλήμ, quod Theophylact. & Euthym. vertunt, habitas in Ierusalem; alij, peregrinans in Ierusalem; Arabicus, peregrinus es de Ierusalem. Sen- sus est. q. d. Tu solus ita peregrinus es in Ieru- salem, vt non cognoueris, quæ hisce diebus in illa facta sunt, circa Iesum Nazarenum, vt roges quis & qualis sit ille occisus & crucifixus, de quo tristes fermocinamur? Omnes enim id norunt, vbique non alius quàm de Iesu cru- cifixo est sermo: quomodo tu solus id igno- ras?

QVIBVS ILLE DIXIT: QVÆ? Pressius vrget Christus, vt vlcus suum particulatim aperiant, & dolorem de Iesu crucifixo, ac dubium de eius re- surrectione detegant. ET DIXERVNT: DE IESV NAZARENO, QVI FVIT VIR PROPHETA, POTENS IN OPERE ET SERMONE, CORAM DEO ET OMNI POPVLO] Prophetam magnum fatentur, ait Beda, Filium Dei tacent, vel nondum perfecte creden- tes, vel solliciti ne inciderent in manus Iudæorum perse- quentium, quia nesciebant quis esset cum quo loqueban- tur, quod verum credidisse celantes: nam v. 21. aiunt se credidisse ipsum, quasi Messiam Dei filium, re- dempturum Israel.

POTENS IN OPERE ET SERMONE] Id est efficax in pradicando, æquè ac operando tot tantaque heroicis virtutes, æquè ac miracula. V 4 Talis

VERS. 18.

Cleopha

VERS. 19.

Talis sit Christianus, præsertim sacerdos, Religiosus, prædicator, scilicet potens in opere & sermone, ut bona quæ prædicat opere præstet, priusquam doceat exemplo, quam verbo.

VERS. 20. ET QUOMODO EVM TRADIDERUNT (Pilato præfidi) SUMMI SACERDOTES, ET PRINCIPES NOSTRI IN DAMNATIONEM MORTIS, ET CRUCIFIXERUNT EVM] Non addunt iniuste id eos fecisse, licet ipsi ita sentirent & crederent, ne, si peregrinus hic sit explorator; eos apud principes accuset, quasi rebelles & tumultuarios, ac apud eos mortis reos peragat.

VERS. 21. NOS AUTEM SPERABAMUS QUIA (quodd) IPSE ESSET REDEMPTURUS ISRAEL] à seruitute Gentium, putà Tiberij Imp. & Romanorum. q. d. Sperabamus ipsum esse Messiam, qui regnum Iudææ collapsum restitueret, & in pristinam vel maiorem dignitatem, quam habuit sub Davide & Salomone, eucheret. At nunc videntes eum tam dire à Iudæis occisum, non quidem omnino de eo desperamus; sed tamen parum speramus: mors enim eius hanc spem valde imminuit & infregit. Ecce hoc est eorum vlcus, hæc diffidentia, hæc fluctuatio inter spem & desperationem, quam Christus ab eis audire cupiebat, ut sanaret. O discipuli sperabatis; ergo iam non speratis, ait S. August. serm. 40. de Tempore. Ecce Christus vivit, spes mortua est in vobis. Et mox: In via cum illis amquam comes ambulabat, & ipse dux erat.

ET NUNC SUPER HÆC OMNIA, TERTIA DIES EST HODIE, QUOD HÆC FACTA SVNT] Christus enim feriâ sextâ crucifixus est, à qua dies Dominica, quâ resurrexit, erat tertia. Est apostrophe: Discipuli enim dubij, anxij & perplexi nesciunt quid de Christo sentire & dicere debeant, quasi dicant: Iesus vivens dixit se die tertiâ à morte resurrecturum; ecce hodie est dies tertia, qua necdum eum resurrexisse cognovimus; san verò resurrexerit, vel adhuc resurrecturus sit, ignoramus. Hæc quasi dubitantes dicunt, ait Theophyl. & videntur mihi viri in valde ambigua esse sententia, & neque valde discredere neque rectè credere. Etenim dicendo: Speravimus quod redempturus sit Israel, incredulitatem indicant: quod autem dicunt esse diem tertium, hominum est qui probè recordentur quod dixerit eis: Die tertia resurgam. Et rursus paulò post: Et omnino considerentur sermones humani sunt, & magnam dubitationem habent, & hominum perplexorum.

VERS. 22. SED ET MULIERES QUÆDAM EX NOSTRIS, TERRIVERUNT NOS, QUÆ ANTE LUCEM FVERUNT AD MONUMENTVM, ET NON INVENTO CORPORE EIVS, VENERUNT, DICENTES SE ETIAM VISIONEM ANGELORVM VIDISSE, QUI DICVNT EVM VIVERE.

Terruerunt; Græcè, ἐξέστησαν, id est stupefecerunt nos: ita Figurina; vel attonitos nos reddiderunt: ita Vatablus. Magis enim hic significatur discipulorum admiratio & stupor, quam timor, quæ orta fuit ex eo, quod mulieres non inuenissent corpus Iesu, ac vidissent angelos, qui dicebant eum resurrexisse: omnia enim hæc, quia noua, inaudita & supernaturalia, eos sacro horrore & timore, siue stupore percellabant, ac eorum incredulitatem & diffidentiam concutiebant, ait Theophylact. eosque in fidem & spem resurrectionis Christi erigebat: Iustabatur ergo in

A eis timor cum spe, ac inter vtrumque dubij fluctuabant.

ET ABIERVNT QUIDAM (Petrus & Ioannes, VERS. 24. IOAN. 20. 3.) EX NOSTRIS AD MONUMENTVM: ET ITA INVENERVNT SICVT MULIERES DIXERVNT; scilicet corpus Iesu non esse in sepulchro, quod nobis dat aliquam spem ipsum resurrexisse; IPSVM VERÒ IESUM REDIVIIVM NON INVENERVNT] aut viderunt, quod nobis auget metum eum non resurrexisse. Proferunt argumenta tam spei, quam metus, quibus significant se inter vtrumque ambiguos hæerere, & dubios fluctuare.

ET IPSE DIXIT AD EOS: O STULTI, ET TARDI CORDE AD CREDENDVM IN OMNIBVS (id est omnibus, vel omnia; hoc enim Hebræis significat verb contactus) QUÆ LOCVTI SVNT PROPHETÆ] de mea uti morte, & cruce, sic & resurrectione.

STULTI] Græcè, ἄνομοι, id est sine mente: amentes, carentes sensu & intellectu, insensati, uti vertit Noster Galat. 3. 1. Acrisius hisce verbis & cognominibus Christus, quasi magister pungit & castigat discipulorum ruditatem, & tarditatem credendi suam resurrectionem tam clarè à se & Prophetis prædictam. Hoc enim præceptor in discipulos hebetes licet, ut eos hac obiurgationis acrimonia, ad res altas & difficiles exactius considerandum & intelligendum stimulet & axacuat, uti dixi Marth. 5. 22. Hoc enim stimulo eget natura nostra caduca & hebes, ut ad supernaturalia credenda sperandaque se libret & eleuet, in ipsaque firmiter se roboret & confirmet.

NÓNNE HÆC OPORTVIT PATI CHRISTVM, VERS. 26. ET ITA INTRARE IN GLORIAM SVAM] Gloriam vocat gloriosam suam resurrectionem, ascensionem in cælum, missionem Spiritus sancti, exaltationem super omnem creaturam, adorationem nominis sui, religionem & cultum sui per totum orbem, regnum æternum in vniuerso cælo & terra.

OPORTVIT] Syrus, futurum erat, Arabicus, nómne hoc erat futurum, ut Christus susciperet has passiones, & intraret gloriam suam? Oportuit ergo Christum per crucem ire ad gloriam. Primò, quia id prædixerant Prophetæ: Secundò, quia ita decreuerat Deus Pater ab æterno. Tertiò, quia hoc exigebat nostra redemptio, ut eius pretium morte in cruce persolueret. Quartò, quia decebat tantam gloriam tanto labore & dolore, quasi merito comparari. Quintò, quia oportebat Christum quasi duce[m] exemplo præire Martyribus, Apostolis, Confessoribus, Virginibus, Sanctisque omnibus, qui per multas tribulationes tendunt ad cælum. Sensus est q. d. Vos, ô discipuli, vestramque de meâ resurrectione fidem & spem turbavit & infregit mea passio, mors & crux, ideoque dixistis, Sperabamus; sed temerè & sine causa: nam hæc potius vos in vestra fide & spe roborare & confirmare debuisset; quia non est alia via ad resurrectionem, nisi per mortem; nec ad gloriam, nisi per passionem & crucis ignominiam.

ET INCIPIENS A MOYSE; ET OMNIBVS VERS. 27. PROPHETIS (q. d. Pergenique per omnes Prophetas: est hebraismus) INTERPRETABATUR ILLIS IN OMNIBVS SCRIPTVRIS, QUÆ DE

IPSO

IPSO ERANT] Est metathesis, siue transpositio verborum, quæ sic ordianda est: Interpretabatur illis (pleraque non omnia; hoc enim operosum & prolixum fuisset) quæ de ipso erant in omnibus Scripturis.

VERS. 28. ET APPROPINQVAVERVNT CASTELLO (Emmaunis) QUÒ IBANT: ET IPSE SE FINXIT LONGIVS IRE] Finxit, quia licet Iesus ita componeret gressus suos, quasi longius ire vellet, reuera tamen longius ire nolebat: cupiebat enim ab eis detineri: volebat enim hæc fictione tantum excitare in discipulis virtutem hospitalitatis, per quam digni fuerunt, quibus se ipse in mensa patefaceret: fictio tamen hæc non fuit mendacium, quia reuera volebat longius ire, & re ipsa longius iuisset, casu quo eum discipuli non detinuerunt; verum quia ab illis se detinendum sciebat, hoc respectu nolebat longius ire, sed hoc fingebat, vel, ut græcè est, πρὸς τὸ οὐκ εἶναι, id est, præferebat; Arabicus, & ipse erat in exultatione eorum, quod iret in locum distantem. Vnde S. August. libr. 2. Quæst. Euang. q. 51. Cum, inquit, fictio nostra refertur ad aliquam significationem, non est mendacium, sed aliqua figura veritatis. Et inferius: Fictio ergo quæ ad aliquam veritatem refertur, figura est: quæ non refertur, mendacium est. Et S. Gregorius hom. 23. in Euang. Fingere namque, inquit, componere dicimus, unde & compositores luti singulos vocamus. Nihil ergo simplex veritas per duplicem sciat, sed talem se eis exhibuit in corpore, qualis apud illos erat in mente. Probandi autem erant; si hi qui eum esse necdum ut Deum diligere[n]t, saltem ut peregrinum amare potuissent.

VERS. 29. ET COGERVNT ILLVM] Ex quo exemplo colligitur, ait S. Gregorius hom. 23. quia peregrini ad hospitium non solum imitandi sunt, sed etiam erabendi. Nam, ut ait S. August. serm. 140. de Temp. Tene hospitium, si vis agnoscer[e] Saluatorem, quod tulerat infidelitas, reddidit hospititas.

DICENTES: MANE NOBISCVM, QUONIAM ADVESPASCIT, ET INCLINATA EST IAM DIES] id est vergit ad occasum, sed non adde, sicut ipsi exaggerant, ut Christum tam gratum & suauem in colloquijs hospitem detineant: nam mox ipsi ex Emmaus eodem die regressi sunt in Ierusalem, per stadia sexaginta, quod est iter triu horarum.

Cardinalis Hosius memoratur hæc verba, Manè nobiscum Domine, quoniam advesperascit: ac reuera mansit cum eo Dominus, & magna miraque per eum in Polonia, Germania, Italia operatus est, quæ tribus libris de eius Vita scriptis enarrat Stanislaus Rescius, ac denique ei hoc dat elogium: Religiosis Atlas, vox & manus altera Pauli, Mors Lutheri, cæli ianitor, orbis amor.

VERS. 30. ET FACTVM EST, DVMS RECUMBERET CVM EIS, ACCIPIT PANEM, ET BENEDIXIT, AC FREGIT, ET PORRIGEBAT ILLIS] Benedixit, conuertendo panem in corpus suum, uti sit in consecratione Eucharistiæ. Hanc enim consecrass[e] hic Christum licet nonnulli cum Iansenio negent, probatur Primò, quia eodem modo Matthæus, Marcus & Lucas loquuntur de institutione Eucharistiæ, quo Lucas de pane hoc. Secundò, quia benedictio hæc non videtur fuisse

A initio cœnæ: voluit enim Christus euanescere ex oculis discipulorum, non initio mensæ, sed cœnare cum ipsis, ne videretur esse phantasma. Fuit ergo in medio, vel potius in fine cœnæ: fuit igitur benedictio hæc non communis, quæ præmittitur mensæ, sed sacra & Eucharistica. Tertiò, id patet ex effectu, quia discipuli occultatum huc vsque Christum, statim agnouerunt ex hoc pane benedicto & manducato. Quartò, ita certis sent Patres S. August. lib. 3. de Consensu Euang. cap. 25. Beda, Theophyl. Glossa, Maldonatus, Franc. Lucas & alij hic. Audi auctorem Imperfecti apud S. Chrysost. hom. 17. Dominus in via, inquit; non solum benedixit panem, sed de manu sua dedit Cleopha & socio eius. Quid autem de manu porrigatur, non solum sanctificatum, sed etiam sanctificatio est, & sanctificat accipientem. Et S. August. serm. 140. de Temp. Vbi voluit Dominus agnosci? in fractione panis: securi sumus, panem frangimus & Dominum agnosimus: noluit agnosci nisi ibi, propter nos, qui non eum visuri eramus in carne, & tamen manducaturi eius carnem. Denique Hieron. epist. 27. quæ est Epitaphium Paulæ c. 3. Repetitio, inquit, inquit, Nicopolim (profecta est) quæ prius Emmaus vocabatur, apud quam in fractione panis cognitus Dominus, Cleopha domum in ecclesiam dedicauit. In ecclesia enim conficitur Eucharistiæ Sacramentum & sacrificium.

Vnde ex hoc loco pariter probatur vsus vnius speciei in Eucharistiâ: nam Christum hic non consecrass[e] nec dedisse calicem, patet, quia statim post porrectionem panis benedicti, aperti sunt oculi discipulorum, Iesumque agnouerunt.

VERS. 31. QUOCIRCA IPSE ILLICÒ EUANUIT. Ita S. August. Chrysost. Theophyl. Beda & alij.

ET APERTI SVNT OCULI EORVM, ET COGNOVERVNT EVM] Ecce hæc est virtus, hic effectus Eucharistiæ, ut oculos mentis aperiat & illuminet ad cognoscendum Iesum, & penetrandum res cælestes & diuinas. Magnam enim & indubitabilem vim habet caro Domini, ait Theophyl. Vnde S. August. serm. 140. de Tempore: Quisquis fidelis es, inquit, consolatur te fractio panis, absentia Domini non est absentia. Habeto fidem, & tecum est quem non vides.

Tropologicè, S. August. lib. 2. Quæst. Euang. Hospitalitatis officio, inquit, ad Christi cognitionem peruenitur. Gregor. in hom. Qui audita vult intelligere, quæ intellexit opere compleat. Ecce Dominus cum loqueretur, non est cognitus; dum pascitur, cognosci dignatus est. Glossa: Veritas melius operando, quam audiendo intelligitur; nec agnosunt Christum nisi participes corporis eius, id est Ecclesiæ, cuius unitatem commendat Apostolus in Sacramento panis, dicens: Pans panis, vni corpus multi sumus, 1. Cor. 10. 17.

ET IPSE EVANUIT EX OCVLIS EORVM] Græcè, ἀφανέσθη, id est, inuisibilis factus est; Arabicus, absconditus est ab illis. Erat ergo Christus præsens discipulis, sed eis inuisibilem se fecit: hoc enim possunt facere dæmones in suis sagis, & multò magis id potest Christus & Beati in corpore glorioso, uti passim docent Theologi, idque constat ex apparitionibus Christi post resurrectionem: apparens enim ijs illicò euauit. Perperam ergo id negat Caluinus, qui proinde vertit, subduxit se: sed ineptè: nil enim tale significat Græcum ἀφανέσθη. Negat autem id Caluinus subdolè, ne cogatur fateri Christum esse

Vnus vnius speciei in Eucharistiâ hic probatur.

esse in Eucharistia, sed absconditum & inuisibilem.

Cur Christus hic emanavit

Causa, cur illico ut agnitus fuit à discipulis, euauerit, fuit. Prima, ut ostenderet se resurrexisse, esseque gloriosum. Dos enim corporis gloriosi est, quod possit apparere, vel se abscondere, prout ei libuerit. Euanescente ergo fuit nouum argumentum, quo Christus probauit & confirmauit suam resurrectionem.

Secunda, ut indicaret se per resurrectionem iam mutasse statum vitæ in statum gloriae, ac proinde iam non cum hominibus familiariter cōuersari, sed cum Deo & angelis.

Tertia, ut doceret reuerentiã quam debemus Christo & Beatis in caelo: Christo enim glorioso debemus adorationem latræ, Beatis dulciã.

Quarta, ut discipuli statim redirent ad Apostolos de Christi morte afflictos, eosque solacerentur nunciando Christum resurrexisse, sibi que apparuisse. Vnde sequitur.

VERS. 32.

ET DIXERVNT AD INVICEM: NÓNNE COR NOSTRVM ARDENS ERAT IN NOBIS, DVM LOQVERETVR IN VIA, ET APERIRET (EXPLICARET) NOBIS SCRIPTVRAS?] *Ardens erat*; Euthymius, *incendebatur, saliebat, monebatur & vibrabatur.* Hoc erat nouum & certum signum Christi rediuiui: Christus enim ita loquitur exterius, ut interioris corda amore diuino succendat, quod nec Aristoteles, nec Plato, nec sapientes mundi facere possunt; vnde eorum doctrina & lectio est arida & frigida, ac hominem aridum, sterilem frigidumque relinquit. Imitentur Christum S. Scripturæ interpretes, ceterique doctores, ut interpretando & docendo, non solam auditorum lectorumque intellectum illuminent, sed & corda inflamment; nec tantum sint Cherubini, sed & Seraphini, qualis inter alios fuit S. Franciscus, ac eius assecla S. Bonauentura, qui proinde Doctor Seraphicus appellatur. Hoc est quod ait Dauid: *ignium eloquium tuum uehementer,* psalm. 118. 140. Et Salomon: *Omnis sermo Domini ignis,* Proverb. 30. 5. & Moyses: *In dextera eius ignea lex,* Deuter. 32. 2. Et Christus: *In ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi ut accendatur?* Lucæ 12. 49. Talis fuit Ioannes Baptista, de quo Christus: *Ille, inquit, erat lucerna ardens & lucens,* Ioan. 5. 35. Et Elias, de quo Ecclesiast. c. 48. 1. *Surrexit, ait, Elias propheta, quasi ignis, & verbum ipsius quasi facula ardebat.* Vide ibi dicta. Simus ergo Ignatij, imò igniti & ignei asseclæ & pracones Christi, iuxta illud Ezechiel. 1. 13. de Cherubinis: *Aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentium, & quasi aspectus lampadarum.* Et mox: *Ibant & reuertebantur in similitudinem fulguris coruscantis.*

VERS. 33.

ET SVRGENTES (illico à mensa necdum finita, ideoque necdum saturi) EADEM HORA (eodem momento) REGRESSI SVNT IN IERUSALEM, ET INVENERVNT CONGREGATOS VNDECIM] Erant decem dumtaxat: Thomas enim aberat, & Iudas se suspenderat: dicuntur tamen *undecim*, quia iam totum collegium Apostolorum vocabatur, & erat undecim virorum, quod hic maiori ex parte erat collectum. Sic triumviri & septemviri dicuntur congregati, citamvis vnus vel alter desit.

REGRESSI SVNT] Græcè, *ὑποστρέψαντες*, id est, redierunt celeriter, pleni alacritate & gaudio.

ET EOS QVI CVM ILLIS ERANT] id est,

A ceteros Christi discipulos, qui tum Hierosolymis cum Apostolis commorabantur.

DICENTES, QVOD SVRREXIT DOMINVS VERE, ET APPARVIT SIMONI] Petro ergo quasi poenitenti ac lapso, & quasi principi Apostolorum primò apparuit Christus, antequàm apparetur his duobus discipulis & ceteris Apostolis, ut patet ex v. 36. Ita S. August. libr. 3. de Consensu Euang.

VERS. 34.

QVOMODO COGNOVERVNT EVM IN FRACTIONE PANIS] Ita solet Lucas appellare Eucharistiam, æquè ac Paulus 1. Corinth. 10. *Panis quem frangimus*, inquit, *nonne participatio corporis Domini est?*

VERS. 35.

DVM AVTEM HEC LOQVNTVR, STETIT IESVS IN MEDIO EORVM, ET DIXIT EIS: PAX VOBIS: EGO SVM, NOLITE TIMERE] *In medio*, ut esset, omnibus conspicuus, ait Euthymius, tamquam pastor in medio ouium dissipatarum, ut eas sibi circumcirca adunaret, Ezech. 34. 12.

VERS. 36.

PAX VOBIS] Hæc erat Hebræorum vîitata salutatio, quâ nomine pacis, omnem prosperitatem, omnèque bonum salutatis apprecabantur. Hic autem Christus propriè pacem Apostolis apprecatur & affert, quæ opponatur pauroi & turbationi mentis, qua laborabant Apostoli ob mortem Christi: perplexi enim erant, quid post eam, tam de se, quàm de Iesu esset futurum. Hæc omnia hic exemit eis Christus, pacemque eis imperit, ipse enim pax omnium, ait S. Cyrillus lib. 12. in Ioan. c. 54. Vnde S. Chrysost. in c. 28. Mat. *Molestias, inquit, omnes dissoluens, crucis merita colligit, quæ sunt pax, quia omnia impedimenta sublata sunt, & irroptum clarissimum statuit.*

C CONTVRBATI VERÒ ET CONTERRITI, EXISTIMABANT SE SPIRITVM VIDERE] eò quod viderent Iesum ianuas clausas penetrasse, & ex improviso se sistere in medio eorum. Vnde S. Ambros. *Esit Petrus, inquit, de resurrectione crediderat; turbari tamen potuit, cum videret, quòd se Dominus cum corpore, in ea, quæ vestibulis obscuratis & obscuratis erant septa parietibus, improprie insunderet.*

VERS. 37.

ET DIXIT EIS: QVID TVRBATI ESTIS, ET COGITATIONES ASCENDVNT (oriuntur, vobis permittentibus & indulgentibus) IN CORDA VESTRA?] *Cogitationes istæ*, ait Augustinus sermon. 69. de Diuersis, *terrena sunt: si enim caelestes essent, descenderent in cor, non ascenderent: ascendunt ergo è terra, id est è corde terreno, ideoque timido, exili & pauido.* Porro Christus hic ostendit se esse cardiognosten, hoc est cordium & turbationis eorum cognitorem, ideoque Deum, ait Titus & Euthymius.

VERS. 38.

VIDETE MANVS MEAS ET PEDES, QVIA EGO IPSE SVM: PALPATE, ET VIDETE: QVIA SPIRITVS CARNEM ET OSSA NON HABET, SICVT ME VIDETIS HABERE] q. d. Si aspectui non creditis, tactui credite. Pro bent sibi manus vestras, si mentiuntur oculi vestri, ait S. Augustinus sermon. 69. de Diuersis. Tactus enim visus est solidior & certior. *Palpate ergo*, græcè, *ἅψατε*, id est, contrectate me, totumque meum corpus, ut illud solidum, reale, verum ac genuinum esse ipso tactu sentiat. Hinc patet corpus gloriosum Christi & Beatorum esse subtile quidem, per effectum spiritua-

VERS. 39.

lis potentia, palpabile autem per veritatem naturæ, ait S. Gregorius.

Quomodo corpus gloriosum potest esse simul subtile & palpabile?

lis potentia, palpabile autem per veritatem naturæ, ait S. Gregorius.

Quæres, quâ ratione corpus Christi (& Beatorum) post resurrectionem gloriosum, ideoque subtile & penetrabile possit simul esse palpabile? Nota hæc tria in corpore esse distinguenda. Primò, quòd corpus non cedat, siue quòd alteri corpori resistat. Secundò, quòd sentiat. Tertiò, quòd palpetur. Cæli enim corporei resistunt alijs corporibus, non tamen sentiuntur propriè: ignis verò, sentitur, non tamen resistit, nec palpatur. Resistit ergo corpus cum alteri se opponit, nec ab eo se penetrari sinit, siue id faciat ratione suæ indiuitibilitatis, ut cælum, siue ratione suæ duritiei & densitatis, ut ferrum, & alia. Sentitur verò, cum per calorem, frigus, molliem, asperitatem & alias qualitates tactiles, sensum tactus immutat, aut ei speciem intentionalem imprimit. Denique palpatur corpus, teste D. Thomæ 3. part. quæst. 54. art. 3. ad 2. cum vtrumque habet, id est, cum resistit ratione suæ densitatis, & simul sentitur esse molle, asperum, leue, durum, rarum, spissum, aliaque similes dispositiones tactiles habere, quæ variæ sunt in variis membris, secundum quas variè palpanitur & contrectantur. Vnde S. Gregorius homil. 26. Quod palpatur, ait, necesse est corrumpi, scilicet naturaliter, quia hoc signum est illud constare quatuor elementis ac qualitatibus contrariis. Dico naturaliter; quia supernaturaliter corpus gloriosum incorruptibile est, & tamen palpabile. Vnde subdit S. Gregorius: *Sed miro modo atque ineffabili, Redemptor noster & incorruptibile post resurrectionem & palpabile corpus exhibuit, ut monstrando incorruptibile, inuicere ad præmium, & præbendo palpabile firmaret ad fidem. Et corruptibilem se ergo, & palpabilem demonstrauit: ut profecto esse post resurrectionem ostenderet corpus suum & eiusdem naturæ, & alterius glorie.*

A dentiam pertinebat, hæc tot signa non permittere, & fucum si quis fuisset, detegere: agebatur enim de vero Messia, eiusque nouâ religione, & præcipuo eius puncto, id est resurrectione confirmanda. Tertiò, quia cum his signis iuncta miracula Christi & prophetiæ de Christo, faciebant rem omnino certam & credendam. Ita D. Thom. 3. p. q. 55. art. 6.

Igitur eadem Christi forma, figura, loquela, vultus, vulnera, tactus, elus, potus, progressus, conuersatio, asseueratio, prædictio, miracula, testimonia angelorum, oracula Prophetarum; hæc, omnia, inquam, in vnum collecta & conglobata, certò demonstrabant eum verè resurrexisse.

ET CVM HOC DIXISSET, OSTENDIT EIS MANVS ET PEDES] *perforatos, qui clauorum adhuc ferebant foramina*, ait Euthymius, idque patet ex Ioannis 20. ver. 27. vbi Christus ait Thomæ, *Inser digitum tuum hic, & vide manus meas* (perforatas) & *asser manum tuam, & mitte in latus meum, lanceã in cruce transfixum.* Hæc enim quinque vulnera, aut potius vulnerum cicatrices & stigmata, quasi victoriæ de morte, peccato, diabolo & gehenna in cruce partæ trophæa, Christus in corpore suo glorioso remanere voluit, ac caelo inferre, ait S. Ambrosius, *ut Deo Patri nostræ prætiã libertatis ostenderet*; atque, ut ait Beda: *Qui regna mortis destruxit, signa mortis oblitescere noluit.* Sic etiam in cælo SS. Martyres cicatrices vulnerum suorum, quasi martyrij sui triumphos ostentabunt. Nam ut ait S. Augustinus libr. 2. 2. de Ciuitate Dei c. 20. *Non deformitas in eis, sed dignitas erit, & quedam quamuis in corpore, non corporis, sed virtutis pulchritudo fulgebis: non sunt depuranda vel appellanda vitia, virtutis indiciã.*

VERS. 40.

Quæres, an reuera discipuli post resurrectionem palparint & tetigerint manus & pedes Christi perforatos?

Ita Apostoli reuera tetigerint manus & pedes Christi perforatos.

Respondeo nihil in hæc re esse certi, quia Scriptura id non enarrat. Probabile tamen est aliquos palpasse & tetigisse, præsertim illos qui magis de resurrectione Christi dubitabant: tum quia hi in dubio hoc rei veritatem tactu explorare cupiebant, seque certòs reddere, an verè hic esset Iesus, & à morte rediuius, non verò illusio vel phantasma: hoc enim magni intererat ad veram in Christum fidem & spem: tum quia Christus se eis palpandum obtulit, imò iussit ut palparent, ut omne eis dubium eximeret: tum quia Christus palpationem hanc voluit esse argumentum certum, probans suam resurrectionem non tantum Apostolis, sed & eorum posteris, ut scilicet Apostoli possent prædicare Gentibus Christum verè resurrexisse. Id ita esse docet S. Ioannes epist. 1. c. 1. v. 1. *Quod vidimus, inquit, oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de verbo vitæ, &c. annunciamus vobis.* Ita Didymus ibidem, S. Augustinus serm. 18. de Verbis Domini, S. Leo epistola 97. cap. 3. & alij.

VERS. 41.

ADHVC AVTEM ILLIS (plerisque illorum, non omnibus) NON CREDENTIBVS, ET MIRANTIBVS PRÆ GAUDIO, DIXIT: HABETIS HIC ALIQVOD QVOD MANDVCETVR?] *ad præ gaudium*, refer ad non credentibus

An palpatio Christi, comestio, &c. fuerit sufficientis argenti mentionem resurrectionis?

dentibus potiùs, quàm ad mirantibus, vt patet ex Græco, Syro & Arabico: Græcus enim habet, *adhuc non credentibus illis præ gaudio, & mirantibus*; Syrus, *cumq; adhuc non crederent præ gaudio suo, & mirarentur*; Arabicus clarè & exactè, *cum ipsi essent increduli præ gaudio & admiratione*. Ex parte enim credebant discipuli ex palpatione Iesum resurrexisse, & verum corpus resumpsisse; verùm alià ex parte præ admiratione rei tam nouæ & insolitæ, ac præ magnitudine gaudij, non planè credebant, nec poterant sibi certò & firmiter persuadere, hunc esse ipsissimum Iesum, paulò antè crucifixum & iam rediuuium. Magnitudo gaudij oriebatur ex credulitate, quæ ex parte conuicti, visu, voce & tactu Iesum credebant ipsum verè esse Iesum; eadem tamen gaudij magnitudo faciebat vt id ipsum firmiter credere non possent. Experimur enim in nobis, cum lætissimè afferuntur nunciij, ijque à viris graui-
B bus asseruntur, nos ingenti gaudio affici, ideoque necdum certam adhibere fidem, eò quòd res nunciata sit ingens, noua, mira, insolita, summeque optata, ideoque nostram fidem & spem exsuperans, ne, si postea falsa esse deprehendatur, nos salutate delusos cernamus, & tantùm de eà doceamus, quantum antea gauisissimus. Summum enim gaudium, si res ob quam gaudemus falsa deprehendatur, in summum vertitur mœrorem: quare hoc gaudium temperamus & suspendimus, donec certiores nunciij vel argumenta de rei veritate iuggerantur. Ita se res habuit hîc in Apostolis, nam obscurabat & impediebat iudicium illorum vehemens gaudium, ita Vatablus.

HABETIS ALIQUID QUOD MANDUCETUR?] Christus apparuit discipulis accumbentibus ad mensam, & conantibus, vt patet Marci 16.13. Illi viro Iesum mox ex reuerentiâ surrexerunt & mentis, illique occurrerunt gaudentes & stupentes, ideoque dubitantes. Quare Iesus se eis palpandum dedit: sed, cum nec sic omnino crederent, petijt cibum quem videbat in mensa, vt coram eis manducaret, itaque se rediuuium esse ostenderet.

VERS. 42.

AT ILLI OBTVLERVNT ILLI PARTEM PISCIS ASSI, ET FAUVM MELLIS] Vide hîc frugalitatem Apostolorum: non enim aliud oblatum habebant, quàm piscem & fauum, qui pauperum est cibus: si enim carnes affas vel elixas habuissent, vtrique quod melius erat, Christo obrulissent. Piscibus ergo quasi piscatores vesciebantur: eadem frugalitatis causâ pisci non carnibus, sed piscibus se cibabant, vt patet ex Athenæo lib. de Cœnis sapientum, inò ante diluuium nullus carniuum erat vsus & usus, sed piscium, vti ostendi Genes. 9.

Piscis assus quid symbolicè.

Symbolicè, Beda: Piscis assus, inquit, est Christus passus: latere enim dignatus est in aquis generis humani, & capi laqueo mortis nostræ, & quasi tribulatione asari tempore passionis; sed fauus mellis extitit in resurrectione, mel in cera, diuinitas in humanitate. Et Theophylactus: Manducauit partem piscis assis: naturam enim humanam, in huius vitæ mari-natamem affans igne propriæ deitatis, eiusque humiditatem exticcans, à profundis vndis extraxit fecit escam diuinam, cibumque suauem: quod significat fauus mellis. Vel piscis assus est vita actiua,

consumens nostram humiditatem laborum prunis; fauus mellis est contemplatio dulcis eloquiorum Dei. Et Gregorius Nyssenus: Legale pascha, ait, cum amaritudine edebatur, post resurrectionem verò cibus fauo mellis dulcoratur.

Tropolog.

Tropologicè, qui hîc affantur tribulationibus pro Deo, ait Glossa, verà postea dulcedine satiabuntur.

Aliam causam tropologicam, cur Christus assum piscem comederit, dat Anonymus in Catena Græca. Naturæ enim humanæ, inquit, humiditatem, cui propter vitæ incontinentiam piscis instar immersa erat, Dei Verbum tamquam ignis quidam nouus & inaccessus, per ineffabilem carnis vnionem exticcans quasi & affans, ab omni eam passionum commixtione liberauit. Hancque dispensationem tam suauiter adimpleuit, vt sibi cibum suauem effecerit; salus enim hominû cibus Dei est. Vnde Christus mox post comestum piscem & fauum, insufflans in Apostolos, dedit eis Spiritum sanctum ad remittendum peccata, vt patet Ioan. 20. 22. *Hæc cum dixisset, insufflauit, & dixit eis: Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt.*

ET CVM MANDUCASSET CORAM EIS, SV-VERS. 43.

MENS RELIQUIAS DEDIT EIS] Græcè, & sumens coram eis manducauit. Vera fuit hæc manducatio Christi. Erat enim vitalis actio, qua cibus à Christo animato & rediuuiò, vi animæ vegetantis vitaliter traiciebatur in stomachum, cuiusque calore concoqui poterat. Secus est in angelis, dum corpus assunt; hi enim videntur comedere, sed reuera non comedunt, quia nec verum habent corpus aut stomachum, nec vitaliter in eum cibum traiciunt, quia non viuunt in corpore, nec enim illud informant & animant: traiciunt ergo cibum in stomachum aëreum, perinde ac si nos cibum traiciamus in saccum aliquem laneum vel lineum. Vnde Raphaël Tobis 12. 19. *Videbar quidem, inquit, vobiscum manducare & bibere: sed ego cibo insibilis & potu, qui ab hominibus videri non potest, vior.* Christus tamen non fuit hoc cibo nutritus, sed in stomacho illum totum vel annihilauit, vel in aërem aliamque materiam conuertit & dispersit. Ita Theophyl. *Comedens, ait, diuina quidam virtute consumendo quod comedit.* Sic & S. August. epist. 49. vbi dat simile: *Aliter, inquit, absorbet aquam terra sitiens. aliter solis radius candens, illa indigentia, iste potentia:* sic & D. Thomas ac Scholastici.

SV MENS RELIQUIAS DEDIT EIS] tum ne perirent, tum vt reliquias has comederent Apostoli, itaque dicere possent se cum illo ex eodem cibo comedisse; tum vt ipsi reliquias has ostenderent incredulis, ac ex eis Christum comedisse asserendo, illum resurrexisse ijdem persuaderent. Hæc verba iam delunt in Græco & Syro. Verùm illa olim in Græco exitisse, liquet ex nostro Interprete, & Arabico qui habet, & *accepit reliquias & dedit illis.*

HÆC SVNT VERBA, QVÆ LOCVTVS SVM VERS. 44.

AD VOS, CVM ADHVC ESSEM VOBISCVM, QVONIAM NECESSE EST IMPLERI OMNIA QVÆ SCRIPTA SVNT IN LEGE MOYSI, ET PROPHEtis, ET PSALMIS, DE ME] Hæc sunt verba quæ locutus sum ad vos, quibus scilicet prædixi

prædixi me sic passurum, in cruce moriturum, & die tertia resurrecturum, vti iam respta factum videtis. Agnoscite ergo me verum esse Prophetam & Messiam, vtpote cuius oraculis ad amulsim respondet rerum euentus. Aut: *Hæc sunt verba*, id est hæc sunt res, quas vti locutus sum & prædixi vobis, ita iam vos re ipsa perfectas & completas videtis: res ista sunt mea passio, crucifixio, mors & resurrectio, vt sit metonymia, qua sæpè verbum pro re verbo significata sumitur. Porro res istæ non debent vobis, ò Apostoli, videri nouæ & inopinatæ, quia non solum à me sed & olim à Moysè, Prophetis & Dauide in Psalmis prædictæ & prænuiciatæ sunt, vt sequitur.

Nonnulli censent Lucam hîc vt anticipacione: putant enim Christum hæc dixisse non in Dominica resurrectionis, sed in die ascensionis: tunc enim iussit eos manere in Ierusalem vsque ad aduentum Spiritus sancti, (vti hîc iubet v. 49.) vt patet Act. 1. 4. Vnde & de Ascensione Christi mox agit Lucas v. 50. nisi quis dicat vtrouque die, adeoque sapius Christum hæc Apostolis inculcasse, ad eorum fidem aequè ac memoriam confirmandam.

VERS. 45.

TUNC APERVIT EIS (græcè, ἀνοίξας, id est eorum, ita Syrus & Arabicus) **SENSVM** (græcè νόον, id est mentem) **VT INTELLIGERENT SCRIPTURAS** q. d. Tunc illuminauit eorum mentem, vt oracula Prophetarum de Christi morte, cruce & resurrectione, huc vsque ab eis non intellecta intelligerent, sicut fecerat duobus discipulis euntibus in Emmaus, quibus in via interpretabatur Scripturas quæ de ipso erant, v. 27. præced. *Et incipiens à Moysè & omnibus Prophetis interpretabatur illis in omnibus Scripturis quæ de ipso erant.* Patet ex v. 46. qui sequitur.

Egit hoc Christus, tum vt ex illis Apostolos in fide suæ passionis & resurrectionis solidaret, tum vt ipsos eiusdem fidei doctores & prædicatores efficeret. Horum enim est S. Scripturam populo explicare. Porro Christus idipsum hîc fecit inchoatè, perfecit autem in Pentecoste, cum in eos misit Spiritum sanctum, qui eis noticiam vti linguarum, sic & Scripturarum pleniorẽ indidit.

S. Scriptura non est omnibus legentibus facilis & clara.

Hinc patet Primò, S. Scripturam non esse omnibus legentibus, etiam laicis & rudibus, apertam & claram, vti volunt heretici. Secundò, eandem non esse interpretandam ex proprio sensu, vti ijdem contendunt; sed ex spiritu Dei, quem Christus hîc dedit Apostolis, hi Ecclesiæ, Ecclesia autem eundem nobis tradidit. Quocirca S. Paulus docet, Deum in Ecclesiâ posuisse doctores, & inter gratias gratis à Deo datas 1. Corinth. c. 12. numerat *interpretationem sermonû:* hac de causa erant olim in Ecclesiâ interpretes, quorum officium vide apud Baronium tom. 1. p. 394.

VERS. 46.

ET DIXIT EIS: QVONIAM (quòd, quæ particula hîc per pleonasmum more Hebræo redundat) **SIC SCRIPTVM EST** (Isaiæ 53. psal. 21. & alibi) **ET SIC OPORTEBAT CHRISTVM PATI, ET RESVRGERE A MORTVIS TERTIA DIE**] Ecce in hisce fidei articulis aperuit Christus Apostolorum sensum & mentem, vt sacras Scripturas de eis prophetantes intelligerent.

Cornel. in Lucam.

ET PRÆDICARI IN NOMINE EIVS PENITENTIAM ET REMISSIONEM PECCATORVM IN OMNES GENTES] *In nomine eius*, id est Primò, auctoritate eius scilicet Christi: Secundò, iussu Christi: Tertio, vice Christi; vt scilicet Christi prædicationem de penitentia & remissione peccatorum per fidem danda, Apostoli prosequerentur & propagarent per omnes Gentes: Quarto, *in nomine*, id est in virtute & efficacia meritum & mortis Christi: nulli enim nisi per hæc Deus dat Spiritum penitentia & remissionis peccatorum.

INCIPIENTIBVS AB IEROSOLYMA] Vobis scilicet, ò Apostoli, prædicatoribus: q. d. Vos, ò Apostoli, incipite prædicare in Ierusalem, & ex ea pergite ad omnes gentes.

INCIPIENTIBVS] Legit Interpres, ἐξ ἀρχῆς, id est incipiente, hoc est incipiendo à Ierusalem, vt sit articulus; Syrus, *exordium erit à Ierusalem.*

Causa fuit: Prima, quia in Ierusalem florebat synagoga, ibique prædicante Christo cepit Ecclesia: ibi enim vetus Ecclesia in nouam à Christo est transfusa, iuxta illud Iaiæ: *De Sion exhibit lex, & verbum Domini de Ierusalem.* Et c. 60. 1. *Surge illuminare Ierusalem, quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est, &c. Et ambulabunt Gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui.* Secunda, quia Iudæis à Prophetis promissus fuerat Christus, eiusque fides, prædicatio, salus & gratia: Iudæorum autem metropolis erat Ierusalè. Tertia, quia Dauid & Salomon regnarant in Ierusalem: Christus autem eorum filius regnum eorû collapsum restituere venerat: sed alio modo sublimiore, scilicet spirituali, per fidem & gratiam: ergo in Ierusalem illud ordiri oportebat. Plures causas recensit Actorum c. 1. 4.

VOS AVTEM HOC TESTES ESTIS HORVM] Hæc & sequentia de ascensione Christi fusiùs narrat Lucas Actorum cap. 1. 4. & sequent. vbi ea explicui.

VERS. 48.

ET EGO MITTO PROMISSVM PATRIS MEI IN VOS] q. d. Post paucos dies in Pentecoste mittam vobis Spiritum sanctum, qui hæc plura clariùs vos docebit, atque roborabit ad liberè & efficaciter illa prædicandum per omnes gentes.

VERS. 49.

VOS AVTEM SEDETE IN CIVITATE (Ierusalem) **QVOD VOSQVE INDVAMINI VIRTUTE** (græcè, δύναμις, id est vi roborè) **EX ALIO**] q. d. Donec è celo mittam in vos Spiritum sanctum, qui vndique vos induet & imbuet spiritu & robore cælesti, sicut miles vndique induitur & tegitur lorica, ceterisque armis, vt sic toto corpore menteque obarmati, nullum in mente timorem, tarditatem, torporem sentiat; sed constantes, intrepidi, feruentes, celeres & agiles pergas prædicatum per totum orbem, atque omnes gentes, reges, tyrannos, sapientes, &c. mihi meaque fidei potenter subigatis. nam vt ait S. Chrysost. in Catena: *Sicut milites inuasuros multos dux exire non sinit, donec armati sint* (ne inermes hostium gladijs trucidentur:) sic & Christus discipulos ante Spiritus aduentum ad consuetudinem egredi non permittit.

Vnde Tropologicè, S. Gregorius 3. p. Pastor, admonit. 26. *In civitate*, ait, *consideremus, si intra mentium*

X

mentum nostrorum nos claustra constringimus, ne loquendo exterius enagemur, ut cum virtute diuina perfecti induimur, tunc quasi à nobismetipsis foras etiam alios inuoluentes exeamus.

VERS. 50. Bethania quantum distans à Ierusalem

EDYXIT AUTEM EOS FORAS IN BETHANIAM] & inde in Montem oliueti, ex quo in caelum ascendit. Bethania quindecim stadijs distabat à Ierusalem, & in medio erat Mons oliueti: perrexit tamen Christus prius in Bethaniam, ut Lazaro, Martha & Magdalena hospitibus suis ualediceret, eosque secum in Montem oliueti adduceret, ut suae ascensionis essent spectatores, gloriaeque ac triumphi participes.

ET ELEVATIS MANIBVS SVIS (in caelum, quasi à Deo poscens benedictionem efficacem dandam discipulis) BENEDIXIT EIS] formans signum crucis super eos, uti censet Dionysius Carthus. Franc. Lucas, & alij, ac Suarez 3 p. qu. 58. art. 4. disp. 5 2. sec. 2. Imò S. Hieron. in Isaia c. 66. v. 19. Et posuim in eis signum. Hoc, inquit, nobis ad Patrem ascendens Dominus dereliquit, sine in nostris frontibus posuit, ut liberè dicereamus, Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. Crux enim est signum Christi, quod nobis est fons omnis benedictionis & gratiae. Quocirca à Christo & Apostolis manauit traditio, ut dum cui benedicimus, manibus in formam crucis deductis id faciamus.

Porrò Christus hic abiturus à suis discipulis, docet nos, ut cum à nostris subditis, &c. abimus, eis benedicamus, & signo crucis super eos formato à Deo benedictionem eis apprehendamus. Ita Theophyl.

VERS. 52.

ET IPSI ADORANTES (græcè, προσκυνησάντες, id est cum adorassent) REGRESSI SVNT IN IERUSALEM CVM GAVDIO MAGNO] Gaudebant enim, tum quia videbant Christum magistrum

A suum tam glorioso triumpho in caelum conscendere: tum quia Christus eis promiserat Spiritum sanctum, eumque læti auidè & certò expectabant: tum quia post labores prædicationis sperabant se simili modo in caelum à Christo recipiendos. Hoc enim ipse eis promiserat, Ioan. 14. 31.


VERS. 53.

ET ERANT SEMPER IN TEMPLO, LAUDANTES ET BENEDICENTES (id est gratias agentes pro tantis Christi gratijs, donis & beneficijs) DEVM. AMEN] Semper scilicet post aduentum Spiritus sancti in Pentecoste: nam ante eum pauidi metu Iudæorum domi se continebant. Aut semper, id est frequenter, assiduè adibant templum, ut in eo Deum orarent, laudarent & gratias agerent: nam alioqui ex Actor. c. 1. 13. constat eos habitasse in domo, puta in coenaculo, in quo Christus ultimam cœnam celebrauerat, sed hoc coenaculum vicinum erat templo: ex eo ergo facile & crebrò adibant templum, & domum redibant. Inter laudum deuotiones, promissum Spiritus sancti aduentum promptis per omnia paratisq; cordibus expectant, inquit V. Beda. Qui & hoc hic annotat, Lucam, qui Euangelium suum à ministerio templi per sacerdotium Zachariæ coepit, pulcherrimè hoc in templi deuotione complere, cum Apostolos inibi, ministros videlicet noui sacerdotij futuros, non in victimarum sanguine, sed in laude Dei & benedictione conclusit.

Moraliter, Apostoli & discipuli Christi hinc nos suo exemplo docent, assiduè laudare Deum, ut tota vita Christiani sit laus continua Christi. Ita inchoamus vitam Beatorum, quibus perpetim laudare Deum est iuge otiosum negotium, & negotiosum otium, uti sapius ostendi in Apocal. c. 4. 5. & 7. Beati qui habitant in domo tua Domine, in secula seculorum laudabunt te.

R. P.

CORN. CORNELII
A L A P I D E
C O M M E N T A R I V S
I N S. I O A N N I S
E V A N G E L I V M.



R. P.

C O M M E N T A R I V S
I N
E V A N G E L I V M
S. I O A N N I S.
A R G V M E N T V M.



SANCIVS Ioannes Apostolus, filius Zebedæi & Salomes, frater S. Iacobi Maioris, in Asia græcè scripsit hoc Euangelium, sub finem vitæ, post reditū ex exilio in Pathmos, vbi scripserat Apocalypsin, vti ostendi proœmio in Apocalypsin.

Ioanni causa scribendi duplex.

Causa scribendi fuit duplex: Prior, vt Ebionem & Cherintum hæreticos iam tum subnascentes, qui negabant Christi diuinitatem, eumque merum esse hominem docebant, confutaret. Posterior, vt ea quæ Matthæus, Marcus & Lucas de Christo omiserant, suppleret. Vnde Ioannes plenè prosequitur acta Christi primo prædicationis suæ anno, quæ alij tres serè præterierunt.

Audi S. Hier. proœmio in Math. *Primus Ioannes Apostolus & Euangelista, quem Iesus amavit plurimum, qui supra pectus Domini recumbens purissima doctriinarum fluentia potauit, & qui solus de cruce meruit audire; Ecce mater tua. Is cum esset in Asia, & tunc iam hæreticorum semina pullularent, Chorozi, Ebionis & ceterorum, qui negant Christum in carne venisse, quos & ipse in epistola sua Azarvrisos vocat, & Apostolus Paulus frequenter percutit; coactus est ab omnibus penè toto Asia Episcopis, & multarum Ecclesiarum legationibus, de diuinitate Saluatoris alius scribere; & ad ipsum, vt ita dicā, Dei Verbum, non tam audaci quam felici temeritate prorumpere. Vnde & Ecclesiastica narrat historia, cū à fratribus cogatur vt scriberet, ita facturum se respondisse, si indictio ieiunio in commune omnes Deū deprecarentur: quo expleto, reuelatione saturatus, illud proœmium à celo veniens eructauit, In principio erat Verbum & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum: hoc erat in principio apud Deum.*

Tempus.

Ergo scripsit S. Ioannes Euangelium, præuio communi Ecclesiæ ieiunio. Addunt alij, præuio tonitruis & fulguribus, quasi alter Moyses, qui legem à Deo excepit cū tonitruo, fulmine & terræ motu, Exodi 19. Ipse enim à Christo indigitatus est *Boanerges*, id est, filius tonitruus, ac vt talis nouum legis nouæ exordium intonuit: *In principio erat Verbum.* Ita ex Metaphraste & alijs, Baronius tomo 1. sub initium anni Christi 99. vbi pariter docet Ioannem scripsisse Euangelium hoc anno Christi 99. post eius ascensionem 66. qui fuit post excidium Hierosolymæ per Titum 27. Neruæ Imper. primus, cū iam fides Christi & Ecclesia vbique per prouincias increbresceret, *Cornel. in Ioannem.*

A & inclaresceret magno fidelium numero, ac maiore virtute & robore Martyrum.

Igitur sicut Isaias ceteros Prophetas, ita Ioannes. ceteros Euangelistas sublimitate superat: quare licet ceterorum tempore sit postremus, dignitate tamen & perfectione est primus. Vnde & aquilæ ceteris aibus superuolanti comparatur Ezech. 1. Apocal. 4. Dignitas hæc eius, sublimitas & præcellentia, ac consequenter obscuritas, ex tribus maximè capitibus æstimari potest. Primum est, materia & argumentum: S. Ioannes enim solus ex professo agit de Christi diuinitate, de Verbi origine, æternitate, generatione ac spiratione Spiritus sancti, de Sanctissima Trinitate, deitatis vnitatem, relationibus, attributis diuinis &c. Matthæus verò, Marcus & Lucas humanitatis Christi mysteria & gesta recensent. Vnde ex S.

Ioanni aquila. Primò.

B Ioanne Patres omnia penè argumenta cōtra Arianos, Seruetianos, Nestorianos, Eurychianos, similesque hæreticos: Doctores verò Scholastici totam materiā de S. Trinitate, deque Deo trino & vno hausērunt.

Secundū, est ordo temporis. Scimus Ecclesiam instar auroræ & solis, sensim successu temporum, creuisse ad perfectum diem cognitionis mysteriorum fidei. Hinc scriptores hagiographi noui testamenti, putā Apostoli & Euangelistæ, longè clariùs & luculentius de ijs scribunt, quàm Moyses & Prophetæ veteris Testamenti. Inter eos autem vltimus omnium est S. Ioannes: vltimum eius opus est Euangelium, vti docent Patres & interpretes. Vltimam ergo manum & coronidem Euangelij & Biblijs hoc Euangelio S. Ioannes impoluit.

Secundò.

Tertium, est auctor: S. Ioannes enim vnus omnium Sanctorum laureas meruit & obtinuit. Ipse vocatur & reuera est Theologus, imò Theologorum vertex, ipse Propheta, ipse Apostolus, ipse Euangelista ipse sacerdos, ipse pontifex, ipse Hierarcha, ipse virgo, ipse Martyr; sed quia virgo, illæsus perstitit, ac feruenti oleo immerfus, illo nec vri nec lædi potuit. Ioannem esse Theologum liquet ex Apocalypsi, quæ græcè inscribitur *Apocalypsis S. Ioannis Theologi.* Ipsum esse Prophetam in Apocalypsi nemo ignorat: Euangelista est in Euangelio: Apostolus in tribus Epistolis Canonicis quas conscripsit. Eundem virginem fuisse esseque perpetuum, veteres omnes tradunt, ac nominatim vetustissimus Tertul. lib. de Monogamia, & S. Hiero. libr. 1. contra Iouin.

Tertio. Ioannes habet notes omnium Sanctorum.

uin. Quocirca ipse tum aliarum virtutum, tum præsertim virginitatis merito, euasit discipulus ille que diligebat Iesus, Beniaminus Christi, qui in vltima cœna Domini super pectus eius recubuit, cui moriens quasi virgini virginem matrem cõmendauit. Nimirum beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt, ait ipsa Veritas, Matth. 5. Videbunt, inquam, in hac vita per fidem & contemplatione, in futura per speciem & visionem,

Vnigenitus ergo, qui est in sinu Dei Patris, S. Ioani velut castissimo sibi que amicissimo, in sinu suo recumbenti enarrauit secreta & sacramenta diuinitatis, abscondita à constitutione mundi. Ioannes eadem hæc nobis enarrauit, ac quasi filius tonitruu, & fulmineus totum orbem Verbi diuinitate, velut coruscante fulmine collustrauit, eiudemque ignea charitate inflamauit. Testis sit vel vnicus ille sermo longissimus & vltimus Christi à cœna, c. 13. & seq. qui non nisi amoris diuini ardores spirat & eructat. Ioannes, ait S. Epiphani. hæret. 73. verè tonitruu filius per propria suam grandiloquentiam, velut ex quibusdam nubibus à sapientie emigmatibus, piam nobis de filio intelligentia persuasit S. Hier. epist. 85. ad Euagrium, Clangit, ait, tuba, filius tonitruu, quem Iesus amauit plurimum, qui de pectore Saluatoris doctrinarum fluentia potauit.

Plura de eo vide hic apud S. Cyrillum, S. Augustinum & S. Chrysoft. proœmio in Ioannem. Imò S. Chrysostomus audeo dicere, Ioannem per Euangelium docuisse angelos secreta Verbi incarnati, quæ prius ignorabant, adeoque ipsum doctorem fuisse Cherubinorum & Seraphinorum, idque probat ex illo Pauli, Ephes. 3. Vt innotescat principatibus & potestatibus, in caelestibus per Ecclesiam,

A multiformis sapientia Dei. Si igitur, inquit Chryso- mus, principatus & potestates, Cherubimq; & Sera- phim hæc per Ecclesiam didicerunt, planè constat ipsos Angelos summa cum attentione eius sese audientes ex- hibere. Quippe idcirco non parum honoris consequimur, quòd nobiscum angeli discant quæ nesciunt.

Narrat S. Gregorius Nyssenus, frater S. Basilij, S. Ioannes in Vita S. Gregorij Thaumaturgi, ipsum cum Origenis fuisse discipulum, ac ià Neocæsarea creatus foret Episcopus, dum iam Origenis erroris suos spargerent, & semina arrianismi iacerent, circa doctrinam doctrinæque modum fluctuare cœpisset: quare Deum, eiusque matrem pro ope & luce suppliciter inuocasse: nec in cassum. In formis enim apparuit ei B. Virgo cum S. Ioane, quæ eidem præceptorem dedit ipsum S. Ioannem: quare S. Ioannes Symbolum Thaumaturgo tradi- dit, quod celebrat V. Synodus Oecumenica & tota Orientalis Ecclesia: quo Symbolo pleraque diuinissima Euangelij sui mysteria, præsertim de Verbo Patri homouiso, simplicissimè explicat & pertractat. Extat hoc Symbolum apud Baronij & alios in Vita Thaumaturgi. Idem & nos ab vtroque identidem supplices efflagitemus. Plura de S. Ioanne dixi proœmio in Apocal. & in epist. 1. S. Ioannis.

Denique S. Ioanne Chrysostomo in monaste- rio degenti apparuit S. Petrus, porrigens illi cla- ues, & S. Ioannes tradens illi librum Euangelij, atque ita S. Petrus eum Pontificem, S. Ioannes eum doctorem & concionatorem caelestem crea- uit & auctorauit: vnde Chrysostomus, id est os au- rum, cognominari meruit. ita habet eius Vita.

Apparuit S. Petri & Ioannis S. Ioanni Chry- stomo.

CANONES EVANGELIO S. IOANNIS

LVCEM AFFERENTES FACEMQUE PRÆFERENTES.

PRIMVS.

IOANNES stylum habet sibi proprium & peculiarem, à ceteris Euangelistis & scrip- toribus hagiographis planè diuersum. Vt aquila enim nunc se supra omnes attollit: nunc quasi ad prædam in terrâ se demittit, & simplicium captui rudiatique se at- temperat, ac simplex est, virgineus, planus & can- didus. Nunc sapit vt Cherubim, nunc ardet & accendit vt Seraphim. Ratio est, quòd Ioannes fuerit simillimus Christo, eique dilectissimus, ac vicissim summè eum diligens; vnde in vltima Christi cœna, in pectore eius recubuit. Ex illo ergo luxit Christi indolem, sapietiam, candorem, æquè ac ardorem. Quare dum Ioannem intueris, legis, audis; Christum te intueri, legere, audire cogita: Christus enim suum spiritum, suoque mo- res & amores in Ioannem transfudit.

SECUNDVS.

IOANNES, licet omnium consensu in Græcia Græcis græcè scripserit Euangelium, tamen, quia ipse genere & gente, ac primæuæ natuæque lin- guæ amore, æquè ac elegantia erat Hebræus,

S. Ioannis stylus.

Hebræis phrasibus & blandat.

A hinc magis Hebræis quàm Græcis phrasibus & idiotismis præ alijs abundat. vnde bilingui, imò trilingui cognitione hæc opus est; scilicet vt noris hebraicè, græcè & latinè. Sic hebraizat, dum sæpè rō & sumit pro sicut, vt passim facit Salomon in Proverbij, vbi simile simili comparat per copulam &, quæ proinde similitudinis est nota, idemque valet quod sicut: Græcizat verò, dum forsitan sumit pro vtrique, Græcum enim & v notat assertionem nō dubitationem, Ioan. 8. 19. Sic nō posse sumit pro nolle. Ioan. 8. 43. Sic Hebræum amen semper geminat & duplicat; dicens: Amen, amen, cum ceteri Euangelistæ simplex vnumque dumtaxat ponant amen. Causas huius diuersitatis vestigabo c. 3. 2.

TERTIVS.

IOANNES Christi disputationibus eum Iudæis, & cõcionibus magis quàm rebus ab eo gestis recensendis incumbit. Non quòd omnes Christi disputationes & conciones enarret, sed quòd ce- lebriores & maioris momenti, præsertim illas quibus Christus probabat se Deum esse æquè ac hominem, in compendium redigat.

Celebriores Christi conciones & disputationes in Iudæis & maioris momenti, præsertim illas quibus Christus probabat se Deum esse æquè ac hominem, in compendium redigat.

QUARTVS.

Apud Ioannem Christus nunc vt homo, nunc

Christum nunc vt hominem, nunc vt Deum loquentem refert.

nunc vt Deus loquitur: idque solerter ex adiunctis & circumstantijs distinguendum & discernendum est.

QVINTVS.

CUM Christus apud Ioannem dicit sapiens, se nihil facere aut loqui ex seipso, vel se non facere aut dicere hoc illud, sed Patrem id intelligi debet originaliter & solum, q. d. Ego solus neque quâ homo hæc confingo, neque quâ Deus primus eorum sum auctor: sed Deus Pater, qui cum essentia sua diuina communicat mihi omniscientiam & omnipotentiam operandi quiduis, quantumuis arduum, sublime, paradoxum & diuinum.

SEXTVS.

LICET Apostoli alijque Sancti miracula quoque patrarent, Christus tamen apud Ioannem, sæpè ex miraculis à se factis probat se esse Messiam & Deum: idque rectè & efficaciter. Primò, quia ipse ad hoc probandum illa direxerit adhibebat. Miraculum enim, quasi opus Dei, & vox realis primæ veritatis, est certum testimoniū eius rei, ad quam adhibetur & inducitur. Secundò, quia Christus illa faciebat propria virtute, suaque auctoritate & imperio, quod facere non potuisset, nisi ipse fuisset Deus ex Deo. Ita enim illa faciebat, vt videretur ab eo quasi ex Deo, & quasi ex primo miraculorum fonte manare. Sancti autem miracula patrarent non sua auctoritate, sed inuocatione nominis Dei vel Christi. Tertio, quia plura & magis varia fecit Christus, quàm ceteri Sancti ante vel post ipsum. Adde, illa fuisse facta à Christo, quæ ab Isaia alijque Prophetis prædicta sunt, fore indices & notas Messie, siue Christi, vt patebit c. 11. 4.

SEPTIMVS.

MATTHÆUS, MARCUS & LUCAS maximè scribunt acta vltimi & penultimi anni prædicationis Christi, scilicet ea quæ egit post incarcerationem S. Ioannis Baptiste: Ioannes verò in suo Euangelio, præcipuè duorum præcedentium prædicationis Christi annorum historiam perrexit: atque per hoc multæ soluntur, antilogie, quibus Ioannes ceteris tribus videtur aduersari. Ita S. Augustinus hic in Proœmio.

S. Ioannes discipuli priorum prædicationis Christi annorum historiam præcipuè rexit.

OCTAVVS.

IN IOANNE magna sæpè est vis & obscuritas in aduerbijs & coniunctionibus causalibus, illatiuis, continuatiuis, & ceteris similibus, vt aliquando vna ex eis particula integrum sententiæ sensum continet & ostendat. Quocirca illæ valdè rimandæ & expendendæ sunt, vt suis quibusque locis demonstrabo.

In S. Ioanne particula valdè expendenda.

NONVS.

VOCULÆ vt, propterea, propter quod, & similes, non semper causam aut finem intentum significant, sed sæpè consequentiam, & euentum dumtaxat, siue id quod consecutum est, præsertim si euentus certò præuisus sit, ideoque aliter iam euenire non possit, id patet Ioan. 12. 38. & 39. vbi ait: Non credebant in eum, vt sermo Isaie impleveretur. Et mox: propterea non poterant credere, quia iterum dixit Isaia, Excæcauit oculos eorum. Causa enim cur Iudæi nolent Christo credere, nō fuit prædictio Isaie, qua prædixit eos non credituros, sed Iudæorum durities & malitia, quæ prædictionem Isaie, quasi obiectum & causa præcessit. Ideo enim prædixit Isaia Iudæos non credituros, quia reuera ipsi ex sua malitia & obstinatione non e-

Vt, propterea, propter quod, quomodo construenda?

rant credituri Christo. Ita S. Chrysoft. Cyillus, Theophyl. Euthym. ibidem.

DECIMVS.

IOANNES per Iudæos nunc solos principes, nunc solum populum intelligit: ideoque Iudæos nunc Christo aduersos, nunc fauentes inducit, quia fauebat Christo populus, aduersabantur verò principes. Id patet c. 7. v. 11. & 13. c. 8. v. 31. c. 9. 23.

Per Iudæos quoniam intelligendū.

VNDECIMVS.

PER hebraismum sæpè præsens tempus non actum in effectum exeuntem, sed naturæ vim, siue actum agentis significat, etiam si eius effectus à passio, aut aliunde impediatur. Sic c. 1. 9. ait Christum suo aduentu illuminasse mundum, scilicet quantum erat ex ipso. Nam multi, vt Iudæi, hæc hoc recipere noluerunt, vt mox subdit, sed in suis infidelitatis tenebris permanserunt.

DVODECIMVS.

VOCULÆ quasi, sicut, & similes quia respondent quæsi vt Hebræo casu, non semper similitudinem, sed ali- quando ipsam veritatem denotant: vt cap. 1. 1. 4. Vidimus gloriam quasi vngenti, id est, verè vnigeniti. q. d. Vidimus gloriam talem & tantâ, qualis & quanta decebat eum, qui verè erat vnigenitus Filius Dei Patris. Ita S. Chrysoft. Theophyl. Euthym. ibidem.

Præsens tempus vt verbi quomodo intelligendum.

DECIMVSTERTIVS.

IOANNES more Hebræo verba nunc sunt in actu inchoato, vt significant incipere opus, nunc in continuato, vt significant pergere in opere & crescere; nunc in perfecto, vt significant opus esse completum. Vnde non mirum, si quandoque id quod crescit aut perficitur, ita fieri dicatur ac si iam primùm inciperet, & vice versa. Actus inchoati exemplum est c. 1. 6. 6. vbi Petrus Christo volenti pedes sibi lauare resistens, ait: Domine ne lauas mihi pedes? Lauas, id est, lauare vis, lauare parat & incipis? Actus continuati exemplum est c. 2. 1. 1. vbi viso miraculo conuersionis aquæ in vinum in Cana Galilææ, subiicitur: Et crediderunt in eum discipuli eius: crediderunt, id est credere perre- xerunt, in fide creuerunt & confirmati sunt: nam iam antea crediderant in Christum: nisi enim credidissent, non fuissent eum secuti, nec eius discipuli se tradidissent. Et c. 4. v. 53. vbi regulus vi- so miraculo, quo Christus filium eius moribundum vitæ restituerat, dicitur credidisse in eum, id est, in fide Christi profecisse, seque corroborasse. Nam nisi iam antè in eum credidisset; vtique eum non adijisset, nec sanationem filij ab eo postulasset. Actus perfecti exemplum est c. 11. 15. vbi Christus sub finem vitæ suscitaturus Lazarum ait: Gaudeo propter vos, vt credidistis, hoc est vt in fide mea per hoc miraculum meum vltimum & maximum planè perficiamini. Et c. 20. 17. Iesus post resurrectionem apprensus Magdalenæ ad pedes eius prouolutæ, ait: Noli me tangere, id est, noli in tactu pedum meorum hære & desidere, sed vade citò, ac nuncia Apostolis de mea morte mee- tissimis, me resurrexisse.

Verba in quo sensu expi- canda?

DECIMVSQUARTVS.

IOANNES more Hebræorum, id quod per affir- mationem dixit, iterum per negationem contra- rij asserit, iterat & confirmat, præsertim vbi res est grauis, notanda & multis dubia, vt valida confirmatione indigeat. Sic Ioannis 1. v. 20. Ioannes Baptista rogatus à Iudæis, an ipse esset Chri-

Res graues per affirmati- onem & contrarij negationem asserit.

Aut, confessus est, & non negavit, & confessus est, quia non sum ego Christus; & ver. 3. Omnia per ipsum. (Verbum) facta sunt, & sine ipso factum est nihil quod factum est.

DECIMVS QVINTVS.

Gaudet Ioannes Christum appellare vitam & lucem, ob causas quas afferam c. 1. v. 4. & seq. Ad hoc similes alias peculiare habet phrasas. Iudicium enim saepe vocat condemnationem quae in iudicio fit, per metalepsin; alibi iudicium vocat arcana Dei iudicia & decreta, quia iusta. Demonstrat, sumit pro exhibet, dat, donat. Tenebras vocat peccata: filius lucis vocat sanctos: veritatem vocat id quod verum, iustum & rectum est: Operamini cibum cap. 6. 27. id est, comparate cibum. Crebro vitur verbo manendi: vnde dicit nos per amorem in Deo manere, & Deum in nobis. Cap. 6. asserit se & carnem suam esse panem, qui de caelo descendit, & dat vitam mundo. Cap. 7. 57. Si quis sitit, ait, veniat ad me, & bibat. Qui credit in me, &c. flumina de ventre eius fluent aqua viva. Cap. 8. interrogatus à Iudaeis: Quis es tu? respondit: Principium, qui est & liquor vobis. Cap. 10. comparat se pastoris bono, fideles ouibus. Cap. 11. suscitans Lazarum, ait se esse resurrectionem & vitam. Ibidem Ioannes Caipham prophetaisse de morte Christi asseruerat. Cap. 13. asserit Iesum suos in fine dilexisse, ideoque iturum ad mortem eis pedes lauisse. Cap. 14. Ego, inquit, sum via, veritas & vita. Pater in me est, & ego in Patre. Ibidem Spiritum sanctum promittens, cum vocat spiritum veritatis, qui à Patre procedit. Cap. 15. Ego, inquit, sum vitis vera, vos palmites, quia sine me nihil potestis facere. Cap. 16. & seq. vult nos vnum esse cum Deo & cum proximis. Sic Interpres signavit, sumit pro appposito sigillo confirmavit: hoc enim est Graecum ἐφ' ὅρου, c. 6. 27.

DECIMVS SEXTVS.

S. Ioannes asserit Christum quaedam prius dixisse, cum tamen prius non narrarit, ubi & quando ea dixerit: breuitati enim studens, fat habuit semel ea narrare, ne, si prius ea narrasset, congeretur postea eadem repetere. Sic cap. 11. ait, Martham dixisse Magdalenae: Magister adest, & vocat se; & tamen prius non narravit Christum iussisse Martham, vt vocaret Magdalenam: quia eum recensent Martham iussu Christi vocasse Magdalenam, hoc ipso fat indicat Christum prius iussisse illi vt sororem vocaret. Ibidem Christus ait Marthae: Nonne dixi tibi, quia si credideris, videbis gloriam Dei? & tamen prius non narravit Christum hoc dixisse. Sic c. 6. 36. ait Christus: Sed dixi vobis, quia & vidistis me, & non credidistis, & tamen nunquam antea receluit, quod id ipsum dixerit Christus.

DECIMVS SEPTIMVS.

Miracula Christi, quae solus Ioannes commemorat, sunt haec: Conuersio aquae in vinum in Cana Galilaeae, cap. 2. Prior expulsio vendentium è templo, ibidem vers. 15. Filij reguli infirmi sanatio, ca. 3. 47. Paralytici ad Probaticam piscinam curatio, cap. 5. 1. & seq. Caeci nati illuminationatio, cap. 9. 1. & seq. Lazari à morte suscitatio, ca. 11. 1. & seq. Prostratio Iudae & satellitum in terram, cum venirent vt caperent Iesum, cap. 18. 6. Effluxio sanguinis & aquae è latere Christi iam mortui, & lancea perfolli, cap. 19. 34. Potest.

Teculariarius aliqua S. Ioannis phrasas.

Christum aliquando dixisse quae ipse S. Ioannes non narravit, breuitati studens asserit.

Miracula Christi miracula solus Ioannes narrat.

Asas remittendi peccata per insufflationem Spiritus sancti data Apostolis post resurrectionem, cap. 20. 22. Multiplicatio piscium Apostolis piscantibus, c. 21. 6.

INTERPRETES.

IN Euangelium S. Ioannis commentati sunt Ipermulti, ac praecipui Patrum Graecorum & Latinorum. E Graecis post Origenem, qui in Ioannem elucubrauit 32. tomos siue libros, praclare docteque scripsit S. Cyrillus Patriarcha Alexandrinus, qui sane pra alijs didacticus est, solers, acutus & genuinus in sensu literali consignant. Porro S. Cyrillus Ioannis Euangelium pertractauit duodecim libris; sed quatuor medij scilicet, quintus, sextus, septimus & octauus iudicia temporum intercederunt. Suppleuit eos Iudocus Clitonaeus Doctor Parisiensis. Cum ergo audis citari quintum, sextum, septimum & octauum huc librum Cyrilli, scito non esse Cyrilli, sed Clitonaei, quod multos etiam viros doctos fecellit. Porro librum quintum & sextum Cyrilli, graece exaratum, in Chio insula nuper inuenit Collegij Societatis Iesu ibidem Rector, qui eisdem Panormum in Siciliam transtulit, vnde eos secum Romam, ad Romanum Collegium nostrum aduexit R. P. Ioannes Baptista Iatinus, in eodem Mathematicae professor, qui & eisdem in Latinum conuertit: quaeruntur ab eo ceteri duo, septimus & octauus, vt omnes latinitate donatos in lucem edat, quinto & sexto Romae vsus sum: eosque subinde citabo: planè enim redolent doctrinam, stylum & ingenium S. Cyrilli.

Secundus, est S. Chrysostomus, qui, vt paulò ante dixi, à S. Ioanne librum Euangeliorum accipies, eius vt videtur instinctu, in illud scripsit homilias 87. Extant tomo 3. operum eiusdem.

Tertius, est Theophylactus: quartus, Euthymius; qui duo more suo S. Chrysostomi sunt assecræ, & quasi discipuli; sed Theophylactus est fusior & luculentior; Euthymius breuior, qui & expressè se sua ex S. Chrysostomo, Origenes, S. Basilio & Nazianzeno collegisse fatetur.

Quintus, est Nonnus Panopolitanus, Aegyptius, eloquentissimus, qui virginem Theologum, hoc est Ioannem Euangelistam, versibus heroicis est interpretatus, ait Suidas. Sixtus Senensis eum inter Graecos Christianorum praecipuum numerat, cuius & (inquit) feruntur Dionysiacum li. 48. heroicè conscripti: alto cothurno incedit instar Homeri. At licet Nonni interpretatio propriè tantum sit paraphrasis: tamen multis in locis Euangelij sensum per epitheta indicat & illustrat. Nonni Paraphrasin Graecolatina edidit, notisque illustrauit P. Nicolaus Abramus è Societate Iesu, esto primus eam Aldus Manutius ediderit, ac post eum Franciscus Nanius.

E Latinis primus & praecipuus Euangelij S. Ioannis interpret est S. Augustinus, qui illud ordine prosequitur per tractatus 124. Extat tomo 9. operum eiusdem.

Secundus est Venerabilis Beda, qui S. Augustinum passim, & subinde ad verbum, conlectatur.

Origenes

S. Cyrillus Alexandrinus

Iudocus Clitonaeus S. Cyrilli librum aliquos in Ioannem suppletus.

S. Chrysostomus

Theophylactus, Euthymius.

Nonnus Panopolitanus

S. Augustinus

Venerabilis Bedae

Ter.

Auctores Glossae.

Tertius est auctor Glossae. Vbi aduerte, in Glossa communi triplicem contineri glossam. Prima est interlinealis, quae inter lines textus S. Script. inferitur, ideoque breuiter, sed punctim, multa doctè & vtiliter tangit. Secunda est marginalis, quae ad marginem textus S. Scripturae collocatur, & vocatur Glossa ordinaria. Tertia, quae huic subnectitur, est Glossa Nicolai Lyrano. Prima interlinealis auctorem esse Anselmum Laodunensem, cognomento Scholasticum, censet Sixtus Senensis, Franc. Ribera & alij. Anselmus h. e. floruit anno Domini 1110.

Anselmus Laodunensis

Strabus.

Secunda glossa, scilicet Ordinaria, idem Sixtus, Ribera & alij auctorem faciunt Strabum, monachum Fuldensem, auditorè Rabani Mauri, sub annum Domini 820. qui eam ex Rabano, S. Gregorio, alijsque Patribus conlauit.

Nicolaus de Lyra.

Tertia auctorem suum praefert Nicolaum de Lyra, sic dictum à Lyra vico Normanniae, qui genere & gente Iudaeus, conuersus ad Christum, S. Francisci Ordinem ingressus, docuit Theologiam Scholasticam, anno Domini 1320. vir doctus & lingua Hebraica peritus. Hic Glossam illo tempore insignem scripsit, qua Ioannem & ceteros hagiographos ad literam explicat, adeò vt de eo vulgi ore olim tritum fuerit illud: Nisi Lyra hysset, nostri Theologi non falsasset. Verù hoc in Lyrano notandum & cauendum, quòd ipse

suæ genti & Rabbini, maximè R. Salomoni, qui magnus est fabulator, plus æquo, etiàm in nanijs & fabellis Iudaicis, subinde indulgeat & consentiat.

Posterioribus saeculis, & praesertim nostro hoc omnium eruditissimo, plures in S. Ioannem commentati sunt. Prae alijs excellent Ioannes Maldonatus è Societate Iesu, qui fulus est, acutus, elegans & doctus: Cornelius Ianfenius, qui exactus, solidus & genuinus: Franciscus Tolertus, qui acri iudicio sapiens est & pulcher, praesertim in applicandis metaphoris & similitudinibus, earumque analogijs, v. g. cur Christus vocetur vitis, panis, vita, lux, ostium, pastor: cur Spiritus sanctus nuncupetur aqua viva, columna, ignis, &c. Sebastianus Barradius literam rectè tangens, & moralia miscens, concionatoribus dicendi materiam & spiritum subministrat. Franciscus Lucas totus literalis est, sed literam ad pios affectus traducit. Franciscus Ribera breuis, sed more suo rarus & eruditus: posthumus est, & post mortem Riberae in lucem editus.


Maldonatus Ianfenius Tolertus

Baradius

Franciscus Lucas Ribera

Hartii scriptores

Ex haereticis in S. Ioannem scripsere Martinus Bucerus, Wolfgangus Musculus, Bullingerus, Brennius, Caluinus, ac Theodorus Beza; è quibus omnibus Augustinus Marloratus Carinam consarcinavit, quam in Belgio perlegi & consultari.



S A N-

S A N C T V M I E S V C H R I S T I
E V A N G E L I V M S E C V N D V M I O A N N E M.

Hic est titulus in codicibus Grecis & Latinis: in Syriacis hic est, EVANGELIVM Sanctum præconium Iouhanon (Joannis) quod locutus est & prædicauit ionicè (græcè) Ephesi, in Arabicis hic est, EVANGELIVM Sancti magni discipuli, Apostoli Ioannis, filij Zebedæi, dilecti Domino nostro IESV CHRISTO.

C A P V T P R I M V M.

S Y N O P S I S C A P I T I S.

Describit Verbi æterni originem, & ex Deo Patre generationem, omnipotentiam, omniscientiam, ac tandem v. 14. incarnationem & gratie plenitudinem. Secundo, v. 19. testimonium, quod Ioannes Baptista Iudæis interrogantibus dedit de Iesu: scilicet ipsum esse Messiam & Agnum, qui tollit peccatum mundi. Tertio, v. 37. narrat duos Ioannis discipulos visitasse Christum, è quibus vnus Andreas fratrem suum Simonem adduxit ad Christum, cui Christus: Tu, inquit, vocaberis Cephas id est Petrus. Quarto, v. 43. ad sui sequelam vocat Philippum, hic Nathanaëlem ad Christum adducit, qui ei secreta sua sub ficu facta pandens, ab eo agnoscitur esse Messias. Vnde Christus ei promittit maiora, scilicet, quod visurus sit angelos è caelo ad se descendentes & ascendentes.

In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. 2. Hoc erat in principio apud Deum. 3. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil, quod factum est, 4. in ipso vita erat, & vita erat lux hominû; 5. & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. 6. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes. 7. Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum. 8. non erat ille lux, sed vt testimonium perhiberet de lumine. 9. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. 10. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. 11. In propria venit, & sui eum non receperunt. 12. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius; 13. qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. 14. Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius: gloriam quasi vnigeniti à Patre, plenum gratiæ & veritatis. 15. Ioannes testimonium perhibet de ipso, & clamat dicens: Hic erat, quem dixi: Qui post me venturus est, ante me factus est: quia prior me erat. 16. Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia. 17. quia lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. 18. Deum nemo vidit vnquam: vnigenitus filius, qui est in sinu Patris, ipse enarrauit. 19. Et hoc est testimonium Ioannis, quando miserunt Iudæi ab Ierosolymis sacerdotes & Leuitas ad eum, vt interrogarent eum, Tu quis es? 20. Et confessus est, & non negauit: & confessus est: Quia non sum ego Christus. 21. Et interrogauerunt eum: Quid ergo? Elias es tu? Et dixit: Non sum. Propheta es tu? Et respondit: Non. 22. Dixerunt ergo ei: Quis es, vt responsum demus his, qui miserunt nos? quid dicis de te ipso? 23. Ait: Ego vox clamantis in deserto: Dirigite viam Domini, sicut dixit Isaias propheta. 24. Et qui missi fuerant, erant ex Pharisæis. 25. Et interrogauerunt eum, & dixerunt ei. Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Elias, neque Propheta? 26. Respondit eis Ioannes, dicens: Ego baptizo in aqua: medius autem vestrum stetit quem vos nescitis. 27. Ipse est, qui post me venturus est, qui ante me factus est: cuius ego non sum dignus vt solvam eius corrigiam calceamenti. 28. Hæc in Bethania facta sunt trans Iordanem vbi erat Ioannes baptizans. 29. Altera die vidit Ioannes Iesum venientem ad se, & ait:

ait: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi. 30. Hic est de quo dixi: Post me venit vir, qui ante me factus est: quia prior me erat. 31. & ego nesciebam eum, sed vt manifestetur in Israel, propterea veni ego in aqua baptizans. 32. Et testimonium perhibuit Ioannes, dicens: Quia vidi spiritum descendentem quasi columbam de caelo; & mansit super eum. 33. Et ego nesciebam eum: sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est, qui baptizat in spiritu sancto. 34. Et ego vidi: & testimonium perhibui, quia hic est Filius Dei. 35. Altera die iterum stabat Ioannes, & ex discipulis eius duo. 36. Et respiciens Iesum ambulantes, dicit: Ecce agnus Dei. 37. Et audierunt eum duo discipuli loquentem, & secuti sunt Iesum. 38. Conuersus autem Iesus, & videns eos sequentes se, dicit eis: Quid queritis? Qui dixerunt ei: Rabbi (quod dicitur interpretatum Magister) vbi habitas? 39. Dicit eis: Venite, & videte. Venerunt, & viderunt vbi maneret, & apud eum manserunt die illo: hora autem erat quasi decima. 40. Erat autem Andreas frater Simonis Petri vnus ex duobus, qui audierant à Ioanne, & secuti fuerant eum. 41. Inuenit hic primum fratrem suum Simonem, & dicit ei: Inuenimus Messiam (quod est interpretatum Christus.) 42. Et adduxit eum ad Iesum, intuitus autem eum Iesus, dixit. Tu es Simon filius Iona: tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. 43. In crastinum voluit exire in Galilæam, & inuenit Philippum. Et dicit ei Iesus: Sequere me. 44. Erat autem Philippus à Bethsaida, ciuitate Andree & Petri. 45. Inuenit Philippus Nathanaël, & dicit ei: Quem scripsit Moyses in lege, & Prophetæ inuenimus Iesum filium Ioseph à Nazareth. 46. Et dixit ei Nathanaël: A Nazareth potest aliquid boni esse? Dicit ei Philippus: Veni, & vide. 47. Vidit Iesus Nathanaël venientem ad se, & dicit de eo: Ecce verè Israelita, in quo dolus non est. 48. Dicit ei Nathanaël: Vnde me nosti? Respondit Iesus, & dixit ei: Priusquam te Philippus vocaret, cum esses sub ficu, vidi te. 49. Respondit ei Nathanaël, & ait: Rabbi, tu es Filius Dei, tu es Rex Israel. 50. Respondit Iesus, & dixit ei: Quia dixi tibi: Vidi te sub ficu, credis; maius his videbis. 51. Et dicit ei: Amen amen dico vobis, videbitis caelum apertum, & angelos Dei ascendentes, & descendentes supra Filium hominis.

VERS. I.



IN PRINCIPIO ERAT VERBUM, ET VERBUM ERAT APUD DEVM, ET DEVS ERAT VERBUM. Sic Syrus, Ægyptius, Æthiopicus, Perlicus & Arabicus; nisi quod hic secundo & tertio loco addat articulum dicens: Et illud Verbum erat apud Deum, & Deus erat illud Verbum. Porro Æthiopicus habet cal, id est, Verbum; sic & ceteri omnes: quare minus rectè Erasmus & Nouantes pro Verbum vertunt sermo, de quo mox plura.

Cur à Verbi diuinitate inchoat S. Ioannes.

Orditur Ioannes à diuinitate Verbi: Primò, quia hoc rectus ordo & plena historia de Christo exagebat, vt scilicet prius generationem eius diuinam & æternam, deinde humanam & temporalem enarraret. Secundo, quia tempore S. Ioannis, oborta fuit hæreses Cherinti & Ebionis negantium Christi diuinitatem, quæ etiamnum in nostris Translyuanis Arrianis, Polonis Ebionitis, ac Syris Nestorianis perdurat. Ita S. Chrysoft. Hieron. Epiphanius, Irenæus, & ex ijs Maldonatus.

Similiter orditur Moyses genesin mundi dicens: In principio creauit Deus caelum & terram. Orditur ergo Moyses à creatione mundi, Ioannes verò longè altius à Verbi æternitate. Moyses assignat principium temporis, quo Deus omnia fecit, Ioannes assignat principium, quod erat ab æterno, quando erat Verbum, per quod in tempore omnia à Deo facta sunt. Ioannes ergo hoc

A Moyses exordium supponens, supplens & præueniens principium creationis mundi, longè antè Verbi ipsius, quando (vt ita dicam) esse cepit, dat principium. Quocirca Tertull. lib. Contra Hermogenem verè asserit, Euangelium veteris testamenti esse supplementum.

Alludit S. Ioannes ad Ecclesiastici c. 24. 5. Ego (Sapientia æterna) ex ore Altissimi proditi, primogenita ante omnem creaturam. Et Prou. 8. 22. Dominus possedit Septuag. ἐν τῷ id est, condidit; S. Ambros. lib. 3. de Fide c. 4. creauit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret à principio; vbi Septuag. vertunt, Dominus condidit me principium viarum suarum in opera sua: ante seculum suadavit me in principio, antequam terram faceret, & abyssos constitueret; Aquila, Dominus possedit me ab initio officiorum suorum; Symmach. Dominus possedit me principium viarum suarum ante officium suum; Theodor. Dominus possedit me ante officium eius; à tunc, & ex tunc, ante seculum preparata sum. Vide ibi dicta.

IN PRINCIPIO Hoc est Primò, in Patre æterno, ait S. Cyrillus, & Origenes, nam mox Ioannes v. 14. ait Verbum esse in sinu Patris. Secundo, simplicius S. August. Beda & S. Hilarius in principio, scilicet mundi, vel temporis, etiam imaginari potes ab æterno fluxisse. q. d. Verbum non est factum in principio temporis, etiam imaginabilis & antiquissimis sed iam tum erat, quia non est factum, sed genitum ab æterno. Tertio, simplicissime idem S. August. Chrysoft. Theophyl.

Principium triplex.

& S. Basilii in hæc verba S. Ioan. in principio, id est, ante omnia, vel ab initio omnis durationis & æternitatis, ab omni æternitate, longissimè ante angelos, homines, omneque res creatas erat Verbum. Principium enim verum hæc accipit S. Ioannes, non imaginarium, æquè ac Moses Genes. 1. 1. ac Salomon Prouerb. 8. 22. Vnde Patres omnes ex hoc loco probant veram Christi diuinitatem, & æternitatem. Hoc exordium statim S. Ioannes opponit Ebionis, qui aiebat Christum incepisse post partum Virginis, nec ante eum existisse. Ita Cyrillus. Hinc Nonnus τὸ ἰν principio quintupliciter exponit per quinque epitheta, quorum vnum ex altero ordine sequitur. In principio, inquit, id est, Primò, in temporaneo, Secundò, Patri còæuum; Tertio, Patri naturà æquale; Quarto, incomprehensibile; Quintò, ineffabile. Quatuor ex primo consequuntur. Atque Nonum:

Ἰσχυρὸς ἦν, ἀκίνητος, ἐν ἀρχῆ τῶ λόγου θεοῦ, Ἰσοφυὴς ἡμετέροιο δμῶν, ἡὸς ἀμήτωρ, id est, Sine tempore erat incomprehensibile, in ineffabili Verbum principio.

Æqualis naturæ, Patri còæuum, filius sine matre.

Cur æternitati datur hic principium?

Dices: Æternitas est duratio infinita, carens principio & fine; cur ergo hic datur ei principium? Resp. Causa est, infirmitas humani intellectus, qui non potest æternitatem comprehendere, nec distinctè concipere, nisi per comparationem ad tempus, idcirco concipit æternitatem esse durationem quæ omni tempori presentis, futuro & præteriti, non tantum vero, sed & imaginario coexistit, imò omne tempus præuenit & antecedit. Sensus ergo est. q. d. In principio, id est, ante omne tempus, etiam quod mente imaginari; fingere & concipere potes, erat Verbum: finge miliones millionum annorum, quotquot mente concipere vales; ante omnes illos & infinitos quos semper adijcere potes, erat Verbum. Hac de causa S. Ioannes quater repetit τὸ erat in principio, inquit, erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hæc erat in principio apud Deum: vt quodcumque tempus cogites, scias quòd in illo iam erat Verbum; quodcumque æuum concipias, scias quòd in illo erat Verbum; quodcumque sæculum mente anticipes, scias quòd in illo iam erat Verbum. Sic ergo principium hic sumitur respectiue: dicit enim respectum ad omnia tempora, eò quòd illa longè antecedit. Sicut enim tota quantitas & immensitas Dei est in quolibet loco & spatio, imò in quolibet eius puncto, & tamen illa ambit omnia spatia & loca, etià illa quæ supra cælos imaginari possumus: sic etiam æternitas Dei, quæ tota est in vno nunc, siue in vno puncto durationis temporis, ambit & complectitur omne tempus præteritum, præsens & futurum, ac omne illud longè superat, antecedit & transcendit: & hoc volumus significare, dum ex S. Ioanne dicimus eam fuisse in principio.

Erat quater repetitum: Cur?

Rursum mens nostra per hanc comparationem principij, siue æternitatis, ad tempus quodlibet, ascendit ad ipsam æternitatis antiquitatem & quasi originem, illam potitiuè in se considerando, illaque vocat principium, hoc est initium omnis durationis & æternitatis; sed hoc initium reuera est sine initio, & principium carens principio. Igitur vt concipiamus & exprimamus rem quampiam

non cœpisse in tempore, sed esse æternam, & fuisse ab æterno, dicimus illam fuisse in principio omnis durationis & æternitatis, per quod nil aliud significamus, quam illam fuisse semper, fuisse ab æterno, fuisse ab omni æternitate. Hoc ergo sensu Ioannes ait: In principio erat Verbum. Et Plaltes psal. 109. Tecum principium in die virtutis tue. Et sic vulgò dicimus Deum existisse à principio æternitatis, id est, ab omni æternitate. Principium ergo hæc non initium aliquod, sed ipsam in se æternitatem quæ fuit à principio denotat.

ERAT] τὸ erat, ait S. Basilii in hæc S. Ioannis verba, nos ducit ad æternitatem: non quasi τὸ erat significet Verbum antecessisse principium, de quo dicitur, in principio erat; ac consequenter principium temporis & mundi hic accipiendum sit; sed quòd in principio durationis vel æternitatis (quod Verbum non antecessit nisi ratione tantum: sicut enim res qualibet suam durationem, summèque tempus vel æuum ratione antecedit, sic & Deus suam durationem & æternitatem: duratio enim est rei quæ existit & durat, duratio & mensura) hoc est iam olim ab omni æternitate erat Verbum. Vbi Nota, dici erat, non fuit, quia fuit significat rem fuisse & præterijisse: erat verò significat etiam esse, siue esse perennem & æternam. Ita S. Chryostom. Cyrillus, & Thophyl. Spiritus sanctus ergo posuit τὸ erat in mente & calamo Ioannis, contra Arrianos, quos præuidebat futuros, horum enim vox fuit: Erat quando non erat: hoc est, erat tempus, quando non erat Filius; quæ eorum vocem ex hisce S. Ioannis verbis damnat Concilium Nicenum, quia scilicet in principio, id est, semper ab æterno, erat Verbum.

Rursum in principio erat Verbum, id est, ab æterno genitum est Verbum; hæc enim generatio in voce Verbum includitur, vti mox ostendam.

Insuper Elias Cretensis in orat. 4. de Theol. S. Gregorij Nazianzeni, notat verbum substantiuum est & erat proprium esse Dei: dicitur enim ab essendi plenitudine. Vnde Deus hebraicè vocatur Iehoua, siue qui est; græcè δὲ εἶναι, de quo multa dixi Exodi c. 3. v. 14.

VERBUM] Græcè, ὁ λόγος, id est, illud Verbum scilicet æternum & diuinum, hoc est Filius Dei, vti etiam ipsi Arriani olim fatebantur: nam paulò post Ioannes v. 14. hoc Verbum vocat vnigenitum Patris. Et ita passim in Scriptura Filius vocatur Verbum Patris: licet S. Basilii puret Spiritum sanctum quoque posse dici Verbum; sed rectè aduertit D. Thomas id improprie duntaxat, dici posse.

Quæres, cur Filius Dei dicitur ὁ λόγος, id est, verbum?

Resp. λόγος græcè multa significat, quæ omnia huic loco conueniunt Primò, λόγος verti potest ratio, quia sicut ratio vel notitia à mente, sic Filius à Patre procedit. Ita S. Chryost. Theophyl. Euthymius, S. Basilii, & Nazianzenus orat. 4. de Theolog.

Secundò, λόγος verti potest, definitio, quia Verbum Patris naturam, omneque res definitè exprimit & explicat. Ita Nazianzenus ibid. Vnde Nicetas in orat. 42. Nazianzeni: Quam rationem, ait, habet definitio ad definitum, eandem habet Filius ad Patrem. Ipsum enim declarat, sicut definitio id, quod ab ea definitur. Quamobrem Christus dicebat: Philippe, qui videt me, videt & Patrem meum, Ioan.

λόγος quid? Resp. Primò.

Secundò.

Ioan. 14. Paterna siquidem natura compendiofa demonstratio est Filii. Omnis enim proles parentis sui iucita est ratio, siue definitio.

Tertio.

Tertio, λόγος verti potest, causa, quia Verbum est causa rerum omnium, quæ verbo Dei creatæ & productæ sunt. Ita S. Dionys. de Diuin. nom. c. 7. S. Hieron. epist. ad Paulinum.

Quarto.

Quarto, λόγος verti potest, opus, quia Verbum est opus Patris, illi commensum, còæuum & adæquatum.

Quinto.

Quinto, λόγος verti potest, virtus, quia Verbum est virtus, robur & dextera Patris.

Sexto.

Sexto, λόγος verti potest, forma, quia Verbum est Patris forma, decor & pulchritudo.

Septimo.

Septimò & optimè, λόγος verti potest, sermò cum Tertulliano, S. Cypriano, S. Ambrosio, & Hieronymo, vel potius verbum. Vnde & Æthiopicus vertit kal, id est, verbum; sic & Syrus, Arabicus, Perficus, Ægyptius, Verbum, inquam, non oris, sed mentis, quia sicut nos cogitando vel intelligendo, formamus nobis conceptum rei cogitare, vel intellexit, qui dicitur verbum mentis; ita Pater æternus intelligendo & comprehendendo suam essentiam, & omnia quæ in ea sunt, ac inter eam vim spiritalium Spiritus sancti, & vim creatiuam omnium rerum possibilem, formauit & produxit hoc Verbum æternum, sibi adæquatam & simillimum; quo fit vt Verbum hoc sit Deus, Deique Filius à Patre genitus.

Hinc & Gentilium philosophi & Theologi, vt Trismegistus, Orpheus, Plato, alijque Græci, Chaldaei & Ægyptij Patrem vocarunt vob, id est, mentem; Filium verò λόγος, quasi mentis prolem, ieste S. Augustino lib. 7. Confess. c. 9. Theodoro lib. 2. de Curandis Græcor. affect. & alijs. Vnde illud Platonis: Monas genuit monadem, & in se reflexit ardorem, q. d. Pater genuit Filium, & per eum spirauit Spiritum sanctum, qui est amor reflexus Patris & Filij; licet multi censeant Platonem, Trismegistum, aliosque Gentiles per λόγος, non intellexisse Filium, sed ideam quæ est in mente Dei, iuxta quam ipse creauit omnia, & in se reflexit ardorem, quia mundum creauit propter sui amorem.

Verbum Dei duplex.

Vbi Nota: Verbum Dei est duplex. & vnum essentialè, quod est ipsa intellectio Patris, quam cum essentia, intellectu & voluntate communicat Filio & Spiritui sancto. Alterum est notionale, quod est Verbum à Patre productum & persona subsistens; scilicet Filius, de quo hic agit Ioan. Ita S. Thomas 1 dist. 27. q. 2. a. 2. & ex eo Capreolus & Ferrar. Intellige hoc de Verbo amplè sumpto: nam Verbum strictè proprieque sumptum non nisi notionale est, vti docet S. August. Cyrillus, D. Thomas, & ex ijs Suarez lib. 7. de Trinit. cap. 3.

Plura de Verbo hoc dixi in epist. S. Ioannis 1. cap. 1. v. 1. vbi pariter ostendi, in quibus Verbum hoc diuinum nostro humano sit simile, & in quibus sit dissimile: item eius dignitatem, præstantiam, efficaciam, quæ intimè mentibus nostris illabitur, easque sibi assimilât, purificat, perficit, sanctificat. Quibus adde S. August. serm. 38. de Verbis Domini: Est, inquit, Verbum Dei forma quædam non formata, sed forma omnium formarum superans omnia, existens in omnibus. Querunt verò quidam, quomodo nasci potuerit Filius còæuus Patri: nãne si ignis æternus esset, còæuus esset splendorem; itemque Cornel. in Ioannem.

A imago quæ de speculo existit aut aqua? vt si aliquid super aquam exempli gratia virgulum, semper fuisse, & imago de eo semper esset. S. Basilii in homil. in princ. Ioan. Verbum hoc, ait, quod erat in principio, nec humanum erat, nec angelorum; sed ipse vnigenitus, qui dicitur Verbum, quia impassibiliter natus, & generantis imago est, totum in se generantem demonstrans: habet verò verbum nostrum diuini verbi similitudinem quamdam: declarat enim totam mentis conceptionem: & quidem cor nostrum quasi fons est, verbum prolatum quasi rivulus ex ipso manans. Præuidit Spiritus sanctus futuros, qui gloriæ vnigeniti inuidentes dicerent: Antequam genitus esset, non erat, itaq; ait: In principio erat Verbum. S. Chryostomus, Non simpliciter, ait; Verbum dixit, sed cum articulo à reliquis ipsum separans: est enim quædam hypostasis ex Patre impassibiliter procedens; significat verò hoc, in principio erat, semper & infinite existisse: nam de celo & de terra non dicitur quod erant in principio, sed quod in principio facta sunt.

ET VERBUM ERAT APUD DEVM] Occurrit S. Ioannes obiectioni. Dicit enim quis: Vbi erat Verbum in principio, id est, ab æterno, cum adhuc nullus locus, imò nihil, siue nulla creatura esset in rerum natura? Respondet, Verbum loco non eguisse, eò quòd spirituale sit & diuinum, sed fuisse apud Patrem, vt pote à quo originem duceret, id est, vt ait v. 18. fuisse in sinu Patris, vel etiam in domo paterna, quæ est Deus ipse, eiusque immensitas; ibi, inquam, fuisse arcænum & nobis absconditum.

Præpositio apud notat Primò, diuersitatem personæ; quòd scilicet Filius sit diuersa persona à Patre, non vna & eadem, vti voluit Sabellius eiusque affecta Sabelliani: Quomodo enim quod vnum numero est, ipsum apud seipsum esse intelligitur? ait S. Cyrillus. Sic & S. Chryost. Theophyl. ac Seuer. & Leontius in Catenis. Ante omnia, ait Tertullianus li. 5. Contra Praxeam, Deus solus erat ipse sibi & mundus, & locus, & omnia: solus autem, quia nihil aliud extrinsecus præter illum, ceterum ne sume quidem solus: habebat enim secum, quam habebat in semetipso, rationem suam, &c. hanc Græci λόγος dicunt. Solitudo enim vitæ beatæ aduerfatur. Deus ergo Deique beatitudo requirit societatem & amicitiam, scilicet pluralitatem personarum.

Secundò, apud notat amicam & summam Filij cum Patre coniunctionem, qua fit vt à Patre separari nequeat, sed illi semper indiuulsè adhaereat. Ita Nonnus.

Tertio, apud designat æqualitatem Filij cum Patre: nam esse apud Deum, siue iuxta Deum, est, sedere ad dextram Dei quasi Deum ἐμὴν ἀξίωτον æqualem. Vnde Christus, post ascensionem, ad dexteram Patris rediisse dicitur. Marc. 16. 19. Ita S. Cyrill. Hieros. catechesi 11. Hinc & Nonnus sic explicat:

Πατὴρ ὁ ἐν ἀμείνω, αὐτὸ ἐμοῦ συνθρονος ἐδρῆ: hoc est,

A Patre erat indiuulsim, æterno cum eo sedes in throno. Nota δὲ συνθρονος, quod Latina vox vna non adæquat, idemque est quod eiusdem throni confors, affessor, confessor in eadem sede. Plura de hoc membro dixi in epist. 1. S. Ioannis c. 1. v. 1.

ET DEVS ERAT VERBUM] Græcè, θεὸς ἦν ὁ λόγος. Ne Arriani obieciant: Si Verbum erat hæreticè apud Deum, ergo ipsum non erat Deus; occurrit & anteuertit Ioannes: Et Deus erat Verbum. Arriani enim Verbum Dei internum & essentialè,

Apud trinitatem.

Arrianorum hæreticè.

id est, intellectiōem Patris, Filij & Spiritus sancti (vt habet Orthodoxa fides) ponebat in vno Deo, id est, in vna persona Dei, ipsi coeternam: sed Deum coepisse esse Patrem in tempore, cum Verbum notionale à se distinctum produxit, quasi primam creaturam, & per eam ceteras. Refellit hoc S. Ioannes dicens: *Et Deus erat Verbum, id est, Verbum iam dictum erat Deus.* Sic enim inuertenda est hæc propositio. Ob consonantiam enim Ioannes verba transposuit: dixerat enim: *Verbum erat, apud Deum;* vnde repetens nomen Dei consonè subiicit: *Et Deus erat Verbum,* ne quis putaret Verbum non esse Deum, eò quòd dixerit esse apud Deum, q. d. Verbum ita est apud Deum, vt ipsummet sit Deus. Aut, ne idem ille Deus, apud quem erat Verbum, id est, Deus Pater, putaretur esse Verbum, eademque cum illo persona; sed Verbum eiusdem naturæ diuinæ dumtaxat cum Patre communicationem habere; hinc addit: *Et Deus erat Verbum:* q. d. Verbum erat apud Deum Patrem, cum eoque est idem Deus, quoad eandem naturam diuinam: non verò quoad eandem personam. Hoc reslo confirmantur Arriani; dixerunt enim Ioannes ait, Verbum, id est, Filium, esse Deum.

Obijciunt Arriani, vocem *Deus*, id est, Deus, hic non habere articulum, vt habuit paulò antè: *Et Verbum erat apud Iov Ieov*, id est, *Deum*: ergo Verbum verè non est Deus. Resp. Nego sequentiam; nam causa huius diuersitatis est, quòd vox *Deus*, in præcedenti membro eum dicitur: *Apud Deum*, certam personam denotet, scilicet Patris, apud quem erat Verbum; hic ergo non personam, sed essentiam vtrique personæ: communem denotat. Verbum enim est idem Deus cum Patre, quoad eandem essentiam & deitatem, non verò quoad eandem personam. Articulus autem notat tertiam personam, non verò naturam vtrique communem. Rursum Græci articulum præponunt subiecto, non prædicato, hic verò *Deus* prædicatum est, *Verbum* verò subiectum, vt dixi.

Nota, Ioannem trimembri hac sententiâ, primo membro explicare Verbi *quando*, siue æternitatem; secundo Verbi *ubi*; & à Patre distinctionem; tertio *hoc* Verbi essentiam, & essentiam cum Patre identitatem. Si enim quæras, Quando erat Verbum? respondet: Erat in principio; id est, ab æterno. Si quæras, Vbi erat Verbum? resp. Erat apud Deum Patrem. Si denique quæras, Quidnam est Verbum; & cuius naturæ? resp. Verbum hoc est Deus. Ita S. Ioannes hoc trimembre Euangelij sui de Verbo exordium explicuit in Symbolo, quod ipse iussu B. Virginis tradidit S. Gregorio. Thaumaturgo, vt narrat S. Greg. Nyssen. in eius Vita. Hoc enim symbolum sic habet: *Vnus est Deus Pater Verbi viuens, sapientia subsistentis, & potentie & figuræ æternæ, perfectus perfecti genitor, Pater filij unigeniti. Vnus Dominus, solus ex solo, Deus ex Deo signatus, & imago deitatis, Verbum efflux, sapientia constitutionis rerum vniuersarum comprehensua, & potentia totius creaturæ effectrix. Filius verus veri Patris, visum effugiens visum effugientis, & corruptioni nõ obnoxius non obnoxij corruptioni, & morti nõ obnoxius morti non obnoxij, & æternus æterni.*

VERS. 2.

Hoc erat in principio apud Deum] Trimembrem propositionem vno hoc membro, quasi compendio repetit, confirmat & in-

culcat S. Ioannes, q. d. Hoc Verbum, quod dixi esse Deum, erat in principio, id est, ab æterno, apud Deum; quia enim difficile est intelligere, quomodo Verbum sit apud Deum, & tamen idem sit Deus; hinc vtrumque iungit & inculcat Ioannes, vt vnitatem essentia simul & diuersitatem personarum significet, ac in deitate esse trinitatem trium hypostasum, scilicet Patris, Filij, & Spiritus sancti doceat. Hoc enim est altissimum, obscurissimum & creditu difficillimum fidei nostræ mysterium, quod omnem hominum & angelorum captum superat. Quasi ergo Arrianos audiens, ait S. Cyrillus, non modo inquit, Verbum erat apud Deum, verum etiam Deus erat: Sic quoniam apud Patrem est, inquit, per seipsum subsistit: quoniam verò Deus est, & ex Deo Patre, consubstantialis Patri, & naturæ Deus esse intelligitur.

Secundam huius repetitiōis causam dat Maldonatus, scilicet vt ex tertio membro: *Et Deus erat Verbum*, quasi ex ratione vel causâ, duo priora membra probet vel cõfirmet, q. d. Quia Verbum est Deus; hinc sequitur ipsum in principio fuisse apud Deum Patrem, hoc esse æternum & Patri coæuum, & æquale.

Tertiam dat S. Hilar. lib. 2. de Trinit. ne quis ex eo quòd dixit Verbum esse Deum, idemque esse apud Deum, suspiceret duos esse deos; scilicet vnum qui sit Verbum, alterum apud quem sit Verbum, sicut Manichæi duo posuerunt rerum principia, siue duos Deos, vnum qui sit creator corporum & rerum corporalium, alterum qui sit creator angelorum & rerum spiritalium. Dicit ergo Ioannes, Verbum ita esse apud Deum Patrem, vt idem cum Patre sit Deus, quia apud Patrem est tanquam Verbum, cum eo in eadem deitate coniunctum, imò vnum idemque, sed hypostasi & persona ab eo distinctum.

OMNIA PER IPSVM (VERBUM) FACTA SVNT] **VERS. 3.** Omnia, scilicet quæ non sunt Deus, per Verbum facta, id est, creata sunt, vt mox explicat, Omnia scilicet ab angelo usque ad vermiculum, ait S. Augustinus qui & addit: *Inter dicentem Deum & factam creaturam, quid est per quod factum est, nisi Verbum, per quod Deus dixit: Fiat & factum est iuxta illud: Dixit, & facta sunt.* Hoc est quod ait Apostolus: *In ipso (Verbo siue Christo) condita sunt vniuersa, in cælis & in terra, visibilia & invisibilia: siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, omnia per ipsum, & in ipso creata sunt,* Coloss. 1. 16. *Et, per quem fecit & secula,* Hebr. 1. 2. *Et, Verbo Domini celi firmati sunt, & spiritus oris eius omnia virtus eorum,* psal. 32. 6.

Ergo ex hisce S. Ioannis verbis perperam Macedoniam negantes Spiritum sanctum esse Deum, inferebant ipsum esse factum, id est, creatum per Verbum, ac proinde ipsum esse creaturam, non creatorem: quia id omnia refert tantum ea quæ facta, id est, creata sunt, non autem increata, qualis est Spiritus sanctus, qui eadem cum Filio & Patre est Deus, & creator omnium. Nam alioqui si generalissimè id omnia accipias, ex eo inferes, etiam Patrem esse factum, id est, creatum per Verbum, quod est absurdissimum, vt doctè contra Macedonianos docet S. Gregorius Nazianzenus orat. de Spiritu sancto. Verum S. Ioannes Spiritus sancti hic non meminit, quia Verbi dumtaxat generationem & in-

Macedonia-
norum heresi.

& incarnationem describit. Itaque cum v. 1. & A 2. dixisset Verbum in se esse Deum, esse æternum, esse apud Patrem, id est, *ous eon*, & æquale Patri; nunc v. 3. declarat, quomodo idem Verbum se habeat ad creationem & creaturas, alle- ritque omnia per ipsum esse creata: vnde gradatim v. 9. & seq. descendit ad hominem, docetque quomodo Verbum se habuerit ad hominè, atque affueerat illud hominis carnem & naturam assumpsisse, vt cum illuminaret, redimeret, saluaret & bearet. Huc enim tota hæc eius narratio & spectat & refertur.

Per quid significet hic?

Nota Præpositio *per*, cum dicitur, *per ipsum* hic non significat causam instrumentalem, aut ministrum; quasi Verbum fuerit instrumentum, vel minister Dei, per quod crearet omnia; vt voluit Origen. (qui proinde à nonnullis vocatur pater Arrianorum) & Arriani; sed significat causam principalem, vt & Genes. 4. 1. *Possedi hominem per Deum*, Prou. 8. 15. *Per me reges regnauit*, Gal. 4. 7. *Quid si filius, & heres per Deum*, 1. Cor. 1. 9. *Fidelis Deus, per quem vocati estis.* Ecce hic alijque locis, præpositio *per* tribuitur Deo Patri, qui est prima omnium causa. Significat ergo id per huc, Verbum cum Patre esse causam principalem creationis rerum omnium, ac consequenter Verbum esse omnipotens, effcax; Deum. Ita S. Chrysof. Theophyl. Euthym. hic, ac S. Athanas. Basil. & alij scribentes contra Arrianos, Quocirca Paulus Hebr. 1. 10. illud psal. 101. 26. *Initio tu Domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt celi,* de Verbo, siue Filio, interpretatur, *Namquam profecto id afferturnus, inquit Chrysof. nisi conditorum Filium, non ministrum arbitraretur, ac Patri & Filio pares esse intelligeret dignitates.*

Per Verbum omnia. Primò.

Dices, Cur ergo S. Ioannes potius dicit per Verbum omnia esse facta, quàm à Verbo? Resp. Primò, vt significet Verbum à Patre procedere, esseque genitum: *Neque illum esse ingentium sufficere*, ait S. Chrysof.

Secundò.

Secundò vt significet Verbum esse ideam rerum creatarum, iuxta quam Pater cum Filio creauit omnia. Artifex enim omnia opera suæ facit per ideam, sapientiam, conceptum, siue verbum mentis suæ: hæc autem omnia appropriantur Verbo diuino, siue Filio, qui est Sapientia genita, sed increata, & per consequens appropriatur ei, quòd per ipsum omnia sint facta. Ita S. Cyrillus.

Tertiò.

Tertiò, propriè dicit per Verbum omnia esse facta, quia Verbum à Patre accipit cum essentia diuina, omnipotentiam, & actionem eandem numero, quâ simul cum Patre omnia creat; quare Verbum est quasi medium inter Deum Patrem & creaturas, ac proinde rectè dicitur Pater per ipsum, vt causam principalem à se genitam, fecisse omnia.

Nihil quid?

ET SINE IPso FACTVM EST NIHIL] *Nihil*, id est, malum, putà res corruptibiles, quæ assidue tendunt in nihilum, ex quo prodierunt, inquebant Manichæi: hi enim censabant res corporales & cor-

Res. Primò.

ruptibiles non esse creatas à Deo & Verbo, sed à dæmone vel Deo malo esse conditas. Rides hoc S. August. lib. de Natura boni, contra Manichæos cap. 25. ac futile fallumque hoc esse liquet ex Græco, qui pro *nihil* habet *sd' ev*, id est, *neque vnum*; Syrus, etiam non *vnum*, q. d. Ne vnum quidem factum est sine Verbo, sed omnia omnino, usque ad vnum & vltimum, per illud creata sunt. Vnde Arabicus clarè vertit, *omnia per ipsum facta sunt, & sine ipse non fuit quidquam eorum que facta sunt.*

Secundò, S. August. per *nihil*, accipit peccatum, q. d. Omnes res creatæ sunt per Verbum; excepto nihilo, id est, peccato, cuius auctor est diabolus & mala voluntas, non Deus, nec Verbum. Sicut enim malum, non est ens, sed priuatio entis & boni: sic pariter peccatum est priuatio rectitudinis & bonitatis, quæ operi inesse debet, ac consequenter peccatum est quasi nihil. Verum hoc subtilius est quàm solidius, ac coactius quàm germanius, teste S. Hieronymo in c. 2. Michææ, atque refellitur ex Græco *sd' ev*, *neque vnum*, & ex eo quod sequitur: *Quod factum est: hoc enim tantumdem valet, ac si dicas: Nihil*, id est, nulla res, quæ facta est, facta est sine Verbo, sed omnes omnino per illud factæ & creatæ sunt, Hic enim sensus est planus & genuinus.

Secundò.

Quod factum est] Triplex est hic dis- pectio, & consequenter triplex lectio & intellectu, triplexque sensus: Prima est: *Sine ipso factum est nihil, quod factum est in ipso*, ac deinde ponitur punctum, post quod noua sententia sequitur: *Vita erat, & vita erat lux hominum*, &c. ita dispungit legitque S. Hilar. lib. 2. de Trinit. S. Epiphani. in Anachorato, & alij nonnulli.

Triplex lectio.

Verum hæc lectio passim ab alijs reijcitur, Videtur enim ineptam continere tautologiam, cum ait: *sine ipso, & mox, in ipso.*

Prima.

Secunda lectio est: *Sine ipso factum est nihil, deinde punctum, post quod noua sequitur sententia: Quod factum est in ipso, vita erat.* Ita dispungit legitque S. August. Tertull. Contra Hermog. S. Ambrosius lib. 3. de Fide cap. 3. & passim Latini: atque è Græcis Clemens Alexandr. lib. 1. Pedagog. cap. 6. & S. Cyrillus hic: quod S. August. sic explicat, q. d. Omnis res facta & creata per Verbum, antequam fieret & crearetur, erat in ipso Verbo vitaliter & intellectualiter. Erat enim in ideis & rationibus æternis, quæ viuunt in Verbo. Erat ergo vita, id est, viuēbat in mente & idea Verbi. Aliter explicat S. Cyrill. q. d. Omnis res facta erat vita in Verbo, id est, vitam, hoc est, vigorem & essentia suæ conseruationem accepit, & continuè accipit à Verbo, quamdiu est & existit.

Secundò.

Tertia lectio communis est Syrorum, Arabicorum & Græcorum, S. Chrysofomi, Theoph. Nonni, Euthymij & Leontij in Catena: *Sine ipso factum est nihil quod factum est*, deinde punctum; mox noua incipit sententia: *In ipso vita erat.* Hæc lectio est planissima, quocirca eam sequuntur Biblia Romæ correctæ, aliæque Latina perplura. Sensus enim planus est. q. d. Nihil quod factum est sine Verbo factum est, sed omnes res factæ à Verbo, factæ sunt.

Tertia.

Addit hoc contra Macedonianos argutantes: Si omnia per Verbum facta, id est, creata sunt; ergo & Spiritus sanctus per Verbum factus, id est, creatus, & in-

Y 2

est

est creatus, est, ac consequenter Spiritus sanctus est creatura. Excludit enim hoc Ioannes, addens quod factum est, q. d. Cum dico omnia per Verbum esse facta, non intelligo Spiritum sanctum sed tantum ea quae facta & creata sunt. Ergo quod factum est, limitat & determinat quod nihil, q. d. Nihil quod factum est, sine Verbo factum est; nulla res, quae creata, sine Verbo creata est, sed omnia per Verbum producta sunt.

VERS. 4.

IN IPSO VITA ERAT, ET VITA ERAT LUX HOMINUM] Vita est res praestantissima, sicut mors est pessima. Vita ergo fontem S. Ioannes hic assignat Verbo: In ipso enim vivimus, movemur & sumus. Act. 17. Hinc & Graeci suum Deum vocant Ζην, id est, vivere, quod omnibus viventibus vitam inspiret. Sensus ergo est, q. d. Vera nostra vita gratiae & gloriae in ipso Verbo erat, velut in sui origine & fonte. Unde ut ipsum hanc vitam & lucem hominibus communicaret, ad eos, descendit & hominem se fecit: ut sicut per Verbum macrocosmus, hoc est magnus hic mundus, olim creatus est, ita & per illud ipsum microcosmus, id est parvus mundus, puta homo, recrearetur, & a morte peccati ad vitam gratiae & iustitiae revocaretur. Ita se explicat S. Ioannes, cum subdit: Et vita erat lux hominum. Et in epist. 1. cap. 1. v. 2. loquens de Verbo vitae: Et vita, inquit, manifestata est, & vidimus, & testamur, & annuntiamus vobis vitam aeternam, quae erat apud Patrem, & apparuit nobis. Et c. 5. v. 17. Ne cognoscamus verum Deum, & simus in vero Filio eius. Hic est verus Deus, & vita aeterna. Vide ibi dicta. Hac de causa S. Ioannes passim Christum vocat vitam. Ita S. Chrysost. & Theophyl. hic. Ammonius in Catena. S. Ambros. lib. 3. de Fide c. 3. & 5. Athanasius lib. 3. de Assumptione hominis, contra Marcellinum.

In Verbo est vita.

Secundum.

Tertio.

Primo de vita formali: In ipso vita erat: hoc est, ipsa Verbi substantia est vita, ipsum Verbum est vita subsistens, ait Oecum. in epist. 1. S. Ioan. c. 1. Ipsum Verbum essentialiter est vita: ipsa enim eius essentia est vivere & vita. Vinit enim vitam divinam, perfectissimam, immensam aeternam, beatissimam; quae origo & fons est omnis vitae angelicae, humanae, animalium & plantarum. Secundum, in Verbo est vita idealis, sive exemplaris, quia in Verbo quasi in idea vivunt semper rationes rerum omnium rationes, ut ait S. August. Verbum enim est omnium creaturarum idea, idea autem est ipsa essentia & vita Dei. Ita S. August. tract. 1. in Ioann. Sapientia Dei, inquit, secundum artem continet omnia: terram videlicet, lunam, solem, lunam, sunt ista in arte, sed foris corpora sunt, in arte vita sunt. Alio vero loco: Propterea (ait Ioannes) quod factum est, in ipso vita erat, omnia quae facta & vitam non habent, in ipso Verbo Dei vita sunt, in seipsis vita non sunt. Sic ergo Verbum est vita omnium creaturarum, etiam inanimatarum, quia omnes vivunt in Verbo, ut potest quod totum est vita.

Tertio, in Verbo est vita causalis naturalis, quia Verbum causat & efficit omnia viventia, cuiusque suam vitam communicat; scilicet plantis vitam vegetativam, animalibus vitam animale, hominibus rationalem, angelis angelicam. Rursum, in Verbo quasi in causa efficiente, est vita,

A id est omnium rerum vigor, duratio & conservatio, quia haec per Verbum sunt: Verbum enim omnibus rebus dat vigere, vivere, durare & permanere. Ita S. Chrysost. Cyrillus, Theoph. Unde Iansenius sic exponit, q. d. Vita naturalis viventium, pendet a verbo; quasi sensum Ioannes a vita viventium descendat ad hominem, eiusque vitam acceptam a Verbo.

Quarto & magis genuine, vitam hic accipias causalem supernaturalem, q. d. In Verbo quasi in fonte & causa primigenia erat vita nostra supernaturalis, puta gratiae & gloriae, ideoque ut hanc vitam nobis impetraret, incarnatus est & factus homo, ut initio dixi. Supernaturalis enim vita est duplex inchoata per gratiam, qua homo iustus per fidem, spem & charitatem servat Deo, vivitque vitam supernaturalem, in Deum supernaturaliter credendo, sperando, eumque super omnia amando: altera vita supernaturalis est consummata per gloriam, qua Beati Deo fiuntur, deliciantur & beatantur in aeternum. Alludit ad illud psalm. 45. Apud te est fons vitae, & in lumine tuo videbimus lumen, hoc est, ait Theodor. apud te est Verbum internum, fons vitae; & in lumine Spiritus sancti, lumen vigenitui tui vernemus. Vide S. Dionysium cap. 6. de Divin. nomin. ubi docet Deum esse originale vitam. Primum, vitae angelicae; Secundum, humanae; Tertium, animalium; Quarto, plantarum; Quintum, iustorum; Sextum, Beatorum.

ET VITA ERAT LUX HOMINUM] Quia homines illuminantur spiritualiter per fidem & gratiam. De spirituali enim & supernaturali luce loquitur, non de corporali & naturali, ut pater ex sequi. Sensus est, q. d. Vita nostra, quam paulo ante dixi fuisse in Verbo, erat haec Verbi illuminatio, qua homines cognitione Dei & salutis suae illuminavit exterioris, per verba & exempla sanctas interioris, per lumina caelestia menti indita, quibus mentem illustravit & illustrat. Haec est causa cur Verbum sit caro factum, & cur Ioannes Baptista a Deo sit missus, ut ei fieret testis, ut paulo post dicam. Sed anticipat Ioannes hic, & lucis mentionem interijcit, eo quod homines ingrati tantum vitae & lucis donum non receperint, quod mox inculcare volebat. Ita Clemens Alexandr. Exhort. ad Gentes: Verbum, ait, quod erat apud Deum, doctor apparuit, Verbum per quod omnia sunt fabricata, & quod cum eo, qui finxit, vitam simul praeavit, ut opifex, bene vivere docuit, cum apparuisset ut magister, ut postea semper vivere suppeditaret ut Deus.

Symbolicè, quomodo Deus sit lux primo, formalis; secundo, idealis; tertio, causalis; quarto, supernaturalis omnis omnino lucis, vide apud S. Dionysium de Divin. nomin. c. 2. 4. & 7.

ET LUX IN TENEBRIS LUCET, ET TENEBRAE EAM NON COMPREHENDERUNT] q. d. Lux natura sua solet tenebras illuminando dispellere, & sic Verbum, puta Christus, quia lux est, fecit quantum est ex parte sua; sed tenebrae, id est, homines ignorantia, infidelitate, cupiditatibus & peccatis suis obstinati, mentis suae oculos clausurunt, & noluerunt hanc lucem admittere.

Nota. Christus, quia Deus, est lux formalis in-creata, quia homo vero, etiam est lux causalis, quia ipse hominibus causa est omnis sapientiae, gratiae,

Quarto.

VERS. 5.

gratiae & gloriae, non tantum dans eis lumen naturale rationis, ut explicant Origenes & Cyrillus: sed etiam & potius dans his lumen supernaturale fidei & sapientiae; unde à Malachia. c. 4. 2. vocatur sol iustus.

Nota. Hic Christus homo vocatur lux, quia maxime luxit post carnem assumptam: fuit tamen etiam lux ante eam, mundi exordio: nam sicut sol, antequam horisorem ascendat, aliquos aurora radios praemittit, quibus mundum illuminat, sic & Christus. Ita S. Augustinus tract. 1. in Ioannem: Hoc est quod ait Pater ad Christum: Dedi te in lucem Gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terrae, Isaia 49. 6. Et Christus: Ego sum lux mundi, Ioan. 8. ac de eo Simeon: Lumen ad revelationem Gentium, & gloriam plebis tuae Israel, Luca 2. 3.

Pulchre S. August. hom. 43. inter 50. laedo, ait, venit Christus illuminator, quia diabolus fuerat excicator. Ita S. Gregorius Nyssenus orat. de Nativiti. Christi: Puritas, ait, in nostris cordibus versatur, fordes vero puritatem non attingit, sicut ait Evangelista, quod lux in tenebris lucet, & tenebrae eam complexae non sunt. Et S. Augustinus epist. 120. ad Honoratum: Filii, ait, Dei non est absens etiam mentibus impiorum, quamvis enim non videant, sicut nec ulla lux videtur, oculis praesentata cecorum. Idem lib. 1. de Pecc. mer. cap. 25. Sicut sol à cecis, quamvis eos suis radijs, quodammodo velat, sic & salutaris tenebris lumen Dei non comprehenditur. Lucet autem lux Verbi in tenebris impiorum hominum, per lumen rationis per creaturarum voces, quae omnes creatorem esse, esseque venerandum & amandum clamant: per legem naturae menti inscriptam, per legem novam, per Scripturas, doctores, concionatores, sanctas inspirationes, &c. Unde idem Augustinus tract. 2. in Ioan. Noli cadere, ait, in peccatum, & non tibi occidet hic sol, si tu feceris casum, tibi faciet occasum. Si vis videre lucem, esto & tu lux: si enim tenebras & tenebrosas cupiditates ames, obtenebrabunt, imò excæbunt te.

Fides & gratia comparantur luci, peccata vero tenebris.

Nota. In S. Scriptura, praesertim apud S. Ioannem hic, & in epist. fides & gratia Christi comparantur luci, peccata vero tenebris, ob multas & appositas analogias: lux enim caelestis & nobilissima inter naturales est qualitas, celerissima efficacissima, impassibilis, purissima, quae nullis fordibus, licet ijs immista, foedari potest; affertens splendorem, calorem, lætitiā; faciens res omnes videri, vitam & vigorem omnibus viventibus afferens; talis est & Deus, Deique gratia: contrarium est in peccatis, quorum proinde symbolum sunt tenebrae. Adde, quod gratia ad aeternam lucem & gloriam, peccata ad imas & summas tenebras ducunt. Vide dicta in epist. 1. S. Ioan. c. 1. v. 5. & 6. ubi ex S. Dionysio de Divin. nomin. c. 15. recensui triginta analogias lucis suae ignis & gratiae, ac octo analogias tenebrarum & peccatorum. Vide & quae de umbra mortis dixi Luca 1. v. 79. & Isaia 9. 2.

NON COMPREHENDERUNT] Graecè, & κατέλαβεν, id est, non apprehenderunt, ut vertit Vatabl. non susceperunt. Unde Noster v. 11. & 12. vertit, non receperunt: Verti quoque potest, non detinuerunt, non occuparunt, non anteverterunt: & tunc maior est emphasis, q. d. Tenebrae, id est, homines infideles & impij, Deum & viam salutis ignorantes, Cornel. in Ioannem.

A visâ luce Verbi, debuerit eam detinere, imò occupare & antevertere, ut per eam Deum & viam salutis suae cognoscerent: at tanta fuit eorum cecitas & prauitas, ut eam vltro se offerrentem, illi solique ambientem amplecti & recipere noluerint, sed illi clausurint oculos, nec eam admittere, vel recipere voluerint: Erant enim mala eorum opera, ut ait Ioannes c. 3. 19.

ERAT HOMO MISSVS A DEO, CUI NOMEN ERAT IOANNES] cognomen Baptista, à baptismo poenitentiae quem instituit. Missus, scilicet, ut ait Lucas c. 3. 1. anno quimodécimo imperij Tiberij Caesaris factum est verbum Domini super eum in deserto, & venit in omnem regionem Iordani, &c. Trigitur, ait Chrysost. cum à Deo missum intelligas, nihil iam humanum ab eo dici annunciarive existimes, sed divina omnia, Non enim suum quidquam, sed mittentis arcana denunciat. Idcirco Angelus appellatur hoc est nuncius: est enim nunciij officium nihil esse scire. Ita S. Chrysost. & ex eo Theoph. Dicit ergo Ioannem missum à Deo, ut ei pondus auctoritatis addat, eiusque de Christo testimonium, non tam humanum quàm diuinum esse ostendat.

HIC VENIT IN TESTIMONIUM] (ad testandum, sive ut esset testis, ut testimonium perhiberet veritati, scilicet quod Iesus esset Messias, saluator mundi) UT TESTIMONIUM PERHIBERET DE LUMINE] puta ut testaretur Iesum esse verum lumen mundi, & ab eo nos debere omne lumen fidei, & notitiam salutis expectare & postulare.

Nota. Licet lux solet distingui à lumine, sicut causa ab effectu; lux enim solis producit lumen in aere; hic tamen idem sunt lux & lumen; pro utroque enim graecè eadem est vox φῶς, id est lux, quam noster Interpres copiae causa nunc vertit lux, nunc lumen. Rursum graecè additur articulus το φῶς, id est, illa lux, scilicet spiritualis, eximia, immensa, diuina, ex se lucens, quae per se & essentialiter est lux, & fons omnis lucis, ac quasi sol quidam diuinus, cuius respectu Ioann. Baptista erat luna dumtaxat, vel lucifer: quia sicut lucifer siue helios praestitit solem, sic Ioannes praestitit Christum, quasi solis iustitiae anteaumbulo. Sensus est, q. d. Quia lux deitatis abscondita erat in humanitate Christi, abiecta, vili & paupere, quasi in lucerna obscura & umbrosa, ut homines eam non viderent, nec cognoscerent: hinc Deus misit Ioannem, ut lucem hanc detegeret, ostenderet, ac testaretur Iesum verè esse Deum, Deique Filium, & mundi doctorem & redemptorem. Nam, ut ait Paulus: Deus lucem habitat inaccessibilem, quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest, 1. Timoth. 6. 16. Rursum Filius est splendor gloriae, & figura substantiae eius (Dei Patris) Hebr. 1. 3. Idem candor est lucis aeternae, & speculum sine macula Dei manifestatis, & imago bonitatis illius, Sapien. 7. 26. Vide ibi dicta.

UT OMNES CREDERENT PER ILLUM] q. d. Ut omnes Ioannem audituri, in Christum, quasi in lucem crederent, & credentes iustificarentur ac saluarentur. Per illum, scilicet Ioannem, qui Christum digito ostendens: Ecce, inquit, agnus Dei qui tollit peccata mundi. Unde Nonnus: Per illum, inquit, id est, per vultus praecursoris (Ioannis) vocem.

NON ERAT ILLE LUX, SED UT TESTIMONIUM PERHIBERET DE LUMINE] Iudaei & Scribae, ob praedicationem & vitam caelestem Ioannis in eremo, putabant ipsum esse lucem, id est,

VERS. 6.

VERS. 7.

VERS. 8.

id est, Christum. Elidit idipsum hoc Ioannes Evangelista, q. d. Ioannes Baptista non erat lux, id est, Messias, doctor & saluator mundi; sed tantum eius testis & index; qui omnem suam cognitionis, prophetie & gratie lucem a Christo acceperat. Vnde ipse c. 5. 35. vocatur lucerna ardens & lucens. Sed non proprio igne ardebat, inquit Origenes, non propria luce lucebat. Stella erat matutina, sed non a seipso proprium lumen accepit; gratia ipsius que praeirebat, in eo ardebat & splendebat. Non erat illa lux, sed particeps luminis suum non erat, quod in se ipso se fulgebant.

VERS. 9. Christus lux vera. Primò.

ERAT (aliam Ioannem, puta ipse Christus) LUX VERA; QUAE ILLUMINAT OMNEM HOMINEM VENIENTEM IN HUNC MUNDUM] Quæres, cur Christus dicitur lux vera, vel, ut Græca nomenclatura habent, ἡ φῶς τὸ ἀληθινόν, id est, illa lux illa vera? Resp. Quia Verbum est prima increata, naturalis & per essentiam lux. Ioannes verò Baptista & ceteri Sancti sunt lux per Verbi communicationem & participationem dumtaxat: quia omnes lumen fidei & gratie emendicant a Christo, seu luna & planeta a sole: quare si cum Christo comparentur, quia in infinitum ab eius claritate superantur, non merentur nomen lucis. Christus ergo solus lux est, & solus lucis nomen meretur; sicut Dei nomen est ἰεῦσθς, hinc qm est, quia ipse est verum essentiale, æternum & immensum ens, cetera verò omnia ab eo particulam entitatis hauriunt: quare respectu Dei habent esse ad eum imperfectum & diminutum, ut potius non esse, quam esse videantur: sunt enim quasi umbra entis quaquaversum immensum, quod est Deus; qui proinde solus verum est ens, siue ὁ ὢν, ut dixi Exodi 3. 14. Vnde hic cap. 7. 28. Christus ait: Ἔγώ εἰμι (Deus Pater) qui misit me.

Secundò.

Secundò, Christus est vera lux mundi, quia æquis doctrina & fides opposita est falsis doctrinis & erroribus Gentilium philosophorum; Sacrae doctrinæ, hæreticorum, atheorum, &c. Vera enim lux est, meta, pura, sincera clara genuina, quæ nil habet ficti, nil obscuritatis, nil umbræ, nil diminutæ lucis.

Tertiò.

Tertiò, quia Christus longè verius & perfectius nos illuminat, quam omnis lux corporea, ut ab ea metaphora ducatur, in qua proinde lux spiritualis dicitur mereri sola nomen lucis, lux verò corporea eius dumtaxat esse velut umbra. Simili modo & sentu ait Christus c. 15. 1. Ego sum vitis vera, ac c. 6. 55. vocat se verum panem. Sic ahibi sæpè verum vocatur, id quod perfectum est, eminens & excellens.

Quarto.

Quarto, Christus est lux vera, quia latissime & plenissime, quaquaversum lumen suum diffundit: vnde ubique ipse est vera lux; nam, ut explicans subdit Ioannes, illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Omnes enim fideles & Sancti, quantumque & quotquot fuerunt a principio mundi, sunt & erunt, omne suum fidei & gratie lumen hausere, hauriunt & haurient a Christo. Ioannes verò Baptista lux fuit Iudææ dumtaxat, qui est angelus terræ, idq; tempore Herodis tantum. Simile est de ceteris Sanctis.

Denique Ioannes & ceteri exterius tantum, sonorâ voce auditores suos docuerunt, mentem verò per se & immediatè illustrare non potuerunt: utrumque autem facit Christus. Vox enim ferit aures dumtaxat, sed Christus sua gratia mentem ferit & illuminat: vnde ipse solus dicitur illuminare omnem hominem.

Hac de causa Christus passim a Ioanne vocatur veritas, ut cum Christus ait cap. 14. Ego sum via, veritas & vita. In Christo enim fuit omnis veritas, illaque quadruplex, scilicet veritas entis, veritas mentis, veritas oris, veritas operis.

Latet in occulto veritas; sic vera deitas latebat occulta in humanitate Christi. Eadem tamè semper latere non potest. Nam ut ait Cicero pro Cælio: O magna vis veritatis, quæ contra hominum ingenia, calidatatem, soleritiam, contrariâ, siclas omnium insidias, facile se per se ipsam defendat. Hinc veritas premi potest, opprimi non potest; perinde ut sol nubibus tectus latet, sed mox radiorum suorum vi nubes dissipat, & clarus effulget: sic & veritas, sic & Christus.

Quocirca veritas græcè dicitur ἀλήθεια, ab ἀ privatio, & λῆθη, id est oblitio, quod oblitio nem arceat, quodque in eam nulla cadat oblitio, nullus error, nulla falsitas. Hanc haurimus a Christo, tamquam a Patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio, Iacobi 1. 17.

Porrò magna est affinitas verbi, & veri siue veritatis. Vnde licet nonnulli apud Augustinum lib. de Princip. Dial. c. 6. verbum deriunt a verberando, vel verberatu, ut verbum sit verber, & quod verberato lingua intra palatum aëre, formatur verbum: melius tamen Varro; & ex eo S. August. l. 1. 5. de Trin. II. verbum a vero & veritate deducunt; eò quod verbum sit vera cogitationis, & rei cogitæ intellectusque imago.

Quando ergo quod est in veritate, hoc est in verbo, ait S. August. II. c. 1. est verum verbum & veritas, hoc autem semper est in Verbo hoc diuino: nam humanum sæpè fallit & fallitur.

ILLUMINAT OMNEM HOMINEM] quantum in ipso est: vnde qui non illuminantur, sibi tribuant culpam, quia lumen fidei & gratie a Christo oblatum recipere noniunt; sicut sol illuminat omnes qui in domo sunt, quantum est ex parte sua; sed si quis si nestram claudat, impedit ne sol illum illuminet: hæc ipse erit culpa, non solis: alludit enim ad solem, qui totum mundum illuminat. Ita S. Chryl. Cyrillus, Theophyl. Euthym. Et patet ex præced. Idem enim dicit cum eo quod dixit v. 5. Lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Loquitur de lumine supernaturali & gratie, sicut S. Cyrill. explicet de lumine naturali rationis. Deus enim dedit cuique homini lumen rationis, ut per illud sciat quid bonum sit, quid malum; quid amplectendum, quid fugiendum.

Porrò S. August. arctius hæc accipit: nam ut contra Pelagianos doceat non omnibus hominibus dari gratiam, scilicet congruam & efficaciem; quæ eos conuertat, iustificet & beatificet de causa ad omnem hominem sic Primò, exponit, ex omni hominum genere aliquos illuminat, v. g. aliquos ex Indis, aliquos ex Persis, aliquos ex Afris, aliquos ex viris, aliquos ex feminis, aliquos ex pueris, &c. ut sit distributio, non pro singulis generum, sed pro generibus singulorum, ut vocant Logici.

Secundò, sic exponit, q. d. Omnis homo qui

Christum illuminat omnem.

Secundò. illa.

illuminaatur, a Christo illuminatur; quia nisi ab ipso nullus illuminatur; ait S. August. Enchir. 102. & lib. 1. de Pec. mer. c. 25. Sic vulgò dicimus: Hic Magister docet omnes pueros huius civitatis, scilicet eos qui doceri volunt: q. d. Nullus est qui doceat in hac urbe, nisi hic magister, quare qui doceri vult, hunc adeat oportet. Simili modo S. August. exponit illud 1. Timoth. 2. 4. Deus vult omnes homines salvos fieri. Vide ibi dicta.

VENIENTEM IN HUNC MUNDUM] Id est, nascentem in hoc mundo: est hebraismus: sic enim solent Hebræi hominem, vel hominis natiuitatem describere. Græcum ἐγγενεσθς, verti potest, veniens, scilicet lux, q. d. Lux veniens in hunc mundum, id est; Christus nascens in mundo, quantum est ex se, illuminat omnem hominem. Ita S. Aug. l. 1. de Pec. mer. c. 25. Simili enim modo de Christo dicitur c. 3. v. 19. Lux venit in mundum. Et c. 12. 46. Ego lux in mundum veni. Verum Interpretes sepe omnes Græci & Latini vertunt, venientem in accusatiuo.

VERS. 10.

IN MUNDO ERAT, ET MUNDVS PER IPSVM FACTVS EST, ET MUNDVS EVM NON COGNOVIT] In mundo erat, scilicet Verbum, siue Filius. Deitæ enim quæ Deus, ab initio mundi erat in eo per essentiam, præsentiam & potentiam, atque per vim suam & providentiam mundi conseruatricem & gubernatricem, iuxta illud Pauli Actor. 17. 27. Non longe est ab unoquoque nostrum: nam in ipso vivimus, & mouemur, & sumus. Ita S. Chryl. S. August. ceterique Græci & Latini. Aliter Maldonatus: Verbum, inquit, in mundo erat per humanitatem assumptam, postquam per incarnationem factum est caro. Verum de incarnatione ager vers. seq.

ET MUNDVS PER IPSVM FACTVS EST] id est accipitur pro quoniam, aut neruosius pro quia, ut sit causale, q. d. Ideò Verbum erat in mundo, quia per ipsum mundus creatus est, conseruatur & subsistit. Verbum enim est quasi basis, imò quasi anima mundi, ut censuit quoque, Gentilis licet, Platò. Sapienter Philo: Creator, ait, proprium est benefacere; creatura gratias agere. Verum ipsa sui officij sæpè obliuiscitur. Deus nunquam, imò in ingratos quoque beneficis est.

ET MUNDVS EVM NON COGNOVIT] Est hebraismus: græcizat enim Interpretes, quia vertit, eum, scilicet ὁ ὢν, id est, Verbum: ὁ ὢν enim Græcis est masculini generis, cum alioqui latinè dicendum fuisset illud, scilicet Verbum. Simile est Hebr. 9. 2. & alibi, ut ibidem annotaui. Inculcat Ioannes ingratitudinem mundi, quod suum auctorem, quem semper habet præsentem, & a quo creatus est & conseruatur, putà Verbum siue Filium Dei, non cognouit.

Porrò ludit in voce mundus, Primò enim proprie mundum accipit pro toto vniuerso, & omnibus quæ in eo sunt: hæc enim omnia a Verbo sunt facta. Cum ergo subdit: Et mundus eum non cognouit, per mundum intelligit incolas mundi, putà homines mundo deditos, & diuina non sapientes: hi enim non cognouerunt suum auctorem, putà Verbum, siue Filium Dei. Ita S. August. S. Chryl. Theophyl. & Euthymius.

Nota hic, ex mundi officio naturaliter posse cognosci Deum vnum in essentia: non autem trinum in personis, ac consequenter ex eo non

posse cognosci Verbum, quæ Verbum. Culpat ergo mundum, id est, mundanos homines Ioannes; quod Verbum, non quæ Verbum, sed quæ Deum mundi creatore, ex mundi fabrica, quasi ex vngue leonem, & ex pictura Apellem non cognouerint. Et sic respondent rationi Maldonati qui ex hisce verbis contendit Ioannem loqui hic de Verbi incarnatione, q. d. Mundani non cognouerunt Verbum incarnatum, scilicet Iesum esse Deum, Deique Filium: nam iidem cognouerunt ex mundi fabrica deitatem, siue vnum Deum mundi opificem. Hæc Maldonatus. Sed responderet eos non cognouisse Verbum, ut Verbum, siue personam Filij, ut dixi: quoniam multi ex mundi fabrica non cognouerunt Deum eius fabricatorem. Fateor nonnullos, ut Patriarchas & Prophetas, cognouisse Verbum, siue Dei Filium, de eoque prophetaffe. Verum hi illud cognouerunt ex peculiari Dei reuelatione, non ex fabrica mundi. Deplorat ergo Ioannes humanæ infirmitatis, post lapsum in peccatum, cæcitate & ignorantiam, quod cum fide amiserit cognitionem sui creatoris & saluatoris, putà Verbi siue Filij Dei.

IN PROPRIA VENIT, ET SVI EVM NON RECEPERVNT] Arabic. ad proprios venit, & proprios non receperunt, Vnde per propria vel proprios S. August. Cyrillus, Chryl. Theophyl. Euthymius accipiunt Iudæos: hi enim erant populus Deo proprius. Deique cultui & Ecclesiæ dicatus. Melius iidem per propria & proprios accipiunt totum mundum, omnesque homines mundi incolas. Idem enim dicit Ioannes, alijsque verbis more suo repetit & inculcat cum eo quod paulò antè dixit: in mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. Audi S. Cyrillum in Conc. Ephesino: Venit Virgenitus ad proprios, & præcipue ad Israelitas, simul atque carnis sumptus factus est homo.

ET SVI] Non omnes, sed multi: nam nonnulli Iesum ut Christum receperunt, sicut duodecim Apostoli, 72. discipuli, & alij vsque ad 500. 1. Corinth. 15. 6. sed hi præ reliquis Iudæis, qui eum non receperunt, fuere pauci, quæ sanè fuit magna Iudæorum ingratiuo & malitia, Christi verò mortificatio, contemptus & humiliatio non exigua; Dei autem consilium admirabile, & iudicium inscrutabile, ut per Iudæorum repulsum Evangelium ab Apostolis transferatur ad Gentes toto orbe diffusas, ut docet Apostolus Rom. 11.

QUOTQUOT AVTEM RECEPERVNT EVM, DE DIT EIS POTESTATEM FILIOS DEI FIERI, HIS QUI CREDVNT IN NOMINE EIVS] id est nomen eius, hoc est in eum: non enim Christi eius personam significat. Pronomen qui refer non ad filios Dei; sed ad quotquot. Pater ex Græco dicit, quod cum sit masculinum, nequit referri ad neutrum ἰουδα, id est, filios, sed ad ὅσοι, id est, quotquot. Sensus est, q. d. Quotquot Christum receperunt, putà omnibus his qui credunt in nomen eius, cuiusque fidei & legi obediunt, dedit potestatem filios Dei fieri: sic se explicat S. Ioannes epist. 1. c. 5. 1. Omnis, inquit, qui credit quoniam Iesus est Christus, ex Deo natus est.

POTESTATEM] Græcè ἐξουσίαν, id est, dignitatem, potestatem, facultatem, libertatem & ius, ut scilicet hoc ipso, quo Christum fide & fidei

VERS. 11.

VERS. 12.

Sacramento, id est baptismo, aut certe fide per charitatem formatâ, quæ votum, siue desiderium baptismi includit, recipiunt simul quidem tempore, sed posteriùs naturâ iustificentur, fiantque & sint (Græcum enim γενέσθαι & fieri & esse significat) filij Dei adoptiui per participationem & gratiam, sicut ipse Christus Filius est Dei naturalis per suam hypostasin diuinam.

Quocirca Clemens Alexand. adhort. ad Gentes, ait Christum sua incarnatione terram in cælum mutasse, ac ex hominibus angelos in deos fecisse, ideoque ipsum pulchrum esse aurigam, qui currum, siue bigam fidelium, putâ Iudeorum & Gentium, agat in cælum, dirigatque ad beatam immortalitatem.

Igitur vox ἐξουσία significat tum dignitatem filiationis diuinæ, tum libertatem arbitrij nostri, ad eam liberè per fidem capessendam. Non enim ait, fecit illos filios Dei, sed dedit potestatem, id est liberam facultatem, filios Dei fieri; si videlicet liberè illi credere & obedire velint. Negat hoc Caluinus & Beza; sed asserit S. August. de Spiritu & littera c. 31. quia hanc, inquit, diuinam potestatem, ubi voluntati adiacet facultas faciendi. Vnde hoc quisque in potestate habere dicitur, quod si vult facit, si non vult non facit. Idem asserit S. Chryso. Theophyl. Euthym. Beda & alij passim. Audi S. Chryso. Quemadmodum ignis si metallorum terram attingit, eam quamprimùm aurum reddit: sic & longè magis pro luceis aureis eos baptisma facit, quos abluerit cum Spiritus sanctus tanquam ignis illa ipsa hora animas nostras ingrediatur, & terrenâ absumptâ similitudine, celestem illam, nouam & clarâ, tanquam ex fornace fulgentem referat. Et cur non dixit: Fecit eos filios Dei fieri, ut ostenderet multa opus esse diligentia, ut adoptiuis nobis per baptisma impressam imaginem puram seruemus atque intactam. Præterea quod nemo hanc nobis potestatem auferre potestatem, nisi primùm nobis ipsi abstulerimus. Et paulò post: Simul autem declarare voluit gratiam non remere, neque sine labore nostro in nos insinuari, sed cum ipsi volumus, cum eâ inquirimus in nos. Itra enim potestatem est filios Dei fieri. Quippe nisi primùm ad eam accipiendâ promptum animum exhibeamus, neque diuinum ad nos munus accedit, neque quidquam in nobis operatur. Vbiq; igitur non violentum, non coactum, sed voluntarium penitus & liberum nobis ostendit arbitrium.

Dices: Fides, æquæ ac Filiatio Dei est donum Dei, ergo illud non est positum in arbitrio hominis. Resp. negando sequelam: Deus enim fidem, spem, charitatem, reliquasque virtutes & dona sua hominibus non indit inuitis, vel incogitantibus, sed cogitantibus, volentibus; consentientibus & cooperantibus liberè. Hoc est enim quod ait hie S. Ioannes, Deum dedisse potestatem filios Dei fieri his, qui liberè Christum per fidem & obedientiam receperunt, ex: lusis ijs, qui eum recipere noluerunt. Datur potestas ut filij Dei fiant, qui credunt in eum, cum hoc ipsum datur ut credant in eum, ait S. August. lib. 1. contra 2. epist. Pelag. cap. 3. Datur autem hoc à Deo, cum Deus ita per gratiam suam illuminat & mouet mentem hominis, ut ipsa liberè consentiat & credat.

FILIOS DEI FIERI] Quomodo id fiat, & quanta huius filiationis sit dignitas, vtilitas, hereditas, fuisè ostendit Osee 1. 10. ad illa: Dicitur eis, Filij Dei venientis. Vnde Cyrillus: Ascendamus in-

quit, ad supernaturalem dignitatem per Christum; non tamen ut propriè sicut ille, sed ut similitudine illius per gratiam filij Dei simus. Alia est enim natura ratio, alia adoptio.

QUI NON EX SANGVINIBVS, NEQVE EX VOLUNTATE (Arabicis, appetitu) CARNIS, NEQVE EX VOLUNTATE VIRI, SED EX DEO NATI SVNT] S. Ioannes hie ponit antithesim humanæ generationis & diuinæ, ut huius præ illâ præstantiam demonstrat. Igitur ut vtilitatem humanæ per exaggerationem ostendat, asserit Primò, eam fieri ex sanguinibus, id est, ex sanguine (est hebraismus) tum menstruo mulieris, ex quo coagulato formatur fœtus, tum seminali viri; viri enim, semen, quia sanguinei alimenti est residuum, vocatur sanguis.

Secundò, asserit eam esse & fieri ex voluntate, id est concupiscentia (sic enim sumitur voluntas carnis, Iliad. 5. 8. Ephes. 2. 3. & alibi) carnis: quod alibi dicitur esse ex carne & sanguine, in quo consistit voluntas, id est, concupiscentia viri, sub quo paratione feminam accipit. Explicat enim quæ sit voluntas carnis, per voluntatem viri, q. d. Voluntas, id est, appetitus & concupiscentia carnis, est voluntas, id est concupiscentia viri & feminæ in actu generationis: hunc enim vult & appetit carnalis appetitus & concupiscentia.

Ex aduerso diuina generatio filiorum Dei nõ ex sanguinibus, nec ex voluntate & concupiscentia carnis & viri, vti est filiorum hominum, sed est ex Deo, id est, ex Dei voluntate, prædestinatione, electione, charitate. Rursum ex Deo, id est, ex Dei spiritu & gratia, per quam mens hominis, antea carnalis, regeneratur & iustificatur, itaque homo fit spiritualis, iustus, sanctus, amicus, in deo filius Dei. Tertio, ex Deo, quia in hac hominis iustificatione & regeneratione, Deus non tantum dat ei suam gratiam, spiritum & charitatem, ceterasque virtutes, sed & seipsum, ut homo iustificatus, verè & propriè habeat in mente inhabitantem ipsi similem Spiritum, imò totam S. Trinitatem, ideoque fiat diuinus, imò filius & heres Dei, ac coheres Christi, vti fusè ostendit Osee 1. 10.

Aliter S. August. hic tract. 2. explicat tñ ex voluntate carnis. Carnem, ait, pro femina posuit, quia de costa cum facta esset, Adam dixit: Hoc nunc os est ossibus meis, & caro de carne mea, & Apostolus ait: Qui diligit uxorem suam seipsum diligit; nemo enim vnquam carnem suam odio habet. Ponitur ergo caro pro uxore: quomodo & aliquando spiritus pro marito. Quare? Quia ille regit, hæc regitur: ille imperare debet, ista seruire; nam ubi caro imperat, & spiritus seruit, peruersa domus est.

ET VERBUM CARO FACTVM EST, ET HABITAVIT IN NOBIS] Sic ad verbum habent Syrus, Perficus, Ægyptius & Æthiopicus; Arabicus verò, & Verbum, inquit, factum est Corpus. Caro ergo hic est corpus humanum, indeque homo. Hinc Apollinaris hæresiarcha negabat Verbû assumptisse animam humanam & mentem: eius enim loco, assererat esse mentem Verbi diuini, ipsamque eius diuinitatem. Ita refert S. Aug. h.resi. 55. Verum hæc est hæresis. fides enim docet Verbum assumptisse, vti veram carnem humanam, sic & veram animam rationalem, ac proinde habere duas naturas integras & impermixtas, scilicet diuinam & humanam, ac consequenter habere duas voluntates, & duplicem mentem

VERS. 13.

Essentia Primus.

mentem, diuinam & humanam: ita ut hæc duæ naturæ cum suis potentijs, substantiant in vnica persona Verbi, in qua persona facta est hæc vnio, non autem in natura ut contra Nestorium definiuit Concilium Ephesinum, & contra Eutychemum Concil. Chalcedonense.

Ex hac autem vnitæ personæ sequitur Primò, vt Theologi docent, communicatio idiomatum vtiuisque naturæ, vt in Christo quidquid competit humanitati & homini, id ipsum dicatur & prædicetur de diuinitate & Deo, ac vice versa, v. g. verè dicitur hunc hominem (lesum) esse Deum, esse omnipotentem, esse creatorem, fuisse ab æterno, atque vice versa Deum, siue Filium Dei, verè esse passum, crucifixum, mortuum: quia scilicet vna eadeque persona diuina est in Christo Deo & homine, qui hæc omnia subijt, licet secundum duas & diuersas naturas; actiones enim & passionis sunt suppositorum, siue personarum in quacumque natura illa substantiant. Audi S. August. in Dialogo 65. quæst. ad Orosium, qu. 4. Verbum caro factum est, non carne mutatum, ut non desisteret esse quod erat, sed cooperit esse quod non erat. Assumpsit enim carnem, non se conuertit in carnem. Carnem istam à parte totum hominem intelligimus, id est carnem & animam rationalem. Et sicut primus homo & carne & anima mortuus fuerat, ita etiam oportuit, ut per mediatorum Dei & hominum, hominem Iesum Christum, & carne & anima viuificaretur.

Secundus.

Sequitur Secundò, quòd Verbum factum est caro, non eo modo quo aqua fit vinum, dum mutatur & conuertitur in vinum; aut sicut cibus fit caro nostradum in eam conuertitur: nec rursus eo modo, quo aurum fit statua, scilicet accedente ad auri materiam formâ accidentariâ statuæ, sed simili modo, quo anima & caro iuncta fiunt vnus homo. Ita S. Athanasius in Symbolo: Vnus, inquit, non confusione substantiæ, sed vnitæ personæ, Nam sicut anima rationalis & caro vnus est homo, ita Deus & homo vnus est Christus. Sed homo vnus est essentialiter, Christus verò vnus est personaliter. Aut eo modo, quo homo accedente veste fit vestitus. Scilicet vt verbo accesserit noua substantia, quasi vestis, sed substantialis, non accidentalis, substantiâ enim carnis & naturæ vestiuit se Filius Dei, eamque substantialiter in eadem hypostasi Verbi sibi copulauit, intimeque vnioit.

Caro ergo hic, vti & passim in Scriptura per synecdochen Hebræis familiarem, significat totum hominem: q. d. Verbum factum est caro, id est Filius Dei factus est homo. Simili modo potuisset S. Ioannes dicere: Verbum Dei factum est anima, id est, homo animatus & viuus: maluit tamen dicere caro potius quàm anima, vt ostenderet quantum Dei benignitas, nostri amore, pro nobis sese exinanierit; scilicet quòd Deus factus sit caro viliissima & infima, vt nos ex carne per concupiscentiam & peccatum corruptissima fieremus quali dij & filij Dei, ipsique Deo consanguinei. Ita S. Cyrillus, S. Chrysostomus, & alij. Carnem, ait S. Cyrillus epist. 8. ad Nestorium, animam animæ rationali vnienis Verbum sibi secundum substantiam, ineffabiliter factus est homo.

Symbolicè Glossa: Verbum, inquit, factum

est caro, quasi mutatum in lac propter paruulos, vt eorum fieret cibus, præsertim in Eucharistia. Nunc singula verba ad incedem reuocemus, & penitiùs expendamus.

Et] Hæc vocula necit hanc sententiam præcedentibus, partim historicè, partim causaliter. Historicè, q. d. Verbum illud æternum, cuius generationem diuinam enarraui, quodq; dixi fuisse apud Deum, imò fuisse Deum ipsum, per quem omnia facta & creata sunt, ideoque ipsum fuisse, esseque vitam rerum omnium; hoc Verbum, inquam, in tempore à Deo statuto factum est caro, dum in B. Virgine carnem nostram assumpsit, & nono post mense ex ea natum est, ac Iesu nomen accepit; vt tñ & capiatur pro idcirco, ideo, hæc de causis; q. d. Verbum factum est caro, id est Filius Dei factus est homo, hæc de causa, vt filios hominum ex sanguinibus & carne in peccato natos expiaret, & filios Dei efficieret, vti præcessit. Vnde S. Augustinus: Ne miremur & horroremus tantam gratiam, & ne nobis incredibile videretur homines ex Deo nasci, quasi securitatem sciens hoc dixit: q. d. Quid miraris homines ex Deo nasci? attende ipsum Deum ex hominibus natum. Et S. Chryso. Factus est, inquit, filius hominis dilectissimus Filius Dei, vt filius hominum faceret filios Dei.

VERBUM] Græcè ὁ λόγος, id est, illud Verbum, scilicet æternum & diuinum, de quo huc vique fuit sermo; Verbum, inquam, manens Verbum, manens in sua deitate, hypostasi, maiestate & gloria diuina, factum est caro, id est homo, hoc est assumpsit & induit humanam naturam. Vnde S. Athanasius epist. ad Epictetum dat simile illud, Galat. 3. Christus pro nobis factus est maledictum: Sicut enim Christus dicitur maledictum, non quòd ipse maledictum factus sit, sed quòd pro nobis maledictum (id est crucem quæ à Iudæis habebatur maledicta & execrabilis) suscepit, ita non quòd ipse conuersus sit in carnem, sed quòd carnem pro nobis suscepit, dicitur factus caro.

Eadem maledicti similitudine exponunt tñ Verbum caro factum est, S. Gregorius Nazianzenus epist. ad Cledonium, S. Ambrosius, S. Flavianus Patriarcha Antioch. (cuius verba sunt: Verbum caro factum est, non quòd in carnem mutatum sit, neque quòd Deus esse desierit; sed quòd Dei consilio & dispositione carnem assumpsit) S. Ignatius, S. Irenæus, S. Hippolytus, S. Basilus, S. Chryso. S. Gregor. Nyssenus, Amphiloeh. & alij, quorum verba recitat Theodorctus dialogo, cui titulus, Immutabilis, vbi confutat Eutychianos illos, qui dicebant, Verbum incarnatione mutatum esse & transformatum in carnem. Alios verò, qui dicebant carnem mutatam esse in Verbum, ac Verbum absorpsisse, siue absumpsisse carnem, sicut mare sorbet riuium in se influentem, confutat dialogo 2. cui titulus, Inconfusus. Tertios denique, qui dicebant deitatem in Christo esse passam & crucifixam, confutat 3. dialogo, cui titulus, Impassibilis.

Denique audi S. Cyrillum in Consilio Ephesino: Nomine carnis intelligi debet totus homo, vt cum dicitur: Videbit omnis caro salutare Dei. Et: Non est hæc carni & sanguini, Galat. 1. Atque eodem quoque modo nonnunquam accipitur anima, vt, in septuaginta quinque animabus descenderunt patres in Ægyptum,

Egyptum, Ael. 7. non enim dixeris, quod nuda & sine carne animus in Egyptum descenderit. Quoties igitur audimus carnem factum esse Verbum, hominem intelligamus ex anima & corpore factum. Idem alibi hoc repetit, additque: Non secundum translationem, vel conversionem, vel computationem, vel transformationem factam in carnis naturam, neque habens temperationem vel commixtionem, vel consubstantiationem, &c. Idem habet Concil. Toletan. XV. quod celebratum est a. 726. qui fuit annus Christi 688. Anni enim Christi sequuntur Aeram Hispanicam annis 38.

Aeram Hispanicam annis 38. sequuntur anni Christi.

Carnis humanae virtus.

CARO] Id est homo. Opponit Verbo carnem, quasi summo imum, beato miserum, glorioso vilissimum; infirmisimum & spurcissimum. Quid enim miserius, vilius, infirmius, spurcius carne humana? quae longe infirmior, miserior, spurcior est carne aëniâ, bouinâ, equinâ & ceterorum animalium; & tamen ad carnem talem demittere se dignatum est Verbum Dei, nostri amore. Hæc est eius *φιλανθρωπία* & amoris ecclâs, quam celebrat Apollolus epist. ad Titum cap. 3. 4. Audi S. Bernardum serm. 3. de Natiuit. *Verbum caro factum est, caro infirma, caro infantilis, caro tenera, caro impotens, omnis operis, omnis laboris impatiens.* Et mox: *Ei esset in principio apud Deum, lucem habitabat inaccessibilem, & non erat qui caperet illud. Quis enim inuestigauit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit? Carnalis homo non percipit easque sunt spiritus Dei; sed iam capias & carnalis, quia verbum factum est caro.* Si nihil prater carnem nouit audire, ecce Verbum caro factum est; audiat illud vel in carne. O homo in carne tibi exhibetur sapientia illa quondam occultata; ecce iam trahitur de oculis, & ipse sese ingerit sensibus carnis tue. Carnaliter (ut iam dixerim) perducatur tibi. Ergo voluptatem: quia posita est mors secunda introitum delectationis.

Verbum ergo factum est caro, id est homo, dum hominem assumpsit, hominem, inquam existentem, sed nõ subsistentem. Naturam enim hominis existentem assumpsit, at non personam hominis: nec enim Verbi persona facta est persona hominis: quia hoc est impossibile. Verbum ergo assumens essentiam & existentiam hominis, non assumpsit eius subsistentiam, sed essentiam & existentiam hominis: eo ipso temporis instanti, quo à Spiritu sancto formata & facta est, praueniens ne per se subsisteret velut persona, eandem sibi in vnitatem personæ suæ diuinæ coniunxit, fecitque ut in eadem subsisteret. Quare humanitas Christi non in se, sed in persona Verbi subsistit.

Qua ratione Verbum caro factum?

FACTVM EST] Non quod Verbum mutatum sit in carnem, vt volebat Apollinaris, teste S. August. hæresi 55. Nec vice versa, quod caro mutata sit in Verbum, quia, vt ait S. Chrysofost. *longè ab illa immortalis naturæ est transmutatio: qui enim caro fiat Deus, id est, quomodo creatura fiat creator? Nec Tertio, quod ex carne & Verbo, ceu duabus partibus, conflata sit tertia natura, sicut ex carne & anima conflatur & componitur homo, vt volebat Euryches, cuius error damnatus est in Concilio Chalcedonensi. Nec Quarto, quod Verbum factum sit caro, id est homo subsistens, quasi non solum naturam, sed & personam assumpserit, vt volebat Nestorius,*

A quasi inuento homine virtutibus prædito, illi se adiunxit Verbum, ait Theophyl. sicut Prophetis se adiungit Spiritus sanctus; Tobiaë Raphael angelus, & sagis magisque demon; sed quod carnem, id est, naturam hominis, suâ hypostasi vnuerit, feceritque ut in eadem subsisteret homo Iesus, in qua subsistebat Deus Verbum, siue Deus Filius. Porro Verbum non per imaginationem, vel apparentiam & phantasma dumtaxat, vt volebant Manichei, sed re ipsa, & in rei veritate, factum est caro, id est homo: factum, inquam, non à se solo, sed à tota S. Trinitate: tota enim S. Trinitas fuit causa efficiens incarnationis Verbi, sed ita, vt ipsa non ad Patrem & Spiritum sanctum, sed ad solum Verbum, siue Filium, hypostaticè terminaretur, solumque Filius fieret homo. *Solum enim Verbum carnem ipsa Trinitas fecit,* ait S. Fulgentius lib. de Fide ad Petrum, c. 2.

Verbum ergo carne vestitum, fuit quasi sol nube vestitus, aut sicut ignis ferrum sibi vnies & igneus, aut sicut ignitus carbo, ait S. Cyrillus, Vnde eius typus & symbolum est carbunculus, vt dixi Apocal. 21. 29. Rursum fuit sicut margarita in concha, sicut fulgur in nube, sicut aurum in fornace, sicut angelus in corpore. Insuper S. August. lib. 15. de Trinit. ca. 11. *Sicut verbum, ait, nostrum vox sit, nec mutatur in votem, ita Dei Verbum caro factum est, non mutatum in carnem.* Et gesta Concil. Ephel. *Præter sermo induerit litteras & elementa, visibilis sit & tractabilis, sic Verbum Dei tractabile inuenitur.*

Plura de Verbi incarnatione dixi in epist. 1. S. Ioan. cap. 11. ad illa: *Et manus nostræ conuertebantur,* vbi expendi quatuor tantum sacramenti circumstantias, scilicet, quis, quid, cur, cui, Verbum factum sit caro: ac inter alia ostendi id factum esse hoc fine & fructu nostro, vt Verbum quod antea quâ Deus, erat pater noster, per humanitatem assumptam fieret quasi mater nostra, itaque diceretur & reuera esset *πατέρα υμῶν*, id est, *patrimer.* Ad didici ex Damasceno, Deum assumpsisse hominem, vt per eum totum mundum sibi vniret, & quasi deificaret: homo enim est microcosmus, siue totius mundi summa & compendium.

ET HABITAVIT IN NOBIS] Græcè, *ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν*, hoc est, tentorium vel tabernaculum fixit in nobis, id est, inter nos, ad modicum tempus, quasi hospes & peregrinus in terra aliena: erat enim ipse ciuis, incola & dominus celi ac paradisi, iuxta illud Ierem. 14. 8. *Quare quasi colonus fueris in terra, & quasi viator declinans ad mandandum? vide ibi dicta.* Christus ergo sui exemplo voluit docere, Christianis terram esse quasi hospitium, patriam verò esse caelum, ad quod proinde, contemptis rebus terrenis; tota mente & nihil contendere debent: hac de causa homo factus inter homines in terra quasi peregrinus versatus est, cum eis familiariter colloquens, conuersans, & docens terrena relinquere, & ambire caelestia, iuxta illud Baruch. 3. 38. *Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est.*

Paulò aliter S. Chrysofost. & Cyrillus: *In nobis,* inquit, id est in natura nostra, putâ in humanitate quam assumpsit, vt nos redimeret. Causam dat Chrysofostomus: *Deus Verbum, inquit*

quit, sui *τὰ ἴδια* templum construxit, ac per illud ex caelis deuclam agenda vitæ rationem ad vitam nostram introduxit. Citat & laudat hæc S. Chrysofostomi verba Theodoretus Dialogo, *Immutabilis.* Causa ergo fuit hæc, vt caelestem viuendi rationem è caelis afferret, illamque homines doceret.

ET VIDIMVS GLORIAM RIVS] Græcè *ἑώρακεν*, id est spectauimus, quasi in theatro mirum nouumque spectaculum, vt scilicet Verbum carne velatum, in ea gloriâ deitatis suæ ostenderet, per miracula, per virtutes heroicæ; per sapientiam & doctrinam diuinam, &c. Sic Apollolus ait 1. Corinth. 4. 9. *Spectaculum (græcè, theatrum) facti sumus mundo, angelis & hominibus.* Audi S. Augustinum: *Natiuitate ista collyrium fecit, vnde reuerterentur oculi corporis nostri: eius gloriam nemo posset videre, nisi carnis humilitate sanaretur: caro re obcauerat, caro resanat; sic venit medicus vt de carne visus carnis exingueret.*

GLORIAM QVASI VNIGENITI A PATRE] Arabicus, *quasi vnici qui est à Patre.* Sensus est, q. d. Vidimus Christi gloriam, talem & tantam, qualis & quanta decebat vnigenitum, vel quæ ostenderet eum esse vnigenitum Dei filium; cui scilicet, vt ait S. Basilius, Deus Pater omnem gloriam, omnem substantiam dedit, sicut solent parentes filijs suis vnigenitis relinquere omnem suam hereditatem. Hanc Christi gloriam vidit S. Ioannes cum socijs, in transfiguratione in monte Tabor, in gloriosa eius resurrectione, in ascensione in caelum, in missione Spiritus sancti, in caelesti & diuina eius doctrina, vita & miraculis. Ergo vox quasi non similitudinem, sed veritatem denotat. Ita S. Chrysofostomus: *Verbum Quasi,* inquit, *hoc in loco non similitudinis est, neque parabola, sed confirmationis & definitionis certissime. q. d. Vidimus gloriam, qualem decebat, & credibile sit habere vnigenitum & dilectissimum unicum, regis Dei filium.* Et Theophyl. *Spectauimus gloriam, non talem qualem habebat Moyses, vel cū qua gloria Cherubim & Seraphim Prophetae apparuerunt; sed talem gloriam, qualem decebat esse vnigeniti à Patre, quæ illi naturaliter inest. Nam, velut, hic non similitudinis, sed confirmationis & determinationis indubitate verbum est.* Et Euthym. *Gloriam, non qualis est Sanctorum beatorum, vel angelorum, sed gloriam verè vnigeniti, nam hic dictio ὡς (tamquam) idem significat quod verè.*

Porro gloria deitatis Christi, per carnem assumptam, quasi per velum transparuit & emicuit, ait Euthymius, qui & addit: *Quæ autem erat illa Verbi gratia? Certè nunquam amica visa, variâq; miracula, per lucida ac supernaturalis transformationis, & tempore passionis solis præter naturam obscuratio, formidabilis veli scisso, horribilis terræ motus, petrarum scissiones, monumentorum apertiones, mortuorum suscitationes: quodq; omnium caput est, mirabilior quam dici aut cogitari queat, Domini resurrectionis, & post hæc hanc quæcumque gloriosâ Apolloli deinceps conspexerunt.*

A Patre refer ad vnigeniti: hic enim vnice genitus prodijt à Patre. Addit hoc: *Quia,* vt ait S. Bernardus serm. 2. de Pentec. *totum paternum est; quod de corde Patris Christus attulit nobis, vt nihil in Filio Dei, nisi dulce, nisi paternum humani generis*

A *reperidario suscipitur.* Sublimius & magis ad litteram S. Cyrillus: *Firma,* ait, & immutabilis supernaturalis illa natura est, eodemq; modo semper se habens, proprijs semper dignitatibus equaliter abundat. *Quamvis ergo Verbum caro factum sit, non tamen infirmitate carnis superatum est, nec de præscâ maiestate atque omnipotentia decidit, quoniam homo factum est. Vidimus enim, inquit, gloriam Christi à Deo, sublimitatem creaturarum gloriâ, vt mentis quisque compos, nulli alij, quam vnigenito Dei Filio, conuenire illam fateatur.*

PLENYM GRATIÆ ET VERITATIS] Erasmus & Caietanus hæc iungunt sequentibus, referuntque ad Ioannem Baptistam; de quo sequitur, non ad Christum, de quo sermo præcessit. Sic ergo vertunt & nectunt, *Plenus gratiâ & veritate Ioannes resificatur de ipso,* scilicet Iesu, quod ipse sit Christus, quia, inquit, græcè est *πλην*, id est, *plenus* in nominatio masculinæ. Verum hæc disunctio, versio & expositio est contra omnes Patres, & contra perpetuum Ecclâsæ consensum, ac contra disputationem eodæm Græcorum, Latinorum, Syrorum, Arabicorum, &c. qui constanter post *veritatis*, ponunt punctum. Insuper repugnat sequentibus: nam explicans Ioannes quomodo Christus sit plenus gratiâ & veritate, subiicit dicens: *De plenitudine eius omnes accepimus.* Nec obstat quod in textu Græco sit *πλην*, id est *plenus*, tum quia in multis codicibus ponitur *πλην*, in accusatio, id est *plenus*; in alijs *πλην* in margine ponitur: quod si velimus legere *πλην*, id est *plenus* in nominatio, tum verba præcedentia legenda sunt per parenthesis, hoc modo (*et vidimus gloriam, eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre*) vt legunt Biblia Louan. Hentenij, & ita seruatur idem sensus: nam *πλην* refertur ad *λόγος* q. d. Verbum caro factum erat plenum gratiæ & veritatis. Alludit ad verbum humanum, cuius summa laus est, si sit gratiosum & verum, siue verax: sic enim Verbum diuinum, non tantum in se, quâ Verbum Dei Patris (quis enim de eo dubitet?) sed etiam quâ caro factum, siue quâ homo in se quasi in fonte & capite, non participando, sed per se, & quasi nativâ suâ vi, omnibus gratiæ, tam gratiâ facientis, tam gratis datæ, donis à Deo fuit cumulatum, atque ore & opere, in omnibus suis dictis & factis, eximiam gratiam præ se tulit, iuxta illud: *Mirabantur omnes in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipsius.* Lucæ 4. 22. Idem fuit plenum veritate; quia omnes errores, item umbras legis veteris detexit, ipsamque veritatem olim à Prophetis promissam exhibuit. Insuper in ipso sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi, Coloss. 2. v. 5.

PLENYM GRATIÆ] Non enim gloriam potestatis aut claritatis vidimus, ait S. Bernardus serm. 6. in vigilia Natiuit. *sed gloriam paternæ pietatis, gloriam gratiæ, de qua Apollolus: In laudem, inquit, gloriæ gratiæ suæ.* Ephel. 1. Vnde Apollolus 1. Timoth. 3. 16. exclamat: *Magnum inquit, est pietatis sacramentum* (scilicet Verbum caro factum) *quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit angelis, prædicatum est Gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria.* Vide ibi dicta. Quam plena, & quaquaversum perfectissima fuerit gratia Christi: vide docentem S. Tho-

S. Thomam 3.p.q.7.art.9.& seq. ibique Suarez, Vasquez & ceteros.

ET VERITATIS] Aptè veritatem fungit gratia: quia, ut ait S. Bernard. serm. 74. in Cant. Veritas caprea oculos habet, gratia hinnuli hilaritatem: utraque res necessaria nobis, & veritas quidem, cui abscondi non possumus gratia autem, cui nolim. Alioquin sine alterutra visitatio plena non erit: cum & illius severitas absque hac, onerosa, & huius hilaritas absque illa, dissoluta possit videri. Amara est veritas sine condimento gratia, sicut absque veritatis freno lenis, & nestiens modum, plerumque & insolens ipsa devotio.

Huius rei symbolo pontifex Aaronicus, qui Christi erat typus, in rationali pectoris sui gestabat inscriptum *Vrim ve-tummim*, id est doctrina & veritas; vel ad verbum, *illuminatio & perfectio*, hoc est veritas & gratia: quæ duo in Christo excelluerunt, & sacerdoti cuiuslibet maximè necessaria sunt, ut ijs Christo assimilentur. Vide dicta Exodi 28.v.30.

Ergo licet B. Virgo, S. Stephanus, & alij dicantur pleni gratia præ ceteris hominibus; tamen respectu Christi non fuere pleni. Christus enim est quasi oceanus & mare gratiarum, quod in omnes fideles, Apostolos, Martyres, Confessores, Virgines riuos gratiarum emanat. B. Virgo verò, S. Stephanus, alijque Sancti sunt quasi fontes, qui ex Christo, quasi ex mari, aquam gratiæ hauriunt, eamque quasi riuui, vel fontes pleni, eructant. Hoc est quod ait Apostolus Coloss. 2.9 *In ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter.* Et: *Vnicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi*, Ephel. 4.7. *Filio autem non ad mensuram Deus dedit spiritum*, ut inferius dicitur cap. 3.34.

VERS. 15. IOANNES TESTIMONIUM PERHIBET (id est perhibuit) DE IPso, ET CLAMAT DICENS: HIC ERAT, QUEM DIXI: QUI POST ME VENTURUS EST: ANTE ME FACTUS EST: QVIA PRIOR ME ERAT] Probat ea quæ dixi de Verbo incarnato, quodque ipsum fuerit plenum gratiæ & veritatis, ex testimonio irrefragabili S. Ioannis Baptistæ, Ipsum enim Iudæi habebant quasi Prophetam & virum divinum, q. d. Non solum nos vidimus Iesum Christum plenum gratiæ & veritatis, sed & Ioannes à Deo missus id ipsum de eodem palam testatus est & asseveravit.

Audi S. Cyrillum in Concil. Ephesino: *Ioannes de Christo, quem predicabat, ait: Qui post me venit, hoc est, post me in lucem prodijt, is prior me est, hoc est dignitate & gloria me præstat, sed & ipsa quoque subsistenti ratione, ut Deus me antecurrit. Quomodo ergo idem Ioannes prior & posterior secundum tempus existit? Quia Verbum Deus erat, & factum est caro: prius proinde erat ut Verbum, posterius verò ut homo.*

ET CLAMAT] Græcè ἐν ἄγῳ, id est clamavit fuit enim ipse vox clamantis in deserto, Mat. 40, 23. q. d. *Quem non ipse solus audivi, sed latè per omnes sparsus est clamor eius, ait Cyrillus: Quia non in occulto, nec demissa balbutientiq; voce, sed tuba sonantius, atque ut ait Chrysostr. Fidemus & libere, omni abiectione formidine, Dei adventum predicavit.*

HIC ERAT, QUEM (de quo) DIXI] v. 27. & 30. q. d. Ioannes antequam Christum vidisset & novisset, de eo dixit, quod ipse venturus esset ad salvandos homines; ac eo viso id ipsum repetiit

A & confirmavit: testi ergo tam fideli & constanti credendum est. ita Theophyl. *Ne enim videatur, inquit, gratificans personam Iesu, de eo honestiora testari, ideo dicit: De quo dicebam, hoc est, etiam priusquam viderem eum.*

QVI POST ME VENTURUS (id est predicaturus, ait S. Chrysostr.) EST, ANTE ME FACTUS EST] id est, mihi prelatum, mihi honore prepositus est quia a Deo destinatus, & in baptismo declaratus est redemptor orbis, Matth. 3. Ita S. Chrysostr. Theophyl. Euthym. Vnde Bedas: *Quid ait, Ante me, inquit, non ad ordinem temporis, sed ad distantiam pertinet dignitatis.* Et S. August. *Non factus est, antequam factus essem ego.* (Nā Ioannes Christo sex mensibus fuit senior, & ante Christum cepit predicare) *sed antepositus est mihi hoc est, ante me factus est.*

QVIA PRIOR ME ERAT] quia scilicet Iesus fuit ab æterno; cum ipse verus sit Deus, Dei que Filius, ita S. August. Chrysostr. Theophyl. Euthym. Rursum prior, id est prior naturâ, dignior maiestate, excellentior divinitate. Non dicit Ioannes: Christus proficiendo in virtute & gratia me superavit, ait Chrysostr. *sed prior me erat, hoc est, semper me superior, semper gloriosior erat, inquit Cyrill. utpote verus Deus existens.*

ET DE PLENITUDINE EIUS NOS OMNES ACCEPIMUS, ET GRATIAM PRO GRATIA] Profecit & explicat quod dixi vers. 14. Verbum incarnatum fuisse *plenum gratia & veritas*; quia de hac gratiæ & veritatis eius plenitudine omnes nos Apostoli & Christiani, imò omnes fideles ante Christum accepimus: nam Henoch, Noë, Moses, Abraham, ceterique Prophete & Patriarchæ, ex præiis Christi meritis sanctificati & salvati sunt. Origenes & Theophylactus censent hæc verba adhuc esse Ioannis Baptistæ de Christo. Melius S. Chrysostr. Cyrillus, Euthymius & alij censent esse verba Ioannis Evangelistæ, confirmantis præcedentia verba Baptistæ.

DE PLENITUDINE EIUS] Hoc est, de eo plenissimo: Christus enim quasi caput Ecclesiæ, in omnes fideles, quasi in membra sua, non plenam omnemque gratiam suam, sed partem eius ad libitum diffundit. Sancti, ait Beda, *non plenitudinem spiritus eius, sed de plenitudine eius, quantum ipse donat, accipiunt.* De plenitudine namque filij, inquit Cyrillus, *quasi in fonte, gratiarum donum scaturiens, in singulas animas, que digne sunt, defluit.* Hoc est quod ait Apostolus: *Benedixit nos in omni benedictione spirituali in caelis in Christo,* id est, per Christum, Ephel. 1. *Ipsè enim fons est & radix bonorum omnium,* inquit Chrysostr. *Ipsè vita, ipse lux, ipse veritas, non in seipso bonorum divinitas continens; sed in universos diffundens, quibus diffusis plenus permanet: neque ex eo quod alijs suppeditet, minuitur, sed divitiis suas clarior semper uberior: cumq; omnes his bonis impertiat, in eadem permanet perfectione.*

ET GRATIAM PRO GRATIA] Græcè, *Gratia pro gratia*, ubi examinandum est *quod dicitur, id est, pro.* Primò, aliqui sic exponunt: *gratiam pro gratia*, q. d. Gratiam super gratiam, id est, omnem gratiam accepimus à Christo, quod Hebræi dicunt *חן על חן* *chen al chen.* Verùm *חן* Græcè non capitur pro *pro*, id est, super; unde hanc

hanc expositionem confutat hic Ribera; sed eam sequitur & propugnat Ioannes Alba Electorum sacra Scripturæ cap. 13. additque *gratiam pro gratia*, hoc est copiosam, abundantem & exuberantem gratiam. Sic in Prophetis *plaga super plagam*, vocatur maxima plaga: & *contritio super contritionem*, vocatur summa contritio: & *pellem pro pelle*, Iob. 1. hoc est, pellem super pellem, id est vniuersum gregem, & armenta vniuersa dabit homo pro anima & vita sua. Hęc ille. Huc accedit Suarez 3.p.q. 19.art.4. disp. 41. sect. 2. *Gratiam pro gratia*, inquit, hoc est gratiam secundam gratiam primam, hoc est, gratiam crescentem & maiorem accepimus omnes non tantum homines, sed & angeli: hos enim gratiam accepisse à Christo cenfer Suarez.

Secundò, Maldonatus, *gratiam pro gratia*, hoc est, vnus vniam, alius pro illa aliam accepit gratiam, q. d. Omnes quidem accepimus gratiam à Christo, sed hic illam, alius aliam, & quisq; suam ab alijs disparem & diuersam. Verùm hoc quoq; obscurius est, nec satis responderet Græco *ἀντι*, quod vicem & successionem, non distributionem significat.

Tertiò, S. August. q. d. *Gratiam vitæ æternæ*, id est gloriam beatificam, pro gratia huius vitæ accepimus in spe, & re ipsa post mortem accipiemus à Christo: gratia enim est semen gloriæ, & vice versa gloria est consummatio gratiæ.

Quartò, alij q. d. Legem Euangelicam à Christo accepimus pro lege veteri: vtraque enim est gratia, quia gratis data à Deo. Ita S. Cyrillus, Chrysostr. Leontius, Theophyl. Euthym. Iansenius, Ribera. Verùm huic obstat, quod Ioannes mox v. 17. legem opponat gratiæ æquæ ac Moisen Christo.

Quintò, alij q. d. *Gratiam pro gratia*, id est, in Christi gratia nos omnes sumus gratiam consecuti, & per eum grati facti Deo. Vnde Paulus passim dicit nos in Christo iustificatos & sanctificatos. ita Zacharias Iustopolitanus & Tolentus. Hic sensus aptus est, sed non præcisus: Græcumenim *ἀντι*, id est *pro*, non capitur pro *in*.

Sextò ergo genuinè & præcisè, Græcè *ἀντι* duo significat, scilicet Primò & propriè, vicariam successionem, ut respondeat Hebr. *חן על חן* *tachan*, idemque sit quod *vice, loco, pro*, q. d. Pro gratia Christi, nos quasi eius successores & filij, vicariam & similem illi gratiam accepimus. Sicut enim Christi gratia fecit illum Deo gratum, sanctum, amicum & Filium Dei naturalem: sic eadem nos facit Deo gratos, sanctos, amicos & filios Dei adoptiuos. Ita S. Chrysostr. Cyrillus, Theophyl. & alij. Secundò, *ἀντι* sæpè, licet improprie, sumitur pro *propter*, q. d. Propter gratiam, vel per gratiam Christi quasi fontem & originem nos gratiam accepimus: explicat enim id quod præcessit: *Et de plenitudine eius nos omnes accepimus*, per hoc quod subdit, *Et gratiam pro gratia.* Gratia enim à Deo, per Christum quasi caput, ad nos quasi membra deriuatur & dimanat, ut docet Apostolus Ephel. 1. Voluit enim Deus Christum constituere quasi fontem communem gratiæ; ex quo omnis gratia ad fideles deflueret, ut Christo debeamus omnem gratiam & salutem acceptam ferre, illique iuges & immensas agere gratias. Propter Christum enim sibi gratissimum & dilectissimum

Cornel. in Ioannem.

num, quasi mediatorem, Deus nos sibi reconciliavit, suaque gratia & amicitia donauit, iuxta illud Matth. 3. 17. & c. 17. 5. *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit*; ut nemo nisi per ipsam mihi placere possit. Ita Vatabl. Franc. Lucas & alij. Hinc patet nos à Christo accipere gratiam eandem quam ipse in se habet: eandem, inquam, specie, non tamen numero (licet id quidam opinati sint): hoc enim est indecens & impossibile iuxta legem ordinariam.

Postet Tertiò, *ἀντι* notare quandam æqualitatem: sic enim dicitur *ἀντιθεος*, id est Deo æqualis, qui Deo se æquat, Deumque se facit, ut fecit Lucifer, & faciet Antichristus: *ἀντι δόμος* est æqua remuneratio & compensatio mortuorum: *ἀντιθετος* sunt ex æquo composita & sibi opposita: *ἀντιρωσος* est respondens ex aduerso, compar & eiusdem forme: *ἀντιπροξυος* est æmulus, qui cum æquali de arte certat: antipodes sunt qui ex aduerso aquis vestigijs insunt. Sic sensus esset, q. d. Per Christum accepimus gratiam gratiæ Christi quasi æqualem, quia per illam eleuati sumus, factique ordinis diuini, scilicet filij Dei, & diuine confortes naturæ 2. Petr. 1. 4. Sic Apostoli erant quasi æquales & supares Christo: vnde ipse eos *fratres* appellat: sicut Pontifex Cardinales vocat fratres, itaque eos quodammodo sibi æquat. Fidelis ergo, presertim sacerdos. Religiosus, Apostolus, cogitet se instar Christi viuere debere, ut caelestem Christi vitam agat, ut quisquis eum viderit, vel audierit, Christum se in vitiua sui imagine vidisse & audisse autemet.

Sub gratia hæc veritatem comprehendende. Dixit enim Christum plenum gratiæ & veritatis & de vtriusque plenitudine nos omnes accepisse: per Christum enim accepimus veritatem, id est Dei cognitionem, fidem, prudentiam, sapientiam, intellectum salutis & rerum diuinarum; item peccatorum remissionem, cum Deo reconciliationem, iustitiam, adoptionem in filios Dei, charitatem, humilitatem, mansuetudinem, ceterasq; virtutes & dona: quæ omnia hæc nomine gratiæ intelliguntur.

QVIA LEX PER MOYSEN DATA EST, GRATIA ET VERITAS PER IESVM FACTA EST] Dat causam cur per Christum accepimus gratiam pro gratia: quia scilicet Moses qui apud Iudæos erat summus Propheta & legislator, legem tantum dare potuit, quæ doceret & iuberet mandata Dei, sed gratiam ad illa implenda conferre nequirit. Christo ergo opus fuit, qui gratiam ad legem implendam præstaret. Vnde Arabicus vertit, *gratia & veritas necessaria fuerunt per Iesum Christum.* Opponit ergo & anteposit Christum Moysi, ac gratiam & veritatem legi. Primò, quod Moses directè in lege doceret dumtaxat, quid Deus vellet à Iudæis fieri, putà præcepta decalogi, cum promissione bonorum temporalium, scilicet copie frumeti, vini & olei, si illa seruariant: at verò viam salutis, poenitentia, remissionis peccatorum, iustificationis & sanctitatis, qua peruenitur ad vitam æternam, nõ doceret, multo minus eam conferret. Christus autem illam docuit, & re ipsa contulit per gratiam & veritatem, quam è caelis attulit. Hoc est quod cecinit Zacharias Lucæ 1. *Ad dandam scientiam salutis plebi eius in remissionem peccatorum eorum.* Ita S. Chrysostr. *Per Christum*, inquit, *facta est gratia,*

VERS. 16. Christus Moysi opponitur & antepositur.

Z

quia

quia cum potestate remittebat peccata, regenerabar. &c. A Veritas, quia figuris adimpletis.

Secundò, in lege triplicia erant præcepta, moralia siue decalogi, iudicialia & cæremonialia: duobus prioribus opponit gratiam, sine qua illa impleri non poterant, ideoque hominem ea transgredientem faciebant reum mortis presentis & æternæ: gratia verò facit, vt fidelis eadem implens ex amore Dei, mereatur vitam æternam: tertius verò, purâ cæremonialibus, opponit veritatem, quia cæremonialia erant typt & vmbrae Christi, eiusque Sacramentorum, quas vmbrae impleuit Christus, itaque veritatem attulit. Vnde S. August. hic: Quomodo, ait, exhibitæ est veritas? quia factum est quod promissum est. Idem li. 17. contra Faustum, c. 6. Ipsa lex, ait, cum impleta est (per Christum) gratia & veritas facta est: gratia pertinet ad charitatis plenitudinem, veritas ad prophetiarum impletionem: sic & S. Athanasius serm. 2. contra Arrian.

Tertio, quia Moses obscuram & modicam dedit Dei & SS. Trinitatis cognitionem, claram verò & eximiâ Christus. Vnde Beda hæc omnia complectens, Christus, ait, homo factus enarravit quid de veritate Trinitatis sentiendum, qualiter ad eius contemplationem properandum, quibus actibus perueniendum sit: enarrabit etiam, cum electos ad claritatem suæ visionis inducet.

Dicit ergo hoc Ioannes, vt Iudæos à Mose, cui nimis inherebant, traducat ad Christum, scilicet à lege ad Euangelium, eiusque gratiam.

Symbolicè & anagogicè, S. August. lib. 13. de Trinit. cap. 19. per gratiam accipit ipsum Verbum in tempore incarnatum, per veritatem verò visionem Dei æternam, ad quam ipsum vos ducit. Audi ipsum: In rebus enim per tempus ortis illa summa gratia est, quod homo in unitate personæ conuictus est Deo, in rebus verò æternis, summa veritas rectè tribuitur Dei Verbo. Quod verò ipse idem est vnigenitus à Patre, plenus gratia & veritas, id actum est, vt idem ipse sit in rebus, pro nobis temporaliter gestis, cuius per eandem fidem mundamur, vt eum stabiliter contemplemur in rebus æternis.

VERS. 18. DEVM NEMO VIDIT VMQVAM: VNIGENITVS FILIVS, QVI EST IN SINU PATRIS, IPSE ENARRAVIT] Dat causam, cur non Moses, vel quis alius, sed solus Christus perfectam de Deo & rebus diuinis veritatem nos docuerit, quia ipse solus vidit Deum, q. d. Hæc quæ hucusque de Deo, de Verbo, deque eius diuinitate, creatione, vita & luce, &c. dixi, adeò sublimia sunt, vt, cum Deum nemo mortalium viderit præter Dei Filium, ac consequenter nec Moses; hinc nemo, nec Moses quidem, sed solus Dei Filius incarnatus hæc perfectè enarrare potuerit. Patet ex præcedent. Ita passim Patres, qui ex hoc loco docent Mosen non vidisse Dei essentiam, sed corpus quoddam luminosum dumtaxat, ab angelo assumptum, Dei gloriam aliquo modo oculis Mosis representans, vt fuse ostendi Exodi 33. 19. & sequ. Idem docet hic S. August. licet contrarium sentiat epist. 112. cap. 13. vbi allegerit Mosen vidisse Dei essentiam. Audi Bedam: Nemo corruptibilis adhuc & mortali carne circumdatus, inuicem scriptam diuinitatis potest lucem intueri. Vnde manifestius dicit Apostolus: Quem nullus vidit hominum, sed nec videre potest. Et S. Gregorius in Cate-

na: Quamdiu, ait, hic mortaliter viuiter, videri per quasdam imagines potest Deus, sed per ipsam naturam speciem non potest.

Tropologicè, S. Gregorius lib. 18. Mor. c. vlt. Tropolog. & penult. docet neminem posse videre Deum & diuina, nisi prius huic mundo eiusque voluntatibus moriatur. Explicans enim illud Iob. 28. Abscondita est ab oculis uidentium; causam subiicit: Quoniam, inquit, quisquis sapientiam, quæ Deus est, videt, huic vitæ funditus moritur, ne iam eius amore teneatur. Nullus quippe eam vidit, qui adhuc carnaliter viuiter, quia nemo potest Deum simul amplecti & seculum. Qui enim Deum videt, eo ipso moritur, quo vel intentione cordis, vel effectu operis, ab huius vitæ delectationibus tota mente separatur. Vnde adhuc ad eandem quoque Moysen dicitur: Non enim videbit me homo, & viuere, si aperit diceretur: Nullus inquam Deum spiritaliter videt, & mundo carnaliter viuere.

VNIGENITVS QVI EST IN SINU PATRIS] Syrus, in gremio; S. Cyrillus, in utero (hunc enim quoque significat Græcum κολων) Græcè, eis κολων, id est ad sinum, putâ ad pectus & cor Patris. Est catachresis: per sinum enim significatur summa Filij cum Patre coniunctio, communicatio, & secretorum cognitio, q. d. Filius qui Patri est intimus coniunctissimus, & ἀπαύστος, siue consubstantialis, ac consequenter sapientiæ, consiliorum & secretorum omnium Dei Patris est confcius & particeps, ideoque ea optinè & intimè nouit; hic, inquam, solus eadem planè & plenè enarrare potuit, & de facto enarravit. Ita S. Chrysostr. in hunc, vt sit intimum naturæ secretorum. Notat sanctus Athanasius li. 3. de Vnica Trinit. substant. dictum esse Vnigenitum in sinu esse Patris, ne per hoc quoddam caro factus est, diuinitus esse credatur à Patre, eum reuera maneat, & etiam sit apud Patrem, sicut erat in principio & semper.

Audi S. Chrysostr. in hunc, qui per sinum significari censet, quod Filius non tantum videat, sed & comprehendat Patrem: Multi, ait, Deum cognoscimus, non tamen ipsam substantiam qualis est, nisi solus Vnigenitus, qui certam notionem, visumque, & comprehensionem habet, qualem Filium de Patre habere par est. Sicut enim cognoscit me Pater, inquit, & ego cognosco Patrem Ioannis 10. v. 15. Quare animaduerte quam à eum exuberantiâ loquatur Euangelista: Siquid cum dixisset: Deum nemo vidit vnquam, non profecutus est, Filius qui vidit narravit; sed aliud quiddam amplius quam videre posuit, dicens: Qui in sinu est Patris. Qui enim tantum videt, non certam habet rei visæ cognitionem: qui verò in sinu immoratur, omnia ei perspicua sunt & certa. Ne igitur audiendo: Nemo cognoscit Patrem nisi filius (Matth. 11. 27.) dices quoddam, hæc materem ceteris de Patre habeat cognitionem, non tamen qualis est nouit, ideo in sinu Patris esse inquit Euangelista: quo vno verbo multam substantiæ cognitionem, propinquam aem, parem Patri cognitionem, posse statem ostendit.

Alludit ad illud Daudis de Christo psal. 109. v. 4. Ex utero ante luciferum genui te, id est, ex intellectu meo secundo, vel ut verbum dixi, & velut filium genui te. Vnde S. Hieronymus ibidem: Ex utero, inquit, id est de mea substantia, do

Sinus quid significat.

de mea natura, de meis visceribus, de medullis diuinitatis meæ. Totum quicquid est in diuinitate, dedit, Filio, quem generauit. Et S. August. in psal. 109. Qui est sinus, ait, ipse est uterus, & sinus & uterus pro se uero positus est. Quid est ex utero? Ex secreto, & occulto, de me ipso, de substantia mea, hoc est ex utero. Sic & Theodoretus: Ex utero, ait, id est, ex substantia mea: ut enim ex utero homines egrediantur, & ea quæ egreduntur eandem habent naturam, quam genitores: sic ex me genitus es, & genitoris in te ipso substantiam ostendit.

Porro ipse Hieron. hunc psal. 109. versum ita vertit, quasi de vultu oriatur tibi ros adolescentie tuæ; Aquila, de vultu dilectulo surgentis tibi ros pueritiæ tuæ; Quinta editio, de vultu super auroram tibi ros adolescentie tuæ, hoc est, ex diuinitate mea genui te Deum, iuxta illud Symboli, Deum de Deo. Ita S. Hilarius, Ambros. August. Athanas. & alij contra Arrianos. Ros idem est Hebræis quod Latinis flos. Ros, ait R. Salomon, designat suauitatem, hilaritatem, dulcedinem, puritatem generationis cælestis, sicut ros nascitur ex aurora cælesti.

IPSE ENARRAVIT] Græcè ἐξηγήσατο, id est declaravit, clarè exposuit, dilucidè explicauit discipulis suis, & per eos in totum mundum propagauit, ait S. Chryl. ἐξηγήσατο enim est res occultas & absconditas explanare & dilucidè exponere, vt Christus exposuit nobis arcana Patris de S. Trinitate, de Verbo, de hominum vocatione, gratia, beatitudine, resurrectione, gloria cælesti, penis inferni, &c. Vix ἐξηγήσατο, ait S. Chrysol. expressiore certioreque doctrinam demonstrat. Et mox: Enarratio hoc loco doctrinæ euidentiam significat: quare & Verbum, & magni consilij appellatur. Et nonnullis interiectis: Quid amplius à Filio didicimus, qui in sinu est Patris? longe ab eo expressiore & magis perspicuam doctrinam accepimus; videlicet quod Spiritus Deus est, & qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare, quod Deum videre est impossibile, quod enim nemo nouit nisi Filius, quod Pater est dilectissimi vnigeniti; & alia multa.

VERS. 19. ET HOC EST TESTIMONIUM IOANNIS, QUANDO MISERVNT IVDÆI AB HIEROSOLYMIS SACERDOTES ET LEUITAS AD EVM, VT INTERROGARET EVM: TV QVIS ES? Ioannes Baptista sapius testimonium perhibuit Iesu, quod ipse esset Messias, siue Christus, tam ante eius baptismum quam post. Ioannes Euangelista ergo hic omisso testimonio, quod perhibuit Ioannes Baptista Iesu, ante eius baptismum, vt pote à ceteris tribus Euangelistis enarratum; hic recenset testimonium eiusdem de Iesu, postquam ipse eum baptizauit: quia illud fuit publicum, iuridicum & celeberrimum, vt pote, à pontificibus & magistratibus, iuridicè postulatam, & acceptam per legatos ad Ioannem missos. Causa huius legationis & quaestio fuit, quod pontifices viderent Ioannem in deserto vitam agere angelicam, prædicare tanto spiritu, baptizare, mouereque homines ad penitentiam, quod nemo ceterorum Prophetarum fecerat. Putarunt ergo pontifices sui officij esse, vt ab eo quærerent, quis esset? præsertim quia ex translato à Iuda ad Herodem sceptro, & ex completis 70. hebdomadibus Danielis, sciebant iam imminere tempus aduentus Messie. Quare Ioannem suspicabantur esse Messiam. Vnde rogant eum: Tu quis es?

Aliam causam affert S. Chrysol. hic, scilicet Cornel. in Ioannem.

id eos rogasse ex odio & inuidia Iesu; vt enim Iesum ostenderent non esse Messiam, titulum Messie ad Ioannem transferre conati sunt. Egrè enim ferebant Ioannem sibi præponere Iesum, eumque facere Messiam. Idem S. Chrysol. hom. 11. in Math. censet id eos rogasse ex inuidia Ioannis; quod scilicet dolerent Ioannem vitæ sanctitate, prædicatione & baptismo ita inclarescere, sibi que præferri, ac populum à Scribis & sacerdotibus, ad se traducere. Verum esto aliqua nonnullorum inuidia hic sese miscuerit; tamen vera & propria est causa, quam dixi: Dei enim consilium erat Ioannem ita exaltare, vt pontifices compelleret eum rogare an ipse esset Messias, vt rogatus iuridicè responderet id quod erat, scilicet se non esse Messiam, sed Iesum esse Messiam, vt hoc Ioannis testimonio conuicti, cogerentur Iesum pro Messia recipere; & si non recipere, essent inexcusabiles.

TV QVIS ES? Videntur pontifices eorumque legati tacite, vel expressè interrogasse Ioannem, an ipse esset Christus, dixisseque: Tu quis es, esne Christus? Nam v. sequ. Ioannes interrogati eorum respondens ait: Non sum ego Christus. Euangelista tamen solum priorem interrogationem eorum respondens ait: Non sum ego Christus, & ad suum propositum pertinentem; nimirum vt Baptista ad eandem respondens se esse vocem clamantis in deserto, ad parandam viam Messie, eumque indicandum, testificaretur Iesum esse Messiam, quem illi quærebant. Ita Iansen. Maldonat. Caietanus & alij.

Porro sciebant pontifices Ioannem esse filium Zachariæ sacerdotis, ideoque sacerdotem: cum ergo rogant: Tu quis es? rogant quis es munere, dignitate, officio? q. d. Quod munus geris? quod officium à Deo accepisti? ad quid te misit Deus prædicare & baptizare? Maiora enim officia Deus solebat committere sacerdotibus.

Tropologicè, quisque se crebrò interrogat: Tropolog. Tu quis es? obeundo singula Prædicamenta. Tu quis es? Primò, Substantiæ: Tu quoad substantiam quis es? Audiat conscientiam sibi respondentem: Dei creatoris mei nomen est: Ego sum, qui sum, siue qui est, Exodi 3. Ergo meum, qui sum creatura, nomen est: Ego sum, qui non sum, quia ex me nihil sum, sed ex meo nihiloeductus sum à Deo, factusque homo: quare anima & corpus quæ habeo, non mea sunt, sed Dei, qui ea creauit ex sua essendi plenitudine, mihi que eadem dedit, vel potius commodauit, vt ijs vtar ad eius voluntatem, amorem & cultum: quare par est vt ea in ipsius obsequio impendam, & exhauriam. Sic Ioannes respondet: Non sum ego Christus. Et S. Franciscus: Quis tu Domine? quis ego? Tu abyssus sapientiæ, patientiæ, virtutis, omnisque boni: ego abyssus ignorantia, infirmitatis, peccatorum, omnisque mali & miseriæ. Tu abyssus entis; ego abyssus nihili. Hinc Christus apprensus sanctæ Cathariæ Senensi, dixit: Beata eris si noris, quis sim ego, quæ tu: Ego sum, qui sum, tu es quæ non es.

Secundò, Quantitatis. Quis, id est, quantus es in quantitate? Si continuam quantitatem spectes, sum quantum cubitorum: quisque enim homo in altitudine tantum habet, quantum habet in latitudine; si brachia extendat: brachia autem extensa

Tropolog.

Tu quis es?

in substantia.

tuæ.

heresi 51. putà primà die Martij, Ioannes hoc testimonium perhibuit Iesu absenti, quod ipse esset Messias, siue Christus. Mox sequenti die, scilicet die 2. Martij, Iesus presentem se Iohanni, tuncque Ioannes iterum ei testimonium perhibuit dicens: Ecce Agnus Dei. Vnde sequitur.

VERS. 29. ALTERA DIE VIDIT IOANNES IESVM VENIENTEM AD SE, ET AIT: ECCE AGNVS DEI, ECCE QVI TOLLIT PECCATVM MVNDI] Nota, Iesus à Ioanne baptizatus iuit in desertum, ibique ieiunauit 40. diebus, mox tentatus à diabolo, vt patet Matth. 3. è monte vbi eum diabolus tentans, sed victus reliquerat, descendit, redijtque ad Ioannem, vt eum, à quo paulò ante ante hos dies fuerat baptizatus, visitaret & audiret; sed maxime, vt Ioannes testimoniu, quod sibi absenti coram legatis Iudeorum dederat, presenti iteraret confirmaretque, ac coram Iudæis omnibus testaretur ipsum esse Christum, eumque digito demonstraret, vt nullus tergiversationi esset locus.

ECCE AGNVS DEI] Nonnus paraphrasticè vertit, & cum exisset digito, demonstrabat resti populo propè venientem. Illud verbum, Ecce, ponitur, ait Chrylost. eò quod multi iam ipsum inquirebant, ideo presentem ostendit, dicens: Ecce hic est, de quo iam sermo habitus est. Vnde admodum tempore, ait Cyrillus: Propetia simul & Apostolus Baptista esse debet est: quem enim venturum predicabat, hunc iam monstrat presentem.

AGNVS] Græcè δ αμνος, scilicet ille agnus singularis, & diuinitus à Mose & Isaia predictus & præfiguratus, ait S. Chryost. & Theophyl. Alludit ad Isaia c. 53. v. 7. Oblatus est quia ipse voluit, & non aperuit os suum: sicut quis ad occisionem ducitur & quasi agnus coram condente se obmutescit, & non aperit os suum. Et ad Ierem. c. 11. v. 19. Et ego quasi agnus qui portatur ad victimam. Vide ibi dicta, vbi & addidi nomen Iesus græcè Ἰησους, per anagramma litteris transpositis idem esse quod εὐαγγεῖον, id est, tu es vitis.

Christus à Ioanne baptizatus, & ab eius affectu Ioanne Euangelista in Apocal. crebrò vocatur agnus; Primò, quia ipse præsignatus erat agno paschali, & iugi sacrificio, quo quotidie agnus manè & vesperè Deo in templo immolabatur, alijque agnis, qui ex lege pro peccato sacrificabatur, nec tamen peccatum abolere poterant, vnde representabant Christum, qui illud suo sanguine aboliturus erat. Ita Origenes, S. Cyrillus, Euthym.

Secundò, quia Christus ab Isaia & Ieremia vocatus est agnus, pro mundi redemptione offerendus. Ita S. Chrylostom. Cyrillus, Theophylactus, Euthym.

Tertiò, dicitur agnus ob summam & agniam innocentiam, mansuetudinem, patientiam, obedientiam vsq; ad mortem, quam silens instar agni sustinuit. Ita S. August. Vnde S. Petrus epist. 1. c. 2. 22. Qui, inquit, peccatum non fecit, nec inueniens est dolus in ore eius: qui cum malediceretur, non malediebat; cum pateretur, non comminabatur. Hinc & S. Ioannes in Apocal. delectatur voce agni, & cum Christo quasi agno dissuauatur, ab eoque agniam simplicitatem, puritatem & mansuetudinem imbibit, vt nos idem facere verbo & exemplo doceat.

Iam verò Christus dicitur agnus Dei, id est, non ouium, sed Dei Filius, quia à Deo, id est, iust-

Nominis Ihesus pulchram anagramma. Christus est agnus. Primò.

Secundò.

Tertiò.

A su & voluntate Dei, pro hominum redemptione est immolatus: sicut vocatur sacrificium Abrahæ, quod Abraham obtulit, ait Theophyl. Euthymius, & Maldon. Aut quia ipsimet Deo est oblatu & immolatus. Aut Dei, id est diuinus, propter diuinitatem, quæ in ipso erat. Aut, vt Clemens Alexand. lib. 1. Padag. c. 5. & ex eo Tolerus in c. 1. S. Ioannis, quia pro nobis factus est puer & infans Parris; pueros enim agnos vocamus. Verba Clementis sunt: Quoniam Scriptura pueros & infantes agnos vocat, Deum qui est Verbum, qui propter nos homo factus est, qui nobis in omnibus assimilari volebat vocauit Agnum Dei, Filium Dei, infantem Parris, q. d. Christus est Agnus Dei, id est, Filius Dei; agnus enim filium notat.

Porro Christus quoad fortitudinem, victoriam, regnum & triumphum, est leo de tribu Iudæ; quoad lenitatem & candorem, est agnus, ac per illa factus est leo: fuit enim ipse agnus in passione, leo in resurrectione.

QVI TOLLIT PECCATVM] tum quoad maculam, quam peccatum post actum, animæ imprimit; tum quoad reatum pœnæ & gehennæ, cui peccatorem facit obnoxium & reum: tollit, inquam, eius expiationem & pœnam in se suscipiendo, itaq; morte sua, in cruce, pro peccato exiustitia & æquitate satisfaciendo. Dicit hoc Ioannes, ne quis putet Christum accessisse ad baptismum suum, vt eo peccata sua ablueret, vti faciebant ceteri, eò quod ipse nullum haberet peccatum, essetque innocentissimus & sanctissimus, id eoque à Deo factus esset victima pro peccatis totius mundi, vt omnia expiaret, omnesque in se credentes & pœnitentes sanctificaret. Qui non assumpsit de massa nostrum peccatum, ait S. August. ipse est qui tollit nostrum peccatum.

PECCATVM] Ita legunt Græca, Romana, Syra, licet nonnulla legant cum Arabico, peccata in plurali; sed eodem redit sensus. Per peccatum intelligit primum & uniuersale peccatum Adæ, putà originale, quod ipse per generationem in posteros omnes transfudit, & ex quo cetera omnia actualia, tam venialia, quam mortalia oriuntur. Christus ergo tollit peccatum, id est, omnem peccatorum colluuiem & scaturiginem. Ita Theophyl. Beda, D. Thomas, Glossa, Iansen. & alij, iuxta illud Isaia 53. 6. Posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum, &c. & iniquitates eorum ipse portabit. Et illud: Ipse est propitiatio pro peccatis nostris non pro nostris autè tantum, sed etiam pro totius mundi, i. Ioan. 2. 2. Vnus pro omnibus occiditur, ait Cyrillus, vt omne genus hominum Deo Patri lucrificat. Est enim in Christo perennis vis peccata expiandi, per omnia sæcula, per omnes gentes, per omnes homines, qui eius fidem, baptismum & pœnitentiam suscipere volunt.

HIC EST DE QVO DIXI (v. 15. & 27.) POST ME VENIT VIR, QVI ANTE ME FACTVS (vili præpositus) EST: QVIA PRIOR ME ERAT] vt pote æternus verusque Deus, Baptista, ait Cyrillus vltro sponte gloria Christi cedit, nec ex charitate magis, quam ex veritate, adeoq; necessitate id facit.

ET EGO NESCIEBAM EVM, SED VT MANIFESTETVR IN ISRAEL, PROPTEREA VENI EGO IN AQVA BAPTIZANS] q. d. Ne putetis, ô Scribæ & Iudæi, me Iesum asserere esse Messiam, familiaritatis, cognationis aut gratiæ causa, quafi

VERS. 30.

VERS. 31.

quasi illi familiaris amicus sim vel fuerim: assero enim vobis, quod ego nesciebam eum, quia nunquam eum antea vidi, nec ante baptismum allocutus sum; sed vt eum vidi, ex Dei affectu & inspiratione ipsum agnouit, vt dixi Matth. 3. 14. Quid mirum, ait S. Chryost. si Christum nesciebat, qui in deserto, extra paternam domum, à puero versatus erat?

SED VT MANIFESTETVR IN ISRAEL.] Iudæis, quibus per Prophetas promissus est Messias, vt omnes adducantur ad fidem in illum, ait Theophyl. Vnde Nonnus paraphrasticè vertit, sed vt ipse habens incognitam faciem, manifestaretur omnibus Israël (Iacobi patriarchæ) filiis, reuerens carentibus, ego veni precursor vix non predicat, baptizans indoctum, signarum, errorem populum.

VERS. 32. ET TESTIMONIUM PERHIBUIT IOANNES, DICENS: QVIA VIDI SPIRITVM DESCENDENTEM QVASI COLUMBAM DE CÆLO, ET MANSIT SVPER EVM] putà in Christi baptismo. Vide dicta Matth. 3. 16. Nonnus vertit, testimonium dixit, quod vidisset descendentem ex æthereis sinibus Spiritum Dei, alarum prudenti plausu & vibratione delatum, ad expressam imitationem columbæ, donec super ipsum venit, & ibi manebat.

VERS. 33. ET EGO NESCIEBAM: SED QVI MISIT ME BAPTIZARE IN AQVA, ILLE MIHI DIXIT, SVPER QVEM VIDERIS SPIRITVM DESCENDENTEM, ET MANENTEM SVPER EVM, HIC EST, QVI BAPTIZAT IN SPIRITV SANCTO] In aqua; Nonnus, baptizare non ignitis & spiritum carentibus lanacris. Identidem Baptista ingeminat, se non ex visu & alloquio, sed ex Dei reuelatione nosse Iesum esse Christum, vt nemo eius testimonio refragari audeat. Ita S. Cyrillus.

Nota hinc manentem. Hinc enim liquet proprium fuisse Christi, habere omnes gratias Spiritus sancti, ac prophetiam per modum habitus: ac in alijs manere solum ea dona quæ ad vitæ sanctitatem necessaria sunt; iuxta illud Ioannis 14. Apud vos manebit. Ita S. Hieron. in Ierem. c. 28. & Ezech. 35. S. Gregorius hom. 1. in Ezech. & alij. Vide Suarez tract. de Fide, disp. 3. sect. 6. n. 6.

VERS. 34. ET EGO VIDI (Spiritum sanctum in Iesum, cum à me baptizaretur, descendentem & manentem) ET TESTIMONIUM PERHIBVI, QVIA HIC EST FILIVS DEI] Græcè δ υἱός id est, ille filius; scilicet naturalis, diuinus & ὁμοῦσθῶ Patri, ideoque omnium Patris bonorum heres, ait Cyrillus, ad quem nos per adoptionem conformamur, ad huiusmodi dignitatem per gratiam eius inuitati.

VERS. 35. ALTERA DIE (postridie) ITERVM STABAT IOANNES, ET EX DISCIPVLIS EIVS DVO] Dicit Euangelista Ioannem Baptistam tribus diebus continuis, ter testimonium perhibuisse Iesu, quod ipse esset Christus, vt illud planè firmaret & solidaret. Primum enim dedit authenticum & iuridicum rogatus à legatis Iudæorum, die prima Martij v. 19. secundum dedit postero die venientis & presentis iam Iesu, die 2. Martij v. 29. tertium dat hinc die 3. Martij, coram discipulis suis, vt eos ad Iesum traducat. Vide Chronotaxim num. 10. & 11.

VERS. 36. ET RESPICIENS IESVM AMBVIANTEM DICIT: ECCE AGNVS DEI] q. d. Ecce Christus instar agni immaculati, destinatus in victimam, vt Deo in cruce immoletur, pro peccatis totius mundi. Sicut enim agnus paschalis aslabatur dif-

rentus in veru, sic Christus distentus in cruce affusus fuit, tum dolore clauorum, tum potius amore electorum. Dicit hoc Baptista, q. d. discipulis suis. Quid me sequimini? illum sequamini, qui est agnus Dei, pretium mundi, ait Interlin. Sic & S. August. Chryost. & alij. Vbi Nota prudentiam & modestiam Ioannis, qui discipulos non cogit, nec impellit ad sequendum Christum, sed dumtaxat illis eum indicat, vt illi tantum bonum agnitum sponte sua ardentius sequantur, & constantius retineant; sicut qui gemmam, quæ vili pretio venditur, quanti sit pretij, mercatoribus indicat, facit vt vltro eam ambiant, & coëmant. Vnde Chryost. Nullo, ait, hortatu (suscipio enim fuisset) sed solo auditu secuti sunt.

ET AVDIERVNT EVM DVO DISCIPVLI LOQUENTEM, ET SECVTI SVNT IESVM] Obijcit Chryost. Atqui & alij erant Ioannis discipuli, sed illi non modo non secuti sunt, sed emulabantur honorem Ioannis sui magistri, eumque præferebant Christo, vt patet cap. 3. v. 26. Et Euthymius Inter multos auditores, ait, hi soli adesse dicuntur, auribus videlicet anime, cum alij vti que audissent auribus corporis.

DVO] Quorum vnus erat Andreas, vt patet v. 40. alter ignoratur. Porro S. Chryost. Quare, ait alterius nomen non ponitur? quia est ipse qui scribit (Ioannes,) aut quia ille non erat insignis. Prius est verisimilius, ait Franc. Lucas: & facit quod Ioannes & Iacobus fuerint in piscatione socij Petri & Andree, Matth. 4. vbi paulò post Andream & Petrum, vocat Christus ad se Ioannem & Iacobum. Item quod Ioannes in Apocalypsi gaudeat Christum vocare agnum, quasi qui hoc nomen audierit & imbibit à magistro suo Ioanne Baptista. Denique tanta puritas, virginitas & sanctitas S. Ioannis Euangelistæ, videtur manasse à puritate & sanctitate Ioannis Baptistæ. Accedit S. Epiphanius heresi 51. qui asserit alterum horum duorum fuisse Ioannem, vel fratrem eius Iacobum, id est alterutrum filiorum Zebedæi, Ioannem fuisse, opinantur quoque Theophyl. Euthym. & S. Cyrillus in Catena. Alcinus verò in Catena S. Thomæ: Alter, inquit, erat Philippus. Verum Philippus vocatus fuit à Christo v. 43. in Galilæa.

SECVTI SVNT IESVM] vt eum plenius nosset, ait Euthymius, & cum eo familiaritatem contraheret, ac, si commodum expetirentur illum, planè sequerentur, futuri eius perpetui discipuli: nam hic eos se totos Christo necdum addixisse, sed tantum probare voluisse, patet ex sequent.

Alleg. Beda: Sequentes Iesum, ait, reliquerunt Ioannem; sequentes Euangelium, legem amiserunt: sic tamen secuti sunt Euangelium, vt testimonio vterentur è lege.

CONVERSVS AVTEM IESVS, ET VIDENS EOS SEQUENTES SE, DICIT EIS: QVID QUÆRITIS? QVI DIXERVNT EI: RABBI (QVOD DICITVR INTERPRETATVM MAGISTER) VBI HABITAS? Quid queritis? Vox est non ignorantis, sed inuitantis, & eorum verecundiam subleuantis, Audi Cyrillum: Interrogat quid quererent, non quia ignoraret, qui vniversa nouerat vt Deus, sed vt colloquendi principium interrogatio fieret. Sic & Chryostomus: Qui humanorum cordium scrutator est, ait, is interrogat, non vt sciat (sicut enim) sed vt rogando

VERS. 37.

VERS. 38.

rogando eos sibi conciliet, ut familiares reddat atque am-
deniores, seq. suo eos dignari colloquio ostendat. Credibi-
le enim erat eos subtereri & formidare, cum se rudes in-
telligerent, & tantum de illo magistri accepissent testi-
monium.

RABBI] Syrus, Rabboni, id est, magister nosster,
Arabicus, Rabban, id est, magister. Hac voce di-
scipuli Christum honorant, eiusque gratiam sibi
conciliant, & se eius velle fieri discipulos insi-
nuant. Ita Beda: *Ista interrogatio, inquit, indicium
est fidei: quando enim dicunt, Rabbi, quod intelligitur
magister: & sequuntur eum, vitis magistrum sequun-
tur & dicunt. Magistrum appellaverunt, ait Cyril-
lus, à quo discere cupiebant.* Et Chrylost. *Nec ex eo
solum: quod sequerentur, sed etiam ex interrogazione
eorum ostendit desiderium. Siquidem cum tibi adhuc
magnum neque vidissent, neque audissent ab eo, ma-
gistrum appellare, se discipulis annumerant, & cur se-
quantur ostendunt; ut videlicet aliquid velle decer-
rent.*

QVOD DICITVR INTERPRETATVM, MAGIS-
TER] Hæc verba sunt non discipulorum, sed Io-
annis, eorum vocem Hebraicam, Rabbi. Græcis
& Latinis, qui hebraicè ignorant, interpretan-
tis.

VBI HABITAS?] Græcè πῆ μένει, id est, ubi
manes, vbi moraris? hospitium enim Christus in
terris habuit, non propriam habitationem & do-
mum iuxta illud Matth. 8. 20. *Vulpes foveas habent,
& volucres cali nidus, Filius autem hominis non habet
ubi caput reclinat.* Rogant hoc discipuli, ut domi-
cum Christo secretò colloqui, & ab illo de rebus
diuinis, & ips quæ ad vitam perfectiorem perti-
nent, instrui possint, ac significant se velle fieri
eius familiares & domesticos. Ita S. Chrylost.
Theophyl. Euthymius.

VERS. 39. DIXIT EIS: VENITE, ET VIDETE. VENERVNT,
ET VIDERVNT VBI MANERET, ET APVD EVM
MANSERVNT DIE ILLO: HORA AVTEM ERAT
QVASI DECIMA] ab ortu solis, hoc est quarta
post meridiem, & secunda ante occasum solis,
quæ apud Italos est hora vigesima secunda. Erat
enim dies tertia Martij, ut dixi v. 28. & 35. cum
non longè abest æquinocetium, quo dies & no-
ctes sunt æquales, diesq; est duodecim horarum,
& totidem nox. Addit hoc Ioannes, ut ostendat
& Christi zelum, qui imminente nocte, no-
luit eos rjicere in sequentem diem, sed statim
cum eis negotia salutis peragere: æquè ac disci-
pulorum æga Christum ardorem, qui de no-
cturno hospicio non solliciti, maluerunt aqud
Christum audiendo pernoctare, quàm domi in
lecto decumbere. Ita Euthymius. Nam eos man-
siste apud Christum, non duabus tantum, quæ
super erant, diei horis, ut nonnulli putant, sed per
integrum diem naturalem, qui noctem compre-
hendit, ideoque per noctem totam; patet ex eo
quòd duabus quæ supererant diei & lucis horis,
nec satis cum Christo suo tractare, nec Christum
pernoctare, nec ad Ioannem ante noctem redire
potuissent. *Non enim convenit, ait Cyrillus, ut citò
satiatis à divina doctrina recedamus.*

Porro quæ & quanta audierint à Christo,
quantos pietatis affectus haulerint, quos chari-
tatis ignes à Christo afflatos senserint, soli illi
norunt qui experi sunt. Vnde exclamat S. Aug.
*Quam beatam diem duxerunt, quam beatam noctem!
Quis est qui nobis dicat, quæ audierint illi à Domino?*

A Certè id ex affectu æstimare licet. Nam Andreas
ita amore Christi fuit accensus, ut fratrem suum
Petrum mox Christo lucrari, eiusque amore ac-
cendere fategerit: ut patet ex v. seq.

ERS. 40. ERAT AVTEM ANDREAS FRATER SIMONIS
PETRI, VNVS EX DVOBVS, QVI AVDIERANT
A IOANNE (dicente de Iesu, Ecce agnus Dei)
ET SECVTI FVERANT EVM] scilicet Iesum. In-
gerit hoc Ioannes, ut ostendat qua ratione ad
Christum adductus sit Petrus, qui fuit princeps
Apostolorum, & caput totius Ecclesie, nimirum
quòd Andreas latus de inuento & audito Chri-
sto ad eum fratrem suum Petrum, quem vicè
diligebat, adduxerit, ut tanti boni cum faceret
consortem. Signum ergo & effectus vocationis
diuinæ est zelus hic, quo quis eiusdem, alios, præ-
sertim intimos suos, participes facere, & ad Deum
traducere studet & ardet. Sicut enim ignis parit
ignem, sic zelus zelum. Porro videtur Petrus, æ-
què ac Andreas, fuisse Ioannis Baptistæ discipu-
lus; vel certè studiosus auditor: uter fuerit senior
ignoratur. Andree ergo decus & laus est, conuer-
sio Petri.

INVENIT (quem studiosè quærebat. Syrus, vi-
dit, postridie scilicet illius diei, quo cum Christo
manserat & pernoctarat v. 39.) HIC PRIMVM
(ante alios amicos & notos) FRATREM SVVM SI-
MONEM, ET DICIT EI: INVENIMVS MESSIAM,
(QVOD EST INTERPRETATVM CHRISTVS?) q. d.
Messie nomen Hebræum, si græcè interpretaris,
idem est quod Christus, id est latinè vnctus; scilicet
vnctione non corporali, sed spirituali gratia,
tum vnionis hypostatice, tum habitualis eximie,
per quam à Deo creatus & quasi consecratus est
primò, sacerdos; secundò, doctor; & tertio, pro-
pheta; quarto, rex; quinto, legislator; sexto, red-
emptor orbis est. Græcè τὸν μεσσία, id est, illum
Christum, illum vnctum; quem scilicet velut exi-
mium, vnicum & singularem Prophetam à Pro-
phetis promissum, quasi restauratorem Israelis
omnes avidissimè expectant. Ita Euthymius.

INVENIMVS (scilicet ego cum socio meo) MES-
SIAM] quem ego & tu cupidissimè expectamus,
vestigamus & scrutamur. Videtur ergo Andreas
æquè ac Petrus, partim ex oraculis Prophetarum,
partim ex Ioannis de Christo iam nato tes-
timonio, Christi videndi desiderio artisse: nam
ut ait Beda: *Nemo inuenit, nisi qui querit; iste qui in-
uenisse se dicit, ostendit quia dui quæserit.* Et S. Chry-
lost. *Hoc verbū, Inuenimus, inquit, anima est maxime
eius presentiam desiderantis, & cælitus aduentū exspe-
ctantis: cuius aduentū exultans, alios Evangelij gestat fieri
participes. Hoc fratrum animi, cognati amoris, sincer-
i est affectus officium, ut in spiritualibus quàm diligen-
tissimam curam adhibeamus, inuicem optulmur.* S.
Chrylostomum de more secutus Euthymius,
*Sermo, inquit, est admodum lætantis: Inuenimus quem
quærebat, quem venturum sperabamus, quem Scri-
pturæ annuatiaverunt.* Andreas ergo cum socio læ-
titià de Christo inuento quasi de summa felicitate
gestiens, ut eandem communicet fratri suo
Petro, exclamat: *Inuenimus Messiam.* Quare non
amplius, ait Chrylost. *ad Ioannem reuersi sunt, sed in
Christo affixi sunt, ut Ioannis ministerium suscipere,
& ipsi Christum predicarent.*

Hinc Moraliter discimus, Deum per gratiam
suam occurrere animæ se desideranti, eoque
magis eam implere, quo magis se desiderat,
&

& sitisimò hoc ipsum sui desiderium solet Deus
prius animæ immittere, ut per illud animam ad
se suaque dona præparet, eorumque capacem ef-
ficiat. Sicut enim quòd maius est vas, eò maioris
vini vel olei est capax: sic quòd maius est in ani-
ma Dei & virtutis desiderium, eò magis illa ip-
sius est capax, iuxta illud Thren. 3. 25. *Bonus (be-
neficus, liberalis) est Dominus sperantibus in eum, ani-
mæ quærenti illum.*

VERS. 42. ET ADDVXIT EVM AD IESVM] Credibile est, ait
S. Chrylost. *Andream plura persuasioni accommodata
narrasse, aderat quoque alter discipulus, qui ista adiun-
bat: verum Andreas, cum suum non esset officium, ne-
que ad tanti luminis narrationem sufficeret, ad fontem
ipsum quem inuenerat, fratrem adduxit.* Porro Petri
animus ad hæc verba velut ignis præsentis stipu-
la, desiderio videndi audiendique Christi exarsit.
Vnde pergit S. Chrylost. *Confidera, ait, à principio
obedientem & beneuolum Petri animum: currit de ve-
stigio nil moratus. Adducit, inquit, eum ad Iesum; sed
nemo eius damnet nimiam in credendo facilitatem: non
enim dicit statim persequisse, sed tantum adduxisse ad
Iesum, ut inde totum disceret.*

INTVITVS AVTEM EVM IESVS (quasi subie-
ctum appositum ad predicandam & illustrandam
suam gloriam, ideoque cum destinans suum suc-
cessorem & vicarium, putà Pontificem Ecclesie)
DIXIT: TV ES SIMON FILIVS IONA: TV VOCABE-
RIS CEPHAS. QVOD INTERPRETATVR PE-
TRVS] Pater ergo Simonis Petri vocabatur Ioha-
nan, siue Ioannes, & per eam Iona, sicut Iobus
cõtrahitur in Iosue & Iesus, Ita Nonnus & alij. Di-
cit hoc Christus, ut Petro arcana pandat, seq̃ue
eorum conscii, ideoque cardiognosten, & Deum
esse ostendat. Nam, ut ait Cyrillus, *antequam ali-
quid de eo quæssisset, tam ipsum, quàm patrem eius no-
mine appellat, & hac re discipulum instruit, eum se esse,
qui cuncta etiam antequam sciant, nouit.*

TV VOCABERIS CEPHAS] Promittit Christus
Simoni nomen Cephas; id est, Petrus. q. d. Ego ti-
bi, ô Simon, aliud nomen indam, vocabo te Ce-
phas, id est, petra vel Petrus, quia te faciã petram
Ecclesie, ut tibi tuæque fidei, æquè ac regimini,
quasi fundamento petriño & solidissimo incum-
bat firmissima Ecclesie meæ fabrica. Promissum
hoc præstitit Christus, Matth. 16. 18. dicens: *Tu es
Petrus, & super hanc petram (id est, super te quem
voco Cephas, id est, petram) edificabo Ecclesiam
meam.* Vide ibi dicta. Ita S. Cyrill.

IN CRASTINVM VOLVIT (Iesum) EXIRE IN GA-
LILIAM] ut ex ea vocaret viles ac rudes piscato-
res, quos Apostolos suos crearet, & Euangelij
præcones efficeret, ne fides Christiana putaretur
esse opus hominū, non Dei. Apostoli enim fuere
Galilæi, Galilæi autem erant pauperes & ignobi-
les præ Iudeis, qui ex Iuda quæ erat tribus regia,
erant oriundi. Ita S. Chrylost. Euthym. & alij.

IN CRASTINVM] Putà postridie illius diei, qua
Andream & socium hospicio exceperat, quæ fuit
dies 3. Martij, ut dixi v. 35. postridie ergo, id est,
die 4. Martij, iuit Iesus in Galilæam, & vocauit
Philippum: singulos enim actorum Christi dies
accuratè hic consignat Ioannes, & quid quoque
die ab eo gestum sit enarrat.

ET INVENIT PHILIPPVM] nõ casu vel fortui-
to, sed destinato cõsilio vadens ad eum locum, vbi
sciebat esse Philippum: ibi eum inuenit quem stu-
diosè quærebat, quia eum destinabat Apostolum.

A ET DICIT EI IESVS: SEQUERE ME] Hæc est pri-
ma vocatio exterior Christi: Petrus enim & An-
dreas prius vocati sunt interiùs per internam in-
spirationem, non exteriori per externam vocem
Christi, sed auditià voce Ioannis Baptistæ magi-
stri sui dicentis de Christo, *Ecce agnus Dei*, ab eo
non vocati, vtrò & sponte sua Iesum adierunt,
exploraturi eius doctrinam, & vitam, non autem
quasi certi & stabiles futuri eius discipuli. Ita To-
lerus. Philippo ergo hoc decus & hæc laus debe-
tur; quòd primus omnium à Christo dicente, *Se-
quere me*, exteriori vocatus sit: & interiùs men-
tè eius impellente Spiritu sancto, vocationi huic
obediens, illicò Christum secutus sit, quia ipse
erat studiosus legis Moisaicæ, & sollicitus de ad-
uentu Christi, ait Theophyl. atque, ut S. Chry-
lost. *in persequenda veritate diligentissimus.*

Vnde S. August. lib. 2. de Conensu Euang. cap.
17. *Iam Philippus, inquit, sequatur quem sic voca-
uerat, ut diceret ei: Sequere me.* Causam dat Theo-
phyl. vim attractiuam vocis Christi: *Videtur enim,*
inquit, *primum vox Domini animi illius stimulo quo-
dam charitatis tetigisse. Non enim simpliciter Saluato-
ris vox dicebatur, sed dignos statim flagrare faciebat in-
trinsècus ad amandum ipsum, sicut & Cleophas dixit:
Nõne cor nostrum ardens erat, cum loqueretur nobis
in via?*

Porro Clemens Alexandr. lib. 3. Strom. cap. 2.
certò asserit Philippum esse illum, qui petens à
Christo, dicensque, *Domine permittite me primum
ire, & sepelire patrem meum*, hoc à Christo respon-
sum tulit: *Sequere me, & dimittite mortuos sepelire
mortuos suos*, ut dixi Matth. 8. 22.

ERS. 44. ERAT AVTEM PHILIPPVS A BETHSAIDA, AD
CIVITATE (patris) ANDRÆ & PETRI] Addit
hoc Ioannes, ait Theophyl. ut insinuet Andream
& Petrum prius insinuasse Philippo, quasi cuius
& vicino suo se inuenisse Messiam, illumque esse
Iesum Nazarenum. Quare Philippum mox à
Christo vocatum, dum ab eo audiret, *Sequere me*,
illico eum fuisse secutum, quia iam animo erat
preparato & Christi audio. Idem probabile esse
asserit Franc. Lucas. Solebat enim Christus di-
scipulos præmittere, qui viam sibi sternerent, &
auditores ad suum aduentum prepararent.

Porro Bethsaida erat adiacens mari Galilææ
(sita iuxta Corozaim & Capharnaum) in qua
domū habebat Petrus & Andreas, quam Chri-
stus ingressus, socrum Petri in lecto decumben-
tem, à graui febre liberavit, & apprehensa manu
sospitem erexit, Matth. 8. Hæc ergo fuit patria
trium Apostolorum, Petri, Andree & Philippi,
dicta Bethsaida hebr. quasi domus venationis, vel
piscationis, quia in ea habitabant piscatores, qui
in vicino mari pisces venabantur & capiebant,
quales fuere Petrus & Andreas.

INVENIT PHILIPPVS NATHANAEL, ET DI-
CIT EI: QVEM SCRIPSIT MOYSES IN LEGE, ET
PROPHETE, INVENIMVS IESVM FILIVM IO-
SEPH, A NAZARETH] *Inuenit non casu, ait Cyril-
lus, sed multo quæsitum studio: studiosissimum enim
Scripturarum virum diligentissimè, cognouerat. Inue-
nit autem, ut videtur, illum in Cana Galilææ (in-
de enim oriundus erat Nathanael, ut patet Ioan-
nis 2. 1. 2.) quando scilicet Philippus cum Iesu
vocatus ad nuptias, eodem iuit, ut audiemus,
cap. 2. 1.*

NATHANAEL] amicum & familiarem suum.
Quæ;

Nathanael
quis
Resp. Primò.

Secundo.

Tertio.
fuisse Bar-
tholomæum.
Prob. sex
coniecturis.

Quæres, quisnam fuit hic Nathanael?
Primò, Claudius Espenceus scribens in epist. 2. ad Timoth. cap. 4. digress. 25. ait nonnullos putare Nathanaelem fuisse Vreisinum, siue Vrînú primùm Bituricensium Episcopum.
Secundò, Græci in Menologio asserunt Nathanaelem eundem esse cum Simone Chanaanò Apostolo: sic enim habent die 22. Aprilis: *S. Apostoli Nathanaelis, qui fuit Simon Zelotes ex Cana Galilee, ubi Christus innuitus ad nuptias, aquam in vinum conuertit. Idem habent die 10. Maij. Fauer huic sententiæ quòd Nathanael oriundus fuerit ex hac Cana, Ioannis 2. 1. 2.*
Tertio, verisimiliùs Rupertus & Iansenius hic, & Abulensis in cap. 10. Matth. v. 3. ad illa: *Philippus & Bartholomæus, censent Nathanaelem esse Bartholomæum Apostolum. Probant id Primò, quia Euangelistæ semper iungunt Philippum Bartholomæo, sicut hic Ioannes eundem iungit Nathanaeli. Secundò, quia Bartholomæi vocationem factam à Christo nusquam legimus; nisi sit hæc ipsa Nathanaelis. Tertio, quia ceteri tres Euangelistæ, qui Bartholomæi meminerunt, non meminerunt Nathanaelis, ac vice versa Ioannes, qui meminit Nathanaelis, non meminit Bartholomæi, quasi hi duo vnus idemque sint. Quarto, quia Ioannes 2. 1. 2. Nathanaelen Petro, Thomæ, Iacobo & Ioanni Apostolis in piscatione & visione Iesu associat. Videtur ergo ipse quoque fuisse Apostolus, nec apparet quis alius fuerit, quàm Bartholomæus. Quintò, quia Bartholomæus non videtur esse nomen proprium, sed significare filium Tolmai: proprium ergo eius nomen videtur fuisse Nathanael. Sic enim Barjona, id est filius Iona, dictus est Petrus, qui proprio nomine vocabatur Simon, ac deinde à Christo vocatus est *Cephas*, id est, Petrus. Sextò, quia de Nathanaele ait Christus: *Ece verò Israëlita in quo dolus non est*, ac deinde Christus ei promittit visionem angelorum super se ascendentium & descendentium. Videtur ergo Christus eum intinè dilexisse, ac selegisse in tuum familiarem & Apostolum.
Negat tamen id ipsum S. August. hic tract. 17. ac ex eo Toletus, Ribera, Maldonatus & Baronius, moti hac ratione, quòd Nathanael videatur fuisse legis doctor; nam ex lege differit cum Philippo; Christus autem non legisperitos, sed rudes & idiotas piscatores elegit ad Apostolatam. Verùm responderi potest Nathanaelem fuisse legis studiosum, non doctorem, æquè ac erat Philippus cum eo de aduentu Messiae ex lege differens, ac Petrus & Andreas. Videntur enim hi omnes fuisse Ioannis Baptistæ discipuli, vel auditores atque ab eo transmissi ad Christum. Sic Saulus siue Paulus erat legis studiosus, at nõ legisperitus vel doctor. Quòd si Nathanael non fuit Apostolus, certè fuit discipulus. Vnde L. Dexter in Chronico ad annum Christi 1011. n. 5. *Nathanael*, ait, *vnus de septuaginta Domini discipulis requiescit in vrbe (Hispania) Trenga, prope Legionè, vulgò Leon. Idem habet Petrus de Natalib. in Catal. Sanct. ex Vincentio, qui & de eodem addit: Post expletum pr. educationis officium feliciter in Domino requiescit, pridie Kal. Decembris.*
Porro, Nathanael hebr. idem est quòd *donum Dei*, vel *dedit Deus*, vel *deus*, ait Pagn. siue *Adeo-datus*. Hinc princeps tribus Issachar tempore*

Nathanael
is symon.

A Mosis vocatur Nathanael, Num. 1. v. 8. & fortè ab illo hic noster Nathanael prognatus, nomen mutuatus est. Hinc & S. August. filium suum diuino ingenio præditum vocauit Adeodatum, vt ipse fatetur lib. de Beata vita, post initium.
[*IESVM*] Syrus, qui est Iesus filius Ioseph à Nazareth Erat enim Nazareth vicina Canæ Galiliæ, tribus horis tantum ab ea distans, ita vt Nathanael ex Cana oriundus, faciliè nosse posset Iesum filium Ioseph vt vulgò putabatur, oriundum ex Nazareth. Arguit hic Caluinus Philippum stultitiæ & inscitie, dicens: *Iesum stultè dicit filium Ioseph, imperitè Nazarenum facit: & de Christo quatuor verba profari nequit, quin duos crassos errores permiscet.* Sed stultus & imperitus est Caluinus, sapiens verò & sciens Philippus, qui apud Nathanaelem Iesum ita describit ex vulgi opinione & agnominacione, vt Nathanael eum nosse possit, alioquin planè eum incognitum habiturus. Ita S. Chrysof. Christus enim verè erat Nazarenus patriâ, quia ibi conceptus erat, esto per occasionem centus natus esset in Bethleem.
ET DIXIT EI NATHANAEL: A NAZARETH POTEST ALIQUID BONI ESSE? DICIT EI: VENI ET VIDE] q. d. Nazareth est in Galilæa locus ignobilis & obsecutus, ac apud Iudeos contemptus. Vnde Pharisei infra cap. 7. 57. dicunt, quòd à Galilæa Propheta non surgit, quomodo ergo, ò Philippe, ex Nazareth natum censet Christum? præsertim quia Christus ex Iuda & Dauide, nasciturus in Bethleem prædicatur à Michæa cap. 5. v. 2. Ita S. Chrysof. qui & addit: *Ostendit, igitur & Scripturæ cognitionem & morum simplicitatè, denique vehemens aduentus Christi desiderium, cum Philippi verba non contemnit. Notat enim Philippum patriâ commemoranda falli potuisse; & ex parte falsus est: Christus enim licet conceptus esset in Nazareth, tamen natus erat in Bethleem, quod hoc tempore ignorabat Philippus. Sic & Theophyl. & Euthym. Porro Ioannes Alba in Electis *Toperist* accepit pro *folet*, & huius acceptionis exemplum profert. q. d. Solèrne ex Nazareth bonus aliquis Propheta prodiret q. d. Minimè quomodo ergo tu, ò Philippe, ais ex Nazareth prodijisse Christum?
VENI ET VIDE] Syrus *Veni & videbis*. q. d. Nolo tecum de Nazareth disputare, sed veni, vide, & audi Iesum, & experieris quod ego expertus sum, vt rapiaris in eius amorem, credalq; ipsum esse Christum. Audi S. Chrysof. *Quomodo hic sit Christus, & quomodo Prophetæ eum prædixerint, non dicit Philippus, sed ducit ad Iesum, sciens ipsum non abscessurum, si illius verba & doctrinam gustaret. Si videris, solummodo, dicit, si sermone cum eo conferas, facillimè mihi assenties. Credere autem nos oportet, ait Cyrillus, messabilem quamdam gratiam in sermone ac verbis Christi fuisse, quibus auditorum animi magna incumditate allicerentur. Scribitur enim quia omnes admirabantur de verbis gratia, quæ exibat de ore eius.*
Porro Nathanael vehementer desiderans videre Christum, Philippo acquieuit, ad Iesum cum eo venit, eumque Christum esse agnouit: quare disciplinæ & lequellæ eius se tradidit.
VIDIT IESVS NATHANAEL VENIENTEM **VERS. 47.**
AD SE, ET DIXIT DE EO: ECCE VERÈ ISRAELITA, IN QVO DOLVS NON EST] qui scilicet imitatur candorem, simplicitatem & sanctitatem Israëlitis, id est, Iacob Patriarchæ, ex quo ipse prognatus est. Vnde Syrus vertit, *ecce verè filius A**

VERS. 46.

VERS. 47.

pro:

VERS. 48.

Tropologicè
Deus ubique
presens om-
nia intue-
tur.

prognatus est. Vnde Syrus vertit, *ecce verè filius A*
Israel: Iacob enim vir simplex habitabat in tabernaculis, Genes. 25. 27. Offendit Iesus se scire & videre animi Nathanaelis candorem & statum, vt inde Nathanael cognoscat Iesum non esse merum hominem, sed & Deum cordium inspectorem. Censet S. Chrysof. Christum alludere ad id quod de se Nathanael dixerat Philippo: *A Nazareth potest aliquid boni esse* q. d. Hoc tuo dicto contra me non offendor, quia scio te id animo candido, & inquiring veritatis audio dixisse: scio enim in animo tuo nullam esse dolum, nullum malitiæ fel.
VERS. 48. DICIT EI NATHANAEL: Vnde me nosti? qui nunquam me vidisti, nec mecum egisti. *Animaduerte*, ait Chrysof. *hominis constantiam, non intumuit laudibus, neque his obuiam factus est, sed de eo perseruari pergit, vt de eo certi aliquid intelligat.*
RESPONDIT IESVS ET DIXIT EI: PRVSQVAM TE PHILIPPVS VOCARET, CVM ESSES SVB FICV, VIDI TE] q. d. Cum solus esses sub ficu, putabatur te à nemine videri, ego tamen te vidi, scioq; quæ clam & secretò ibi egeris. Vidi deinde & audiui te colloquentem cum Philippo, cum ipse te ad me vocaret, tuque ei obijceres. *A Nazareth potest aliquid boni esse* q. d. Vnde colligas me maiorem esse homine, Messiam scilicet Dei Filium. Ita S. Cyrillus, Euthymius, & S. August. serm. 40. de Verbis Domini.
Mysticè, S. Gregorius li. 18. Moral. c. 20. *Cum esses sub ficu*, id est, sub vmbra legis, *vidi te*, vt te transferrem ad vitam mei Euangelij.
Tropologicè hinc discit Deum & Christum vbique præterentem intueri, & reuereri, cum solus es in cubiculo, imò cum quid secretò cogitas vel desideras in corde, Christus te tuasque cogitationes & desideria videt & introspicit. Vide ergo ne quid cogites desideres vel agas, quo oculos maiestatis eius offendas. Sic enim vidit hic Nathanaelem, eiusque acta sub ficu. Vnde Nonnus vertit, *vidi te sub vmbrosa ficu, versantem & meridiantè sub altissimi ramis oculis & mente videns non presentem.* Sic Deus vidit Adamum sub ficu comedentem ficum vitam, Genes. 3.
RESPONDIT EI NATHANAEL, ET AIT: RABBI TV ES FILIVS DEI, TV ES REX ISRAEL] *Filius Dei*, naturalis & consubstantialis; ideoque Deus: hoc enim nudè verba sonant. Ita S. Cyrillus, August. Ammon. Glossa, Dionys. Maldonat. licet S. Chrysof. Euthymius, Theophyl. Lyranus, Caietan. Tolerus, Barrad. censent Nathanaelem nescisse Christum esse Deum; sed tantum credidisse eum esse filium Dei adoptiuum, per eximiam gratiam, quàm eum pollere videbat præ ceteris Prophetis & Sanctis. Nam reuelare cordium secreta possunt & Prophetæ ex instinctu Dei, vt Eliseus reuelauit secretam auaritiã Giezi, & secretas insidias regum Israel, 4. Reg. 5. 26. & c. 6. v. 9. & seq.
Crediderim Philippum ex testimonio Ioannis Baptistæ de Iesu v. 34. credidisse Iesum esse Filium Dei, sed in consuetudo, nec satis distinctè, an esset naturalis, an adoptiuus, idemque declarasse & persuasisse Nathanaeli. Licet enim Ioannes Baptista dicens Christum esse Filium Dei intellexerit naturalem, per vnionem hypostaticam humanitatis cum Verbo; tamen hanc vnionem necdum intelligebat Philippus & Nathanael,

donec sensim hac de re plenius fuere edocui.
REX ISRAEL] Id est, Messias, Davidis & Salomonis regnum filius, ideoque regni Israelis, id est, duodecim tribuum, successor & heres. Hoc enim de ipso prædixerat Dauid, vel potius Deus per Dauidem psal. 2. v. 6. & 7. dicens in persona Christi. *Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montè sanctum eius, predicans præceptum eius. Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Vnde liquet Dauidem prædixisse Messiam fore Dei Filium naturalem, sed hanc eius prædictionem pauci ante Ioannem Baptistam, & Christum illum explicantem, clarè pleneque intellexerunt. Concilium Constantinop. œcumenicum in constitutione Vigilij Pape ad quintam collationem pertinente, anathema dicit ipsi, qui verba Nathanaelis: *Tu es filius Dei, tu es rex Israel*, ab ipso dicta volunt Christo tanquam domestico Dei, vt non ipse sit Deus, sed ob familiaritatem quam cum Deo habet, Deus nominetur.
RESPONDIT IESVS, ET DIXIT EI: QVIA TIBI DIXI: VIDI TE SVB FICV, CREDES: MAIVS HIS VIDEBIS] scilicet maiora mea oracula & miracula maiora mytheria doctrine, vitæ, passionis, resurrectionis & ascensionis meæ: ex quibus cognosces me non tantum Israelis, sed mundi totius, adeoq; cælorum & angelorum omnium esse regem & Dominum. *Duo dicit, ait Chrysof. alterum iam præteritum indicat, alterum ex hoc confirmat futurum: qui enim eius virtutem iam viderat, facillius quæ futura audit, credit.*
ET DICIT EI: AMEN, AMEN DICO VOBIS, VIDEBITIS CÆLVM APERTVM, ET ANGELOS DEI ASCENDENTES ET DESCENDENTES SVPER FILIVM HOMINIS] *Cælum apertum*, non quòd verè cælum scindendum & aperiendum sit, sed quòd cælum angelis intrantibus & exeuntibus aditum dabit & exitum; sicut solet nobis dare ostium dum aperitur: quare vobis videbitur cælum aperiri, esseque apertum. Est catachresis. Simili modo in baptismo Christi, visum est cælum Christo aperiri, Matth. 3. 16. & Ezechiel cap. 1. 1. dum vidit in cælo currum cherubicum gloriæ Dei; & S. Stephano, dum à Iudæis lapidatus, vidit Iesum stantem à dextris Dei, Act. 7. 55. Vide, quæ illis locis annotaui. Hac visione significatur, cælum per quatuor annorum millia hominibus ob peccata clausum, per Christum fore referendum.
ET ANGELOS DEI ASCENDENTES ET DESCENDENTES (Arabicus, ascendere & descendere) SVPER FILIVM HOMINIS] Syrus, *ad Filium hominis*, vt ei quasi regi suo obsequantur. Hoc enim significat Græcum *ἐπ*, quod responderet Hebr. *על*. Vnde Vatabl. vertit, *sub Filio hominis*, q. d. Sub imperio & potestate mea, me imperante, ad nutum meum prout ego voluero vel iussero, ascendent & descendent angeli. Sic & Franc. Lucas.
Nota Primò. Ex eo quòd Christus Nathanaelem vocauit Israelitam, in quo dolus non est, liquet eum alludere ad visionem angelorum in scala è terra in cælum porrecta ascendentium & descendentium, factam Israeli, id est, Iacobo patriarche in Bethel Genes. 28. 12. Ita S. August. lib. 12. contra Faustum cap. 26. Israel enim siue Iacob vt pater, sic & typpus fuit Christi. Christus enim verus est Israel, id est, dominans Deo: idem

VERS. 50.

VERS. 51.

idem est Patriarcha Christianorum, & fundator A Bethel, id est, domus Dei putà Ecclesiæ tam cælestis quàm terrestris, tam triumphantis quàm militantis.

Nota Secundò, Christum hac phrasi & visione angelorum ad se ascendentium, significare se non tantum Israelis & hominum, sed & cælorum ac angelorum esse principem, ac consequenter se verum esse Deum, Deique Filium: ideo enim ascendunt & descendunt ad eum angeli, quasi eius ministri, ut ipsi quasi hero & regi suo assistant & obsequantur, omniaque eius iussa, tam in cælo quàm in terra, peragant. Ita S. Cyrillus & Chrysostomus.

Angeli descendunt ad Christum.
Primò. Querens, quando hic angelorum ad Christum descensus & ascensus contigerit? Primò, S. Chrysostomus & Theophylactus censent eum contigisse, cum Christo agoniam patienti, sanguinemque sudanti in hortu apparuit angelus, confortans eum, Lucæ 22. 44. Item cum in resurrectione mulieribus apparuerunt angeli, nunciantes eum resurrexisse, Matth. 28.

Secundò. S. Cyrillus censet id factum in baptismo Christi, tunc enim angelorum ministerio formata est columba deuolans in Christum, quæ erat index Spiritus sancti. Item vox Patris in aère: *Hic est filius meus dilectus*, Matth. 3. 16. Verùm hoc Christi cum Nathanaele colloquium contigit post baptismum Christi.

Tertiò. Euthym. id factum opinatur in ascensione Christi: tunc enim omnes omnino angeli eum ascendentem stiparunt, velut famuli principem, & velut milites regem suum.

Quartò. Toletus censet id continuò fieri in Ecclesia, quæ à Christo per angelos regitur.

Quintò. Maldonatus æstimat id fore in die iudicij: tunc enim omnes angeli illi assistent, tam boni, quàm mali: boni, ut ab eo homines pios cælo adiudicatos in illud deducant; mali, ut impios ab eo damnatos in tartara abripiant.

Sextò. Franciscus Lucas hæc accipit de Christi miraculis & donis cælestibus, quibus Christo subseruierunt angeli in hac vita, ac post eam. Intelligit ergo Iesus, inquit, ad nutum Filij hominis cælum ex eo tempore à fidelibus visum iri apertum, vltro citroque discurrentibus angelis: quia breui è cælis, iubente Filio hominis, eiusque iussui parentibus angelis, Dei dona magna copia omnibus cernentibus adferenda erant in terram, infirmorum sanatio, leproforum mûdatio, cæcorum illuminatio, claudorum erectio, dæmonum expulsiõ, mortuorum suscitatio, impiorum iustificatio, Spiritus sancti effusio, variorum munerum distributio, mundi conuersio, &c. Quæ omnia cum sint manifesta Dei dona, non potuit non videri cælum apertum, & angelos sanctos, per

quos cælestia ministrantur, Filio hominis ad nutum seruire, ijs qui viderunt Filium hominis redde-tem plurimos horum compotes. Loquitur ergo Christus de omnigenis miraculis & cælestibus donis quæ statim à Nathanaëlis vocatione editurus erat, toto mortalis vitæ suæ tempore, imò etiam post ascensionem suam in cælum continuè patraturus in gubernatione Ecclesiæ suæ, vsque ad extremum iudicium & consummationem sæculi. Hæc omnia vera & apposita sunt.

Verùm, quia Christus Nathanaëli & Philippo specialiter promittit hanc angelorum visionem, ad inchoatam eorum in se fidem augendam, & roborandam; nec in baptismo, passione, resurrectione; vel ascensione Christi, vel aliâs propriè apparuerunt angeli ascendentes & descendentes ad Christum; hinc planius, simplicius pressius & germanius dicemus peculiarem & publicam hanc fuisse visionem angelorum, viuenti Christo propriè ut verba sonant factam, æquè ac eadè facta est Iacobo, qui fuit Christi typus, Genes. 28. 12. Quare illa visio Iacobi similem Christo obuenturam angelorum visionem (de qua hic agitur) præsignificat, ac simillimam antè contigerat in natiuitate Christi, dum angeli ad eum descendentes cecinerunt: *Gloria in excelsis Deo*, Lucæ 2. 13. Porro ubi & quando contigerit hæc angelorum visio, non variant Euangelistæ, vti & alia multa Christi acta silentio prætereunt. Ita Iansen.

Facta autem est hæc visio hoc fine. Primò, ut per eam ostenderetur Christum homines angelis, terram cælo reconciliasse, ac vtrisque mutuam communicationem & familiaritatem, quæ primitus erat in paradiso, restituisse.

Secundò, ut doceret Christianos esse aduenas & hospites in terra, ac versari debere cum angelis, & eorum angelicam vitam imitari, quasi ciues Sanctorum & domesticos Dei, Ephes. 2. 19.

Tertiò, ut angelos nobis quasi præsidés assignaret, qui nos contra dæmones, omnesque malorum incurfus tutarentur, & ad heroicas virtutes impellerent, tandemque post mortem in cælum deducerent. Ascendunt enim in cælum angeli, ut vota, preces & gemitus nostros ad Deum perferant; descendunt, ut à Deo gratiæ dona ad nos deferant.

Quartò, ut declararetur Christi maiestas, & angelorum erga eum obsequium & reuerentia. Iple enim, ait Chrysost. constitutus est *supra omnem principatum & potestatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen, quod nominatur non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro*, Ephes. 1. 21.

Vide quæ de scala Iacob, angelisque per eam ascendentibus & descendentibus fusè dixi Genes. 28. 12.

CAPVT SECVNDVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Primò, Iesus vocatus ad nuptias in Cana, aquam in vinum conuertit. Secundò, v. 13. eijcit vendentes de templo. Tertio, v. 18. Iudeis petentibus signum, quo ostenderet se à Deo missum, hoc assignat: Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.

1. **ET** die tertiâ nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ: & erat mater Iesu ibi. 2. Vocatus est autem & Iesus, & discipuli eius, ad nuptias. 3. Et deficiente vino, dicit mater Iesu ad eum: Vinum non habent. 4. Et dicit ei Iesus: Quid mihi, & tibi est mulier? nondum venit hora mea. 5. Dicit mater eius ministris: Quodcumque dixerit vobis, facite. 6. Erant autem ibi lapideæ hydræ sex positæ secundum purificationem Iudæorum, capientes singulæ metretas binas vel ternas. 7. Dicit eis Iesus: Implete hydras aqua. Et impleuerunt eas vsque ad summum. 8. Et dicit eis Iesus: Haurite nunc, & ferte architriclino. Et tulerunt. 9. Vt autem gustauit architriclinus aquam vinum factam, & non sciebat unde esset, ministri autem sciebant, qui hauserant aquam: vocat sponsum architriclinus, 10. & dicit ei: Omnis homo primùm bonum vinum ponit; & cum inebriati fuerint, tunc id, quod deterius est: Tu autem seruasti bonum vinum vsque adhuc. 11. Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilææ; & manifestauit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli eius. 12. Post hoc descendit Capharnaum ipse, & mater eius, & fratres eius, & discipuli eius; & ibi manserunt non multis diebus. 13. Et propè erat Pascha Iudæorum, & ascendit Iesus Hierosolymam; 14. & inuenit in templo vendentes boues, & oves, & columbas, & numularios sedentes. 15. Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo, oves quoque & boues, & numulariorum effudit as, & mensas subuertit. 16. Et his, qui columbas vendebant, dixit: Auferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei, domum negotiationis. 17. Recordati sunt verò discipuli eius: quia scriptum est: Zelus domus tuæ comedit me. 18. Responderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei: Quod signum ostendis nobis quia hæc facis? 19. Respondit Iesus, & dixit eis: Soluite templum hoc & in tribus diebus excitabo illud. 20. Dixerunt ergo Iudæi: Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud? 21. Ille autem dicebat de templo corporis sui. 22. Cum ergo resurrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli eius, quia hoc dicebat, & crediderunt scripturæ & sermoni quem dixit Iesus. 23. Cum autem esset Hierosolymis in Pascha in die festo, multi crediderunt in nomine eius, videntes signa eius, quæ faciebat. 24. Ipse autem Iesus non credebatur semetipsum eis, eò quòd ipse nosset omnes, 25. & quia opus ei non erat, ut quis testimonium perhiberet de homine: ipse enim sciebat quid esset in homine.

VERS. I.

ET DIE TERTIA FACTÆ SVNT NVPTIÆ A delertum, ibique ieiunauit per 40. dies. Cœpit ergo ieiunium die 7. Ianuarij, finijt die 15. Februarij, inde redijt in Nazareth, ibique mansit per 15. dies; mox 56. die à baptismo, ait S. Epiphani. hæresi. 51. putà die 1. Martij, Iudæi miserunt legatos ad Ioannem Baptistam, qui rogarent an ipse esset Christus? abnuuit Ioannes, dixitque Iesum esse Christum, vti audiuius cap. 1. vers. 19. Inde postero die, putà 2. Martij, venit Iesus ad Ioannem, vnde Ioannes eum digito ostendens: *Ecce*, inquit, *agnus Dei, ecce qui tollis peccata mundi*, cap. 1. vers. 29. Sequenti die, putà 3. Martij, Ioannes idem repetijt, & coram discipulis duobus testatus est: vnde illi vistarunt Iesum, vnusque ex eis Andreas fratrem suum Petrum ad Christum adduxit, cap. 1. vers. 35. In sequenti crastino, putà die 4. Martij,

Hæc ergo est chronotaxis horum Christi dierum. Christus baptizatus fuit à Ioanne anno ætatis 31. die 6. Ianuarij, vti habet Ecclesiæ & Patrum traditio. Eadè die à prandio scessit in *Cornel. in Ioannem.*

ergo ieiunium die 7. Ianuarij, finijt die 15. Februarij, inde redijt in Nazareth, ibique mansit per 15. dies; mox 56. die à baptismo, ait S. Epiphani. hæresi. 51. putà die 1. Martij, Iudæi miserunt legatos ad Ioannem Baptistam, qui rogarent an ipse esset Christus? abnuuit Ioannes, dixitque Iesum esse Christum, vti audiuius cap. 1. vers. 19. Inde postero die, putà 2. Martij, venit Iesus ad Ioannem, vnde Ioannes eum digito ostendens: *Ecce*, inquit, *agnus Dei, ecce qui tollis peccata mundi*, cap. 1. vers. 29. Sequenti die, putà 3. Martij, Ioannes idem repetijt, & coram discipulis duobus testatus est: vnde illi vistarunt Iesum, vnusque ex eis Andreas fratrem suum Petrum ad Christum adduxit, cap. 1. vers. 35. In sequenti crastino, putà die 4. Martij,

A a

Iesus

Iesus iuit in Galilæam, ibique vocavit Philippum c. 43. fuit hoc crastinum dies secunda ab aduentu Andree & Petri ad Christum: inde die tertia, puta die 5. Martij, nuptiæ hæ factæ sunt in Cana Galilææ. Vnde Sanctus Epiphanius loco citato, ait nuptias has factas die 60. à baptismo Christi. Porro idem sanctus Epiphanius, contra reliquos Patres & communem Ecclesiæ sensum, opinatur Christum baptizatum fuisse à Ioanne, die 8. Nouembris, ac proinde inde sexagesimo die scilicet die. 6. Ianuarij factas esse hæ nuptias in Cana, ibique Iesum aquam in vinum vertisse, scilicet in festo Epiphaniæ, quo ante 30. annos, Magi duce stella venerant ad Christum in Bethlehæm, ibique eum adorarant. Additque in memoriam tanti miraculi, etiamnum eodem die 11. mensis Tybi (quæ apud nos est sexta Ianuarij) quosdam fontes in vinum conuerti. Audi eum: *Quapropter etiam in multis locis vsque in hunc diem, hoc fit quod tunc factum est diuinum signum, in testimonium incredulis: velut testatur in multis locis fontes ac fluuij in vinum conuersi: Cihyres quidem urbis Caria fons, quæ hora hauerunt ministri; & ipse dixit: Date archistrucino. Testatur & in Gersa Arabia fons similit. Nos bibimus de Cihyris fonte, fratres vero nolite de eo quiescere in Gersa, in Martyrum templo. Sed & multi in Egypto de Nilo hoc testantur: quare in vicesima Tybi, apud Egyptos omnes haurimus aquam, & reponunt, tum in ipsa Egypto, tum in multis regionibus.* Hinc nonnulli putant sequenti anno, qui fuit Christi 32. recurrente eadem die 6. Ianuarij, nuptias hæce celebratas in Cana. Verum illas eodem anno, quo baptizatus est Christus, putà duobus mensibus à baptismo Christi, corrigisse liquet ex historiâ gestorum Christi, quam per singulos dies (vri paulò antè ostendi) hic perrexit Ioannes. Ita Baron. & alij.

Dices: Cur ergo Deus idem miraculum conuersionis in vinum quotannis renouauit, die 6. Ianuarij? Resp. Causa est, quòd Ecclesia illo die istud miraculum celebret, esto illo die non contigerit: voluit enim Ecclesia tria miracula, quibus Christus se primò mundo patefecit, eodem Epiphaniæ, id est, apparitionis Christi die recollere & celebrare; scilicet Primò, aduentum & adorationem Magorum duce stella; Secundò, baptismum Christi, in quo vox Patris intonuit: *Hic est filius meus dilectus.* Tertio, conuersionis aquæ in vinum in Cana. E tribus hæce duo priora contigerunt eodem die, scilicet sexta Ianuarij tertium verò post duos menses contigit, die 6. Martij, vt dixi. Quod ergo illo die canit Ecclesia: *Hodie vinum ex aqua factum est ad nuptias*, idem est acti diceret: *Hodie eius rei memoria apud fideles recollitur, & in Ecclesia publicè quotannis celebratur.* Ita Baronius, imò Sanctus Augustin. serm. 127. de Temp. S. Maximus scilicet de Epiphania & alij.

Simili modo olim in plerisque locis Occidentis, paschali tempore, quo solemne baptisma in Ecclesia peragi consuevit, è sicco aridoque fonte lapideo, copiosa ad baptismi vsu aquæ exundare consueuerunt, non quidem ad ipsam insinuandam diem, qua baptizatus est Christus, sed quòd tunc temporis solemne baptisma in Ecclesia peragi consuevit.

Nuptiæ.] Syrus; *coniuuium*, scilicet nuptiale.

Quæres, cuius fuerint hæ nuptiæ, & quis in ijs sponsum fuerit? Beda, Rupertus, Lyranus, Carthusian. hic, & Sanctus Thomas 2.2. quæst. 186. a. 4. ac Dom. Soto in 4. dist. 27. quæst. 1. ad 4. & alij putant sponsum fuisse S. Ioannem Euangelistam, moti auctoritate S. Augusti. qui hæc præfat. in Ioannem ait: *Ioannem Dominus de fluctu aqua nuptiarum tempestate vocauit.*

Verum dico sponsum hic non fuisse Sanctum Ioannem: nam Sanctus Ioannes semper fuit virgo, vnde numquam vxorem duxit: hæc enim de causa Christo fuit charissimus, & discipulus ille quem diligebat Iesus, quasi virgo virginem, qui virginittatis propositum per matrimonium numquam infregisset, imò numquam infringere destinasset, sed in eo constans per omnem vitam persisturus erat. Ita docent Sanctus Ignatius, Hieronym. Augustin. Epiphani. & alij, quos citat & sequitur Baron. anno Christi 31. Quare quòd S. Augustin. ait: *Ioannem Dominus de fluctu aqua nuptiarum tempestate vocauit*: intellige nuptiarum non initarum, sed inuendarum, seu quas inire potuisset, & more gentis inire debuisset. q. d. Christus Ioannem iuuenem aduocauit ad se, ne de nuptijs inuendis cogitaret.

Verisimilius ergo idem Baronius secutus Nicephorum libr. 8. Histor. cap. 30. censet sponsum in hæce nuptijs fuisse Simonem Apostolum, qui à Cana hæc cognominatus est Cananæus. Additque Baronius ex Nicephoro locum hunc nuptiarum in Cana Galilææ, à S. Helena Constantini Magni matre insigni ecclesia ibidem erecta, fuisse decoratum & nobilitatum. Simon ergo viso hoc Christi in nuptijs suis miraculo, sponxi & mundo valedicens, secutus est Christum, ab eoque in 12. Apostolorum numerum est coopertatus; atque hæc de causâ Christus nuptias eius adij: atque eas adeundo, nuptias quidem honorauit, sed eum ab illis ad se euocando exibat & apostolatam nuptijs præstare declarauit.

Tropologicè quomodo anima sancta per fidem, spem, castitatem, charitatem, religionem, quali sponfa nubat Christo, fusc ostendit 2. Corinth. 11. v. 2. ad illa: *Respondi vos vni viro virginem castam exhibere Christo.* Ipsa ergo est nympha Christi, quæ relictis omnibus mundi illecebris, amorem omnem in Christum transfert, illique caput, id est, mentem, sensusque omnes obnubet & velat, vt supra nubes in cælo cum eo ingit vertetur, illique se totam dedicat & consecrat. Quare illi optimè conueniunt nuptiarum etyma, quæ assignat Festus, dum ait, Nuptias nonnulli à Græco dictas censent: Græci enim nouam nuptam vocant *νύμφη*. Cornificius, quòd noua petantur coniugia: Curtius, quòd noua ratio fiat: Ælius & Cincius, quòd flammeo (velo nuptiali) caput nubentis obuoluitur, quod antiqui *obnubere* vocauerunt, ob quam causam legem Parentum necesse, quod est obuolucere. Hoc vltimum secutus Varro lib. 4. de Lingua Latina: *Neptunus* dicitur, inquit, quòd mare terram obnubet, vt nubes cælum: à nuptu, id est operatione, vt antiqui: à quo *nuptiæ nuptusque*. Sic Sanctus Isidorus libr. 9. Etymolog. cap. 8. *Nuptiæ*, inquit, dicitur, quòd vultus suos velent: translatum nomen à nubibus,

nubibus, quibus regitur cælum. Vnde & nuptiæ dicuntur, quod ibi primò nubentium capita velantur: obnubere enim cooperire est, cuius contraria *imnuba*, hoc est inuupta, quæ adhuc vultum suum non velat. Hucusque Isidorus.

Talis Christi nympha fuit Sancta Dymna virgo & Martyr, quæ ob formam à patre Hybernæ rege in coniugem appetita, fugiens in Brabantiam, in oppido *Geel* non longe ab Antuerpia, patris manu obruncata, nobile pro castitate obiit martyriū; vnde meruit vt eneregumeni eius sacra lipsana visitantes, à dæmonibus liberentur. Visitati olim eius templum, & virginem reueritus colui. Extat Vita eius apud Surium die 15. Maij.

Cana ubi sita?

IN CANA GALILÆE.] Addit *ad Galilææ*, ad distinctionem alterius Cana, siue Chana, quæ sita erat in tribu Aser, iuxta Sidonem: vnde & Sidoniorum vocabatur, licet ipsa quoque esset in Galilæa, scilicet superiore, quæ Gentium dicebatur, de quâ Iosue cap. 19. vers. 28. atque eius incola fuit mulier Cananæa, cuius filiam Christus à dæmone liberauit, Matth. 15. 22. Hæc verò nuptiarum Cana sita erat in tribu Zabulon, in medio Galilææ, putà in Galilæa inferiore, supra vallem Carmelon, quatuor circiter horis distans à Prolemaide, tribus verò à Nazareth. Ita S. Hieronymus in Locis Hebr. Adrichomius, Franc. Lucas, Maldonatus & alij.

ET ERAT MATER IESU IBI.] *vocata tamquam familiaris ab his, qui nuptias celebrabant*, ait Euthymius: Simon enim Chananæus, qui erat hæc sponfus, fuit filius Cleophæ, qui erat frater Iosephi, sponxi B. Virginis, vt dixi Lucæ. 3. 23. Iosephi hic, & deinceps non fit mentio, quia ipse iam obierat, vt ex hoc loco colligit sanctus Epiphanius hæresi 78. Franciscus Lucas, Baron. & alij, licet ex aduerso Sanctus Cyprian. (vel quisquis est auctor) tract. de Passione Domini, & Sanctus Ambrosius in cap. 23. Sancti Lucæ, opinentur Ioseph adhuc fuisse superstitem in passione Christi, ac æquanimitè tulisse S. Ioannem à Christo sibi præferri in cura B. Virginis.

VERS. 2.

Christus iuit ad nuptias quinque ac canis.

VOCATUS EST AUTEM ET IESVS, ET DISCIPVLI EIVS, AD NVPTIAS.] tamquam confobrinus sponxi, putà Simonis Chananæi. Porro Iesus vocatus, ait Sanctus Chrysofomus, *nuptijs adijit, in quibus non dignitati sue, sed nostræ consanguinitatis hunc honorem deferret, eorumque nuptias sua præsentia honestaret.* Secundò, vt daret exemplum humilitatis, adiens pauperum nuptias. Vnde Sanctus Chrysofomus: *Qui non est designatus, inquit, formam serui accipere, non est designatus ad nuptias venire seruorum.* Sanctus Augustinus de Verbis Domini sermone 41. *Erubescat, ait, homo esse superbus, quoniam factus est humilis Deus: ecce venit ad nuptias, qui cum apud Patrem esset, insituit nuptias.* Tertio, vt in ijs sponforum paupertati & famæ consuleret, conuertendo aquam in vinum. Quarto, vt per hoc miraculum se discipulis patefaceret, eisque se Messiam esse ostenderet. Ita Cyrillus. Quintò, vt nuptias approbaret, ac sua præsentia sanctificaret. *Cornel. in Ioannem.*

care, itaque reselleret Eneratitas & Tatianos mox futuros, qui nuptias quasi sordidum diaboli inuentum, damnabant. Ita Sanctus Augustinus sermone 41. de Temp. Cyrillus, Euthymius, Ammon. in Catena, & Beda homil. in Dominica 2. post Epiphaniam, quem audi: *Si nuptijs debita castitate celebratis culpa inesset, non ad eas Dominus venisset: bona castitas coniugalis, melior continentia vidualis, optima perfectio virginalis. Itaque Christus ex Virgine nascitur, à prophærico vidue Anne ore benedicatur, ad nuptias inuitatus venit.*

ET DISCIPVLI EIVS.] Quæres, vnde, & quoniam qui fuere hi discipuli Iesu? nam Iesus necdum collegerat Apostolos: non enim collegit eos, nisi post incarcerationem Sancti Ioannis Baptistæ, vt patet Matth. 4. 12. hæc autem contigerunt ante incarcerationem Ioannis, vt patebit capite 3. 24.

Resp. Verisimile est discipulos hos fuisse Nathanaëlem & Philippum, fortè etiam Petrum & Andream, qui cap. 1. 40. tertio ab hoc die Iesum viderant, illique quali magistro ad tempus adhererant: nam postea ad suam piscationem & naues redierunt; vnde à Christo vocati ad apostolatam, constanter ei adhererunt, Matth. 4.

ET DEFICIENTE (græcè, *ὀρεσθησεν*, id est, *defecit*, cum defecisset, eò quòd pauper sponfus parum vini procurasset) VINO, DIXIT MATER IESU AD EVM: VINVM NON HABENT.] sponxi cognari nostri; q. d. consule ergo, o fili, eorum verecundia, ne coram inuitatis confundantur; scio enim te id posse, cum sis Dei Filius, ac hoc tuam charitatem decere æquè ac providentiam, vt hæc miraculum patrando, te esse Messiam discipulis tuis & coniuuiis omnibus ostendas. Ita Sanctus Cyrillus, Chrysofomus & alij. Audi Sanctum Bernardum sermon. 1. in Dominicam primam post Octauam Epiphaniæ: *Compassa est enim eorum verecundia, sicut misericors, sicut benignissima. Quid de fonte pietatis procederet nisi pietas? Quid, inquam, mirum, si pietatem exhibent viscera pietatis? Nōne qui pomum in manu sua tenuerit dimidia die, reliqua diei parte pomi seruiabit odorem? Quantum vigetur viscera illa virtus pietatis affectu, in quibus nouem mensibus requieuit? Nam & ante mentem repleuit quàm ventrem, & cum processit ex utero, ab anima non recessit.*

Nota modestiam Virginis: non enim postulat imperando, vel rogando: Fili procura eis vinum: sed tantum eorum necessitatem indicat, aitque, *Vinum non habent*, non dubitans Iesum pro sua providentiâ & charitate illis succursurum: sic quoque Martha & Magdalena, ægro tante Lazaro miserunt ad Iesum nuncios, vt is eum sanaret, nec tamen id expressè petunt, sed tantum dicunt: *Domine: ecce quem amas infirmatur.* Amanti enim sufficit infirmitatem amari indicare: *Non enim amas & deseris*, ait Sanctus Augustinus. Audi Sanctum Bernardum sermonem 2. de B. Virgine: *Et is quidem sermo certissima index ingentis mansuetudinis, & virginalis verecundia fuit. Aliorum quippe verecundiam suam reputans; sustinere non potuit, non potuit vni dissimulare defectum. Vbi sanè increpata est à filio (tamquam matris & humilis corde) nec illi respondit, nec tamen despera.*

desperavit, ministros admonens facere, quod diceret eis.

Porro certa fiducia impetrandi, tacite vinum hic à filio produci postulat mater, eò quod per 30. annos, quibus cum illo familiariter vixerat, ab eo intellexisset, eum missum à Patre, ut per caelestem doctrinam & miracula, homines ad se & ad Deum converteret; imò dubitari nequit, quin Christus valedicens matri, iturus ad baptismum Ioannis, indeque orsus suum prædicandi officium, id ipsum expresse matri significarit: quare ipsa opportunum hic tempus rata, quo Iesus per miraculum sibi iam prædicare incipienti auctoritatem & fidem conciliaret, id ipsum intrepidè poscit à filio, non dubitans quin Christus id facturus esset, tum ut matri & cognatis satisfaceret, tum ut sibi, suæque dignitati & officio prospiceret.

Moraliter. Tropologicè, S. Bernardus serm. 2. in Domin. 1. post Octavam Epiph. loquens de mysticis animæ cum Deo nuptijs: Hic, inquit, nonnumquam vinum desicit, gratia scilicet devotionis, & sermo charitatis. Quoties mihi necesse est, fratres, post lacrymosas querimonias vestras, exorare matrem misericordie, ut suggerat suo benignissimo filio, quoniam vinum non habeatis? Et ipsa, dico vobis carissimi, si pie à nobis pulsata fuerit, non deerit necessitati vestra, quoniam misericors est & mater misericordis.

VERS. 4. ET DICIT EI IESVS: QUID MIHI, ET TIBI EST MULIER? (q. d. Quid mihi tecum in hac re est negotij?) NONDVM VENIT HORA MEA.] Nota. B. Virgo non ex ostentatione, aut intempestiudè, insolenter vel indiscretè petijt hoc à filio miraculum fieri, vti opinantur Sanctus Chrysostomus, Theophylactus, & Euthymius; sed ex necessariâ charitate & pietate: Ita Sanctus Cyrillus, Bernardus, & alij: ergo in ipsa nulla fuit culpa: ergo non vera fuit Christi reprehensio; reprehendere tamen illam videtur, ut non ipsam, sed nos doceret in operibus theandricis, siue in rebus diuinis & miraculis, vti parentes nil habent iuris & auctoritatis, ita nec eorum affectibus & desiderijs, sed tantum Deo & charitati illa esse danda & exhibenda. Vide dicta Luca 2. vers. 29. & 31. Senfus ergo est. q. d. Tu, ô mater, in hac re mihi non es mater, sed quasi mulier extera, quia à te humanitatem accipi, non diuinitatem; cuius est hoc miraculum patrare, non secundum tua & cognatorum desideria, sed iuxta voluntatem Dei Patris mei: iuxta illam ergo illud patrabo, quando venerit tempus, & hora à Deo decreta. Audi Sanctum Augustinum hic tractat. 10. Dicta est mulier secundum seminum sexum, non secundum corruptionem integritatis. Non dixit Mater, sed Mulier, tamquam Dens, inquit Euthymius. Significat, ait Beda, se diuinitatem, quod miraculum erat patrandum, non temporaliter accepisse de matre, sed per eternitatem semper habuisse de Patre, q. d. ait Glossa Interlin. Quid est commune deitati meæ & tibi matri secundum carnem? Non tu genuisti deitatem meam, quæ facit miraculum, ait Sanctus Augustinus. Addit Sanctus Chrysostomus: Ita loquitur, ne suspectum esset miraculum (sictum, & ex composito simulatum:) ab his enim qui indigebant, rogari oportuerat, non à matre.

An hic Christus matrem reprehendit?

A NONDVM VENIT HORA MEA] Quæ scilicet opportunè hoc miraculum edam: volo enim adhuc paulisper expectare, donec vinum omnino deficiat, idque omnes conuiuæ sentiant & videant, ut clarius & magis pium miraculum appareat, utque omnes aduertant, me hoc miraculum patrallè, itaque in me credant: qui enim necessitatem non præsentit, nec beneficium magnoperè sentiet. Ita sanctus Chrysostomus. Aliter quoque idem sanctus Chrysostomus & Theophylactus. q. d. Nondum venit hora mea, quia statui primum miraculum facere in Ierusalem, utpote metropoli Iudææ; sed ad preces tuas, ô mater, propositum mutabo, faciamque illud hic in Cana Galilææ.

Aliter quoque sanctus Augustinus. q. d. Nondum venit hora passionis meæ, qua ostendam, quid tibi & mihi sit, ô mater, scilicet, me exte veram assumpsisse naturam humanam, tuumque esse filium, q. d. ait Sanctus Augustinus: Cum infirmitas mea pendebit in cruce cuius mater es, tunc te agnoscam: commendauit enim matrem discipulo. Non est autem quoddam hic Mathematici occasionem sumant erroris, quasi Christus sub fato fuerit: nec enim sub necessitate fiderunt est eorum conditor: in potestate habebat quando moreretur, sed eâ vti nondum erat opportunum: vocandi prius erant discipuli, annunciandum regnum cælorum, faciendæ virtutes, commendanda diuinitas in miraculis, & humilitas in passione mortalitatis: vbi verò tantum fecit, quantum sufficere iudicauit venit hora non necessitatis, sed voluntatis; non conditionis, sed potestatis. Hæc S. Augustinus fuisse, ideoque eius verba plura in pauca contraxi. Verum hæc symbolica & mystica sunt, non litteralia.

DICIT MATER EIVS MINISTRIS? QVOD CVMQVE DIXERIT VOBIS, FACITE.] Tacet modestè mater, iureque cedit filio, utpote Dei filio: alioqui enim, ait Sanctus Bernardus dicenti: Quid mihi & tibi est mulier? Verè respondere potuisset: Quid matri est & filio? Nam, ut ait Interlin. & alij, etsi negare videtur filius, scit mater pietatem eius, & ideo fiducialiter imperat ministris. Et Sanctus Gaudentius Brixianus in hæc verba: Non mandaret, ait, mater: Quodcumque dixerit vobis facite, nisi Spiritu sancto post partum plena facienti à Christo vini ex aqua vniuersum ordinem prænuidisset. Sic & Eucherius ac Beda. Vnde S. Bernardus hom. 2. in hæc verba: Manifestè, inquit, iam video, quod non velut indignans, aut confundere volens Virginis matris tener am verecundiam, dixerit: Quid mihi & tibi? sed propter nos, ut conuersos ad Dominum iam non sollicitet carnalium cura parentum: Nam Christus mox obsequens matri, ut illam honoraret, miraculum patravit. Audi S. Chrysostomum: Et licet ita responderet, materius tamen precibus obtemperauit, &c. ut matri honorem exhiberet, & non conuexas videretur matri, nève genitricem tam multis presentibus pudore afficeret. Et Cyrillus: Quantum honor debeat parentibus ostendit, cum statim ad actum propter matrem accedit. Et Euthymius: Nam quod eam plurimum honoraret, & ex alijs multis manifestum est, & ex eo quod ipsius compleuit exhortationem.

Porro

Porro in his Virginis matris verbis, mira elucet eius mansuetudo, pietas, charitas, prudentia, fiducia, constantia, animique magnitudo.

VERS. 6. ERANT AVTEM IBI LAPIDEE HYDRIE SEX POSITE SECVDVM PURIFICATIONEM IVDÆORVM, CAPIENTES SINGVLE METRETAS BINAS VEL TERNAS.] Hydrie, Varro libr. 4. de Lingua Latina, interpretatur aquales (Sdwo enim est aqua) id est, vasa aquaria ad continendam aquam: hydriis ergo hic vsus est Christus, ut clarius constaret nil in eis fuisse vini, ac consequenter clarior esset aquæ in vinum conuersio, in hydriis siue vas aquariis mox ab ipso faciendâ. Ita S. Chrysostomus, Theophylactus, & alij.

SECVDVM PURIFICATIONEM IVDÆORVM] quæ Pharisei iuxta traditiones suas, inter epulas sæpè religionis causa manus lauabant; ut si quid immundi in mensa tetigissent, aqua ex hydriis sumpta se expiant & purificarent. Vide dicta Marci 7. 3.

Tropologicè, S. Bernardus serm. 1. in Domin. 1. Post Octavam Epiph. sex hydriæ purificatorie, inquit, sunt sex virtutes animam purificantes. Audi cum illas enarrantem: Prima hydria, & prima purgatio in compunctione est, de qua legimus: Quoniam in quacumque hora ingemueris peccator, omnium iniquitatum eius non recordabor. Secunda verò, confessio est. Omnia siquidem in confessione lauantur. Tertia, elemosynarum largitio. Hinc enim habes in Euangelio: Date elemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Quarta, remissio iniuriarum, secundum quod orantes dicimus: Dimitte nobis bibita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quinta est afflictio corporis: vnde & oramus, ut mundi per abstinentiam Deo canamus gloriam. Sexta, est obedientia preceptorum, sicut audierunt discipuli: quod videntiam audire mereamur & nos: Vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis. Nimirum quia non erant sicut hi quibus dicitur: Sermo meus non capit in vobis; sed in auditu verbi obaudierant ei. Reliqua deinde ita explicat & applicat: Aqua replentur, ut in timore Dei custodiantur, quoniam timor Domini fons vitæ; aqua, inquam, timor Domini est, est mens sapiens, sed opinè refrigerans animam noxijs desiderijs effluantem. Et paucis interiectis: Sed diuinâ virtute aqua mutantur in vinum, quando perfecta charitas foras mittit timorem: dicuntur autem lapideæ hydriæ, non tam propter duritiam, quàm stabilitatem; capientes singula metretas binas vel ternas. Duæ metretæ duplex timor, ne forte trudi in gehennam, ne forte ab æternâ vitâ contingat excludi.

CAPIENTES SINGVLE METRETAS BINAS VEL TERNAS.] Metreta græcè idem est quod mensura, ita dicta à mèτρη, id est, à metiendo. Metreta æqualis est Hebræo ephi siue bato, continens congios decem, ait Diotcor. lib. 5. vel S. Epiph. libr. de Ponder. & mensuris, duodecim: congius autem sex continet sextarios, foliæ octo. Breuiter Iansenius ex Roberto Cenali, qui post Budæum accuratius de mensuris scripsit: Metreta, inquit, continet 72. sextarios Atticos, id est, libras mensurales 108. hoc est Parisinos quartarios 12. & paulò ampliùs, hoc est pœcula Belgica (vulgò porten) duodecim.

Verùm aduerte hic, sextarium fuisse triplicem; Cornel. in Ioannem.

Mysticè sex hydriæ sunt sex virtutes.

Metreta quid?

Sextarium triplex.

scilicet Romanum, qui continebat 20. vncias, aquæ vel vini; Atticum, qui 15. & Hebræum, qui 13. dumtaxat vncias continebat, idemque erat quod Hebr. log. Hic autem Hebræus accipiendus videtur. Quare metreta continens 72. sextarios 13. vnciarum, continebat 72. libras, & totidem vncias (libram enim accipio vulgarem 12. vnciarum) quæ vnciæ efficiunt sex libras, ut vniuersim fiant 78. libræ. Quare metreta continebat boccas Italicos 13. & foliætas duas. Vnum enim boccale continet 4. libras, & 4. vncias, id est, vncias 64. Foliæta verò est quarta pars boccas, continens vncias 16. Quare hydriæ, quæ vulgò ostenduntur, quasi reliquæ nutriarum in Cana Galilææ, videntur supposititiæ: sunt enim metretis iam dictis minores, & facilè portatiles. Vide quæ de mensuris annotaui, in sine Pentateuchi. Hydria ergo continens duas metretas, continebat 27. boccas. Sex ergo hydriæ continebant 162. boccas: tantum ergo vini ex aquâ hic effecit Christus; sin hydriæ des tres metretas, qualibet hydria continebat 40. boccas, & duas foliætas; quare sex hydriæ continebant 240. boccas cum 12. foliætis, putâ penè integram vini bottam: botta enim Romana continet boccas 256. Sic ergo penè bottam vini hic in instanti produxit Christus.

Denique Franc. Lucas: Metreta, inquit, idem erat Græcis, quod Hebræis bath, siue batus; Bath autem continet sex bin, bin 12. log, log sex oua galinacea communia; quare bath, siue metreta, capit oua 432.

DIDIT EIS IESVS: IMplete HYDRIAS AQVA, ET IMPLEVERVNT EAS VSQVE AD SVMMVM.] Querit S. Chrysostomus, Sed cur ipse (Christus) hydrias aqua non impleuit, deinde in vinum vertit, sed ministris implendas mandauit? Respondet rectè, ut miraculi ipsos testes haberet, qui aquam hausissent, ne qua fraus, ne quod præstigium putaretur.

Ad svmmvm] ne, si quid vacui mansisset, Christus aquæ vinum potens superfluisse putaretur, quod aquæ subiectæ vini saporem communicaret, ac consequenter non mutasse aquam in vinum.

ET DICIT EIS IESVS: Haurite NVNC, VERS. 8. ET FERTE ARCHITRICLINO, ET TVLERVNT.] Haurite. q. d. Ex hydriis magnis haurite, & promite in poculis minoribus, quæ portatilia sunt, ac ferte ad architriclinum, ut is, qualis sit hic potus, quale, inquam, & quàm præstans vinum, diiudicet. Hæc enim dicens Christus, subito omnipotenti suâ vi, totam aquam sex hydriarum in vinum conuertit. Audi Nonnum: Subitò factum est miraculum, & versicolor aqua mutauit fluore rubescente colorem niveum in liquorem vini nigri. Quid enim, ait Cyrillus, omnipotenti Deo difficile, aut quomodo qui à nihilo adesse res omnes protocat, non multò facilius vnum ad aliud permutabit atque iradmet? Sed cur, interrogat Chrysost. antequam impleveretur, ex nihilo non fecit miraculum, quod longè fuisse admirabilius? Respondet: Hoc profecto mirabilius, non tamen ita credibile, & quod tam facile potuisset multitudini persuaderi: hæc de causâ miraculorum magnitudinem nonnumquam consulto immittit, ut facilius crederentur.

Boccale.

Foliæta.

Botta Romana.

Ex hac conuersione aquae in vinum, Patres A probant conuersionem panis & vini in corpus & sanguinem Christi in Eucharistia, adduntque maius videri miraculum, quod Christus aquam in vinum, quam quoddam vinum in sanguinem conuerterit: vinum enim propinquius est sanguini, quam sit aqua vino: Ita Sanctus Cyrillus Hierosolymit. catechesi 4. mystag. Sanctus Cyprianus in epistol. contra Aq. a. ios, Sanctus Irenaeus libr. 3. capite 11. & Iidorus Pelus. libr. 1. epistol. 393. Qui quarens cur Christus hoc miraculum voluerit esse primum? Respondet mystice, ut quod legi deerat, suppleret: *Quoniam namque, inquit, illa in aquis dumtaxat baptizabatur, ipse suo cruore sacram initiationem perficit, utrumque in seipso miscens, ac legem cum gratia copulans: aqua enim symbolum fuit legis veteris, quae omnia per aquam purificabat, sed purificatione corporali dumtaxat. Vinum vero symbolum est sanguinis Christi, qui in cruce fusus animas expiat: Christus enim vinum in sanguinem suum conuertit in Eucharistia. Christus ergo initio suae praedicationis mutans aquam in vinum, significabat se legem Moisaicam, instar aquae insipidam & frigida, conuersuram in Euangelium gratiae, quae instar vini est generosa, lapida, ardens, & efficac.*

Cur hoc miraculum sit Christi primum?

Architriclinus quis?

ARCHITRICLINO] Sanctus Gaudentius (& ex eo Baron. qui asserit hanc esse traditionem) Nuptiae, ait, cum fierent apud Iudaeos, vnus & sacerdotibus dabatur, qui morem disciplinae legitime gubernaret, curamque pudoris ageret coniugalitatis, simul & conuiuii apparatus, ministrum atque ordinem dispensaret: inde Architriclinus, id est, triclinij, siue mensarum & conuiuii praefectus dicebatur, qui apud Gentiles Modimperator vocabatur, de quo multa dixi Eccl. capite 32. vers. 1. Vnde non mirum huic honestati, adeoque honesto nuptiarum conuiuii Christum & B. Virginem interfuisse. Iubet ergo Christus aquam in vinum a se conuersam ferri architriclino, quia is ex officio & sollicitudine magis sobrius erat, aequae ac saporum vinorumque magis peritus, ideoque optimè de hoc vino, eiusque bonitate & excellentia iudicare poterat, & miraculum hoc Christi apud omnes celebrare. Ita Sanctus Chrysostomus & Theophylactus.

ET TULERUNT] Liquorem ex hydris in scypho haustum, quem iam in vinum esse conuersum suspicabantur ex odore & colore. Verisimile est enim Christum aquam in vinum rubrum conuertisse: tum quia in Palaestina. Non nisi vini rubri est usus: tum quia id asserit nonnus, Franc. Lucas & alij: tum ut clarior apparet verè aquam in vinum esse conuersam. *Tulerunt* ergo; gaudentes se ad tantum miraculum Christo obsecutos & cooperatos esse: non parum enim ad hoc miraculum contulit, ipsorum promptum in haurienda aqua ministerium & obedientia.

VERS. 9.

VT AVTEM GUSTAVIT ARCHITRICLINVS AQVAM VINVM FACTAM (id est vinum in quod aqua erat conuersa,) ET NON SCIEBAT VNDE ESSET, MINISTRI AVTEM SCIEBANT, QVI HAVSERANT AQVAM: VO-

CAT SPONSVM ARCHITRICLINVS, ET DICIT EI: OMNIS HOMO PRIMUM BONVM VINVM PONIT; ET CVM INEBRIATI FVERINT, TVNC ID QVOD DETERIVS EST; TV AVTEM SERVASTI BONVM VINVM VSQVE ADHVC] *Gustavit*: non credit omnino odori & coloru rubro, esse vinum; sed insuper gustavit, ac deprehendit optimum & praestantissimum esse hoc vinum: gustus enim certius de vino iudicat, quam visus vel odoratus.

ET CVM INEBRIATI (id est, exhilarati) FVERINT] Ebrietas enim saepe in Scriptura vocatur liberalior potus mentem exhilarans, sed rationis usum eam non priuans: si enim coniuat: hi verè fuissent ebrij, utique Iesus eis aquam in vinum non mutasset: fouisset enim & auxisset eorum ebrietatem: sed potius potioni sinem imposuisset, eosque domum amandasset. Idem fecisset B. Virgo.

Ebrietas in Scriptura ut explicanda.

TVNC ID QVOD DETERIVS] Ratio est, quod stomachus vino refectus, minus rectè iudicat de vino, sed quaecumque vinum, esto deterius sit, iudicat esse bonum, & priori simile, quia ipsum sapit & eructat: ipso enim est plenus. Hic est typus fallaciae mundi, qui initio res speciosas oculis obicit, deinde sub ijs deteriores & viles inducit, itaque sui amatores decipit & illudit.

TV AVTEM SERVASTI BONVM VINVM VSQVE ADHVC] Hinc liquet praestans fuisse hoc vinum, utpote opus Christi & diuinum: Dei enim perfecta sunt opera. Sic panes à Christo multiplicati, ad alendum quatuor hominum millia, fuere lapidissimi instar manna. *Eiusmodi enim sunt Christi miracula, ait Chrysostomus, ut quamquam naturae perfecta sunt, longè pulchriora melioraq. reddantur, ut & in alijs distortum membrum quoddam sanabat, validius reddebat.*

Omnia haec concinne acta & ordinata fuere à Christo, ut testatus & celebratus fuit miraculum. Architriclinus enim vocauit sponsum, scilicet, ut vnde esset hoc vinum? Ille se nihil de eo scire respondit; quare à ministris rei feriem intelligentes, adierunt hydras, atque omnes eodem vino praestanti plenas repererunt: quare in Iesu auctoris & benefactoris sui laudes erumpentes, ipsi ingentes egere gratias, ac miraculum conuiuii omnibus enarrarunt & celebrarunt. Iesus vanam gloriam fugiens recessit, prius monens, ut vino hoc moderatè vterentur, ad Dei laudem & gratiarum actionem. Addit Franciscus Lucas: Singuli stupore & gaudio pleni, aliquid ex vino illo ex aqua facta, etiam secum in vasculis domum auferre contenderunt, quod vel darent aliis quoque gustandum, vel ad longam seruari memoriam.

HOC FECIT INITIVM SIGNORVM IESVS IN CANA GALILAE: ET MANIFESTAVIT GLORIAM SVAM (suam omnipotentiam & diuinitatem) ET CREDIDERVNT IN EVM (id est credere perrexerunt, in fide eius confirmati sunt) DISCIPVLI EIVS] quinque superius nominati, scilicet Andreas cum socio, Petrus, Philippus & Nathanaël.

INITIVM] Hinc passim Patres & interpretes docent,

An hac aqua in vinum conuersio fuerit primum Christi miraculum. docent, hoc miraculum fuisse absolute primum, quod Christus publicè fecit, ad fidem praedicationi suae faciendam. Hinc ergo refellitur liber de Infantia Saluatoris, quem damnat Gelasius Pontifex, quasi ab haereticis confectum, in quo narratur Christum, dum puer esset, publicè miracula patrassè; nil tamen verat, ait Maldonatus, si eum priuata subinde fecisse concedamus, ac per miraculum subinde inopiae parentum succurrisset fatemur: vnde is animata fuisse videtur mater, ut simile hic à Christo miraculum fieri peteret & constanter id ipsum ab eo exspectaret. Verum poterat Christus succurrere necessitati matris, peculiari aliqua prouidentia, citra miraculum.

Hinc collige hoc miraculum mox à baptismo Christi contigit: nam post baptismum statim cepit praedicare, & doctrinam suam miraculis confirmare: uti superius ostendi.

Queres, cur Christus voluit primum hoc suum esse miraculum? Resp. Quia maximè congruum erat illud loco, tempore & personis. Per hoc enim statim innotuit omnibus suis cognatis, ciuibus, & Galilaeis. Vinum enim est potus nobilissimus, qui Deum & homines laetificat, Iudic. 9. 13. Vnde Noè statim à diluio vinum adinuenit fuitq; typus Christi hic vinum efformantis, Genes. 9. Vide quae de vini commodis dixi Eccl. cap. 31. vers. 33. & sequ. Rursum Christus hoc miraculo ostendit se esse, qui, ut ait S. Augustinus, *omni anno hoc facit in vitibus*, dum in eis succum aqueum in vinum conuertit. Hoc ergo miraculo, ait Sanctus Chrysostomus, *manifestè ostendit, se cum esse, qui in vitibus aquam traxerat, & qui pluuia per vitis radicem in vinum vertit, cum quod in planta longiori temporis spatio efficitur, id repente in nuptijs operatus est.* Quid enim aliud est vinum, nisi aqua in vite radiis solis percocta?

Symbolica causa est, quod vinum aptissimum sit symbolum gratiae, charitatis, deuotionis, feruoris, fortitudinis, quas suis suggerit Christus. Vnde Sanctus Bernardus in Sententiis: *Triforme, ait, vinum est in scypho Dei, rubicundum in longanimitate Sanctorum, quod laetificat Isaac in agritudine: album in remuneratione iustorum, quo inebriatur Noè: nigrum & acidum in damnatione peccatorum, quod Iesus gustat, sed non vult bibere.*

Allegorica causa fuit, quod haec nuptiae representabant connubium Christi cum humana natura, factum in incarnatione Christi: vnde hoc quoque factum est tertio die, id est, tertio mundi statu: primus enim status fuit in lege naturae, secundus in lege Moysi, tertius in lege Christi. Id ipsum, pariter factum est in Galilaea Gentium, quia Christus ad illud vocat omnes Gentes. Item in Cana Galilaeae, hoc est in possessionis transmigratione, id est in populo Christiano, qui est possessio Christi, eius sanguine empta, ideoque de terra in caelum transmigrat. Hic Christus dat vinum, id est Euangelicam doctrinam & gratiam, quae mentem fidelis laetificat & inebriat; item vinum in sanguinem Christi conuertitur in Eucharistia, de quo Zachar. capite 9. vers. vltim. *Quid, inquit, bonum eius est,*

Symbolica.

Allegorica.

quod quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum, & vinum germinans virginis? Vbi multa dixi de hoc vino.

Tropologica causa fuit, ut per haec nuptias & vinum significaret coniunctionem, & quasi connubium animae nostrae, per gratiam & charitatem, cum Christo & Deo. Haec enim fit in Cana Galilaeae, id est, in possessione istius mundi, ex quo in caelum assidue transmigramus. Adest mater Iesu, id est, virginalis castitas, & discipulorum Christi simplicitas, & fides in Iesum, qui, cum humiliter agnouerimus vinum deuotionis & feruoris nobis deficere, illudque ab eo flagitauerimus, ipse aquam, quae est in sex hydris, id est, omnem animae nostrae virium dissolutionem & molliem coarctet in vinum lapidum caelestis gratiae, quo non tantum nos, sed & alios recreemus, inebriemus, ac amore Dei incalecere faciamus.

Anagogicè, nuptiae Agni perficiuntur in caelo, vbi Christus dabit nobis vinum nouum & nectar diuinum. Tunc enim inebriabimur ab vberitate domus Dei, & torrente voluptatis suae potabit nos. Vide dicta Apocalyp. 1. 19. & seq.

POST HOC DESCENDIT CAPHARNAVM IPSE, ET MATER EIVS, ET FRATRES EIVS, ET DISCIPVLI EIVS, ET IBI MANSERVNT NON MVLTIS DIEBV5] Peractis nuptiis in Cana, Iesus cum matre & suis rediit domum, putà in Nazareth, quae quia altiori loco sita erat, hinc Iesus ex illa proficiscens Capharnaum, quae vrbs erat loco decliuore ad mare Galilaeae, dicitur eò descendisse. Causa descensus fuit, quod Iesus nollet in Nazareth, utpote vrbe ignobili & exili, vbi à suis ciuibus quasi faber & fabri filius contemnebatur, praedicationis & doctrinae suae fidem constituit; sed ad hoc destinabat Capharnaum, utpote urbem ob mare & mercem celebrem, & populis frequentem, ut ad plures praedicationis suae fructus dimanaret, vti patet Matth. 4. vers. 13.

Porro hic descensus, & hoc iter Christi contigit ante incarcerationem Ioannis Baptistae, ut clare colligitur ex cap. 3. 24. & cap. 4. v. 1. alius ergo fuit hic Christi descensus, ab illo, de quo agit Matth. cap. 4. 13. Ille enim contigit post incarcerationem Ioannis, cum Christus de facto habitationem suam transtulit Capharnaum, ibiq; publicam suae doctrinae & praedicationis scholam aperuit. Hic verò eamdem dumtaxat praeparare, & quasi inchoare cepit, ut plurius innotesceret, pluraque discipulos colligeret. Fuit ergo hic obiter, & quasi in transitu, ut scilicet inde pergeret Hierosolymam, ad instans Pascha celebrandum. Ita Iansen.

ET FRATRES EIVS] Id est cognati & consobrini Christi, putà Iacobus Minor, Ioseph, Simon & Iudas, Matth. 13. 55. Item Ioannes & Iacobus Maior: hos enim auide verba sua caelestia audientes, paulò post in discipulos, ac tandem in Apostolos elegit.

ET PROPE ERAT PASCHA IVDÆORVM: ET ASCENDIT IESVS HIERSOLYMAM] Fuit hoc primum Pascha, tertio mense Nisan, A a 4 siue

sive Martio, post Christi baptismum, qui contigit die 6. Ianuarij.

VERS. 14. ET INVENIT IN TEMPO VENDENTES BOVES, ET OVES, ET COLUMBAS, ET NUMULARIOS SEDENTES.

VERS. 15. ET QVM FECISSET QVASI FLAGELLVM DE FVNICVLIS, OMNES EIECIT DE TEMPO, OVES QVOQVE ET BOVES, ET NUMVLARIO- RVM EFFVDIT ÆS, ET MENSAS SVBVERTIT.

VERS. 16. ET HIS QVI COLUMBAS VENDEBANT, DIXIT: AVFERTE ISTA HINC, ET NOLITE FACERE DOMVM PATRIS MEI, DOMVM NEGOTIATIONIS.] Hæc omnia explicui Matthæi 21. 12. Tantum nota aliam esse hanc eiectionem vendentium è templo ab illâ, de quâ agit Matthæi capite 21. illa enim contigit paulò ante passionem Christi; hæc verò initio prædicationis eiusdem: hanc enim piè & rectè, & ordine congruo, Christus à religione & domo Dei ordiri voluit, ex eâ eiciendo vendentes illam profanantes. Idem Christi exemplo faciat visitator, reformator & concionator Apostolicus.

CHRISTUS D. TEMPO EIECIT V. NDEM. 1. RECORDATI SVNT VERÒ DISCIPVLI EIVS, QVIA SCRIPTVM EST (psalm. 68. 10.) ZELVS DOMVS TVÆ COMEDIT ME.] Zelus hic fuit iusta Christi indignatio, ait Euthymius, aut potius ardor & æstus animi, ad emolendum ea, quæ Deum (quem summè amabat) Deiq̃ honorem offēdebant, qui proinde iram & indignationem, quasi eorum assumpserat, ut eo se acueret, & audacter se, suam vitam & famam, pro tuendo Dei honore exponeret. Hoc enim fecit Christus hic coram auarīs & superbis Scribis & Phariseis, sibi aduersariis. Sentus ergo est, q. d. Zelus, id est feruor, ardentique studium procurandæ gloriæ templi tui, in quo tu, ô Domine, quasi in domo tua habitas; atque indignatio, quam in vendentes, qui illud profanant & p̃sumunt, concepi, comedit me, id est, absorbit me; Symmachus, consumpsit, exedit me, sicut ignis ferrum igniens illud consumit, & in se transfunditur, ut iam non ferrum, sed merus ignis esse videatur.

VERS. 17. QUÆRIT Sanctus Augustinus: Quis comeditur zelo domus Dei? ac respondet: Qui omnia, quæ forte tibi videntur peruersa, satagis emendare; non quiescis si emendare non potes, toleras, gemis, & apud se dicit: Tabeſcere me fecit zelus meus, quia obliui sunt verba tua inimici mei, psalm. 118. vers. 139. Unde Beda hic: Zelemus & nos, fratres, inquit, domum Dei; si viderimus fratrem, qui ad domum Dei pertinet, superbia tumidum, detractionibus assuetum; si ebrietati seruientem, si luxuriâ enervatum, si iracundiâ turbidum, si alij cuiquam vitio substratum, studeamus, in quantum facultas suppetit, castigare, polluta ac peruersa corrigere: & si quid de talibus emendare nequimus, non sine acerrimo mentis sustinere dolore, & maximè in ipsa domo orationis, ubi corpus Dei conſecratur, ubi angelorum præſentia semper adesse non dubitatur, ne quid ineptum fiat, ne quid nostram fraternam orationem impediatur, totis viribus agamus.

A Plura de zelo dixi Deuteronom. 32. 10. & Eccli. 48. 1. ad illa: Surrexit Elias quasi ignis, & verbum ipsius quasi facula ardebat. Elias enim zelans pro Deo, fuit typus Christi zelantis pro domo Dei. Vide & quæ de zelo Pauli dixi pro cœmio in Acta Apostolorum num. 99. & alibi.

RESPONDERVNT ERGO IVDÆI, VERS. 18. ET DIXERVNT EI: QVOD SIGNVM OSTENDIS NOBIS, QVIA (quod) HÆC FACIS?] q. d. Quod miraculum proferes, quo ostendas te vendentes præter mortem eicere è templo, auctoritate accepta à Deo: nam ab homine, v. g. à pontifice, vel à præſide te nullam habere scimus. Insinuauerat enim Christus se à Deo missum, in d. se esse Dei Filium, nam dixerat vers. 16. Nolite facere domum Patris mei domum negotiationis. Petunt ergo ut ipse miraculo probet se esse Dei Patris Filium, & Messiam, sicut Moſes signa & prodigia de celo ostendit, ait Rupertus, quibus Pharaoni & Ægyptiis demonstravit se à Deo mitti ad educendum Hebræos.

B IVDÆI] scilicet ementes & vendentes, quos è templo eiecerat, eorumque fautores & amici, vel patroni, præſertim sacerdotēs & Scribæ: hos enim pungebat & vrebatur Christi animositas: quod ab eo & lucris suis priuati, & publica ignominia notati forent.

RESPONDIT IESVS, ET DIXIT EIS: VERS. 19. SOLVITE TEMPLVM HOC, ET IN TRIBVS DIEBVS EXCITABO ILLVD.] Appositè auctoritatem suam in templum probat, per potestatem suam reedificandi templum.

TEMPLVM HOC.] Puta corpus meum, quod Christus hic manu ad pectus admota demonstrabat. Vbi nota, corpus Christi vocari templum, quia in eo inhabitabat plenitudo diuinitatis, non tantum per gratiam, ut inhabitat in nobis, sed corporaliter & personaliter, Colof. 2. vers. 9. Ita Cyrillus, q. d. Vos, ô Iudæi increduli, petitis à me signum siue miraculum, en ego vobis illud assigno; nimirum meam à morte resurrectionem, quod quidem vobis, quia increduli estis, obscurum nunc est, sed illud paulò post intelligetis, vel faciliè intelligere poteritis, cum me videbitis die tertiâ resurgere: inde enim cognoscetis, quis, qualis & quantus ego fuerim; nimirum me fuisse dominum corporis mei, ut illud ad libitum mori sinam, & rursus viuificem; ac consequenter me multò magis templi huius esse dominum; utpote quod corporis mei sit typus & umbra, ac proinde potestatem me habere, vos vendentes & ementes ex illo eiciendi. Ita Beda.

Porrò Christus corpus suum potius vocat templum, quàm aliud quippiam, quia hic hæc in templo, & de templo agebatur, eò quod ex illo vendentes eiecerat. q. d. Vt sciat, ô Iudæi, me dominum esse templi, soluite, id est, permitto ut soluat, ac scio reipsa vos soluturos templum corporis mei, cum me crucifigatis & occidatis, & ego intra tres dies, propria virtute, ait Cyrillus, resuscitabo illud, quasi dominus illius,

illius, ac multò magis templi vestri materialis & inanimis, quod tantum figura est templi animati & diuini, puta corporis mei. Soluite, dicit, ait Euthymius, non adhortans eos ad sui interfectionem; sed, quia cognouit quod facturi erant, figuratuo sermone prædixit: soluite ergo, siue in terram subuertite, ab anima separate, & conuersionem, quæ cum illa est, dissoluite. Ita Euthymius.

VERS. 20. DIXERVNT ERGO IVDÆI: QVADRAGINTA ET SEX ANNIS EDIFICATVM EST TEMPLVM HOC, ET TV IN TRIBVS DIEBVS EXCITABIS ILLVD?] Nota. Ter reedificatum fuit templum Iudæorum. Primò, à Salomone, per septem annos, 3. Regum 6. 1. De hoc non agitur hic, tum quia fuit perfectum annis septem, non 46. tum quia iam pridem combustum, & funditus euersum fuit à Chaldæis; quare à Christo hic designari non potuit.

Secundò, post reditum è captiuitate Babylonica templum à Chaldæis combustum, reedificatum fuit à Zorobabele & socijs, anno primo Cyri regis Persarum, vsq; ad annum sextum Darius Hystaspis, 1. Esdræ 3. 6. quod spatium multi putant fuisse 46. annorum, de iisque hic loqui Iudæos. Ita Sanctus Chryostomus, Beda, Theophylactus, Euthymius, Eucherius, Tolemus, Ianienius, Mardonius hic, & Eusebius in Chron. qui annos 46. sic computant. Cyrus regnauit annos 30. Cambyses eius filius & successor annos nouem, Magi annum vnum, quibus successit Darius Hystaspis, cuius anno sexto perfectum fuit templum: adde omnes hos annos, & inuenies 46. Verum hic computus errat: nam annus primus Cyri, quo ipse Iudæis dedit facultatem reedificandi templum, intelligitur non regni, quo scilicet ipse cœpit regnare in Perside, regnauitque deinde per 30. annos; sed monarchiæ, quo scilicet ipse, capti Babylone, & occiso Baltasare, monarchiam à Babyloniis transtulit ad se & Persas, ac simul Iudæos in Babylone captiuos liberauit, liberòsq; in Iudæam remisit, data simul potestate reedificandi templi. Quæ omnia fecit Cyrus anno 27. regni sui, qui fuit primus monarchiæ eius; quæ tantum tres annos durauit: nam Cyrus tres tantum annos regnauit ut monarcha: tertio enim anno occisus est à Tomyri regina Scytharum. Id ita esse ostendi 1. Esdræ 3. 6. quare ab anno primo Cyri, quo cœpit fabrica templi, vsque ad sextum Darius, quo finita est, non fluxere 46. anni, sed 15. dumtaxat: Cyrus enim tres annos regnauit ut monarcha; huic successit filius Cambyses, qui post Cyrum patrem sex dumtaxat annis regnauit, deinde Magi per septem menses, denique Darius Hystaspis, cuius anno sexto consummatum fuit templum. Adde omnes hos annos, & inuenies quindecim dumtaxat. Fieri tamen potuit, ut Iudæi Chronologiæ profanæ ignari, computarint hic non 15. sed 46. annos; quia scilicet computabant annos 30. regni Cyri, non tres monarchiæ dumtaxat: nec mirum eos in hoc cœputu errasse, cum in eodem errarint tam multi interpretes eruditi, Græci & Latini, quos paulò antè citauit. Potuerunt ergo Iudæi hic annos 46. tribuere fabricæ templi Zorobabelis, & de eo hic loqui.

Templum Iudæicum reedificatum.

Quomodo hic 46. anni adificatio- nis templi computati?

Tertiò, templum hoc reedificatum fuit ab Herode Ascalonita, qui infantem occidit in Bethlehem, ac ut regnum Iudææ sibi suisque posteris assecuraret, & à Iudæis haberetur verus Messias, templum eis nouum erexit. Et de eo hic loqui Iudæos valdè est verisimile, ex pronomine hoc, ut quod præfens demonstrat templum, cum duo priora iam pridem essent quasi diruta, ut demonstrari non possent. Cœpit autem Herodes hanc suam tertij templi fabricam, anno regni sui 18. tunc enim suam de ædificando templo voluntatem indicauit, teste Iosepho libr. 15. Antiq. cap. 14. Quare cum Christus natus sit sub annum regni Herodis 35. vti ostendi Luca 2. v. 1. sequitur à cœpto hoc tertio Herodis templo, vsque ad natiuitatem Christi fluxisse 16. annos, quibus adde annos 30. vitæ Christi, habebis 46. quos quærimus: anno enim 30. quo Christus baptizatus est, hæc Christi cum Iudæis disputatio contigit, initio prædicationis suæ. Ita Baronius anno Christi 31.

Dices, Iosephus loco citato asserit Herodem octo annis perfecisse templi fabricam, vbi ergo sunt 46. anni? Respondeo, Herodem octo annis perfecisse templum, quoad primarias templi partes, scilicet Sanctum, & Sanctum Sanctorum; tamen multis deinde annis in eodem expoliendo per se & posteros suos laborasse, vsque ad annum Christi 30. nam in extruendis aruis, porticibus, omnique eius ornatu intrinseco & extrinseco, tãdiu laborarunt octodecim hominum millia, teste eodem Iosepho libr. 20. Antiqu. cap. 8. Sentus ergo est, q. d. Per 46. annos in hoc templo erigendo & ornando laborarunt, & etiamnum laborant octodecim hominum millia; & tu solus tantumdem spatio tridui efficies?

Denique nonnulli censent Iudæos loqui de utroque templo, scilicet Zorobabelis & Herodis: hoc enim tam duplex, quàm simplex, siue vnum idemq; fuit templum: Herodes enim non tam nouum templum extruxit, quam vetus Zorobabelis ornauit: partem enim eius deposuit dumtaxat, ut altius, augustius & ornatus erigeret, ut ex Hegeſippo & aliis neruose probat Vitalpandus libr. 5. de Templo disput. 4. cap. 67. & 68. idemque ego multis ostendi Aggæi 2. v. 10. Templum ergo à Zorobabele 15. annis adificatum, postea per plures annos auctum & ornatum fuit à Machabæis, à Simone Oniæ filio pontifice, Eccli. 50. 1. & ab Herode, quorum annos omnes si computes, factè reperies 46. Ita Arias & Franc. Lucas hic, ac noster Gaspar Sanchez. Zachar. 1. vers. 12. Sic basilica S. Petri Romæ noua (veteri Constantini Magni dirutâ) adificata est per centum annos, ac etiamnum in ea continuò adificari videmus nunc turres, nunc altaria, nunc sacella, nunc columnas, nunc testudinem, nunc in- crustationem, &c.

Symbolicè, 46. anni fabricæ templi, significat totidem diebus fabricatum esse corpus Christi. Audi S. Augustinum libr. 14. de Trinit. cap. 5. Numerus hic perfectioni corporis Christi congruit: quadragesies enim sexies seni, sunt ducenta septuaginta sex, scilicet nouem menses & sex dies, tanto autem tempore perfectio corporis Christi ad partum perducta: conceptus enim VIII. Kalendas Aprilis, quo

Mysterium. num. 46.

passus, natus VIII. Kalendas Ianuarij. Idem lib. 83. Quæst. qu. 56. Dicitur conceptio humana sex primis diebus lactis habere similitudinem, sequentibus novem converti in sanguinem, deinde duodecim solidari, reliquis octodecim perfecte formari, deinde usq; ad partum augeri, qui numerus facit quadraginta quinque, addito uno (quod significat summam) quadraginta sex: quæ multiplicata per senarium, qui est huius ordinationis caput, sunt ducenti septuaginta sex; itaque quot anni fuerunt in fabricatione templi, tot fuerunt in perfectione corporis Domini. Idem in Ioann. hic tract. 10. Christus de Adam corpus accepit; græcè autem ἀνατολή est Oriens, δύσις Occidens, & græcè Σεπτεμῖο, μεσημέρια Meridies, quorum primæ litteræ faciunt nomen Adam, nempe à quatuor ventis colligendi electi, cum venerit Dominus ad iudicium. Habent & litteræ nominis Adam numerum quadraginta sex, secundum Græcos: & enim notat unum & quatuor, rursus & unum, & μ quadraginta sunt quadraginta sex. Eadem habet Beda, Sanctus Cyprianus (vel quisquis est auctor) tract. de Sion & Sina, Clemens Alexandrin. libr. 6. Strom. & alij.

Tropologicè anima fabricat sibi templum virtutis & perfectionis, servando quatuor Euangelia & decalogum (quater enim ducta in 10. faciunt 40. qui est numerus solidus, virtutis solidæ & perfectæ index) per senarium huius hebdomadæ, id est vitæ.

VERS. 21. ILLE AVTEM DICEBAT DE TEMPLO CORPORIS SVI] Quærit S. Chrysostomus. Quare dubitantibus non aperuit, se templum carnem suam appellare? ac respondet: Quoniam ipsius verbis fidem non habebant, imò si id aperuisset, Iudæi irrisissent eum, & peius eum tractassent.

VERS. 22. CVM ERGORESURREXISSET A MORTVIVIS, RECORDATI SVNT DISCIPVLI EIVS, QVIA HOC DICEBAT, ET CREDIDERVNT SCRIPTVRÆ, ET SERMONI QVEM DIXIT IESVS] Et crediderunt Scripturæ, quæ Christum à morte resurrecturum prædixit, quam ipsi antea non intellexerunt, sed tunc demum intellexerunt, cum eandem re ipsa in Christi resurrectione completam viderunt. Talis scriptura est psalm. 139. 10. Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem. Et Osee c. 6. 3. Vivificavit nos post duos dies, in die tertiâ suscitabit nos.

ET SERMONI QVEM DIXIT IESVS] scilicet, Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Crediderunt huic sermone, cum viderunt Christum die tertio resurgentem: intellexerunt enim Christum de resurrectione corporis, non de re-

Nominis Adam littera symbolica.

A fuscitatione templi, metaphoricè locutum fuisse. CVM AVTEM ESSET HIERSOLYMIS IN PASCHA IN DIE FESTO (q. d. In die festo Paschæ) MULTI CREDIDERVNT IN NOMINE EIVS] Id est in nomen eius; putà eum venè gerere, & præ se ferre nomen Messie, siue eum verè esse Messiam, hoc est Christum, vti ipse se nominabat, & à fidelibus publica fama nominabatur & celebrabatur. Hebræis enim idem est credere Deo, & credere in Deum, vti rectè probat Iansenius; licet Ianetus Augustinus ea hic distinguat.

VIDENTES SIGNA (miracula) EIVS QVÆ FACIEBAT] vt ijs probaret se esse Christum.

IPSE AVTEM IESVS NON CREDEBAT SEMETIPSVM EIS, ED QVOD IPSE NOSSET OMNES] non credebat, id est, non confidebat; licet enim sciret eos in se credere, tamen sciebat pariter eos esse mutabiles, & facile ab hac fide posse recedere, ac perverti à tot Pharisæis & Scribis suis hostibus: ipsorum enim magna erat tum auctoritas, tum vis & potestas. Ita S. Chrysostomus, & Euthymius. Quà de causâ Christus cum ijs, nec securè nec diu verlatus est, sed abiit in alia Iudææ loca, vt patebit cap. sequenti, v. 22. Sciebat enim non tantum quid iam cogitarent & facerent, sed & quid deinceps contra se cogitaturi & facturi erant, scilicet quòd ipsum persequerentur vsque ad mortem & crucem.

ET QVIA OPVS EI NON ERAT, VT QVIS TESTIMONIUM PERHIBERET DE HOMINE] IPSE ENIM SCIEBAT QVID ESSET IN HOMINE] Scrutabatur enim cor cuiusque, an constans esset, an levis & inconstans. Quocirca, vt ait S. Chrysost. non curabat exteriora verba, qui in ipsos animos ingreditur, qui in humanas cogitationes irrumpit, qui eorum feruorem mox infrigescere cognoscebat: non opus erat Iesu testibus, ad eas quas formarat mentes cognoscendas. Plus nouerat artifex quid esset in opere suo, addit S. Augustinus, quàm ipsum opus, quid esset in semetipso. Creator hominis nouerat quid esset in homine, quòd ipse creatus homo non nouerat. Hæc enim dignitas, ait Cyrill. vero Deo solummodo nec ulli creaturarum attribuitur, esse καὶ ἰσχυρὸν ἔργον, nouisseq; hominis animum, nullis exterioribus argumentis declaratum. Vnde Psalmista psal. 32. ver. 15. Qui scrutatur sigillatim corda eorum, qui omnia opera eorum intelligit. Ita Franc. Lucas, Iansenius, Barradius & alij.

Tropologicè Beda, Numquam simus, inquit, de nostra conscientia securi, sed semper sollicitè formidemus: quod enim nos latet, æternum arbitrium latere non potest.

CAPVT TERTIVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Christus Primò, Nicodemum docet regenerationem ex aqua & Spiritu esse: viam ad regnum celorum. Secundò, v. 14. prædicit exaltationem sui in cruce insur serpentis aenei à Mose erecti, vt saluet mundum. Tertio, v. 26. Ioannes Baptista suos discipulos Christi baptismo obmurmurantes retundit, asserens ipsum esse Ecclesie sponsum, cui omnia Pater in manus dedit; vt qui credit in eum, habeat vitam æternam.

1. ERAT autem homo ex Pharisæis, Nicodemus nomine, princeps Iudæorum. 2. Hic venit ad Iesum nocte, & dixit ei: Rabbi, scimus quia à Deo venisti magister: nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. 3. Respondit Iesus, & dixit ei: Amen, amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei. 4. Dicit ad eum Nicodemus: Quomodo potest homo nasci, cum sit senex? Numquid potest in ventrem matris suæ iterato introire, & renasci? 5. Respondit Iesus: Amen, amen dico tibi: nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. 6. Quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex spiritu, spiritus est. 7. Non mireris quia dixi tibi: oportet vos nasci denuo. 8. Spiritus ubi vult spirat: & vocem eius audis, sed nescis vnde veniat, aut quò vadat: sic est omnis qui natus est ex spiritu. 9. Respondit Nicodemus, & dixit ei: Quomodo possunt hæc fieri? 10. Respondit Iesus, & dixit ei: Tu es magister in Israel, & hæc ignoras? 11. Amen, amen dico tibi, quia quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur, & testimonium nostrum non accipitis. 12. Si terrena dixi vobis, & non creditis: quomodo, si dixerò vobis cælestia, credetis? 13. Et nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, Filius hominis, qui est in cælo. 14. Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis: 15. vt omnis, qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam. 16. Sic enim Deus dilexit mundum, vt Filium suum vnigenitum daret: vt omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. 17. Non enim misit Deus Filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. 18. Qui credit in eum, non iudicatur: qui autem non credit, iam iudicatus est: quia non credit in nomine vnigeniti Filij Dei. 19. Hoc est autem iudicium: quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem: erant enim eorum mala opera. 20. Omnis enim, qui malè agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius: 21. qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifestentur opera eius, quia in Deo sunt facta. 22. Post hæc venit Iesus, & discipuli eius in terram Iudæam: & illic demorabatur cum eis, & baptizabat. 23. Erat autem & Ioannes baptizans in Ænnon, iuxta Salim: quia aquæ multæ erant illic, & veniebant, & baptizabantur. 24. Nondum enim missus fuerat Ioannes in carcerem. 25. Facta est autem quæstio ex discipulis Ioannis cum Iudæis de purificatione. 26. Et venerunt ad Ioannem, & dixerunt ei: Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum. 27. Respondit Ioannes, & dixit: Non potest homo accipere quidquam, nisi fuerit ei datum de cælo. 28. Ipsi vos mihi testimonium perhibetis, quòd dixerim: Non sum ego Christus: sed quia missus sum ante illum. 29. Qui habet sponfam, sponsus est: amicus autem sponsi, qui stat, & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi. Hoc ergo gaudium meum impletum est. 30. Illum oportet crescere, me autem minui. 31. Qui deorsum venit, super omnes est. Qui est de terra, de terra est, & de terra loquitur. Qui de cælo venit, super omnes est. 32. Et quod vidit, & audiuit, hoc testatur: & testimonium eius nemo accipit. 33. Qui accipit eius testimonium, signauit quia Deus verax est. 34. Quem enim misit Deus, verba Dei loquitur: non enim ad mensuram dat Deus spiritum. 35. Pater diligit Filium: & omnia dedit in manu eius. 36. Qui credit in Filium, habet vitam æternam: qui autem incredulus est Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum.

ERAT

CAPVT

VERS. 1.

Nicodemus
eymon.

ERAT AVTEM HOMO EX PHARISÆIS, A NICODEMVS NOMINE, PRINCEPS IVDÆORVM] Nicodemus, & inuersè Demonicus, græcè idem est quod *victor populi*, qualis fuit hic, qui superans metum populi, Phariseorum & pontificum, credidit in Christum: vnde de eo sic scribit Lucianus in Inuentione corporis Sancti Stephani, ex ore Gamalielis: *Cognoscetes Iudæi illum (Nicodemum) esse Christianum, amouerunt eum à principatu suo, & anathematizauerunt eum, & de ciuitate exulauerunt. Tum ego Gamaliel quasi persecutionem pro Christo passum, sustuli eum in meum agrum, & alii, & vestii, usque ad finem vitæ eius, & desunctum honorificè sepelini iuxta Dominum Stephanum.*

Quocirca Nicodemus catalogo Sanctorum ascriptus est in Martyrol. Romano ad diem 3. Augusti vbi hæc habentur: *Inuentio corporis S. Stephani Protomartyris: item Sanctorum Gamalielis, Nicodemi & Abibonit, &c. sub Honorio principe.*

PRINCEPS IVDÆORVM] putà vir inter eos primarius, senator & magistratu. Vnde cap. 7. 50. dicitur fuisse à concilio principum. Hæc omnia narrat Ioannes, vt insinuet causam, cur noctu uenerit, & quàm difficilis fuerit eius ad Christum conuersio.

VERS. 2.

HIC VENIT AD IESVM NOCTE, ET DIXIT EI: RABBI, SCIMVS QVIA A DEO VENISTI MAGISTER: NEMO ENIM POTEST HÆC SIGNA FACERE QVÆ TV FACIS, NISI FVERIT DEVS CVM EO] *Venit*, vt planius dogmata Iesu ex ipsius ore disceret; *Cupiens*, ait Beda, *secretâ eius allocutione plenius discere mysteria fidei; & viam salutis.*

NOCTE] tum ex pudore: pudebat enim eum per diem, spectantibus alijs, Iesum pauperem adire, cuiusque fieri discipulum, cum ipse esset magister in Israel, vt ait Christus verl. 10. hoc enim eius auctoritate & grauitate videbatur indignum: tum ne odium suorum Phariseorum Christum spernentium incurreret; lucem tamen, quam nocte quaesit, inuenit, ait Ruyet. maximaque hausit sacramenta salutis. Quare videtur solus sine simulo & socio noctu ad Christum venisse, cum eo ore ad os collocatus, cuiusque doctrinam & spiritum imbibisse. Ita Nonnus.

VENISTI MAGISTER] Syrus, *vt sis magister Israelis*, id est, Iudæorum. Non dicit: Venisti vt sis Messias, siue Christus, quia necdum hæc de re inaudierat, vel certè idipsum necdum ei certò constabat: Christus enim initio prædicationis idipsum enunciare noluit, sed sensum illud patefacere.

HÆC SIGNA] Hæc miracula, quæ proximo Paschate vidimus vel audiimus te patrasse in templo, vt quòd ex eo solus omnes vendentes & ementes eiecristis.

NISI FVERIT DEVS CVM EO] Nisi Dei auctoritate, ope & omnipotentia fulciatur. Miracula enim Dei sunt opera: non enim humana vel angelica vi, sed solo Deo supernaturaliter operante, fiunt.

VERS. 3.

Ioannes
geminat
amen:

RESPONDIT IESVS, ET DIXIT EI: AMEN, AMEN DICO TIBI, NISI QVIS RENATVS FVERIT DENVO, NON POTEST VIDERE REGNUM DEI] *Amen, amen*. Ioannes passim gemi-

nat, *Amen, amen dico vobis*, cum alij Euangel. habeant vnum dumtaxat *amen*. Cur? Resp. Primò, *Cur? causa Prima.* quia ipse præ ceteris altissimas & certissimas habuit reuelationes, & altissima mysteria diuinitatis cognouit; præsertim in exilio Pathmos, vbi scripsit Apocalypsin, tot habentem sacramenta quot verba, ait S. Hieron. ac post illam totus senex scriptis Euangelium, cum solus ex omnibus Apostolis esset superstes, ac proinde ipse erat Ecclesiæ os & oraculum, fidei basis & columna, Patriarcharum Patriarcha. Dicit ergo quasi auctoritate pollens, quasi senum senior, quasi patrum Patriarcha: *Amen, amen*. q. d. Ego res sublimissimas & diuinas, quæ omnem sensum & fidem humanam superant, mihi tamen à Christo reuelatas, ideoq; certissimas, & in se verissimas, ac vobis saluberrimas, summâ fide & grauitate annuncio: quia Christus verè genuit, dixitque *Amen, amen*, ad ostendam rei grauitatem, subtilitatem, & certitudinem; ceteri verò Euangelistæ breuitatis studio, vnico *amen* vtrumque Christi *amen* complexi sunt: Ego autem quia præ ceteris Christi sensâ æquè ac verba ponderaui & penetraui, dico *Amen, amen*, vt Christus ipse dixit.

Secundò, quia *amen* idem est quod *verè*, Sanctus Ioannes autem delectatur nomine veritatis, itaque vocat Christum, quia ipse est Verbum, ideoque veritas; Patris veritas, inquam, tum speculatiua fidei, tum practica prudentiæ, & operationis virtutum. Virtutes enim non sunt aliud, quàm lumina & veritates practicae.

Tertiò, quia *amen* partim est nomen significans *verum*, partim est aduerbium significans *verè*, vnde sic explices: Ille qui est *Amen*, hoc est Christus, cuius nomen est *verus* & *veritas*, *Amen*, id est, in veritate, siue verissimè dicit. Sic ait Apocal. 3. verl. 14. *Hæc dicit Amen, testis fidelis & verus; græcè, & a' plw, id est, ille qui est Amen*, hoc est stabilis; verus, constans, fidelis, ipsaque stabilitas, veritas & fidelitas. *Amen* ergo est epithetum, quod Christo tribuit Sanctus Ioannes. Vide dicta Apocal. 3. 14. & c. 22. 20. vbi dixi nonnullos censere *amen* denotare 99. annos, quos vixit Sanctus Ioannes.

Quartò, *Amen, amen* notat materiæ, rerumq; quæ à Ioanne dicuntur, summam veritatem & certitudinem. q. d. Quæ ego dico, sunt *amen, amen* id est, *vera, vera*, hoc est verissima, certissima, & omni aliâ veritate veriora, omni aliâ certitudine certiora.

Quintò, per *amen, amen* insinuat geminum modum certitudinis; scilicet quòd S. Ioannes ea quæ scribit cognouerit per duplicem cognitionem naturalem & diuinam, putà per experientiam & reuelationem: nam & oculis ea vidit, auribusque audiuit, & à Christo reuelante, cum in sinu eius recumberet, ea intellexit. Vnde epist. 1. cap. 1. sic incipit: *Quod vidimus, quod audimus, quod manus nostræ contrectauerunt, &c. annunciamus vobis.*

NISI QVIS RENATVS FVERIT] Nota. Ex hæc Christi responsione colligendum relinquit Ioannes, quòd Nicodemus tacitè vel expressè rogarit Christum, vt se doceret viam ad regnum cælorum, quod ipse prædicabat: Christus enim huic interrogationi respondet, viam ad cælum esse baptismum.

DENVO]

DENVO] Græcè *ἀνωθεν*, quod duo significat, Primò, superne, de sursum, cælitus. q. d. Nisi quis renatus fuerit regeneratione cælesti & diuina, non potest introire regnum Dei. Ita Cyrillus & Theophyl. Secundò, *ἀνωθεν* significat denuò, iterum; & ita hic accipiendum esse liquet ex responsione Nicodemi v. 4. Ita S. Chrysostomus, Nonnus, Euthym. Vnde Syrus vertit, *à principio*, id est, iteratò: q. d. Duplex est hominis natiuitas, vna naturalis & carnalis, qua ex patre & matre carnaliter nascitur, ideoque carnalis & peccato originali obnoxius in lucem prodit; quare hæc hominem non cælo, sed inferno obnoxium facit. Vt ergo homo à peccato hoc, in prima natiuitate contracto expietur, necessum est vt accedat secunda natiuitas spiritalis, qua in baptismo ex aqua & spiritu renascatur, itaque à peccato expietur & sanctificetur.

NON POTEST VIDERE REGNUM DEI] *Videre*, id est, frui, possidere. Est metalepsis. Sic Latini dicunt hereditatem cinere, id est, adire, possidere, occupare.

VERS. 4.

DICIT AD EVM NICODEMVS: QVOMODO POTEST HOMO NASCI, CVM SIT SENEX? NVM QVOD POTEST IN VENTREM MATRIS SVÆ ITERATO INTROIRE, ET RENASCI?] *Non nouerit iste*, ait S. August. *nisi vnam natiuitatem ex Adam & Eva*. Qua de causa, vt addit Cyrill. *spiritualem natiuitatem non capiens, nec vltra res humanas quidquam cogitans, corporalem quendam ventrem, & reditum hominis, & partum fingere cogitur.*

VERS. 5.

Caluini
exposito
contorta
& erronea
reieci-
tur.

RESPONDIT IESVS: AMEN AMEN DICO TIBI, NISI QVIS RENATVS FVERIT EX AQUA ET SPIRITU SANCTO, NON POTEST INTROIRE IN REGNUM DEI] Caluinus vt vim iustificandi, & necessitatem baptismi baptismò deroget (censet enim filios fidelium, hoc solo quòd fidelium filij sunt, in vtero iustificari) negat hic agi de baptismo: quare per *aquam*, non aquam, sed Spiritum sanctum, qui credentes in Christum per fidem purgat vt aqua, accipit, q. d. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua* (& id est ex Spiritu sancto). Sic, inquit, Matth. 3. 11. dicitur, *Ipsè vos baptizabit in Spiritu sancto & igni*, hoc est in Spiritu sancto, qui instar ignis vos amore Dei accendet & igniet. Ita ipse. Verùm hæc omnia absurda sunt, contorta & erronea, & vt hæretica ab Ecclesia damnata.

Primò enim, quorsum hic Christus facit mentionem aquæ, si ex aqua, non homo, sed piscis dumtaxat nascitur? cur non breuiter & clarè Nicodemus rerum Christianarum rudis, & ignarus (quem hic catechizat, & vt puerum instruit) dixit: *Nisi quis renatus fuerit ex Spiritu sancto*?

Secundò, quia simili modo huc alludens Paulus ad Titum 3. v. 5. baptismum vocat *lauacrum regenerationis*. Ergo in eo spiritali natiuitate per aquam renascimur, simulque filij Dei, qui prius eramus filij diaboli & iræ, Ephes. 2. 3.

Tertiò, si hunc locum cum Caluino detorque licet, licebit omnes alios, totamq; S. Scripturam detorque: nec in ea extabit clarum præceptum, vel institutio baptismi.

Quartò, Caluinus eiuusque affecta non posunt contra Anabaptistas probare, baptizandos esse infantes, vsu rationis & fidei carentes, ex alio S. Scripturæ loco, quàm ex hoc. Ergo cum ipsi traditiones non admittant, ex hoc loco id *Cornel. in Ioannem.*

Aproben oportet, nisi ab Anabaptistis se victos fateri velint.

Quintò, ita explicant omnes Patres & interpretes orthodoxi, ac Concilium Trident. sess. 7. can. 2. Nec obstat illud Matth. 3. 11. *Ipsè vos baptizabit in Spiritu sancto & igni*: quia ibi verus accipitur ignis, æque ac hic aqua: agitur enim ibidè de Pentecoste, in qua Spiritus sanctus specie ignis & linguarum ignearum in Apostolos descendit.

Porro rectè & congruè aqua in baptismo Christo est instituta ad hanc spiritalem regenerationem. Primò, quia aqua optimè interiorum regenerationem representat: nam ex aqua, initio mundi, cæli omnes, ceteraque omnia genita & producta sunt, vt docui Genes. 1. v. 2. & 3. Secundò, quia humiditas, qualis est in aqua, maxime in generatione ad prolem formandam concurret, vt docent Physici. Rursum, quia iustificatio est quedam animæ à sordibus peccatorum expurgatio, quæ optimè per aquam designatur. Ita D. Thomas 3. part. quest. 66. art. 3. qui & addit: *Aqua sua frigiditate temperat superfluum calorem, & ex hoc competit ad mitigandam concupiscentiam somnii: sua diaphanitate est luminis susceptiua: vnde competit baptismo, in quantum est fidei sacramentum.*

Tertiò, quia conuenit ad representandum mysteria Christi, quibus iustificamur: *Vt enim dicit Chrysostomus super illud Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit, &c. sicut in quodam sepulchro, in aqua submergètur nobis capita, veteris homo sepelitur, & submersus deorsum occiditur, & deinde nouus rursus ascendit. Quare, quia ratione sua communitatis & abundantie est conueniens materia necessitati huius Sacramenti, potest enim ubique de facili haberi.*

Quartò, quia conuenit ad representandum mysteria Christi, quibus iustificamur: *Vt enim dicit Chrysostomus super illud Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit, &c. sicut in quodam sepulchro, in aqua submergètur nobis capita, veteris homo sepelitur, & submersus deorsum occiditur, & deinde nouus rursus ascendit. Quare, quia ratione sua communitatis & abundantie est conueniens materia necessitati huius Sacramenti, potest enim ubique de facili haberi.*

Quæres, cur Christus dicit: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto*, & non potius dicit, *Ex aqua & forma baptismi*? Aqua enim est materia baptismi: forma verò est, *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*. Ex materia enim & forma; velut essentialibus sui partibus, componitur baptismi Sacramentum. Respond. Quia voluit Christus Nicodemò seni inueterato, nouitatem vitæ & generationis spiritalis describere, per analogiam & similitudinem generationis naturalis, ad quam concurret pater & mater. Simili enim modo ad regenerationem spiritalem, quæ fit in baptismo, concurret aqua quasi mater, & Spiritus sanctus tamquam pater: ipse enim est primarius agens & effector gratiæ & sanctitatis, per quam filij Dei nascimur in baptismo: sicut in generatione Christi B. Virgo erat mater, Spiritus sanctus erat vice patris, iuxta illud: *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi, ideoq; quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei*. Lucæ 1. Ita S. Chrysostomus, Euthymius, Ammon, & alij.

Ex hoc loco igitur S. August. lib. de Peccat. *Hinc infantes nasci in peccato originali: ideo enim renasci debent in baptismo, vt ab illo peccato expurgentur: ac ridet Pelagianos qui vt locum hunc eluderent, dicebant infantes morientes sine baptismo, ingressuros in regnum cæli & vitam æternam, non autem in regnum Dei, quasi aliud sit regnum Dei à regno cælorum.*

Denique renatus ex aqua, hic intelligi debet, vel reipsa, vel voto. Qui enim de peccatis con-

B b teritur,

Baptismus quando in sumitur.

teritur, optatque baptismum, nec eum ob defectum aquae vel ministri suscipere potest, rei aliter ex baptisimo voto & desiderio. Ita dicitur hunc locum explicat Concilium Trident. sess. 7. can. 4. de Sacramentis in genere.

Nonnulli censent hic institutum esse à Christo baptismi Sacramentum. Verum non est verisimile Christum sciret, coram vno Nicodemo instituisse publicum baptismi Sacramentum: quare illud publicè instituit in suo baptismo, quo in Iordane baptizatus est, vel certè paulò post pradicans & baptizans, vti dixi Marth. 3. sub finem. Baptismus tamen licet iam à Christo institutus, non obligauit Iudaeos, aliosque homines, nisi post mortem Christi in Pentecoste: tunc enim facta est promulgatio legis Euangelicæ, cuius initium est baptismus. De hoc tempore loquitur hic Christus, q. d. Jam instat tempus & obligatio legis Euangelicæ: quare tunc desijt obligare lex vetus, & circumcisio, ac eius loco successit & obligare cepit lex noua, & baptismus, in quo nemo nisi renatus ex aqua & Spiritu sancto poterit introire in regnum Dei; cum scilicet lex noua promulgabitur in Pentecoste. Vnde hoc Christi præceptum magis ad futurum in Pentecoste tempus, quàm ad præsens spectare, asserit D. Thomas 3. part. quæst. 66. art. 2. ad 3.

Porro rō nisi quis renatus fuerit, innuit iam baptismum à Christo paulò antè fuisse institutum: Christus enim id dixit Nicodemo paulò post baptismum suum, cum prædicare & baptizare inciperet: neque illi necessarium ad salutem esse baptismum asseruisset, nisi is iam fuisset institutus.

VERS. 6.

QUOD NATVM EST (quod nascitur, gignitur, producit) EX CARNE, CARO EST: ET QUOD NATVM EST EX SPIRITU (sancto) SPIRITVS EST] Dicit hoc Christus, vt necessitatem regenerationis ex aqua & Spiritu sancto ostendat, simul vt eius rationem, præstantiam & fructum declarat. Tale ergo est Christi argumentum: Caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt: sunt enim carnalia, regnum verò Dei est spirituale; ergo cum ex carnali generatione non nascatur nisi caro, id est, homo, animalis & carnalis, peccato obnoxius, & ad peccata procliuus, ideoque regno Dei indignus & ineptus; hinc sequitur eum, vt regnum Dei spirituale ingredi possit, debere ex aqua & Spiritu spiritualiter renasci, vt spiritus, id est, spiritalis, itaque regno Dei aptus dignusque fiat. Quare non est quod mireris, ò Nicodeme, id quod dixi, oportere te renasci ex aqua & Spiritu sancto: sicut enim caro generat carnem, id est, rem corpoream & carneam, sic Spiritus generat spiritum, id est, rem spiritalem: tale enim est genitum qualis est generans: hic enim in id quod gignit, suam substantiam transfundit, quoad illa transfundi potest. Nam Spiritus sanctus suam substantiam, hoc est diuinitatem in baptizatos transfundere nequit: sic enim eos faceret verè & propriè deos, sicut ipse verè & propriè est Deus, quod est impossibile: transfundit ergo se in eos, quoad fieri potest, per gratiam & dona sua spiritalia, quibus baptizatos sibi similes, id est, spirituales, sanctos, caelestes & diuinos efficit. Ita S. Cyrillus, Chrysof. Euthymius, Theophyl.

Argumentum Christi ad Nicodemum.

Quomodo spiritus S. transfunditur in baptizatos.

A & alij. Adde tamen, Spiritum sanctum cum donis suis seipsum quoque donare animæ, quam sanctificat, & sibi in filiam adoptat, ideoque iustificationem ipsius propriè esse regenerationem spiritalem, per quam renascimur filij, & diuine confortes naturæ, vti pluribus ostendi Osee i. v. 10. ad illa, Dicitur eis, Filij Dei uiuentis.

NON MIRERIS QVIA DIXI TIBI, OPORTET VOS NASCI DENOVO] Est conclusio illata ex versu præced. vti iam dixi. vnde Chrysof. Non dispensamus, ait, de carne, sed de spiritu, noli arbitrari quod carnem spiritus portat, vel caro spiritum. Ex spiritu ergo renascaris oportet, si spiritus, id est, spiritalis, & cæli candidatus fieri exoptas.

SPIRITVS VBI VVLT SPIRAT: ET VOCEM EIVS AVDIS, SED NESCIIS Vnde VENIAT, AVT QVOD VADAT: SIC EST OMNIS QVI NATVS EST EX SPIRITU] Pergit Christus Nicodemo rationem & naturam regenerationis spiritalis explicare, eique admirationem, quomodo illa fieri possit, eximere: q. d. Ne mireris te illam non intelligere, quia ipsa spiritalis est & inuisibilis.

Quæres, quis hic intelligatur spiritus? Primò, planè & simpliciter spiritus est ventus: huic enim comparat Spiritum sanctum, vt patet ex eo quod subiicit: Sic est omnis qui natus est ex spiritu. q. d. Sicut ventus, quocumque eum trahit voluntas, id est, appetitus suus naturalis ad flandum, ibi stat & spirat, & tamen eum, eiusque determinatum locum non perspicis, nec præuides, sed tantum eius effectum & vocem, id est, sonitum & stridorem percipis: ita multò magis nec tu, ò Nicodeme, nec quis alius, quantumuis subtilis, & perspicax, regenerationem hanc spiritualem, eiusque finem & terminum, vel sensum, vel lumine naturali percipere valet; sed tantum eam cognoscit ex reuelatione & afflatu Spiritus sancti, etiam si symbola eius externa aquæ & ablutionis in baptismo videat, & oculis conspiciat. Ita S. Chrysof. Si ventus, inquit, quem sentis, viam nescis, quomodo Diuini spiritus operationes scrutaberis? Sic & S. Cyrillus, Theophylact. Euthym. Iansenius & alij. Ludit Christus analogicè in voce spiritus: prius enim per spiritum accipit ventum, deinde accipit ipsum Spiritum sanctum, quia ventus index & symbolum est Spiritus sancti, vt patet Actuum 2. v. 1. vbi Spiritus sanctus per speciem venti validi descendit in Apoctolos.

Secundò sublimiùs S. August. Didymus, Nazianz. S. Ambros. S. Gregorius, Origenes, & alij, quos citat & sequitur Toletus, per Spiritum accipiunt Spiritum sanctum. q. d. Spiritus sanctus ubi vult spirat, & quibus vult aspirat suos fidei, poenitentia & gratia impulsus. Et vocem eum audis, per prædicationem meam meorumque prædicatorum, ait S. August. Origenes, Beda & Rupertus: aut vocem, id est, eius efficaciam & effectum sentis, ait Ammon. Sed nescis vnde veniat, aut quò vadat. q. d. Nescis quomodo in hominem introeat, & quomodo redeat, ait Alcuinus & Beda, quia natura inuisibilis. Introfum nescis quomodo credentes ad fidem introducat, & quomodo fideles ad spem, charitatem, aliasque virtutes perducatur, ait Ammon. Adhæc nescis quomodo homines in filios Dei regeneret, & ad regnum Dei conducatur. Denique nescis quomodo

VERS. 7.

VERS. 8.

Spiritus primò est ventus.

Secundò. Spiritus sanctus.

modo animam hominis immutet, renouet, sanctificet: nescis ad quam perfectionem ducatur nascentem ex se, ait Glossa.

SIC EST OMNIS QVI NATVS EST EX SPIRITU] Dicit, iuxta hunc sensum, non est vox comparantis, sed confirmantis. q. d. Sic prorsus vti iam dixi, agitur cum omni fidei, qui in baptismo renascitur ex Spiritu sancto. Simile est Marci 4. 26. Sic est regnum Dei. Alludit ad piscoes herodes, qui Spiritus sancti impulsu, heroica fortitudinis & virtutum opera ediderunt. Cum enim Samson quid magni aggressus est, dicitur in eum iruisse Spiritus Domini, Iudic. 14. v. 6. & 19. Sic idè spiritus dicitur induisse Geatonem Iudic. 6. 34. & intulisse in Saul, & mutasse eum in virum alterum, 1. Reg. 10. v. 6. 10.

Tertiò, anima.

Tertiò, Maldon. per Spiritum accipit animam. q. d. Quid mirum, ò Nicodeme, si non intelligas, quomodo homo ex Spiritu sancto regenerari possit, cum intelligere non possis, quomodo ex spiritu isto naturali quo vivit, generetur? Spiritus enim animalis, ubi vult spirat, id est, quæ vult animat corpora, & ex mortuis viua reddit; vult autem non omnia quæ homines volunt, sed quæ ita affecta sunt, vt animari ab illo possint. Et vocem eius audis, quia loquentem hominem, hinnientem equum, rugientem leonem vides, & ipsam quodammodo loquentem animam audis: vnde intelligis hominem viuere: Quoniam sumus status est in nobis nostris, & sermo ista illa ad commouendum cor nostrum, Sapient. 2. 2. Nescis tamen vnde veniat, aut quò vadat, quia ignoras quomodo anima in corpus ingreditur, quomodo egrediatur è corpore, vnde gignatur, aut in quid desinat: Si ergo spiritus, id est, anima illa quæ vult corpora animat, & per ea loquitur, moritur & nascitur; & tamen eius generationem, modumque quo aduenit & abit, ignoras; quid mirum, si non intelligas modum spiritalis regenerationis, quo ex Spiritu & baptismo fidelis renascitur? Hic sensus nouus quidem, sed appositus & connexus est. Ducit enim argumentum à generatione naturali animæ, ad generationem spiritali gratia, quæ fit virtute Spiritus sancti, ac ex illius occultatione euincit, hanc longè esse occultioem. Sic pariter occultissima sunt, quæ Deus in anima operatur, dum eam radijs suæ lucis illustrat, consolatur, corroborat, inflammat, ac subinde à se abalienat, à terra in caelum rapit, imò in se quasi transformatur. Nam, vt ait S. Dionysius, diuinus amor facit ecstasim, vt terrena bona & mala non sentiat, sed super omnia eleuatus, non nisi diuina capiat & sapiat.

Moraliter.

Tropologicè, hinc discere cuiuslibet ambiendos, consulendos, sequendos Spiritus sancti instans: Vnde Aristoteles lib. 7. Moral. His, inquit, qui mouentur per instinctum diuinum, non expedit, consistari secundum rationem humanam, sed quod sequantur interiorem instinctum, quia mouentur à meliori principio.

Meliùs S. Thom. 1. 2. q. 68. art. 2. ad 3. Ille, ait, cuius scientia & potestati omnia subsunt, sua motione à stulticia & ignorantia, & hebetudine, & auaritia, & ceteris huiusmodi ut os nos reddat, quando per ipsius dona eius instinctum sequimur perfectè. Porro quomodo Spiritus sanctus occultè animam vilitet, experientia suà docet S. Bernard. serm. 74. in Cant. Cornel. in Ioannem.

Rursum S. Gregorius lib. 2. Dialog. cap. 2. r. Prophetia spiritus, inquit, Prophetarum mentes non semper irradiat, quia sicut de Spiritu sancto scriptum est, Vbi vult spirat: ita sciendum est, quia & quando vult aspirat. Probat id exemplo Nathan. 2. Reg. 7. & Elisei 4. Reg. 4.

RESPONDIT NICODEMVS: QVOMODO POSSVNT HÆC FIERI?] Animalis enim homo (qualis erat adhuc Nicodemus) non percipit ea quæ sunt Spiritus, 1. Corinth. 2. 14. sicut rustici non capiunt quæstiones Scholasticas, ac pueri nil nouerunt nisi nuces suas, quas sapiunt.

RESPONDIT IESVS, ET DIXIT EI: TV ES MARGISTER IN ISRAEL, ET HÆC IGNORAS?] q. d. Tuum erat, ò Nicodeme, qui quasi Rabinus, ceteros Israelitas doces legem & Scripturas, hæc scire & docere. Hæc enim, quæ de regeneratione baptismi dixi, manifestè prædicta sunt ab Ezechiele c. 36. 24. (Effundam, inquit, super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus iniquitatibus vestris, &c. & dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum. ita S. Chrysof.) & ab alijs Prophetis, eademque tibi clarè à me iam exposita sunt: cor ergo ea ignoras? nimirum quia Iudæus es, solùm capis Iudæas lustrationes, & ceremonias corporales: Christi verò & Christiana mysticia, licet à Prophetis prædicta, quia spiritalia sunt, necdum cognouisti, sed ea sensum me docente cognosces. Nam vt ex S. Augustino ait Beda. Christus hæc dixit: Non insultare ei volens, sed ad humilitatis illius viam pronocans, itaque eum ad res Christianas capiendas disponens.

AMEN, AMEN DICO TIBI, QVIA QVOD SCIMVS LOQVIMVR, ET QVOD VIDIMVS TESTAMVR, ET TESTIMONIVM NOSTRVN NON ACCIPITIS] q. d. Ego mysteria diuina de Deo, de Spiritu sancto, de quæ eius regeneratione spiritali in baptismo, & c. quæ tibi, ò Nicodeme prædico, verissimè & certissimè scio, quia ego, quæ Deus, illa vidi in scientia diuina; quæ homo verò eadem vidi per visionem beatificam, ac per scientiam insulam. Quare mihi testificanti credere debetis: sed maior Iudæorum pars incredula mihi non credit, nec testimonium meum recipit; imò tu quoque, Nicodeme, ea necdum credis, quia de ijs contra me disputas. Tacitè hortatur Christus Nicodemum, vt hæc mysteria ratione non scrutetur, vt ea intelligat, sed fide credat. Omnia exquisitiore inuestigandi diligentia, ait Cyrillus, simpliciore fide, quod intelligere non poterat, recipiendum esse consilium, auctoritate sua contradicendi iter illi obstruens. Loquitur Christus de se in plurali, Quod scimus loquimur, id est, quod scio loquor, ad pondus testimonij, quod solet à pluribus dari: & quia inquit Patrem & Spiritum sanctum, plures secum esse testes, qui per os eius loquantur. In Christo enim inhabitauit plenitudo diuinitatis (ac consequenter tota S. Trinitas) corporaliter, Coloss. 2.

SI TERRENA DIXI VOBIS, ET NON CREDITIS: QVOMODO SI DIXERO VOBIS CÆLESTIA, CREDETIS? Si tu, ò Nicodeme, per terrenas similitudines, de humana generatione, de carne, de spiritu & vento allatas non capis res diuinas, quomodo eas capies, si nudè easdem tibi proponam? possem quidem id ipsum facere, quia easdem nudè vidi, & oculis mentis conspexi; sed oculi tui cæcipientes ad tantam lucem

VERS. 9.

VERS. 10.

VERS. 11.

VERS. 12.

B b 2 hebescent

hebescent, ut eam intueri nequeant. Quare suadeo tibi ut eas amplius non seruteris, nec de ijs mecum disputes, sed simplici fide eas credas.

Paulo aliter S. Chrysof. quem de more Theophyl. & Euthym. sequuntur. q. d. *Terrena*, inquit, *terrenum baptisma dicit, vel quod in terra perficitur, vel quod ad sua ipsius ineffabilis generationis comparationem ita appellat.* q. d. Si non capitis terrenum meum baptisma, quomodo capietis mysteria diuina de S. Trinitate, de aeterna Verbi generatione, processione Spiritus sancti, de iustorum felicitate, gloria, &c. Noli ergo, o Nicodeme, pergere ea curiosè exquirere, de ijsque mecum disputare; sed mihi quasi testi oculato & diuino ea affirmanti simpliciter crede.

VERS. 13. ET NEMO ASCENDIT IN CAELVM, NISI QVI DESCENDIT DE CAELO, FILIVS HOMINIS QVI EST IN CAELO. Et ponitur pro *tamen*, vel certe *non tamen* subauditur. q. d. Mihi non creditis, & tamen nemo alius ascendit in caelum, ibique illa, quae praedico, contemplatus est, nisi ego qui sum Deus & homo, ac ut Deus descendit in terram, & naturam humanam assumpsit, ut vos illa docerem. Eleuat Christus mentem Nicodemi, ut cogitet se non tantum esse hominem, sed in homine latere Deum, qui est in caelo, imò caelum & terram implet, ideoque planè sibi fidem adhibeat, & in se credat. Vult enim probare Christus sibi ecclesia praedicanti, praeter omnibus esse credendum, ex eo quòd ipse solus in caelo illa intuitus fuerit, iuxta illud cap. 1. 18. *Deum nemo vidit vnquam: vnigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ipse enarravit.*

ASCENDIT] Græcè est, *ἀνέβη*, id est, *ascendit* in praeterito, non in praesenti, multò minus in futuro. Quare hic locus de futura Christi in caelum ascensione intelligi nequit. Porò Christus expressè tantum ait; neminem alium à se ascendisse in caelum, quo tacitè innuit se eò ascendisse, id est, se ibi fuisse, ibique Deum & omnia mysteria diuina conspexisse. Est metalepsis. Loquitur enim Christus de se ut homine: homines autem non possunt esse in caelo, nisi è terra sua in caelum ascendant. Christus ergo quia Deus ascendit in caelum, id est ab aeterno fuit in caelo; imò in caelorum apice & summitate, perinde ac in caelo foret homo, qui è terra in caelum conscendisset: unde explicans subdit: *Filius hominis qui est in caelo.* Ita Toletus.

Subtilius Maldonat. Christus, inquit, quia homo ascendit in caelum, ab initio suae incarnationis, non per humanitatis elevationem in caelum, sed per communicationem idiomatum, quia incarnationis & homo factus mox fuit in caelo, per communicationem iam dictam, & sic rectè dicitur eò ascendisse. Sicut enim de Deo in Christo incarnato, per communicationem idiomatum rectè dicitur, quòd Deus sit in tempore natus, passus, crucifixus, mortuus, quia humanitas à Deo assumpta in tempore est nata, passa, crucifixae: sic vicissim de homine Christo per eandem communicationem verè dicitur, Hic homo fuit ab aeterno, hic homo est in caelo, hic homo adoratur ab angelis, quia scilicet diuinitas, quae est in eadem persona Christi, fuit ab aeterno, est in caelo, adoratur ab angelis.

Addit Emmanuel Sà Christum, quia homo est,

A ab initio incarnationis dici ascendisse in caelum quia ex tunc anima eius vidit Deum, fuitque beata, quae magna est in caelum, imò in caelum caelorum, ascensio.

Perperam ergo Vbiquetarii haeretici ex hoc loco contendunt corpus Christi esse vbiq; eò quòd diuinitas eius sit vbiq;: proprium enim diuinitatis est esse vbiq; humanitatis verò proprium est esse in certo & determinato loco quo describitur.

NISI QVI DESCENDIT DE CAELO] Hinc Valentinus contendebat Christum è caelo attulisse corpus; quare illud non accepisse in terra, ex B. Virgine, sed per eam solum quasi per canalem transisse, quae est haereticis iam olim ab Ecclesia damnata. Dicitur ergo Deus, siue Verbum, in incarnatione descendisse de caelo, per catachresin & metalepsin; Deus enim proprie locum non mutat, aut descendit. Dicitur tamen descendisse, quia in terra humanam naturam assumpsit, itaque per hanc novam in terra incarnationis operationem, hominibus visus est è caelo in terram descendisse. Loquitur enim Script. anthropopathos, siue ex more & sensu hominum, qui concipiunt Deum in terram descendere, sicut homines descendunt ex loco alto in demissum, siue ex monte in vallem. Sic Genes. 1. 8. dicitur Deus descendisse ad videnda & castiganda scelera Sodome. Causam dat S. Cyrillus in Conc. Ephesino; *Quia, inquit, Deus Verbi se nec ipsum exinanuit, ac Filius hominis appellatus fuit; manens interim quod erat, hoc est Deus, sit ut tamquam vnus cum propria carne consideratus, è caelo descendisse dicitur.*

FILIVS HOMINIS QVI EST IN CAELO] Explicat & inculcat quod dixit, *Ascendit in caelum.* q. d. Christus ascendit in caelum, id est, quia Deus ab aeterno fuit in caelo, quia ipse semper est in caelo, tamquam caelorum conditor, moderator, imperator, dominans in toto vniuerso. *Filius hominis* ergo, id est, Christus homo, dicitur esse in caelo per communicationem idiomatum, quia eius diuinitas erat in caelo, ut dixi. His verbis, ait Synodus VI. Oecum. act. 12. *nos instruit, quòd diuinitati vnica est caro, possibilis ineffabiliter atque singulariter, ut discretè atque inconsuse sic indiuise videatur coniungi, ut mirum suspensa mente mirabiliter manentibus vtrarumque naturarum differentijs cognoscatur vniri.*

ET SICUT (q. d. Sicut autem) MOYSES EXALTAVIT SERPENTEM IN DESERTO, ITA EXALTARI OPORTET FILIVM HOMINIS.

VT OMNIS QVI CREDIT IN IPSVM, NON PEREAT, SED HABEAT VITAM AETERNAM] Pergit Christus catechizare Nicodenum, unde sicut verè, praeced. ei exposuit, se esse Deum, sic hic exponit se factum esse hominem, ut pro hominum redemptione crucifixus, mereatur ut omnis qui in eum credit, & per mortis eius meritum salutem speret, eandem consequatur. Sic enim solet Christus de se loquens summis ima, diuinis humana, gloriosius funesta iungere & subtexere q. d. *Quicumque percussus fuerit à serpentibus peccatorum, Christum inueniat, & habebit sanitatem in remissionem peccatorum,* ait Hadrianus I. Papa epist. 3. ad Carolum regem Francorum, act. 5. Idem ex hoc serpente probat licitum esse vium imaginum. Additque: *Figura praestabat vitam temporalem; res ipsa, cuius illa figura erat, vitam aeternam.*

Citat

Phiquetarii haeretici

Valentinus Christum è caelo corpus attulisse contendebat.

VERS. 14.

VERS. 15.

Citat Christus historiam Hebraeorum Numer. 21. v. 5. & sequent. cum enim Hebraei in deserto murmurarent contra Deum & Moysen, Deus misit in eos ignitos serpentes (qui tropolog. ait Glossa, significabant in centiua vitiorum) qui eos morderet, & igneo suo veneno necarent, & quasi cremarent. Quocirca Hebraei poenitentes postularunt à Mose remedium. Moses iussu Dei fabricauit aeneum serpentem, eumque in pertica erexit, ut à singulis per tota castra aspici posset: quare qui eum aspiciabant à morfu serpentum illico per miraculum sanabantur. Hic enim serpens representabat Christum, qui formam habebat peccatoris, at non venenum peccati: Christus enim in cruce erectus est, ut omnis in eum per fidem aspiciens, & salutem sperans, à peccato Adae per serpentem inducto, ceterisque omnibus quae ex eo consecuta sunt, sanctur. Ita S. Augustinus de Peccat. merit. lib. 1. cap. 32. *Exaltatus serpens, inquit, est mors Christi à serpente quippe mors venit, qui peccatum homini persuasit: Dominus autem in carnem suam non serpentis venenum, sed est peccatum, transiit, sed mortem, ut esset in similitudine carnis peccati poena sine culpa: unde & poena solueretur à culpa.* Et Theophyl. in illo serpente, ait, *Species quidem bestiae, sed non venenum: sic in Christo similitudo carnis peccati, non peccatum.* Audi S. Cyrillum in Concil. Ephesino acutè & eleganter hæc explicantem: *Ecce quid istud ænigma sibi vult: Cur sublatum serpentem conspicimus vir à donatur? Vnigenitum Dei Verbum, quod suapte natura à vita est, nobis simile, hoc est homo factum est. Est autem homo res quaedam noxia, serpenti non absimilis. At verè licet ut homo nobis assimilatus sit, si quis tamen in illu aspexit, morte superior euadit. Sed quid aliud, obsecro est illum intrinseci, quam incarnationis illius mysterium exacto animi iudicio expendere? Addit S. Epiphanius haereti 37. *Christum comparari serpenti, quia Iudæi eum ut serpentem despiciabant & abominabantur: Instar serpentis, inquit, Dominu Saluatorem ignominia afflicebant.**

Serpentis aenei analogia cum Christo.

Plenissimè verò S. Chrysofomus causam & analogias serpentis aenei & Christi assignat: *Ne enim inquit, quis diceret: Quomodo possum in crucifixum credentes salui fieri, cum se à morte non liberauerit: veterem in medium adducit historiam. Nam si ad aerei serpentis simulacrum aspicientes Iudæi, à morte liberabantur: quanto maiori qui in crucifixum credunt, beneficio fruuntur? Illic enim mortem suggerunt Iudæi temporalem, hic sempiternam fideles. Illic iustus serpentum suspensus serpens sanauit, hic incorporei serpentis plagas Iesus cruci affixus curauit. Illic corporeis oculis suspentes, corporis salutem, hic incorporeis omnium peccatoru remissione consecuti sunt. Serpens illic mordebat, & serpens sanabat: hic mors perdidit, & mors salutem fecit. Ad hæc inuermebat serpens, venena seniebat, qui liberabat nullo. Sic & hic, qui perdebat mors peccatum hebebat; quemadmodu serpens venenum: Dominus autem mors ab omni immunis erat peccato, ut aereus serpens veneno. Vides ut figura consentiat veritati.*

EXALTAVIT] Id est ex ligno alto suspendit, unde hebr. Numer. 21. 9. additur *אֵל נֶסֶם* al nes, id est, *super vexillum*, puta super hastam vexillarem, instar vexilli erectam: hoc enim typus & figura erat vexilli crucis Christi, ad quod ipse fideles suos, quasi milites aduocat. Hanc autem hastam cum serpente aeneo ex illa suspensio,

Cornel. in Ioannem.

A Moses fixit & erexit super tabernaculum, quod in deserto, in medio castrorum situm. Hebraeis erat vice templi, teste Iustino sub finem Apologiae 2. ad Antonium Imper. quo significabatur crucem Christi figendam, & adorandam in templo ab omnibus fidelibus, quasi fidei & religionis Christianae vexillum & trophæum.

Querit S. Chrysofomus: *Cur non dixit suspendi sed exaltari?* ac responderet: *Neque ignominiosum auditori, neque à figura abhorrens videretur.* Plura de hoc serpentis aenei symbolo, & Christi crucifixi typo dixi Numer. 21. 9. Hinc liquet ineptè Calvinum interpretari hanc Christi exaltationem, esse Euangelij eius praedicationem, non autem eius crucifixionem.

VT OMNIS QVI CREDIT, illique obedit leges eius seruando, siue qui in eum credit, fide non nuda & informi, sed per charitatem formata, HABEAT VITAM AETERNAM] per gratiam, poenitentiam, virtutes & bona opera, quae illi Christus à cruce aspirat hoc sine, ut vitam, felicitatem & gloriam aeternam mereatur & assequatur.

SIC ENIM DEVS DILEXIT MVNDVM, VT FILIVM SVVM VNIGENITVM (Svius, vni um) DARET: VT OMNIS QVI CREDIT IN EVM, NON PEREAT, SED HABEAT VITAM AETERNAM] Arabicus, sic dilexit Deus mundum, ut dono dederit Filium suum, &c. Colentit more suo Aegyptius, ac ceteri. Est occupatio: ne enim Nicodemus miretur & obijciat: Si Filius Dei es, quomodo ergo Deus permittit te suspendi: id exaltari in cruce? Occurrit Christus Deum id permitturum, ut igneam & immensam suam in homines charitatem demonstret, quam proinde representabat serpens aeneus, qui hebraicè vocatur *אֵשׁ סַרְפָּס* saraph, id est, igneus, & igniens, ac ignitos deserti serpentes afflans & comburens. Ita S. Chrysof. & Theophyl. Audi S. Ambros. li. 2. de Iacob & vita beata c. 6. *Considera affectum patrum. Quod pietas est, quasi morituri filij suscepit periculum, quasi orbis aris hausit dolorem, ne tibi periret fructus redemptionis. Tacitum fuit Domino studium tuae salutis, ut propemodum de suo periclitaretur, dum te lucraretur.*

Nota, singula Christi verba hic habere magnam emphasim, & emphaticè exaggerare amorem Dei. Primò enim ait, sic, id est, tantà amoris vehementià, conatu, excessu. Secundò, non rex, non Caesar, non angelus, sed Deus. Tertiò, dilexit, scilicet prior & gratis, sine merito, imò sine desiderio nostro. Quarto, mundum sibi contrarium hostem & reum damnationis. Quinto, ut non hominem, non angelum, non mundum alterum, sed filium; non alienum, non adoptiuum, sed suum proprium ac naturalem, eumque non vnun è multis, sed vnigenitum & vnicum. Sextò, non venderet pretio, non mutaret, sed gratis daret, non ad regnum & triumphos, sed ad mortem & crucem. Septimò, id fecit non sibi, non Christo fructum aliquem quarens; sed ut ipse nos, id est, creator creaturas suas suà morte viuificaret; suà humilitate exaltaret, suà exinanitione, aeternà glorià, opibus & bonis immentis cumularet. Hæc est philanthropia Dei erga homines, quàm celebrat Apostolus ad Titum cap. 3. v. 4. Vide ibi dicta.

Emphasè amoris Dei.

Bb 3

Dices;

Obiectio Prima.

Responsio.

Obiectio Secunda.

Responsio.

Cur Filius incarnatus non Pater, aut Spiritus sanctus.

Dices, Maioris amoris fuisset, si Deus Pater dedisset seipsum nobis, nostramque carnem assumpsisset, quam quod miserit Filium: plus enim dat qui se dat, quam qui alium mittit.

Resp. Hoc verum est in ijs qui sunt diuersæ essentia, non autem in Deo, ubi Pater & Filius eandem numero habent essentiam diuinam, suntque *ὁμοιοι*, id est, consubstantiales: quare Pater dando nobis Filium, cum eo dedit nobis essentiam suam, qua nihil maius esse aut dari potest. Fuit ergo eorum hoc Patris summum & infinitum. Ita S. Cyrillus hic.

Institabis: Pater non dedit personam suam, sed essentiam dumtaxat. Plus ergo dedisset, si personam suam quoque dedisset. Resp. negando consequentiam: tum quia persona in Deo realiter idem est quod essentia: nihil enim addit essentia nisi relationem & oppositionem ad aliam personam: tum quia persona Filij tam digna est quam persona Patris: omnes enim tres personæ diuinæ per omnia sunt æquales, ut habet Symbolum S. Athanasij. Adde, Pater dando personam Filij, dedit nobis quoque personam suam, æque ac Spiritus sancti, quia Pater est in Filio, & uterque in Spiritu sancto, ac vicissim Filius in Patre est, & Spiritus sanctus in Patre & Filio, per diuinam illam *ὁμοιοτητα*, siue circumcessionem, de qua dicam Ioan. 14. 10.

Porrò causas, ob quas Deus Pater proximè dederit personam, non suam, sed Filij sui, siue cur Filius solus carnem nostram assumpserit, non Pater, nec Spiritus sanctus, plures affert S. Thomas 3. part. quæst. 3. art. vlt. Inter quas primaria est, quod Pater per Filium uoluerit nos nostramque naturam sibi adoptare, nosque sibi filios & consequenter heredes efficere. Filium enim suum fratrem nostrum effecit, ut per eum filij Dei, & consequenter heredes efficeremur, ut indicat hic Christus. Vnde Theodoretus citans hæc verba Christi ferm. 10. de Providentia, longiusculè post initium, ea sic explicat q. d. *Tanta est amoris huius excellencia, ut Filium unigenitum, consubstantialem, ex uero ante luciferum genitum, quo cooperatio usus mundum creauit, medicum & saluatore nostrum decerneret, & per hunc adoptionis in filios Dei donum nobis donaret, iuxta illud Apostoli: Quos præstitit & prædestinavit conformes fieri imaginis Filij sui, Roman. 8. 29.*

Adde, in humanis amor descendit, non ascendit: unde magis amat pater filium, quam filius patrem: optat enim post se filium superstitem & heredem relinquere, quasi in filio post mortem victurus & superstes futurus. Atque hoc respectu, & hæc analogiâ cum rebus humanis, dici quodammodo posset maior amor Patris, quod dederit nobis filium, quam si dedisset seipsum (Pater enim omnia sua communicat & transfert in Filium) dando uero seipsum præcisè, non dedisset Filium: Pater enim est ante Filium, non tempore, nec naturâ, sed origine: Pater enim est origo & principium Filij, non Filius Patris. Hæc intellige, si anthropopathos, siue comparatiuè per analogiam ad res humanas de diuinis loquamur, ut dixi. Sic enim sæpè loquitur Deus humano more, & ad nostros conceptus descendit, ut diuina & incomprehensibilia, per ea quæ

apud homines, videmus, aliquo modo capiamus.

NON ENIM MISIT DEVS FILIUM SVVM IN MVNDVM, VT IVDICET MVNDVM, SED VT SALVETVR MVNDVS PER ALIUM. Confirmitur & exaggerat immensum Dei in homines amorem, per Christum crucifixum demonstratum. q. d. Iure suo poterat Deus Filium mittere in mundum, ut cum tot scelerum reum perderet, & in abyssum gehennæ demergeret: hoc enim iustitia exigebat, sed iustitiam uicit inuenta Dei charitas, quæ mundum, cum dignus esset extremo supplicio, summo affecit beneficio, dando ei salutem per eum.

Nota *quod ut iudicet*, id est condemnet, puniat, in tartara mittat, ibique comburatur: opponitur enim *quod illi sibi saluetur*. Sic & in sequentibus alibi crebro, *iudicare*, ponitur pro *condemnare*. Est metaleptis. Hinc S. August. & Theophyl. notant Christum hoc sine incarnatum esse, ut omnes homines saluentur, idque ipsum serid optare & uelle: quare quod multi ex eis damnentur, per ipsos stare, nec Christi, sed ipsorum esse culpam.

QVI CREDIT IN EVM, NON IVDICATVR (non condemnabitur, sed saluabitur): QVI AVTEM NON CREDIT, IAM IVDICATVS, id est condemnatus, EST: quia talis manifestè seipsum per suam infidelitatem condemnat: per illam enim sibi omnem salutis uiam, & initium (puta fidem) præscindit: QVIA NON CREDIT IN NOMINE VNIGENITI FILII DEI] Græcè. *εις ὄνομα*, id est, *in nomen*, hoc est, in ipsum Filium Dei: *nomen* enim ponitur pro re nominata metonymicè. Aut propriè q. d. Quia mihi homini non dat nomen & titulum Filij Dei: quia enim me solum credit esse hominem, hinc me nominat hominem, Dei uero nomen mihi denegat; quæ summa est in me & Deum Patrem iniuria, æquè ac blasphemia, ideoque ærem penam & condemnationem meretur. *Magnum*, ait Cyrillus, *crimen incredulitatis esse ostendit, quoniam unigenitus ipse sit Filius Dei: nam quanto præstantius est quod contemnitur, tanto maioribus, qui spernit, supplicijs subiacet*: præsertim quia talis mendacem facit Deum, quia non credit in testimonium, quod testificatus est Deus de Filio suo, 1. Ioan. 5. v. 10.

HOC EST AVTEM IVDICIUM: QVIA LVX VENIT IN MVNDVM, ET DILEXERVNT HOMINES MAGIS TENEBRAS, QVAM LVCEM: ERANT ENIM EORVM MALA OPERA] *Iudicium*, id est, causa iudicij, hoc est, condemnationis. q. d. Hæc est causa cur iam iudicati, id est, condemnati sunt, qui non credunt in me; quod scilicet magis tenebras, & ignorantiam Dei & agendorum, ac suas terræ delicias & concupiscentias, indeque peccata sua obstinatè dilexerint, quam lucem, id est, Christum, qui mundo attulit lucem, id est, cognitionem Dei, salutis, rerum agendarum, & bonæ sanctæque uitæ. Horum enim symbola sunt lux & tenebræ, ob triginta analogias quas recensui, 1. Ioan. 5. ad illa: *Quoniam Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt ulla*. Vnde Beda: *Lucem, ait, seipsum appellat, de qua supra cap. 1. Erat lux uera; tenebras uero peccata. Porro lux uenit in mundum, homines excitans, ait Glossa, & admonens cognoscere sua mala. q. d. ait S. Chrysoctomus: Nam ipsi quæserunt, uel laborarunt ut inuenirent: ipsa ad eos uenit,*

VERS. 17.

VERS. 18.

VERS. 19.

uenit, nec tamen ei occurrerunt. Christus uersu præcedenti dedit proximam iudicij, id est, condemnationis infidelium causam, scilicet ipsam eorum infidelitatem: hic dat causam remotam, sed primam: scilicet quod tenebris suarum concupiscentiarum affixi, noluerint admittere lucem ueritatis & sanctitatis, quam ipse uerbo & exemplo predicauit, sic hodie multi sunt hæretici, ut libertatem carnis sequantur: hanc enim permittit hæresis, uetat uero fides, quare ut hæreticum conuertas, hæc uia utere, ut prius ei uitam honestam, moreque castos & sanctos persuadeas: sic enim facile fidem ueram eidem persuadebis.

Postet Secundò, neruosiùs *iudicium* propriè accipi. q. d. Hoc est *iudicium*, scilicet condemnationis & reprobationis infidelium, uel quo se quisque eorum, condemnat, quod scilicet tenebras præterierit luci, id est, cupiditatem sanctitati, ignorantiam scientiæ, & amorem Deo: si fideles uero credentes in Christum, tenebras suas confessi abdicarint, ac oblatam sibi Christi lucem receperint, ait S. Augustinus: qui enim tenebras præterit luci, id est, infidelitatem fidei, scelera uirtutibus, hic ipso facto seipsum iudicat: id est, condemnationis reum, & gehennâ dignum confitetur. Quare tali dicit Christus iudex: Ego te non iudico, quia tua ipsius conscientia te iudicat & condemnat.

VERS. 20.

OMNIS ENIM QVI MALE (græcè, *φάδλα*, id est, praua & peruersa) AGIT, ODIT LVCEM, ET NON VENIT AD LVCEM, UT NON ARGVANTVR OPERA EIVS] *Recusat*, ait Cyrillus, *omnis qui male agit lucis illuminationem, non quia malorum eum pudeat, pigeatque, (saluaretur enim si id esset) sed quia ignorare meliora mauult, ne conscientia simulis quodidie peccans exagietur*. Nam, uti notat S. Chrysoctomus: *eos notat, qui semper in malitia perseverant, & usque ad extremum spiritum malitiæ studentes, in malis perseverant operibus, & semper in uiciorum luto uersantur*.

VERS. 21.

QVI AVTEM FACIT VERITATEM, VENIT AD LVCEM, UT MANIFESTENTVR OPERA EIVS, QVIA IN DEO (secundum Deum Deique uoluntatem & legem, item per Dei directionem lucem, gratiam & opem) SVNT FACTA] *Veritatem*, intellige practicam, hoc est, id quod uerum, rectum, iustum, æquum, & Deo gratum est. Sicut enim est ueritas cordis & oris, sic est & operis, qua fit ut opus honestum, & sanctum respondeat & adæquetur suæ regulæ, puta uero iudicio practico rationis & prudentiæ, siue iustitiæ, uirtuti, legi & uoluntati Dei. Sic c. 3. v. 43. de Lucifero dicitur: *Ille in ueritate*, id est, æquitate, iustitia, & sanctitate, non stetit. Et sic Apostolus iubet nos *facere ueritatem*, id est, id quod uerè bonum, sanctum & Deo gratum est. Idem ingeminat Psaltes psalm. 118.

Sensus est, q. d. *Qui facit*, id est per Dei illuminationem & gratiam, proponit & decernit facere, ueritatem, id est, quod uerè bonum & sanctum est, uenit ad lucem, id est, amplectitur meam doctrinam & fidem Christianam: ut manifestentur opera eius, quia (quod) in Deo sunt facta: quod scilicet Deo placeant, quasi ipsius ductu, monitu, iussu, impulsu facta, ait Euthymius: aut si secus facta sint, ut illa corrigat, & iuxta Dei uolunta-

tem emendet & reformet. *Qui ueritatem facit*, ait Cyrillus, *spiritualem illuminationem non spernit, per ipsam maximè ad eam cognitionem perducitur, ut intelligere possit an omnia secundum diuina peregerit præcepta, nec uoluntatem Dei transgressus sit*. Ecce S. Chrysoct. *Ostendit, ait, errantium neminem se fidei subditurum, nisi prius rectam sibi uitam persuadeat, & neminem nisi prorsus malitiæ deditum, in incredulitate persistere*.

Hucusque uerba Christi ad Nicodemum, quibus ipse senium ad Christi fidem & sanctitatem perductus est, ut patet cap. 7. uers. 50. & cap. 19. uers. 39.

POST HÆC VENIT IESVS ET DISCIPVLI EIVS IN TERRAM IVDÆAM] Syrus, *In terram iudæa*, q. d. Iesus à metropoli Iudææ, scilicet à Ierusalem, cuius ciuis fuisse uidetur Nicodemus, uenit in reliquam Iudææ regionem, fugiens sectas & odia Hierosolymitanorum principum. Ita S. Chrysoct. Theophyl. D. Thomas & alij, licet aliter opinetur Iansenius. *In solemibus*, ait Chrysoct. *in uisitationem ueniebat, ut in mediū doctrinam Dei proponeret, inde sapè Iordanem petebat*.

ET ILLIC MORABATVR CVM EIS, ET BAPTIZABAT] non tam per se, quam per suos discipulos, ut dicitur cap. 4. v. 2. quos tamen ipse prius baptizabat, idque fecit varijs de causis. Prima est, ut ostenderet suum baptismum diuersum esse à Ioannis baptismo: hic enim à solo Ioanne dabatur; Christi uero baptismus dabatur etiam ab alijs, scilicet à discipulis, Christo in eis & per eos potenter operante. Secunda, ut auctoritatem, uim & durationem sui baptismi ostenderet propagandam fore per omnia succedentia sæcula. Ita S. August. & Cyrillus. Tertia, quia ipse maioribus occupationibus docendi, concionandi, ægros sanandi, demones expellendi, & miracula patrandi distinebatur. Ita Theophyl. Porro discipuli Christi baptizantes, necdum erant Apostoli: Apostoli enim uocati & creati sunt à Christo, post incarcerationem Ioannis: hæc autem contigerunt ante eam, ut patet v. 24. Discipuli ergo hi necdum erant Apostoli, imò necdum erant sacerdotes, quia sacerdotes à Christo postea creati sunt, in uictima eius cœna.

Quocirca iam quasi error est dicere, quod hic aiunt Ammonius, Rupertus, Chrysoct. hom. 28. Theophyl. Tertullianus lib. de Baptismo cap. 11. Christum idcirco non baptizasse, eò quod baptismus ante mortem Christi non haberet uim remittendi peccata, & conferendi Spiritum sanctum: hanc enim accepisse à morte Christi: quare discipulos Iesu baptizasse baptismo Ioannis Baptistæ, non Christi. Audi Tertullianum: *Itaque tingebant discipuli eius ut ministri, ut Ioannes autè presbiter, eodem baptismo Ioannis, ne quis alio putet, quia nec exstat alius, nisi postea Christi, qui tunc utique à discipulis dari non poterat; utpote nondum adimpleta gloria Domini, nec instructa officia laicæ per passionem & resurrectionem, quia nec mors nostræ dissolui posset, nisi Domini passione, nec uita resistit sine resurrectione ipsius*.

Quocirca iam quasi error est dicere, quod hic aiunt Ammonius, Rupertus, Chrysoct. hom. 28. Theophyl. Tertullianus lib. de Baptismo cap. 11. Christum idcirco non baptizasse, eò quod baptismus ante mortem Christi non haberet uim remittendi peccata, & conferendi Spiritum sanctum: hanc enim accepisse à morte Christi: quare discipulos Iesu baptizasse baptismo Ioannis Baptistæ, non Christi. Audi Tertullianum: *Itaque tingebant discipuli eius ut ministri, ut Ioannes autè presbiter, eodem baptismo Ioannis, ne quis alio putet, quia nec exstat alius, nisi postea Christi, qui tunc utique à discipulis dari non poterat; utpote nondum adimpleta gloria Domini, nec instructa officia laicæ per passionem & resurrectionem, quia nec mors nostræ dissolui posset, nisi Domini passione, nec uita resistit sine resurrectione ipsius*.

Addit S. Chrysoctomus: *Verumque (baptisma scilicet Ioannis & discipulorum Iesu) enim similiter spiritus expers erat, & unam eandemque baptizandi causam habebat, ut Christo conciliaret baptizatos. Et mox: Quod autem nihil eorum baptismi*

addit S. Chrysoctomus: *Verumque (baptisma scilicet Ioannis & discipulorum Iesu) enim similiter spiritus expers erat, & unam eandemque baptizandi causam habebat, ut Christo conciliaret baptizatos. Et mox: Quod autem nihil eorum baptismi*

præaret, sequentia manifestant. Probat ex eo: Spiritus nondum erat datus, quia Iesus mundum erat glorificatus, Ioan. 7. Sed alius illius loci est sensus, ut ibi ostendam. Accedit S. Leo epist. 4. ad Episcopos Siciliæ c. 2. Proprie, inquit, in morte crucifixi, & in resurrectione ex mortuis, potentia baptismatis novam creaturam condit ex veteri, ut in renascentibus & mors Christi operaretur, & vita, dicite beato Apostolo Paulo: An ignoratis quod quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus.

Resp. affirmativa.

Verum alia est mens Pauli, ut ibi dixi, atque ipsius, ut opinor, S. Leonis. Nam ante mortem Christus remisit peccata paralytico, Matth. 9. & Magdalene, eamque spiritu charitatis implevit, Lucæ 7; idque sola voce sine Sacramento: cur ergo idem facere non potuit cum Sacramento baptismi? hoc enim vim suam iustificandi traherat à meritis Christi, tum presentibus, tum futuris; ac præsertim à morte Christi, quam Christus iam acceptauerat, seque in vitam futuram, pro salute hominum Deo Patri iam sæpe obtulerat. Quocirca sicut Eucharistia ante mortem a Christo instituta significauit Apostolos, sic & baptismus. Ita disertè S. Augustinus hic tract. 15, S. Thomas, S. Bonauent. Rich. rd. Scotus, Caietanus, Sorus, ceterique Doctores, quos citat & sequitur Gabriel Valquez 3. part. quæst. 66. art. 3. disp. 140. c. 3.

Eadem forma baptizati quæ nos.

Similiter parum probabile est, quod censent D. Soro & Melch. Canus tractat. de Baptismo, discipulos hinc alia forma vios in baptizando, scilicet dicendo: Ego te baptizo in nomine Iesu Christi, cum post eius resurrectionem dixerint: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, ut iubet Christus Matth. 28. Aut, ut opinatur Franc. Lucas, dicendo: Pœnitentiam age, appropinquauit enim regnum celorum. Hoc enim fuit initium prædicationis tam Ioannis Baptiste, quam Christi. Verum hæc minus sunt verisimilia, tum quia sic Christus debuisset formam baptismi mutare: quod incongruum fuisset, sic enim duplex baptismus instituisset, tum quia non est verisimile Christum baptizasse in nomine suo, cum tamen ipse per se baptizaret suos Apostolos.

Christus baptizauit matrem & Patrem.

Porro antiquorum Patrum sententia est, ait Euthymius, B. Virginem & S. Petrum à Christo ipso esse baptizatos. Et Euodius S. Petri in cathedra Antiochena successor, epistola quæ inscribitur Ið phôs, id est Iumen, asserit Christum suis manibus baptizasse Andream, Ioannem & Iacobum, & ab his ceteros Apostolos fuisse baptizatos. Et August. epist. 108. docet Apostolos baptismum Christi fuisse baptizatos, antequam ipsi eodem alios baptizarent.

Vers. 23.

Ennon quid?

ERAT AVTEM ET IOANNES BAPTIZANS IN ENNON, Iuxta (græcè, γλυσ. id est, propriè) SALIM: QUIA AQUÆ MULTÆ ERANT ILLIC, ET VENIEBANT, ET BAPTIZABANTVR] Ennon, vel Ennon oppidum erat apud Iordanem, octo passuum millibus distans à Betsan, quæ postea Scythis illam occupantibus, dicta est Scythopolis: ita dicta ab Hebr. en, & crasi en, id est fons, quia, ut sequitur, aquæ multæ erant illuc.

Salim.

Iuxta SALIM] Salim vel Salem duplex erat: vna quæ postea dicta est Ierusalem, altera iuxta Scythopolim, quæ tempore S. Hieronymi dicebatur Salamia, ut ipse testatur in Locis Hebr. Sa-

lem, hebr. idem est quod sanitas, integritas, pax, perfectio: hanc enim poenitentes recipiebant à Ioanne transmissi ad Christum, qui non longè à Ioanne baptizabat. Baptizabat Christus, ait Cyrillus, per discipulos suos, Ioannes quoque ipse non per alios, sed manibus suis: nec in istem fontibus, in quibus Christus, sed iuxta Salim, & in fonte quodam certo atque vicino, quia multæ aquæ erant illuc. Vnde colligas Ioannem ita baptizasse, ut non solum caput (ad hoc enim modica aqua erat opus) sed & corpus aquis ablueret. Porro Ioannes prius baptizabat in Bethania, siue Bethabara, vbi Iesum baptizauit c. 1. 18. Vnde putant nonnulli ipsum illum locum celsisse Iesu, ut ipse ibidem baptizaret, ac se transulisse in Ennon. Verum hoc inuidiam constanter Iesu, ac lites inter ipsum & Ioannis discipulos cõstitisset. Quare verius videtur, quod Ioannes sponte sua subinde locum mutarit, ut totam Iordanis regionem predicando & baptizando circumiret, pluresque ad suum baptismum alliceret, quibus ipse Iesum esse Messiam annuntiaret; ut in eum qui post ipsum venturus erat, crederent, ait S. Chryso.

Salem.

NONDVM ENIM MISSVS (græcè βεβαλμνυθς, id est, coniectus, compactus) FVERAT IOANNES IN CARCEREM] Hæc vox ait S. Chryso. innuit Ioannem baptizasse vique ad suam incarcerationem: vique ad mortem enim constans persistit in officio suo, ad quod à Deo missus erat, scilicet ut baptizando & predicando pararet viam, Christo: quod cum fati superque fecisset, Dei nutu permissus est incarcerari, ut locum cederet Christo, omnesque suos discipulos ad Christum transmitteret, uti re ipsa fecit.

Vers. 24.

Addit hoc Ioannes Euangelista, ut innuat se hæc omnia supplere, & addere ceteris tribus Euangelistis: illi enim historiam suam ordiuntur à carcere Ioannis.

FACTA EST AVTEM QVÆSTIO EX DISCIPVLIS IOANNIS, CVM IVDÆIS DE PYRIFICATIONE] Autem, græcè δὲ, id est igitur; quia scilicet Ioannes baptizabat cum Iesu, ut præcessit, inde enim orta est quæstio, id est lites & contentio, ex discipulis Ioannis, scilicet hanc quæstionem & litem mouentibus, utpote zelantibus pro honore & auctoritate magistri sui Ioannis, ne ille vilesceret per baptismum Iesu, ad quem plures confluxerant, præsertim transmittente, & Iesum sibi præferente ipsomet S. Ioanne.

Vers. 25.

CVM IVDÆIS] Iesum sequentibus. Græca Complut. habent in singulari, μετὰ τῶν Ἰουδαίων, id est, cum Iudæo; Syrus addit, vni ex discipulis Ioannis, cum vno Iudæo: quam lectionem sequuntur & exponunt S. Chryso. Nonnus, Theophyl. & Euthymius: Latini verò, & ex Græcis S. Cyrillus, legunt, cum Iudæis in plurali. Fieri potest, quod vnus hanc litem suscitaret, quam deinde plures, ut fieri solet adauerint, de purificatione, id est, de baptismo Ioannis & Iesu, vter scilicet esset melior, magisque purificaret & sanctificaret. Nam Iudæus quidem, ait Theophyl. præferet: at baptismum discipulorum Christi, discipuli vero Ioannis baptismum magistri sui; utpote qui prior multos, adeoque ipsum Iesum quasi discipulum suum baptizasset. Sed replicabant discipuli Iesu, ipsum multa miracula fecisse, Ioannem verò nullum. Rursus Ioannem Iesum sibi prætulisse, & asseruisse ipsum esse Messiam, siue Christum, ita sanctus Augustinus,

nus,

nus, Beda, Cyrillus, & Chrysostramus cum suis. ET VENERVNT AD IOANNEM, ET DIXERVNT EI: RABBI, QVI ERAT TECVM TRANS IORDANEM, CVI TV TESTIMONIVM PERHIBVISTI, ECCE HIC BAPTIZAT, ET OMNES VENIVNT AD EVM] Rabbi paraphrastice eleganter Nonnus: Rabbi, qui primus salutarium aquarum fusti præco.

Vers. 26.

QVI ERAT TECVM TRANS IORDANEM] scilicet Iesus, qui ad te venit ut baptizaretur: hic iam ingratus se tibi aquar, tuum officium inuadit, tuum baptismum ambit & usurpat. Dignus ergo est ut eum coerceris, alioqui omnes à te ad illum defluent, cum ignominia & de decore, tam tuo; quam nostro. Audi S. Chrysostromum: Quem tu baptizasti, quem clarum & conspicuum reddidisti, is eadem que tu, audet. Et paulo post: Qui in discipulo loco habitus est, qui nulla ex parte nobis superior erat, is abs te discedens baptizat. Hæc autem ex animi imbecillitate, & ambitione quadam loquebantur. Similiter Euthymius: Hic manus tuam cõtrare exercet, tuamque rapit gloriam. Et insuper exasperare illum volentes, addiderunt, Et omnes veniunt ad eum te relicto.

Vers. 27.

RESPONDIT IOANNES, ET DIXIT: NON POTEST HOMO ACCIPERE QVIDQVAM, NISI FVERIT EI DATVM DE CÆLO] Ioannes reprimit discipulorum ambitionem & contentionem, imò apertè litem Christo adiudicat, eumque sibi præferit, & nouum ampliusque ei dat testimonium, quod ipse sit Messias. q. d. Ego non possum sine insigni præsumptione, superbia & ingratitude, ac consequenter nec volo, nec desidero occupare maiorem gradum, maius officium, maiorem auctoritatem, quam mihi dederit Deus. Decet enim hominem concessa sibi de celo mensura esse contentum, ait Cyrillus. Quid ergo vultis? ut ego Messia munus inuadam, illudque Iesu præcipiam? Deus hoc auertat: si enim id facio, Deus iuste me officio & honore meo priuabit. Scitis illud vulgè apud nostros Syros iactatum: Camelus postulans coronam, aures amisit. Absit igitur à me, ut me Iesu præferam, ut mihi Messia nomen & dignitatem arrogem: hoc enim Iesu datum est à Deo, non mihi; mihi fati superque dedit Deus, quod eius præcurforem & indicem me fecerit: illo ergo contentus viuam & moriar, cetera omnia Iesu Domino meo vltro concedam. Ita S. Augustinus, Beda & alij: licet S. Chrysostramus cum suis hæc à Ioanne dicta putet, non de se, sed de Iesu. q. d. Iesus facit se Messiam, idque probat per miracula, & rectè facit: quia hæc dignitas, & hoc officium illi datum est à Deo: nemo enim potest hoc usurpare, nisi cui id dederit Deus, iuxta illud Hebr. 5. 4. Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo. Deus enim cuique distribuit mensuram fidei & gratiæ, vltra quam se efferre nequit, & quam rectè usurpare potest & debet.

Vers. 28.

IPSI VOS MIHI TESTIMONIVM PERHIBETIS (græcè, μαρτυρεῖτε, id est, testes estis) QVOD DIXERIM: NON SVM EGO CHRISTVS, SED QVIA MISVS SVM ANTE ILLVM] ut scilicet eius aduentum præeam, hominesque præparem, velut eius præcurfor, minister, index & præco. q. d. Scitis me semper professum esse, quod non sum Christus, sed præcurfor Christi, cur ergo me iam sollicitatis, ut ego hæc dicta mea reuocem, ac me

A Iesu præponam, illique nomen Christi suffuror, illudque mihi arrogem? Sanè hæc intoleranda foret superbia, inconstantia, iniuria & blasphemia: finite ergo me meo officio contentum viuere; mecumque Iesu viam præparate, illique quasi Messia, Deo & Domino meo & vestro, vos totos addicite & seruite.

Vers. 29.

QVI HABET SPONSAM (cui sponso assignata & desponsa est) SPONSVS EST; AMICVS AVTEM SPONSI, QVISTAT, ET AVDIT EVM, GAVDIO GAVDET PROPTER VOCEM SPONSI] Hoc ergo GAVDIVM MEVM IMPLETVM EST] q. d. Iesus Christus per incarnationem despondit sibi Ecclesiam, siue totum cœtum populi fidelis, huicque ille à Deo additus est, quasi sponso sponso. Iesus ergo est verus Ecclesiæ sponso, & sponso à toto populo fidelis summè acceptandus, amandus & colendus est. Quid mirum ergo, si totus populus me relicto ad illum confluat? Ego enim non sum sponso, putà Christus, sed amicus sponso Christi: quare illi non inuideo hunc populi confluum, sed ut amicus eius mirè gaudeo, quod tantò dignus sim habitus ministerio, ut sim sponso paranympus, vique sponsam, id est, populum fidelem, ad illum traducam, ut omnes eum velut Messiam suum agnoscant, ament & reuerentur, ab eoque omnem gratiam & gloriam expectent: ille enim est sponso sponsæ, id est, caput & princeps totius Ecclesiæ.

Ioannes Bapt. para nympus Christi.

Alludit ad paranympus, qui sponso erant intimi & familiarissimi, adeo ut ad ipsum cubile & thalamum nuptiale, ceteris exclusis, admitterentur, ideoque amici sponso vocabantur. Talis enim erat Ioannes Christo. Sponso, ait Cyrillus, celebrat atque princeps Iesus est, minister ego, eaq; dignitas mea, ut inter amicos sponso numeratus, vocem sponso audiam. Nolite in me sponso coronam querere: sponso enim coronis nuptialibus coronabantur quasi principes & reges totius familie, iuxta illud Isaiæ 61. 10. Quasi sponsum decoratum corona. Vnde Claudianus in nuptijs Honorij Imper. hoc Epithalamium canit:

Tu sestas Hymenæe faces, tu Gratia flores Eligo, tu geminis Concordia necle coronas. Et Plutarch. in Vita Alexandri Magni, asserit eum fuisse coronatum, cum vxorem duxit. Est enim corona symbolum hilaritatis, lætitiæ, gratulationis, pulchritudinis, exultationis: quæ omnia abundant in nuptijs & sponso.

De hisce nuptijs spiritualibus Christi, in quibus multitudo fidelium, quasi sponsa per fidem, gratiam & charitatem, Christo quasi sponso desponderetur, dixi Marth. 22. 2.

Nota. Ioannes cap. 1. vocauit se seruum Iesu, adeoque indignum se esse, qui eius calcæos soluat profusus est; hic verò vocat se amicum eiusdem: quia hæc est Iesu, Dei que nostri dignatio, ut fideles suos seruos in amicos, imò filios sibi afficeret & adoptet. Vocat autem Ioannes hic potius se amicum, quam seruum, quia serui sæpè inuidet felicitati herorum; amici autem non, sed illi cooperantur, illamque promouent, ac de ea gaudent & exultant. Sensus ergo est, q. d. Ego Ioannes adeo non doleo, nec inuideo Iesu, quod totus populus ad eum velut Messiam confluat, quia eius intimus sum amicus, summèque

que eum amo, atque vt amicus fatigi semper, & satago populum fidelem à me ad ipsum amandare, quasi sponsam ad suum sponsum. Hoc enim fuit meum officium, ad quod me Deus misit in mundum, vt scilicet Synagogam, siue Iudæos omnes ad Iesum, quasi suum Messiam adducam. Ita S. Chrysof. & ex eo Theophyl. Hoc, inquit, effecturus veni, & tunc maxime dolere ego pronubus si non feret si ad sponsum sponsa, hoc est populus non accederet; non autem nunc cum testimonium nostrum re comprobatur, & omnis quod mihi concredendum fuerat, videro professe. Hoc mihi cura fuit, & propter ea omnia feci: cum verò in presentia contigisse videam, gaudeo & exulto. Idem faciat doctor, cōcionator, pastor, vt fideles non sibi, sed Christo conquirit, addicat & tradat, vt faciebat Paulus, dicens: Despondi vos vni viro virginem castam exhibere Christo, 2. Corinth. 11.

QUI STAT, ET AUDIT EVM, GAUDIO GAUDET PROPTER VOCEM SPONSI] q. d. Ego Ioannes asto sponso Christo, quasi minister, silensque audio vocem sponsi cum sponsa sua amice colloquens; non autem sponsam mihi ipsi appeto, & ambio; sed summè gaudeo, quòd vocem eius audire increar: scilicet audiuisti Ioannes tum baptizans, tum in carcere existens miracula & prædicationem Christi, ideoque discipulos suos ad eum transmisiit, Matth. 11. Inuit hic Ioannes sibi imminere silentium, vt scilicet officio suo defunctus, à prædicando & baptizando cesset, ac locum cedat Christo, illique velut cursum peracto, lampada tradat: quod paulò post factum, eum Herodem reprehendens ob adulterium cum Herodiade, ab eodem in carcere detrusus est. Ita S. Chrysof. Theophyl. Euthym.

HOC ERGO GAUDIUM MEVM IMPLETVM EST] q. d. Cæpi gaudere, cum Deo reuelante cognoui instare aduentum Christi; magis gauisus sum, cum eum præsentem vidi & audiui; ac cum totum populum ad eum confluere intellexi, meum gaudium impletum & perfectum extitit. Huius enim vnus gratia ego prædicauit, baptizauit, totanique vitam meam transegi.

VERS. 30. Christum oportebat crescere, Ioannem minui, quo sensus

ILLVM OPORTET CRESCERE, ME AVTEM MINVI] Crescere, scilicet concursu populi, prædicationis celebritate, auctoritate, miraculorum copia & gloria, adorationis religione & cultu, vt totus mundus eum vt Christum agnoscat, amet, colat, adoret; me autem vt merum eius præcursorum & ministrum æstimet; sicut lucifer (siue stella Veneris) in aurora fulgens, sole appropinquante, per eius splendorem obscuratur. Ita S. Cyrillus, quem audi: Quæsi que profunditas aëris nocturnis tenebris obscuratur, aureo fulgore gloriæ, in egra splendore luciferum, magna omnes prædicant admiratione. Cum autem ad ortum solis iuare videtur, cumq; lux eius nostrum hunc orbem aliquantum illuminauerit, eadē sensum meiori lucifer, & Ioannis verba non intus dicere possit: illum oportet crescere, me autem minui. Sic & S. Chrysof. ac Theophyl. quem audi: Crescit Christus secundum quod paulatim manifestat se per signa & miracula, non secundum profectum in virtutibus. Absit: hoc enim Nestorij deliramentum esset.

ME AVTEM MINVI] non virtute, nec sapientia, nec meritis: in ijs enim assidue creuit Ioannes vsque ad martyrij laurcam; sed quoad honorem, auctoritatem, concursum populi, prædica-

tionem & baptismum. q. d. Meum feci officium, iam cessabo, ait Chrysof. Huius rei symbolo Ioannes natus est mox post solstitium æstiuum, cum dies incipiunt decretere & minui, putà die 24. Iunij; Christus verò natus est paulò post solstitium hiemale, cum dies breuissimi crescere incipiunt, putà die 25. Decembris, vt solerter annotarunt S. Chrysof. homil. de Natiuit. S. Ioannis, S. Athros. serm. 2. de Natali Domini, & S. August. quæst. 58. inter 83.

QUI DE SVRSVM VENIT, SVPER OMNES EST] Dat causam cur Iesum crescere oporteat, se verò minui; nimirum quòd Iesus de sursum, id est, de cælo ex sinu Patris, quasi vnigenitus Dei Filius (qui ex superiore germinauit radice paternam conseruans naturam, ait Cyrillus) venit in terram carnem assumens: quare ipse super omnes est, id est, non tantum me Ioanne, sed & omnibus angelis, hominibus & creaturis longè superior est, vt pote omnium creator & dominus, ideoque ab omnibus deuotissimè recipiendus, diligendus, colendus & adorandus.

QUI EST DE TERRA, DE TERRA EST, ET DE TERRA LOQUITVR. QUI DE CÆLO VENIT, SVPER OMNES EST. ET QVOD VIDIT, ET AVDIT HOC TESTATVR: ET TESTIMONIUM EIVS NEMO ACCIPIT] Ioannes componit & præponit Christum sibi, quasi cælestem terreno; quantum ergo cælum eminet terræ, tantum Christus supereminet Ioanni, iuxta illud: Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cælo cælestis, 1. Corinth. 15. 47. Vide ibi dicta.

Sensus ergo est, q. d. Qui de terra natus est, vt ego Ioannes natus sum, ac de terra plasmatus & formatus est, instar Adæ; hic terrenus est, & de terra, id est, terrena loquitur. Sic vers. 6. hominem de carne natum vocauit carnem, id est, carneum. Hoc autem in Ioanne verum est, Primò, si eius nudam naturam spectes, & seclusà Dei gratiâ, vocatione & reuelatione: sic enim Ioannes non nisi terrenus & terrenus erat, nec nisi terrena sapiebat: quia si quid diuinum audisti à Ioanne, illuminantis est, non recipientis, ait S. Augustinus, quasi dicat, Id accepit à Deo, non habet à se.

Secundò, id verum est, si Ioannes conferatur cum Christo, cuius origo, natura & loquela longè sublimior erat Ioanne, & planè cælestis diuinæque, ac consequenter omnino efficax ad animos hominum, quocumque vellet, per mouendos, per internam gratiam, quam cum verbis suis animis audientium interiori inspirabat & imprimebat, vt vocat S. Cyrill.

ET QVOD VIDIT, ET AVDIT, id est, quod cognouit, quod intellexit, HOC TESTATVR] scilicet ipse Christus. Est catachresis. In diuinis enim idem est videre & audire, idemque quod cognoscere; sed videre significat euidentiam rerum cognitarum, auditus originem, quòd scilicet hæc omnia à Patre cum essentia diuina accepit, putà omniscientiam & πωσφίαν.

NEMO ACCIPIT] Id est, pauci accipiunt. Est hyperbole. Ita S. Chrysof. licet enim multi confluerent ad Iesum; tamen hi præ ceteris dominantibus, & Christi prædicationem negligenteribus, erant pauci, quæ inter hos paucos alij in Christum credebant, alij non credebant, vt scribit,

Scriba, Pharisæi; & eorum assecræ. Tangit Ioannes suos discipulos, ait Chrysof. ceteroque Iudæos, ait Euthymius, quòd pauci ad eum veniât, pauciores in eum credant.

VERS. 31.

QUI ACCIPIT (vel accipit) EIVS TESTIMONIUM (illi credendo) SIGNAVIT, QVIA DEVS VERAX EST] Pro signavit, græcè est σημεῖον, id est, sigillauit, siue sigillo (σημεῖον enim est sigillum) suo obsignauit & confirmauit. q. d. Qui recipit Christi testimonium, illique credit, hic eo ipso testatur, & quasi adhibito suæ fidei sigillo obsignat, profitetur & confirmat veracem esse Deum Patrem, qui per Filium, quasi per os proprium loquitur res verissimas & diuinas: Filius enim illas à Patre audiuit & accepit. Aut, vt Cyrillus, talis profitetur Deum Filium esse veracem, qui hæc ipsa loquitur, q. d. Qui credit Deo, eiusque Filio, magnum honorem defert Deo, quia credendo profitetur ipsum esse veracem, adeoque esse primam & infallibilem veritatem. Sicut ex aduerso qui non credit, valdè inhonorat Deum, quia re ipsa facit eum fallacem & mendacem: quæ summa est Dei iniuria, contemptus, ignominia & blasphemia. Hoc est quod Ioannes ait epistol. 1. cap. 5. v. 10. Qui credit in Filium, habet testimonium Dei in se. Qui non credit Filio, mendacem facit eum: quia non credit in testimonium, quod Deus testificatus est de filio suo, Et hoc est testimonium, quoniam vitam æternam dedit nobis Deus. Et hæc vita in Filio eius. Vide ibi dicta. Paulò aliter Alcuinus: Sigillauit, inquit, id est, signum posuit in corde suo, quasi singulare aliquid & speciale, hunc esse verum Deum, qui missus est ob salutem humani generis.

Quomodo Deus sua dicta & oracula signat

Porò Deus dicitur signare & sigillare sua dicta & oracula, dum ea per miracula, quasi sigilla sua confirmat: homo verò dicitur signare & sigillare eadem dicta Dei, cum eadem credit esse vera, & à Deo quasi à prima veritate profecta. Fides ergo est sigillum, quo obsignamus dicta Dei: credendo enim profitemur & confirmamus illa esse vera & diuina, sicut rex suo sigillo confirmat suas litteras.

Denique Ioannes Alba Elect. s. Script. c. 77. sic explicat, q. d. Deus signauit, id est, elegit, & in mente sua designauit descripsitque ad vitam æternam illum, qui accipit testimonium eius, putà qui credit in Christum, quia Deus verax est, vt vitam æternam quam fidelibus promisit, veraciter eisdem largiatur. Sed hic sensus videtur torquere verba s. Scripturæ. Aliud enim est signare electum, aliud signare Dei testimonium. Hic tamen sensus quadrat illi loco Ioan. 6. v. 27. Illum enim Pater signauit Deus, de quo ibidem.

VERS. 34.

QVEM ENIM MISIT DEVS, VERBA DEI LOQUITVR: NON ENIM AD MENSVRAM DAT DEVS SPIRITVM] Probat quod dixit, eum qui credit Iesu Christo, sigillo fidei suæ signare & testari, quòd Deus sit verax, eò quòd Iesus, quem è cælo misit Deus in terram, vt in carne assumpta homines doceret & saluaret; Iesus, inquam, non sua, sed Dei mittentis se verba loquitur. q. d. Verba Iesu sunt verba Dei Patris, ipse enim eadem dedit Iesu: quare qui Iesu credit, hic in Deum Patrem credit: Deus enim Iesum misit & Dei sunt verba, quæ Iesus loquitur. Ita Euthymius.

NON ENIM AD MENSVRAM DAT (Iesu Christo Filio suo) DEVS SPIRITVM] hoc est dona Spiritus sancti. Dicitur dat, non dedit: quia quæ Deus semel dedit Christo, eadem semper dat per conseruationem & continuum influxum: conseruatio enim non est aliud, quàm rei creatæ continuatio, & continuata quasi creatio. Sensus est, q. d. Iesus à Deo missus, verba Dei omniaque diuina mysteria eloquitur & confirmat: quia Deus hæc ei communicat sine mensura, & quasi immensè: nec enim Deus ita pauper aut parcus est, vt certam habeat spiritus mensuram, quæ maiorem dare non possit: infinita enim in Deo est hæc spiritus opulencia, quam Iesu, vt pote filio suo, dat & communicat. Licet ergo vos, ô discipuli in me Ioanne magistro vestro, magiam videatis diuini spiritus in prædicando vim & efficaciam; tamen scitote in Iesu longè esse maiore, imò in eo esse omnem spiritus plenitudinem; in Iesu, inquam, tum quæ Deus est, tum quæ homo; quæ Deus enim, substantiater in seipso spiritum possidet, ait Cyrillus: quæ homo est, in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, Coloss. 2. 9. Vnde vidimus eum plenum gratia & veritatis, ait Ioannes c. 1. v. 14. ac in eo omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi sunt, Coloss. 2. 3. Ita S. August. Hominibus, ait, ad mensuram dat, vnico filio non dat ad mensuram. Et S. Chrysof. Nos omnes ad mensuram operationem spiritus accipimus (iuxta illud: Et vniciusque sicut Deus diuisit mensuram fidei, Roman. 12. 3.) ille verò sine mensura.

Dices: Ergone Christus, vt homo est, accipit spiritum & gratiam, absolute & physice immensam & infinitam? Resp. Non: hoc enim fieri nequit, nec huius capax est anima Christi creata & finita: dicitur ergo sine mensura illi datus spiritus, eò quòd Deus abundantissimè omnes gratias omniaque dona sua illi communicarit, vt capiti Ecclesiæ; vt, scilicet, ipse illa in homines fideles, quasi in membra sua disperiretur & distribueret, certa mensura ad libitum: esto enim fideles essent sine mensura & numero, ac successiue innumeri & infiniti; tamen Christus, quasi caput in omnes, quasi in membra sua, spiritum & gratiam suam influeret. Vide D. Thomam & Scholasticos 3. part. quæst. 7. artic. 11. & 12. & totà quæstione 8. vbi disputant, an gratia Christi fuerit infinita. Audi S. Hieronymum in cap. 11. Isaia: Super hunc florem, qui de trunco & radice Iesse, per Mariam virginem repente consergit, requiescit spiritus Domini: quia in ipso complacuit omnem plenitudinem diuinitatis habitare corporaliter, nequaquam per partes, vt in ceteris Sanctis, sed iuxta Euangelium eorum, quod Hebræo sermone conscriptum legitur Nazaret: Descendet super eum omnis fons Spiritus sancti.

Quocirca quidquid Iesus agit, quidquid loquitur, hoc sanctum; hoc spirituale, hoc diuinum est: totus enim possidetur à Spiritu sancto; ille eum regit, agit, mouet: ille verba quæ loquitur, cordi & ori eius inserit: ille miracula, quibus dicta sua confirmet, per eum operatur & patrat: quare qui eum recipit, & in eum credit, Deum Patrem & Spiritum sanctum recipit, in eumque credit, ac credendo signat & confirmat, quòd Deus verax est: secus fuit in Ioanne Baptista & Prophetis, qui non ita possidebantur à Spiritu sancto, quin & multa agere & dicere possent

sent ex proprio spiritu, ideoque falli & fallere, v-
ti fallus est Nathan Propheta, Dauidi quasi ex
ore Dei dicens, ut fabricaret templū, 2. Reg. 7. 3.

VERS. 35.

PATER DILIGIT FILIUM ET OMNIA DEDIT
IN MANU EIVS] q. d. Sicut Deus Pater diligit
Filium sine mensura: sic omnia dat in manu, id
est, in arbitrio & potestate eius sine mensura.
omnia, scilicet corporalia & spiritalia, omnia quæ
in cælo & in terra sunt, ac consequenter omnia
dona Spiritus sancti, vt ea ad libitum in fideles
suos distribuatur. Rursum, omnia, id est, omne ius
quod S. Trinitas in homines & res creatas habet,
hoc dedit Filio, non solum quæ Deus, sed &
quæ homo est, vt possit de ijs facere quicquid
voluerit. Vide dicta Matth. 28. 18. Audi Euthy-
mium: *Tanquam Deus omnia habebat (omnia liqui-
dem per ipsum facta sunt) hoc tamen etiam dedit ei
tanquam homini. Conuenienti autem modo dictum
est, Diligit & dedit: sicut inter homines dicitur. So-
lent namque patres diligere filios, eisq; tradere quæ sua
sunt.*

VERS. 36.

QVI CREDIT IN FILIUM, HABET VITAM Æ-
TERNAM] *Habet*, in spe ac iure, quasi in radice &
femine, sed necdum in re & fructu, aut etiam

actu. Habet enim fidem & gratiam, quæ ei ius
tribuit ad gloriam, sed gratiam inchoatam in
spiritali Dei cognitione & amore, quæ perficie-
tur post mortem in cælo. Sic Ioan. 17. 3. dicitur:
*Hæc est vita æterna (id est, hæc est via & in-
choatio vitæ æternæ) vt cognoscant resolum verum
Deum, & quem misisti Iesum Christum.* Est meto-
nymia.

QVI AUTEM INCREDVIVS EST FILIO, NON
VIDEBIT (NON SENTIET, NON FRUCTUR, NON PERCI-
PIET) VITAM, SED IRA DEI MANET SVPER EVM] *Manet*, æternumque manebit, ira, id est Dei vin-
dicta & gehenna, *super eum*, id est, semper eum
punit, ait Euthym. per omnem æternitatem.
Audi Cyrillum: *Vitam non videbunt, id est, nec quæ-
ritum ad visum quidem pertinet nudum, ad vitam San-
ctorum pervenire poterunt, non attingent illam beati-
tudinem, non gustabunt illa gaudia, non videbunt verã
illam vitam: supplicij enim cruciabuntur, quod omni-
morre tristis est, in solo sensu dolorum animam in cor-
pore retenturi.*

Hucusque Ioannis elogia de Christo ad disci-
pulos, quibus illi sensim ad Christum traducti
sunt.

CAPVT QVARTVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Narrat colloquium Christi cum Samaritana, quo Christus eam docet Deum adorandum
esse in spiritu & veritate, esse Messiam. Secundò, v. 32. Christus apostolis miran-
tibus eum cum muliere colloquuntur, respondet suum cibum esse facere voluntatem Patris,
circa messum & salutem hominum. Vnde confluentibus ad se Samaritis prædicans, multos
ex eis convertit. Tertio, v. 46. sanat filium reguli.

I. **V**T ergo cognovit Iesus quia audierunt Pharisei quoddam Iesus plures discipu-
los facit, & baptizat, quam Ioannes, 2. (quamquam Iesus non baptiza-
ret, sed discipuli eius) 3. reliquit Iudæam, & abiit iterum in Galilæam. 4. oportebat
autem eum transire per Samariam. 5. Venit ergo in civitatem Samariæ,
quæ dicitur Sichar: iuxta prædium, quod dedit Iacob Ioseph filio suo. 6. Erat
autem ibi fons Iacob. Iesus ergo fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontem.
Hora erat quasi sexta. 7. Venit mulier de Samaria haurire aquam. Dicit ei
Iesus: Da mihi bibere. 8. (Discipuli enim eius abierant in civitatem vt cibos e-
merent) 9. Dicit ergo ei mulier illa Samaritana: Quomodo tu Iudæus cum his,
bibere à me potes, quæ sum mulier Samaritana? non enim eorum sunt Iudæi Sa-
maritanis. 10. Respondit Iesus, & dixit ei: Si scires donum Dei, & quis est, qui
dicit tibi: Da mihi bibere: tu forsitan petis: ab eo, & dedisset tibi aquam vivam.
11. Dicit ei mulier: Domine, neque in quo haurias habes, & puteus altus
est: vnde ergo habes aquam vivam? 12. Numquid tu maior es patre nostro Iac-
cob, qui dedit nobis puteum, & ipse ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius? 13. Re-
spondit Iesus, & dixit ei: Omnis, qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum: qui autem
biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum: 14. sed aqua, quam e-
go dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. 15. Dicit ad eum
mulier: Domine, da mihi hanc aquam, vt non sitiam, neque veniam huc hauri-
re. 16. Dicit ei Iesus: Vade, voca virum tuum, & veni huc. 17. Respondit
mulier & dixit: Non habeo virum, Dicit ei Iesus: Bene dixisti, quia non habeo vi-
rum. 18. quinque enim viros habuisti, & nunc, quem habes, non est tuus vir:
hoc verè dixisti. 19. Dicit ei mulier, Domine, video quia Propheta es tu. 20. Pa-
tres nostri in monte hoc adorauerunt, & vos dicitis, quia Hierosolymis est locus,
vbi adorare oportet. 21. Dicit ei Iesus: Mulier crede mihi quia venit hora, quan-
do neque in monte hoc, neque in Hierosolymis adorabitis Patrem. 22. Vos
adoratis quod nescitis: nos adoramus quod scimus, quia salus ex Iudæis est. 23. Sed
venit

venit hora, & nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu & ve-
ritate. Nam & Pater tales quærit, qui adorent eum. 24. Spiritus est Deus: & eos
qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare. 25. Dicit ei mulier: Scio
quia Messias venit, (qui dicitur Christus) cum ergo venerit ille nobis annuntiabit
omnia. 26. Dicit ei Iesus: Ego sum, qui loquor tecum. 27. Et continuo vene-
runt discipuli eius: & mirabantur, quia cum muliere loquebatur. Nemo tamen dixit:
Quid quæris, aut loqueris cum ea? 28. Reliquit ergo hydriam suam mulier, &
abiit in civitatem, & dicit illis hominibus: 29. Venite, & videte hominem, qui di-
xit mihi omnia quæcumque feci: numquid ipse est Christus? 30. Exierunt ergo de
civitate, & veniebant ad eum. 31. Interea rogabant eum discipuli, dicentes: Rabbi,
manduca. 32. Ille autem dicit eis: Ego cibum habeo manducare, quem vos
nescitis. 33. Dicebant ergo discipuli ad invicem: Numquid aliquis attulit ei man-
ducare? 34. Dicit ei Iesus: Meus cibus est vt faciam voluntatem eius, qui misit
me, vt perficiam opus eius. 35. Nonne vos dicitis, quod adhuc quatuor menses
sunt, & messis venit? Ecce dico vobis: Leuate oculos vestros, & videte regiones, quia
albæ sunt iam ad messem. 36. Et qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum
in vitam æternam: vt, & qui seminât, simul gaudeat, & qui metit. 37. In hoc enim
est verbum verum: quia alius est qui seminât, & alius est qui metit. 38. Ego misi
vos metere quod vos non laborastis: alij laboraverunt, & vos in labores eorum in-
troistis. 39. Ex civitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum,
propter verbum mulieris testimonium perhibentis: Quia dixit mihi omnia quæcum-
que feci. 40. Cum venissent ergo ad illum Samaritani, rogauerunt eum vt ibi ma-
neret. Et mansit ibi duos dies. 41. Et multo plures crediderunt in eum propter
sermonem eius. 42. Et mulieri dicebant: Quia iam non propter tuam loquelam
credimus: ipsi enim audiimus, & scimus quia hic est verè Saluator mundi. 43. Post
duos autem dies exiit inde: & abiit in Galilæam. 44. Ipse enim Iesus testimonium
perhibuit, quia Propheta in sua patria honorem non habet. 45. Cum ergo venisset
in Galilæam, exeperunt eum Galilæi, cum omnia vidissent quæ fecerat Hierosoly-
mis in die festo: & ipsi enim venerant ad diem festum. 46. Venit ergo iterum in
Cana Galilææ, vbi fecit aquam vinum. Et erat quidam regulus, cuius filius infirma-
batur Capharnaum. 47. Hic cum audisset quia Iesus adveniret à Iudæa in Gali-
læam, abiit ad eum, & rogabat eum vt descenderet, & sanaret filium eius: incipiebat
enim mori. 48. Dixit ergo Iesus ad eum: Nisi signa & prodigia videritis, non cre-
ditis. 49. Dicit ad eum regulus: Domine, descende prius quam moriatur filius
meus. 50. Dicit ei Iesus: Vade: filius tuus vivit. Credidit homo sermone quem
dixit ei Iesus, & ibat. 51. Iam autem eo descendente, serui occurrerunt, & ei nuncia-
verunt dicentes, quia filius eius viveret. 52. Interrogabat ergo horam ab eis, in
qua melius habuerit, Et dixerunt ei: Quia heri hora septima reliquit eum febris.
53. Cognovit ergo pater, quia illa hora erat, in qua dixit ei Iesus: Filius tuus vivit:
& credidit ipse, & domus eius tota. 54. Hoc iterum secundum signum fecit Ie-
sus, cum venisset à Iudæa in Galilæam.

VERS. 1.

VT ERGO COGNOVIT IESVS, QVIA AV-
DIERVNT PHARISEI QVOD IESVS PLV-
RES DISCIPVLOS FACIT, ET BAPTIZAT,
QVAM IOANNES] scilicet ante fecerat & baptiza-
verat, ait S. Augustin. lib. 2. de Consensu Euan-
gel. c. 18. nam Ioannes iam erat in carcere. Hæc
enim contigerunt occasione incarcerationis Io-
annis. Iesus enim audiens eum ab Herode incar-
ceratum per calumniam Phariseorum, qui inui-
debant Ioanni gloriam prædicandi & baptizan-
di, cum tanto populi confluxu & applausu, præ-
sertim quod ipse sine eorum auctoritate & ve-
nia baptizaret & prædicaret, quodque ipsorum
vitia taxasset, eosque vocasset genimina vipe-
rarum; eum quasi novatorem, qui populi sedi-
tionem facile concitare posset, accularunt, apud
Herodem, qui pariter Ioanni offensus ob eius
reprehensionem urgente Herodiade, Ioannem
in carceravit. Iesus id audiens, metuentique
Cornel. in Ioannem.

A eorumdem Phariseorum invidiam & calum-
niam, ob maiorem populi ad se confluxum,
ne se pariter per Herodem vel Pilatum incarce-
rarent, & occiderent ante tempus à Patre præfi-
nitum, è Iudæa prudenter recessit in Galilæam.
Vide dicta Matth. 4. 12.

QVAMQVAM IESVS NON BAPTIZARET, SED
DISCIPVLI EIVS] tum quia Iesus maioribus
officijs prædicandi, ægros demoniacosque sa-
nandi occupabatur. Vnde & Paulus: *Non misit
me Christus baptizare, inquit, sed euangelizare*, 1. Co-
rinth. 1. 17. tum vt ostenderet vim baptismi sui
maiorem esse Ioannis baptismo. Ioannes enim
per se baptizabat, nec habebat ius delegandi eam
potestatem discipulis, sed discipulis baptizantibus
ipse baptizare censebatur: nam vt ait S. Aug. *Præ-
bebant discipuli ministerium corporis, præbebat ille ad-
initorium maiestatis*, ac illis corpus ablucantibus, ipse
animam à peccatis ablucabat. Vide dicta c. 3. 32.

VERS. 2.

Cc RELI-

VERS. I. RELIQUIT IUDÆAM, ET ABIIT ITERUM IN GALILÆAM] non formidinis causa, quasi timeret mortem, sed vt Phariseorum ieneret inuidiam, ait Chrylost. Pharisei enim erant potentes; imò sacerdotes, Scribae, senatores, ac magistratus ferè erant Pharisei. Est hic secundus Christi secessus in Galilæam; primus enim fuit c. 1. 43. Vide dicta Matt. 4. 12.

VERS. 4. OPORTEBAT AVTEM EVM TRANSIRE PER SAMARIAM] hæc enim inter Iudæam & Galilæam interiacet. Notat Cyrillus Christum hic nõ contraire suo præcepto, quo Apostolis iussit dixit; Matth. 10. 5. In civitatibus Samaritanorum non intraveritis, quia ibi vetat Apostolis ne ex professo adeant Samaritanos, ibi habitent, diu morentur, ipsique continuò euangelizent, ne Iudæos Samaritanorum hostes à se, & à fide Christi aueriant: hic autem Iesus obire dumtaxat transijt per Samariam, vt iret in Galilæam.

SAMARIAM] Samaria regio erat, quam occupavit tribus Ephraim, & dimidia tribus Manasse: ita dicta est à regia Samaria, quæ nomen accepit à nomine montis, in quo edificata erat, qui dictus est Somer. 3. Regum 16. 24. Vide Adrichemium Brochardum, Bredemb. & alios in Descript. terræ sanctæ. Samaria postea dicta est Sebaste, id est Augusta, vbi corpora Elisei, Ioannis Baptistæ, & aliorum Prophetarum, sepulta fuere.

VERS. 5. VENIT ERGO IN CIVITATEM SAMARIÆ, QUÆ DICITVR SICHAR, (quæ sita erat) IUXTA PRÆDIUM; QVOD DEDIT IACOB IOSEPH FILIO SVO.] Subar. id est Sicheim, vbi Dina corrupta est à Sicheim vrbis domino, Genes. 33. Vrbis hæc à Ieroboam faciente schisma à Roboam, ubique regnum decem tribuum, siue Israël, usurpante, facta est regionis Samariæ metropolis, totiusq; regni caput, postea tamen ab Amri hæc dignitas translata est in urbem Samariæ; deinde tempore Alexandri Magni rursum Sicheim facta est caput Samariæ, dictaque Neapolis, teste Iosepho lib. 11. Antiq. cap. 8. Tempore Christi Sicheim corruptè dicebatur Sichar, hodie Pella vel Napolosa vocatur. Vrbis hæc in Scriptura multis heroicis factis est memorabilis. Abraham, ait Toletus, migrans ex Mesopotamia in Chanaan, primò venit in Sicheim, ibique primum altare edificavit Domino, & terræ illius promissionem accepit, vt habetur Genes. 12. & 13. Iacob, etiam revertens ex Mesopotamia cum vxoribus & filijs, in Sicheim fixit tabernaculum, & ibi emit partem agri à filijs Emor, Genes. 33. Ibi Dina corrupta à filio regis Sicheim, & facta est occisio magna à filijs Iacob, Gen. 34. Sicheim constituta fuit asylum & refugium fugitiuis, Iosue 20. Ibi decem tribus, propter stultitiam Roboam, recesserunt à Iuda, 3. Reg. 12. Ossa Iosue in Sicheim sepulta sunt, vt habetur Iosue vltim. S. Hieron. tract. de Locis Hebr. eandem dicit Sicheim & Salé; vnde sequitur Melchisedec typum Christi, etiam huius vrbis regem fuisse: profecto vrbis factis per se celeberrimis multò celebrior propter hoc Christi miraculum facta est.

IUXTA PRÆDIUM QVOD DEDIT IACOB (moriens) FILIO SVO IOSEPH] Genes. 48. v. 22. Vide ibi dicta. Quocirca Iosue moriens in Ægypto, iussit ossa sua transferri in Sicheim, tam-

Quarta

quam in predium sibi proprium, & à patre Iacob testamento sibi relicto. Iosue vlt. v. 32.

VERS. 6. ERAT AVTEM IBI FONIS IACOB] Fons, id est puteus effusus à Iacob, vt patet v. 12. Hoc enim significat Hebr. מַנְתְּ בַּעַר, imò latine, ait S. August. Omnis puteus est fons, non autem omnis fons est puteus. Ibi enim aqua de terra manat, & vsus præbetur haurientibus, fons dicitur: sed si in proptu & superficie sit, fons tantum dicitur, si autem in alto & profundo sit, ita puteus vocatur, vt fontis nomen non amittat. Fons enim à fundendo dicitur, ait Festus, quod aquas effundat, vt effundit puteus. Et Varro li. 4. de Lingua Latina: Fons, inquit, est vnde funditur à terra aqua viua. Et S. Isidorus lib. 13. Origin. c. 21. Fons, ait, caput est aquæ nascantis, quasi fundens aquas. Fons Iacob ergo est puteus, quem Iacob, cum ibi habitaret, effoderat ad suam & familiæ vsu, Gen. 21. 30. & c. 26. 15. erat enim ibi raritas aquæ: vel quem Iacob à Sichimitis cõmẽrat, vt vult Rupertus.

Iesus ergo fatigatus ex itinere] quia non curru, nec equo vehabatur, sed pedes incedebat, pedibus obeundo vicos & castella contigua, vltque ad mortem mollem & lasciuam vitam expellens, ait S. Chryl. laboriosam autem & difficilem nos erudiens. Idem Christi exemplo fecere Apostoli, ac nuper in India fecit B. Xauerius, eiusque sectæ. Pie S. Augustin. tract. 15. Non frustra fatigatur Iesus, inquit, non frustra fatigatur virtus Dei: non enim frustra fatigatur, per quem fatigati recreamur: non enim frustra fatigatur, quo deservente fatigamur, quo presente firmamur. Et mox: Tibi fatigatus est ab itinere Iesus, &c. fortitudo Christi creatur: fortitudo Christi scilicet, vt quod non erat, esset: infirmitas Christi scilicet, vt quod erat, non periret. Condidit nos fortitudine sua, quæ fuit nos infirmitate sua: nutrit ergo ipse infirmos, tamquam gallina pullos suos, hunc enim se similem facit.

SEDEBAT SIC SUPRA FONTEM] Græcè ἐπὶ τοῦ πηγάς, id est, ad fontem, scilicet iuxta puteum; aut propter supra fontem, quia fons, id est aqua scaturiens, erat in imo putei; Iesus autem sedebat in summitate putei.

SEDEBAT SIC] Id est, prout casus ferebat, prout erat ibi ledendi commoditas, q. d. Sedebat huius sine sede, vt sedere solent viatores iuxta fontes & puteos, refrigerij & potus causa. Ita S. Chrylost. Theophyl. Euthym. Secundò, simpliciter: Sedebat sic, scilicet vt fatigatus ex itinere; q. d. Sedebat habitu ac situ fatigati hominis, siue vt sedere solent homines defatigati & anheli, habitu defatigationem & lassitudinem indicantes. Est mimesis, siue imitatio rei quæ narratur, in voce sic. Similis est apud Horatium cum ait: Leporem positum sic tangere nolit.

Et apud Virgilium: Sic, ô sic positum affati, discedite, corpus.

Ita Caietanus, Franc. Lucas & alij. Tertio & nervosius, possit sic accipi pro propterea; q. d. Quia Iesus erat fatigatus, sic, id est propterea, sedebat vt quiesceret. Hoc sensu sic in vulgari loquendi modo sæpe accipitur, vt Hebr. הֵן, id est sic, ponatur pro הֵן al ken, id est, super sic, hoc est, propterea. Simile est psal. 60. 9. Sic (id est, propterea) psalmum dicam tibi. Et Cicero Tuscul. 4. Sic (id est propterea) tot simul virtutes deserunt. Ita Toletus & Maldonatus.

Quarto,

Quarto, sic, hoc est, eo modo quo iam exponam, putà cum circumstantijs quas iam recentibus q. d. Sedebat sic, id est, sedebat cum esset hora sexta, & mulier Samaritana veniret haustu aqua, & discipuli abiissent in urbem empturi cibos, vti mox enarrat Ioannes.

HORA ERAT QUASI SEXTA, Causam dat, cur Iesus scilicet ad fontem, scilicet vt fatigatus, æstuans & esuriens, sitiensque ibidem quiesceret & refrigerium captaret, pranderet & biberet: erat enim hora sexta, id est meridies, quando feruet æstus, scilicet cibo & potu reficere solent viatores. Vnde Nonnus vertit, erat hora afferens frim.

VERS. 7. VENIT MULIER DE SAMARIA HAURIRE AQUAM] Mulier, nomine Phoina, de qua plura v. 29.

DE SAMARIA] scilicet regione, non vrbe. Veniebat enim ex vrbe Sichar, siue Sicheim, fonti siue puteo vicina. q. d. Erat mulier Samaritana, quia Sichimitis, quæ cum Christo Iudæo loquebatur. Inter Iudæos enim & Samaritanos summa erant dissidia & odia, vt dixi Eccli. 50. vers. 28.

Hinc patet in vrbe non fuisse fontes & puteos, saltem tam bonos & communes, sed ciues vrbe egredi solitos, ad hauriendum aquam ex puteo hoc communi vrbi vicino, ob siccitatem soli, & aquæ penuriam. Ita Euthym.

DICIT EI IESVS: DA MIHI BIBERE] ex situla vel hydria tua. Praeuertit Iesus mulierem, vt colloquio occasione & initium præbeat. Sciebat enim mulierem, vt pote Samaritanam, id non facturam, sed Iesum vt Iudæum aueraturam, nec voce aut salutatione dignaturam. Porro ille qui bibere quærebat, fidem mulieris sinebat, ait S. Augustinus. Nota hic miram comitatem & charitatem Christi, qua cum vili meretricis capat colloquium, vt eam, & per eam totà urbem conuerat.

VERS. 8. DISCIPVLI ENIM EIVS ABIERANT IN CIVITATEM (Sicheim) VT CIBOS EMERENT] Nota enim, dat causam cur Iesus à muliere petierit bibere, quia scilicet discipuli eius, à quibus aliàs cibum & potum petere solebat, iam abierant in urbem emptum cibos: volebat enim Iesus iuxta puteum prandere, & ex puteo bibere, sitimque restringere, vt viatores pauperes facere solent, præsertim in Syria, Arabia, alijsque locis calidis & siccis, ideoque aquæ penuriam laborantibus. Factum id est tacitâ Christi providentiâ, vt, discipulis omnibus in urbem dimissis, solus ipse liberius cum muliere impudica eius pudori consulens ageret, eiusque impudicitiam detegeret, atque illam ad fidem & pudicitiam conuerteret. Hic etiam Nota, Christum tunc non mendicatò vixisse, sed precio quod sibi à Magdalena, alijsque fi. minis oblatum, ipse non vt proprium, sed vt commune cum Apostolis possidebat.

VERS. 9. DICIT ERGO EI MULIER ILLA SAMARITANA: QVOMODO TV IVDÆVS CVM SIS, BIBERE A ME POSCIS, QUÆ SVM MULIER SAMARITANA? NON ENIM COVTVNTVR IVDÆI SAMARITANIS] Ergo, Græcis & Hebræis sæpe est nota iniij sermonis, hic tamen est nota illationis ex præcedenti Christi postulatione, q. d. Iesus postularat à muliere aquam: mulier ergo ei postulanti, respondit Quomodo tu Iudæus cum sis, & cognouit mulier Iesum esse Iudæum ex habitu & sermone, quem Christus, vt patriæ se accommodaret, ciuibus suis similem concinere & prudenter seruaui. Ita S. Chrylost. Theophyl. & Euthym.

NON ENIM COVTVNTVR IVDÆI SAMARITANIS] Id est, non habent commercium, non vtuntur eadem mensa, poculo, vase. Ita S. August. Omnia, ait, vasculis eorum Iudæi non vtuntur, quasi ex schismate eorum impuris & abominandis.

CAUSAM DEDI ECCLII 50. 28. Hæc verba accipi possunt vel vt sint Euangelistæ, vel vt sint Samaritanæ vtrumque aptum, vtrumque probabile, Ex hoc exemplo discere, quam hæreticorum familiaritatem, libros & colloquia fugere debeamus. Sermo enim eorum vt cancer serpit, ait S. Paulus.

RESPONDIT IESVS ET DIXIT EI: SI SCIRES DONVM DEI, ET QVIS EST QVI DICIT TIBI: DA MIHI BIBERE; TV FORSITAN PETISSES AB EO, ET DEDISSET TIBI AQUAM VIVAM] Si scires donum Dei; tum commune, quod Deus donavit omni homini, q. d. Si cognosceres me esse Christum saluatorem mundi. Ita Ammon. & Toletus; vnde explicans subdit. Et quis est qui dicit tibi: Da mihi bibere. Tum tibi proprium, quod tibi Deus per me nunc exhibet, vt per meum alioquium, occasione salutis accipias, in me credas, itaque à me iustificeris & salueris. Ita Maldonatus, Franc. Lucas & alij.

TV FORSITAN PETISSES AB EO] Græcè οὐκ ἔστιν ἔμπεδος ἀπὸ τοῦ, id est, vt itaq; petisses: ἀν enim est particula expletia, rem confirmandam. Noster tamen vertit forsitan, vt significet liberum petentis arbitrium. Vide dicta Matth. 11. 23.

ET DEDISSET TIBI AQUAM VIVAM] Christus Samaritanam ab aqua corporali, ad spiritualem per anagogen tradidit. Idem faciat vir Religiosus & Apostolicus. Nota. Sicut mare consistens, la-cus vel aqua stagnans dicitur mortua, quia nõ mouetur, sed eodẽ loco semper consistit: sic è contrario aqua viua dicitur, quæ fluit, ac præsertim quæ ex fontibus & scatebris, quasi animata spiritu vitali, sponte scaturit & exilit. In videntibus enim motus & spiritus signa sunt & effectus vitæ.

Primò aqua viua hic vocatur doctrina Christi Euangelica, ait Ammon. item Spiritus sanctus, eiusque gratia, quem Christus docens suis afflat, & aspirat. Ita Cyril. Theophyl. Euthym. & passim alij. Dicitur aqua, Primò, quia instar aquæ animam à peccatis expurgat, imò nouam mundiciem & ornatam animam confert, quod non facit aqua iuxta illud: Lauabis me, & super niuem dealbabor, psalm. 50. Gratia est supernaturalis animæ mundicius, decor & ornatus. Vnde illud Cant. 7. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es. Rursum aqua lauat, sed corrumpit, debilitat, destituit, & consumit. Videmus enim vestes, dum abluuntur, mundari quidem, sed consumi; aquæ enim qualitates corruptiuae sunt: at Spiritus sanctus nõ sic se habet, sed lauat & roborat animas, maioretque vires accendunt, quò magis lauantur, quod Paulus sentiens Philipp. 4. dixit: Omnia possum in eo qui me confortat.

liere aquam: mulier ergo ei postulanti, respondit Quomodo tu Iudæus cum sis, & cognouit mulier Iesum esse Iudæum ex habitu & sermone, quem Christus, vt patriæ se accommodaret, ciuibus suis similem concinere & prudenter seruaui. Ita S. Chrylost. Theophyl. & Euthym.

NON ENIM COVTVNTVR IVDÆI SAMARITANIS] Id est, non habent commercium, non vtuntur eadem mensa, poculo, vase. Ita S. August. Omnia, ait, vasculis eorum Iudæi non vtuntur, quasi ex schismate eorum impuris & abominandis. Causam dedi Eccli. 50. 28. Hæc verba accipi possunt vel vt sint Euangelistæ, vel vt sint Samaritanæ vtrumque aptum, vtrumque probabile, Ex hoc exemplo discere, quam hæreticorum familiaritatem, libros & colloquia fugere debeamus. Sermo enim eorum vt cancer serpit, ait S. Paulus.

VERS. 10. RESPONDIT IESVS ET DIXIT EI: SI SCIRES DONVM DEI, ET QVIS EST QVI DICIT TIBI: DA MIHI BIBERE; TV FORSITAN PETISSES AB EO, ET DEDISSET TIBI AQUAM VIVAM] Si scires donum Dei; tum commune, quod Deus donavit omni homini, q. d. Si cognosceres me esse Christum saluatorem mundi. Ita Ammon. & Toletus; vnde explicans subdit. Et quis est qui dicit tibi: Da mihi bibere. Tum tibi proprium, quod tibi Deus per me nunc exhibet, vt per meum alioquium, occasione salutis accipias, in me credas, itaque à me iustificeris & salueris. Ita Maldonatus, Franc. Lucas & alij.

TV FORSITAN PETISSES AB EO] Græcè οὐκ ἔστιν ἔμπεδος ἀπὸ τοῦ, id est, vt itaq; petisses: ἀν enim est particula expletia, rem confirmandam. Noster tamen vertit forsitan, vt significet liberum petentis arbitrium. Vide dicta Matth. 11. 23.

ET DEDISSET TIBI AQUAM VIVAM] Christus Samaritanam ab aqua corporali, ad spiritualem per anagogen tradidit. Idem faciat vir Religiosus & Apostolicus. Nota. Sicut mare consistens, lacus vel aqua stagnans dicitur mortua, quia nõ mouetur, sed eodẽ loco semper consistit: sic è contrario aqua viua dicitur, quæ fluit, ac præsertim quæ ex fontibus & scatebris, quasi animata spiritu vitali, sponte scaturit & exilit. In videntibus enim motus & spiritus signa sunt & effectus vitæ.

Primò aqua viua hic vocatur doctrina Christi Euangelica, ait Ammon. item Spiritus sanctus, eiusque gratia, quem Christus docens suis afflat, & aspirat. Ita Cyril. Theophyl. Euthym. & passim alij. Dicitur aqua, Primò, quia instar aquæ animam à peccatis expurgat, imò nouam mundiciem & ornatam animam confert, quod non facit aqua iuxta illud: Lauabis me, & super niuem dealbabor, psalm. 50. Gratia est supernaturalis animæ mundicius, decor & ornatus. Vnde illud Cant. 7. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es. Rursum aqua lauat, sed corrumpit, debilitat, destituit, & consumit. Videmus enim vestes, dum abluuntur, mundari quidem, sed consumi; aquæ enim qualitates corruptiuae sunt: at Spiritus sanctus nõ sic se habet, sed lauat & roborat animas, maioretque vires accendunt, quò magis lauantur, quod Paulus sentiens Philipp. 4. dixit: Omnia possum in eo qui me confortat.

Secundò, quia Spiritus sanctus, eiusque gratia æstum concupiscentiæ refrigerat, omnemque animæ

Analogia aquæ & gratia

Primò.

Secundò.

Ce 2 animæ

Aqua ey- mon. animæ passiones motulque componit & æquat, instar aquæ Hinc aqua dicitur quasi aqua, ait Varro l.4. de ling. Lat. & Isidor. l. i. 3. Orig. c. 7. & seq. Aqua, ait, quasi aqua, quod superficies eius equalis sit. Hinc & aquor appellatur, quia equaliter solum est licet Festus, Aqua, ait dicitur, quasi à qua iunantur vel, ut alij, à qua omnia, quia ex aqua cæli, aer, ceteraque omnia creata sunt, ut dixi Genes. i. Vide quæ de aquæ dotibus dixi Eccli. 29. ad illa: In- tium vitæ hominis aqua & panis, & Plinium lib. 31. c. 1. ubi concludens ait: Omnes terræ vires aquarum esse beneficij.

Tertio, quia sitim rerum spiritualium sedat; de quo plura v. 13.

Quarto, quia sicut aqua terram, arbores herbas, flores, fructus, fecundat & impinguat: ita gratia animam bonorum operum, & virtutum omnium fecundam fertilemque efficit; sed pro cuiusque conditione, statu & gradu. Verum gratia facit amplius quam aqua: eleuat enim animam, ut non tantum fructus & opera naturalia, ut facit aqua; sed & supernaturalia fidei, spei, charitatis, &c. producat iuxta illud, Qui manet in me, hic ferit fructum multum, Ioan. 15. Rursum aqua in piro solum producit pirum, in nuce nucem, in rosa rosam; ut gratia in eadem anima omnium virtutum fructus producat; in anima, inquam, quæ antè peccato corrupta, non nisi vitiorum fructus germinabat.

Porro Spiritus sanctus, eiusque gratia dicitur aqua viva, Primò, quia Spiritus sanctus in se diuinitimè viuit vitam beatam & diuinam, hancque tuam vitam animæ fideli, penitenti & sanctæ communicat: imò Spiritus sanctus cum Patre & Filio est ipsa vita increata & essentialis, à qua omnia angelorum, hominum, animantium & plantarum vita tam naturalis, quam supernaturalis, velut ex fonte, imò ex Oceano promanat.

Secundò, quia, ut ait Theophyl. gratia Spiritus sancti est forma, qua viuunt secundum spiritum, adeoque gratia est quasi anima animæ, anima, inquam, virtutis & sanctitatis.

Tertio, quia per gratiam ipse Spiritus sanctus qui est ipsa vita, nos inhabitat & viuificat.

Quarto, quia idem efficit ut anima semper ad bonum moueatur, nouos iugiter in corde disponens gradus, quibus ad meliora & altiora conscendat, iuxta illud psal. 83. 6. Ascensiones in corde suo disposuit. Nam, ut ait S. Ambros. Nescit tarda molimina Spiritus sancti gratia, sed cogit animam cum B. Virgine in montana virtutum conscendere.

Quintò, S. Augustin. tractat. 15. Aqua viva, inquit, dicitur, quæ ita fluit, ut sit coniuncta suo principio, puta fonti & venæ, è qua scaturit; aqua autem mortua vocatur, quæ diuisa est & interrupta à suo fonte. Gratia ergo vocatur aqua viva, quia à suo fonte, puta à Spiritu sancto numquam separatur, uti & Spiritus sanctus à sua origine, puta à Patre & Filio, inseparabilis est, illisque intimè in eadem numero essentia diuinà vnitur. Quare licet animæ se infundat, tamè à Patre & Filio non recedit, imò ad animam secum Patrem & Filium inducit, ut in eo omnes, quasi in templo suo inhabitent, iuxta illud Ioan. 14. vers. 23. Si quis diligit me, sermonem meum seruetur, & Pater meus diliget eum, & ad eum ve-

niemus, & mansionem apud eum faciemus. Ita S. Cyrillus lib. 2. cap. 22. Gratiam spiritus, ait, viuam appellat, quasi viuificantem, & quia suo etiam principio est coniuncta, nosque coniunctos efficit. Pendet enim semper à Spiritu sancto, & per eam Spiritus in nobis inhabitat, & nobiscum vnitur, & per eam nos coniungimur ipsi, iuxta illud 1. Corinth. 6. Membra vestra templum sunt Spiritus sancti.

Sextò, aqua fontis per canales in valles deducta, ex ijs rursum impulsu continuo aquæ è fonte profluentis, & sibi continud succedentis, ad tantam altitudinem deduci potest, quanta est altitudo fontis siue scaturiginis, uti experientia constat. Sic gratia cælestis, quasi fons donorum & virtutum, è cælo à Spiritu sancto scaturiens, eodem, id est, æquè altè ac est origo fontis, puta in cælum ad Deum, per bona opera & merita exilire nos facit, iuxta illud vers. 14. Aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Et illud Cant. 4. 15. Fons hororum puteus aquarum viuentium, quæ sunt impetu de Libano. Vide ibi dicta.

Dicit ei mulier: Domine, neque situlam, aut aliud vas in quo haurias habes, (græcè, non habes ἀράχημα, id est, haustum, vel ut S. Augustin. legit, hauritorium) et puteus altius (deorsum, id est, profundus) est: unde ergo habes aquam vivam? Arabicus, Domine non est tibi situla; puteus profundus est: unde ergo tibi aqua vitæ? Sic & Syrus, Ecce hic fontem vocat puteum, eumque profundum, ex quo hauritur aqua ad bibendum. Vnde S. Isidorus lib. 13. Origen. cap. 21. Puteus, ait, est locus defessus, ex quo hauritur aqua, à potatione dictus, Licet Varro de Lingua Latina lib. 4. puteum dici censeat à putore, quasi olidum & putidum, ex vaporibus & odoribus, sæpè etiam ex sulphure & alumine, quæ putearios non rarò necant, præsertim cum valdè profundus est. Rupertus scribit hunc puteum profundum fuisse quadraginta cubitis. Sensus est ergo, q. d. Hic non est alia aqua, quam huius putei, puteus autem profundus est, nec tu, ò Iesu, situlā habes, quā aquam ex eo haurias: unde ergo est tibi aqua viva?

NVMQVOD TV MAIOR ES PATRE NOSTRO IACOB, QUI DEDIT NOBIS PVTEVM, ET IPSE EX EO BIBIT, ET FILII EIVS, ET PECORA EIVS? Nota. Samaritani erant Assyrij, qui à Salmanasar in Samariam, quasi noui coloni, ducti sunt, cum ipse inde inquilinos, id est, decem tribus Israël, traduxisset in Assyriam, ut patet 4. Regum 17. Hi tamen volebant haberi Iudæi, non Assyrij, cum Iudæorum respublica foret, teste Iosepho lib. 11. Antiqu. cap. vltim. tum quia ipsi Iudææ partem, quæ tribui Ephraim obtigerat, scilicet Samariam, incolebant: tum quia ipsi cum Iudæis, qui relicti fuerant, vel edò postea commigrarant, erant mixti. Ita Cyrillus, Theophylactus, Euthymius: tum quia ipsi Iudæorum religionem ex parte sequebantur: colebant enim Deum Israel simul cum Assyriorum idolis, ut patet 4. Regum 17. Hac ergo de causa mulier Iacobum vocat patrem nostrum, id est, patrem Samaritanorum, quasi Samaritani sint Iudæi, & Israëlita ex Iacob progeniti. Sensus ergo est, q. d. Iacob non habuit aquam meliorem hac: si enim habuisset meliorem hac, utique ex ea bibisset,

VERS. 12. RESPONDIT IESVS, ET DIXIT EI: OMNIS QUI BIBIT EX AQUA HAC, SITIET ITERVM, QUI AVTEM BIBERIT EX AQUA QVAM EGO DABO EI, NON SITIET IN ÆTERNVM. Iesus mulieri extollenti aquam sui putei, modestè ostendit, suam aquam viuam longè esse meliorem, ex eo quòd sitim omnem, etiam futuram, auferat. Vnde tacitè illi colligèdum relinquit, se esse maiorem Iacobo: Non se maiorem dixit, inquit, Chryso- stomus, visus enim esset se tantum iactare nondum cognitus, sed latenter id significat. Non enim simpliciter dixit: Dabo tibi aquam, sed prius Iacob aqua neglecta suam laudat, à munere natura dantium volens differantiam ostendere, & quantum ipse Patriarcham excelleret. Addit Cyrillus: In infinitum enim differre has sensibiles aquas atque terrenas, ab intelligibilibus ostendit, ut scilicet acuat mulieris orexin, & audientiam cognoscendi & gustandi hanc Christi aquam viuam.

QUI BIBIT EX AQUA HAC, SITIET ITERVM] Tropologicè S. Aug. Aqua in puteo, ait, est voluptas sæculi in profunditate tenebrosa, quā hauriunt homines hydrii cupiditatum: hæ enim faciant hominem semper sitire; quia cupiditatis est insatiabilis. QVIA AVTEM BIBERIT EX AQUA QVAM EGO DABO EI, NON SITIET IN ÆTERNVM] q. d. Qui aquam viuam, id est, gratiam Spiritus sancti, à me acceperit, numquam amplius sitiet iustitiam, Dei amicitiam, virtutem, sanctitatem, quia ea iam habebit per gratiā intelligit, nisi ipse hanc aquæ gratiam sponte & verò per peccatum mortale euomat & prodigat. Hæc enim est antithesis Christi, q. d. Aqua communis, qualis est tua ex puteo hoc, ò mulier, semel gustata, tantum ad modicum tempus sitim sedat, quia non manet in stomacho, sed ab eo concoquitur, corrumpitur & euanescit, aut per sudorem, vel vinam excernitur: hæc verò mea aqua viuā, puta gratia Spiritus sancti, quantum est ex parte sua, tam efficacæ est, ut vel semel gustata, semper sufficiat ad abigendam sitim: nam ipsa semper manet in anima, manet, inquam, eadem & immutata. Gratia enim habitualis ex lege Dei ordinaria, affert secum statim temporibus auxilia præuenientia, puta impulsus gratiæ excitantia, qui ad retinendum spiritalem animæ humorem & vigorem, ac ad perseverantiam & salutem, uti necessarii sunt, sic sufficiant, uti docet Concil. Trident. sess. 6. cap. 16.

Dices: Quomodo ergo Eccli. 24. v. 29. ait Sapientia de se, Qui bibent me, adhuc sitient, hoc enim videtur contrarium ei, quod Christus hic de Cornel. in Ioannem.

bibisset, tam ipse, quam filij eius & pecora: Si tu ergo, ò Iesu, hic meliorem potes dare vel reperire aquam, necesse est ut tu maior sis Iacob patriarcha & parte nostro. Ita S. Chrysost. Euthym. & Theophyl. quem audi t Quod ipse (Iacob) ex eo bibit, laus est bonitatis aquæ: quòd autem & pecora eius biberint, iudicium est cupiæ aquarum: non enim solum dulcis, sed & sic larga est, ut suffecerit multitudi- ni pecorum patriarchæ Iacob. Paulatim Iesus erexit mentem mulieris, ut tandem agnosceret ipsum esse Messiam. Ex eo enim quod dixerat: Si sitis quis est qui dicit tibi: Da mihi bibere; tu forsitan petisses ab eo, & dedisses tibi aquam viuam: mulier cõiecit, vel suspicata est Iesum se facere maiorem Iacobo.

VERS. 12. RESPONDIT IESVS, ET DIXIT EI: OMNIS QUI BIBIT EX AQUA HAC, SITIET ITERVM, QUI AVTEM BIBERIT EX AQUA QVAM EGO DABO EI, NON SITIET IN ÆTERNVM. Iesus mulieri extollenti aquam sui putei, modestè ostendit, suam aquam viuam longè esse meliorem, ex eo quòd sitim omnem, etiam futuram, auferat. Vnde tacitè illi colligèdum relinquit, se esse maiorem Iacobo: Non se maiorem dixit, inquit, Chryso- stomus, visus enim esset se tantum iactare nondum cognitus, sed latenter id significat. Non enim simpliciter dixit: Dabo tibi aquam, sed prius Iacob aqua neglecta suam laudat, à munere natura dantium volens differantiam ostendere, & quantum ipse Patriarcham excelleret. Addit Cyrillus: In infinitum enim differre has sensibiles aquas atque terrenas, ab intelligibilibus ostendit, ut scilicet acuat mulieris orexin, & audientiam cognoscendi & gustandi hanc Christi aquam viuam.

QUI BIBIT EX AQUA HAC, SITIET ITERVM] Tropologicè S. Aug. Aqua in puteo, ait, est voluptas sæculi in profunditate tenebrosa, quā hauriunt homines hydrii cupiditatum: hæ enim faciant hominem semper sitire; quia cupiditatis est insatiabilis.

QVIA AVTEM BIBERIT EX AQUA QVAM EGO DABO EI, NON SITIET IN ÆTERNVM] q. d. Qui aquam viuam, id est, gratiam Spiritus sancti, à me acceperit, numquam amplius sitiet iustitiam, Dei amicitiam, virtutem, sanctitatem, quia ea iam habebit per gratiā intelligit, nisi ipse hanc aquæ gratiam sponte & verò per peccatum mortale euomat & prodigat. Hæc enim est antithesis Christi, q. d. Aqua communis, qualis est tua ex puteo hoc, ò mulier, semel gustata, tantum ad modicum tempus sitim sedat, quia non manet in stomacho, sed ab eo concoquitur, corrumpitur & euanescit, aut per sudorem, vel vinam excernitur: hæc verò mea aqua viuā, puta gratia Spiritus sancti, quantum est ex parte sua, tam efficacæ est, ut vel semel gustata, semper sufficiat ad abigendam sitim: nam ipsa semper manet in anima, manet, inquam, eadem & immutata. Gratia enim habitualis ex lege Dei ordinaria, affert secum statim temporibus auxilia præuenientia, puta impulsus gratiæ excitantia, qui ad retinendum spiritalem animæ humorem & vigorem, ac ad perseverantiam & salutem, uti necessarii sunt, sic sufficiant, uti docet Concil. Trident. sess. 6. cap. 16.

Dices: Quomodo ergo Eccli. 24. v. 29. ait Sapientia de se, Qui bibent me, adhuc sitient, hoc enim videtur contrarium ei, quod Christus hic de Cornel. in Ioannem.

sua gratia dicit: Non sitiet in æternum: Resp. Qui bibunt me, adhuc sitient, id est, adhuc concupiscent, ut amplius sapientia: Dei quæ iam habent impleantur, hoc est, optabunt augmentum sapientiæ & gratiæ Dei. Hic verò sitis est indigere omni aqua, siue concupiscere aquam gratiæ, ad vitam spiritalem necessariam, hoc est optare Spiritum sanctum, eiusque iustitiam & sanctitatem quam non habes, ad leuandam spiritalem sitim, ariditatem & sterilitatem mentis. Spiritus sanctus enim per gratiam mentem inhabitans, ita mentem sua gratia reficit, potat & satiat, ut mens nihil aliud sitiat aut desideret, sed ipsò contenta, saturaque viuat feliciter. Vide dicta Eccli. 24. v. 29. Sic S. Ignatius Martyr ad leones damnatus, cum in amphitheatrum prodiret, Romanos spectantes compehensit: Ego, inquit, huic veni, ut moriar pro Iesu meo, quem insatiabiliter sitio, ut illi in celo vniam.

Nota. Spiritus sanctus per gratiam in hac vita inchoat, sed in cælo perfecte omnem animæ sitim & desiderium adimplet; item sitim superbæ ac concupiscentiæ restinguit; denique in cælo planè tollet omnem, tam corporis, quam animæ sitim & famem, omnem defectum, omnem molestiam per gloriam & dotem impassibilitatis, iuxta illud: Satiabor cum apparuerit gloria tua, psal. 16. vers. 15. Et illud: Qui replet in bonis desiderium tuum, psal. 102. v. 5. Et illud: Non esuriunt, neque sitient amplius, & non percuciet eos ælius & sol, Isaiæ 49. v. 10. Ita S. Aug. Satiabimur, inquit, in bonis domus tuæ. De qua ergo aqua daturus est, nisi de illa, de qua dictum est: Apud te est fons vitæ æternæ quomodo sitient, qui inebriantur ab vbertate domus tuæ? psal. 35. v. 9. & 10. Et Glossa Interlin. Promittit, ait, satietatem spiritus, quæ fiet in resurrectione, quia apud eum est fons vitæ, quo inebriantur: Gloria ergo cælestis implet omnes animæ & corporis defectus, omne desiderium, omnem sitim: quia beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus, ait Boëtius, iuxta illud: Torrente voluptatis tuæ potabis eos, psal. 35. 9.

SED AQUA, QVAM EGO DABO EI, FIET IN BO FONSA QVÆ SALIENTIS (Syrus aquarum salientium) IN VITAM ÆTERNAM] Al- ludit ad fontes, qui tanto impetu & copia aquas continuo effundunt, ut posteriores semper priores propellant, ac licet per valles deducantur, cogant tamen eas per tubos exilire ad tantam altitudinem, quanta est altitudo ipsius primi fontis & scaturiginis. Simili enim modo aqua gratiæ Spiritus sancti è cælo in mentem sanctam demissa, adeò potens est, adeò efficacæ, ut fiat in ea quasi fons, adeò copiosus, ut mentem faciat exilire ad sui originem, puta ad Deum, ad cælum & vitam æternam: Gratia enim est semen gloriæ. Vnde Arabicus vertit, aquam quam ego dabo, fiet in eo aqua, quæ scaturiet vitam æternam. Arabico de more consentit Ægyptius & alij: quare gratia propellit hominem ad cælum, nec quiescit, donec illum ed euehat, ubi nulla est sitis, nullus defectus, nulla miseria; sed omnis satietas, omnis copia, omnis felicitas: hanc enim significat vita æterna: nam hic fons gratiæ, qui est in anima, deriuatur à primo fonte, puta à Spiritu sancto qui est in cælis, sicut fons, qui manu ductus exilit in foro vel horro, deriuatur à primo fonte, qui est in monte quo-

piam, ubi primò oritur & ebullit. Hinc dicitur A aqua viua: quia ad primam altitudinem sui prin-

Secundò

cipij, siue primæ suæ originis, exillit, & aquas eia-
Secundò. Et in eos fons, quia, ut ait Theophyl.
aqua gratiæ, quam Christus animæ fidelis instil-
lat, in ea semper multiplicatur. Semina enim &
principium boni lumen Sancti per gratiam, ipsi
verò cum ea negotiantur & operantur ad eius
augmentum, ut fiat in eis copiosa ad instar fon-
tis, quo non tantum se, sed & multos alios potet
& inebriet. Vnde S. Chryostom. qui intrā se ha-
bet fontem, inquit, non afficitur siti. Porro Ori-
genes. Quilibet angelorum, inquit, habet in se
fontem aquæ scaturientis in vitam æternam. ab
ipso verbo.

Tertio

Tertio, sicut fons, quò plus deorsum effluit,
eò plus sursum in eum insluit: sic quò quis gra-
tiam suam in alios magis effundit eò maiorem à
Deo recipit & haurit. Vnde S. Basiliius homil. in
illud Lucæ 12. *Destruam horrea mea: Sicut, ait, pu-
ter continuo exhauset, & copiosior & pulchrior fluunt
aqua; dimisti verò & quieti, facile putem: si & opes
recoisisti a, inuitiles sunt: translati in pauperes, fructum
pariunt.* Idem eadem similitudine, docet Clemens
Alex. 3. Paedag. c. 7.

Denique hoc est paradoxum Christi, ut, cum
aqua desiliat deorsum, hic eius fons exiliat sur-
sum, iuxta illud: *Sursum versus feruntur sacrorum
fluminum fontes.* Magnus hic & mirus est saltus,
magna & immensa vis Spiritus sancti, quæ ter-
rea & plumbea hominum corda facit exilire è
terra in cælum, & cælum empyreum: è gratia ad
gloriam, è carne ad spiritum, è morte ad vitam
æternam, è bestijs ad angelos, è tempore ad æ-
ternitatem, à dæmone ad Deum. Fidelibus ergo
dicitur, *sursum corda,* atque hoc certum est li-
gnum inhabitantis gratiæ & Spiritus sancti, si
mente in cælis versetur, si cælestia loquamur &
operemur, dicamusque cum Paulo: *Nostra con-
uersatio in celo est,* Philipp. 3. Hac de causa Chri-
stus è cælo in terram desiliit, ut nos è terra exilire
faceret in cælum, iuxta illud: *Eccè ille venit fa-
liens in montibus, transfiliens colles,* Cantic. 2. v. 8. Ita
saliebat in cælum S. Maria Oigniacensis, quæ af-
flictuè cum Christo, B. Virgine, S. Ioanne Euange-
lista, angelis, Apostolis, Martyribus, Virginibus
conuersabatur, adeoque singulos habitu & voce
dignoscebat, uti nos vicinos dignoscimus. Ita
Cardin. Iacobus de Vitriaco in eius Vita, lib. 2. c.
8. & sequent. Qui & addit illam acceptâ suæ præ-
destinationis reuelatione, ita in spiritu exultasse
& iubilasse, ut continuè caneret: *Ibo ad sancta San-
ctorum. Et quæ sum sancta Sanctorum?* Extat apud
Surius ad diem 23. Iunii.

Sancti saluti
in celum.

VERS. 15.

DICIT AVTEM MULIER: DOMINE DA MI-
HI HANC AQUAM, UT NON SITIAM, NEQUE
VENIAM HVC HARRIRE] *Delectata est,* ait S. Au-
gustin. *non sitire, & putabat hoc secundum carnem
promissum sibi esse à Domino, &c. Ad laborem (venien-
di & hauriendi aquam, è remoto ab vrbe puteo)
indigentia cogebat, & laborem infirmitas recusabat.*
Necdum intellexit mulier carnalis & rudis,
Christum loqui de spiritali aqua gratiæ: quare
Christus alio telo eam figit, ut altiora de se cogi-
tet. Ait ergo:

VERS. 16.

DICIT EI IESVS: VADE VOCATA VIRVM
TVVM, ET VENI HVC] Nota ex S. Chryostom.

Theophyl. Euthym. & alij, Christum hoc præ-
textu iubere mulieri, ut vocet virum suum; quòd
scilicet non satis honestum esset rem tantam, tan-
tumque doñum (putâ aquam viam) mulieri
nuptæ dare, incilio marito: reuera autem vole-
bat Christus ei occulta pãdere, ac secretam forni-
cationem aperire, ut sic illius confessionem ab ea
eliceret, eamque ad penitentiam excitaret, ac si-
mul illi ostenderet se maiorem esse puro homi-
ne; esseque Prophetam & Christum, à quo ipsi
peccatorum remissio, & salus æterna postulanda
& ex spectanda sit. Hæc est enim aqua viua, ipsi à
Christo proposita.

VERS. 17.

RESPONDIT MULIER, ET DIXIT: NON HA-
BEO VIRVM, DICIT EI IESVS: BENE (id est re-
ctè, verè) DIXISTI QUIA NON HABEO VIRVM]
Hinc patet mulierem hanc fuisse viduam & so-
lutam, ac proinde non fuisse adulteram, sed for-
nicariam dumtaxat, siue meretricem, nisi amarus
eius fuerit coniugatus: hoc enim posito, utrique
fuit adulter. Ita S. Aug. To quia, more Hebræo per
pleonasmum redundat.

VERS. 18.

QUINQUE ENIM VIROS HABVISTI, ET HVNC
QVEM HABES, NON EST TVVS VIR: HOC VE-
RE DIXISTI] Nonnus, *Quinque enim viros ha-
buisi vicissim alium post alium: & quem nunc habes,
non est legitimus maritus. Quinque viros, scilicet le-
gitimos, habuisti.* Ita S. August. Beda, Euthymius,
Rupertus & alij passim, licet S. Chryost. in psal.
13. & Maldonatus putent illos fuisse illegitimos
& adulteros, ac proinde hic à Christo hoc nomi-
ne taxari, quòd sextum adulterum etiamnum
habeat. Prior sensus est germanior: nam Christus
ponit antithesin inter quinque priores & sex-
tum, quòd illi fuerint legitimi, hic verò sit ille-
gitimus.

Quam gra-
tio: d corripit
Christus.

Nota hic modestiam, & gratiam corripiendi
in Christo: non enim aperte dicit mulieri: Tu es
adultera vel fornicaria: age ergo de tuis fornicar-
tionibus penitentiam, sed laudans eam, quòd ve-
ritatem dixit, se non habere virum, addit: *Et vnum
quem habes, non est tuus vir,* quo tacitè insinuat illâ
cum eo fornicari, sequeque illud, licet occultum,
ex Dei reuelatione scire, ac proinde se esse Pro-
phetam & Messiam, à quo veniam & gratiam pe-
tere debeat.

Nota S. Basiliius epistol. 2. ad Amphilochem
ait trigamiam, siue tertias nuptias, esse Ecclesiæ
inquinamenta, sed Fornicatione meliora. Et epi-
stola 1. ad eundem: *Trigamos, ait, septè tribus &
quatuor annis segregant, id autem non amplius, sed po-
lygamiam appellant, vel castigatam fornicationem. Et
ideo Dominus Samaritana quæ quinque maritos iam
habuerat: Quem nunc, inquit, habes, non est maritus,
nempe quòd digni non sint qui à bigamia mensura exten-
derunt, ut vel mariti vel vxoris nomine appellentur.*
Verùm Ecclesia aliter iam sentit. Certum enim
est quartas, quintas, sextas, septimas, &c. nuptias
esse licitas, etsi subinde sint indecentes, & in-
continentiæ indices: & hoc videtur voluisse S.
Basiliius.

DICIT EI MULIER: DOMINE, VIDEO QVIA
PROPHETA ES TV] quia occulta mea, tam bo-
na, quàm mala reuelas, quæ non nisi ex Dei re-
uelatione scire potes, præsertim cum sis Iudæus
& exterus: quare tuam correptionem tam mo-
destam humiliter admitto, meamque fornicatio-
nem confiteor. Vnde, ait Rupertus, eademq. confes-
sione,

*sive, & de se confessus est quòd erat, & de illo quòd eum
esse intelligere poterat. Et mox: Minus quidem & lon-
gè minus, quàm ille erat, confessus est, sed confitendo
quantum perceperat, dignam se fecit, cui crederet Iesus
totum quòd erat.*

VERS. 20.

PATRES NOSTRI IN MONTE HOC ADORAVE-
RVNT: ET VOS DICITIS, QVIA HIERSOLYMIS
EST LOCVS, VBI OPORTET ADORARE] Mulier ag-
noscens Iesum esse Prophetam, proponit ei quæ-
stionem de religionè, illo tempore inter Iudæos
& Samaritanos summè controversam, ut sciret v-
tram partem sequi debeat, ut saluti suæ consulat:
hæc enim quæstio plus eam cruciabat, quàm sitis
aquæ viuæ à Christo promissæ, quam non intel-
legebat.

ADORAVERVNT] Nota per adorationem hic
& alibi significari omnem ritum publicum colen-
di Deum, præsertim per sacrificia, & alias cæremon-
ias à Deo institutas, & à Mose in Leuitico ex
ore Dei præscriptas: hic enim publicus ritus tan-
tum in tabernaculo à Mose erecto, & postea in
templo à Salomone fabricato exerceri poterat, ut
patet ex lege quam sancit Deus Deuter. 14. 24.
Alioqui enim iure naturæ & diuini, semper quo-
uis loco Deum priuatim adorare & inuocare li-
cuit & licet. Ergo adorauerunt hic idem est, quòd
sacrificari, & victimas in sacrificium publicè Deo
obtulere: quia adoratio, siue cultus externus
latræ est ipsum sacrificium. Sic Genes. 22. v. 5. ait
Abraham pueris suis, *Postquam adorauerimus, id est,
sacrificauerimus, reuertemur ad vos.* Et Actor. 8. v.
27. *Eunuchus Candæus regine venerat adorare,* id est
sacrificium offerre, in Ierusalem. Ita Suarez tract.
de Religione.

Adorare,
id est sacrifi-
cars.

Templi Sa-
maritani
origo.

IN MONTE HOC] Garizim, qui imminet vrbi
Sichim. Vnde ex eo Ioathan filius Gedeonis Si-
chimitis maledixit Iudic. 9. v. 7.

Nota. Celebris illo ævo & perpetua fuit quæ-
stio & contentio inter Samaritas Iudæos de ado-
ratione & sacrificio in hoc monte. Nam tem-
pore Alexandri Magni Manasses frater Iaddi
pontificis, qui occurrit Alexandro, eumque Iu-
dæis infensum placauit, vxorem duxit alienigen-
nam, scilicet filiam Sanaballat, quem Darius vl-
timus Persarum rex præfecerat Samaritæ. Quare
Manasses à fratre Iaddo, ceterisque sacerdoti-
bus templo & sacris exclusus, confugit ad gene-
rum suum Sanaballat, qui in Samaria, putâ in
monte Garizim, nobile templum extruxit, eique
Manassen quasi pontificem præfecit. Vnde ad
illud confluxere multi Iudæi transfugæ, præser-
tim qui contra legem, instar Manassis, alienigenas
vxores duxerant: atque vrebantur in sui excula-
tionem hoc argumento, quòd Sichem, cui immi-
net mons iste Garizim, celebratus esset adoratione
& sacrificijs Patriarcharum, ut Iacobi, Genes.
33. v. 20. Iosue, cap. vlt. v. 1. Mosis & 12. tribuum,
Deuter. 27. v. 12. vbi iussu Dei Moses iubet Iosue,
ut in monte Garizim edificet altare, in quo
Deo offerat holocausta, ac lapidibus inscribat
Decalogum, & coram arca duodecim tribubus
promulget Dei legem, cū benedictionibus quas
Deus seruantibus legem promissit, populo respō-
dente, Amen.

Templum in
monte Gar-
izim ductis
annu scitit.

Porro stetit hoc templum in monte Garizim,
per 200. annos, vsq. ad Hyrcanum Simonis frat-
ris Iudæ Machabæi filium, pontificem & prin-
cipem, qui illud euertit, teste Iosepho lib. 3. An-

tiqu. c. 17. qui & c. 16. narrat Samaritas & Iudæos
hanc decidendam detulisse ad Ptolemæum
Philometorem, regem Ægypti, qui illum adiudi-
cauit Iudæis, vtpote qui ex Mosis sententiâ tem-
plum suum fabricassent. Sed hac decisione Sama-
ritæ non fuere contenti, ac in suo schismate, tem-
plo & contentione cū Iudæis persisterunt, vsque
ad templi sui excidium.

DICIT EI IESVS: MULIER CREDE MIHI, QVIA
VENIT HORA, QVANDO NEQVE IN MONTE HOC,
NEQVE IN HIERSOLYMIS ADORABITIS PA-
TREM] Scilicet vos, quicumque ritè, ex Dei præ-
scripto Deum Patrem adorare voletis. Adorabitis
Patrem ergo, hoc est, adorabitur Pater. Sensus est,
quod. *Veni hora,* id est, tempus Euangelicæ legis, &
doctrinæ à me instituendæ & promulgandæ, per
quam tam iam post mortem meam breui futu-
ram, abolebitur lex Mosis, omnesque ritus illius
colendi Deum in templo Hierosolymitano, vel
etiam hoc vestro Garizimitano Hierosolymitanum
æmulo, quia per totum orbem edificabuntur Ec-
clesiæ Christianorum, in quibus Deus adorabi-
tur in spiritu & veritate, vti explicat Christus v.
23. Hoc est quòd sub Christo futura prædixit
Malachias c. 1. 10. & 11. *Munus, ait Dominus, non
suscipiam de manu vestra. Ab ortu enim solis vsque ad
occasum magnum est nomen meum in Gentibus, & in
omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio
mundæ, hebr. mincha, scilicet, Eucharistia, putâ o-
blatio corporis & sanguinis Christi, quæ sola o-
mnibus prisca animalium sacrificijs succedit. Vide
ibi dicta.*

VERS. 21.

VOS ADORATIS QVOD (Arabicus, quem)
nescitis, nos adoramus quod scimus, quia saluus
ex Iudæis est] Hic Christus directe quæstioni mulieris responder, ac litem de
Deo adorando Iudæis adiudicat, Samaritas velut
schismaticos condemnans. Ait ergo: Vos, ô Sa-
maritæ, *adoratis quod nescitis:* quia Deum Iudæo-
rum cum vestris Assyriorum idolis, ac conse-
quenter Deum quasi idolorum socium, ac pro-
inde falsum fictumque colitis. Rursum colitis
Deum, à Deo Iudæorum diuersum, qui scilicet
solius terræ vestræ sit dominus, qui proinde fal-
sus est & confictus à vobis. Patet ex 4. Regum
17. 26. Rursum Samaritæ suas habebant hære-
ses & errores, quos recenset S. Epiphanius in eor-
um hæresi. Sic Turcæ & Iudæi adorant Deum,
quem nesciunt, quia negant eum esse in perso-
nis trinum. Sic & Caluinus cum suis, negans Deo
omnipotentiam, faciensque eum crudelem, dum
asserit eum gehennæ addicere quoscunq. sine
eorum demerito, non verum, sed falsum Deum
adorat: Deus enim verus omnipotens est & beni-
gnissimus.

Salus ex Iu-
dæis est.

Secundò & potius, vos adoratis, id est, ritum
adorandi & sacrificandi habetis, quem nescitis
esse à Deo perfectum; quia scilicet eum vobis
vestro ingenio finxistis, contra Dei legem & vo-
luntatem. Nos Iudæi verò adoramus quod sci-
mus quia ritum adorandi & sacrificandi à Deo
per Mosen in Leuitico præscriptum seruamus &
sequimur.

QVIA SALVS (Syrus, vita,) EX IVDÆIS EST]
tum quia ego Christus, qui sum salutis auctor à
Deo missus, non ex Samaritis, sed ex Iudæis na-
tus sum, ait S. Chryost. Cyrillus, Theophyl. Eui-
thymius, Ammonius & alij: tum quia vera Dei
C c. 4 cogiti-

cognitio & cultus, qui homines ad salutem ducit, olim in lege veteri ad Iudæis ad Gentes manauit, ac iam in lege noua, ad me Iudæo ad omnes gentes manabit. Ita idem.

VERS. 23. SED VENIT HORA, ET NUNC EST, QUANDO VERI ADORATORES ADORABUNT PATREM IN SPIRITU ET VERITATE. NAM ET PATRIS TALES QUÆRIT, QUI ADORENT EVM. q. d. Iam est tempus meæ legis Euagelicæ, in qua veri adoratores, scilicet Christiani, siue ex Iudæis, siue ex Samaritis, siue ex alijs gentibus, ad me conuersi adorabunt Deum, non in monte hoc, nec Hierosolymis dumtaxat, carnalibus animalium sacrificijs, ut faciunt Iudæi & Samaritæ, sed vbiuis gentium, in spiritu & veritate. Audi Euthymium: Vbi Iudæos Samaritanis præposuisset, rursus nunc Iudæis præponit Christianos, ut suspicione careat prælatio; & non appareat Iudæis gratificari, tamquam Iudæis.

IN SPIRITU ET VERITATE] Sic & Syrus, Arabicus, Ægyptius, Æthiopicus, & Perlicus, Nora. Samaritani falsò, imò falsum adorabant Deum, quem ignorabant, ut dixi v. 22. Iudæi autem adorabant quidem Deum verum, sed præcipue per corporales victimas, ait Euthymius, aliaque corporalia signa, idque certo loco, puta in templo Hierosolymitano, quæ omnia erant vmbra & typi adorationis & cultus spiritualis, inducendi à Christo; utriusque ergo Christus hic opponit suos fideles & Christianos, qui pro corpore, in spiritu, pro vmbra, ac falsitate & ignorantia, in veritate adorant Deum, qui spiritus est incorporeus, verissimus & purissimus. Spiritus ergo hic significat spiritualement cultum fidei, spei, charitatis, religionis, deuotionis, contritionis, ceterarumque virtutum, quibus à Christianis, non per vmbra & figuras, sed in veritate, id est, verissimè, rectissimè & propriissimè Deus colitur. In veritate ergo, hoc est verò, recto, sincero, proprio, Deoque digno cultu, quo Deus delectatur & gaudet, iuxta illud psal. 50. 18. Holocaustis non delectaberis: sacrificium Deo spiritus contribulatus. Et illud psal. 49. 23. Sacrificium laudis honorificabit me. Et psal. 4. 6. Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate in Domino. Et psal. 49. 13. Numquid manducabo carnes taurorum? & c. immola Deo sacrificium laudis. Ita S. Cyrillus: Spiritus adorator, inquit, gratus est, qui non forma & figuris Iudæis ad pietatem obumbrabatur, sed Euangelicâ virtute fulgens, recta dogmatum disciplina veram peragit adorationem. Et Theophyl. Quia multi, ait, videntur adorare in anima, non tamen rectam habent scientiam, sicut hæretici, ideo addidit: Et in veritate: oportet enim & mente adorare Deum, & sanam opinionem de ipso habere. Talis erat Paulus, ait Origenes, dicens: Testis est mihi Deus celi seruis (latrâ, græcè enim est, ὁ λατρεύων, id est, quem latrâ adoro) in spiritu meo, Roman. 1. 9. Et Glossa: Non in templo ait, non in hoc monte, sed in intimo templo cordis, & in veritate cognitionis adorandus est Deus: Samaritæ ergo Deum adorant in monte, localiter, Iudæus in vmbra, figuraliter; Christianus in spiritu & veritate, verè & spiritualiter. Nam, ut ait S. Chrysostomus: Priora figura erat, nunc totum est veritas.

Secundò, Variab. rō in veritate, exponit, in integritate, vel in perfectione: veri enim, id est, integri & perfecti, adoratores adorant Deum, in

Adoratio in spiritu & veritate quæ

spiritu & perfectione fidei, spei, charitatis, ceterarumque virtutum, ut faciunt Christiani: vmbraeque verò & imperfecti adoratores adorant Deum corporeis signis & sacrificijs, ut faciebant Samaritæ & Iudæi.

Symbolicè, S. Athanasius epist. ad Serapionem: Oportet, ait, adorare Deum, scilicet Patrem in veritate, id est, in Filio & in Spiritu sancto, hoc est, oportet adorare Deum trinum & vnum, oportet adorare S. Trinitatem, ac tres eius personas.

Alij, Oportet adorare Deum, inquit, in Spiritu, hoc est, per Spiritum, siue in sanctu Spiritu sancti.

Mysticè, Theophyl. per spiritum, inquit, actio insinuat, per veritatem contemplatio: omnes enim Christiani seruiunt Deo, in vita, vel actiua, vel contemplatiua.

Obijciunt hæretici: Deus à Christianis adorandus est in spiritu & veritate; ergo à baptismo, reijciendæ sunt omnes corporeæ ceremoniæ & ritus.

Argumentum hæreticorum contra ceremoniam Ecclesiasticam auoluitur.

Respond. nego consequentiam: quia hæ non sunt vmbra & figuræ legis veteris, sed ornamenta, excitamenta, & effecta spiritus, ideoque ad spiritum pertinent: alioqui enim omnia Sacramenta, ipsaque Eucharistia, quæ in symbolis corporeis consistunt à lege noua abijcienda forent, quod est absurdum etiam apud hæreticos. Sine Sacramentis enim & sacrificijs Ecclesia nequit consistere, quia sine ijs nequit esse visibilis, & nequit vniri ac congregari. Deniq; hæ ceremoniæ à Christianis obeuntur & manant ab interno spiritu fidei, spei, charitatis & deuotionis: ergo ad spiritum pertinent, quasi effectus ad causam, ac quasi actus externus ad internum. Secus erat in crassis, rudibus & carnalibus Iudæis, qui totam suam deuotionem in externis sacrificijs & ritibus collocabant. Ita Cyrillus, Maldon. lansen. Toletus & alij hæ, ac S. Ambrosius lib. 3. de Spiritu sancto cap. 12. & Hilarius lib. 2. de Trinitate.

Denique S. Cyrillus scripsit septemdecim libros de Adoratione in spiritu & veritate, quos Romæ edidit Angellius, anno Domini 1588. Videre id ipsum Gentiles: vnde Cato.

Et Deus est animus, inquit, nobis ut carmina dicunt, hic tibi præcipue pura sit mente colendus.

VERS. 24. QUI ADORANT EVM, IN SPIRITU ET VERITATE OPORTET ADORARE] Est hæc ratio à priori, q. d. Deus est purissimus & verissimus spiritus, ergo non nisi adoratione in spiritu & veritate delectatur. Si corpus esset Deus, ait S. Augustinus, oportebat eum adorari in monte, quia corporeus est mons, vel in templo, quia corporeus est templum. Iam autem quia Deus est spiritus, hinc spiritali mente, spiritali amore & deuotione colendus & adorandus est. Hinc patet contra Anthropomorphitas & Audianos, ac contra Tertullianum lib. Contra Praxeam, item contra Lactantiū lib. de Ira Dei, Deum nullum licet tenuissimum habere corpus, sed purissimum esse spiritum; ideoque purissimo spiritu adorandum. Falsum ergo illud Tertulliani axioma. Quod incorporale est, nihil est. Sed videtur hi duo abusi voce corporis, ac pro illud non aliud quam solidam substantiam intellexisse, e-

Deus est incorporeus.

Audi

Audi S. Augustinum hæc verba Christi explentem, libr. de Speculo cap. 1. & seq. Spiritus est Deus, & c. Spiritus incomprehensibilis, incorporeus, immutabilis, incircumscribitus, ubique totus, nunquam diuisus, & c. ubique presens, ineffabiliter omnia penetrans, omnia continens, omnia sciens, cuncta prospiciens, omnia potens, vniuersa gubernans, totus in celo, totus in terra, totus ubique. Et nonnullis interiectis: Semper agens, semper quietus, colligens & non egens, omnia portans sine onere, omnia implens, sine inclusione; omnia creans & protegens, nutrens & perficiens. Quærens, cum nihil desit tibi, amans, nec astutus, zelans, & securus expectat te, & non dolens irascens, & tranquillus es opera multas, sed consilium nunquam recipis. Et paulò inferius: Qui venes omnia, imple omnia, circumplectis omnia, superexcellis omnia, sustines omnia: nec ex alia parte sustines, atque ex alia superexcedis; neque ex alia parte imple, atque ex alia circumplectis, sustinendo superexcedis, & superexcedendo sustines. Qui corda fidelium doces sine strepitu verborum, qui attingis à fine usque ad finem sortiter, & omnia disponis suaviter.

Idem per vmbra videre Philosophi, quorum definitiones Dei recentet Minucius Felix in Octauio: nimirum.

Dei definitiones.

Quid est Deus? Respondet Pythagoras: Deus est animus per vniuersam rerum naturam commens, ex quo etiam animalium omnium vita capitur.

Quid est Deus? Respondet Anaxagoras: Deus est descriptio & modus infinitæ mentis.

Quid est Deus? Respondet Thales: Est mens que ex aqua cuncta formauit: aquam enim ipse statuit initium rerum omnium.

Quid est Deus? Respondet Xenophanes: Deus est infinitum omne cum mente.

Quid est Deus? Respondet Democritus: Deus est natura, & intelligentia que imagines fundat.

Speusippus: Deus, ait, est vis naturalis, qua omnia reguntur.

Aristoteles: Deus est mens, qua mundum gubernat.

Heraclides: Deus est diuina mens.

Zeno: Deus est vna mundi providentia.

Cleanthes: Deus est animus, & ratio mundi. Vnde de Virgilius:

Spiritus intus alit, totamq; insusa per artus.

Mens agit at molem, & magno se corpore miscet.

Chryppus: Deus est vis diuina, rationalis natura, & fatum rerum.

Xenophon: Forma Dei veri videri non potest, & ideo eam querere non oportet.

Aristo: Deus est, cuius essentia & maiestas comprehendendi non potest.

Quid est Deus? Respondet Plato in Timæo: Deus est mundi parens, artifex, anima, celestium terræque corporumq; fabricator, quem & inuenire difficile præ nimia & incredibili potestate; & cum inuenieris, in publicum dicere impossibile.

Quid est Deus? Audi Arnobium lib. 1. Contra Gentes eum inuocantem: O maxime, O summe rerum inuisibilium procreator, o ipse inuisus, & nullis vmq; comprehense naturis: dignus, dignus es vere (si modo te dignum mortali dicendum est ore) cui spirans omnis intelligentiæ natura, & habere & agere nunquam desinat gratias: cui tota conueniat vita genu nixo procumbere & continuatis precibus supplicare: Prima enim tu causa es, locus rerum ac spatium, fundamentum cunctarum quacumque sunt, infinitus, ingeni-

tus, immortalis, perpetuus, solus, quem nulla delinens forma corporalis, nulla determinat circumscripcio, qualitatis expressæ ac quantitaris, sine finis, motus & habitus, de quo nihil dici & exprimi mortalium potest significatione verborum: qui ut intelligaris, tacendum est, atque ut per vmbra te possit errans inuestigare suspicio, nihil est omnino mutiendum.

DICIT EI MULIER: SCIO QVIA MESSIAS VENIT (QUI DICITVR CHRISTVS) CVM ERGO VENERIT ILLE, NOBIS ANNUNCIABIT OMNIA]

Venit græcè ἦρχος, in presenti, id est, aduentat, vicinus est, mox aderit Messias, qui omnia religionis dubia nobis resoluet, docebitque vbi, quando, & quomodo Deus adorandus & colendus sit. Sciebat hoc mulier ex communi sermone & fama: iam enim translatum erat sceptum à Iudæa ad Herodem; vnde ex vaticinio Iacobi, Genes. 49. & ex 70. hebdomadis Danielis iam impletis, omnes sciebant instare tempus aduentus Messie, idque communi omnium sermone vulgabatur. Vnde Iudæi putabant Ioannem Baptistam esse Messiam, ipse verò asserbat Iesum esse Messiam: quare ex Baptistæ assertionem spargebatur rumor, iam venisse Messiam.

QUI DICITVR CHRISTVS] Verba sunt non mulieris, utpote Hebrææ, & loquentis hebraicè dumtaxat, sed Ioannis Euangelistæ Hebræum nomen interpretantis, q. d. Messias hebr. idem est quòd græcè ἠρχος, latine vnctus.

DICIT EI IESVS: EGO SUM, QUI LOQVOR TIBI] q. d. Ego sum Messias, id est Christus, mihi ergo fidem adhibe, & in me crede, meamque doctrinam & legem capeffe, ut salueris & beeris. Dixit hoc Christus voce tum externâ, tum magis internâ, mentem mulieris illuminans, & voluntatem in sui amorem & reuerentiam accendens; vnde illic credidit mulier, & totam urbem ad credendum excitauit.

ET CONTINVO VENERVNT DISCIPVLI EIVS ET MIRABANTVR QVIA (QUOD) CVM MULIERE LOQVEBATVR. NEMO TAMEN DIXIT, QV ID QUÆRIS, AVT QV ID LOQVERIS CVM EA ?]

Origenes, S. Cyrollus, S. Chryost. Theophyl. & Euthymius opinantur discipulos fuisse miratos humilitatem Christi, quòd dignaretur eum muliere alienigena & paupere loqui. Verum sic addidisset, illa, vel tali, dixissetque: Quid cum muliere tali loqueretur: quare melius S. Cyprianus tractat. de Singular. Cleric. & alij respondent, insolitum fuisse Christo seorsim loqui cum muliere, idque hoc sine, ut castitatis & honestatis omnibus fidelibus, sed maxime clericis, sacerdotibus, prædicatoribus & Religiosis daret exemplum. Nam rectè ait Sapiens: De vestimento procedit vinea, & à muliere iniquus viri, Eccli. 42. v. 13. Et cap. 25. 33. A muliere factum est initium peccati, & per illam omnes morimur. Vide ibi dicta. Hinc Eliseus, & omnes Sancti tantoperè fugerunt consortia mulierum, ideoque communis fuit ille omnium sensus, feminas paruo fructu, sed magno periculo adiri, periculo, inquam, pudicitia: propriæ, vel illarum, quæ sepe vultus virorum tacite delibant & depascuntur; vel certè periculo famæ. A consortio enim feminarum vel flamma procedit, vel fumus: atque licet spirituales subinde videantur & sint, ac spiritalia colloquia misceant; tamen naturali concupiscentia occultè instigante, & dæmone inflammante, facile spiritus

VERS. 25.

VERS. 26.

VERS. 27.

Mirantur discipuli quòd Christus cum muliere loquatur.

in

in carnem & carnalia de-generat, idque sensum si-
ne sensu colloquentium.

Dices: Ergone negligendæ erunt mulieres?
R. s. p. Nequaquam, sed in publicâ concione vel
catecheli doceantur: si ægrorent, aut alia de cau-
sa eas adire sacerdotem oporteat, id fiat loco pu-
blico & parenti, vti Christus hic fecit, ac cum re-
ste, quem semper adhibere solebat S. Carolus
Borromæus. Ita S. Cyprian. loco citato.

NEMO TAMEN DIXIT, Quid QUÆRIS? Quia
magistrum & timebatur & reuerentur plurimum, ait
S. Chrysoſtomus.

VERS. 28. RELIQUIT ERGO HYDRIAM SVAM (quâ
haustura erat aquam ex puico) MULIER, ET AB-
IIT IN CIVITATEM (Sichar, siue Sichem) ET DI-
CIT ILLIS HOMINIBVS] incolis Sichem. *Audio,*
ait S. Augustinus, Ego sum, qui loquor tecum, & rece-
pto in cor Christo Domino, quid faceret, nisi iam hydriam
dimitteret, & evangelizare curaret? Sciebat enim Ie-
sum esse Prophetam & virum magnum, ex eo
quodd sibi secreta reuelasset: illi ergo se asserenti
esse Messiam credidit, sciens illum esse virum fi-
de dignum, qui falli, vel fallere non posset; quare
relicta hydriâ ad puteum, illico cucurrit in urbem,
timens, ne si moram faceret, Iesus abiret, ac ciues
suos ad Iesum pro Messia cognoscendum colen-
dumque excitauit. Vnde S. Chrysoſtomus: *Adid,*
inquit, *audito Iesu mensa est, ut relicta hydriâ & a-
quâ cuius gratiâ ed concesserat, in ciuitatem properaret,*
& ad Christum vniuersum populum traheret. *Venerat
haurienda aque gratiâ, & cum verum fontem inue-
nisset, contempsit alterum, & supernâ veniente gratiâ
Apostolico munere fungitur.*

Hic enim est spiritus Christi, vt à se conuersis
zelum alios conuertendi iniiciat, vt tanti boni,
quod ipsi in se sentiunt, alios faciant participes.
Eleganter & piè S. Ambros. ser. 30. *Nona,* inquit,
admiratiouis genere, mulier, que ad puteum Samaritæ,
meretrice aduenerat, à Christi fonte casta regreditur, &
que aquam petere venerat, pudicitiam reportauit. *Stati-
tim etiâ indicante Domino sua peccata recognoscens co-
fiteatur, Christum annunciat Saluatorem, & relinquens
aque vasculum ad ciuitatem non fert hydriam, sed re-
fert gratiam. Vacua quidem videtur reuerti onere, sed
plena reuertitur sanctitate. Plena, inquit, redit, quia pec-
catrix aduenerat, reuertitur præduatrix: & que hydria
vasculum amiserat, Christi plenitudinem reportabat: in
nullo ciuitati suæ inferens detrimentum: etenim si aquam
ciuibus non intulit, amen fontem salutis inuenit.*

VERS. 29. VENITE, ET VIDETE HOMINEM, QUI DIXIT
MIHI OMNIA QUÆCUMQUE FECI: NUMQUID
IPSE EST CHRISTVS? Miraculi, inquit Cyrillus,
narratione propositâ, præparauit audiuores ad fidem:
quia licet, vt ait S. Chrysoſt. non omnem uitâ suam
acceperat à Christo, ex his tamen que dixerat, & cete-
ra credidit. Theophyl. *Accensa diuino igne, ad nihil
eorum que in terra sunt, respicit, non ad confusionem, nõ
ad ignominiam, aut aliud quippiam, non veretur secre-
ta sua pandere.*

NUMQUID IPSE EST CHRISTVS?] *Hæsiando
loquitur tamquam addubians,* ait Euthymius, *vt
ab illis detur sententia:* ipsa enim non hæsitabat,
sed firmiter credebat Iesum esse Messiam. Vnde
S. Chrysoſtom. *animaduertite,* inquit, *immensam
mulieris sapientiam, neque affirmat Christum esse, ne-
que recusat: noluit se huius opinionis auctorem, sed suo
ipforum auditu inductis hoc ipsis persuaderi, quod lon-
ge futurum erat probabilius. Proculdubio enim intelli-*

gebat, modo fontem illum gustarent, eadem de eo, que
& ipsa, sensuros.

Hæc ergo Samaritana, per alloquium & gra-
tiam Christi, ex peccatrice facta est poenitens &
sancta, imò præco Christi, inſtar S. Magdalene.

Porrò ipsius nomen proprium fuit Photina,
quæ vt Sancta Martyrologio Romano ascripta,
legitur, die 20. Martij hisce verbis: *Eodem die San-
ctorum Photinæ Samaritanæ, Ioseph & Victoris filio-
rum, itemq; Sebastiani ducis, Antonij, Photij, Photidis,
Parascenes & Cyriacæ germanarum: qui omnes Chri-
stum confessi, martyrium sunt consecuti. Vbi Baro-
nius: Agunt de ea (Photina) Græci hæc die in Memo-
logio, seruntque eandem fuisse Samaritanam, de qua
Ioannes Euangel. cap. 4. In vet. Martyrol. Casimerij de
eadem agitur, eandemque fuisse affirmatur. Quare
planè verum est Christum illum hoc collo-
quio conuertisse. Hoc enim ipse intendebat: vnde
& ipsa credidit ipsum esse Messiam, id est,
Saluatorem, & petit implicitè eius gratiam à
Christo propositam, dicens: Domine da mihi hanc
aquam: ac Christus eam compunxit, exterius, di-
cens: Nunc quem habes, non est tuus vir; multo ma-
gis interius: vnde & ipsa fatetur culpam, aitque:
Domine ut video, Propheta es tuus: ac planè videtur tuc
Christo mentem eius mouente elicuisse actum
poenitentis & contritionis, per quem fuit iustifi-
cata. Hinc & Christi amore incensa, ciues, suos
aduocauit, vt messiam verum agnoscerent, quem
ipsa iam agnouerat. Quare caput huius Samarita-
næ religiosè Romæ asseruatur, in basilica S.
Pauli, vbi inter alias Sanctorum reliquias illud
mihi ostensum fuit.*

Porrò Franc. Biarius in Cōmentario Chro-
nici L. Dextri, ad annum Christi 60. pag. 117. ex
actis Martyrum Italicensium, quæ Ieremias Pa-
triarcha Constant. anno Christi 1580. è Græco
in Latium transtulit, narrat Samaritanam hanc,
apud Carthagem in Africa, prædicasse Euan-
gelium Christi, ideoque cum duobus filijs, Vi-
ctore & Iosepho, ac quinque fororibus, Anato-
lia, Photi, Photide, Parascene & Cyriacæ, ac
cum Sebastiano dūce, à Victore ad Christum
conuerso, sub Nerone illustre obijſſe martyriū.
Nam primò in carcerem terterrimum detructi, in-
de in ardentem cilibanum totis tribus diebus mis-
si, à quo indemnes extracti, semel & iterum ve-
neno potari fuère: plumbo etiam & resina in li-
quorem redactis, in ore Photinæ & in auribus
ceterorum, sine detrimento suscepti, sapius bo-
uinis neruis caſi, peſtinibus quoque ferreis à
capite in sublime suspensi, excarnificati, atque
facibus ignitis ad Martyrium latera applicatis
exusti; oculis demum eruti, iterum in carcerem
venenosis animalibus sciantem reducti, quò
tandem sine cibo & medicamine miserabiliter
interirent: sed cum illuc Christi Ince ac visio-
ne perfunderentur, in pristinam sanitatem re-
ducti, & oculorum beneficio restituti, ac mira-
culoso cibo, tribus mensibus ac diebus totidem
refocillati, rursus ad nouum adducti certa-
men, denuò flagris sæuissimè laniati, ad vltimum
pelle detracta, frustratim caſi, & capite amputa-
to illustriſſimam martyrij palmam perceperunt:
vnâ demptâ Photinâ, quæ in veterem cister-
nam immissâ, indeq; detractâ, flexis genibus im-
pollutum Deo spiritum reddidit 20. die Martij,
quâ tum à Latinis, tum à Græcis eius memoria
anni-

Samaritana
nomen fuit
Photina.

Prædicauit
Euangelium
in Africa.

anniuersaria celebrare colitur. Hæc Biarius ex
actis ab Ieremia traductis & acceptis, penes
quos eorū sit fides. Illis enim in martyrio Sama-
ritanæ & filiorū, adſtipulatur Menologiu Græ-
corū, ad diem 20. Martij, quod sic habet: *Eodem
die certamen S. Martyris Photinæ Samaritanæ, cū quâ
Christus locutus est & Ioseph, & Victoris filiorum, nec
non Sebastiani Ducis, Anatholy, Photij, Photidis, Parascenes
& Cyriacæ germanarum fororum, qui omnes Chri-
sti fidem confessi, martyrij palmam consecuti sunt. Vi-
detur ergo Samaritana hæc suos filios, item fra-
tres ac foiores ad Christum conuertisse, ac cum
ijs martyrij palmam accepisse.*

VERS. 30. EXIERVNT ERGO DE CIVITATE, ET VE-
NIBANT AD EVM] eiusque sapientiâ & san-
ctitate ex verbis & moribus eius perspectâ, in
eum vt Messiam crediderunt, vt patet ex vers. 42.
Dutrites Iudeorum, ait Cyrillus, à Samaritana faci-
litate arguitur: quia Samaritani ex vno Christi al-
loquio, ad eum conuersi sunt: iudæi verò post
trienalem Christi prædicationem, ac tot tanta-
que miracula ab eo patrata, in eum credere no-
luerunt.

VERS. 31. INTEREA ROGABANT EVM DISCIPVLI,
DICIENTES: RABBI, MANDUCA] *Hoc,* ait S.
Chrysoſt. non improbitate quadam, sed amore & stu-
dio in magistrum dicebant, cum itinere & estu fatiga-
tum viderent. Simul ipsi sibi consulebant: ipsi e-
nim elurientes & fessi optabant manducare, sed
non audebant id facere, nisi Christo incipienti,
& prius mensæ de more benedicerent. Porro
Iesus solebat, ait Theophyl. *ab alijs oblatos cibos sus-
cipere, qui dat escam omni carni, ut desideres merita
sua consequerentur, & ne quis erubescat paupertatem,
neq; grane putes ab alijs murire proprium enim & ne-
cessarium doctoribus, alios habere procuratores ciborum,
vt ipsi de nullo curantes verbis ministracionem procurent
sollicitè.*

VERS. 32. ILLE AVTEM DIXIT EIS: EGO CIBVM HA-
BEO MANDUCARE, QUÆM VOS NESCITIS]
q. d. Ego elurio conuersionem Samaritanorum,
quam iam per mulierem procuro: quare illa e-
suriens spiritalis omnem corporalis cibi eluriam,
si non tollit, certè minuit & supprimit vt inte-
rim fessi & famelici comedite quantum lubet.
Oculinus, ait Cyrillus, *significat, quod si discipuli scirent
de Samaritanorum conuersione iam agi, de illo cibo ma-
gis cogitarent, quam de corporali consulerent. Ex mox:
Nam quoniam orbis futuri etiam magistri, exemplo suo
eos docet, multò maiorem salutis hominum, quam pro-
prij corporis curam esse habendam.*

VERS. 33. DICEBANT ERGO DISCIPVLI AD INVI-
CEM: NUMQUID ALIQUIS ATTVLIT EI
MANDUCARE?] Non intellexerunt Apostoli
Christum loqui de cibo spiritali, putâ de conuer-
sione Samaritanorum: vnde rogant, quis ei ci-
bum corporalem attulerit, de quo ipse dicit: *Ego
cibum habeo manducare, quem vos nescitis. Quocirca
S. Augustinus: Quid mirum, inquit, si mulier illa
non intelligebat aquam, ecce discipuli non intelligunt
escam.*

VERS. 34. DIXIT EIS IESVS, MEVS CIBVS EST, VT
FACIAM VOLVNTATEM EIVS, QUI MISIT ME,
VT PERFICIAM OPVS EIVS] Nota Christus
hic opus prædicationis & redemptionis homi-
num, sibi à Patre iniunctum, vocat suum, id est,
sibi proprium, sibi que suauissimum cibum, quia
illo, velut cibo delicatissimo pascitur & dele-

ctabatur. Ita Euthymius: *Voluntas Patris, qui ipsum
miserat, inquit, & opus illius Christo iniunctum, salua
est hominum: iuxta illud: Opus consummavi quod de-
disti mihi ut faciam. Ioan. 17. vers. 4. Causam dat
Theophyl. quia salutem hominum tanto desiderio
auerebat, quanto nullus nostrum sensibilem cibum. Et
Chrysoſt. Hominum salutem hoc in loco cibum appel-
lat, vt quam salutis nostre cura & desiderio tenetur
ostendat.*

Tropologie à Christo discat Christiani, præ-
sertim prædicatores, virique Apostolici, quòd eor-
um cibus spiritalis debeat esse obedientia & ze-
lus animarum: quia Primò, vt æque animæ vitam
sustentat: Secundò, vt æque mentis vires instar ci-
bi vegetat & roborat: Tertio, quia, sicut cibus fa-
cit pueros crescere in virū perfectum, sic hæc duæ
virtutes faciunt nos crescere in virilem ætatem
spiritus & virtutis, quòd non erat in Christo: nec
enim Christus villo actu proficere & crescere po-
terat in gratia, sanctitate & perfectione: illa enim
ipse plenus & perfectus erat à primo instanti cõ-
ceptionis & incarnationis suæ.

NONNE VOS DICITIS QUOD ADHVC QUATVOR
MENSES SVNT, ET MESSIS VENIT? ECCE DICO VO-
BIS: LEVATE OCVLOS VESTROS, ET VIDETE RE-
GIONES, QVIA ALBÆ SVNT IAM AD MESSEM] A
metaphora cibi transit ad allegoriam messis, & qua
fit cibus & panis.

NONNE VOS DICITIS] id est crebro dicere so-
letis, & nunc re ipsa dicitis. Vnde videtur quòd A-
postoli transeuntes per campos & segetes Sichi-
morum, de messe futura vti facere solet homines,
inter se colloqui fuerint, inde Christus sumpsit
ocasionem loquendi de messe spiritali, id est, cõ-
uersione Samaritanorum. q. d. Cum messis cor-
porea vos tangit; sed multò magis tangere vos
debet cura messis spiritalis, vt me in conuertendis
Samaritanis adiuuetis.

ADHVC QUATVOR MENSES SVNT, ET MES-
SIS VENIT] Maldonatus putat esse prouerbium,
significans adhuc fat temporis esse, vt de re ali-
qua, v. g. de messe corporea, cogitur: at id in
messe spiritali dici non posse; cum enim illa iam
sit matura, illico illam à Christo & Apostolis de-
metendam esse: cenſet enim Maldonatus hæc di-
cta esse à Christo in fine Martij, sub instans Pas-
cha, de quo c. seq. v. 1. eum in Iudæa messis est vi-
cina, non longinqua.

Meliùs S. Augustinus & alij, hæc ad litte-
ram, vt sonant, accipiunt: quare hæc dicta vi-
dentur à Christo in Ianuario, post octo menses,
quibus Christus in Iudæa prædicat: nam post
quatuor menses, putâ in Maio, in Iudæa matu-
ræ sunt segetes, fitque messis: vnde in Penteco-
ste, quæ incidebat in Maium, ex noua messe of-
ferebant Deo panes primitiarum. Vide Chro-
notaxim num. 15. *Vos* ait S. Augustinus, *quatuor
menses computatis usque ad messem; ego vobis aliam
messem albam & paratâ ostendo. Vnde subdit Chri-
stus: Ego dico vobis, leuate oculos vestros, & videte re-
giones, quia albæ sunt iam ad messem. in messe enim
segetes priùs virides, albescunt & flouescunt. Re-
giones albas ad messem vocat urbem Sichem, loca-
que vicina Samaritanorum, qui à muliere exci-
ti, turmatim conſuebant ad Christum. q. d. Vi-
deris agros hosce non tritico, sed turba popu-
li ad me conſuentis refertos, qui paratus est
meam doctrinâ excipere, in Ecclesiâ admitti, ac
chri-*

Cibus viri
Apostolici.

VERS. 35.

Quo mens
messis fitbas
in Iudæa.

Regiones ad
mesem vocat
urbem Sichem
locum.

christianissimo iuicari: huic ergo messi, ne percat, demetenda mecum, o Apostoli, insitite, & strenue collaborate. Longe putat ad quatuor menses, abest messis tritici, at instat, & propere est messis animarum: en iam parata est in hisce Samaritis: leuate oculos, & respicite campos Sitchimorum, e quibus turmatim omnes confluunt ad recipiendum me meumque Euangelium: hi ergo, quasi segetes spirituales, iam albescunt & murescunt: par igitur est, vt a me & vobis illico demetantur, & in horreum Dei colligantur. *Iam venientium Samaritanorum turbam videbant, ait Chrysof. quorum feruorem & promptissimam voluntatem albas regiones appellat. Sicut enim sicce flauentes messes indicant, & iam manus postulat, ut illi properabunt ad salutem, vt & docerentur, & crederent, & a Prophetis persuasi fructum redderent.* Et Theophyl. *Attollite, ait, oculos vestros, vel spirituales, vel sensibiles, & spectate multitudinem Samaritanorum, & animas eorum ad fidem alacres & proptas, quae quasi regiones albae, opus habent messoribus ad salutem preparatae.*

VERS. 36.

ET QUI METIT, MERCEDEM ACCIPIT, ET CONGREGAT FRUCTUM IN VITAM AETERNAM: VT ET QUI SEMINAT, SIMVL GAUDEAT, ET QUI METIT.] Inuitat Christus Apostolos ad laborandum secum in colligenda hac messe, spe mercedis aeternae, q. d. Qui metit triticeum, mercedem accipit, sed temporalem & breuem; qui vero metit mecum hanc messem spiritalem animarum, congregat eam in vitam aeternam: hanc enim messor & sibi & suae messi, id est, animabus a se conuersis acquirit, dum eas in caelum ad vitam aeternam, quasi in triumphum ducit. *Huius terrae messis fructus, ait Chrysof. ad aeternam non peruenit vitam, sed in hac fluxa & caduca consistit: ille autem perpetuo nos comitatur. Nisi (q. d. Vnde fiet, vnde consequetur: notat enim fructum huius messis communem fore satori & messori) & qui seminat, simul gaudet, & qui metit. Satores vocat Mosen & Prophetas, qui magno labore Iudaeis tradiderunt fidei semina, id est, prima principia, puta Deum esse vnum, summum amandum & colendum, venturum Messiam mundi saluatorem, ab illo expectandam salutem, &c. Messores sunt Christus & Apostoli, qui haec Prophetarum principia Euangelica doctrina perfecerunt, ac per fidem & gratiam Christi, Iudaeos & Samaritas sanctificauerunt, & in vitam aeternam induxerunt. Quare haec Samaritarum conuersio gaudium peperit non tantum Christo & Apostolis, sed & Mose ac Prophetis, eo quod sua semina non euauisse, sed ad fructum & messem per Christum perducta esse conspexerunt. Audi S. Chrysof. *Prophetas satores, non messorum amem, sed Apostoli, Atqui non propterea voluptate & fructu laborum priuantur, sed vobiscum gaudent.* Et S. Aug. *Si non Prophetas seminatores; vnde ad illam mulierem peruenit: Scio quia Messias venit: id ista mulier fructus maturus erat. Et inferius; Disparis temporis labores habuerunt, sed gaudium pariter perfruemur, mercedem simul**

Messores Apostoli.

A *accepturi sum vitam aeternam. Secus saepe fit in messe corporali, vbi messor gaudet, sator vero luget, quia sator messori seruit, aut messor satores suo semine & messe priuat.*

VERS. 37.

IN HOC ENIM EST VERBUM VERVM QVIA ALIVS EST QVI SEMINAT, ET ALIVS EST QVI METIT.] Verbum, id est proverbium, vulgo iactari solitum, quod in ore multorum est, ait Chrysof. q. d. Hoc proverbium: *Alius est qui seminat, & alius qui metit*, vulgo de satore & messore frumenti dictum, verus est in satoribus & messoribus animarum. Satores enim fuerunt Prophetae, messores vero estis vos, o Apostoli, qui, vt sequitur, facta a Prophetis fidei semina, per meam, doctrinam perficietis, & matura iam in horreum Ecclesiae colligietis. Vnde explicans subdit.

VERS. 38.

EGO MISI VOS METRE QUOD NON LABORASTIS (LABORIOSE NON SEMINASTIS) ALII LABORAVERT, ET VOS IN LABORES EORVM INTROISTIS.] Ego misi, id est, decreui & destinavi vos mittere: significatur actus inchoatus & destinatus, non perfectus, & consummatus. *Alii laboraverunt, q. d. Prophetae & legis doctores, similesque, magno docendi labore, rudes Iudaeorum animos primis cognitionis Dei, & virtutis pietatisque rudimentis, quasi seminibus imbuerunt, itaque eos ad messem Euangelicam, id est, ad iustitiam & sanctitatem christianismi preparauerunt. Vos vero o Apostoli, in labores eorum introistis, quia Iudaeorum animos iam ad me recipiendum preparados promptosque & cupidos facile ad me conuertetis. Ita Origen. S. Chryf. Theophyl. Euthymius, & alij.*

Porro dicit hoc Christus, vt exemplo Prophetarum laboriose seminantium, animet Apostolos ad euangelizandum, quod facilis erat & minoris laboris. *Ne ad predicandum dimissi, ait S. Chrysof. tanquam maximum onus subuenies perturbarentur, cogitantes quod Prophetae amplius laborassent, sicut laboriosus est satio, & maiori egebat sollicitudine semina spargere, & ad Dei cognitionem animam erudire: nam in metendo (quod erat Apostolorum) & proventus uber, & labor erat remissior. Simul Prophetarum voluntatem fuisse demonstrat, vt humanum genus ad Christum allicerent. Rursum: Nisi Iudaei parati fuissent per Prophetas, non audirent Apostolos, ait Glossa.*

VERS. 39.

EX CIVITATE AVTEM ILLA MULTI CREDIDERUNT IN EVM SAMARITANORVM, PROPTER VERBUM MYLIERIS TESTIMONIUM PERHIBENTIS: QVIA DIXIT MIHI OMNIA QVAE CVM QVIBUS FECI] quia, vt ait Chryf. *videbant eam, non ad gratiam, neque ut alteri glorificaretur, suam vitam manifestam facere. Cofitebatur ergo coram suis ciuibus, se cu viro non suo, vti dixerat Christus, in fornicatione vixisse, vt sua ignominia patefaceret Christi, quasi veri Prophetae ac Messiae, decus & gloriam.*

VERS. 40.

CVM VENISSENT ERGO AD ILLVM SAMARITANI, ROGAVERUNT EVM VT IBI MANERET.] Vt urbem ingressus salutarem eis doctrinam predicaret, ait Cyrillus, vtque perpetuo apud eos maneret & habitaret, ait Chryf. & Theophyl.

ET MANSIT IBI (IN VRBE SICHEM) DVOS DIES.] non plures, ne, si diutius apud Samaritas maneret, Iudaei calumniarentur eum non esse Messiam, vt pote qui Iudaeis, non Samaritis, erat promissus. Ita Ianiensis, Franc. Lucas & alij.

ET

VERS. 41.

ET MVLTIS PLVRES CREDIDERVNT IN EVM PROPTER SERMONEM EIVS] caelestem & diuinum, quibus alta de Deo mysteria promebat; item zelosum & efficacem: nam omnes amore Dei, oeculis gratiae suae facibus accendebat: quare in eius admirationem & venerationem rapti, crediderunt eum esse caelestem, qualem se profitebatur, scilicet Messiam mundi saluatorem.

VERS. 42.

ET MYLIERI DICEBANT: QVIA IAM NON PROPTER TVAM LOQVELAM CREDIMVS: IPSI ENIM AVDIVIMVS, ET SCIMVS QVIA HIC EST VERE SALVATOR MVNDI] pura Messias, vt addit Syrus, qui a Deo missus est ad salutem, non tantum Israelis, vt volebant Iudaei sed omnium gentium totius mundi: *mundi, inquam, peccato perditum, ait Chrysof. quod orbe perditum venerit hic, vt eum servaret. Merito ergo Chrysof. tantam, tamque subitam fidem Samaritarum admiratur, cum Iudaei ad credendum in Christum fuerint tardi, morosi & difficiles.*

VERS. 43.

POST DVOS AVTEM DIES EXIIT INDE, ET ABIIT IN GALILEAM] vii initio proposuerat: in Galileam, inquam, id est reliquas Galilaeae civitates ac vicos, ait Euthymius, *relictam Nazareth, patria sua, vt ait Matth. cap. 4. 13. Vide dicta superius v. 3.*

VERS. 44.

IPSE ENIM IESVS TESTIMONIUM PERHIBUIT, QVIA (QUOD) PROPHETA IN SVA PATRIA HONOREM NON HABET] *to enim dat causam, cur Iesus relictam Nazareth patriam suam, in ceteram Galileam ad se non pertinentem, quia scilicet Nazarethani eum, quasi suum suum & fabri filium, contemnebant, Matth. 13. 57. Ita Ianiensis, Tolerus & alij.*

VERS. 45.

CVM ERGO VENISSET IN GALILEAM, EXCEPERVNT EVM GALILAEI, CVM OMNIA VIDISSENT QVAE FECERAT HIEROSOLYMIS IN DIE FESTO: ET IPSI ENIM VENERANT AD DIEM FESTVM] Paschae, iuxta legis decretum. Vide c. 2. v. 13. *cum omnia miracula vidissent, praesertim, quod ipse solus omnes ementes & vendentes eiecisset e templo, aliaque plura signa edidisset, vt ait Ioan. c. 2. v. 14. & 23. & c. 3. v. 2.*

VERS. 46.

VENIT ERGO ITERVM IN CANA GALILEAE, VBI FECIT AQVAM VINVM (VT FIDEM, quae ex factis prius miraculis accesserat, sua praesentia confirmaret, ait Euthymius.) ET ERAT QVIDAM REGVLVS, CVIVS FILIVS INFIRMABATVR CAPHARNAV] *Regulus, id est, nobilis aliquis potens aut princeps. Videtur interpres in Graeco legisse βασιλικός, id est regulus, siue parvus rex; iam legunt βασιλικός, id est regius, puta Herodis Antipae regis consiliarius, aut publicus minister, praefectus vel anlicus, & amicus intimus. Syrus, servus regius; Chrysof. tomys, quod de regio Corneli in Ioannem.*

Quis iste regulus.

V *esse genere, aut alia principatus dignitate fungeretur; Nonnus, vir regius regens exercitum. Origen. Erat hic, ait, forte de familia Tiberij Caesaris, exercens pro eo aliquod officium in Iudaea. S. Hieron. in cap. 65. Haec interpretatur, regius, siue palatinus.*

CAPHARNAV] in vrbe quae dicebatur Capharnaum, quod nomen nofter Interpret quasi peregrinum & indeclinabile vsurpat. Syrus refert ad *to regulus* alij certius ad *to filius*: filius enim reguli decumbebat ager Capharnaum; sed verisimile est eum ibi decubuisse, eo quod pater, puta regulus, ibidem habitaret, atque inde audiens Iesum tot agros sanantem, e Iudaea venisse in Cana Galilaeae, eo abiit, vt a Iesu filij sanitatem postularer, vt patet v. sequ. Regulus hic videtur fuisse Iudaeus (non Gentilis, vt opinatur S. Hieron. & Origen.) tum quia parva erat fidei: tum quia vt talis a Christo increpatur, cum Gentiles magis solerent esse faciles ad credendum in Christum, ideoque ab eo laudari, vt patet in Centurione & Chananaea. Ita Maldon. Ianiensis & alij.

Quidam putant regulum hunc esse centurionem; de quo Matth. cap. 8. ita Irenaeus libr. 2. cap. 39. Sed hi duo diuerfi sunt. Centurio enim Christum ad se volentem ire, rogat vt maneat hic verò regulus orat vt Christus ad filium agrum veniat: ille ad Iesum descendentem de monte in Capharnaum venit, hic ad Iesum venientem in Cana: illius puer paralyti, huius febrili laborabat: illum Christus descendens & penè praesens, hunc absens curavit: ille erat servus, hic filius. Ita S. Chrysof. Theophyl. Euthymius & alij.

An hic regulus idem cum centurione.

HIC CVM AVDISSET QVIA (QUOD) IESVS ADVENIRET A IVDAEA IN GALILEAM, ABIIT AD EVM, ET ROGABAT EVM, VT DESCENDERET, ET SANARET FILIVM EIVS: INCIPIEBAT ENIM MORI] q. d. Regulus audita Christi fama, quod quolibet agros sanaret, ex vrbe Capharnaum profectus est in Cana Galilaeae, ad Iesum ibi degentem, rogans vt secum ex Cana pergeret Capharnaum, ad sanandum suum filium, quod erat iter 14. leucarum siue horarum, ideoque longum & difficile. Quare minus in Iesum credidit, ait S. Gregorius hom. 28. quem putavit non posse salutem dare, nisi praesentem corpore.

VERS. 47.

DIXIT ERGO IESVS AD EVM: NISI SIGNA ET PRODIGIA VIDERITIS, NON CREDITIS.] Signa & prodigia idem ferè significant; proprie tamen signa sunt quae fiunt in re naturali, & per naturam, sed lente operantem, cum Christus in momento, ideoque per miraculum idipsum praefaret; tale est infirmos sanare: prodigia vero sunt, quae omnem naturam vim superant, vti est mortuos suscitare. Hinc S. August. *Prodigium, ait, vocatur, quod porro dicat, & futurum aliquod portendat, q. d. porro prodigium, quod futura praedicat, ait Festus.*

VERS. 48.

Arguit Christus reguli parvam fidem, vt in *Cum Christea crecat, illamque acuat & adageat, q. d. Tu cum tuis quaedam mea signa & prodigia audisti, nec tamen adhuc credis me esse Messiam, nisi plurima alia faciam, illaque tu ipse videas, & oculis tuis conspicias. Snauder, ait Chrysof. non signa nobis, sed doctrinam ipsius attendendam. Et nonnullis*

Cum Christus regulus huius fidem arguerit.

D d

nullis

nullis interiectis: *Ostendit signa maxime animæ gratia fieri; neque minus hoc loco patrem animi morbo laborantem, quam filium curat, imò prius curat infidelitatem, vel fidei imperfectiorem in patre, deinde febrem in filio: huic enim obstabat patris pro filio obsecrans imperfecta fides. Licet enim crediderit, ait Chrysostr. non tamen firmis neque integre. Et Theophyl. Accessit, ait, ex fide, sed frigida & imperfecta, quam neque quis fidem rectè vocauerit. Vnde Glossa: Per reguli duritiam, ait, significatur duritia Iudæorum, qui nec visis miraculis credunt: contra per Samaritanam significatur fides Gentium, quæ solo verbo creditur.*

VERS. 49. Dicit ad eum regulus: DOMINE, DESCENDE PRIUS QUAM MORIATUR FILIUS MEVS] Græcè, *πρὸς τὸν πατέρα*, id est puerulus meus, scilicet mihi dilectissimus, vnicæque meæ deliciae. *Regulus*, ait Chrysostr. *filij dolore affectus, non multum tunc Iesu verbis attendit, sed in solius filij cura versabatur, &c. Audi quantum adhuc humi trahatur. Descende*, inquit, *priusquam moriatur filius meus, ac si mortuum suscitare non potuisset, & nesciret ut se puer haberet.*

VERS. 50. DIXIT EI IESVS: VADE (redi Capharnaum, non est opus ut ego tecum vadam: absens enim curabo, & de facto curo dicendo) FILIUS TVVS VIVIT] id est, sanus est, liberatus à morbo & morte. *Hoc unum idemq; dictum, ait Rupertus, & vera de presentibus propheta, & imperij vis est. Fuit enim hic Christi sermo non tantum enunciatus, sed & practicus: re ipsa enim operabatur, & efficiebat id quod enunciabat, scilicet vitam & sanitatem infirmi; sicut in Eucharistia consecratione, hæc verba, Hoc est corpus meum, ita enunciant in ea esse corpus Christi, ut simul illud conficiant, ibique præsens stant.*

Porrò Christus iuit ad puerum centurionis, Matth. 8. ad reguli verò filium hic ire noluit, Primò, quia in centurione erat fides confirmata, ait S. Chrysostr. in regulo verò imperfecta. Secundò, quia, ut ait S. Gregor. hom. 28. *Dominus qui rogatur ut vadat, quia nō desit ubi iuuatur, indicat solo in situ salutē reddidit, qui voluntate omnia creauit.*

CREDIDIT HOMO SERMONI, QUVM DIXIT EI IESVS, ET IBAT] Dnos, ait Cyrillus, *istis verbis Saluator curauit: nam & animam reguli ad fidem induxit: & à corporis morbo adolescentem eripuit; ac pater credendo Christo, sanandoque morbum animæ, sua fide quasi meruit filium sanari in corpore.*

VERS. 51. IAM AUTEM EO DESCENDENTE, SERVI OCCURRERUNT EI, ET NVNCIAVERUNT DICENTES QVIA (quod) FILIUS EIVS VIVERET] sanus & incolumis, ac quasi à morte instante sulcatus ad vitam. *Servi occurrerunt*, ait Cyrillus, *velocitatem & vim verborum Christi annunciantes, Domino sic dispensante, ut ab euentu rerum reguli fides confirmaretur.*

VERS. 52. INTERROGABAT ERGO HORAM AB EIS, IN QVA MELIUS HABVERIT. ET DIXERUNT EI: QVIA HERI HORA SEPTIMA RELIQUIT EVM FEBRIS] *Certior fieri de hora studet, inquit Cyrillus, ut videat si temporibus congruit, in quo à Saluatore sibi gratia fuit concessa.*

HERI HORA SEPTIMA] scilicet ab ortu solis, hoc est, hora prima post meridiem: illa ergo hora sanato filio, illicò serui se in iter dederunt, ut patri sanitatem filij, aq̄eò desideratam, nun-

ciarent: sed eodem die ad ipsum peruenire non potuerunt, quare reliquo diei tempore, & per noctem sequentem ambulantes, postero mane ad eum peruenerunt. Distabat enim Capharnaum à Cana Galilææ 14. horis siue leucis, ut dixi.

VERS. 53. COGNOUIT ERGO PATER, QVIA ILLA HORA ERAT, IN QVA DIXIT EI IESVS: FILIUS TVVS VIVIT: ET CREDIDIT IPSE, ET DOMVS EIVS TOTA] Ex eadem enim hora collegit filium, non naturæ vi, sed supernaturali Christi iussu, virtute verboque ac nutu sanatum. Reliquerat enim eum moribundum, & agentem animam, ac iam à seruis audit, eum subito pristinæ sanitati restitutum, illa hora, qua dixerat Christus, *Filius tuus vivit. Vnde ex tam evidenti miraculo, creditur Christum esse Deum omnipotentem, qui vitæ & mortis haberet imperium, ac esse Messiam, & saluatorem mundi. Vnde datur intelligi, ait Beda in Catena, & in fide gradus esse, sicut & in alijs virtutibus, quibus est initium, incrementum & perfectio. Huius ergo fides inuium habuit, cum filij salutem petijt, incrementum, cum credidit sermoni Domini dicenti: Filius tuus vivit; deinde perfectionem, obtinuit nuntiandis seruis.*

Porrò quia regulus hic habitauit Capharnai, æquè ac centurio, de quo Matth. 8. non dubium est vnum alteri fuisse familiarem, ac centurionem ex hoc miraculo præuio (posterior enim fuit eius serui sanatio facta à Christo) tantam in Christum fidem concepisse, ut diceret: *Domine non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus, Matth. 8. 8.*

C Tropologicè, rex, siue regulus, est mens cuiusque hominis; filius æger est voluntas ad bonum infirma; serui sunt sensus & membra; febris calida, est cupiditas, & amor terrenorum; febris frigida, est timor eorumdem, uti per nouem vtriusque analogias ostendi Matth. 8. v. 14. Hæc sanat Christus; ille ergo adeundus & inuocandus est, ut regnum menti integrum restituat, illumque ex regulo regem efficiat. Vide Salmeronem tom. 6. tractat. 9. in fine, ubi inter alia ait: *Regulus est mens, siue intellectus, non solum quia cognatus Deo est, Regi regum omnium, quemadmodum Paulus ex Poëta quodam dixit: Ipsius enim & genus sumus; sed etiam quia in hoc mundo cum dominium habeat in vniuersas creaturas, quæ ad se ordinem habent, prorsus Dei est, respectu cuius regulus est, & non rex, ac regnum animæ & corporis haber, & sensus quidem & membra dominio despotico regit, appetitum verò concupiscentis & irascens animæ dominio politico. Habet etiam insignia regalia, nempe coronam prudentiæ, sceptrum iustitiæ, purpuram fortitudinis, & fibulam auream temperantiæ, de qua Poëta describens reginam, dicebat:*

Aurea purpuream nectebat fibula vestem.
Audi Theophyl. *Regulus est omnis homo, non solum quia regi vniuersorum propinquus secundum animam, sed quia super omnia principatum sumpsit; eius filius, mens febricitans voluptatibus prauis & desiderijs; descensus Christi, condescensus misericordiae: dicit autem: Vade, id est, profectum continuum circa bonum ostende, & tunc filius viues, alioquin morietur, si ambulare cessaueris.*

Denique hora septima sanatus est: Primò, quia,

quia, ut ait Origenes, septenarius symbolum est sabbathi & quietis, in qua sanitas. Secundò, quia idem figura est sancti Spiritus septiformis, in quo est omnis salus. Tertio, quia, ut ait Alcuinus, per septiformem spiritum est remissio peccatorum. Septenarius enim in tria & quatuor diuisus, significat sanctam Trinitatem in quatuor mundi partibus dominantem.

VERS. 54. Hoc iterum (Arabicus, etiam) secundum signum fecit Iesus, cum venisset a Iudæa in Galilæam.] *Id iterum, iunge cum id venisset, q. d. Hoc secundum miraculum fuit, quod fecit Christus in Cana Galilææ, cum iterum, id est secundò, à Iudæa venisset*

A in Galilæam: primum enim fuit conuersio aque in vinum, cap. 2. 1. & sequi. quod fecit Christus, cum primò à Iudæa venit in Galilæam; bis ergo venit à Iudæa in Galilæam; & vtrumque suum eò aduentum nouo miraculo illustrauit. *Secundum dixit*, ait Euthym. *non quod post primum, nullum aliud ediderit in tota Palestina (nam in Iudæa multa iam ediderat) sed quod post primum, hoc secundum in Cana sit factum. Dicit hoc Ioannes, ut indicet copiam miraculorum, à Christo in Galilæa deinceps patratorum, quam narrat Matth. cap. 4. vers. 23. & sequent. post hoc secundum à Ioanne hic recensitum contigisse;*

CAPVT QVINTVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Christus Primò, ad Probaticam piscinam sanat egrum per 38. annos. Secundò, v. 16. Iudæis calumniantibus, quod eum die sabbati sanasset, respondet se omnia sua simul cum Patre operari q. d. se Patris auctoritate, imò ope & robore, sabbato egrum sanasse. Tertio, v. 20. asserit se cum Patre mortuos viuificare, & à Patre constitutum esse iudicem omnium. Quarto, v. 33. tribus testimonijs probat se esse Messiam: Primò, testimonio Ioannis Baptistæ; Secundo, testimonio priorum operum & miraculorum; Tertio, testimonio Moysi

1. **P**ost hæc erat festus dies Iudæorum, & ascendit Iesus Hierosolymam. 2. Est autem Hierosolymis Probatica piscina, quæ cognominatur Hebraicè Bethesda, quinque porticus habens. 3. In his iacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum expectantium aquæ motum. 4. Angelus autem Domini descendebat secundum tempus in piscinam: & mouebatur aqua. Et qui prior descendebat in piscinam post motionem aquæ, sanus fiebat à quacumque detinebatur infirmitate. 5. Erat autem quidam homo ibi triginta & octo annos habens in infirmitate sua. 6. Hunc cum vidisset Iesus iacentem, & cognouisset quia iam multum tempus haberet, dicit ei: Vis sanus fieri? 7. Respondit ei languidus; Domine hominem non habeo, ut, cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam: dum venio enim ego, alius ante me descendit. 8. Dicit ei Iesus: Surge, tolle grabatum tuum, & ambula. 9. Et statim sanus factus est homo ille: & sustulit grabatum suum, & ambulabat. Erat autem sabbatum in die illo. 10. Dicebant ergo Iudæi, illi, qui sanatus fuerat: Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum. 11. Respondit eis: Qui me sanum fecit, ille mihi dixit: Tolle grabatum tuum, & ambula. 12. Interrogauerunt ergo eum: Quis est ille homo, qui dixit tibi, Tolle grabatum tuum, & ambula? 13. Is autem, qui sanus fuerat effectus, nesciebat quis esset. Iesus enim declinavit à turba constituta in loco. 14. Postea inuenit eum Iesus in templo, & dixit illi: Ecce sanus factus es: iam noli peccare: ne deterius tibi aliquid contingat. 15. Abijt ille homo, & nunciauit Iudæis quia Iesus esset, qui fecit eum sanum. 16. Propterea persequiebantur Iudæi Iesum, quia hæc faciebat in sabbato. 17. Iesus autem respondit eis: Pater meus vsque modò operatur, & ego operor. 18. Propterea ergo magis quærebant eum Iudæi interficere: quia non solum soluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo. Respondit itaque Iesus, & dixit eis: 19. Amen, amen, dico vobis: non potest Filius à se facere quidquam, nisi quod viderit Patrem facientem: quæcumque enim ille fecerit, hæc & Filius similiter facit. 20. Pater enim diligit Filium, & omnia demonstrat ei, quæ ipse facit: & maiora his demonstrabit ei opera, ut vos miremini. 21. Sicut enim Pater suscitatur mortuos, & viuificat, sic & Filius, quos vult viuificat. 22. Neque enim Pater iudicat quemquam: sed omne iudicium dedit Filio. 23. Ut omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem: qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem qui misit illum. 24. Amen, amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, & credit ei, qui misit me, habet vitam æternam, & in iudicium non venit, sed transijt à morte in vitam. 25. Amen, amen dico vobis
Cornel. in Ioannem. D d 2 quia

quia venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem Filij Dei: & qui audierint, uiuent, 26. Sicut enim Pater habet uitam in semetipso: sic dedit & Filio habere uitam in semetipso: 27. Et potestatem dedit ei iudicium facere, quia Filius hominis est. 28. Nolite mirari hoc, quia venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem Filij Dei: 29. Et procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem uitae: qui uero mala egerunt, in resurrectionem iudicii. 30. Non possum ego a meipso facere quidquam. Sicut audio, iudico, & iudicium meum iustum est: quia non quero uoluntatem meam, sed uoluntatem eius, qui misit me. 31. Si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum non est uerum. 32. Alius est, qui testimonium perhibet de me: & scio quia uerum est testimonium, quod perhibet de me. 33. Vos misistis ad Ioannem: & testimonium perhibuit ueritati. 34. Ego autem non ab homine testimonium accipio: sed haec dico ut uos salui sitis. 35. Ille erat lucerna ardens, & lucens. Vos autem uoluitis ad horam exultare in luce eius. 36. Ego autem habeo testimonium maius Ioanne. Opera enim quae dedit mihi Pater ut perficiam ea: ipsa opera, quae ego facio, testimonium perhibent de me: quia Pater misit me: 37. Et qui misit me Pater, ipse testimonium perhibuit de me: neque uocem eius unquam audistis, neque speciem eius uidistis: 38. Et uerbum eius non habetis in uobis manens: quia quem misit ille, huic uos non creditis. 39. Scrutamini Scripturas, quia uos putatis in ipsis uitam aeternam habere: & illae sunt, quae testimonium perhibent de me: 40. Et non uultis venire ad me ut uitam habeatis. 41. Claritatem ab hominibus non accipio. 42. Sed cognoui uos, quia dilectionem Dei non habetis in uobis. 43. Ego ueni in nomine Patris mei, & non accipitis me: si alius uenerit in nomine suo, illum accipietis. 44. Quomodo uos potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis: & gloriam, quae a solo Deo est non quaeritis? 45. Nolite putare quia ego accusaturus sum uos apud Patrem, est qui accusat uos Moyses, in quo uos speratis. 46. Si enim crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi: de me enim ille scripsit. 47. Si autem illius litteris non creditis, quomodo uerbis meis credetis?

VERS. 1. Sanatio paralytici ad Probaticam piscinam.

POST HEC ERAT DIES FESTVS IVDÆORVM, ET ASCENDIT IESVS HIEROSOLY-
MAM] Nota, Ioannes hic multa Christi in Galilea gesta omittit; scilicet plurima miracula, uocationem Apostolorum, sermonem Christi in monte & caetera, quae narrat Matth. à cap. 4. usque ad 12. nam quod cap. 12. narrat Matth. de discipulis Christi uellentibus spicas, contigit post sequens festum, uti mox patebit. Ita Iansen. Tolet. Franc. Lucas & alij.

Quis sit huius festus.

DIES FESTVS] S. Chrysostr. Cyrillus, Theophyl. Euthym. & maldonatus putant fuisse Pentecosten. Melius S. Irenaeus lib. 2. c. 39. Rupertus, Iansenius, Tolet. & Franc. Lucas censent fuisse Pascha; idque probatur Primo, quia cap. 4. v. 35. dixit Iesus adhuc quatuor menses restare usque ad messem, ergo tunc necdum erat Pascha, sed festum grande primo futurum erat Pascha: igitur illud hic intelligitur: nam in Iudaea messis fit in Pascha & Pentecosten.

Secundò, quia Pascha erat festum festorum, Ergo cum absolute dicitur: Erat dies Festus, intelligit Pascha: hoc enim per antonomasiam & uel' εστὸν uocatur festum.

Tertiò, quia Christus post baptismum suum tres annos cum dimidio praedicauit, ut habet communis Doctorum sententia: hinc oportet in Euangelij quatuor inueniri Paschata huius temporis, siue horum trium annorum cum medio: primum Pascha expressit Ioannes cap. 2. 13. secundum hic, tertium cap. 4. 6. quartum paulò ante mortem cap. 10. v. 14. alioqui si hic dies festus non fuit Pascha, tria dumtaxat Christi Paschata ex Ioanne colligere poteris,

Quartò, quia, ut paulò ante dixi, Christus non potuit tam multa gerere à pascha usque ad Pentecosten, quod est spatium septem hebdomadarum dumtaxat, omnia scilicet quae narrat Ioannes à cap. 2. v. 39. huc usque, & matthaeus à c. 4. usque ad cap. 12. ergo antè illa gesta sunt, scilicet à Ianuario usque ad pascha.

Hic igitur finiuntur gesta primi anni praedicationis Christi & trium mensium, qui à die 6. Ianuarij, quo ipse à Ioanne baptizatus est, fluxere usque ad Pascha, quod in Nisan, siue in Martio celebrabant. Finiuntur ergo hic acta Christi à baptismo usque ad secundum Pascha. Vide Chronotaxin, quam Euangelij praeposui.

EST AUTEM HIEROSOLYMIS PROBATICAPISCINA, QUAE COGNOMINATUR HEBRAICE BETHSAIDA; QVINQUE PORTICVS HABENS] Probatica, Graeca est uox; idem significans quod pecuaria uel ouina; πρὸ βεατων enim est ouis. Ita dicta fuit haec piscina, tum quia erat iuxta portam adiacentem templo, per quam scilicet greges ouium introducebatur immolandi in templo, de qua 2. Esdr. 3. vers. 1. & 32. tum quia in illa oues quotidie mane & uespere, Deo sacrificandae congregabatur & ablucebantur. Ita Theophylactus, Beda, Iansenius, & S. Hieronymus in Locis Hebr.

PISCINA] putata stagnum aquarum, quod pisces continebat, aut certe continere poterat, etiam si actu non contineret. Vnde graecè κοιλὸν ὕδατος, id est natatoria, dicitur, quòd in ea pisces, quin & homines, natare possent, etiam si actu non natarent. Ita S. Augustinus tract. 20. Piscinam hanc extruxit Salomon pro ministerio templi: unde à Iose-

VERS. 2.

Probatica, quana uox?

Piscina quida

à Iosepho libr. 6. Belli cap. 6. stagnum Salomonis nuncupatur: in eo enim Narithai lauabant uictimas, quas tradebant sacerdotibus in templo offerendas. Originem huius piscinae, ex uetusto codice manu scripto, miram recenset Genebrardus in fine libr. 1. Chronol. editionis Parisiensis, facta à Sebastiano Niuello anno Christi 1600. pag. 174. scilicet eo die quo conceptus est Christus, ingenti terrae motu concussum fuit templum, illoque fontem hunc è terra erupisse, arcana uirtute praeditum, ut scabie pecudum elotà etiam morbosos quoslibet ibidem ablutos sanaret; atque illum exaruisse, cum ex cetro, palma & oliua ibidem repertis, crux fabricata est; in qua crucifixus fuit Christus. Verum haec fabulosa uidentur & rabbinisum olent: Rabbinum enim fabulosi sunt, & fabularum architecti. Minus improbabile est, quod aetiam Genebrardus in Notis Chronol. Beda in cap. 2. Esdr. & ex ijs Serarius in libr. 2. Machab. cap. 1. quaest. 14. scilicet probaticam piscinam esse locum illum, in quo Ieremias abscondit ignem sacrum templi, quem post reditum è Babylone requirentes Iudaei, pro igne inuenierunt aquam crassam, quae à Nehemia effusa in lapides templi rursus versa est in ignem, ideoque ex Perlarum Darius Hystaspis, uel eius nepos Artaxerxes, eo loco, ut ait S. Ambrosius 1. Offic. 14. fecit templum, graecè ἱερὸν, id est, sacrum, scilicet, aedificium, quale erat haec piscina, eamque suis porticibus circumsepit, ut habet Graecus 2. Machab. 1. vers. 24. Verum haec piscina Nehemia fuit antiquior, & à Salomone ad lotionem pecudum templi erecta; unde & opus Salomonum à Iosepho uocatur, ut dixi; nisi quis dicat, piscinam prius quidem fuisse, sed eo tempore quo Ieremias in ea ignem sacrum abscondit, & Nehemias aquam crassam in eo inueniam rursus in ignem conuertit, accepisse hoc donum curandi quoslibet morbos, à Deo; ideoque porticibus, columnis, aliisque fabricis à rege Perlarum auctam & illustratam fuisse. Verum haec incerta sunt, nec à quopiam ueterum tradita. Nonnulli Graeci codices pro piscina habent, πύλη, id est porta; sed S. Chrysostr. Theophyl. Cyrillus, Euthymius, S. Hieronymus & alij passim legunt κοιλὸν ὕδατος id est natatoria piscina, siue stagnum. Syrus uerit, βαπτιστήριον, id est lauacrum.

Probatica piscina origo fabulosa.

Bethsaida quida.

BETHSAIDA] Ita legunt codices Romani, & ex Graecis S. Chrysostr. & Cyrillus, idque appositè: Bethsaida enim hebr. idem est quod domus, id est locus (Hebraei enim omnem locum uocant domum) uenationis siue piscationis: ἱεὶρὸν beth enim est domus, ἱεὶρὸν ἱσραὴλ est uenatio, quae hic erat piscium, hoc est, piscatio in piscina. Et hoc significat Graecum κοιλὸν ὕδατος, id est, natatoria, in qua scilicet pisces natare solent, uel possunt: κοιλὸν ὕδατος enim est natare. Codices uero Graeci habent Βηθεσδα. Vnde S. Hieronymus in Locis Hebr. legit, Bethsaida, id est, domus effusionis (ἱεὶρὸν ἱσραὴλ enim est effusio), à Chald. ἱεὶρὸν ἱσραὴλ, id est: effusio) quòd in illam aquam pluuia è caelis, atque alia ex aqua ductibus effunderentur. Porro Syrus legit, beth chesda, id est, domus misericordiae (Hebr. enim ἱεὶρὸν ἱσραὴλ est misericordia) è quòd Deus misericordiam suam ibidem declararet in miseros agros, quos sanauit. Cornel. in Ioannem.

bat; siue quòd uiri probi pauperes agros ibidem iacentes, suis elemosynis subleuarent. Porro Arabicus habet, quae uocatur hebraice Bethsaida, cuius interpretatio est piscina ouium, in qua scilicet, non pisces, sed oues ablutas uenabantur & capiebant, ad offerendum eas in templo.

QVINQUE PORTICVS HABENS] Porticus sunt loca supernè tecta, infernè aperta ad ambulandum, item ad decumbendum uel quiescendum, ut scilicet aegri in ijs quiescerent, tuta à pluuia aequè ac aestu solis, indeque in piscinam vicinam illic exilirent, dum angelus eius aquam commouebat. Vnde sequitur:

IN HIS IACEBAT MULTITUDO MAGNA LANGVENTIVM (graece ἀσθενῶν, id est, agrotantium) CAECORVM, CLAUDORVM, ARIDORVM (quibus manus, brachium, pes, uel alia pars corporis exaruerat, ut esset uitae motus, que expertis, & ad usum ineptis) EXPECTANTIVM AQVAE MOTVM] Nonnus, semper spectantes salum exiitae & motu aquae, ut in aqua omnia sanante disperant morbum mortuum, exati illic esse effugium omnium morborum, uel incurabiliu scientijs humanis.

Tropologicè Beda: Caeci, ait, sunt scientie lumine carentes; claudi, qui ad ea quae uident implenda uires non habent, aridi sunt ijs, qui dilectionis superna pinguedine carent; hos solus sanare potest Christus uigrae suae.

ANGELVS AUTEM DOMINI DESCENDEBAT SECVDVM TEMPVS IN PISCINAM: ET MOUEBATVR AQVA. ET QVI PRIOR DESCENDISSET IN PISCINAM POST MOTIONEM AQVAE, SANVS FIEBAT A QUACVMQVE DETINEBATVR INFIRMITATE]. Angelus, siue Raphael, siue quis alius. Raphael enim, quia praestit medendis corpori uocatur Raphael, id est medicina, uel medicus Dei. Vnde Tobiam à cecitate curauit.

SECVDVM TEMPVS] Id est certo quodam tempore à Deo uel ab angelo destinato, sed hominibus incognito. Vnde non uidetur solidum, quòd ait Cyrillus & Tertull. libr. de Baptismo, semel in anno dumtaxat, scilicet in Pentecoste angelum in piscinam descendisse: sic enim non decubissent iuxta eam aegri, sed domi suae, indeque instante Pentecoste piscinam adiiissent. Vnde Euthym. Dicens, ait, Statuo tempore, docuit quòd non semper fiebat miraculum, sed certis temporibus, hominibus quidem incognitis, uerum frequenter, ut opinor, in anno, propter hoc siquidè decumbebat in porticibus multitudo magna languentium.

MOUEBATVR AQVA] Graecè ἐταράσθη τὸ ὕδατος, id est, turbabat aquam. Ita Syrus, Arabicus, mouebat aquam. Motionis sonus, adesse angelos ad sanctificandam aquam significabat, ait Cyrillus: Ut esset iudicium, quia descenderat angelus, mouebatur aqua, ait S. Ambrosius lib. de Ijs qui innotantur myster. cap. 4.

ET QVI PRIOR DESCENDISSET IN PISCINAM AQVAE SANVS FIEBAT] ut ostenderet quid ualeat labor & diligentia; quamque ad Dei beneficia captanda, celeres & agiles esse debeamus. Hinc ad manna colligendum oportebat surgere in aurora, nam orto sole liquecebat, ut notum esset omnibus, quoniam oportet praenire solem ad benedictionem tuam, & ad ortum lucis te adorare.

VERS. 3.

VERS. 4.

ait Sapiens c. 6. v. 28. Vide ibi dicta. Deus enim sua dona vigilantibus & sedulis offert, non tardis & dormitantibus. Sic in studio ille solus qui aliis omnibus præcurrit, accipit brauium, 1. Corinth. 9. vers. 24. Iulius Cæsar in bellis plurimum valere celeritatem assererat, ac per illam se tot & tanta perfecisse. Vnde illud eius dictum: Veni, vidi, vici, teste Plutarcho. in Apophth. Roman.

Cur post motum aqua sanabatur ager? Causa literalis.

Quæres, cur post motionem, vel, ut græcè est, turbationem aquæ sanabatur is solus, qui prior in aquam descendebat? Resp. Causa literalis fuit: ut significaretur hanc vim sanandi non provenire ab aquæ natura, sed à motione angeli, & à iussu Dei. Porro motio hæc angeli non imprimere vim aliquam, vel qualitatem physicam ad sanandum quolibet morbo: hanc enim nec angelus poterat efficere, nec aqua recipere: motio hæc ergo tantum signum erat virtutis, præparationis & actionis diuinæ, quæ ægrum illum sanatura erat, qui prior diligentia sua se movisset, & in aquam descendisset, ibique Dei beneficium & miraculum, illi quasi occurrendo, primus excepisset. Motio hæc ergo erat inuitatio ægrorum, ad caprandam sanitatem in aqua mota. Motio enim angeli excitabat omnes ægros ad mouendum, ut alter alterum præveniret, essetque primus in aquam descendens. Qua in re magna erat omnium festinatio & turbatio.

Appositè verò hoc signum motionis usurpavit angelus, quia virtus aquæ dum mouetur, acuitur, fitque efficax & viuida. Vita enim in motu consistit, mors in quiete & torpore, hinc aquæ viue vocatur illa quæ mouentur & fluunt, uti sunt fontium & fluminum: mortuæ verò quæ stant & stagnant, uti sunt lacuum & piscinarum. Adde: instante sanitate solet ager turbari: conflagit enim natura cum morbo, donec illum superet: quare morbus tunc summus & ultimus sui vires exerit & euomit.

Tropolog.

Tropologica causa fuit, ut significaretur peccatorem, cum à Deo conuerteretur & sanatur, prius solere in conscientia variis motibus timoris pudoris, spei agitari & turbari: hisce enim Deus cum ad penitentiam & contritionem commouet, ut per eam sanetur, uti docet Concil. Trident.

Allegor.

Allegorica causa fuit, ut significaretur Christus in aquis passionum agitandus & turbandus, qui per eas nobis sanitatem omnem spiritalem & corporalem meruit & impetravit de quo mox plura.

A QUACVMQVE DETINEBATVR INFIRMITATE] Hinc patet hanc piscinæ sanandi vim non fuisse à victimis in ea ablutis, nec à lignis in fundo iacentibus, ex quibus crux Christi fit fabricata, ut aliqui voluerunt fuisse supernaturalem & miraculosam, nimirum voluit Deus hoc beneficium publicum populo fideliter exhibere, sub tempore Christi (nam ante Christum, in veteri testamento nulla eius fit mentio) ut Christum ægrum ibidem sanans, ostenderet se esse Deum qui vim hanc piscinæ dedisset, ideoque sine illa ægrum curare posset. Quare videtur donum hoc Deus ab ingratis Iudæis abstulisse, cum ipsi Christum occiderunt: nam nulla, deinceps eius extat memoria. Vnde Tertullianus lib. contra Iudæos

cap. 13. Piscina Bethsaida, ait, usque ad aduentum Christi curando innumerabiles ab Iudæis, desijt à beneficijs deinde ex perseverantia furoris.

Allegoricè voluit Deus ut piscina hæc esset index Passionis Christi eiusque baptismi. Sicut enim angelus descendebat in aquam; sic Christus descendit ad Passionem & tormenta, illique quasi aquis immerfus fuit & obrutus: vnde sicut piscina rubebat sanguine victimarum, quæ in ea abluebantur: sic Christus suo sanguine fuit rubicundus & cruentus. Itaq. c. 3. 2. ut eius merito, baptismum (vnde Syrus pro piscina vertit, baptisterium) instrueret, quo fideles aquis abluti, ab omni infirmitate spiritali curarentur. Ita Tertull. lib. de Baptismo cap. 5. S. Ambr. lib. 1. de Spiritu sancto cap. 7. & S. Chryl. hinc, quem audi: Si quidem cum veller Deus appropinquantis baptismatis fidem nos erudire, non solum pollutiones, sed etiam morbos per aquam expulit: proprios enim veritati imagines atque figuræ, illustres sive quæm vestigijs, &c. Et August. Descendere in aquam turbatam, inquit, hoc est humiliter credere in Domini passionem. Ibi sanabatur vnus, significans vnitatem: postea quisquis veniret non sanabatur, quia quisquis præter vnitatem sanari non poterit.

ERAT AUTEM QUIDAM HOMO IBI, TRIGINTA ET OCTO ANNO S HABENS IN INFIRMITATE] Græcè ἐν ἀδυσία, id est, in morbo, in ægritudine; Arabicus, erat autem ibi vir infirmus per triginta octo annos; Syrus, qui trigessimum octauum annum agebat in mala valetudine. Infirmitatem hanc fuisse paralyticam asserit S. Chrysol. Euthymius & Leonius hic, ac S. Ambr. lib. 2. de Sacram. cap. 1. ideoque Allegor. gessisse typum generis humani, quod à lapitu Adæ, per quinque annorum millia, plurimis infirmitatibus corporis & animæ assidue affligitur.

Tropologicè, paralyticus hic representat quemlibet in peccandi consuetudine inueteratum, ideoque suo vitio & habitu languidum, & ad omne bonum inualidum. Sicut enim paralyticus dissoluit membrorum nexum & firmitatem, sic & consuetudo peccandi vires animæ eneruat, luxat & dissoluit, ut ab ea resurgere illique resistere nequeat, nisi potentia Dei gratia erigantur & roborentur. Hinc patet paralyticum hanc naturaliter fuisse incurabilem, nec vlla arte per 38. annos curari potuisse, ideoque eam præ ceteris languentium morbis, sibi curandam suspexit Christus, ut immensam suam potentiam, æquè ac misericordiam in illa ostenderet. Sicut archiatri medicique præstantes infirmos grauissimè ægotantes, qui ab alijs curari nequiuere, sibi curandos assumunt, ut in eis artis suæ excellentiam ostendant. Qua de causa Christus Paulum in spiritu grauissimo infidelitatis morbo laborantem, præ alijs Iudæis incredulis & impijs, sibi sanandum depoposcit, uti ipse docet initio epist. 1. ad Timoth. Vide ibi dicta: Magnus, ait Sanctus Augustin. de celo descendit medicus, quia magnus in terra sauebat ægotus. Symbola numeri 38. vide apud S. Augustinum hic tractat. 17. vbi inter cetera ait, eum esse symbolum infirmitatis, sicut quadragenarius symbolum est sanitatis & perfectionis. Si ergo, ait, quadragenarius numerus habet perfectionem legis, & lex non impletur nisi in gemino præcepto charitatis; quid miraris quia languēbat, qui ad quadragesimam, duo minus habebat; decerat enim

VERS. 5.

Paralyticus est consuetudo peccandi cur?

enim duplex dilectio, Dei scilicet & proximi.

VERS. 6.

Cur Christum paralyticum interrogat, an velit sanari fieri?

HUNC CVM VIDISSET IESVS IACENTEM, ET COGNOVISSET (cum ex ipso infirmo alijsque astantibus, tum ex scientia sua diuina, animæ suæ à Deo infusa) QVIA IAM MVLTVM TEMPVS HABERET (infirmitatis & ægritudinis) DICIT EI: VIS SANVS FIERI? Sciebat Christus omnino eum cupere sanari, quarit tamen id ipsum ex eo, Primò, ut colloquio, indeque sanationi præbeat occasionem & initium: quæ in re insignem suam clementiam ostendit, quæ ab ægro nõ rogatus eum præuenit, & sanare fatagit: Magnum, ait Cyrillus, misericordie Christi est argumentum, non expectare semper laborantium preces, sed sua misericordia præuenire.

Secundò, ut desiderium sanitatis in agro excitaret; ac spem opis sibi à Christo asserenda. Hæc enim erat congrua dispositio ad recipiendam sanitatem.

Tertiò, ut in eo attentionem ad instans sanationis miraculum acueret; ut scilicet ægrum faceret attentum ad dicta & facta Christi, ex ijsque certò cognosceret, se non à piscina, nec à medicina, sed à solo Christo, qui omnem piscinæ & medicinæ vim superat, curatum esse, ideoque in cum quasi Prophetam ac Messiam crederet, veniamque peccatorum penitens peteret & impetraret. Hinc iuxta piscinam sanatricem eum sanauit, sed sine tactu piscinæ; ut ostenderet se esse illum, qui piscinæ hanc vim dedisset, ideoque sine piscina, solo verbo posset sanare; ac consequenter se esse omnipotentem, ac Deum verum.

VERS. 7.

RESPONDIT EI LANGVIDVS: DOMINE HOMINEM NON HABEO, VT, CVM TURBATA FVERIT AQUA, MITTAT ME IN PISCINAM: DVM VENIO ENIM EGO, ALIVS ANTE ME DESCENDIT] ad quæstionem Christi æger directè non responderet: præsupponit enim, ut omnibus notum, se optare sanitatem, sed de modo eam nanciscendi per piscinam sermonem iniicit. q. d. Ego ob paralyticum ad piscinam ire nequeo, homines qui me eò deferant non habeo: sum enim pauper: tu si in hac re me adiuuare possis, adiuua; putabat enim Christum quærendo: Vis sanus fieri? hoc velle. q. d. Vis ut ego te in piscinam deferam, angelo aquam mouente, ut in ea sanus fias? Nondum enim cognoscebat Iesum eiusque potentiam & virtutem, quia numquam eum viderat.

HOMINEM NON HABEO] Paulo aliter Syrus, etiam Domine (cupio sanus fieri) hominem autè non habeo; & Arabicus, utique Domine, sed non est mihi homo; Pulchrè S. August. Forè, ait, necessarius erat ille homo (Iesus) ad salutem, sed homo ille, qui & Deus est.

Topologicè, pauperes sepè non habent hominem à quo adiuuentur; sed diuites & potentes, quorum gratiam & bursam omnes auccupantur.

VERS. 8.

DICIT EI IESVS: SURGE, TOLLE GRABATVM TVVM, ET AMBULA] Surge, sanus à morbo, tolle grabatum, id est, lectum tuum (ut dixi Marci 2. 4.) qui te hucusque tulit, & ambula, ut velut fortis lecti tui baiulus, cum eo domum redeas. Hic sermo Christi fuit practicus & efficax. Dicendo enim: Surge, ægrum eiecit & sanauit,

Non operis imperium fuit, ait August. sed operatio sanitatis. Et S. Cyrillus: Non est hominis tanta potestas & virtus, solius Dei proprium est, ut sic imperare possit. Iussit Christus eum tollere grabatum, ut omnibus constaret eum esse à se sanatum, imò validum & fortem subitò effectum, ut lecti esset portitor. Vnde notat hic Euthym. solere Christum post facta à se miracula, quiddam addere, ex quo miraculi veritas & magnitudo cerneretur. Sic hic paralyticum iussit tollere grabatum suum, quod non nisi sanatus, imò fortis ac validus facere potuisset. Sic post multiplicatos à se panes iussit fragmenta panibus maiora colligi, Matth. 14. 20. Sic leproso à se sanato dixit: Vade, ostende te sacerdoti, Matth. 8. 4. Sic suscitata à se puella iussit dari, manducare, Marci 5. 43. Sic aquam in vinum conuersam præcepit ferri architrinclo, qui optimum esse vinum pronunciauit. Ioan. 2. 8.

Moraliter Bedæ: Surge è torpore & ignauia, in quibus prius iacebas, & in bonis operibus proficere stude. Tropologicè, S. Gregorius hom. 12. in Ezech. Tolle grabatum, id est, lectum tuum, hoc est dilige Deum, qui sursum est, tolle grabatum tuum, hoc est dilige proximum, infirmitates eius portando, iuxta illud: Alter alterius onera portare, & sic adimplebitis legem Christi, Galat. 6. Cum esses languidus, ait S. August. portabat te proximus tuus: sanus factus es, porta proximum tuum, &c. Porta ergo eum cum quo ambulabas, ut ad eum peruenias, cum quo manere desideras.

Sic S. Maria Aegyptiaca per septemdecim annos graues carnis tentationes passa est iam conuersa, quia toridem annis prius impudicè vixerat, uti habet eius Vita. Peccata ergo sui ipsorum sunt carnifices, & iusti vlcores. Quod antea libuit, postea cruciat: quod fecisti volens, idem deinceps patieris nolens. Symbolicè, S. August. tract. 17. Surge, inquit, hoc est dilige Deum, qui sursum est, tolle grabatum tuum, hoc est dilige proximum, infirmitates eius portando, iuxta illud: Alter alterius onera portare, & sic adimplebitis legem Christi, Galat. 6. Cum esses languidus, ait S. August. portabat te proximus tuus: sanus factus es, porta proximum tuum, &c. Porta ergo eum cum quo ambulabas, ut ad eum peruenias, cum quo manere desideras.

ET STATIM] Syrus, eo momento: Christus enim, quia Deus, in instanti sanabat, ut ostenderet hanc sanitatem, non naturaliter, sed vi supernaturali, per miraculum fieri ab omnipotentia DEI) SANVS FACTVS EST HOMO ILLE, ET SVSTVLIT GRABATVM SVVM) Nondus, onerosum humerale) ET AMBVLARAT. ERAT AUTEM SABBATVM IN DIE ILLO] Studio sanauit Christus in sabbato, tum quia sabbatum erat summum apud Iudæos festum, quod proinde præ alijs sanctificare oportet bonis operibus, quale erat hic sanatio ægri ad eò afflicti, tam benefica, tam potens & diuina: tum quia per hoc Iudæis ostendere volebat, se dominum esse sabbati, iubendo ut in illo tolleretur grabatum, quod erat lege vetitum, ideoque se esse Messiam ac Deum: tum quia sabbatum erat dies dicata quieti & laudi Dei. Quietem autem à doloribus ægro huic præstitit Christus, ideoque magnam & laudandi Deum occasionem eodem die subministravit.

Miraculorū Christi au. Maria. tentationes carnis. S. Maria Aegyptiaca tentata.

Miraculorū Christi au. Maria.

S. Maria Aegyptiaca tentata.

VERS. 9.

VERS.10. DICERANT ERGO IVDÆI ILLI, QVI A SANATVS FVERAT; SABBATVM EST; NON LICET TIBI TOLLERE GRABATVM TVVM] Nonnus, *Et dicebant cum clamore proferentes criminatricem vocem: Sabbatum est, quod oportet vniuersaque hominum transigere totum in otio: non est tibi fas seclum tollere.* In genere verum dicunt: apud Iudæos enim summa erat religio sabbati, ideoque omne opus in illo erat vetitum, vt patet Exodi 20.8. ac nominatim gestatio onerum eo die prohibetur à Ieremia, cap. 17.21. & sequi. Nolite, ait, portare pondera in die sabbati, nec inferatis per portas Ierusalem; & à Nehemia 2. Eldrà 13.15. Christus tamen contra iurum hic præcipit ægro à se sanato; tum quia ipse dominus erat sabbati, ac proinde in eius lege dispensare poterat: tum maximè quia opus vetitum à lege in sabbato, erat opus seruire, non autem opus pium & diuinum, quale hic erat, quòd eger sanatus suum tolleretur lectum: illud enim ei iussit Christus hoc fine, vt omnes, qui in sabbato turmatim confluebant ad templum, miraculum hoc agnoscerent, indeque Iesum eius auctorem esse Messiam colligerent, illique gratias agerent, & in eum crederent. Vnde sequitur:

VERS.11. RESPONDIT HIS: QVI ME SANVM FECIT, ILLE MIHI DIXIT: TOLLE GRABATVM TVVM ET AMBVLÀ] Subintellige: ille autem fuit vir diuinus, & diuina virtute me sanauit: ergo Deo charus est & amicus, nec quidquam præcipit, quòd Deo displiceat; sed quòd Deo gratum esse cognoscit: operatur enim cum Deo & ex Deo: *Non acciperem infirmitatem,* ait S. August. à quo *acceperam sanitatem?* Iusta fuit hæc ægri excusatio, quam Iudæi intelligere & acceptare debuissent; sed superbia occæcatis illam capere noluerunt, ideoque peccarunt, & Christum persequentes in reatum & gehennam conuertunt.

VERS.12. INTERROGAVERUNT ERGO EVM: QVIS EST ILLE HOMO, QVI DIXIT TIBI: TOLLE GRABATVM TVVM ET AMBVLÀ?] Indignantur & minabundi hoc dicunt, q.d. Quis est ille audax & insolens, qui contra legem audet tibi præcipere, vt in sabbato tollas grabatum tuum? vique ille homo non est à Deo, qui sabbatum à Deo sancitum non custodit. Ita illi ex cæco legis suæ, quam non intelligebant, præiudicio; cum ex altera parte cogitare debuissent, illum qui ægrum per miraculum sanauerat, hoc non nisi singulari Dei auctoritate & ope facere potuisse, ac proinde à Deo pariter accepisse ius dicendi eidem in sabbato: *Tolle grabatum tuum & ambula.*

VERS.13. IS AVTEM QVI SANVS EFFECTVS FVERAT, NESCIERAT QVIS ESSET: IESVS ENIM DECLINAVIT A TURBA CONSTITVTA IN LOCO] q.d. Sanatus nesciebat nomen Iesu, aut quis esset Iesus, vel quòd abisset; nunquam enim eum ante viderat, aut pèst, nisi obiter in ipso sanationis actu.

VERS.14. DECLINAVIT] Causam dat Euthymius, *Simul inquit, vt hominem sanauerat, subduxerat se propter turbam, partim quidem fugitans laudem æquorum, partim vero inuidiam amputans iniquorum.* De quo & Cyrillus ait: *Medicum non cogessit, non absque dispensatione in multitudine hominum occultatum, vt in Iudæorum aliquantulum deserueret, ne, si in ipso*

indignationis impetu in Iesum incurrerent, eum lapidaret vel occiderent. Tertiam causam dat S. Chrysofost. *Quare declinavit? Primum, inquit, vt se absente minime suspiciosum esset testimonium: si enim præfente Christo sanatus ab eo illum Iudæis laudasset, visus fuisset in gratiam Christi id faceres iam autem eo absente eum laudans, patet quòd non nisi veritatis amore id fecerit.*

VERS.14. POSTEA INVENIT EVM IESVS IN TEMPIO, ET DIXIT ILLI: ECCE SANVS FACTVS ES IAM NOLI PECCARE, NE DETERIVS TIBI ALIQV D CONTINGAT] Arabicus, *iam sanus factus es, ne redeas ad peccandum, ne fiat tibi malum maius, Syrus, ne peccaueris amplius, ne quid deterius tibi contingat quam à principio.*

VERS.15. IN TEMPIO] Hinc videtur quòd æger hic sanatus à Christo, mox vt grabatum detulit domum suam, ierit ad templum, vt Deo pro tanto sanitatis beneficio gratias ageret. Ita Euthym. Vnde Chrysofost. *Magnam profecto, ait, & reuerentiæ & pietatis signum: non enim in forum, non in porticus exiit, non voluptati, non otio indulsit, sed in templo versatur.*

VERS.16. IAM NOLI PECCARE] Hinc patet Deum sæpè ægris morbos immittere ob eorum peccata, atque huius de facto ob illa immississe. Ita Chrysofost. Cyrillus, Theophyl. & alij. Igitur paralyticus hic ante 38. annos, quibus æger decubuit, cum Christus necdum esset natus, aliquod scelus patrauit, quòd Deus morbo tam diutino castigare & expiare voluit. Tacite ergo Christus conscientiam ægri, vt sceleris sui sit memor, ac de eo conteratur, illudque deinceps caueat, admonet, simulque se quasi Proprietat, spiritu diuino id ipsum cognouisse significat. *Ideo autem, ait Chrysofost. Deus ob animi peccatum corpus flagellat, vt deterioris partis supplicio melior ad querendum remedium conuertatur.* Quare dum culpam morbus à Deo immititur, conscientiam examinet, & peccatum ob quòd illum Deus immitit, penitendo & confitendo delect, Deumque exoret, vt sibi peccati culpam & pœnam condonet, itaque morbum auferat. Sublata enim causa tollitur effectus; vt aiunt Philosophi. Hoc consilium ægro suggerit Ecclesi. cap. 38. v. 10. dicens: *Auerte à delicto, & dirige manus, & ab omni delicto munda cor tuum,* &c. & vers. 15. *Qui delinquit in conspectu eius qui fecit eum, incidit in manus medici.* Vide ibi dicta.

VERS.17. DIXI, SÆPÈ: NAM SUBINDE DEUS VIRIS SANCTIS morbos immitit, vt eorum patientiam probeat, angeat & coronet, vt immisit S. Iob, cuius tota disputatio cum amicis in hoc cardine versatur, vt amicis vrgentibus ipsum peccatis suis causam tot morbis dedisse, ipse ex aduerso contendat se à peccatis esse immunem, nec morbos illos commertuisse. Atque Deus cap. vlt. ipsi causam adiudicat, amicos verò condemnat. Idem patebit in cæco nato cap. 9. v. 3. de quo ait Christus: *Neque hic peccauit, neque parentes eius, sed vt manifestentur opera Dei in illo.*

VERS.18. PONDÒ CHRISTUS sicut corpus huius ægri sanauit ad piscinam, sic sua inspiratione interna, atque hac monitione externa sanauit eius animam in templo: inspirauit enim memoriam peccatorum iuuentutis suæ, quibus morbum tam longum meruit, mouitque cor eius, vt de eis contere-retur, & veniam à Deo peteret, itaque iustificaretur,

caretur, imò ideo Christus corpus eius sanauit, vt eius animam sanaret, vt fecit S. Magdalena: sicut dixi Luca cap. 7. & 8. *Qui foris ab infirmitate, ipse etiam intus sanauit à scelere,* ait Beda.

VERS.15. NE DETERIVS TIBI ALIQV D CONTINGAT] *Qui enim priori supplicio non est emendatus, ait Theophyl. ad maiora tormenta feruatur, tanquam insensatus & contempior; idque sine in presenti vita, sine in futura, sine in vtraque, inquit Euthymius: Peior est morbo recidua morbi.* Sic peior est culpa recidua culpæ, ob maiorem ingratitude, audaciam, impudentiam: item quia iteratio peccati inducit procliuatatem ad illud peccatum frequentandum, ac tandem consuetudinem & habitum, cui vix resistere potest peccator.

VERS.16. ABIIIT ILLE HOMO, ET VNNCIAVIT IVDÆIS QVIA (QUOD) IESVS ESSET, QVI FECIT EVM SANVM] Nunciavit, non ex malevolentia, sed affectu gratitudinis, ne auctorem tanti beneficii celaret. Ita S. Augustinus Chrysofostom. & alij. *Abijt & nunciavit, ait Euthym. non tanquam iniquus, vt prodere, sed tanquam gratus, vt benefactorem annuntiare. Nam quia crimen incurrese putabat, si tacuisset, beneficium prædicauit. Addit Cyrillus. Ne non ignorarent medicum, si quis etiam eorum curari desideraret.*

VERS.17. PROPTEREA PERSEQVEBANTVR IVDÆI (præfentim Scribæ & Pharisei. Addunt aliqui codices Græci, item Syrus & Arabicus: *Et querebant eum interficere*) IESVM, QVIA HÆC FACIEBAT IN SABBATO] *Propterea, id est, eo prætextu: vera enim causa erat inuidia. Vnde Euthymius: Quantum ad id quòd apparebat, inquit, propter hoc; quantum verò ad id quòd occultum erat, propter inuidiam.* Inuidebant enim Iesu hanc gloriam, dolebantque eum à populo sibi præferri: indignabantur verò sua scelera ab eo reprehendi, eiusque sanctitate refelli. Ipsi enim volebant haberi & coli vt Rabbinii & legis doctores, atque vt oraçula sapientiæ & sanctitatis: quare Christum eorum scelera detegentem, quasi eos infamantem, oderant & periequebantur calumnijs, detractionibus, minis, & tandem eum ad crucem adegerunt.

VERS.18. IESVS AVTEM RESPONDIT ILLIS: PATER MEVS VSQVE MODÒ OPERATVR, BT EGO OPEROR] *Pater operatur, inquit S. Augustinus lib. 4. de Genesi ad litter. ca. 12. & creatura præbens congruum gubernationem, & apud se habens æternam tranquillitatem (quia, vt idem alibi ait, quietus operatur, & operans quiescit.) & nonnullis interiectis: Creatoris namque potentia & virtus, causa subsistendi est omni creature: que virtus ab eis que creati sunt regendis, si aliquando cessaret, simul & illorum cessaret species, omnisque natura concideret.* Sicut lumen in aëre cessat & euanciscit, si sol radios suos, quibus lumen producit & conseruat, subtrahat. Sensus est q.d. Vos, ô Scribæ, mihi obijcitis legem sabbaticæ quietis, quam Deus vobis præcepit, eò quòd ipse in sabbato quieuerit ad omni opere suo, Genes. 2. Verùm respondeo Deum in sabbato quieuisse dumtaxat à nouis rerum speciebus perdendis, non autem ita, quin vique modò per omnia sabbata operatus sit, & continue operetur; scilicet mundum, & omnia quæ in eo sunt, gubernando, conseruando, cælos mouendo, vnam rem ex

alia producendo, viuentia alendo, sanando, &c. Id quòd summi est beneficii, idemque est opus non seruire, sed liberale, pium & diuinum, ac proinde sabbato licitum, imò sabbatum otians & sanctificans: ita & ego, qui sum Filius Dei Patris, illi æqualis, & opus eius. eadem cum illo operor, ac semper operatus sum: nec ego sine Patre, nec Pater sine me operari potest. Ita S. August. Cyrill. Chrysofostom. Beda & alij.

VERS.19. Nota hebraismus: *Et ego operor*, hoc est, sic, vel similiter, aut pariter ego operor: Id enim & cum sit nota coniunctionis, quando similia coniungit, nota est comparationis & similitudinis, idemque est quòd sic, vt passim fit in Proverbij.

VERS.20. PROPTEREA ERGO MAGIS QVÆREBANT EVM IVDÆI INTERFICERE: QVIA NON SOLVM SOLVEBAT SABBATVM, SED ET PATREM SVVM DICERAT DE VM, ÆQVALEM SE FACIENS DEO. RESPONDIT ITAQVE IESVS, ET DIXIT EIS] *Patrem suum,* Græcè, *πατέρα εἰδὼν*, id est, *patrem proprium*, quia naturalem. Christus enim solus est filius Dei proprius & naturalis; angeli verò & homines sancti sunt filij Dei, assignati dumtaxat, & à Deo gratis adoptati. Ita Cyrill. Vnde Arabicus vertit, *quantum dicebat, quia Deus pater meus est.*

VERS.21. ÆQVALEM SE FACIENS DEO] quia dixerat se non similia, sed idem omninò operari, quòd operatur Pater, ideoque illi per omnia cooperari, non vt famulum, sed vt filium Patri *ὄμοιον*, Ita Chrysofostomus. Et Cyrillus: *Hominem, ait, esse videntes, & habitantem in eo Deum non cognoscentes, ferre non poterant singulari modo Deum ab eo patrem appellari, nimirum, vt ait Beda, quòd is quem verum per infirmitatem carnis hominem cognouerant, verum se Dei filium credi vellent, id est, non gratià adoptatum, vt ceteros Sanctos, sed natura Patri per omnia æqualem, non substantia, sed persona distantiem: qui putabant Iesum prædicando se facere quòd non esset, non veraciter imitare quòd esset. Commoti sunt ergo Iudæi & indignati sunt merito quidem, quòd audebat homo æqualem se facere Deo, sed ideo immeritò, quia in homine non intelligebant Deum.* Voluerunt ergo pontifices & Scribæ Iesum occidere, quia timebant ne crescente gloria Iesu, ipsorum auctoritas decresceret, imò ne Iesus persuadens populo se esse Deum, à populo pontificibus præponeretur, ac tandem præficeretur, itaque eos exauctoraret, & nouos sacerdotes & pontifices suos induceret, vt recipi ab eo factum videremus.

VERS.22. AMEN, AMEN DICO VOCIS: NON POTEST FILIUS A SE FACERE QVODQVAM, NISI QVOD VIDERIT PATREM FACIENTEM: QVÆCVMQVE ENIM ILLE FECERIT, HÆC ET FILIUS SIMILITER FACIT] *Non potest, Non ob potentie defectum, ait Euthym. sed propter inseparabilitatem: nam impossibile est Filium à se esse Filium facere quidquam quòd non facit Pater. Sic & facere quidquam, nisi quòd videtur Patrem facientem, quid*

VERS.23. QVOD VIDERIT] Græcè, *ὄρατον*, id est, *videtur*; Syrus & Arab. *videtur* enim prius quàm operetur, sed simul videt Patrem operatè, dum cum illo operatur: Christus enim quòd Deus non simile, sed idem numero opus cum Patre producit. Eadem

Eadem enim actio est Patris & Filij, quam uterque simul videt, & simul operatur. Actio dico, non verò vnio hypostatica, nec ea quæ illam sequitur, quia vnio hæc non actionis, sed termini rationem habet. Quare licet tota S. Trinitas, puta Pater Filius, & Spiritus sanctus, actione sua diuina operati sint hanc vnionem, tamen vnio ipsa ad solum Filium terminata est, non ad Patrem & spiritum sanctum. Quocirca solus Filius incarnatus est, passus, mortuus, &c. non Pater, vel Spiritus sanctus.

Nota. Christus hic tantum vult dicere, se à Deo Patre accipere diuinam eius essentiam, potentiam; scientiam & operationem, quasi ab auctore suo, ac proinde videtur voce *videtur*, quasi Filius non faciat quidquam: nisi quod videt facere Patrem, siue quod videt esse opus Patris sui. Solent enim filij & discipuli imitari & imitari voluntatem & facta parentum & magistrorum: eorum enim sunt quasi simia. Loquitur enim Christus anthropopathos; siue more hominum moderatè, & congruè filio, siue, vt docet apud homines loqui de patre filium, apud Iudæos arrogantes & captiosos, ne eos fac contra se irritatos, magis iritet, & in suam necem prouocet.

Adde, Theologicè & propriè Christum uti voce *videtur*, quia ipse à Patre procedit vt Verbum, quod est terminus visionis & cognitionis notionalis Dei Patris. Pater enim videns & intelligens se & omnia, producit & gignit Verbum, illique suam visionem & actionem hoc ipso communicat. Nil ergo videt aut facit Filius, nisi quod videt Patrem videre aut facere. Ipse enim est Verbum & idea, in quo, quasi termino, Pater exprimit & imprimat omnem suam visionem & cognitionem, tam speculatiuam, quam practicam. Sensus ergo est, q.d. Quidquid ego operor, hoc idem Pater operatur, idque eadem omnimodè visione, cognitione, voluntate, potentia & actione; quare si me accusatis, quod sabbato sanarim paralyticum, Deum quoque Patrem accusatis: ille enim mecum hoc est operatus, quia ipse in me, & per me, omnia operatur; imò ego omne opus in eum à Patre accepi. Quare si creditis Deum Patrem omnia rectè, sapienter & sanctè operari, idem de me credatis oportet; ac proinde hanc sanationem agri in sabbato, fuisse opus prudenter factum, sanctum & diuinum.

SIMILITER FACIT] scilicet simili, imò eodem profus modo, eadem libertate, eadem potentia, eodem dominio, eadem auctoritate, ait S. Gregor. Nazian. orat. 2. de Filio. Vnde S. Augustinus: *Non inquit, cum ille (Pater) fecerit, alia Filius similiter facit, sed quacumque ille fecerit, hæc & Filius similiter facit. Si huiusmodi facit Filius que fecerit Pater, per Filium facit Pater.* Et Cyrillus: *Similiter operantur, inquit, quia omnino eiusdem naturæ sunt: quæ autem diuerses essendi habent rationes, in his idem operationis modus esse non potest. Sicut ergo Deus de Deo vero, eadem Patri similiter facere potest.*

VERS.20. PATER ENIM DILIGIT FILIUM, ET OMNIA DEMONSTRAT EI, QVÆ IPSE FACIT ET MAIORA HIS DEMONSTRABIT EI OPERA, VT VOS MIREMINI] *Demonstrat*, non sicut præceptor discipulo, ait Euthym. sed sicut pater filio, ac Deus Deo. *Demonstrat* ergo, id est, dat, communicat præsertim quia, vt dixi, Filius à

A Patre per demonstrationem, id est, per intellectum & visionem procedit quasi Verbum. Sic *demonstrare* pro dare, exhibere, tribuere sumitur 1. Reg. 14. 12. Exodi 33. 19. psalm. 4. 6. psalm. 19. vers. 5. Hunc esse sensum patet ex sequent. Porro Pater *demonstrat*, id est, communicat, omnia Filio, tum quæ Deo, non libera dilectione, sed naturaliter ex fecunditate naturæ diuinæ, cuius signum maximum apud homines est dilectio; qui enim omnia sua filio apud homines communicat; hoc ipso dat signum euidentis, quod ipsum summè diligit: tum communicat omnia Filio quæ incarnato & homini, cuius communicationis non signum, sed causa est dilectio. *Demonstrare Patrem Filio*, ait Beda, *est per se Filium facere quæ facit.*

Præclare S. Athanasius in disputat. contra Arianum, libr. 1. *Dedit*, ait. *Filio Pater omnipotens omnipotentiam, maiestatem maiestatis, virtutem dedit virtuti, prudentiam dedit prudenti, prescientiam prescienti, aternitatem aternitati, diuinitatem diuinitati, equalitatem equalitati, immortalitatem immortalitati, inuisibilitatem inuisibilitati, regi regnum, vitam vitam; & non aliam ab ea quam habet dedit, & quantam habet, tantam dedit.*

Quares, cur *demonstrare* & ostendere hic & alibi, sumatur pro donare & communicare? Resp. Primò, quia Deus demonstrando Filio se suæque opera, ei communicat suam scientiam, & consequenter suam essentiam. Scientia enim Dei idem est cum sua essentia. Ad hæc demonstrando illuminat Filium, hoc est suam sapientie, omnique boni lucem, totumque se illi communicat: Deus enim est lux increata & immetata, vt docet S. Ioannes epist. 1. ca. 1. vers. 5. Denique demonstrando, id est, intelligendo producit Verbum, id est, Filium: quia in Deo res nobilissima est intellectus, ac nobilissima actio est intelligere, illuminare, demonstrare. Nobilissima enim & princeps animæ potentia est intellectus & ratio, quæ voluntati imperat, eamque cæcæ dirigat, & per illam omnes sensus, ceterasque animæ vires mouet & regit. Hinc illa sapientum axiomata: Mens vniuersa efficit. Rationis est gubernare. Quantum quisque valet ingenio, tantum habet de imperio. Intellectus enim res concipiendo & intelligendo, sibi per conceptum & intellectionem illas omnes viuaciter incorporat, & quasi possidet: res enim omnes in se viuo quodam modo concipit, earumque speciem in se efformat, quæ rerum bonitatem & pulchritudinem omnem illi repræsentat. Quocirca intellectus est oculus mentis: sicut ergo oculus in corpore est sensus nobilissimus, viuacissimus, efficacissimus, qui rerum omnium formas sibi incorporat; sic multò magis idem facit intellectus in mente. Quocirca Beati in eælo per intellectum intelligendo & videndo Deum, eum sibi incorporant, illum possident, illoque beantur. Hæc ergo est ratio huius phrasæ, quæ ostendere & demonstrare sumitur pro dare, communicare, ac in possessionem rei ostensæ & demonstratæ inducere. Est catachresis & metalepsis. Hoc est, quod ait Aristoteles & Philosophi: *Intellectus intelligendo fit omnia*, quia per viam rerum conceptionem, illis sese, & sibi illas assimilât, itaque illas tenet & occupat, facitque vt in ipso melius & nobilius existant, quam sint in seipsis; in seipsis enim

Demonstrare est dare
Curr?
Causa Prima.
Secunda.
Tertia.

enim sæpè sunt inanimæ & mortuæ, in intellectu autem sunt animatæ & viuæ, viuuntque actu summè vitali & præstantissimo.

Denique Christus hic appositè contra Iudæos calumniantes, quod egrum sanasset in sabbato, ad maius argumenti pondus & neruum, vitur verbo demonstrandi. q.d. Deus sapientissimus demonstrat mihi hoc opus sanandi in sabbato esse opus suum, id est, diuinum, piissimum & sanctissimum, cur ergo vos, ô Scribæ, illud reprehenditis & cauillamini? quis enim audeat esse reprehensor illius, cuius Deus est demonstrator? Ergone sapientiores estis Deo, ac Deum ipsum vultis docere, imò castigare? ô infamiam! ô infamiam temeritatem & superbiam!

ET MAIORA HIS DEMONSTRABIT] & demonstrando dabit & communicabit. *Maiores* hæc sunt præclariora mysteria & miracula, ac præsertim mortuorum suscitatio, & potestas iudicialia iudicandi omnes homines, quæ duo hic subijcit Christus.

VT VOS MIREMINI] non dicit. Vt vos credatis; quia Scribæ & Iudæi visis tot Christi miraculis mirati sunt eius vim & potentiam, sed tamen odio & inuidia execrati, in eum vt Messiam credere noluerunt: Christus tamen ea illa mente & sine fecit, vt in se crederent. ita Cyrillus. Sic etiamnum faciunt hæretici; nimirum mirantur Sanctorum orthodoxorum sapientiam, sanctitatem, miracula; sed tamen eorum fidem sequi, & mores imitari nolunt. Hæc est hæresis & erroris cæcitas obstinatio & malignitas.

VERS.21. SICVT ENIM PATER SVSCITAT MORTVOS, ET VIVIFICAT: SIC ET FILIVS, QVOS VVLT, VIVIFICAT] Ecce hoc est primum maius opus, quod Christus Patrem sibi Filio demonstraturum, id est, communicaturum, dixit. Nam vt ait S. Augustinus. *Maiores sunt opera mortuos suscitare, quam languidos sanare.* Et S. Cyrillus: *Nolite, ait, mirari hoc, quod vnus longo morbo dissolutus, verbo corroboratus, grabatum etiam vult & abiit, cum mortem omnino destrueturus sim, & orbem terrarum iudicaturus.*

SIC ET FILIVS QVOS VVLT VIVIFICAT] Tacite significat se esse Deum, Patri æqualem in potestate & libertate suscitandi & viuificandi quoscumque voluerit. *illa particula, sicut Pater*; ait Chrylost. *indiscretam potestatem; illa autem, quos vult, æqualem demonstrat.* Similiter Theophyl. *Verbum, Quos vult, indicat suæ cum Patre potestatis æqualitatem.*

QVOS VVLT] Non alios vult Pater viuificare, alios verò Filius; sed eosdem, quia eius voluntas conformis, imò eadem numero est cum voluntate Patris. Ita S. Augustinus.

VIVIFICAT] Id est à morte suscitatur, tum in hac vita, vt suscitauit Lazarum ac filium viduæ; tum in die iudicij omnes omnino suscitabit; Sanctos quidem ad vitam æternam, impios verò ad gehennam & mortem æternam, vt patebit v. 25. & 28.

VERS.22. NEQVE ENIM PATER IVDICAT QVEMQVAM, SED OMNE IVDICIUM DEDIT FILIO] *Id enim* omittit Arabicus, sed habet Græcus, & apud: nouum enim argumentum suggerit. Est enim hæc secunda ratio, qua Christus se probat esse Deum, estque secundum opus maius, quod Patrem sibi demonstraturum, id est, daturum,

A dixit v. 20. Primum enim est suscitare mortuos; secundum est, potestas iudicialia, quam solus Christus homo accepit à Patre in sua incarnatione, ac solus visibiliter in omnes exercebit in die iudicij. Ita Beda, Chrysothomus & Cyrillus, quem audi: *Aliud quoddam diuinum atque præcipuum offert argumentum, quo se natura & verò Deum ostendit. Cui enim orbem terrarum iudicare alij conuenit, quam soli Deo, quem solum ad iudicandum diuina Scriptura vocat dicens: Exurge Deus, iudica terram? psal. 81. vers. 8. Et rursus: Quoniam Deus iudex est, alium humiliat, & alium exaltat, psalm. 47. vers. 6.*

FILIO SVO] vni secum Deo, sed per incarnationem homini factò. *Ac si diceretur*, ait August. lib. 1. de Trinit. c. 13. *Patrem nemo videbit in iudicio viuorum & mortuorum, sed omnes Filium, quia Filius hominis est, vt possit & ab impijs videri, cum & illi videbunt in quem pupigerunt.*

Dices, Christus creatus est iudex vt homo, iuxta illud: *Qui constitutus est à Deo iudex viuorum & mortuorum*, Actor. 10. 42. ergo non rectè Christus ex eo quod sit iudex, probat se esse Deum? Resp. rectè id eum probare, quia potestas iudicialia propria est Deo; est enim summa, & iuris amplissimi: quare Deus eam communicare non luit, nec congruè potuit puro homini, sed Christo soli, qui Deus est & homo. Ipse enim vt Deus, summam habet auctoritatem iudicandi; vt homo verò, habet facultatem iudicium hoc visibiliter coram hominibus saluandis & damnandis exercendij; iudex enim debet videri à reo, eiusque sententia ab eo audiri.

An Christum ex eo quod sit iudex omnium, rectè probat se esse Deum.

VT OMNES HONORIFICENT FILIUM, SICVT HONORIFICANT PATREM: QVI NON HONORIFICAT FILIUM, NON HONORIFICAT PATREM, QVI MISIT ILLVM] Iudæi enim qui hic noluerunt honorificare Filium Dei, nec eum vt talem agnoscere, in die iudicij videntes eius maiestatem, & potestatem in iudicando diuinam, iniuri cogentur eum vt Deum agnoscere, honorificare & adorare.

SICVT HONORIFICANT PATREM] id sicut significat æqualitatem, non similitudinem, quia assimilatur eos qui sunt eiusdem naturæ; id est, eos sibi mutuo coæquat, scilicet Filium Patri. Nam, vt ait S. Cyrillus, *si ipse omnia est quæ Pater, quantum ad deitatis maiestatem pertinet, quomodo par non erit equaliter cum Patre honorari, cui ad identitatem substantiæ nihil profus deest?* Sic & S. Augustinus, Chrylost. Theophyl. & alij. Hinc contra Arianos patet Christum esse Deum, ideoque eadem adoratione adorandum, quæ adoratur Pater, scilicet latrâ.

QVI NON HONORIFICAT FILIUM, NON HONORIFICAT PATREM, QVI MISIT ILLVM, tum quia negando Filium, negat & Patrem: pater enim & filius sunt correlatiua, nec pater esse potest, qui filium nō habet. In Deo verò qui negat Filium Dei esse Filium, negat Deum Patrem verè & propriè esse Patrem, ac generasse: taciteque asserit, ei defuisse vim generandi Filium sibi consubstantialem & æqualem: tum quia Pater *misit Filium* in mundum, vt per eum honoraretur, vt scilicet agnosceretur esse pater propriè dictus, ac genuisse Filium sibi *omnisior*, cum eoque eadem latrâ adoraretur: qui ergo negat Filium esse Deum, negat Patrem genuisse Deum, quæ

quæ summa est Patris iniuria & blasphemia. Auferunt enim Patri generationem sibi parem, & se dignam, ac pro diuina & increata, creatam & exilem ei attribuit. quare negat eum esse Patrem proprium & diuinum.

VERS.24. AMEN, AMEN DICO VOBIS, QVIA QVI VERBUM MEVM AVDIT, ET CREDIT EI QVI MISIT ME, HABET VITAM ETERNAM, ET IN IUDICIVM NON VENIT, SED TRANSIT A MORTE AD VITAM] Amen, amen. Geminatio hæc attentionem excitat. Significat enim rem quam afferit, non tantum esse certissimam, sed & summè necessariam ad salutem æternam. Vide dicta c. 3. 3. Quia, id est, quod. Audit, ita vt credat & obediat verbo meo. Vnde subdit: Et credit ei qui misit me, ac consequenter credit mihi quasi Filio, à Patre in mundum ad eius salutem misso. Non dicit, Et credit mihi, sed amplius. Dicendo enim, Et credit ei qui misit me, inuoluit mysterium S. Trinitatis, & incarnationis: quæ duo sunt præcipua fidei capita, & summè ad salutem necessaria. Ille enim qui misit Filium, est Deus Pater: iam Pater & Filius iuncti necessariò spirant Spiritum sanctum: en tibi tota S. Trinitas.

HABET VITAM ETERNAM] Habet, iure, merito & spe, sed necdum in re. Habet ergo, id est, certo habebit, si in fide perseveret, illique congruenter viuat vsque ad mortem. Vide dicta cap. 3. v. 16.

ET IN IUDICIVM, id est, in condemnationem, puta in gehennam, NON VENIT] non vadit. Vide dicta cap. 3. 17.

TRANSIT, id est, certò transibit (vtitur præterito pro futuro ob rei certitudinem. q. d. Certò & infallibiliter transibit, perinde ac si iam transisset) A MORTE, corporis temporaria, AD VITAM ETERNAM] beatam in cælis: licet enim reprobi damnandi, suscitandi sint quoque ad vitam, vt ardeant in gehennas: tamen hæc vita gehennalis, continua potius erit mors, quam vita. Nam, vt ait S. August. lib. 6. de Ciuit. cap. 12. nulla maior & peior est mors, quam ubi non morietur mors. In gehenna ergo erit mors vitalis, & vitæ mortalis, hoc est semper moriens, & nunquam mortua. Rursus planius, q. d. Qui credit & obedit Deo Patri & Filio ab eo misso, transit a morte, animæ per peccatum mortuæ, ad vitam spirituales gratiæ, vt post mortem naturalem transeat ad vitam gloriæ.

VERS.25. AMEN, AMEN DICO VOBIS, QVIA (quod) VENIT HORA, ET NUNC EST, QVANDO MORTVI AVDIENT VOCEM FILII DEI, ET QVI AVDIERINT, VIVENT] Ne longè post futuram arbitretis, inquit, Chrysostr. subdit. Et nunc est. Nam se futura tantum annunciarer, non immeritò esset dubitandum, sed se in terris cum ijs conuersante, hæc ventura dicit, Nam, vt Theophyl. dicit hic de ijs (tribus) quos suscitaturus erat, vt de filio viduæ, filia Archisynagogi & Lazaro, & maximè de Lazaro: hunc enim in Iudæa suscitaturus erat, ceteros duos verò in Galilæa. Christus enim hic loquitur in Iudæa Iudæis; & hoc significat id nunc est. Assurgit enim Christus à resurrectione spiritali animarum è peccato ad vitam gratiæ factam à se, ad resurrectionem corporum à se factam, dum ipse adhuc in terris viueret, indeque v. 28. assurgit ad plenam resurrectionem & gloriam corporis, quam faciet in die iudicij. Nam ex potestate suscitandi

di animas à morte peccati ad vitam gratiæ, tamquam ex re maiori & difficiliore, probat Christus se habere potestatem suscitandi corpora: quod minus & facilius est. Ita Toletus, Iansenius, & Franc. Lucas ex S. Chrysostr. & Theophyl. Licet S. Cyrillus, Maldonatus & alij censentes hic agi de resurrectione communi & vniuersali id nunc est, accipiant de die iudicij extremi. Totum enim tempus legis nouæ S. Ioannes epist. 1. cap. 2. v. 18. vocat horam (id est tempus) nouissimam; quia scilicet hoc est vltimus hominum status, ac proinde omnia quæ in eo fiunt, videntur adesse quasi præsentia, & nunc hac hora fieri.

Alij addunt Christum loqui de Sanctis, quos moriens & resurgens à morte suscitauit, Matth. 27. vers. 52. Plenissimus erit sensus, si de omnibus omnino à Christo suscitatis & suscitandis intelligas.

ET QVI AVDIERINT] Id est, qui senserint vim vocis Christi, siue qui illi obediunt, perinde ac si audirent vocem Filij Dei, qui vocat ea quæ non sunt quasi ea quæ sunt. Est catachresis. Constat enim mortuos non audire, ac prius debere à morte suscitari, antequam vocem audire possint.

VIVENT] resurgent vi & virtute vocis Christi.

SICVT ENIM PATER HABET VITAM IN SEMETIPSO: SIC DEDIT ET FILIO HABERE VITAM IN SEMETIPSO] Habere vitam in semetipso tria significat. Primò, habere vitam à se suæque essentia, non ab alio: Dei enim essentia est vita, & vita est essentia. Deus ergo essentialiter, & per essentiam est ipsa vita essentialis, increata & immensa. Ita S. August. hic tractat. 19. Quid est, inquit, Habet Pater vitam in semetipso? Non alibi habet vitam, sed in semetipso: viuere quippe suum in illo est, & non aliunde. Non alienum est, quò quasi mutatur vitam, neque quasi pariceps si vita eius, vitæ quæ non est quod ipse: sed habet vitam in semetipso, ut ipsa vita sibi sit ipse. Secundò, habere Deum vitam in se esse fontem omnis vitæ, ex quo scilicet omnis angelorum, hominum, animalium & plantarum vita, quasi ex vberissimo & vitali fonte profluit, nec aliunde profluere possit. Ita S. Euthym. Habere vitam in semetipso, ait, hoc est ad modum fontis scaturire facit vitam; iuxta illud, Quoniam apud te est fons vitæ, psal. 35. 10. Tertium, quod ex primo & secundo consequitur, habere vitam in se, est habere vitam in sua potestate, esse dominum vitæ, dominare viuentibus omnibus, vt eis vitam dare, conseruare, auferre ad libitum possit. Hinc patet vnitas essentia, puta deitatis, in Patre & Filio: nam alioqui si Filius haberet aliam essentiam à Patre, haberet vitam in alio, scilicet in Patre, qui vitam illi dedit: iam autem habet vitam in semetipso, id est, in sua essentia diuina, quam proinde eandem omnino habet cum Patre. Ita Chrysostr. Ecce, ait, quomodo in nullo prorsus differunt, nisi quòd alter Pater est, alter Filius.

SIC DEDIT ET FILIO HABERE VITAM IN SEMETIPSO] quæ Filius Deus est, idque iuxta tres modos iam recensitos. Vt vita eius non essetogens vita, ait, August. ne participando intelligatur habere vitam: si enim participando haberet vitam, posset & amittendo esse sine vita: hoc in Filio ne accipias, ne cogites, ne credas. Manet ergo Pater vita, manet & Filius

Filius vita: Pater vita in semetipso, non à Filio; Filius vita in semetipso, sed à Patre.

Porrò S. Cyrillus id ipsum explicat de Christo, non quæ Deus, sed quæ homo est, q. d. Christus quæ homo est, habet vitam in semetipso, hoc est, vitæ & necis in omnes habet potestatem, vitæ necisque omnium est dominus: ipse enim à Patre constitutus est iudex viuorum & mortuorum. Vnde sequitur.

VERS.27. ET POTESTATEM DEDIT EI IUDICIVM FACERE, QVIA FILIUS HOMINIS EST] q. d. Quia Christus quæ Deus, habet vitam in semetipso, hinc quæ homo, habet potestatem iudicandi omnes, & enim quia hic specificatiue sumitur, non reduplicatiue, idemque valet quod quatenus, vt dicitur sumatur pro καθ' ἑν. Secundò tamen & neruosiùs, & quia accipias reduplicatiue & causaliter, vt sonat. Dat enim causam, cur Deus dederit Christo potestatem iudicariam. Causa est, quia Christus Filius hominis est, id est, quia incarnari dignatus est, homoque fieri, q. d. Voluit Deus homines per Christum hominem iudicare, vt congruum esset iudicium, congruoque modo scilicet sensibili & humano, fieret, vtque sicut ipse per Christum hominem mundum saluat, sic & per ipsum eundem iudicet; hominem, inquam, qui cum Deus esset, vitam humanam induit, eamque pro hominum salute morti exposuit & prodegit. Quare ipse tantæ sui exinanitione, quæ voluit fieri homo, morique pro hominibus, meruit hanc exaltationem iudicariæ potestatis, vt omnium sit iudex, qui omnium fuit saluator. Ita Toletus, Iansen. Maldonat. & alij. Audi S. Aug. Secundum quòd Filius est Dei, sicut habet Pater vitam in semetipso, sic & dedit Filio vitam habere in semetipso: secundum autem quòd Filius hominis est, potestatem dedit & iudicium faciendi. Et paulò post: Secundum hoc accepit potestatem iudicandi, quia Filius hominis est; nam secundum quòd Dei Filius est, semper habuit hanc potestatem. Causam duplicem addit. Prior est: Adiectum erat, inquit, vt iudicandi viderent iudicem: iudicandi autem erant boni & mali: restabat, vt in iudicio forma serui bonis & malis ostenderetur, forma Dei solus bonus seruetur. Posterior: Forma illa erit iudex, quæ stetit sub iudice: illa iudicabit, quæ iudicata est: iudicata est enim iniquè, iudicabit iuste.

VERS.28. NOLITE MIRARI HOC, QVIA (quod) VENIT HORA, IN QVA OMNES QVI IN MONUMENTIS SVNT, AVDIENT VOCEM FILII DEI] Hora, id est, tempus legis Euangeliæ, quæ omnium est vltima & nouissima, in cuius fine fiet resurrectio mortuorum & vniuersale iudicium, vt dixi v. 25.

QVI IN MONUMENTIS SVNT] putà mortui & sepulti, sub quibus etiam mortuos insepultos accipe: Nam, vt ait S. August. ab his qui naturaliter sepulti sunt, etiam eos significauit, qui naturaliter sepulti non sunt.

AVDIENT] Hoc est, sentient sententiam, vim & efficaciam vocis Christi.

VOCEM FILII DEI] Erit hæc vox tubalis Archangeli, fortè Michaëlis: Surgite mortui venite ad iudicium, idem concrepantibus & consonantibus alijs aliorum angelorum tubis & vocibus. Dicitur vox Dei & Christi, quia eius iustus, sed angelorum ministerio, formabitur in aëre, ita vt per totum orbem resonet, ab eoque efficaciam Corneli. in Ioannem.

Quenam hæc vox filij hominis quam mortui audiēt?

suscitandi mortuos accipiet, quasi eius instrumentum, saltem morale. Non enim est necessè huic tubæ vim physicam suscitandi mortuos tribuere. De hæc voce & tuba plura dixi i. Theosal. 4. 16.

ET PROCEDENT QVI BONA FECERVNT, IN RESURRECTIONEM VITÆ, beatæ & æternæ; QVI VERO MALA EGERVNT, IN RESURRECTIONEM IUDICII] id est, condemnationis & gehennæ. q. d. Boni resurgent ad gloriam, mali ad gehennam.

PROCEDENT] Græcè ἐκπορεύονται, id est, egredientur, scilicet è suis monumentis & sepulchris resurgent, tendentque ad vallem Iosaphat iuxta Ierusalem, in quâ fiet iudicium vniuersale, vt ibi à Christo iudice, pro meritis cælo vel inferno adiudicentur.

Obijcit hic Christus Iudæis sibi incredulis & rebellibus, suam potestatem iudicariam, vt eius metu eos terreat, conterat & conuertat, æquè ac fecit in fine vitæ, cum à Caipha pontifice adiuratus an esset Filius Dei, respondit se esse, ideoque ad mortem condemnandus addidit: Verum amen dico vobis, amodo videbitis Filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli, Matth. 26. 64.

Nulla enim terribilior res est, & efficacior ad permouendum hominum animos, vt penitentiam agant, vitamque sanctam instituant, quàm viuæ repræsentatio iudicij extremi. Quocirca Christus ascendens in cælum, per angelos iussit Apostolos prædicare suum ad iudicium reditum, Actor. 1. 11. ideoque eundem Paulus Arcopagitit inculcauit, ac inter alios S. Dionysium conuertit, Actor. 17. 31. In iudicio enim cuique iacietur alea æternitatis, vel beatissimæ vel miserimæ. In omnibus operibus tuis ergo memorare nouissimam tuam, & in æternum non peccabis, Eccli. 7. 40. Vide ibi dicta. Sanè fatalis ille dies mundi vltimus erit decretorius, & horizon æternitatis, qui probos ab improbis determinabit, & longissimè separabit, atque probos omni felicitate cumulabit, improbos omni calamitate obruet, idque in æternum. Hoc mirum & miserabile diuortium assidue cogita, stude sanctitati, viuæ æternitati.

NON POSSVM EGO A MEIPSO FACERE QVIDQVAM. SICVT AVDIO, IVDICO, ET IUDICIVM MEVM IVSTVM EST: QVIA NON QUÆRO VOLVNTATEM MEAM, SED VOLVNTATEM EIVS, QVI MISIT ME] Demonstrat Christus iudicium suum, quo quæ homo omnes homines iudicabit, fore iustum, ex eo quòd ipse aliud iudicare & velle non possit, quàm id quòd iudicat & vult Pater: Nam ipse quæ Deus idem numero habet iudicium, eandem numero mentem & voluntatem diuinam, quam habet Pater: quæ homo verò, totus regitur à deitate & Verbo inhabitante, vt aliud iudicare & velle nequeat, quàm id quòd eius deitas, quasi præses iudicat & vult. Ita S. Augustinus, S. Chrysostr. Euthymius, & alij.

SICVT AVDIO, à Patre verissimè iudicante, iudicandum esse, sic IVDICO] semper, ac præsertim sic iudicabo in die iudicij. Audio, ergo idem est quòd cognosco, intelligo, video; in diuinis enim idem est audire & videre, imò idem

Iudicij me- ditatio quæ efficit.

VERS. 30.

idem est in mente: mens enim eminenter continet visum, auditum, ceterosque sensus. Ostendit suum iudicium, quo omnes iudicabit, fore verum, quia non ex suo, sed ex Dei Patris iudicio, quod constat esse verissimum & æquissimum, iudicabit. Vnde subdit: Er, id est, itaque, vel idcirco, iudicium meum iustum est. Ita S. Chryl. Iustomus: Per auditum, ait, nihil aliud intelligitur, quam nihil aliud posse, quam quod Pater, q. d. Ita iudico, ac si Pater ipse iudex sit.

QVIA NON QVÆRO VOLVNTATEM MEAM, scilicet solam, aut à Patris voluntate diuersam: talem enim non habeo, sed VOLVNTATEM EIVS QVI MISIT ME] nam voluntas mea diuina, eadem numero est cum voluntate Patris: voluntas autem mea humana voluntati diuinæ planè conformis est, ab eâque per omnia dirigitur: quare aliud ab illa velle & iudicare nequit. Ita S. Aug. Non quia, inquit, ipse in iudicando nulla voluntas est, sed quia non est illa voluntas eius propria, ut sit à Patris voluntate aliena. Nam, ut ait Cyrillus, illius voluntatem quasi regulam in omnibus sequitur, ideòq; ait Euthymius, illius voluntas etiam mea est. Dat causam à priori, cur suum iudicium futurum sit iustū; quia scilicet voluntas eius planè subiecta & conformis est voluntati diuinæ, eò quòd subsistat in persona diuina Verbi, ab eâque regatur: voluntas enim flexit regitque intellectum, eiusque iudiciū, quocumque vult. Quare si voluntas humana conformis sit voluntati diuinæ, etiam intellectus & iudicium humanum conformia erunt intellectui & iudicio diuino: præsertim quia in Deo, in re idem omnino est intellectus & iudicium, quod voluntas: in Deo enim omnes potentie, omniaque attributa in re idem sunt cum essentia diuina, ex qua, quasi ex fonte suo, imò quasi ex omni boni & vniuntur: quare ipsa infallibilis est omnis veritatis & iustitiæ norma ac regula, quam Christus in omnibus sequitur, nec ab eâ vel hilum deuiare potest, ideòque tam voluntas eius, quam intellectus, & iudicium rectissima, verissima & iustissima sunt, & erunt semper.

VERS. 31.

SI EGO TESTIMONIUM PERHIBEO DE ME IPSO, quòd sim Filius Dei, ideòque quæ homo, Dei iudicio & voluntati per omnia conformis, TESTIMONIUM MEVM NON EST VERVM] id est, legitimum, iuridicum & fide dignum. Verum enim hic non opponitur falso, sed illegitimo, infido, incerto: respondet enim Hebr. נֶאֱמָרָנָה, id est, fidele, congruum & fide dignum. Fieri enim potest, vt quis verissimum de seipso dicat testimonium, sed tamen apud homines fide careat, propter suspicionem de nimio sui ipsius amore, ait Euthymius.

Est prolepsis, siue occupatio, quæ Christus occurrit tacitæ obiectioni Scribarum dicentium: Tu, ô Iesu, prædicas te esse filium Dei, ideòque sequi in omnibus Dei iudicium, at non credimus tibi, nisi Dei, vel virorum fide dignorum testimonio id probes: tuum enim testimonium, hic in re tuâ, tibi que propriâ, nobis suspectum videtur, nec fide dignum. Respondet Iesus: Fateor, vobisq; concedo, testimonium meum de me ipso non esse legitimum, nec fide dignum, si ego solus ex me ipso hoc testificor: do vobis ergo vt mihi soli non credatis; at ego non solus, sed plures

alij fide digni idem de me testificantur, vt patebit vers. sequenti. Loquitur enim Christus magis ex confessione, & ex communi Iudæorum sensu, quàm ex suo, vt patet Ioan. 8. 13. Vbi Iudæi Christo in faciem obijciunt, dicuntque: Tu de te ipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum. Quibus respondet Christus v. 14. & 16. Verum est testimonium meum, &c. quia solus non sum, sed ego & qui misit me Pater. Ita S. Cyrill. Chryl. Leontius, Theophyl. Euthym. & alij.

ALIVS EST QVI TESTIMONIUM PERHIBET VERS. 32. DE ME: ET SCIO QVIA VERVM EST TESTIMONIUM, QVOD PERHIBET DE ME] Alius, scilicet Deus Pater qui in baptismo meo cælitus intonuit: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui, Matth. 3. 17. Ita S. Cyrillus, Beda, Rupert. Rursus alius, scilicet Ioannes Baptista mihi attestatur, vt sequitur. Ita S. Chryl. Leontius, Theophyl. Euthymius, Iansenius, Maldon. & alij. Alius ergo, id est alij sunt, qui testificantur me esse Filium Dei, scilicet Deus Pater, Ioannes Baptista, Moses, Prophetæ, atque opera mea diuina & miraculosa: hos enim omnes testes in sequentibus pro se producit Christus, vt probet se, esse Messiam & Dei Filium.

ET SCIO QVIA VERVM EST] q. d. Ego pro me, hisce testibus non egeo: scio enim ex scientia propria & diuina, verum esse id quod testantur, scilicet me esse Filium Dei. Quare ego eorū testimonium produco, non propter me, sed propter vos, vt mihi tot testimonijs probato fidem adhibeatis.

VOS MISISTIS AD IOANNEM (cap. I. v. 19.) VERS. 33. ET TESTIMONIUM PERHIBUIT VERITATI] q. d. Vos misistis legatos ad Ioannem, quasi ad virum vestra opinione sanctum, & omni fide dignum, vt eum rogaretis an ipse esset Messias: Ioannes respondit non se, sed me esse Messiam, hocque testimonium non dedit meæ amicitie aut gratiæ (nam me antè non viderat) sed veritati: Ipsum enim nil dare gratiæ, sed omnino veritati, vos ipsi existimastis, cum eum pro Messia recipere voluistis: ergo testimonium eius resellere non potestis, ait Euthymius. Planè conijcit Scribas hic Christus ex Ioannis testificatione, vt pote apud Iudæos certa & irrefragabili, se esse Messiam.

EGO AVTEM NON AB HOMINE TESTIMONIUM ACCIPIO] q. d. Ego pro me teste Ioanne non egeo: sum enim Deus, Deique Filius, cui Ioannes, Moses & Prophetæ credere debent, ab eoque doceri, omnemque gratiam & auctoritatem accipere. Rursum, vt ait Cyrillus: Ostendit sibi nullius hominis testimonium esse necessarium, cum à splendore signorum ac gloria, natura Deus demonstratur. q. d. Ergo cum sim Deus, hominum testimonio, commendatione, celebratione non indigeo. Ita Theophylact. Leontius, Maldonatus, Iansenius, & alij.

SED HÆC DICO VT VOS SALVI SITIS] Hoc est, vt ait S. Chryl. Ego hominis non indigeo testimonio, cum Deus sim: verum cum Ioannes tanta apud vos auctoritate sit, cum tamquam Prophetam admiremini, mihi autem vt miracula facienti non credatis, idcirco eius testimonium vobis in memoriam reduco, omniaq; facio vt vos alliciam, & saluos faciam.

ILLE ERAT LYCERNA (græcè, ὁ λυκῆος, id est, est,

est, illa lycerna, scilicet eximia & singularis) ARDENS ET LUCENS. VOS AVTEM VOLVISTIS AD HORAM EXVLTRARE IN LVCE EIVS] Ioannes non erat ipsa lux ex se lucens (hæc enim erat ipse Christus, Ioan. 1. v. 9.) sed erat lycerna, quæ lumine à Christo accepto, in se Dei cognitione & amore ardebat, alijs vero exemplo sanctitatis, & feruore prædicationis lucebat. Ioannem enim misit Deus post longum, per plurimam sæculi, Prophetarum omnium silentium, quasi cælestem Prophetam, qui tenebras ignorantie Iudæorum, velut lycerna illuminaret, eiq; veram lucem, putà Christum Dominum, ostenderet, eiq; faciem præferret. Ita S. Cyrillus, Leontius, Theophyl. & Euthym. Christus ergo est solius iustitiæ, Ioannes quasi stella & luna à sole illuminata: Lux enim naturaliter vnigenitus est, qui ex luce, id est, ex substantia Patris, effulsit, ait Cyrillus. Ioannes verò lycerna fuit, quia luxit luce ab eo derivata & participata; luxit, inquam, oleo, id est, gratia Spiritus sancti, quæ instar olei, animas nostras, quasi lycernas ingressa, nutrit, conseruat, auget. Vnde eius typus fuit lycerna oleo ardens in templo, ante Deum residentem in Sancto sanctorū: sic enim Ioannes lucet ante Christum. Lycerna ergo ardens ac lucens semper tabernaculo testimonij fuit Ioannes Baptista, ait Cyrillus: Vide dicta Exodi 25. v. 31.

Ioannes Baptista erat lycerna ardens & lucens.

Christus sol.

Moraliter S. Bernardus ser. de S. Ioanne Baptista, docet sanctos viros & prædicatores, prius in seipsis debere ardere charitate & zelo, antequam alijs prædicando luceant. Est enim, inquit, tantum lucere vanum, tantum ardere parum; ardere & lucere perfectum. Et inferius: Ille erat lycerna ardens & lucens. Non ait: Lucens & ardens: quia Ioannis ex seruire splendor, non feruor prodijit ex splendore: sunt enim qui non eo lucunt, quia feruunt, sed magis feruunt vt luceant. At isti planè non feruunt charitatis spiritu, sed studio vanitatis. Ac mox triplicem in Ioanne ardorem & splendorem assignans, subiicit: Ardens enim erat in seipso vehementer auctoritate conversationis: erga Christum intimo quodam & pleno seruiore deuotionis: erga peccantes proximis constantia libera in reparationis: luxit nihilominus, vt paucis dixerim, exemplo, digito, verbo & seipsum ostendens ad imitationem, & luminare maius, quod latebat, ad peccatorum remissionem, & ipsos quoque tenebras nostras illuminans. Et mox: Considera hominem angelico promissum oraculo, conceptum miraculo, sanctificatum in vitro, & nouum in nouo homine penitentiæ mirare seruiorem. Audi Alcuinum hic: Ioannes erat lycerna, illuminatus à Christo luce, ardens fide & dilectione, lucens verbo & actione; qui promissus est, vt inimicos Christi confunderet secundum illud: Parauit lycernam Christo meo, inimicos eius induam confusione.

Laudes S. Athanasij.

Talis fuit S. Athanasius; vnde S. Gregorius Nazianz. orat. 2. 1. quæ est de laudibus Athanasij, ipsum nuncupat oculum mundi, prælatum sacerdotum, ducem & magistrum Confessorum, vocè sublimem, firmam fidei columnam, post Ioannem Baptistam secundam lycernam lucentem & ardentem. Additque Athanasius percutientibus erat adamans (per inuictam patientiam) dissidentibus magnes, eos ad se alliciens & inter se concilians. Et inferius: Virgines, inquit, eum vt pronubum laudent, coniuges moderatores, Anachoretæ excitatores, cœnobitæ legislatorem, simplices deductorem, speculationi de-
Cornel. in Ioannem.

diu Theologum, hilaris frenum, calamitose consolatore, canities baculum, inuentus pedagogum, pauperas largitore, diuitie dispensatore, egrotantes medicum, sani valetudinis custodem; omnes denique eum qui omnibus omnia factus est, vt omnes, vel quamplurimos lucrifaceret. Et antè. Ipse, ait, Abraham, Isaac, Iacob, Moyses, Dauidus, Samuelis, Eliæ, Elisæ, ceterorumque Sanctorum virtutes, in vnam simplicius complexus animam; vnum ex omnibus virtutis simulacrum numeris omnibus absolutum edidit. Talis quoque fuit S. Basilus, de quo idem Nazianz. orat. 20. Basilij vox, inquit, erat tonitru, quia vita eius erat fulgur. Quia vita fulgurabat, ideo voce tonabat.

VOS AVTEM VOLVISTIS AD HORAM (ad modicum tempus) EXVLTRARE IN LVCE EIVS] q. d. In initio prædicante Ioanne, cum tantà vitæ sanctitate & zelo; gauisi estis & exultastis, quòd tantus Propheta cælitus exortus esset, quem sperabatiss fore vestrum Messiam; sed vbi Ioannes vestra scelerata taxare cepit, ac indicare me esse Messiam, me, inquam, pauperem & humilem, vos Ioannem spreuistis, nec testimonio eius de me credidistis; quia si credidissetis, me pro Messia recepissetis. Hoc est quòd ait Lucas c. 7. 30. Pharisæi autem & legiserui consilium Dei spreuerunt in semet ipsis, non baptizati ab eo, scilicet Ioanne. Ita S. Cyrillus, Chryl. Iustomus & alij.

EGO AVTEM HABEO TESTIMONIUM MAIUS VERS. 36. IOANNE. OPERA ENIM, QVÆ DEDIT PATER VT PERHICIAM EA; IPSA OPERA, QVÆ EGO FACIO, TESTIMONIUM PERHIBENT DE ME, QVIA PATER MISIT ME] maius Ioanne, id est, maius testimonio Ioannis; Maius id est, certius, efficacius, magis conuincens me esse Messiam, Dei Filium, à Deo missum ad hominum salutem. Hoc maius testimonium sunt mea opera, id est, miracula, quæ dedit mihi Pater, vt ijs probem me ab eo missum. Nam Ioannis testimonium poterat quispiam calumniari, tamquam ad gratiam factum (ait Euthym.) verum opera omni suspitione libera, sanctorum ora contentiosa obturant. Opera enim etiam infans periuaderent, inquit Chryl. Addit S. Cyrillus: Quoniam ergo non dignus vobis Ioannes fide videtur, maiorem testem offero, cuius splendor mentis vestri oculos ita perstringat, vt nihil omnino dicere possitis: non enim verbis, nec auctoritate hominum rem meam approbo, sed miraculorum splendore ac gratia, me ex Deo natum, & naturà Deum ostendo.

OPERA (miracula) QVÆ EGO FACIO, TESTIMONIUM PERHIBENT DE ME] quia miracula (quale fuit recens paralytici sanatio, v. g. ait Theophyl.) mea sunt opera supernaturalia, quæ à nulla creata causa fieri possunt, sed Deo soli sunt propria: vnde ipsa sunt quasi sigillum Dei, quibus ipse mihi testimonium perhibet, meamque doctrinam obsignat & confirmat. Quia sunt opera solius diuinæ virtutis, ait Euthymius. Vnde Iyrannus: Firmum, ait, testimonium est per opera soli Deo possibilia, qui non potest testis esse falsitatis. Sic & S. Chryl. Cyrill. & alij.

Hinc sequitur, Iudæos potuisse, & debuisse certò cognoscere Iesum esse Messiam, siue Christum & Dei Filium, ex miraculis quæ patrabat. se esse Christum, Primò, quia Iesus illa faciebat hoc fine & scopo, vt ijs probaret se esse Christum & Deum. Hoc ergo euidenter eraciu attestante, scilicet in miracu-
Miraculis enim Iesum se esse Christum.
E c 2 lis,

Secundò.

Tertidò.

lis, quæ testabantur ipsum dicere verum, scilicet se esse Deum Deiq; Filium. Secundò, quia Iesus fecit omnia miracula; quæ Prophetæ prædixerunt à Christo esse faciendâ, ut ipse ostendit Matth. 11. v. 4. & 5. Tertidò, quia, licet aliqui Prophetæ & viri sancti nonnulla miracula ediderint, non tamen tot & tanta, quot & quanta edidit Iesus. Rursum Prophetæ faciebant miracula non suâ virtute, sed inuocatione Dei; Christus autem suâ virtute, suâ auctoritate, suo iussu & imperio quasi Dominus illa efficiebat. Inde ergo facile erat cognoscere ipsum esse Messiam, & Deum. Ita S. Athanasius lib. de Incarn. Verbi. Hinc etiam multi à Iudæis ipsum ut talem agnouerunt; alij tamen, præsertim principes & Scribæ, licet secretò & sedatè omnia Iesu gesta considerantes, ipsi conuincerent ipsum esse Messiam; tamen aliâ ira & inuidia contra eum acti cæcarique, ipsum ut talem non agnouerunt, aut potius agnoscere noluerunt.

Igitur duobus maximè modis miracula Iesu probant eum esse Deum. Primùm, ratione modi faciendi, ut dixi: quòd præpotenti illa vi, sibi propria, vteretur in peragendis miraculis. Deinde nonnulla etiam sibi miracula referuauit, quæ ipsa sui natura conuincunt & damnant eum esse Deum: qualia sunt, quòd natus est de Virgine: quòd secreta cordium, & quid esset in homine, nosset, & sciret omnia: quæ causa fuit quamobrem Apostoli dicerent se credere, quod à Deo exiisset. Idem, quòd futura omnia quæ in passione, morte & post resurrectionem iuxta Scripturam euentura erant, prædixit: quòd, cum voluit, animam suam in cruce posuit, ac deinde tertiâ die resumpsit: quòd ascendit in cælum: quòd misit Spiritum sanctum: deniq; quòd miracula illam vim patrandorum miraculorum in Apostolos, & septuaginta duos discipulos transfudit. Hoc quoque singulare in Christo, eique soli seruatum, quod dicturus sum: Vis scilicet & potestas semper & vbique prompta & parata, & nusquam restricta, tam grandia edendi miracula, tam incredibilia, & naturæ facultatem superantia: tam plena ac perfecta, tam salutaria, tam vera, tam certa ac clara, tam diuina ac conuenientia Filio Dei. Inter quæ maximè eminent salutifera illa & præsentanea virtus sanandi omnes morbos omnium, ut diximus, quotquot eum adibant sanitatis recuperandæ gratia, omnibus locis, omni tempore. Hæc absoluta potentia & perpetua virtus, solius est Christi. Nec in veteri testamento Israh, aut Eliseo, aut etiam in legis promulgatione Moyse, aut angelis vniquam concessa fuit: quippe qui tantum ex intervallo miracula ediderunt, ut ex historiarum collatione constat. Præterea miracula eorum certo numero comprehendebantur: Christi miraculorum continua series erat, nec vllus numerus inihi poterat. Ita S. Augustinus epist. 3. ad Volusianum, S. Cyrillus & Chrysostomus, quos citat & sequitur S. Thomas 3. part. quæst. 43. artic. 4. Quibus addenda quæ Christi mortem quali effectus consecuta sunt, uti suæ torius mundi per duodecim Apostolos plicatores ad Christum conuersio, feruor fidelium primitiua Ecclesiæ Actor. 2. & sequent. Martyrum innumerorum inuictum robur, imò in tormentis exultatio, etiam puerorum, virgi-

num & feminarum, &c. Quæ omnia clamant Christum ut Dei filium esse colendum, amandum & adorandum, utpote qui solus hæc opera diuina Deoque propria efficeret. Hæc est gloria Verbi incarnati, quam celebrat S. Ioan. c. 1. v. 14. Euangelij.

ET QUI MISIT ME PATER, IPSE TESTIMONIUM PERHIBUIT DE ME: NEQUE VOCEM EIVS VMOQUAM AUDISTIS, NEQUE SPECIEM EIVS VPIDISTIS] Testimonium perhibuit. cum in meo baptismo cælicus intonuit: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Matth. 3. v. 17. Ita S. Chrylost. Rursum testimonium perhibuit de me, per Scripturas, putà per Moysen & Prophetas, qui de me, meisque operibus ante tot centenos annos prophetauerunt, uti mox explicat Christus v. 39. Ita Theophyl. Nonnus, Euthymius & alij. Addit S. Augustinus, & S. Hilarius l. 6. de Trinit. Patrem testificari Iesu, quòd ipse sit Filius Dei, cum eius operibus, id est, miraculis cooperatur, eique vim illa operandi tribuit. Verùm hoc testimonium includitur in ipsis miraculis, de quibus egit verlu præced.

Nota. Christus hic præter testimonium Ioannis, tria alia maiora adducit, quibus se probat esse Messiam, primum ex miraculis veru. 36. secundum ex voce Patris in baptismo, tertium ex Scripturis v. 39.

ET VERBUM EIVS NON HABETIS IN VOBIS MANENS (ARABICUS, non est firmatum in vobis) QUIA QUEM MISIT ILLE, HVIC VOS NON CREDITIS] Connexio, & consequenter argumentatio, horum verborum est oblcura, quam proinde variè variè elucidant.

Primò, planè & genuinè sic exponas, ut sit occupatio & concessio. q. d. Vos, ô Scribæ, mihi alleganti testimonium Dei Patris de me, obijcitis vos illud non audistis, eò quòd vocem Dei propriam & naturalem non audieritis, nec speciem & faciem eius videritis, sicut vidit Moyses, legem à Deo accipiens in Sina, Exod. 19. cui proinde vos credere asseritis. Respondeo: Concedo id quod dicitis, sed addo, quòd nemo, ne Moyses quidem, nec maiores vestri legem à Deo accipientes in Sina, audierunt propriam Dei vocem, nec eius speciem & faciem viderunt, sed tantum copiosum ignem, quo tegebatur Deus, viderint, & vocem in aère ab angelo vice Dei formatam audierint. Ego enim solus, qui sum filius Dei naturalis ideoque Deo intimus, vocem eius propriam audiui, & speciem, siue faciem eius diuinam vidi, & video assidue; sed, tamen vos virgo & conuinceo, quod verbum Dei mihi attestantis audistis, cum in baptismo meo Deus Pater publico tono edixit: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Matth. 3. v. 17. Rursum quòd verbum Dei de me audistis in S. Scripturis, putà in Moise & Prophetis, qui me esse Messiam & Deum attestantur. Verùm vos, licet hoc Dei de me Verbum & testimonium audieritis; illud tamen non habetis in vobis manens, quia illud nò penetratis mente, non capitis, non intelligitis, non comprehenditis, non creditis, eò quòd in me, velut à Deo Patre missum, credere nolitis, quâ in re grauerit erratis & peccatis. Si enim verbum angeli, vice Dei cum Moise, quasi seruo suo loquentis, audistis, illique creditis: multo magis verbum Dei mihi attestantis,

VERS. 37.

VERS. 38.

stantis, quòd sim eius Filius, audire, illique credere deberetis; præsertim cum Moyses mihi testimonium perhibeat, meque à vobis audiri iubeat, ut legitur. Ita Euthymius: *Cum sermo, inquit, qui per legem datus est ac Prophetis, clamat quòd Pater Filium suum missurus sit ad salutem vestram, & quòd vos illi credere oporteat, vos huic quem ille misit, non credentes, non auscultatis prædicto eius sermone, ac proinde nec habetis in vobis manentem.* Hic sensus videtur clarus, planus & genuinus.

Secundò, tamen S. Hilarius lib. 9. de Trinit. totum hunc locum sic necit & explicat. q. d. Propterea vocem eius non audistis, nec speciem vidistis, nec verbum eius manet in vobis, quia mihi non creditis: quasi dictum sit. Si mihi crederetis, vocem Patris audiretis, & speciem videretis, qui enim videt me, videt & Patrem; similiter qui audit me, audit & Patrem, & Verbum Patris in eo manet.

Tertidò, S. Cyrillus & Chrylost. censent hæc dici à Christo ad confundendos Iudæos, iactantes quòd Deum audissent & vidissent in Sina decalogum promulgantem. q. d. Erratis, & falsò iactatis, ô Iudæi, vos Deum audisse & vidisse in Sina: nam Deus purus est spiritus, qui nec vocem, nec speciem propriam habet, sicut habet homo: quare illa vox quam audistis, & species ignis quæ vidistis in Sina, non fuit vox, nec species vera & propria Dei; sed solum & signum dumtaxat corporeum, vobis corporatis & rudibus arcanam & inuisibilem deitatem, instar vmbræ repræsentans.

Quartò, S. Athanasius l. 4. Contra Arrian. per verbum, græcè λόγον, intelligit Christum Dei Filium, qui est Verbum Patris, quem aptè iungi cū specie & forma Dei asserit, eò quòd ipse character sit, & viva imago Patris, sentumque esse, q. d. Vos vocem Dei non audistis, nec formam vidistis, & cum superesset vobis modus vnus, ut in me, qui sum Verbum Patris, & imago eius substantiæ, quemque qui videt, videt & Patrem, crederetis; hunc modum contemnitis, & non creditis mihi, propterea Patris cognitionem non habetis, & diuina notitia priuati estis.

Quintò, Toletus q. d. Vos, ô Iudæi, perterriti voce tubali angeli & igne fulgurante in Sina, petistis vocem hanc terribilem amplius non audire, nec ignem horribilem videre, sed ut Deus vobis per Moysen, quasi internuncium loqueretur, idque à Deo obtinistis: sed verbum & pactum eius, ad quod vos obligastis, non seruatis: acceptastis quidem pactum eius, nempe vos audituros, quem ille miserit Prophetam de gente vestra: at verbum & pactum eius non manet in vobis, quia quod pepigistis, implere non vultis: Ecce enim ego sum quem ille misit, & vos non mihi creditis, nec auditis me, sicut promisistis.

Verùm primus sensus maximè videtur congruus & appositus.

VERS. 39.

SCRUTAMINI SCRIPTURAS, QUIA VOS PVLTIS IN IPSIS VITAM ÆTERNAM HABERE: ET ILLÆ SVNT QUÆ TESTIMONIUM PERHIBENT DE ME] Scrutamini, tam in Græco, quàm in Latino, potest esse modi indicatiui & imperatiui. Indicatiuo modo accipit Cyrillus. q. d. Vos, ô Scribæ, assidue scrutamini & versatis Scripturas, quæ testimonium perhibent de me; sed vos illud capere Cornel. in Ioannem.

& intelligere non curatis, quia ad me venire non vultis. Melius S. August. S. Chrylost. Theophyl. Euthymius & alij accipiunt in Imperatiuo. q. d. Vestigate Scripturas, & in ipsis inuenietis Deum Patrem mihi perhibere testimonium.

Porrò per tò scrutamini, Christus, ait Chryst. Iudæos ad Scripturam, non simplicem & nudam lectionem, sed ad inuestigationem per quam diligenter relegant: non enim dixit: Legite scripturas, sed Scrutamini, id est, diligenter quærite, & quasi effodite latentes in ea de me, rebusque diuinis thesauros, sicut qui scrutantur venas auri & argenti terram effodiunt ut aurum inueniant. Effodere profundis iubet, ut ea que altè in modum thesauri recondita sunt, possint inuenire, ait ex Chrylost. Euthymius. Sic & Theoph. Dixerat eis, ait, verbu Dei, hoc est Scripturæ, que de me, testantur, non sum in vobis. Igitur quomodo poterunt habere verbum Dei? inquit, Scrutamini Scripturas. Sic Scripturas scrutabatur ij quibus prædicabat Paulus Actor. 17. i. i. sed sincere & solius veritatis cognoscendæ studio: quare in Script. inuenerunt Christum, quem eis prædicabat Paulus.

QUIA VOS PVLTIS IN IPSIS, id est in earum intelligentia, fide & obseruatione, VITAM ÆTERNAM HABERE] Si quis enim credat & faciat, quæ iubet Script. vitam æternam assequetur. Hinc patet Iudæos pleròque, ac nominatim Phariseos, credidisse animæ immortalitatem, aliamque post hanc superesse vitam, in qua probis vita æterna, improbis mors æterna, à Deo irroganda sit. Dico pleròque: nam Sadducæi hæc omnia negabant, ut patet Actor. 23. v. 8.

ET (id est etenim. Hebræum enim van, id est &, sæpè est causale, idemque valet quod nam, quia, etenim. Ita Euthymius: dat enim causam cur dixerit: Scrutamini Scripturas; quia scilicet) ILLÆ SVNT QUÆ TESTIMONIUM PERHIBENT DE ME] scilicet multæ ad litteram, plures in sensu allegorico & mystico: quia *simus legis est Christus, Roman. 10. 4.* nam, ut ait Petrus: *Huc omnes Prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius, omnes qui credunt in eum.* Actor. 10. 43. Lector ergo sacræ Scripturæ, ac præsertim interpres, doctor & prædicator, scrutetur Scripturas, & in omnibus inueniet Christum vel in veritate apertum, vel sub vmbris & figuris opertum, ceclatum & velatum. Vide nostrum Iosephum Acostam lib. de Christo reuelato, ac S. Cyprian. lib. de Testimon. contra Iudæos.

ET (tamen) NON VULTIS VENIRE AD ME UT VITAM HABEATIS] q. d. Non vultis mihi adherere, in me credere, meam doctrinam & legem capessere, ut vitam æternam à Script. prædicatam acquiratis. Ad illam enim ego solus sum via, veritas & vita, Ioan. 14. 6.

CLARITATEM (græcè, δόξαν, id est gloriam) AB HOMINIBVS NON ACCIPTO] Est occupatio. q. d. Vos, ô Scribæ, suspicamini, & mihi obijcitis, quòd ego tam magnifica de me prædicem, meamque dignitatem & auctoritatem tam impensè probare cœner ex studio vanæ gloriæ, quòd scilicet vener auram populi, ab eoque glorificari, magnusque, imò filius Dei haberi cupiam. Respondeo, me hæc de me ipso prædicare, non propter me ut gloriam hominum aucuper, sed propter vos, ut scilicet vos saluem: vestræ enim salutis sum audis, illamque sitio, scio enim

VERS. 40.

VERS. 41.

enim neminem posse saluari, & vitam æternam possidere, nisi per me, utpote quem Deus constituit mundi saluatorem. Ita S. Chrysof. Cyrill. Leontius & alij, idque patet ex sequentibus.

VERS. 42. SED COGNOVI VOS, QUIA DILECTIONEM DEI NON HABETIS IN VOBIS] q. d. Scio & penero intima cordis vestri (sum enim cardiognosces & cordium inspector, quia Deus) videoque in iis nil esse amoris diuini, sed illa plena esse ambitione, auaritiâ, superbiâ: quæ est causa cur tam clara testimonia, quæ ego pro me profero, accipere, & in me credere nolitis. q. d. Radix vestræ incredulitatis & obstinationis non est mea gloriæ ambitio, sed vestra, vesterque defectus charitatis. Si enim verè Deum diligeretis, eique vni placere studeretis, utiq; me ab eo missum, & tam clarè in Script. descriptum agnosceretis. Sic & hodie hæreseos causa in multis est vitiosus amor; quia scilicet multi amant libertatem carnis, quam docet hæresis, nec amant Deum, qui eam intrinsecus & verat.

Aliter hæc cum præcedentibus necit Cyrilus. q. d. Non hæc magna de me prædicauit propter claritatem, ut scilicet humanam laudem aucuper, sed ut cognoscatis (sicut ego cognosco) dilectionem Dei non esse in vobis, qua priuati, quomodo poteritis ad me, qui Filius sum Dei, venire?

Aliter quoque Chryf. & Euthym. q. d. Vos, Scribæ, me persequimini, non ex zelo Dei, quod Deum, Deique honorem diligatis, sed ex odio & inuidia: nam ego tot testimoniis probaui me esse à Deo missum.

Aliter denique Toletus & Maldonatus. q. d. Ego prædico me esse Messiam & Dei Filium, nõ quod quæram vanam hominum gloriam; sed quia cognoui, id est, cognosco, vos dilectionem Dei, quæ ad vitam æternam ducit, non habere; ut scilicet ad dilectionem hanc per fidem, qua in me credatis, adducam.

VERS. 43. EGO VENI IN NOMINE PATRIS MEI, ET NON ACCIPITIS ME: SI ALIUS VENERIT IN NOMINE SVO, ILLVM ACCIPIETIS] In nomine Patris, quasi Filius missus à Deo Patre, ut eius nomine & auctoritate, atque ad illius vnus laudem & gloriam impleam illa, quæ ipse vobis de Messia promissit; nimirum ut per illum Dei noticiam, gratiam, salutem & vitam æternam vobis largiatur; idque tot testimoniis, quæ Pater mihi dedit, vobis clarè probaui: & tamen non accipitis me, sed ut pseudopphetam resutatis: quare iusto Dei iudicio fiet, ut, si alius pseudoppheta ad vos venerit, non missus à Deo, sed in nomine suo, id est, suâ auctoritate, suâ ambitione, suâ audaciâ sese ingerens, fingens, iactansque se esse Messiam, illum ut talem recipiatis. Alius ergo hic erit Antichristus, cui credent Iudæi, qui Christum respuerunt, iuxta illud Pauli 2. Thesal. 2. 10. Ideo mittet illis Deus operatione erroris, ut credant mendacio, ut inducantur omnes, qui non crediderunt veritati, sed conseruerunt iniquitati. Vide ibi dicta. Ita S. Chryf. Cyrill. August. Beda. Leontius & passim veteres. Rursum alius quilibet pseudoppheta, fingens se esse Christum, ideoque Antichristi præcursor, hic accipi potest, qualis fuit paulò post Christum Ægyptius ille

A qui triginta hominum millia post se duxit in exitum, de quo Iosephus lib. 2. Belli c. 12. Item Benchosba, id est, filius mendacij, qui se falsò vocabat Barchosaba, id est, filium stellæ, sub Adriano Imp. de quo Euseb. l. 4. Histor. c. 6.

QUOMODO VOS POTESTIS CREDERE, QUI GLORIAM AB INVICEM ACCIPITIS, ET GLORIAM QUÆ A SOLO DEO EST, NON QUÆRITIS?] q. d. Vos gloriam humanam, breuem & exilem captatis; quare me spernitis, qui gloriam humanam contemno, & contemnendam doceo; sectandam verò esse diuinam & æternam, quam Deus Sanctus inchoat in terra, sed perficiet in cælo, vbi eos omni gloria cumulabit ac beabit. Ita Theophyl.

Rursum q. d. Vos vultis colî à populo, quasi sapientes summiq; legis doctores, ac religiosissimi eius obseruatores: quare non vultis mihi subiici, meique fieri discipuli. Ambitio ergo est, quæ vos excæcat, & in infidelitate vestrà obdurat.

NOLITE PUTARE QUIA (QUOD) EGO ACCVSATVS SVM VOS APVD PATREM: EST QUI ACCVSAT VOS MOYSES, IN QVO VOS SPERATIS] Audi Cyrill. Non opus est alio accusatore, sed etiam ceteris omnibus silentibus, solam Moyfis legem ad condemnationem non credentium se Iudæorum iussure asserit. Moysen nominat, quia Iudæi totam suam fidem & spem in Moyse locabant. Vnde dicebant: Nos Moyfi discipuli sumus: nos scimus quia Moyfi locutus est Deus, hunc autem nescimus unde sit. Ioan. 9. 28. Quare Christus sagaciter hoc in ipsorum caput retorquet, ait Euthymius. Vnde sequitur.

SI ENIM CREDERETIS MOYSI, CREDERETIS FORSITAN ET MIHI: DE ME ENIM ILLE SCRIPSIT] Forsitan: sic Interpretes noster veteres solet Græcum εἴ, id est, utique; quod proinde confirmantis est, non dubitantis. q. d. Si Moysi crederetis, utique mihi quoque crederetis. Quare veteres nonnulli non legunt rō forsitan. Vide dicta Matth. 11. 23.

DE ME ENIM ILLE SCRIPSIT] tum in Leuitico, totoque Pentateucho: nam omnes eius ceremoniæ & historiæ ferè me præfigurant. Ita S. Chrysof. & Cyrillus, tum clarè & disertè de me scripsit Deuter. 18. v. 15. & 18. dicens: Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum, similem tui, & ponam verba mea in ore eius, &c. qui autem verba eius, quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego visor existam. Rursum scripsit de Christo Moyses Genes. 49. 10. vbi & tempus venturi Messia ex oraculo Iacobi assignat, dicens: Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est. Iam autem à Iuda sceptrum defecerat; transfatumque erat ad Herodem: ergo iam erat tempus aduentus Messia.

SI AVTEM ILLIVS LITTERIS NON CREDITIS: QUOMODO VERBIS MEIS CREDITIS?] Est argumentum ad hominem: Iudæi enim Moysen præferèbant Christo: quare rectè contra eos argumentatur: Si vos Moytis, quem vos summi facitis, litteris, quas de me scripsit, non creditis, multò minus meis verbis creditis. Frustra ergo tot testimonia profero, cum vos in mei odio & rebellionem obfirmatos obstinatolque videam. Sermonem ergo finio, taceo, & abeo.

CAPVT SEXTVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

PRIMO, Christus quinque panibus & duobus piscibus pascit quinque hominum millia. Secundo, v. 17. ambulat super mare. Tertio, v. 27. disputat de cibo anime spiritali. Quarto, v. 55. agit de pane Eucharistiæ.

1. Post hæc abijt Iesus trans mare Galilææ, quod est Tiberiadis: 2. & sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa quæ faciebat super his qui infirmabantur. 3. Subijt ergo in montem Iesus: & ibi sedebat cum discipulis suis. 4. Erat autem proximum Pascha, dies festus Iudæorum. 5. Cum subleuasset ergo oculos Iesus, & vidisset quia multitudo maxima venit ad eum, dixit ad Philippum: Vnde ememus panes, ut manducent hi? 6. Hoc autem dicebat tentans eum: ipse enim sciebat quid esset factururus. 7. Respondit ei Philippus: Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, ut vnusquisque modicum quid accipiat. 8. Dicit ei vnus ex discipulis eius, Andreas frater Simonis Petri: 9. Est puer vnus hic, qui habet quinque panes ordeaceos, & duos pisces: sed hæc quid sunt inter tantos? 10. Dixit ergo Iesus: Facite homines discumbere. Erat autem scænum multum in loco. Discubuerunt ergo viri, numero quasi quinque millia. 11. Accipit ergo Iesus panes: & cum gratias egisset, distribuit discumbentibus: similiter & ex piscibus quantum volebant. 12. Ut autem impleti sunt, dixit discipulis suis: Colligite quæ superauerunt fragmenta, ne pereant. 13. Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus ordeaceis, quæ superauerunt his qui manducauerant. 14. Illi ergo homines cum vidissent quod Iesus fecerat signum, dicebant: Quia hic est verè propheta, qui venturus est in mundum. 15. Iesus ergo cum cognouisset, quia venturi essent ut raperent eum, & facerent eum regem, fugit iterum in montem ipse solus. 16. Ut autem serò factum est, descenderunt discipuli eius ad mare. 17. Et cum ascendissent nauim, venerunt trans mare in Capharnaum: & tenebræ iam factæ erant: & non venerat ad eos Iesus. 18. Mare autem, vento magno flante, exurgebat. 19. Cum remigassent ergo quasi stadia viginti quinque aut triginta, vident Iesum ambulantem supra mare, & proximum naui fieri, & timuerunt. 20. Ille autem dicit eis: Ego sum, nolite timere. 21. Voluerunt ergo accipere eum in nauim: & statim nauis fuit ad terram in quam ibant. 22. Altera die, turba quæ stabat trans mare, vidit quia nauicula alia non erat ibi nisi vna, & quia non introisset cum discipulis suis Iesus in nauim, sed soli discipuli eius abijissent: 23. aliæ verò superuenerunt naues à Tiberiade iuxta locum vbi manducauerant panem, gratias agente Domino. 24. Cum ergo vidisset turba quia Iesus non esset ibi, neque discipuli eius, ascenderunt in nauiculas, & venerunt Capharnaum quærentes Iesum. 25. Et cum inuenissent eum trans mare, dixerunt ei: Rabbi, quando huc venisti? 26. Respondit eis Iesus, & dixit: Amen, amen dico vobis: quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducaistis ex panibus, & saturati estis. 27. Operamini non cibum, qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem Filius hominis dabit vobis. Hunc enim Pater signauit Deus. 28. Dixerunt ergo ad eum: Quid faciemus ut operemur opera Dei? 29. Respondit Iesus, & dixit eis: Hoc est opus Dei, ut credatis in eum quem misit ille. 30. Dixerunt ergo ei: Quod ergo tu facis signum ut videamus, & credamus tibi? quid operaris? 31. Patres nostri manducauerunt manna in deserto, sicut scriptum est, Panem de cælo dedit eis manducare. 32. Dixit ergo eis Iesus: Amen, amen dico vobis: Non Moyses dedit vobis panem de cælo, sed Pater meus dat vobis panem de cælo verum. 33. Panis enim Dei est, qui de cælo descendit, & dat vitam mundo. 34. Dixerunt ergo ad eum: Domine, semper da nobis panem hunc. 35. Dixit autem eis Iesus: Ego sum panis vitæ: qui venit ad me, non esuriet: & qui credit in me, non sitiet vmquam. 36. Sed dixi vobis, quia & vidistis me, & non creditis. 37. Omne, quod dat mihi Pater, ad me veniet: & eum, qui venit ad me, non eieciam foras: 38. quia descendi de cælo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. 39. Hæc est autem voluntas eius, qui misit me,

Patris: vt omne quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo die. 40. Hæc est autem voluntas Patris mei, qui misit me: vt omnis, qui videt Filium, & credit in eum, habeat vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. 41. Murmurabant ergo Iudæi de illo, quia dixisset: Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi. 42. Et dicebant: Nonne hic est Iesus filius Ioseph, cuius nos nouimus patrem, & matrem? Quomodo ergo dicit hic: Quia de cælo descendi? 43. Respondit ergo Iesus, & dixit eis: Nolite murmurare in inuicem: 44. nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum: & ego resuscitabo eum in nouissimo die. 45. Est scriptum in Prophetis: Et erunt omnes docibiles Dei. Omnis, qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me. 46. Non quia Patrem vidit quisquam, nisi is, qui est à Deo, hic vidit Patrem. 47. Amen, amen dico vobis: Qui credit in me, habet vitam æternam. 48. Ego sum panis vitæ. 49. Patres vestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt. 50. Hic est panis de cælo descendens: vt si quis ex ipso manducauerit, non moriatur. 51. Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi. 52. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum: & panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. 53. Litigabant ergo Iudæi ad inuicem, dicentes: Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? 54. Dixit ergo eis Iesus: Amen, amen dico vobis: Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. 55. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. 56. Caro enim mea verè est cibus, & sanguis meus, verè est potus. 57. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. 58. Sicut misit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem: & qui manducat me, & ipse viuet propter me. 59. Hic est panis, qui de cælo descendit: Non sicut manducauerunt patres vestri manna, & mortui sunt. Qui manducat hunc panem, viuet in æternum. 60. Hæc dixit in synagoga docens, in Capharnaum. 61. Multi ergo audientes ex discipulis eius, dixerunt: Durus est hic sermo, & quis potest eum audire? 62. Sciens autem Iesus apud semetipsum quia murmurarent de hoc discipuli eius, dixit eis: Hoc vos scandalizat? 63. Si ergo videritis Filium hominis ascendentem vbi erat prius? 64. Spiritus est, qui viuificat: caro non prodest quidquam, verba, quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt. 65. Sed sunt quidam ex vobis, qui non credunt. Sciebat enim ab initio Iesus qui essent, non credentes, & quis traditurus esset eum. 66. Et dicebat: Propterea dixi vobis, quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à Patre meo. 67. Ex hoc multi discipulorum eius abierunt retrò: & iam non cum illo ambulabant. 68. Dixit ergo Iesus ad duodecim: Numquid & vos vultis abire? 69. Respondit ergo ei Simon Petrus: Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes. 70. Et nos credimus, & cognouimus, quia tu es Christus Filius Dei. 71. Respondit ei Iesus: Nonne ego vos duodecim elegi: & ex vobis vnus diabolus est? 72. Dicebat autem Iudam Simonis Iscariotem: hic enim erat traditurus eum, cum esset vnus ex duodecim.

VERS.1.

POST HÆC ABIT IESVS TRANS MARE GALILÆE, QVOD EST TIBERIAS] q. d. Mare hoc nunc vocatur Galilæa, quia illi erat conterminum: nunc Tiberiadis, quia illi adiacebat ciuitas dicta Tiberias à Tiberio Cæsare, in cuius gratiam fuit condita ab Herode Tetrarcha, teste Iosepho libr. 18. Antiq. cap. 3. Nominat Tiberiadem, quia iuxta eam erat desertum, in quo Christus quinque panibus paut 5000. vt ostendi Matth. 14. 13.

POST HÆC] non statim, sed post vnum ferè annum. Curatio enim paralytici, indeque consequens disputatio Christi cum Iudæis, de qua paulò antè cap. 5. egit Ioannes, contigit initio anni 2. prædicationis Christi; hæc verò quæ hic narrat, contigerunt in fine eiusdem anni. Id patet ex eo quod Christus paralyticum curauit in Pafchate, vt patet c. 5. v. 1. hæc autem gessit instante Pafchate sequentis anni, vt patet hic v. 4. Omittit ergo Ioannes hic ea quæ gessit Christus toto

anno 2. prædicationis suæ, scilicet creationem duodecim Apostolorum, sermonem Christi in monte, quem recenset Matth. cap. 5. 6. & 7. missionem Apostolorum ad prædicandum, multaquæ alia, quæ recensui in chronotaxi à num. 20. vsque ad 29. Omittit autem idcirco, quod illa plenè & fusè narrata sint ab alijs Euangelistis. Hic verò inserit narrationem multiplicationis panum factæ à Christo, etiam ab alijs Euangelistis recensitæ, eò quod illa fuerit occasio sermonis Christi de cibo spiritali & cibo Eucharistia, quam fusè hic subiungit Ioannes, eò quod ab alijs Euangelistis sit prætermissa.

ET SEQUEBATVR EVM, NAUI EUNTEM, TVRBA] VERS. 2. MAGNA] pedestri itinere flexuoso circumueundo mare Galilææ, vt ait Matth. c. 14. 13.

DICIT AD PHILIPPVM: VNDE EMEMVS PANES VT MANDVCENT HI?] Nota. Hic fuit ordo rei gestæ: Christus videns è monte turbam se sequentem & quærentem, ex monte ad illam descendit, cum.

VERS. 3. Miraculum quinque panum & duorum piscium.

scendit, illamque benignè excepit, docuit, & ægros in illa sanauit vsque ad vespèram, quæ imminente discipuli monuerunt Christum vt turbam dimitteret, ac corpus cibo reficeret: Christus verò iussit, vt ipsi prius turbam famelicam pascerent. Negant ipsi sibi id esse possibile, eò quod ducentorum denarium panes tantæ turbæ non sufficerent: mox Christus rem proponit Philippo, fortè quia is magis sollicitus, præ alijs urgebat Christum, vt dimissa turba cœnaret; Philippus idem respondit quod ceteri, ducentorum denarium panes non sufficere. Iam cetera vsque ad v. 27. profequitur Matthæus c. 14. v. 13. & seq. vbi illa explicui.

VERS. 11.

ACCIPIT ERGO IESVS PANES: ET CVM GRATIAS EGISSET, DEO PATRI, suspiciens in cælum, implorando Dei opera ad multiplicandos panes, ipsos benedixit, vt habent alijs Euangelistæ, & Syrus hic, DISTRIBVIT DISCVMBENTIBVS, inter distribuendum panes miraculosè multiplicans: SIMILITER AVTEM EX PISCIBVS, QVANTVM VOLEBANT] pari modo ex miraculo eos sensim multiplicans. Christum hæc in re imitati sunt S.

providet Deum cibos multis S. Francisci fratribus congregatis, per 20. annos:

Dominicus & S. Franciscus: cum enim in Capitulo generali Ordinis Minorù nihil esset edulij, pleni fide dixerunt: *Eamus, & omnipotentem deprecemur Deum, qui 5000. hominum præter mulieres & pueros in deserto satiat: neque enim nunc minoris est potentia aut miserisordia, vt de eius desperemus bonitate.* Perstiterunt ita in oratione, donec de diuinâ eis constitit voluntate. Hora igitur prandij, iussit S. Franciscus fratres in refectorio discumbere. Quod dum faciunt, viderunt ingredi in triclinium viginti adolescentes egregios, succinctos & expeditos ad seruiendum, qui & ministrarunt panem, vinum, & omne genus obsonij necessarium, recumbentibus numero quingentis. Finito verò prandio, inclinatio capite, & salutatis Fratribus, bini suo ordine exierunt è refectorio, admirantibus Fratribus, & Deum collaudantibus pro tanto in suos cura & providentia. Ita Annales Minorum Lucae Waddingi, anno Christi 1219. n. 11. Idem Romæ fecit S. Dominicus, ad S. Sixtum: cum enim domi nihil esset cibi, iussit Fratres mensæ accumbere, illique benedixit: & ecce ingressi duo angeli, specie elegantium iuuenum, singulis fratribus (erant enim centum) singulos candidissimos panes apposuerunt, vnus à dextris, alter à sinistris, & submissis capitibus disparuerunt. Ita habet Vita S. Dominici libr. 3. c. 4. Romæ locum hunc visitauit, & veneratus sum, ibiq; totam rem depictam conspexi.

VERS. 15.

VT RAPERENT EVM, ET FACERENT EVM REGEM] Messiam scilicet, quem Iudæi putabant sibi daturum copiam frumenti, vini, olei, auri & argenti, ideoque eum hic regem inaugurare volebant, non tam Christi, quam suo, quod ab eo expectabant commodo. Talem Messiam etiamnum expectant crassi Iudæi, qui instar Salomonis eis det copiam frugum & opum terræ.

VERS. 17.

ET CVM ASCENDISSENT NAVIM, VENERVNT] (græcè, ἤρχοντο, id est, *veniebant*, hoc est, vt Syrus, *sendebant*, pergebant: nam erant adhuc in mari, ibiq; tempestatem passi sunt, quam Christus sedauit, vt sequitur) TRANS MARE (Galilææ) IN (id est, versus) CAPHARNAVM] quod situm erat in terra Genesar, vt ait Matth. cap. 14. 43. Iusse-

rat Christus vt irent Bethsaidam, teste Marcò c. 6. v. 54. sed cum paulo post ipsi, absente Christo, tempestate maris & vento iactarentur, vltra Bethsaidam, versus Capharnaum, ibiq; Christus ambulans super mare, illudque sedans eis occurreret: hinc præterita iam Bethsaidam, mutato consilio perrexerunt Capharnaum, vbi erat domus & sedes Christi prædicantis: inde rursum postea profecti sunt Bethsaidam, vbi Christus cæcum curauit, vt habet Marcus c. 8. 22.

CVM REMIGASSENT ERGO QVASI STADIA VIGINTIQUINQUE AVT TRIGINTA] id est, miliaria Italica ferè quatuor, nam stadium est octaua pars miliaris.

VOLVERVNT ERGO (cupiuerunt & inuitarunt iam agniti quem paulò antè putantes esse spectrum, horrebant & auerfabantur) ACCIPERE EVM IN NAVIM (& de facto acceperunt, vt ait Marcus c. 6. 51.) ET STATIM (Christi presentis ope & virtute) NAVIS FVIT AD TERRAM IN QVAM IBANT] Nonnus, *Diuina agitione*, ait, *navis spontanea appellebat ad longinquum portum, veluti mens alata*, putà ad terram Genesar, vt habet Matthæus c. 14. 34. siue Genesareth, vt habet Marcus c. 6. 53. quæ prius Cenereth, siue Ceneroth dicebatur ab vrbe ita dicta, quæ vicina erat Capharnaò, à quo rotum mare Galilææ vicinum dictum est stagnum Cenereth; siue Genesareth. Porro in terra hac Genesareth sita erat vrbs Capharnaù, ad quam nauigasse & appulisse Iesum cum discipulis, disertè testatur Ioannes c. 6. v. 17. & 24. c. 25. Ibi enim habuit pròlixam illam de panè cælesti & Eucharistia disputationem, quam fusè recenset Ioannes cap. 6. nam ibidem v. 60. dixerat: *Hæc dixit in synagoga docens, in Capharnaum.* Si quis tamen malit Iesum præcisè in terram, id est, in vrbs Cenereth, nauigando appulisse, & inde pedibus iuisse ad vicinam vrbs Capharnaum, non repugnabo.

Nota è & statim: inde enim sequitur, Christum effecisse, vt navis hæc quasi in momento, inuolarit in portum vrbs Capharnaum, ideoque in momento quasi consecerit octo vel nouem passuum millia, quæ faciunt totidem miliaria Italica: nam tantum distabat Bethsaidam à Capharnaò. Iam enim discipuli nauigantes è loco, vbi Christus pauerat 5000. (qui erat medius inter Bethsaidam & Tiberiadem) per 25. vel 30. stadia, vt dixi v. 19. id est, per quatuor ferè miliaria Italica, versabantur circa, vel paulo vltra Bethsaidam, cum Christus ambulans super mare occurreret, nauimque ingressus, effecit vt navis ex eo loco volans, quasi in momento perueniret ad portum Capharnaum. Ergo effecit vt nauis octo vel nouem miliaria, quasi in momento consecerit. Hinc discè omnes tuas actiones cum Christo, imò duce Christo peragere: cum illo enim magna efficies, sine illo nihil. Sic Petrus totâ nocte sine Christo laborans, nullos pisces cepit; ipso autem præsentè & iubentè laxans retia, cepit ingentem piscium copiam, Ioan. 21. 3. & sequent. Et iterum Luca 5. 5. Igitur, vt ait Nazianz. in Carm.

Felix qui Christum fortunis omnibus emit. ALTERA DIE, TVRBA, QVÆ STABAT TRANS MARE, VIDIT QVIA ALIA NAVICVLA NON ERAT IBI NISI VNA, ET QVIA NON

VERS. 19.

VERS. 21.

VERS. 22.

NON INTROISSET, CVM DISCIPVLIS SVIS IESVS IN NAVIM, SED SOLI DISCIPVLI EIVS ABISSENT.] Trans mare: intellige respectu discipulorum, qui iam in aliud maris litus navigarant: q. d. Postridie eius diei, quo Christus panibus quinque paucis 5000. turba quæ ab eo passa fuerat trans mare, hoc est in loco pridiani pastus & conuiuij persistens, cum sciret vnam tantum ibi fuisse nauiculam, quam soli Christi discipuli conscenderant, relicto in terra Iesu: subaudi, requisivit ibidem eundem Iesum: non enim sciebat ipsum noctu supra mare ambulantem, ingressum nauim appulisse Capharnaum. Sciebat enim ipsum terra non potuisse hoc iter conficere, quin à turba ipse videretur & teneretur.

VERS. 23. ALIÆ VERÒ SVPERVENERVNT NAVES. A TIBERIADÈ, IUXTA LOCVM VBI MANDVCARERANT PANEM GRATIAS AGENTE DOMINO.] Syrus: cum benedixisset Iesus, & benedictione suâ panes multiplicasset. Hinc patet locum, in quo Christus panes multiplicauit, fuisse iuxta Tiberiadem, adeoque præternavigandum fuisse. Ijs, qui Tiberiade nauigarent Bethsaidam & Capharnaum, vt patet ex v. 24. Sensus est, q. d. Sparto hoc Christi multiplicationis panum miraculo, multum aliunde, tum ex vicinâ Tiberiade, nauibus venerunt ad locum, in quo Christus panes multiplicarat, vt Iesum tanta patrantem viderent & audirent.

VERS. 25. ET CVM INVENISSENT EVM TRANS MARE, DIXERVNT EI: RABBI, QUANDO HVC VENISTI? Trans mare, putâ in synagoga vrbis Capharnai, vt patet v. 59. Quando, & quomodo huc venisti? Scimus enim hesternò die solos discipulos in deserto Bethsaidâ nauim conscendisse, re verò ibidem in terra remansisse. Nesciebant enim Christum nocte media super mare ambulasse.

VERS. 26. RESPONDIT EIS IESVS, ET DIXIT: AMEN, AMEN DICO VOBIS: QUÆRITIS ME, NON QUIA VIDISTI SIGNA, SED QUIA MANDVCASTIS EX PANIBVS, ET SATVRATI ESTIS.] Christus modestiæ causâ, non respondet directè interrogationi illorum, ne cogatur dicere se ambulando super mare eõ venisse: itaque se iactare videatur. Respondit ergo id quod magis interrogantium interrerat, scilicet, vt à se requirant cibum animæ potiùs quàm corporis. Ait igitur: Quæritis me, non quia vidistis signa, miracula per quæ fidem, penitentiam, aliaque virtutes Euangelicas, quibus ad vitam æternam peruenitur, docere & persuadere laboro. q. d. Quæritis me, non vt à me cibum animæ accipiatis, quo perueniatis ad vitam æternam, sed quia manducastis ex panibus, quos miraculosè multiplicauit, ideoque sapidissimos effeci, vt rursus vobis similes impertiar. Multi enim sunt amici ollæ & mensæ, potiùs quàm Christi & salutis æternæ: carnales enim non nisi carnalia sapiunt, quia spiritualia non capiunt.

VERS. 27. OPERAMINI NON CIBVM, QUI PERIT, SED QUI PERMANET IN VITAM ÆTERNAM, QVEM FILIVS HOMINIS DABIT VOBIS. HINC ENIM PATER SIGNAVIT DEVS.] Operamini, græcè: ἐργάζεσθε, id est opera, studio & labore vestro contendite, & sedulo curate, vt acquiratis cibum, non corporis qui perit, sed animæ qui non perit. Vnde Arabicus vertit, operamini non ob cibum peri-

urum (vt eum operando lucremini: Omnis enim labor hominis in ore eius, ait Sapiens, vt scilicet oris suo cibum laborando comparat) sed ob cibum permanentem in vitam æternam. Ergo operamini toto animo, inquit Euthymius, omni curâ & studio. Non præcipit tantum operari cibum animæ, sed admodum corporalem cibum videri curare, animæ verò toto studio. Similiter Theophylactus: Oportet vos non omnino deditos esse ventri, sed maxime spiritalem agere curam, & non omnem sollicitudinem in corporalem cibum insumere.

Assurgit Christus, & turbas traducit à pane corporali, quo paulò antè illas in deserto pauceras, ad panem spiritalem multò digniorem, magisque necessarium. q. d. Ego dedi vobis panem hordeaceum illaboratum, id est, sine opere & labore vestro: at vos operamini & laborate totis viribus, vt panem spiritalem comparetis, qui vos alat, ducatque ad vitam æternam. Simili modo c. 4. ab aqua puteanâ, Samaritanam traduxit ad aquam spiritalem, vt fideles suos, præsertim sacerdotes & Religiosos, doceret idem facere, vt in colloquijs populam à rebus corporalibus ad spirituales traducere & euehere satagant. Vnde ex hac Christi sententia rectè colligit Cyrillus: Nulla igitur, inquit, carnis cura nobis habenda est, sed necessarijs & æternis immutandum: non enim differre à bestijs, qui corporis voluptates consuecunt, sed qui virtutibus inheret, & spiritali vitam peragat lege; illis qui omnino deditus est, quæ nobis diuinitus concessa, iter ad superos præparant, is mihi videtur seipsum cognouisse, nec ignorasse rationale animal ad imaginem creatoris esse productum. Et inferius: Operemur igitur (vt Saluator ait) non eum cibum, qui lapsus in ventrè, & breui nos voluptate afficiens, per alium tandem emissus perit, sed cibum spiritalem, qui corda confirmat, & in vitam æternam perducit, quem largiturum se pollicetur.

Quæres, quis est cibum permanentem in vitam æternam, quem Christus operando comparari iubet? hæretici dicti Massaliani, siue Eucharistæ, id est peccatores, consuebant esse orationem. q. d. Christus: Nolite operari manibus, quia opus manuum perit, sed mente semper Deum orate, quia oratio est cibum spiritus, qui permanet in æternum. Hi enim hæretici dicebant non esse laborandum manibus, sed semper orandum, vt refert S. Chryl. S. Aug. l. de Hæres. & alij. Verùm hæc est hæresis, quam conuellit Paulus 2. Thes. sal. 3. 10. Si quis, inquit, non vult operari, nec manducet. Et 1. Corinth. 4. 12. loquens de se: Laboramus, inquit, operantes manibus nostris.

Dico ergo cibum hunc permanentem esse fidem, charitatem, gratiam, opera bona, vt explicat Iudæi vers. sequent. item Sacramenta, omniaque illa, quæ nos ducunt ad vitam æternam, ac præsertim Eucharistiam, de quâ v. 54. Ita Iansenius, Maldonatus, Bellarminus, & alij. Sensum enim & gradatim Christus à minoribus & communibus, ad maiora & singularia, putâ ad Eucharistiam, conscendit. Vnde S. August. Credere in eum, inquit, est manducare cibum, qui permanet in vitam æternam. Vt quid paras dentem & ventrem & crede, & manducasti.

Secundò, magis appositè, propriè & præcisè, cibum hinc spiritualis est Eucharistia, vt Christus disertè explicat v. 54. ipse enim primò in genere,

Quis est cibum permanentem in vitam æternam?

per modum thesif, cibum hunc vocat cælestem, & permanentem in vitam æternam: mox v. 35. à thesi descendit ad hypothefin, ac cibum hunc determinat, asseritque se esse hunc cibum: Ego, inquit, sum panis vitæ: ac tandem v. 54. & sequent. clarè rem totam aperit, dicitque suam carnem & sanguinem in Eucharistia, esse hunc panem & cibum: Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, irquit, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Et v. 56. Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Post sesquiannum enim, paulò antè mortem, institutus erat Sacramentum Eucharistia, in eoque carnem & sanguinem suum nobis daturus in cibum & potum spiritalem animæ, intermedijs autem hic sententijs crebrò hortatur ad fidem, quia hæc summè in Eucharistia est necessaria.

Sensus ergo est, q. d. Operamini opera fidei, credite in me, meique dictis fidem adhibere, ita queretis, & reipla acquiratis cibum Eucharistia, qui animam vestram non tantum alit, sed & ducet ad vitam æternam: Christus enim distinguit opus fidei à cibo Eucharistia, qui opere fidei parandus est, sicut distinguitur medium à fine, ad quem ducit. Vnde mox Iudæis opus, quo quasi modo & medio cibum hunc acquirere, poscentibus Christus, v. 29. responderet: Hæc est opus Dei vt credatis in eum, quem misit ille. Ita Theophylactus: Cibum manentem, inquit, mysticam dicit sumptionem carnis Domini. Et Rupertus: Qui permanet in vitam æternam, id est, qui in hac mortali vita manducatus, ad hoc valet, ad hoc proficit, vt vitam dei mundo æternam. Sic & Toletus, Franc. Lucas & alij.

HINC ENIM PATER SIGNAVIT DEVS.] Græcè, ὁ θεός, q. d. Pater cælestis, qui est ille Magnus, summusque Deus, signavit: græcè, ἐσηματώθη, id est, sigillauit. Iam signatio vel sigillatio hæc Christi est triplex, quarum prima parit secundâ, secunda tertiam: prima est diuinitatis Christi, secunda & tertia humanitatis eiusdem. Primò ergo, Cyrillus lib. 3. cap. 29. sic explicat: Signari, inquit, pro vngi posuit, (signabatur enim qui vngebatur) aut naturaliter ad formam Patris (vt ita dicam) se esse formatum, signationis nomine denotauit; vt dicere videretur: Non est mihi difficile permanentem cibum vobis largiri, quo ad æternam vitam inauditis delicias deducemini. Filius enim est character hypostaseos Dei Patris: character autem quo signatus est à Patre, non est aliud nisi ipsa forma & substantia deitatis. Hæc Cyrill. quin & Paulus Hebr. 13. Qui, inquit, cum sit splendor gloria, & signa (græcè: ἡ ἀειχώρη) substantia eius. Vnde S. Gregorius Nazianz. orat. 42. Filio hæc dat elogia: Ille fons vitæ & immortalitatis, illa archetypi expressio (id est similitudo, signaculum, ac velut expressa effigies Dei, ait ibidem Nicetas) illud immotum sigillum (id est, quod non alteratur, nec ad aliam formam commutatur, vt explicat Nicetas) illa per omnia similitudo imago, ille Patris terminus & ratio; græcè ὁ ἐκ τοῦ λόγου, quæ duo pro eodem accipit Nicetas. q. d. Filius est Dei Patris sermo, putâ definitio, demonstratio: sicut enim definitio demonstrat id quod definitur, sic Filius demonstrat, & quasi definit Patrem. Hæc Nicetas.

Secundò, S. Hilarius l. 8. de Trinit. magis propriè & appositè: Pater, inquit, signavit Filium,

Signatio Christi triplex. Prima.

Secunda.

non in diuinitate, communicando illi suam deitatem, sed in humanitate, cum eam vniuit Verbo, eiq; communicauit Verbi diuinitatem. Nam sigillum, inquit, solet imprimi in materia diuersa, quæ sigillata dicitur, sic humanitas sigillata est diuinitate Filij. Sic & S. August. & ex eo Toletus: Quia, inquit, Filius, qui est imago & character Patris, est humanitati vnitus, propterea humanitas dicitur habere sigillum & characterem Patris.

Tertiò, S. Chryl. & alij multi: Pater, inquit, Tertium signavit, id est voce è cælo delapsa in baptismo: Hic est Filius meus dilectus, ostendit, demonstrat, manifestauit, ac miraculis suis, velut sigillis, ipsum Filium suum esse, & Messiam promissum confirmauit, qui congruentem cibum impertire valeat omnibus audis vitæ æternæ. Eodemque recidit, si signavit interpreteris, auctoritatè dedit, quia solemus impresso sigillo, fidem & auctoritatem literis conciliare.

Hic sensus faciliò est & planior, sed secundus solidior & sublimior. Verùm tertius hæc sequitur ex secundo, eumque complet & perficit. Pater enim per suam vocem & miracula, quasi sigilla sua, hominibus testatus est, se humanitatem Iesu signasse diuinitatis suæ, hoc est, testatus est hunc hominem, putâ Iesum verè esse Deum, Deique Filium, vt illi auctoritatè docendi, leges ferendi, & Ecclesiam nouam instituendi daret, & apud homines conciliaret. Vnde Glossa, Signavit, inquit, hoc est proprio signo à ceteris discreuit.

DIXERVNT ERGO AD EVM: QVID FACIEMVS? VT OPEREMVR OPERA DEI? Cyrillus opinatur Iudæos id rogare ex arrogantiâ, quasi stomachâtes in Christum, quòd eos velut animæ suæ incurios reprehendisset. q. d. Tu nos reprehendis, quasi panes tuos corporeos sectemur, cibum verò animæ negligamus. Dic ergo nobis, quæ noua Dei opera offers, quibus Deo placeamus, & animas nostras pascamus, præter illa quæ nobis dedit Moses, & in Pentateucho conscripta?

S. Chrysol. verò censet Iudæos hæc ex gula dixisse, eò quòd panibus Christi, quibus pasti erant, rursus inhiarent: rogare ergo quæ sint opera Dei, quibus Christus velit vt animas suas pascant, non quòd intendant illa facere, sed vt Christi sibi beneuolentiam concilient, itaque eum ad panum prorogationem inuitent.

Meliùs S. August. tract. 27. & alij sentiunt, Iudæos id ipsum animo sincero opera hæc operandi dixisse. Multi enim inter eos doctrinâ Christi excitati, & miraculo hoc panum stimulati, erant salutis suæ cupidi: rogant ergo Christum, quæ opera peragere debeant, quibus cibum illum permanentem, qui animas alat, & ad vitam æternam ducat, à Deo obtineant. Vnde Iesus sincerè rogantibus, sincerè respondet, docetque quænam sint opera Dei, non id facturus, si fictè & simulatè rogassent.

Opera Dei igitur vocant, non tantum illa, quæ grata sunt Deo, nec illa quæ sint cibum animæ, illam alens in vitam æternam, vt vult Leonius: quia ex lege Moïsi sciebant, quænam opera essent grata Deo, & ab eo præcepta, sed opera Dei intelligunt illa, quæ propriè Deus per Iesum, quem significauit v. 27. destinauit sanxitque, vt per

VERS. 28. Quæ animo id rogauerunt Iudæi?

per ea consequamur cibum hunc spiritalem à Iesu prædicatum, qui nos alit, ducatque ad vitam æternam. Cùm enim audissent cibum hunc esse vitam æternam, & Deum signasse Christum, ut cibum hunc daret, rectè opera Dei appellant ea, quæ necesse erat operari, ut cibum hunc assequerentur. Quænam ergo illa sint, quærunt à Iesu non dubitantes ipsum, qui tam potens & liberalis fuerat in corporibus eorum pane alendis, æquè imò magis potentem & liberalem fore, in cibo animæ edocendo & suggerendo. Ita Toletus.

VERS.29. RESPONDIT IESVS, ET DIXIT EIS: HOC EST OPVS DEI, VT CREDATIS IN EVM, QVEM MISIT ILLÈ] id est, in me, qui tot argumentis & miraculis probavi me esse Messiam à Deo missum: nam modestiæ causâ de se loquitur in tertia persona. q. d. Opus, quo cibum animam alentem in vitam æternam à Deo impetrabit, est vt credatis in me. Ego enim in me credentibus hunc cibum confero: quia ego ipse sum hic cibus, vt ait ipse v. 35.

VT CREDATIS] & credendo mihi obediat, meamq; legem & doctrinam obseruet, & opere impleatis. Sub fide ergo, quasi sub radice Christi & Paulus omnia opera charitatis, penitentia, temperantiæ, ceterarumq; virtutum, quæ fides excitat & generat, intelligit; vt fusè ostendit canone 2. & 3. in S. Paulum. Vnde Theophyl. Fides, inquit, profecto est opus sanctum & perfectum, & sanctificans illos qui illam habent. Dux enim diligens fides ad omnem bonam operacionem, & bona operatio conferuat fidem. Nam & opera sine fide mortua sunt, & fides sine operibus.

VERS.30. DIXERVNT ERGO EI: QVOD ERGO TV FACIS SIGNVM, VT VIDEAMVS ET CREDAMVS TIBI] Dixerunt: qui in turba erant audaciores, Iesum minus cognoscentes & æstimantes. Iam viderant signum multiplicationis panum, quibus Christus pridie pauperat quinque millia hominum; sed illud parvi æstimant, ac maius & mirabilius flagrant. q. d. Tu, ô Iesu, rem magnam, imò summam, à nobis flagitas, vt scilicet in te, quasi in Messiam & Dei filium credamus: ad hoc non sufficit miraculum multiplicationis panum à te heri factum: nam Moses simile, imò maius fecit; ergo ede signum cælestis & diuinum ac condignum, quo Deus testetur te esse Filium suum, & nostrum Messiam. Vnde explicantes subdunt.

VERS.31. PATRES NOSTRI MANDYCAVERVNT MANNA IN DESERTO, SICVT SCRIPTVM EST (psal. 77.v.24.) PANEM DE CÆLO DEDIT EIS MANDYCARE] q. d. Moses aluit patres nostros in deserto (putâ sexcenta & plura hominum millia) cibo cælesti & suauissimo, scilicet manna, idque quotidie per quadraginta annos, quod longè maius est tuâ hesternâ panum multiplicatione: nec tamen Moses ideirò voluit haberi credique Messias & Dei filius. Cùm tu ergo, ô Iesu, talis haberi velis, necesse est vt maiora Mose edas miracula. Ita S. Augustinus, & S. Cyrillus, qui & addit: Tale etiam à Christo flagitant signum, parumq; putantes, quòd vno die miraculo nutriti sunt, longi temporis oriosa perunt alimenta. Sic enim assensuros se doctrina illius polliceri videntur. q. d. Ale nos per omnem vitam, sicut aluisti heri, vt Moses aluit patres nostros per quadraginta annos: & tunc

nos credemus tibi asserenti te esse Messiam Dei Filium. Ita Iudæi, vt pote animales & carnales: cùm potius secundum rationem & spiritum sic ratiocinari debuissent. Iesus hic multiplicauit panes, ægros quoslibet curat, demones eiicit, mortuos suscitât, pluraque edit signa, quæ non fecit Moses, idque hoc sine & scopo, vt ijs quasi Dei signaculis, probet se esse Messiam à Deo missum: ergo verè ipse est Messias. Miraculum enim etiam vnicum, certum est testimonium illius rei & veritatis, ad quam probandam inducitur. Moles autem dans manna, aliaque signa edens, illa non fecit hoc sine, vt ijs probaret se esse Messiam; sed tantum populi ducem & legislatozem à Deo missum: vnde ei credidit populus, talemque ipsum habuit. Vos ergo similiter mihi, ait Iesus, credite, meque talem, qualem me esse per miracula demonstro, habetote, scilicet Messiam.

PANEM DE CÆLO] Id est cælestem, in cælo, id est in aère, ab angelis formatum, indeque in castra Hebræorum depluentem, vel potius nungentem aut grandinantem: manna enim instar granorum grandinax aère descendebat. Hebr. psal. 77.24. est, מַנְיָהּ דְגָוָן שְׁמַיָּם, id est, viticum calorum, id est, cælestis. Vide dicta Exodi 16.14. vbi fusè egi de manna.

DIXIT ERGO EIS IESVS: AMEN, AMEN VERS.32. DICO VOBIS: NON MOYSES DEDIT VOBIS PANEM DE CÆLO; SED PATER MEVS DAT VOBIS PANEM DE CÆLO VERVM] Christus hic retundit cauillum Iudæorum, eisque ostendit se maiorem esse Mose, maioremque panem dare, quam fecerit Moses dando manna. Opponit ergo & præponit panem suum, id est seipsum, siue præcellit corpus suum in Eucharistia, vt ipse explicat v. 35. 51. 54. & seqq. manna Mosais in tribus. Primum est, quòd manna dederit Moses, qui erat merus homo, idque soli Israël, putâ solis Iudæis in deserto: at panem suum dat Deus Pater, idque toti mundo.

Secundum, quòd manna non erat verè panis de cælo sed ex aère tantum, vt ros vel grandio descendens; dici tamen panem cæli abusuè, sicut dicuntur volucres cæli, qui in cælo, id est in aère, volitant: at panis suus propriè è summo calorù, imò à sinu Dei Patris descendat, ac proinde solus sit verè cælestis & diuinus, cuius proinde manna dumtaxat erat typus & vmbra. Ita S. Chrysof. Theophyl. Euthym.

Tertium inde consequens est, quòd manna ad tempus dumtaxat aluit corpus: at panis Christi corpus & animam alit & viuificet in æternum. Ita S. Chrysof. Leon. Cyrillus. Esto enim mortè temporalem Christus & Eucharistia à Christianis deuotè communicantibus non auferat; facit tamen, vt ipsi à morte resurgant, & deinceps non moriantur in æternum. Resurrectio enim est effectus Eucharistia, vt patebit v. 50.

Quartum addit Cyrillus libr. 3. cap. 33. quòd Moses nō formarit, nec dederit manna, sed Deus per angelos, ad preces Moïsis: at panem hunc Eucharistia formet & re ipsa det ipse Christus: ipse enim suâ omnipotentia, quam à Patre cum essentia diuina accepit, panem & vinum in corpus & sanguinè suum transubstantiat, transelementat & transformat.

PA-

Eucharistia est panis verum. Primò. Secundò. Tertio. Quarto. PANEM DE CÆLO VERVM] Hoc est Primò, A verè cælestem & diuinum, non tantum quoad locum, quòd scilicet ex cælo descendat, sed etiam quoad naturam & substantiam. Panis enim hic est ipse Christus, qui quâ Deus, essentiam habet cælestem & diuinam, scilicet eandem cum Patre deitatem. Secundò, verum, ait Cyrillus, Chrysofostomus & Augustinus respectu manna: hoc enim Eucharistia erat figura dumtaxat. In Eucharistia ergo est veritas, in manna vmbra veritatis. Tertio, verum, quia viuificum, qui scilicet dat vitam, tum animæ, tum corpori, vt ait Christus vers. sequ. ita Cyrillus & August. Quarto, verum, id est perfectum, eximium, in quo est omnis plenitudo, tam essendi quam alendi, quia omnis essentia creata, vt erat manna, si cum essentia increata, putâ cum Deo, qualis est Christus in Eucharistia, conferatur, non habet esse verum, sed tantum vmbaticum. In solo ergo Deo & Christo est veritas, id est soliditas & plenitudo essendi, ac instar panis perfectissimè alendi. Hoc est quod Deus ait Moysi: Ego sum, qui sum. Sic dices filijs Israël. Qui misit me, Exodi 3.14. Vide ibi dicta.

VERS.33. PANIS ENIM DEI EST, QVI DE CÆLO DESCENDIT, ET DAT VITAM VNDO] Probat Christus non manna, sed panem suum, id est seipsum esse panem verum, id est verè cælestem & diuinum, duobus argumentis, Primò, quia hic solus verè de cælo descendit. Secundò, quia hic solus veram vitam dat mundo, putâ vitam beatam & æternam quæ sola est vera vita. Nota. Hic panis vocatur Dei, quia à Deo solo formatus, & quia soli Deo proprius: Deus enim viuic seipso & sua diuinitate: & quia panis hic verè est Dei Filius, ipseque Deus.

DESCENDIT] non in præterito, sed in presenti. Græcum enim καταβαινω, est presentis temporis. rō ergo descendit, significat continuationem descensus Christi in altare Eucharistia vsque ad finem mundi. Quoties enim sacerdos consecrat Eucharistiam, toties Christus, qui post mortem ad cælum ascendit, ex eo ad species panis consecratas descendit, in illisque se præsentem sistit & exhibet.

DAT] Arabicus, dono dat. ingens utique donum est Christus, qui est ipsa vita, viuificans omnes fideles ritè communicantes per viuierum mundum, eique dans vitam cælestem diuinamque gratia, & postea gloriæ in omnem æternitatem.

VERS.34. DIXERVNT ERGO AD EVM: DOMINE, SEMPER DA NOBIS PANEM HVNC] illaboratum, vt sine labore, in suauio otio panem hunc læti comedamus, qui nobis vitam proroget, instar ligni vitæ in paradiso, vt annos Nestoreos viuamus. Iudæi edim carnales necdum intelligebant panem Christi spirituale, nec nisi terrenum cogitabant. Adhuc sensibile quiddam, ait Chrysof. Insuscipiebantur, adhuc ventrem implere expectabant. q. d. ait August. Da panem, qui reficiat & non deficiat, Nam, vt ait Cyrillus, Esti multis verbis carnali eos à sensu Saluator remouerit; nihil tamen proficiunt, neque à carnalibus vilo modo recedunt: quippe panem audientes, quòd vita mundo datur, terrestrè intelligebant. Similes sunt Samaritana illi mulieri, quæ vum longam de intelligibili aqua Christi orationem audisset, ad sensibilibus memoriam aquarum labeatur, dicens, Da mihi Domine, in Ioannem.

mine hanc aquam, ut non sitiam, neque veniam huc hauirè.

DIXIT AVTEM EIS IESVS: EGO SVM PANIS VITÆ: QVI VENIT AD ME NON ESURIET, ET QVI CREDIT IN ME, NON SITIET VNQVAM] Syrus & Arabicus, in æternum. Hic Christus Iudæis postulantibus panem alentem in vitam æternam, illum aperit & offert, asseritque esse seipsum. Ipse enim per gratiam & spiritum suum, quem fidelibus inspirat, eos alit vt semper viuant; sed propriè eos alit per panem Eucharistia, de quo omnis hic Christi est sermo. Audi Cyrillum: His verbis subsondit sanctissimi sui corporis vitam & gratia, qua in nobis vnigeniti proprietat, id est vita, & ingreditur & permanet. Christus enim in Eucharistia rectè vocatur panis: Primò, quia panem consecrando transformat in corpus suum, quod sub speciebus panis, annihilata panis substantia, solum remanet. Secundò, quia instar panis famem auferit, nutrit, sustentat vitam, satiat, exhilarat. Audi Cyrillum: Non enim illud verum manna, & verus cælestis panis fuit: sed ipse vnigenitus Filius verus panis est, qui cum sit ex substantia Patris, naturaliter vita est cuncta viuificans. Vt enim panis hic terrestris satiat, imbecillitatem carnis nostræ sustinet atq; conseruat, ita & ipse per spiritum sanctum, spiritum nostrum viuificat, & corpus ipsum à corruptione liberat.

PANIS VITÆ] Id est viuus, vitalis, viuificus, imò ipsa vita. Alludit ad lignum vitæ, Genes. 2. v. 9. Sicut enim hoc lignum, id est arbor vitæ, suo fructu siue pomo, Adâ in paradiso dedit vitam, Primò, longævam, ad aliquot annorum millia, donec Deus eum è paradiso vinum transtulisset in cælum: Secundò, sanam & robustam: Tertio, constantem, & numquam morbum aut senium sensisset: Quarto lætam & hilarem: pepulisset enim omnem inestitiam & melancholiam: sic multò magis hæc omnia præstat Eucharistia, que non tantum longævam, sed & æternam vitam communicantibus confert: vnde arbor vitæ fuit figura Eucharistia, vt docet S. Irenæus lib. 5. ca. 2. Porro Eucharistia non tantum animam, sed & corpus nutrit & vegetat, vt docent Theologi: imò S. Ioannes Abbas teste Palladio in Lausiacâ cap. 61. S. Catharina Senensis, S. Maria Oigniacensis, S. Ebrulphus Abbas apud Surium tom. 6. pluresq; alij solâ Eucharistia, sine alio cibo, multo tempore vixerunt. Quin & Ludouicus Pius Imp. in supremo morbo, quo obiit, totos 40. dies ieiunus transegit, Eucharistiam solum quotidie sumens, vt qui adfuit ei scriptor testatur, quem citat Thomas Bozius tomo 2. de Signis Ecclesiæ lib. 15. c. 2.

QVI VENIT AD ME, NON ESURIET, ET QVI CREDIT IN ME, NON SITIET VNQVAM] Quia dabo ei panem, qui omnem famem & potum, qui omnem sitim satiet. Dixit Christus se esse panem vitæ, hic modum panem hunc allequendi assignat; nimirum, vt quis ad eum veniat, hoc est, in eum credat, vt Christus mox exponit. ita S. August. ad Christum enim venimus, passibus non corporis (sic enim Iudæi increduli & crucifixoze ad eum venerunt) sed mentis; scilicet, fidei, obedientia & charitatis, non esuriet, vnquam: hoc enim repetendum est ex τῷ νότῳ sicut vnquam. Sensus est, q. d. Manna comestum sedabat famem, sed ad tempus dumtaxat; at

Ff ego

Christus in Eucharistia verè vocatur panis.

Eucharistia etiam corpus nutrit & vegetat.

ego qui sum panis vitæ, si vel semel comedat in Eucharistia, comedenti confero plenam satietatem, ut alium cibum non requirarim; ut nullam deinceps esuriam sentiat, quia confero illi vitam gratiæ & gloriæ beatam & immortalem, quæ omne hominis desiderium implet & satiat, ut patet v. 40. & sequi.

ET QUI CREDIT IN ME, NON SITIET VMOVAM] Quia dabo ei in Eucharistia potum sanguinis mei, quo plenè refectus & satiatus nunquam sitiet. Audi Cyrillum: Quid igitur Christus pollicetur? corruptibile cered nihil, sed benedictionem, quam communicatione corporis atque sanguinis Christi assequimur: unde ad eam incorruptionem integrè reducemur, ut cibo & potu corporali non indigamus. Vult enim corpus Christi, & ad incorruptionem sua participatione reducit. Esto enim fideles laici non sumant, nec bibant Eucharistiam sub specie vini, vti faciunt sacerdotes, sed eam comedant sub specie panis dumtaxat; tamen sub illa non tantum comedunt corpus Christi, sed & bibunt sanguinem Christi, quia sanguis à corpore Christi, utpote immortalis & gloriosus, separari nequit. In spiritualibus enim idem est esurire & sitire, idem est cibis & potus. Qui venit ad me, inquit Augustinus, hoc est, quod ait, Et qui credit in me, & quod dixit. Non esuriet, hoc intelligendum est, non sitiet unquam, utroque enim illo significatur æterna satietas, ubi nulla est egestas. In summa: Non sitiet unquam, id est quod psalm. 35. vers. 9. ait: Inebriabuntur ad ubertatem domus tue, & torrente voluptatis tue potabis eos. Simili modo dixit Samaritanæ: Qui bibent ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum, cap. 4. 13. Vide ibi dicta.

VERS. 36. SED DIXI VOBIS, QVIA ET VIDISTIS ME, ET NON CREDITIS] Dixi aliàs, etiam id nullibi sit scriptum à Ioanne. Ita Chrysostomus, Euthymius & alij. Rursus dixi, id est, sat superque ostendi & probavi vobis, quia, id est quod, vidistis, id est, cognovistis, hoc est ex tot signis & miraculis quæ edidi, cognoscere potuistis & debuistis me; & tamen ex obstinatione animi in me non creditis. Nam cap. 5. vers. 3. & seq. fusè arguit Iudeos, quod visis tot signis, in se non credant. Ita Euthymius: Vidistis, inquit, me, sine cognovistis quis ego sim, & à testimonio Ioannis, & à signis quæ edidi, & à testimonio Scripturarum, quas vobis aperui, sed voluntariè malum operantes non creditis.

VERS. 37. OMNE, QVOD DAT MIHI PATER, AD ME VENIET: & EVM QUI VENIET AD ME, NON EIICIAM FORAS] Est occupatio, q. d. Obijciatis mihi: Si sciebas nos tibi prædicanti non credituros; cur ergo nobis predicas? Resp. Quia ex vobis sunt aliqui, qui in me credent; nimirum illi quos Pater elegit, mihi que dedit, ut sint mei discipuli & filij: quo tacitè innuit Iudeos pleròq; ob suam incredulitatem, non esse sibi datos, nec ad fidem à Deo electos, sed pro ijs Deum multos alios, præsertim ex Gentibus, elegisse: vnde ait: Omne quod dat mihi Pater, in genere neutro, nõ Omnis, ut magis significet vniuersitatem omnium gentium. Omne ergo, id est, omnis gentis, omnis generis, omnis ætatis & sexus vniuersitas & populus, cui Pater inspirat affectum fidei, ut sponte & liberè in me credat, hic per fidem ad me veniet, fietque Christianus & meus discipulus: quare ego eum à me non repellam, nec è domo,

ad est Ecclesia mea, foras eiciam, vti vos, ð Iudæi increduli & rebelles, à me meaq; Ecclesia repellò, compellamque in tartara; sed vltro & amanter eum complectar, mecumque ducam ad Ecclesiam triumphantem in cælis.

Nota. Christus hic ut Iudæos incredulos & pernicaces retundat, terreat & percellat, assurgit ad secretum voluntatis & prædestinationis Dei. Vult enim docere, quod fides sit donum Dei, quo illi careant. Dat ergo Pater Christo fideles ab æterno, prædestinando, & in tempore vocando ad fidem, ea ratione & modo, ut vocati liberè Deo vocanti obsequantur & credant, itaque veniant ad Christum. Hęc enim est causa actualis fidei, siue cur quis hic & nunc actu credat in Christum, scilicet gratia Dei excitans hominem ad credendū, & homo libera sua voluntate gratiæ Dei consentiens & credens. Igitur dat Pater nos Christo, cum per gratiam suam præuenientè & cooperantem, facit nos actu conuerti, & liberè credere Christo: nam, ut ait hic ipse, omnis qui à Patre datur Christo, recipiã venit ad Christum. Ita S. Aug. Cyrillus, Leon. Chryf. & alij.

Aduerte, Christum hic propriè loqui de prædestinatione ad fidem & gratiam, non ad gloriam, æquè ac Paulus. Alludit ad psalm. 28. Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam & possessionem tuam terminos terræ. Vnde ait in futuro: Ad me veniet, ut Gentes per prædicationem Apostolorum ad se venturas innuat. Audi Cyrillum: Iam iam venturas Gentes significat, & facturam gratiam, quam facturi erant Iudæi, minatur.

Porrò Deus Pater dat fideles Christo, quia Christus hoc obedientia & passione sua meruit. Merita enim Christi sunt causa, non tantum vocationis temporariæ, sed & prædestinationis æternæ fidelium: Deus enim ob præuista Christi merita, fideles prædestinauit & elegit, vti docet Paulus Ephel. 1. v. 4. dicens: Elegit nos in ipso (Christo) ante mundi constitutionem, ut essemus sancti. Et mox: Qui prædestinauit nos in adoptionem filiorum, per Iesum Christum in ipsum.

NON EIICIAM FORAS] Non repellam à me, mea Ecclesia, meo celo, sed magna cura resacillabo, ait Theophyl. Alludit ad hospitem, qui peregrinos sibi beneuolos & amicos ad suum hospitium admittit. Ita Euthymius: Non abijciam eum, inquit, hic à mea familiaritate, neque ibi à regno calorum. Et Cyrillus: Non abdicabitur, inquit, neque ut inglorius eiciatur, nec erit expers meæ benignitatis, sed recondetur in horreum, & in caelestes mansiones dixeret, ingredieturque quò mens hominum nequaquam cogitauit.

Nota. S. Chrysostomus & Cyrillus libr. 3. cap. 39. dicunt illos à Patre dari Filio, qui se per bonum liberi arbitrij vsum, Dei vocatione & gratia dignos reddiderunt; quod postea crudè secutus Pelagius gratiæ necessitatem negauit, dicens liberum arbitrium sibi sufficere ad benè operandum. Verùm hic est error, quem confutat S. August. Credere, inquit, Dei gratiæ est, posse credere, natura. Quocirca ipse hic & alibi docet omnes quidè posse credere, bene operari & saluari, quia liberum in omnibus arbitrium gratiæ Dei est capax, & sæpè sufficientem ad salutem gratiam à Deo accipit, solos illos tamè actu credere, bene operari & saluari, quibus Deus dat gratiam effica;

Christus ad prædestinationis sermone nem suum atollit. Cur?

efficacem, siue congruam; quam scilicet præuidet A persuasuram libero arbitrio, ut sibi cooperetur de quo plura v. 44.

VERS. 38. QVIA DESCENDI DE CELO, UT FACIAM VOLUNTATEM EIVS QUI MISIT ME] Dat causam Christus, cur non eiciet foras eum, quem Pater sibi dederit, quia scilicet ipse venit in carnem & mundum, hoc fine dumtaxat, ut faciat Patris voluntatem, quæ est, ut eos, quos Pater vult dare Christo, & saluare, hos Christus accipret & saluet. Vnde explicans subdit. Hęc est autem voluntas, &c. Audi S. Cyrillum in Concil. Ephesino hæc profundè pertractantem: Dum non suam, sed sui Patris voluntatè se perficere addit, Iudeorum vesariam ex obliquo perstringit, utpote qui suam semper voluntatem constituere sat agentes, diuinasq; leges flocci facientes, de Domini sui placitis nihil quidquid pensi haberent: dum, inquam, suum hoc loco promptum obsequendi studium patrum commendant, illorum rebellionem neutiquam obscurè incusat.

VERS. 39. HÆC EST AVTEM VOLUNTAS EIVS, QUI MISIT ME, PATRIS: UT OMNE, QVOD DEDIT MIHI, NON PERDAM EX EO, SED RESVSCITEM I LV D IN NOVISSIMO DIE] Omne, id est omnes omnino, cuiuscumque sit gentis, gradus, status, ætatis vel sexus, ut dixi v. 37. Non perdam, id est, non finem perire. Explicat enim id quod dixit: Non eiciam foras: vnde id exponens & perficiens addit: Sed resuscitem illum in novissimo die, putà in vltimo mundi die, siue in die iudicij, ut scilicet eum in cælum admittam, ibiq; eum beem immortalitate & gloria, tam corporis, quam animæ in æternū. Tunc enim cessabit calorū motus, ac consequenter tempus, quod motus illorum est mensuraturare erit tunc dierum, mensium & annorum omnium statio & finis.

VERS. 40. HÆC EST AVTEM VOLUNTAS PATRIS MEI, QUI MISIT ME: UT OMNIS, QUI VIDET FILIUM, ET CREDIT IN EVM, HABEAT VITAM ÆTERNAM, ET EGO RESVSCITABO EVM IN NOVISSIMO DIE] Qui videt gratè, & epwv, id est, considerans & contempans Filium, eumque videns oculis, non corporis, sed mentis, hoc est, in eum credens, illique obediens. Notat Lactantius libr. 7. cap. 9. ex Trimegisto quod hoc verbum & epwv propriè sit rerum diuinarum.

ET EGO RESVSCITABO] Græcum ἀναστήσω potest verti & in futuro indicatiui modo, resuscitabo; & in aoristo coniunctiui, ut resuscitem, vti vertit Interpres v. 39. Inculcat Christus resurrectionem, quia spes Christianorum, est resurrectio mortuorum, ait Tertullianus lib. de Resurrect. Audi S. Chrysostomum homil. 46. Vix ubique meminit: nam eius trahimur cupiditate, & nihil iuuat quàm non mori. Etenim in veteri Testamento, longa vita & multi dies promittebantur: nunc verò non simpliciter vis longitudo, sed vita sine fine promittitur, simul & ostendere vult, quod supplicium ex peccato inductum nunc reuocat, sententiam illam mortis soluendo & vitæ sempiternæ inducendo, contra superiorum temporum institutionem.

VERS. 41. MVRMVRABANT ERGO IVDÆI DE ILLO] QVIA DIXISSET: EGO SVM PANIS VIVVS QUI DE CELO DESCENDI, ET DICEBANT: NONNE HIC EST IESVS FILIVS IOSEPH, CVIVS NOS NOVIMVS PATREM, ET MATREM? QVOMODO ERGO DICIT HIC: QVIA DE CELO DESCENDI?] Murmuratio de rebus bonis, ait Cyrillus, est

Cornel. in Ioannem.

quasi paterna hereditas à parentibus sub Mose, ad Iudeos sub Christo descendens. Causam murmuris dat Theophyl. Hęc usque quidem, inquit, existimabant de pane sensibili eum loqui, & mansuetè eum ferebant: nunc autè quia reuelauit eis, quod de spiritali pane sermonem haberet, contempro illo murmurant: quia non capiebant quomodo Christus esset panis viuus, & quomodo de cælo descendisset, & quomodo ipsi eum manducarent: suæ enim gulæ inhiabant.

RESPONDIT ERGO IESVS, ET DIXIT EIS: VERS. 43. NOLITE MVRMVRARE IN INVICEM] Græcè, μετ' ἀλλήλων, id est, cum inuicem, inter vos mutuo, vel etiam contra vos mutuo: innuit enim alios pro se, alios contra se fuisse; atque hac ratione inter se his Christum accusantibus, illis eum defendentibus, certasse, itaque inter se murmurasse: ita lanfen.

NOLITE MVRMVRARE] quia nullam murmurandi occasionem vobis præbeo: nam ego puram meramque dico veritatem, qua licet ob sui sublimitatem à vobis non capiatur, vos tamen estis in culpa; tum quia mihi obstrepitis & rebelatis, nec à me explicationem meorum dictorum queritis, tum quia lumen ad mea dicta intelligendum à Deo non flagitatis. Vnde subdit:

NEMO POTEST VENIRE AD ME, NISI PATER, QUI MISIT ME, TRAXERIT EVM: ET EGO RESVSCITABO EVM IN NOVISSIMO DIE] Nota Primò, Potuisset Christus, ut rectè aduertit Chrysof. respondere & dicere: Non est mirū quod vos, ð Iudæi, hæc quæ dico, quod scilicet ego sum panis viuus, qui de cælo descendi, non intelligatis, nec credatis, quia carnales, duri & proterui estis; sed mauult luatius & diuinius respondere, scilicet quod nemo in se credat, nisi cui hoc datum sit à Patre, ut sic ij, qui credebant contra alios, qui non credebant, non contenderent, & increduli agnoscerent sibi deesse lumen diuinum, ad proximè & planè credendum necessarium, illudq; humili prece à Deo & Christo flagitent; non autem murmurarent; aut certè se deesse illi lumini à Deo oblato, illique esse rebelles aduerterent.

Sensus ergo est. q. d. Nolite vos, ð mihi credentes, contra incredulos murmurare, eò quod meæ doctrinæ tot miraculis confirmatæ non credant; quia fides est donum supernaturale Dei, nec potest quis credere in me, nisi Pater traxerit eum ut credat, illi autem necdum trahuntur à Patre: quare nolite eis indignari, sed rogate Patrem, ut trahat eos, sicut traxit vos: sic enim æquè ac vos in me credent. Vos quoque, ð increduli, nolite murmurare contra me, meaque dicta, & meos credentes; quia traxit illos Pater ut credant in me: rogate ergo potius Patrem, ut vos quoque trahat: sic enim æquè ac illi credetis in me, & cum illis vnanimiter in mea fide, doctrina & Ecclesia conspirabitis. Dicite ergo cum sponsa: Trahe me post te, quia sic tracti curremus in odorem vnguentorum tuorum, Cantic. 1. 3. Vide ibi dicta.

Nota Secundò, ð traxerit, non significare coactionem aut necessitatem, nec opponi libertati arbitrij, quasi illam homini adimat, vti volunt Lutherani & Caluinistæ: sic enim trahuntur ligna & saxa: apud homines autem, trahit sua quemque voluptas, hoc est libertas, non necessitas.

VERS. 44.

Trahere hic quid significet.

tas. Offendis puero faccharum, trahis illum ad te : ostendis ouem ramum viridem, trahis illum ad te: verterque enim trahitur pabuli illecebra: similiter trahitur hominis voluntas, sicut ferrum trahit magnes: sic occulta amoris vi ad Christum tracta fuit S. Agnes. Trahimur *motione*, ait Cyrillus, *doctrina*, *reuelatione*, *ineffabiliter facta*. Audi S. Augustinum hic tractat. 26. *Noli cogitare te inuitum trahi: trahitur animus & amore*. Et mox: *Quomodo voluntate credo, si trahor? Ego dico, parum est voluntate, etiam voluptate traheris. Quid est trahi voluptate? Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Est quaedam voluptas cordis, cui panis dulcis est ille celestis. Porro si potes dicere licitum: Trahi sua quemque voluptas non necessitas, sed voluptas: non obligatio, sed delectatio, quanto fortius nos dicere debemus, trahi hominem ad Christum, qui delectatur veritate, delectatur beatitudine, delectatur iustitia, delectatur sempiterna vita, quod totum Christus est. Et post nonnullas: Da manam, & sentit quod dico, da desiderantem, da esurientem, da in ista solitudine peregrinantem atque sitientem, & fontem aeternae patriae suspirantem, da talem, & sic quid dicam: si autem frigidus loquor, nescit quid loquor. Idem sermone de Verbis Apostoli. Non dixit, inquit, duxerit, sed traxerit, ista violentia cordi fit, non carni. Quid ergo miraris? Crede, & venis, ama & traheris. Ne arboreris istam asseram mollescentem, violentiam, dulcis est, suavis est, ipsa suauitas te trahit. Nōne omnis trahitur cum esurienti herba monstratur? Et putato quia non corpore impellitur, sed desiderio colligatur. Sic & tu veri ad Christum, noli longa itinera meditari. Vbi credis, ibi venis. Ad illum enim qui ubique est, amando venitur, non navigando.*

Tractus Dei.

Tractus Dei ergo significat vim & efficaciam gratiae, sed suauem & blandam, quae liberum arbitrium non cogat, sed allecet, mulceat & blandiendo fleat ut credat. Item significat imbecillitatem & vitiosas cupiditates hominis, quae fidei & sanctitati Christianae repugnant, ut homo ad fidem & virtutem Christianam, vehementi gratiae Dei impulsu, non tam duci, quam trahi indigeat. Hoc est quod ait Christus Matth. 11. *Regnum caelorum vim patitur, & violenti rapiunt illud*. Ebriotus enim debet inferre vim suae gulae, luxuriosus suae libidini, auarus suae cupiditati, ambitiosus suae ambitioni. Igitur tractus gratiae voluntatem in carnem depressam, sursum ad caelestia eleuat, renitentem allicit, infirmam corroborat, tristem exhilarat, timidam animat ad bonum. Quocirca hac Christi sententia passim Patres Latini cum S. Augustino, vsi sunt contra Pelagianos, ut probarent necessitatem gratiae. Excipio Graecos, ut S. Chrysostomum, Cyrillum, & eorum sequaces, qui Pelagium praecesserunt, ideoque de gratia parca loquuntur, ut liberum hominis arbitrium contra Manicheos extollant. Vnde Theophyl. hic ex S. Chryl. Sicut, ait, magnes non trahit nisi ferrum, sic Deus non trahit nisi idoneos: qui scilicet libero arbitrio bene vtendo, gratia Dei se dignos efficiunt. Quare caute legendus est hic S. Chryl. dum ait eos qui trahuntur a Deo, hoc ipsum promereri aliqua praeuia liberi arbitrii bona voluntate. Hoc si de primo gratiae tractu, ac de libero arbitrio nudo, omnique gratia destituto accipias, Pelagianum est: Catholicum autem, si de vltiori tractu ad maiorem fidem & virtutem, ac de libero arbitrio, iam ab aliqua priori gratia

præuento & excitato intelligas. Nota Tertio. Quidam a Deo trahuntur inchoatiue, siue quantum est ex parte Dei, quantumque sufficit, ut possint conuerti; qui tamen ad Christum non veniunt, nec sese conuertunt; quia scilicet Deum trahentem sequi nolunt: & sine tractu hoc simpliciter impossibile est venire ad Christum: perinde ac impossibile est homini sine alis volare. Et de hoc tractu ait Maldon. si quæras cur hic ad Christum trahitur, ille non respondet, quia hic Christum trahentem sequi voluit, ille vero noluit, imò nonnulli iam credentes in Christum, offensi hac carnis eius manducatione, ab eo recesserunt, ut testatur Ioannes v. 67. dicens: *Ex hoc multi discipulorum eius abierunt retro, & iam non cum illo ambulabant*, ac disertè de Iuda proditore vers. 71. *Nōne, ait, ego vos duodecim elegeri, & unus ex vobis diabolus est? Alij verò a Deo trahuntur completè, id est pertrahuntur ad Christum; qui scilicet Deum trahentem sequuntur, & de talibus hic quoque agit Christus, ut patet v. 37. *Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet: Omnis qui audivit à Patre, & didicit, venit ad me*. Idem enim hic est, trahi à Patre, quod audire, doceri, discere à Patre. Quid est trahi à Patre, nisi discere à Patre? ait S. August. Ita completè trahuntur illi quibus Deus gratiam dat, non tantum præuenientem, eamque efficacem & congruam (prios enim qui inchoatè trahuntur; habent dumtaxat sufficientem) sed & cooperantem. Congrua dicitur quia eorum qui trahuntur, ingenio, affectui & moribus congruit. Vnde Deus præuidet ipsos de facto illi liberè consenturos & cooperaturos, itaque conuertendos, credituros: rectèque operaturos. Et de his ait S. August. *Si non traheris, ora ut traharis*. Et: *Cur hic trahatur, ille non trahatur, noli indicare si non vis errare*.*

Porro hæc gratia efficax & congrua est necessaria ad conuersionem, fidem & salutem, non simpliciter, sed ex hypothesi, posita scilicet præscientia Dei, qua ipse præuidet hanc gratiam per suauitatem libero arbitrio, ut se ad Deum conuertat, alteram verò, quae solum sufficiens est, id ipsum illi non persuasuram. Vnde pariter præuidet Deus, nos gratia efficaci & congrua liberè consenturos, sufficienti verò & incongrua non consenturos, idque ex mera arbitrii libertate. Hoc est quod ait Christus: *Nemo potest venire ad me, nisi Pater traxerit eum*. Quare gratia congrua vsque ad finem vitæ est magnum perseverantiae donum, quod est causa nostræ salutis aeternæ, ac proinde sub meritum non cadit, sed est peculiare & summum Dei beneficium, quod Deus suis prædestinatis & electis confert, eosque à non electis & reprobis fecernit & distinguit, uti fusè docet S. Aug. de Prædest. Sanct. ca. 16. & ex eo S. Tho. & Scholasticj, ac Concil. Trident. sess. 6. c. 13. Quocirca hæc gratia congrua nobis assidue ac humillimè à Deo postulanda est per Christi merita: in ea enim ventitur cardo salutis nostræ, quia Deus promittit se daturum nobis quicquid in nomine Christi petierimus, Ioan. 15. 16.

Denique tractum Dei sæpè impedit ingens cordis humani malitia & obduratio, perinde ac magnetis tractum ferri indomabilis adamas, qui non ferro, nec igne, sed solo hircino sanguine vincitur & frangitur. Audi Plinium lib. 37. ca. 4.

Adamas

Adamas disidet cum magnete in tantum, ut iuxta positus ferrum non patitur abstrahi, aut si admodum magnes apprehenderit, rapiat atque auferat. Idem tradit Aug. lib. 21. de Ciuitate c. 4.

ET EGO RESUSCITABO EVM IN NOVISSIMO DIE] Ostendit Christus fructum huius tractus Dei Patris. q. d. Ego autem illum, qui à Deo tractus venerit ad me, & in me crediderit, mihi que obedierit; hoc præmio donabo, ut eum resuscitem ad vitam & gloriam aeternam; si videlicet in mea fide & obedientia vsque ad mortem persevererit.

VERS. 45.

Docibiles Dei quid

EST SCRIPTVM IN PROPHETIS: ET ERVNT OMNES DOCIBILES DEI] Arabicus, à Deo. Citat. Isaia cap. 54. 13. *Multi filios doctos à Domino*. Simile habet Ierem. ca. 31. v. 33. & 34. & Ez. chiel cap. 11. 19. & cap. 36. 26. & Ioel c. 2. v. 28. Vide ite dicta. Quia intolerans videbatur Iudæis, quod dixerat Christus: *Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus traxerit eum*; hinc Christus id ipsum confirmat ex Isaia & Prophetis, qui asserunt omnes filios, siue discipulos, Christi & Ecclesiae fore theodidactos, id est doctos à Deo: doceri autem à Deo, est trahi à Deo: docibiles enim idem est quod doctos. Hebr. enim est *למד* limude. Sic sæpè alibi verbalia desinentia in bilis, Interpres noster Latinus pro participio passiuo accipit ut incredibilis idè sit quod incredulus, plaga desuperabilis sit desperata, verbum persuasibile sit verbum persuasum, vel persuadens.

Erunt autem docti à Deo, scilicet interius mëtem docente, illuminante, afflante, implente ad vocem externam Christi, eiusque discipulorum, ut illi credant, & obediant cum prius in lege veteri Deus exterius magis, quam interius scilicet per Prophetas, per sacerdotes, per S. Scripturas doceret populum. Quare ubi Deus est magister, ibi citè discitur quod docetur, ait S. Leo term. de Pentecoste. Audi S. Aug. in epist. 1. S. Ioan. tract. 3. *Sonus verborum nostrorum aures percipit, magister in eis est*. Et mox: *Omibus locutus sum, sed quibus vnctio illa in eis non loquitur, quos Spiritus sanctus in eis non docet, indocti redeunt*. *Magisteria formæque adiutoria sunt quæstia & admonitione: cathedram in celo habet, qui corda docet: propterea ait, & ipse in Euangelio: Nolite vobis dicere Magistram in terra: vnus est magister vester Christus. Ipse vobis ergo intus loquitur, quando nemo hominum illic est, & c. Vbi illius inspiratio, illius vnctio non est, formæque inaniter peritrepunt verba*.

OMNIS QUI AUDIUIT A PATRE, ET DIDICIT (Arabicus, & sic) VENIT AD ME] Ecce hic tractum Patris explicat. q. d. Trahitur à Patre, qui interius ab eo docetur, id est cuius intellectus à Patre illuminatur, & voluntas inflammatur, ut mihi credat, meque sequatur: & didicit vel discit, hoc est, me à illuminationem in intellectu, & meum impulsum siue inflammationem in voluntate excipit, illique acquiescit, & liberè consentit: ille venit ad me, id est, credit in me quasi Messiam, mihi que obedit: duo enim pedes non corporis, sed animæ, quibus illa venit ad Christum, sunt intellectus à Deo illustratus, & voluntas ab eodem impulsæ & inflammata. Hinc Sanctus August. de Prædest. Sanct. cap. 8. infert, atque: *Si omnis qui audivit à Patre, & didicit, venit, profecto omnis qui non venit, non audivit à Patre, nec didicit: nam si audisset & didicisset, veniret*. Ac subdit: *Cornel. in Ioannem.*

Valde remota est à sensibus carnis hæc schola, in qua Pater auditur, & docet, ut veniat ad Filium. Ibi est & ipse Filius, quia ipse est Verbum eius, per quod sic docetur: nec agit hoc cum carnis aures, sed cordis. Simil est & ibi Spiritus Patris & Filij: neque enim ipse nos docet, aut separatim docet: inseparabilia quippe didicimus esse opera Trinitatis. Et post nonnulla: *Cur ergo non omnes docet, ut veniant ad Christum, nisi quia omnes quos docet, misericordia docet: quos autem non docet, iudicio non docet, quoniam cuius vult miseretur, & quem vult obdurat: sed miseretur bonum tribuens obdurat digna retribuens, & c. Hæc itaque gratia, quæ oculi & humanis cordibus diuina largitate tribuitur, à nullo duro corde respuitur. Ideo quippe tribuitur, ut cordis duritia primitus auferatur. Quando ergo Pater intus auditur & docet, ut veniat ad Filium, auferit cor lapideum, & dat cor carneum, sicut Propheeta prædicante promittit. Sic quippe sacri filios promissionis vasa misericordia, quæ preparauit in gloria.*

NON QVIA (non quòd) PATREM VIDIT VERS. 46.

QVISQVAM, NI IIS QVI A DEO EST, HIC VIDIT PATREM] *Ne suspicarentur Iudæi crassi & rudes*, ait Euthymius, *quod sensuali modo audiat quisquam à Patre, videt eum humano modo, ait: Non quia, & c. subaudi, sed quod inuisibiliter Deum in mente loquentem, reuelantem, illuminantem, & fidem Christi persuadentem audiat. q. d. Deus est magister inuisibilis, qui à discipulis non videtur, Deus est doctor non oculorum, nec aurium, sed cordium & mentium.*

NI SI QVI A DEO EST] putà ego, qui quæ Deus, sum Dei Filius ex ipso natus, ideoque ipsi intus: ipsum per essentiam continuè video & intueor, quæ homo verò, ab eo sine opera viri formatus, semper ipsius beatifica visione fruor. Ita Cyrillus: *Tanquam Patri consubstantialis*, inquit, *videbit profecto eum ex quo est*, Et Euthym. *Vt patet eiusdem nature & substantiæ & scientiæ, & qui est in sinu Patris*.

AMEN, AMEN DICO VOBIS; QVI CREDIT VERS. 47.

IN ME HABET VITAM AETERNAM] *Haber, iure & merito, siue in certa spe, sed necdum in re*. Redit Christus ad vers. 29. & fidem in te iterum iterumque inculcat, quia hæc est principium omnium boni, radix salutis, ac medium necessarium ad obtinendum à Christo panem vitæ, putà Eucharistiam.

VITAM AETERNAM] Ita nolentes, ait Chrysost. VERS. 48.

firma præmissa ad fidem impellit: quid enim melius aut suauius mortem & corruptionem timentibus, quam vita aeterna?

EGO SVM PANIS VITÆ] alens me comedentes in vitam aeternam. q. d. Ego ijs, à quibus cum vera vitaque fide comedor, tribuo vitam aeternam. Idem sæpè repetit & confirmat, & ne temerè dixisse videatur, quia Iudæis videbatur res hæc planè paradoxa & impossibilis.

PATRES VESTRI MANDUCAVERUNT MANNA VERS. 49.

IN DESERTO, ET MORTVI SVNT. HIC EST PANIS DE CÆLO DESCENDENS: VT, SI QVIS EX IPSO MANDUCAVERIT, NON MORIATUR] In deserto.

Ista particula, ait Chrysost. *significat manna non diu durasse, neque in terram promissionis venisse: mox enim ut illam attingerent, cessauit manna*. Verum hic Christi panis est perpetuo durans, ait Theophylactus. Audi Iosue c. 5. v. 12. *De fructu, manna postquam comederunt de frugibus terræ, nec visum vltis à abo*

illo filij Israel, sed comederunt de frugibus terre Chanaan. Deus enim, sicut non deficit in necessarijs. ita in superfluis non abundat.

ET MORTVI SVNT] q. d. Manna patres morte aliorum ciborum aluit, & ab eis mortem non arcuit, nec arcere potuit, meus autem panis illam arceat.

VT SI QVIS EX IPSO MANDVCAVERIT, vera fide, viua, & charitate formata, NON MORIATUR IN AETERNVM] q. d. Manna non habuit vim vitalem praeseruandi a morte corporea, multo minus animas patrum vestrorum; hic vero meus panis vim habet liberandi a morte, non tantum corporis, sed & animae, idque in aeternum: licet enim mortem temporalem corporis non auferat; faciet tamen, vt ex ea fidelis vir resurgat, & deinceps non moriatur in aeternum: de quo plura v. 55. & sequenti.

VERS. 51. EGO SVM PANIS (id est cibus. Est hebraismus). VIVVS, in me ipso, & me viuum comedentes viuificans, eiusque meam vitam communicans; cum manna esset in se inanimè & mortuū, ideoque vitam comedentibus se tribuere non posset: QVI DE CAELO DESCENDI (ratione diuini suppositi, ait Suarez.) Cam de caelo cibum quaerent, ait Chrysofost. idem frequenter se de caelo descendisse testatur.

VERS. 52. SI QVIS MANDVCAVERIT EX HOC PANE, VI- VET IN AETERNVM] Hic enim panis dat animae vitam gratiae, duransem vsq; ad vitam gloriae in omnè aeternitatem; corpus verò faciet resurgere a morte, vt gloriosum viuat pariter in aeternum.

Caluinus & heretici contendunt panem hunc non esse corpus Christi in Eucharistia, sed esse panem mysticum: nos enim mysticè comedere corpus Christi per fidem, cum in eum credimus. Idem è Catholicis sentit Iansenius hic, Caietan. Gabriel, Ruardus Tappet. Nicolaus Gufanus & Hesselius, quos citat Bellarmin. lib. 1. de Eucharistia cap. 5. contra quos integrum librum scripsit Didacus Castillus, & alterum Nicolaus Sanderus, illorūq; resurctant Toletus, Maldonat. Bellarm. & alij passim.

Agi hic de Eucharistia. Dico ergo, Christum ab hoc loco deinceps loqui ad literam de Eucharistia. Id adeò certum est, vt Maldonatus dicat id ipsum negare esse temerarium, & penè erroneum.

Prob. Primò. Probatur Primò, quia id clarissimè hic asserit Christus, passim iubens nos manducare suam carnem; & bibere suum sanguinem, adeò vt clarissimè Eucharistiae dogma exprimere non potuerit: nil enim aliud hic ingeminat, nil aliud audis, quàm, Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem. Sanè incredibile videtur, quòd Christus rem per se claram, & à se toties repetitam, nimirum credendum esse in se, voluerit, tot verbis & metaphoris manducandi suam carnem & sanguinem obscurare, praesertim cum praetuleret hac de causa multos, etiam discipulos à se discipulos.

Secundò, quia veramque Eucharistiae speciem distinguit: carnem enim suam facit cibum, quem comedamus: sanguinem verò suum facit potum, quem bibamus. Nisi, inquit vers. 54. manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Ergo loquitur de Eucharistia,

A in qua verè & propriè manducamus Christi carnem, & bibimus eius sanguinem. Nam in spiritali manducatione Christi, quae fit per fidem, potus à cibo, & sanguis à carne distingui nequit: nec enim speciatim & seorsim credere debemus carnem, & deinde sanguinem Christi, sed sufficit in genere & totaliter credere in totam humanitatem Christi.

Tertiò, quia nusquam in Scriptura efficacia & fructus Eucharistiae, item praecipuum vniter illam sumendi, clarè exprimitur, & inculcatur, nisi hic. Hoc enim praecipuum cum sit graue, & omnes fideles obliget, clarè exprimi debuit.

Quartò, si S. Ioannes hic non agat de Eucharistia, ergo nusquam de illa egit. Quis hoc credat de Beniamino Christi, qui in caena vltima, vbi Christus Eucharistiam instituit, supra pectus recubuit, illum scilicet, augustissimum hoc dilectionis Christi monumentum & mysterium omisisse, & silentio inuoluisse?

Quintò, quia simili modo cap. 3. baptismi institutionem narrat, ac de eo disputationem Christi cum Nicodemò; sicut hic narrat mysterium Eucharistiae, ac de ea Christi disputationem cum Iudaeis. Hae enim sunt duo Sacramenta fidelibus necessaria, ac quasi duae bases & columnae Ecclesiae Christianae.

Denique, haec est communis sententia Patrum, Scito tam Graecorum, quàm Latinorum, item interpretum ac Doctorum Scholasticorum, scilicet S. Cyrilli, Chrysofostomi, Theophylacti, Euthymij, S. Thomae, Ruperti, Lyrani, Maldonati, Toleti hic & aliorum varijs in locis, quos fuscè citant Toletus, Ribera, & Maldonatus, Sederus & Didacus Castillus scribentes in hoc caput, ac Bellarminus lib. 1. de Eucharistia c. 5.

Pari modo hunc locum de Eucharistia intelligit Concil. Ephesinum epistol. ad Nestorium, Nicenum II. act. 6. Cabilonense II. c. 46. & Senonense c. 10. ac Tridentinum sess. 13. c. 2. & sess. 21. c. 1. Nec dissentit S. Augustinus, quem multi contrarium putant, vt patet eum diligenter legentibus: nam ex hoc loco ipse, imò multi veteres, infantibus quoque dandam esse Eucharistiam contende- bant, idque factitatum est per sexcentos annos varijs in locis, donec Ecclesia contrarium definiuit, scilicet Eucharistiam infantibus non esse necessariam, nec expedire illam eis dare ob periculum irreuerentiae.

Vbi Nota, S. Augustinum, praeter explicationem litteralem & genuinam huius loci, quae est de Eucharistia, adiungere aliam symbolicam & mysticam, ac per panem & cibum hunc, intelligere societatem membrorum & corporis Christi, quod est Ecclesiae, vt comedere carnem Christi, idem sit quod incorporari Ecclesiae, illique aggregari & associari, ac consequenter inferi Christo, eiusque spiritum haurire & participare. Id autem facit Augustinus propter Donatistas sui temporis in Africa, quibuscum continua illi fuit disputatio. Hi enim societatem & vnitatem Ecclesiae per schisma disciderant. Accedit Primò quòd Eucharistia huius societatis fidelium in Ecclesia, non tantum symbolum sit, sed & causa. Sicut enim ex multis tritici granis commolitis fit vnus panis, & ex multis vuae acinis pressis confluit vinum: sic ex multis fidelibus

Tertiò.

Quartò.

Quintò.

Secundò.

Cōcilia huius locum de Eucharistia explicant.

Nec dissentit S. August.

com.

communicantibus fit vna societas & Ecclesia Secundò, quòd haec fidelium vnio & societas, sit finis & fructus Eucharistiae, quae sine illo nihil ad salutem prodest. Tertiò, quòd S. Aug. sapè leuiter insinuat, & quasi obiter praeterito sensu litterali, vt pote facili & aperto, inhercat spiritali & mystico, vt pote obscuriori, subtiliori, & sublimiori. Idem facit Origenes, S. Gregorius, S. Hieronymus, alijque Patres. Ita S. Augustinus explicat eius de more aeterna S. Bernard. term. 3. in psalm. 90. Quid est, inquit, manducare eius carnem, & bibere sanguinem, nisi communicare passionibus eius, & eam conuersationem imitari, quam gessit in carne? Vnde & hoc designat illibatum illud altaris Sacramentum, vbi Dominicum corpus accipimus: vt, sicut videtur illa panis forma in nobis intrare, sic nouerimus per eam quam in terris habuit conuersationem, ipsum intrare in nos, ad habitandum per fidem in cordibus nostris.

Obiectio. Prima. Dices, S. Aug. lib. 3. de Doctrina Christiana cap. 16. asserit in hisce Christi verbis esse tropum, siue figuram, qua praecipitur passionibus Christi esse communicandum. Resp. S. August. figuram hanc vocat, eò quòd Christi caro hic non praecipitur carnaliter lanianda, coquenda, itaque comedenda, vt fit in carnibus bouum & ouium, sicut Capharnaëta intelligebant, ideoque offende- bantur; sed figuratè, id est sacramentaliter. Censet enim hic praecipit, vt in Eucharistia, per species panis & vini à se inuicem diuisas, & quasi mortuas, representemus passionem & mortem Christi, quae facta est per diuisionem animae & sanguinis à corpore Christi, illamque deinde per mortificationem imitemur, ac moribus sanctis exprimamus.

Secundò. Dices Secundò: Christus v. 27. 29. & 63. agit de manducatione sui spiritali per fidem, ergo & hic de eadem agere pergit, non de sacramentali & corporali, alioqui non loqueretur consequenter & coherent. Resp. Primò, negando consequentiam: Christus enim sensim voluit rudes Iudaeos euehere, ac primò eis faciliora, deinde difficiliora & magis arcana proponere. Vnde à multiplicatione panum, qua turbam pauerat, affurgit ad manna, inde ad spiritalè fidei cibum. vers. 27. 29. 35. 36. 40. 47. inde hoc versu & deinceps, ad realem sui manducationem in Eucharistia, quae illius miraculi, & multiplicationis panum, ac totius discursus & disputationis eius in hoc capite est finis, meta & scopus. Simili modo cap. 4. Samaritanam à corporali aqua & potatione, euexit & traduxit ad spiritalè. Atque hanc euectionem Christus ipse satis insinuat, imò explicat, dum vers. 29. & 35. dixit panem illum iam haberi ab ijs qui credunt, hic verò ait panem suum (Eucharistiae) necdum haberi, ac necdum se illum dare, sed daturum in futuro. Panis, ait, què ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Causa autem huius varietatis est, quòd Christus v. 27. & seq. voluerit auditores suos praemunitè, & praeparare ad augustissimum Eucharistiae mysterium: nam in eo summè requiritur fides, & spiritalis manducatio, sine qua realis & corporalis nil prodest, vt ait S. Aug.

Resp. Secundò, negando antecedens. Christus enim non dixit nos manducare se per fidem, sed fidem requirit, tanquam medium ad obtinendum ab eo panem & cibum caelestem, qui nò

A est alius, quàm eius caro & sanguis in Eucharistia, vt v. 27. & seq. annotaui.

Obijciunt Tertio: Christus ait v. 64. Spiritus est Tertius, qui viuificat, caro non prodest quidquam, sed illud v. 64. explicabo.

Ex dictis liquet, in Eucharistia verè & propriè ipsissimam Christi carnem manducari, eiusque sanguinem bibi, non autem panem, qui sit carnis Christi typus & figura dumtaxat, vt voluit Calvinistae. Nam figura Eucharistiae potius erat manna Iudaeorum, vt pote caeleste & lapidissimum, quàm panis Christianorum vulgaris & aridus. Et si in Eucharistia est nudus panis, non corpus Christi; ergo perperam Christus Eucharistiam praefert ipsi manna, vt pote quod erat sapidius & sublimius pane. Atque ita Christum intellexerunt Capharnaëtae & discipuli Christi scilicet quòd vellet verè & propriè carnem suam manducari, etiam modum manducandi sacramentaliter, sub speciebus panis & vini ignorarent, nec eū, etiam si explicuisset Christus, hoc tempore capere potuissent; & tamen eos, licet grauius offenderentur, non correxit Christus, cum hac eorum offensionem & apostasiam vnico verbo impedire potuisset, & debuisset, dicendo se loqui mysticè, scilicet quòd manducare carnem suam non sit aliud, quàm credere se esse incarnatum & passum pro salute hominum. Cum ergo hoc non fecerit, certum est ipsum loquitur de manducatione carnis suae reali & sacramentali in Eucharistia. Attendite, inquit Theophyl. quòd panis qui à nobis in mysterijs manducatur, non est tantum figuratio quadam corporis Domini, sed ipsa caro Domini. Non enim dixit: Panis què ego dabo figura est carnis, sed, caro mea est. Transformatur enim arcanis verbis panis ille per mysticam benedictionem, & accessionem sancti Spiritus, in carnem Domini. Et quomodo, inquit, nò apparet nobis caro, sed panis? vt non abhorreamus ab eius esse. Nam si quidem caro apparuisset, insuauiter affecti essemus, ergo communionè. Nunc autem condescendente Domino nostro infirmari, talis apparet nobis mysticus cibus, quibus alioquin assueti sumus.

Obiectio. Prima. Dices, S. Aug. lib. 3. de Doctrina Christiana cap. 16. asserit in hisce Christi verbis esse tropum, siue figuram, qua praecipitur passionibus Christi esse communicandum. Resp. S. August. figuram hanc vocat, eò quòd Christi caro hic non praecipitur carnaliter lanianda, coquenda, itaque comedenda, vt fit in carnibus bouum & ouium, sicut Capharnaëta intelligebant, ideoque offende- bantur; sed figuratè, id est sacramentaliter. Censet enim hic praecipit, vt in Eucharistia, per species panis & vini à se inuicem diuisas, & quasi mortuas, representemus passionem & mortem Christi, quae facta est per diuisionem animae & sanguinis à corpore Christi, illamque deinde per mortificationem imitemur, ac moribus sanctis exprimamus.

Secundò. Dices Secundò: Christus v. 27. 29. & 63. agit de manducatione sui spiritali per fidem, ergo & hic de eadem agere pergit, non de sacramentali & corporali, alioqui non loqueretur consequenter & coherent. Resp. Primò, negando consequentiam: Christus enim sensim voluit rudes Iudaeos euehere, ac primò eis faciliora, deinde difficiliora & magis arcana proponere. Vnde à multiplicatione panum, qua turbam pauerat, affurgit ad manna, inde ad spiritalè fidei cibum. vers. 27. 29. 35. 36. 40. 47. inde hoc versu & deinceps, ad realem sui manducationem in Eucharistia, quae illius miraculi, & multiplicationis panum, ac totius discursus & disputationis eius in hoc capite est finis, meta & scopus. Simili modo cap. 4. Samaritanam à corporali aqua & potatione, euexit & traduxit ad spiritalè. Atque hanc euectionem Christus ipse satis insinuat, imò explicat, dum vers. 29. & 35. dixit panem illum iam haberi ab ijs qui credunt, hic verò ait panem suum (Eucharistiae) necdum haberi, ac necdum se illum dare, sed daturum in futuro. Panis, ait, què ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Causa autem huius varietatis est, quòd Christus v. 27. & seq. voluerit auditores suos praemunitè, & praeparare ad augustissimum Eucharistiae mysterium: nam in eo summè requiritur fides, & spiritalis manducatio, sine qua realis & corporalis nil prodest, vt ait S. Aug.

Resp. Secundò, negando antecedens. Christus enim non dixit nos manducare se per fidem, sed fidem requirit, tanquam medium ad obtinendum ab eo panem & cibum caelestem, qui nò

VERS. 52.

cum

cum eos rugientes audiret: Frumentum, inquit, Christi sum, dentibus bestiarum molar, ut panis Christi mundus inueniar.

Ex 7o dabo, quod est futuri temporis, omnes veteres, & passim moderni hunc locum accipiunt de Eucharistia, adduntque nonnulli, Christum non tantum in cruce; sed & in Eucharistia dare, id est offerre Deo carnem suam pro mundi vita. Christus enim non tantum in cruce obtulit se Deo, quasi victimam cruentam pro mundi vita, sed & pro eadem se offert quoridie in Eucharistia, quasi victimam incruentam. Est enim Eucharistia siue Missa, sacrificium iuge, sed incruentum. Non dixit, inquit Euthymius, Panis quem do, sed, quem dabo: daturus namque erat in vltima cena, quando sumptum panem actis gratijs fregit deditq, discipulis, & ait: Accipite & comedite: hoc est corpus meum. Et mox: Dabo in mortem. Hic enim crucifixionem suam præsagiat, & vltionem passionem. Audi & Theophyl. Quamuis & a Patre dicatur esse traditus, atamen & seipsum tradidisse dicitur: & illud quidem est, ut discamus eius cum Patre concordiam; hoc autem, ut liberam voluntatem Filij non ignoremus.

VERS. 53. LITIGABANT ERGO IVDÆI AD INVICEM, DICENTES: QUOMODO POTEST HIC NOBIS CARNEM SVAM DARE AD MANDUCANDVM? Litigabant, græcè ἐμάχοντο, id est, pugnant, verbis certabant, contendebant, rixabantur ad invicem, alijs Christum accusantibus, alijs eum defendentibus.

Quomodo] Quando subit quæstio, Quomodo aliquid fiat, simul subit & incredulitas, inquit Chryl. Nam cum oporteat eos, ait Cyrillus, qui diuinam virtutem Salvatoris, ac potestatem signorum miraculo perceperant, sermonem eius libenter suscipere, & si que difficulta videbantur, eorum solutionem querere, contra omnino faciunt: Et quomodo potest hic, &c. S. Chrystost. Si hoc inquis ait, cur non quoque idem in miraculo panum dixisti, quomodo eos in tantum auxit? ex eo enim & hæc credere oportuit ei facilia factu esse. Est ergo 7o quomodo verbum Iudaicum, & interrogatio infidelium. Audiant hoc hæretici qui dicunt: Quomodo Christus tantus totus esse potest in tam parua hostia? Dicant potius ipsi: Quomodo angelus totus est in puncto? Quomodo Deus est vbique? Quomodo anima tota est in toto corpore, & tota in singulis eius partibus? Et, si hæc dicere & capere nequeat, quomodo capient mysterium Eucharistia? Credant Deo omnipotenti idipsum asseueranti, etsi modum non intelligant. Plura potest Deus facere, quam homo possit intelligere, ait S. Aug. Oportet igitur nos, ait Theophyl. cum audierimus: Nisi ederitis carnem Filij, non habebitis vitam, in sumptionibus diuinorum mysteriorum, indubitataam retinere fidem, & non querere, quo pacto? Similiter Cyrillus: Sed nos magnum quæso à peccatis aliorum proscelium faciamus, & firmam fidem mysterijs adhibentes, numquam in iam sublimibus rebus, illud, Quomodo, aut cogitemus, aut proferamus: Iudaicum enim hoc verbum est, & extremi supplicij causa. Quocirca sapienter concludit: Cum Deus operatur, non queramus quomodo, sed operis sui viam atq; scientiam illi soli concedamus.

VERS. 54. DIXIT ERGO EIS IESVS: AMEN, AMEN DICITE VOBIS: NISI MANDUCAVERITIS CARNEM FILII HOMINIS, ET BIBERITIS EIVS SAN-

GVINEM; NON HABEBITIS VITAM IN VOBIS] Audi S. Chrystost. & ex eo Euthymium: Ipsi quidem hoc impossibile indicabant, ipse vero omnino possibile ostendit, neque id tantum, sed & necessarium. Et modum quidem quo id fieri possit, non enodavit, inquit Cyrillus: sed fide querendum hortatur illi vero antequam crederent, importunè querebant. Similiter August. Quomodo quidem dicitur, & quisquam modus sit manducandi istum panem, ignorat; Verumtamen nisi manducaveritis, &c.

NISI MANDUCAVERITIS] Est hoc Christi præceptum de sumenda Eucharistia; quare ex ipsa verborum formula liquet illud ad solos adultos pertinere: licet enim nonnulli veteres idipsum quoq; ad paruulos & infantes extenderint, quibus proinde reipia quoq; dabant Eucharistiam, ut patet ex S. August. epist. 23. ad Bonifacium, & ex S. Cyprian. tract. de Lapsis. Imò Constantino-poli & alibi, mos erat reliquias Eucharistia dare pueris innocentibus & puris, quos & schola ad hoc vocabant in templum, ut liquet ex ijs quæ mox dicam de puero Iudæo. Verum postea Ecclesia definiuit paruulos, utpote necdum ratione videntes huius præcepti esse incapaces, & ad reuerentem illud implendum parum habiles. Vnde Concil. Trident. sess. 21. can. 4. Si quis dixerit, inquit, paruulis, antequam ad annos discretionis pervenerint, necessarium esse Eucharistia communionem: anathema sit. Secus est de decreto Baptismi: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei, Ioa. 3. 5. Ibi enim ex formula verborum liquet, baptismum non tantum præcipi, sed quoque ut medium ad salutem necessarium statui, ideoque paruulos non posse saluari nisi medio baptismo, licet eius præcepto non obligentur, imò obligari nequeant. Alij hoc de manducanda Eucharistia præceptum ad paruulos extendunt, in sensu non literali, sed mystico, scilicet paruulos debere manducare carnem Christi, id est, debere fieri participes corporis Christi mystici, quod est Ecclesia, hoc est debere baptizari, ut Ecclesia & Christo per fidem, spem & charitatem eis in baptismo infusam, incorporentur. Ita censet & explicat S. Cyprian. lib. 3. ad Quirinum cap. 53. Innocent. I. Pontifex e. ist. 93. ad Patres Concil. Mileuitani, quæ extat suo ordine inter epistolas S. August. epist. 106. & lib. 1. contra 2. epist. Pelag. c. 12. Verum hoc remotum est & symbolicum, non litterale & genuinum.

Dices: Paruuli debent vniri Ecclesie & Christo: atqui hæc vnio est effectus & fructus Eucharistia (ut docet Conc. Florent.) ergo illam debent sumere, ut vnionem hanc consequantur. Resp. paruulos vniri & incorporari Christo & Ecclesie per baptismum; perfectionem vero huius vnionis fieri in Eucharistia, eiusque esse effectum proprium & peculiarem: sed hæc perfectio non exigitur à paruulis, nec necessaria est ad salutem. ita Suarez.

ET BIBERITIS EIVS SANGVINEM] Hinc Hussia, Lutherus, Caluinus & alij contendunt laicis dandum quoque esse calicem Eucharistia, ut communicent sub vtraque specie. Verum cõtrarium habet vltus & definitio Ecclesie, quæ est optima S. Scripturae interpres.

Resp. ergo Primò, quoad rem ipso Sacramen-

Præceptum Eucharistia.

Olim infan- tibus daba- tur.

Hæreticorū obiectio de v- traque specie laicis danda.

to contentam laicos quoque bibere sanguinem Christi, cum corpus eius sumunt sub specie panis, quia sub ea vi consecrationis ponitur corpus Christi; per communicantiã verò sub eadem ponitur sanguis Christi, quia corpus Christi non est exangue, nec sanguis à corpore Christi glorioso separari potest. Sicut ergo sumens Eucharistiam sub specie vini, vi consecrationis verborum directè & primariò sumit sanguinem Christi; concomitanter tamen sumit & carnem Christi, quia sanguis Christi sine carne esse nequit; sic vicissim sumens carnem Christi sub speciebus panis, directè sumit carnem Christi, concomitanter tamen sumit & sanguinem. In spiritualibus enim & sacramentalibus, æque ac diuinis, idem est cibus & potus, ac consequenter idè est comedere & bibere: quare qui vnã tantum speciem sumit, tantum fructus & gratia percipit, quantum ille qui vtramque sumit, imò in rebus corporalibus, idem lac simul est cibus & potus, idem panis vino intinctus simul cibus & potus, simul comeditur & bibitur, simul sanem & sitim restinguit. Quoad species vero sacramenti, propiè dicitur quis comedere carnem Christi, cum eam sub specie panis manducat, bibere autem eius sanguinem, cum eam sub specie vini haurit.

Dices: Ergo laici debent vtramque facere, quia Christus idipsum iubet hic. Resp. 7o & biberitis, hic & alibi sæpè per hebraisum sumitur pro, aut biberitis: Sufficit enim altera speciem sumere, quia sub qualibet rotus & integer continetur Christus. Sic dicitur. Exodi 21. 13. Qui percussit patrem & matrem, tamen contingit & copulat eas in attributo, putà in pœna mortis. Argentum & (id est vel) aurum non est mihi. Acto. 3. v. 6. Similia sunt Exodi 22. 10. Ezech. 44. 22. & alibi. Ita hic quoque accipi potest, ex eo quod Christus v. 51. & 58. de solo pane dicit: Qui manducat hunc panem, viuet in æternum. Et ita Christum explicat Paulus dicens, Quicumq; manducaverit panem hunc, vel biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini, 1. Corinth. 11. 27. & Concil. Trident. sess. 21. can. 1. Bellar. Suarez, Toletus, Maldon. & alij.

Adde, ex hebraismo repetendum esse 7o nisi, hoc modo: Nisi manducaveritis carnem Filij hominis, & nisi biberitis eius sanguinem, hoc est, si neq; manducaveritis, neque biberitis, &c. siue, si non manducaveritis, aut non biberitis. Id patet ex Græco, qui pro nisi habet εἰ μὴ, id est, si non manducaveritis, & si non biberitis, hoc est, si neutrum feceritis: si videlicet nec manducaveritis, nec biberitis. Ratio à priori est, quòd Christus hic respondeat Iudæis inter se ligantibus, dicentibusque de sola carne Christi; Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? quibus ille respondet: Amen, amen, id est verissimè & certissimè, dico vobis: Nisi manducaveritis carnem Filij hominis, &c. Ad dicit verò, Et biberitis eius sanguinem, ut confirmet 7o nisi manducaveritis carnem: caro enim vera & viua non est, quæ non habet sanguinem, vtrique ostendat suam liberalitatem, charitatem, & beneficij magnitudinem, qua in Eucharistia plenà re-

fectionem, quæ in cibo & potu consistit fidelibus apparat. Hoc ergo magis ad beneficium, quam ad præceptum spectat.

Denique canon est S. Scripturae traditus à S. Augustino lib. 3. de Doctrina Christiana cap. 17. Multa præcepta in Scriptura dantur vniversæ Ecclesie, sed implenda per aliquos, non per singulos. Tale est illud: Crescite & multiplicamini, Genes. 1. Iubet enim vt aliqui ducant vxores & propagent genus humanum, non autem vt omnes & singuli id faciant. Sic hic: Nisi manducaveritis, &c. id est, nisi sint aliqui (putà sacerdotes) qui Sacramentum Eucharistia sub vtraque specie sumant, non habebitis vitam in vobis: quia si nulli tales sint, consequenter nulli erunt, qui Sacramentum conficiant, nulli qui ministrent; atque ita peribit totus fructus saluberrimi Sacramenti, inquit Bellarm. lib. 4. de Eucharist. c. 25. Sacerdotum enim est vtramque speciem consecrare & sumere, vt perfectum non tantum Sacramentum, sed & sacrificium cõficiant, hoc enim vtramque speciem requirit, tum vt significetur perfecta refectio (sacrificium enim est quasi cibus Dei) quæ in cibo & potu consistit, tum vt perfectè representetur passio & mors Christi, in qua sanguis diuisus fuit à corpore Christi: sicut vi consecrationis verborum, seorsim cõsecratur & ponitur caro sub specie panis, & sanguis sub specie vini. Olim quidem laici subinde (non semper) communicabant sub vtraque specie, in primitiua Ecclesia, vt patet ex S. Paulo 1. Corinth. 11. 28. & ex S. Dionysio de Cælesti hierarch. c. 3. p. 3. & ex S. Cypriano serm. de lapsis. Verum crescente numero fidelium, Ecclesia ob irreuerentia periculum, varioque abusus, quos sæpè experta fuerat, meritò morem hunc iustulit.

NON HABEBITIS VITAM IN VOBIS] siue Eucharistia posse haberi vitam spiritalem, qua in gratia & charitate Dei viuat anima fidelis, patet in recens baptizatis; hic tamen dicitur sine illa non posse vitam haberi: quia illa non potest diu retineri, foueri & ali sine hoc cibo, maxime cum præceptum communicandi vel iure natura & diuino, vel iure humano (Ecclesia enim sanxit vt semel in anno, putà in Paschate, quisque communice) ad eam sumendam vrget & obligat. Vnde Rupertus: Non censetur, ait, non manducasse, nisi qui manducare noluit, qui non curauit, qui neglexit: sic vulgò dicimus hominem sine cibo non posse viuere, vel habere vitam, scilicet diu. Hinc S. Basil. lib. 1. de Baptif. Qui, inquit, per baptisma regeneratus est, participatione deinceps diuinorum mysteriorum nutrirì debet. Simile dat Dion. Carthul. Sicut, inquit, corpus sine corpore cibo non sustentatur, nec permanet in vita naturali: ita anima sine hoc cibo vniuerso non persistit in vita gratie spirituali. Similiter L. yranus: Sicut in vita corporali cibus est necessarius ad vitam conseruandam, ita in vita spirituali hoc Sacramentum est necessarium, quia est vita spiritualis conseruatiuum: quia sicut baptisimus est quædam spiritualis generatio, ita Eucharistia est quædam spiritalis nutritio.

Ex dictis liquet fructus & effectus Eucharistia, per analogiam ex fructibus panis & cibi colligendos esse, quod enim panis & cibus præstat corpori, hoc Eucharistia præstat animæ, subinde etiam

An calix laicis præceptus Resp. negati- uè.

etiam corporis; scilicet corpus quoque alar, vegeter, viuificet, imò quandoque morbos sanat, & mortis pericula depellat. Quocirca solebant olim nonnulli nauim conscendunt, Eucharistiam secum deferre, vt illam in periculo sumerent, imò periculum arcerent. Ita Gregorius S. Gregorij Nazianzeni pater, ardentissima & diuturna febris exhaustus, mortique vicinus, ab ea liberatus, vitæq; & sanitati restitutus est per Eucharistiam in die Paschatis sumptam, vti refert Nazianzen. orat. quam habuit in funere patris. Idem ibidem narrat matrem suam à graui & periculo morbo, panibus à se sacrificante consecratis spiritua-liter nutritam, conualuisse. Idem orat. in funere S. Gorgoniae sororis suæ, restatur illam à membro-rum omnium dissolutione, ac grauissimis crucia-tibus, quibus affligebatur, per Eucharistiam fuisse sanata. Sanctus Ambrosius orat. in obitu Sa-tyri fratris sui, restatur ipsum in naufragio à cer-to mortis periculo, per Eucharistiam ad collum appensam euasisse & enatale. Simile maris periculum effugisse per Eucharistiam Maximianum Syracusæ Episcopum, narrat S. Gregorius lib. 3. Dialog. cap. 36. Sub Iulianiano Imper. Constantino poli Iudæi cuiusdam filius, cum ceteris Chri-stianorum pueris, reliquias Eucharistiæ more il-lius cui sumens, ideoque à patre Iudæo in arden-tem vitri fornacem (erat enim ipse vitri confila-tor) coniectus, in illa virtute Eucharistiæ viuus & illæsus seruatus fuit, anno Domini 552. vti ex Euagrio lib. 4. cap. 24. Gregor. Turon. lib. 1. Mira-cap. 10. Nicephoro lib. 17. cap. 25. narrat Ba-ronius tom. 7. ad annum Christi 552. Denique audi S. Cyrillum hic lib. 4. cap. 17. fructus & ef-fectus Eucharistiæ recēntem: Non mortem solum, verum etiam morbos omnes depellit. Sed etiam, cum in nobis maneat Christus, sentientem membrorum no-strorum legē, pietatem corroborat, perturbationes ani-mi extinguit; nec in quibus sumus peccatis considerat; sed egrotos curat, collisos redintegrat, & sicut pastor bo-nus, qui animam suam pro ouibus posuit, ab omni nos erigit casu.

VERS. 55.

QUI MANDUCAT MEAM CARNEM, ET (id est, vel) BIBIT MEVM SANGVINEM, HABET VITAM ÆTERNAM: ET EGO RESVS-CITABO EVM IN NOVISSIMO DIE] Manducat; intellige, dignè, ait Rupert. cum debita præpara-tione & purificatione, præmittendo actum cōtri-tionis, & confessionem Sacramentalem, si quis alicuius peccati mortalis sibi sit conscius. Si enim post examen nullius sibi sit conscius, & tamen reuera sit in peccato mortali sibi occulto, com-munio Eucharistiæ illad peccatum abolebit, & communicantem Dei gratiæ & charitati resti-tuet, vti docet Suarez, & passim Theologi. Por-rò Synodus VI. Oecum. act. 8. hunc locum accipit de Eucharistia, asseritque in ea carnem Chri-sti dici viuificam, quia propria est Verbi, eiq; hy-postatice vnita.

HABET VITAM ÆTERNAM] quia per Eu-charistiam recipit gratiam, quæ eum conseruet & ducat ad vitam æternam. Ita Dionys. Carthuf. Habet vitam æternam, inquit, quia habet meipsum, & habet vitam gratiæ, quæ virtute huius Sacramenti con-tinuat, donec ad vitam gloriæ sempiternæ pertingat. Causam dat S. Cyrillus, quia caro Christi est ca-ro Dei, qua verbo Dei, quod naturaliter vita est,

A coniuncta, viuifica effecta est. Eucharistia ergo animam viuificat, quia gratiam cōseruat, alit, au-ger; item peccata venialia abolet, mortalia quo-que, si quis illorū sit oblitus: corpus verò à mor-te suscitabit. Vnde sequitur: Et ego resuscitabo eum. Porro S. Bernardus tract. de Diligendo Deo, Tropolog. hæc Christi verba sic explicat: Qui mā-ducet meā carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam. Hoc est, inquit, qui recolat mortem meam & exemplo meo mortificat membra sua, quæ sunt super terram, habet vitam æternam.

ET EGO RESVS-CITABO EVM IN NOVISSIMO DIE] quo passio Christi, æque ac Sacramen-ta, præsertim Eucharistia, vltimum & perfectissi-mum sui fructum & præmium in Sanctis conse-quentur. Ego, qui realiter contineor & comedor in Eucharistia, resuscitabo me comedentem, vt, si-cut animæ confero suam gloriam, sic similem conferam & corpori: anima enim gloriosa exigit corpus gloriosum, vt torus homo sit beatus. Audi S. Cyrillum: Ego, dixit, id est, corpus meū quod com-edetur, resuscitabo eū. Non enim alius ipse est quam caro sua. Non id dico, quia natura non sit alius, sed quia post incarnationem, in duos se diuidi filios minimè patitur. Ego igitur, inquit, qui homo factus sum, per meā carnem in nouissimo die comedentes resuscitabo: nempe impos-sibile omnino est, ne interitus & mors ab eo, qui naturaliter vita est, superetur.

RESVS-CITABO] ad immortalitatem & glo-riam. Ne putarent, inquit S. August. sic in isto cibo & potu promitti vitam æternam, vt qui eum sumerent, iam nec corpore morerentur; hinc cogitationi dignatus est occurrere, continuo subiiciens. Et ego resuscitabo eum in nouissimo die; vt habeat iterum secundum spiritum vitam æternam, in requie, quæ Sanctiorum spiritus sus-cipit; quod autem ad corpus attinet, nec caro eius vitæ æternæ fraudetur, sed in resurrectione mortuorum no-uisimo die.

Quocirca Concil. Nicenum Eucharistiam vocat symbolum resurrectionis, & S. Ignatius epist. 1. 4. ad Ephes. nuncupat pharmacium immortalitatis, S. Cyrillus hic lib. 4. cap. 16. nominat cibum nu-trientem ad immortalitatem & vitam æternam, quæ latius explicat cap. 15. & lib. 10. cap. 13. Hinc S. Chrylost. lib. 6. de Sacerdotio, asserit animas eorum qui hoc Sacramentum in fine vitæ sus-cipiunt, ab angelis propter sumptum hoc Sa-cramentum, hinc rectā in cælum deduci: eor-um verò corpora, satellitum more stipantibus angelis, custodiri in vitam æternam. Nyssen-us verò Orat. cateches. cap. 37. adiungit, corpus no-strum non posse consequi immortalitatem, nisi corpo-ri huic immortali Christi fuerit coniunctum. Similia habet S. Cyprian. serm. de Cæna Domini, & Tertul. lib. de Resurrectione carnis. Imò S. Ire-næus lib. 4. cap. 34. ex eo quod communicemus carni & sanguini Christi immortalis, probat re-surrectionem, scilicet nos resurrecturos ad vi-tam immortalem. Hæc omnia sic accipe, non quod per Eucharistiam conferatur corpori ali-qua qualitas physica, causans resurrectionem, vel donū aliquod supernaturale, quod ratione gra-tiæ vel gloriæ animæ sanctæ non debeatur; sed quod resurrectio debita gratiæ, detur etiam San-ctis alio titulo, qui proprius est & specialis Eu-charistiæ, scilicet propter specialem cōiunctio-nem cum corpore Christi glorioso factam per Eu-

Eucharistia causa resur-rectionis.

Eucharistiam, idque institutione & promissione Christi. Ita Suarez 3. p. q. 79. ar. 8. disp. 64. sect. 2. Adde, quod Eucharistia conferuet, aiat & augeat gratiam, quæ semen est gloriæ. Eucharistia ergo est causa instrumentalis resurrectionis, sed mor-alis, non physica; propter illam enim Christus nos resuscitabit. Vnde non ait: Eucharistia eum resuscitabit, sed ego resuscitabo eum.

VERS. 56.

CARO ENIM MEA, VERE EST CIBVS: ET SANGVIS MEVS, VERE EST POTVS] Verè id est, non parabolice, non enigmatice, ait ex Chrylostomo Euthymius, non figuratè; sed verè & propriè vt verba sonant. Hinc S. Chrylost. hom. 61. ad Po-pulum docet, nos in Eucharistia, Christi carni nō tantum per amorem & voluntatis consentum, sed realiter quoque & substantialiter vniri & cō-misceri. Propterea semetipsum, inquit, nobis immisit, & corpus suum in nos conieperant, vt vnum quid ef-ficiamur, tanquam corpus capiti coaptatum: ardentem enim amantium hoc est. Hoc itaque Iob insinuans dice-bat de seruis, quibus erat supra modū desiderabilis, quod desiderium ostendentes dicebant: Quis dederit nobis ex carnis eius impleri? Iob 31. Et paucis interiectis: Non tantum se præbens cupientibus videndum, sed & palpandum & comedendum, & carni dentes infingere, cōimpluari, & omnè desiderium implere. Tanquam leo-nes igitur ignè spirantes, ab illa mensa recedamus, facti diabolo terribiles, & caput nostrū mente reuoluentes, & charitatem quam nobis exhibuit.

VERS. 57.

QVI MANDUCAT MEAM CARNEM ET BI-BIT MEVM SANGVINEM, IN ME MANET, ET EGO IN ILLO] Nota. Primò. Delectatur S. Ioan-nes verbo manet, illoque aliquando significat moram & temporis durationem, vt cum c. 1. v. 33. ait: Super quem videris spiritum descendente & manentem. Et cap. 3. vti. Ira Dei manet super eum. Aii-quando verò pro id manet, insuper significat in-habitationem & intimam cōiunctionem, vti hic & epist. 1. c. 3. v. 9. Semen ipsius (id est, gratiæ Dei) in eo manet. Et cap. 4. 16. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.

Manet quia hic importet

Nota Secundò; mansionem hanc, & coniun-ctionem animæ eum Christo in Eucharistia, non tantum fieri per ipsam Eucharistiam, per quam Ioannes ait nos in Deo manere, & Deum in no-bis; sed etiam, idque magis proprie fieri per ipsam Eucharistiam, per quam Christus in ea latens realiter & corporaliter intrat in corpus nostrum, itaque Christus nobis, & nos carni Christi, ac cō-sequenter personæ, diuinitati & omnipotentia realiter vnimur & commiscemur, sicut cibus rea-liter vnitur & commiscetur stomacho & carni nostræ. Ita S. Chrylost. Dicit, inquit, in me manet, vt cum ipso se admisceri ostendat. Euthymius: In me manet, vnitur mihi per transumptionem & commun-icationem meæ carnis, meiq; sanguinis, & vnum corpus vnum efficiunt. Theophyl. Hoc loco dixerunt sacra-mentum communionis, ait, Nam qui edit & bibit car-nem & sanguinem Domini, in ipso manet Dominus & Dominus in ipso. Contemperatio enim sit noua & super rationem, ita vt sit Deus in nobis, & nos in Deo. Simi-liudinem appositam ceteræ asserit S. Cyrillus hic lib. 4. c. 34. Sicut, inquit, si quis liquefactæ cere & aliam ceram in se inderit, alteram cum altera per totum commi-scat necesse est; ita si quis carnem & sanguinem Dō-mini recipit, cum ipso ita cōiungitur, vt Christus in ipso,

A & ipse in Christo inueniatur. Et paulò post: Sicut pa-rum (vt ait Paulus) fermenti totam massam fermentat, sic parvula benedictio totum hominē in seipsum attra-hit, & sua gratia replet; & hoc modo in nobis Christus manet, & nos in Christo. Verè enim totum fermentum totā massam pertransit. Et sensus quidē loci huius hic est. Idem lib. 10. ca. 13. asserit, non habitudine solum, quæ per charitatem intelligitur, Christum in nobis esse, verum etiā & participatione naturali. Nam quemad-modum si quis igne liquefactam ceram alij cere simili-ter liquefacta ita misuerit, vt vnum quid ex vtriusque factum videatur, sic communicatione corporis & san-guinis Christi, est ipse in nobis, & nos in ipso.

Idem docet S. Hilarius lib. 8. de Trinitate & S. Irenæus lib. 4. cap. 34. Hinc S. Cyrillus Hiero-sol. catechesi 4. mystag. asseuerat, nos in sacra cō-munionem fieri christiferos, imò concorporeos & consanguineos Christi. Porro Christus realiter in nobis manet, quamdiu species Sacramentales panis & vini in nobis manent, ijs verò à stoma-cho digestis & consumptis, definit quidem in nobis esse Christus homo substantialiter, sed tamen ex præuia eius nobiscum vnione & contra-ctu fit, vt vita animæ spiritalis per gratiam alatur, roboretur & conseruetur in æternum; corpo-ri etiam quasi semen quoddam immortalitatis inferatur, semen inquam morale, non physicum, vt dixi, quale est meritum bono-um operum: sicut enim bonum opus post se relinquit meritum, quasi semen gloriæ, quod est quasi ius quoddam ad vitam æternam: sic simile ius nouum, sibi-que proprium post se ad eandem vitam, quasi semen gloriæ in nobis relinquit S. Eucharistia; communitius enim hoc communicantibus assi-gnat Christus, ex contactu & cōmestione sui corporis viuifici: decens enim & congruum est, vt Christus ijs, in quibus seipsum impertit, vitam quoque suam gloriosam impertiat. Oportuit enim cerè, ait Cyrillus, vt non solum anima per spiritum sanctum in vitam beatam ascenderet, verum etiam vt rude atque terreste hoc corpus, cognato sibi gustu, tactu & cibo ad immortalitatem reduceretur. Caro ergo Christi in Eucharistia est instrumentum morale resurrectionis. Vis & eiusdem causam physi-cam? Accipe. Deitas Christi in Eucharistia est causa physica resurrectionis. Quod vt à funda-mētis intelligas. Nota, quod Christus quæ Deus, per gratiam in Eucharistiæ sumptione homini datam & infusam, etiam consumptis calore sto-machi Eucharistiæ speciebus, realiter inhabitat in homine, non tantum quasi in templo suo per charitatem, sed quoque quasi cibus in sto-macho tuo per alimoniam. Sicut enim cibus iam digestus, & in chylum commutatus, nu-trit vegetatque stomachum, & per eum omnes artus & membra, in quos eum stomachus tran-smittit & dilpergit: sic pariter deitas Christi cum carne eius sumpta in Eucharistia, quasi cibus ani-mæ & corporis, cum ab homine digeri consumi-que nequeat, manet iugiter in animæ quasi sto-macho, eumque & per eum omnes animæ vires & potentias nutrit & vegetat. Et hoc est quod ait hic Christus: Qui manducat meam carnem, in me manet, & ego in eo. Deitas enim Christi, quasi cibus manet in anima semper eam alens, ac vi-cissim anima manet in deitate Christi, quasi in cibo

Ratio morali.

Physica.

cibo immortali & viuifico, imò quasi in ipsa vita, qui continuò nos pascit & cibum influxu gratiæ habitualis, ac per stata tempora infusione nouæ gratiæ actualis, putà nouis sanctis illustrationibus, nouis inspirationibus, nouis pijs affectibus & impulsibus in animam immixtis, vt fiamus idè quod ipse est, ait S. Gregorius Nyssen. id est, vt fiamus spirituales, sancti & diuini, idq; in dies magis & magis, atque ipsam Christi deitatem, quasi lignum vitæ, semper habeamus in stomacho tam corporis quàm animæ, vt ipsa suo tempore, scilicet in die iudicij, & cõmuni resurrectione nobis communiẽt suam vitam immortalem, beatã & diuinam: Sic medicina quãdoque, diu postquàm sumpta, consumpta & digesta est, per virtutem quã post se relinquit, operatur & sanat, imò prius fumentes facit ægriores, quia humores prauos exagitat, cum illique pugnat, donec eos purget & expellat, quibus expulsi corporis pristina puritati & sanitati restituit.

Ordo verum in communiõne Eucharistiæ.

Hic est ergo ordo rerum in cõmuniõne Eucharistiæ, Primum, per Eucharistiæ sumptionem Christi caro & sanguis, totusque Christus, id est, eius humanitas & diuinitas, quasi cibus ingreditur in stomachum nostrum, in eoque manet. Secundò, speciebus Eucharistiæ vt stomachi digestis, & in carnem nostram conuertis (redit enim per Dei virtutem materia panis & vini, quæ in consecratione fuerat annihilata) Christi caro & humanitas in nobis esse desinit, sed deitas Christi, quasi cibus immortalis, manet in nobis: quæ exinde Tertio, vitam suam supernaturalem animæ communicat, fouet & auget, cibando illam assidue eo modo quo iam dixi. Quarto, eadem nostrum corpus in resurrectione à morte suscitabit, illudque animæ vniet, itaque toti homini vitam æternæ gloriæ conferet, eò quòd Eucharistiã, saltem quoad deitatem Christi quam conuertit, quasi cibum & pharmacum immortalitatis, semper in corpore & anima habeamus, ac per illam Christus maneat in nobis, vt ipse hic asserit, nimirum quatenus ipse Deus est. Deus autem resurrectionis nostræ erit causa physica, sicut caro Christi eiusdem erit causa moralis, ac licet caro nostra prius mortura sit, vt mortua est caro Christi, cibus tamè hic Eucharistiæ, hoc est Christus quã Deus est, in homine semper manens, eũ à morte suscitabit ad vitam æternam. Hoc est quod ait Christus: *Et ego resuscitabo eum in nouissimo die. Ego sum panis viuus, qui de celo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.* Christus enim quã Deus, non quã homo de celo descendit. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo, scilicet quasi cibus iugiter eum alens & suscitans ad vitam æternam.* Nec enim aliter hæc verba explicari queunt. Sicut ergo cibus, postquam digestus est, suam virtutem alendi relinquit in chilo, qui remanet; sic Eucharistiæ species postquam digestæ sunt, suam virtutem alendi in vitam æternam quodammodo relinquunt in deitate Christi, quæ cum gratia remanet: humanitas enim eius, ex ipsius ordinatione, alligata est speciebus panis & vini, vt quamdiu illæ manent, maneat & ipsa, ijs verò consumptis, euaneſcat, vt docet S. Thom. ceterique Theologi. Simili modo post opus bonum, manet in no-

A bis non solùm gratia habitualis, sed & ipsa deitas, & tota SS. Trinitas, quæ nos efficit diuinæ consortes naturæ, suosque filios, vt fusè ostendi Ofsee 1. 10. ad illa: *Dicitur eis, filij Dei venietis:* & rurſus ostendam inferius c. 14. 23. ad illa: *Ad eum venietis, & mansorem apud eum faciemus.* Idiplura magis patebit ex v. 58. proxime hinc sequenti, & ex veri. 64. *Spiritus est qui viuificat, caro non prodest quidquam.* Vbi Cyrillus. per spiritum accipit deitatem Christi: sic & S. Aug.

Vbi obiter aduerte triplex discrimen Eucharistiæ & cibi communis. Primum est, quòd cibus communis in nobis non maneat, sed in chilo, hoc est materiam quasi lacteam in stomacho, indeque in hepate in sanguinem, ac tandem in mēbris singulis in carnem & substantiam hominis conuertatur. At verò in Eucharistiã caro Christi non conuertitur in substantiam manducantis, sed incorrupta & immutata in se permanet, vt pote immortalis & gloriosa. Hoc est quod Christus cuidam Sanctorum dixit: *Non tu me mutabis in te, sed tu mutaberis in me.*

Eucharistiã praestat omni cibo. Primum.

Secundum est, quòd cibus communis ex se fit inanimis, sed animetur & vitam accipiat à manducante. At caro Christi in Eucharistiã est animata & vita ac viuifica, vitamq; dat manducanti.

Secundò.

Tertium, panis & cibus nullam sui partem post se relinquit, quia totus conuertitur in chilum, illique suam alendi virtutem communicat & transfundit. At caro Christi in Eucharistiã, consumptis speciebus panis euaneſcens post se relinquit suam hypostasim: putà Verbi personam, eiuſque diuinitatem, ob quam Christus dicitur hinc manere in manducante, eumque resuscitare, & manducans in Christo. Ita Cyrillus & Patres superius citati, ac S. Ambrosius libr. 6. de Sacram. cap. 1. quem audi, *Quomodo ergo descendit panis de celo, & panis viuus? Quia idem Dominus noster Iesus Christus, confers est & diuinitatis & corporis: & tu qui accipis eius carnem, diuinitate eius substantiã in illo participas alimentum.* Sic & S. Hilarius lib. 8. de Trinit. *Est, inquit, ipse in nobis per carnem, dum secum hoc quod nos sumus, in Deo est.*

Tertio.

Vers. 58.

SICVT MISIT ME VIVENS PATER, ET EGO VIVO PROPTER PATREM: (sic) ET QVI MANDUCAT ME, ET IPSE VIVET PROPTER ME] *Misit me, in carnem & mundum, per incarnationem ad salutem hominum, vivens Pater, qui est ipsa vita diuina, substantialis & increata, ideoque quã Pater, me gignens eandem numero mihi communicauit, vt ego similem cõmunicarem humanitati, ad quam assumendam me misit, vt ego similem vitam spiritalem, sanctam, beatam & æternam fidelibus me manducantibus communicarem.*

ET EGO VIVO PROPTER PATREM] id est, per Patrem, ex Patre. Pater enim me gignendo communicat mihi suam diuinitatem, quæ per essentiam est vita. Genuit enim Deus Deum, viuens viuentem. Filius ergo, ait Cyrillus libr. 4. cap. 18. *sicut lumen de lumine est, sic & vita de vita. Et quemadmodum quæ luce indigent, per Filium Pater illuminat, & sapienter per eum facit, sic quæ vitam egent, per Filium vt per vitam suam, quæ ex ipso emanat, viuificat.* Et post nonnulla. *Vino,* inquit,

inquit, propter Patrem: nam quoniam vita, secundum naturam genitor meus est, & quia ego naturaliter eius filius sum, hanc naturam suam proprietatem, id est vitam, naturaliter mecum habeo.

Hic Christus dat causam, cur ipse in Eucharistiã sit panis viuus & viuificus, qui nos suscitabit à morte in die iudicij, ac ipsam vitam & resurrectionis originem fontemque aperit & assignat: Deus Pater enim est ipsa fontalis vita, iuxta illud: *Quoniam apud te est fons vitæ, psal. 35. 10.* qui hanc vitam Filio suo cum essentia communicat: quò fit vt ipse Filius sit fontalis vita. Quare sicut Pater semper manens in Filio, semper hanc fontalem vitam Filio imperit, sic & Filius missus à Patre in carnem, in eaque manens vitam hanc diuinam carni & humanitati à se assumptæ assidue instillat, ac nobis illam in Eucharistiã sumentibus continuè in nobis manens similem vitam inspirat. Viuet ergo propter me, vt sicut Pater Filio suam communicat vitam, ita Christus suam Christiano eum ritè suscipienti. Vnde D. Dionysius Areop. de Eccles. hierarch. cap. 1. docet sacerdotem in deitatis consortium transire; & cap. 2. cõmunionem esse deſitam; & cap. 3. eos qui dignè communicant, per vitam sinceram ac diuinam similitudinem Christo compaginari. Porro hoc facit Eucharistiã puris & pœnitentibus. Vnde S. August. ferm. 1. de Temp. Mutet, inquit, vitam qui vult accipere vitam. *Nam si non mutet vitam, ad iudicium accipiet vitam: & magis ex ipsa corrumpitur, quàm sanatur: magis occiditur, quàm viuificatur.* Nam impuri & impœnitentes ex Eucharistiã non vitam, sed mortem corporis & animæ tam præsentem quàm æternam percipiunt. Vnde S. Cyprianus ferm. 5. de Lapsis, locutus de femina indignè cõmunicante: *Non cibum, inquit, sed gladium sibi sumens, & velut quendam venena lethalia, palpitans & rrepidans concidit: & quæ seſellerat hominem, Deum sensit vltorem.* Ita ille, vbi plures euentus non abſimiles enarrat. Guilielmus Durantus in Ration. diuin. Offic. libr. 6. c. 10. refert eam pestilentiam, quæ Romæ grassata est tempore Pelagij Papæ: vique ad Gregorium Magnum, multaque hominum millia abſumpſit, diuinitus fuisse immittam in penam eorum, qui post quadragesimalia ieiunia & Paschalem cõmunionem ad pristina scelera redierunt. Morie enim plectendj erant qui Eucharistiã, quæ est germana vita, abutebantur.

Eucharistiã, mors malis.

Sensu ergo est, q. d. Sicut Pater per sese viuens, ipsaque essentialis vita, misit me in hunc mundum, hominem me efficiens, & ob id quòd ab eo me gignente missus sum, & homo factus vitam habeo à Patre viuente; vitam, inquam, tum humanam ab anima humana, vt explicat S. Augustinus, tum magis appositè diuinam ex consortio diuinitatis, cui humanitas mea hypostatice est coniuncta, semperque illi coniuncta manet: ita pariter qui me viuentem manducat, etiam à me semper quoad deitatem in ipso manente, iugem vitam gratiæ & gloriæ accipiet, ac quoad corpus post mortem ab ea ad vitam beatã & æternam statò à me die suscitabitur. Significat enim Christus vitam quæ originaliter est in Patre, per Filium & Eucharistiã, quasi per organum intermedium nobis communicari. Ita Leonius, Ianſenius, Franc. Lucas & alij, sed præ alijs S. Cyrillus, quem audi libr. 4. cap. 18. *Sicut homo Cornel. in Ioannem.*

A factus sum voluntate Patris, qui è naturali vita emanauit & homo factus vino, corpusq; meum vitæ repleuit: non aliter qui carnem meam manducat, propter me viuet. *Mortalem enim carnem assumpsit: sed quia naturaliter vita existens, habitò in ipsa, totam ad vitam meam reformauit; non enim sum victus interitum carnis, sed vt Deus omnem interitum & mortem ipse superari.* Et paucis interiectis: *Quamuis misit me Pater, id est homo factus sum; vino tamen propter Patrem, id est genitoris naturam ad vnguem conseruato sic qui manducatione carnis meæ me recipiet, viuet profectò totus ad me reformatus, qui viuificare possum, quoniam ex vino Patre sum.* Addit simile ferri igniti: sicut enim ignis ferro ignito suum calorem communicat, sic Christus viuens suam vitam nobis in Eucharistiã imperit. Hoc admirans S. August. libr. 7. Confes. cap. 10. exclamat: *O æterna veritas, & vera charitas, & chara æternitas: contremni amore, & horrore, tanquam audirem vocem tuam de excelſo: Cibus sum grandium: cresce, & manducabis me: nec tu me in te mutabis, sicut cibum carnis tuæ, sed tu mutaberis in me.*

Scala qua vita ab æterno Patre ad nos rursus descendit.

Nota hic gradationem, qua vita à Deo, quasi per scalas gradatim ad nos descendit. Primus enim gradus est, quo Pater Filio vitam suam diuinam communicat. Secundus quo Filius vitam eandem humanitati à se assumptæ per cõmunicationem idiomatum imperit. Tertius, quo eidem vitam participatam, putà gratiæ & gloriæ, inspirat. Quartus, quo non æqualem, sed similem nobis in Eucharistiã instillat.

Denique significat hic Christus id quod dixi v. præced. deitatem suam, quæ post Eucharistiæ sumptionem iugiter, etiam consumptis speciebus in nobis manet, assidue in nos influere vitam gratiæ, ac post mortem nos ab ea ad vitam immortalem suscitaturam. Hoc est enim quod ait: *Ego vno propter Patrem, & qui manducat me, & ipse viuet propter me.* q. d. Quia ego deitatem, quæ vera est vita, à Patre accipio, ideoque qui manducat me, & ipse viuet propter me; mea enim deitas in ipso manens, iugiter animæ ipsius vitalis gratiæ afflatus inspirabit; corpus verò post mortem ab ea ad vitam beatam suscitabit. Sicut vis seminalis latens in corde leminis tritici per hiemem quasi mortui, in vere per calorem solis virtutem suam explicans, granum ipsum tritici quasi à morte suscitatur, dum illud germinare facit, vt pro vno tringinta & sexaginta producat.

HIC EST PANIS, QVI DE CÆLO DESCENDIT. VERS. 59. NON SICVT MANDUCAVERUNT PATRES VESTRI MANNA, ET MORTVI SVNT. QVI MANDUCAT HUNC PANEM VIVET IN ÆTERNVM.] Idem hic insinuat quod iam dixi in fine versus præced. Christus enim non quã homo, sed quã Deus, è cælo descendit: quare qui ipsum in Eucharistiã manducat, viuet in æternum, quia scilicet Deum & deitatem manducat, quæ manducanti semper præſens & assistens, iugiter suam vitam illi aspirat. Audi S. Ambrosium ferm. 18. in Psalm. 118. *Quomodo, inquit, morietur cui cibus vita est? Et mox mirabiles eius effectus enarrans: Accedite, inquit, ad eum, & satiaramini, quia panis est: accedite ad eum, & potate, quia fons est: accedite ad eum, & illuminamini, quia lux est: accedite ad eum, & liberamini, quia ubi spiritus Domini, ibi libertas: accedite ad eum, & absoluiumini, quia remissio peccatorum est.* Et S. Bernardus sermon. de cœna

Domini: Duo, inquit, illud Sacramentum operatur in vobis, ut videlicet sensum minuat in minimis, & in gravioribus peccatis tollat omnino consensum. Et post pauca: Si quis vestrum, inquit, non tam sepe modo, non tam acerbo sentis iracundia motus, inuidia, luxuria, ac ceterorum huiusmodi, gratis agat corpori & sanguini Domini, quoniam virtus Sacramenti operatur in eo. Et S. Chryost. in psal. 22. v. 5. ad illa: Parasti in conspectu meo mensam adversus eos qui tribulant me, ait. Qui tribulationes carnis habent, veniant ad mensam potentis, & tribulationes fiant consolationes. Denique S. Cyrillus hic lib. 3. cap. 37. Vivificat, inquit, corpus Christi, & ad incorruptionem sua participatione reducit. Non enim alterius cuiusdam, sed ipsius vite corpus est; virtutem incarnati Verbi retinens, & plenum potestate illius, quo universa vivunt & sunt.

VERS. 60. HEC DIXIT IN SYNAGOGA DOCENS, IN CAPHARNAVM] q. d. Hec Christus non secretò, nec in angulo, sed in publica synagoga coram Scribis, sacerdotibus, totoque populo consuetè dixit & docuit. Synagoga enim erat quasi Ecclesia, vel publica schola populi.

IN CAPHARNAVM] Vbi multa miracula fecerat, & proinde maximè audiendus erat, ait Chryost. Quia enim paradoxa & Iudæis incredibilia videbantur, quæ Christus de carne sua comedenda, ac nos à morte ad vitam perennè suscitatura dixerat: hinc voluit ea edicere eo loci, vbi tot miraculis sibi suæque doctrinæ fidem fecerat, & auctoritatem conciliarat.

VERS. 61. MULTI ERGO AUDIENTES EX DISCIPVLIS EIVS DIXERUNT: DURVS EST HIC SERMO, ET QVIS POTEST EVM AUDIRE?] Durus, græcè, σκληρός, id est, austerus, durus, rigidus, strigosus, immixtus; Arabicus, difficilis; Euthymius, agre admitti potest; Theophylactus, asper, & qui suscipi nequeat.

ET QVIS POTEST EVM AUDIRE?] Quis non dico eum facere, sed vel ad aures admittere sustineat? q. d. Hec quæ Iesus dixit de carne sua manducanda, ac præsertim præceptum eius de illa comedenda v. 54. Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis; videntur creditu difficilia, & practicitu horribilia. Quis enim lano Christum mactabit & laniabit? quis carnem humanam vorare, quis sanguinem humanum potare sustineat? Hæc enim horrida & barbara videntur, hæc sunt Thyestæ cœnæ, hæc Anthropophagorum conuiuia, vti postea Ethnici Christianis obieçarunt, non intelligentes carnis Christi in Eucharistia mysterium, ideoque Capharnaitas hosce imitantes, teste Tertull. Eusebio, Arnobio, Athenagora, & alijs in Apolog.

Durus erat hic sermo non in se, sed Iudæis crassis & duris, qui putabant carnem Christi laniari, dentibus discerpi & comminui debere instar carnis bubulæ; sed errabant. Nec enim Christus hoc dixerat, nec dicere intendebat, sed volebat nos carnem suam comedere sacramentaliter, hoc est, in Sacramento sub speciebus panis & vini abconditam, quod nullum habet horrorem; sed facillimum & suavissimum esse quotidie sacrificantes & communicantes experimur. Debebant ergo Iudæi modum hunc à Christo sibi explicari, hu militer postulare: quòd si fecissent, au-gissent, capere potuissent, nec durum dixissent.

Ita S. Cyrillus: Ad immanes, inquit, ferarum morès vocari se arbitrabantur, incitariq, ut vellent crudas hominis carnes manducare, & sanguinem bibere, quæ vel auditu horribilia sunt. Illud etiam ad hæc cogitabant, quomodo caro huius hominis æternam nobis vitam largiretur, aut quomodo ad immortalitatem adducere possent?

SCIENS AVTEM IESVS APVD SEMETIPSV M, VERS. 62. (græcè, ἐν ἑαυτῷ, id est, in seipso; Syrus, in anima sua; Arabicus, in semetipso, id est, per se, per omniscientiam suam, sine alio nunciante vel reuelante: hoc enim erat diuinitatis argumentum, quòd secreta reuelaret, ait Chryost.) QVIA MVRMVRARENT DE HOC DISCIPVLI EIVS, DIXIT EIS: HOC VOS SCANDALIZAT?] Syrus, offendit. q. d. Ego toti mira & magna facio, quia ad hoc missus sum à Patre, vti per tot miracula probauis ergo meis dictis & factis scandalizari & offendi non debetis, sed potius lumen & gratiam à Deo, qui me misit, flagitare, vt illa capere possitis.

SI ERGO VIDERITIS FILIV M HOMINIS ASCENDENTEM VBI ERAT PRIVS?] Loquitur de futura sua in cælum assumptione, ait Euthym. Hanc enim aliqui ex ijs, putà Apoſtoli & fideles, vident, alij non credentes etſi non vident, ab ijs tamen qui viderant, audire, & certò discere poterunt.

VBI ERAT PRIVS] quoad diuinitatem, ait Euthymius: in cælum enim ascendit quoad humanitatem, subaudi: quid dicetis? ait Euthym. adhucne scandalizabimini? credo quòd non; certè scio quòd iure & merito non facietis. Nam ex meo in cælum per propriam virtutem ascensu cognoscere poteritis, me è cælo descendisse, eoque redire vbi eram prius, ac proinde me non tantùm esse veracem, verumque Prophetam, sed etiam esse Deum, Deique Filium, cui omnia sunt factu possibilia, imò facilia, ac proinde me posse carnem meam dare in cibum, ac per illam mortuos suscitare. Ex miraculo ascensus sui in cælum rectè probat Christus suam deitatem & omnipotentiam, ac proinde mysterium Eucharistiæ. Deitatis enim nil impossibile est, nil nouum, nil paradoxum, imò deitatem noua & paradoxa, quæ naturam & rationem humanam superant, facere decet. Ita S. Cyrillus: Alia eos, inquit, re mirabili ad fidem impellit, eaque apposita. Ascensus enim Christi in cælum significabat eum è cælo descendisse (redibat enim eò vnde venerat) ac proinde ipsum esse panem viuum, qui de cælo descendit, quod ipse hic Capharnaitis persuadere volebat.

Aliter Maldonatus, q. d. Cùm audieritis me in cælum ascendisse, quid dicetis? utique magis scandalizabimini, minus mihi crederis, magum esse dicetis, qui ope dæmonum instar Simonis Magi in cælum volare me simularim.

SPIRITVS EST, QVI VIVIFICAT: CARO (ARABICUS, CORPVS) NON PRODEST QVIDQVAM, VERBA QVÆ EGO LOCVTVS SVM VOBIS, SPIRITVS ET VITA SVNT] Syrus, spiritus sunt & vita sunt. Hæc Christi verba nobis obieçant Caluinistæ, vt probent in Eucharistia realiter & corporaliter non esse carnem Christi, sed tantùm spiritaliter & typicè per repræsentationem & fidem, quia inquit, caro non prodest quidquam. Sed si hoc verum est, ergo frustra Verbum caro factum est, ergo frustra caro Christi passa,

VERS. 64. Caro non prodest, quo sensus cruci-

crucifixæ, & mortuæ est: quod absit. Et quis non videt carnem Christi plus prodesse quàm panem merum Caluini, esto melle & saccharo ex gulâ Caluini conditum? In pane enim ipſius nullus est spiritus, nisi erroris & furoris satanæ.

Primò, ergo S. Cyrill. S. August. Leontius, & Rupertus, doctè hæc verba sic exponunt, q. d. Christus: Caro mea sola non prodest ad seruandum eum qui comederit in vitam æternam, quia mera caro mea vitam & resurrectionem non confert, sed spiritus, id est, deitas mea carni coniuncta, viuificat tum animam, tum corpus in resurrectione: & sic caro mea prodest plurimum, quatenus scilicet spiritui Verbi copulata, ex eo haurit vim viuificandi. Simili phrasi leniq; dicimus: Oculis non videt, auris non audit; corpus non sentit, sed spiritus, id est, anima est quæ per oculum videt, per aurem audit, per corpus sentit. Et consequenter: Verba ista: id est res & mysteria carnis meæ in Eucharistia manducandæ, quæ locutus sum vobis, spiritus & vita sunt, id est, sunt spiritus viuus & viuificans, scilicet ipsa deitas mea, quæ purus est spiritus: hæc enim vos in Eucharistia viuificabit, non verò nuda caro mea. Ita S. August. Caro sola, inquit, non prodest, sed accedit spiritus ad carnem, & prodest plurimum. Nam si caro non prodesset, Verbum caro non fieret. Idem lib. 10. de Ciuit. cap. 24. Caro, ait, non per se ipsam mundat, sed per Verbum à quo suscepta est. Et S. Cyrillus, Caro, inquit, si sola intelligitur, nihil profecto viuificare potest, quippe quæ viuificante indiget, sed quoniam cum viuificante Verbo coniuncta est, tota est effectiva viuifica. Non enim ad corruptibilem suam naturam iunctum Dei Verbum detrahit, sed ipsa ad meliorem virtutem eleuata est. Quamuis ergo natura carnis, vt caro est, viuificare nequeat, facit tamen hoc, quia totam Verbi operationem suscepit.

Respondet enim hic Christus Capharnaitis murmurantibus, quomodo caro Christi comesta possit dare vitam æternam. Verùm quia Capharnaitæ magis murmurabant de ista comestione carnis Christi, eiusque modo, quem carnalem & ferinum sibi imaginabantur, quòd scilicet caro Christi instar carnis vaccinæ deberet mactari, laniari, dentibus conterì & discerpi, vt patet v. 52. & 60. Quomodo, inquit, potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? Et v. 61. Durus est hic sermo, & quis potest eum audire? Videtur enim quid inhumanum & barbarum exigere, vt carnem humanam Christi laniemus & voremus instar luporum. Hinc

Secundò, aptius & facilius: caro, id est, carnalis intelligentia, qua scilicet vos putatis carnem meam instar carnis ouillæ visibiliter sciendam, masticandam, & manducandam esse, non prodest quidquam ad conferendum vitam æternam; sed spiritus & spiritalis intelligentia, qua credimus carnem Christi diuinitati unitam spiritali, id est, sacramentali modo, sub speciebus panis & vini in Eucharistia velatam & occultatam manducandam esse; hæc vitam dat animæ & corpori. Ita S. Chryost. Theophylact. Euthym. Nec aliud vult S. August. in psal. 98. si attentè legatur, ait enim: Non hoc corpus quod videtis manducatur estis, & biberitis illum sanguinem, quem suscipiunt qui me crucifixerunt. Sacramentum aliud vobis commendani; spiritaliter intellectum viuificabit vos. Et si necesse est, illud visibiliter celebrari, oportet tamen inuisibiliter in-

Cornel. in Ioannem.

elligi. Quæ verba Caluinistæ sic accipiunt, q. d. In Eucharistia comedimus carnem Christi, non realiter, sed figuratè & mysticè per fidem. Sed errant. Sensus enim August. est, q. d. In Eucharistia non comedimus carnem Christi, visibiliter eam laniando, sciendo, masticando, vti intelligebant Capharnaitæ; sed sub sacramento, id est, sacramentaliter & inuisibiliter, sub speciebus panis & vini latentem & occultatam. Nam alioqui S. August. repugnaret sibi ipsi sermone. 1. in psalm. 33. & libr. 22. Ciuit. cap. 8. & alibi, vbi manifestè adstruit veritatem corporis Christi in Eucharistia.

Vnde subdit Christus: Verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt: spiritus, id est, spiritalia sunt, & spiritaliter, id est sacramentaliter, intelligenda, eo modo quo iam explicui, non verò carnaliter, vti vos Capharnaitæ quasi mactellarij intelligitis; itaque sunt vita, id est, vitalia, & vitam audienti meque manducanti conferunt. Est hebraismus: ponitur enim abstractum pro concreto. Sic sæpè alibi caro & spiritus sumuntur pro carnali & spiritali intellectu & sensu, vt 2. Corinth. 3. 6. Littera occidit, spiritus autem viuificat. Matth. 16. 17. Caro & sanguis non reuelauit tibi, & alibi. Porro familiare est S. Scripturam ludere in significatis verborum. Vnde non mirum carnem hic aliter sumi, quàm sumatur v. 56. & seq. Caro mea verè est cibus: ibi enim vera caro intelligitur, hic verò mystica. Sic Christus Iusit in aqua capite 4. à corporali affurgens ad spiritalem: Sic Iusit Apostolus in voce peccatum, 2. Corinth. 5. vltim. dicens: Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum (id est, hostiam pro peccato) fecit.

Tertiò, plenissimus erit sensus, si vtrumque iam datum iungas, & in vnum cum Beda confles. q. d. Virtus viuificandi, quam habet caro mea comesta in Eucharistia, non tam manat à carne, quàm à spiritu Verbi, qui est viuus & viuificans; ac consequenter hæc carnis meæ manducatio nõ fit modo carnali lanionum, sed modo spiritali & spiritui accommodato, scilicet occultè & sacramentaliter. Vtriusque enim contrarium ex verbis Christi crasse intellectis, allegabant & auersabantur Capharnaitæ, vt patet ex dictis. Atque sic hic spiritalis, id est sacramentalis comedendi carnem Christi modus, sumendo species panis & vini, sub quibus realiter later corpus & sanguis Christi, ipsaque deitas, nullum horrorem comedenti, nullam etiam læsionem aut noxam carnì Christi comestæ infert. Later enim hic Christus, estque inuisibilis & indiuisibilis instar angeli. Ita Euthym. Spiritus alia, ait, & viuifica sum. Oportet namque non simpliciter eò intueri (id enim est carnaliter intelligere) sed aliud quippiam imaginari, & interioribus oculis ea aspiceret tamquam mysteria.

SED SVNT QVIDAM EX VOBIS, QVI NON CREDVNT] q. d. Causa, cur quidam ex vobis verba mea de Eucharistia non capiant & auersentur, non est quòd meus sermo sit durus, vt dicitis; sed quia estis increduli, & tot meis miraculis significque credere non vultis: humili enim fide hic opus est, illaque humili prece à Deo Patre postulanda & expectanda est: vobis autem humilitas tam precis quàm fidei deest, ideoque nec oratis Deum, nec creditis mihi. Ira S. August. Beda & Rupert.

G g 2 SCR-

SCIEBAT ENIM AB INITIO (suae praedicationis & conuersationis cum suis discipulis: ita S. Chryl. I.) IESVS, QUI ESSENT NON CREDENTES (futuri, id est, credituri, vel in fide non perseueraturi, q. d. Christus, quia Deus, praescebat futura ab aeterno, & hanc praescientiam humanitati suae communicabat ab initio conceptionis eiusdem) ET QUIS TRADITURUS ESSET EVM.] Hac voce innuit Iohannes Iudam traditorem fuisse vnum e non credentibus; nimirum eum Christi sermone de carne eius comedenda offensus, auersionem a Christo concepisisset, illamque fouisse, ac tandem in prodicionem eius erupisse. Hoc enim verborum connexio hic exigit: alioqui impertinens esset hic traditoris mentio, nisi Iudas ex sermone hoc Christi incredulitatis, indeque prodicionis sumpsisset originem. Ita S. August. Beda, Franc. Lucas, Emmanuel Sa, & alij.

Addit hoc Christus, ne putetur Iudam admisisse ad apostolatam inscius & ignarus futurae eius prodicionis, sed eam praesciuisse, ac consulto permisisset, vt per eam passio sua, & redemptio hominum per eam a Deo creta, implectur.

ET DICEBAT: PROPTEREA DIXI VOBIS, QVIA NEMO POTEST VENIRE AD ME, NISI FVERIT EI DATVM A PATRE MEO.] Nisi scilicet Pater traxerit eum, vt dixit v. 44. Vide ibi dicta. Modeste Christus incredulitatem Iudaeorum non tribuit culpae incredulorum, sed ipsos excusat, quod eis non sit datum a Patre, ac simul seipsum solatur. q. d. Non me torqueo, non tristo, quod multi mihi non credant, sed consolor me, quod Pater eos quos elegit, faciet mihi credere, illosque ad me venire faciet, quibus ego contentus sum, ceteros non ambio: quia quos vult Pater, hos volo & ego, quos ipse non vult ego quoque nolo. Peccabant tamen qui volebant venire, id est, credere in Christum, tum quia habebant gratiam sufficientem, qua possent credere si vellent; et si non haberent efficaciam, qua re ipsa & actu crederent: tum quia humiliter non petebant a Deo gratiam efficacem, qua actu crederent: tum quia sua superbia, alijque peccatis illa gratia se fecerant indignos, imo pernicaces Dei gratiam & fidem respellebant & refutabant, vt docet explicat S. Cyprian. l. i. epist. 3. ad Cornelium.

EX HOC (tempore, ait Euthym. & alij: aliter Syrus. propter hunc sermonem; Arabicus. propter hoc) MVLTIS DISCIPVLOVM EIVS ABIERVNT RETRO (reliquerunt Iesum) ET IAM NON CVM ILLO AMBVLABANT.] Discipuli hi non fuere Apostoli: nam hos excipit Christus vers. sequent. nec 72. Christi discipuli. Hi enim necdum a Christo erant designati & electi: sed constantiores Christi auditores & asseclae, qui, vt ait Theophyl. sequebantur eum in ordine discipulorum, & manebant apud eum longiori tempore quam turba, itaque ad reliquam turbam collati dicebantur eius discipuli. Hi ergo hucusque Christi doctrinam suam allesti panibus ab eo per miraculum multiplicatis pasti, & deinceps ab eo similem pastum sperantes, cum audirent Christum loco panis surrogare suam carnem, eamque ab eis manducari velle, ipsum putarunt vel insanire, vel horrenda quaedam & ferina machinari, ac forte coniurationem aliquam contra Romanos moliri, eamque haustu carnis & san-

Multis ex discipulis Christi eum deserunt propter sermonem praecedentem.

guinis sui sancire, vt paulo ante Romae fecerat Carilina, cuius coniurationem detexit & opprefit Cicero: hac de causa, vt sibi consulenter, a Christo defecerunt.

Vnum ex his fuisse S. Marcum, qui postea a S. Petro reuocatus Euangelium scripserit, factusque sit Euangelista, disertè tradit S. Epiphanius haeresi 51. sed alij repugnant, qui asserunt S. Marcum non vidisse, nec audisse Christum, sed post eius mortem conuersum fuisse a S. Petro. Ita S. Hieron. in Script. Eccles. in Marco, Theodor. in praef. Histor. SS. Patrum, & passim interpretes in illud S. Petri epist. 1. c. 5. v. 13. Salutar vos Marcus filius meus.

DIXIT ERGO IESVS AD DVODECIM (Syrus, vers. 62. dodecahsinae; Arabicus, ad congregationem duodecim, id est ad coetum 12. Apostolorum) NVM QVOD ET VOS VULTIS ABIRE?] Alijs ergo scandalizatis & offensis a Christo abeuntibus cum illo duodecim remanserunt, ait S. August. nam neque Iudas recessit, partim ex recundia, ne solus ex Apostolis abiret, audiretque apostata, partim vt otiosus a Christo aleretur, vt haecenus alicui fuerat, vtque gestans loculos quasi procurator familiae Christi, inde nummos sibi surriperet, seque ditaret: erat enim fur.

Quærit hoc Christus a duodecim Apostolis quinque de causis. Prima est, vt eos suae libertati relinqueret. q. d. Optionem vobis do, si vultis abire, abite; si mecum manere, manete: nolo enim vos vi aut verecundia detinere. Audi Chryl. Neque adulatus est Iesus, neque expulsi, sed interrogauit, non quod eos contemneret, sed ne vi teneri viderentur. Nam si inuiti mansissent, perinde fuisset ac si abijissent.

Secunda, vt suam magnanimitatem ostenderet, nec se egere Apostolorum operâ, vt pote qui per se omnia posset, ideoque illis dimissis, alios meliores substitueret si vellent.

Tertia, vt intelligerent Apostoli, se manendo non commendare, nec gratiam exhibere Iesu, sed sibi ipsis, eò quod beneficium potius acciperent, quam praesent, ait Theophyl.

Quarta, vt hanc libertate magis eos sibi deuinciret, & ad manendum inuitaret. Fit enim sapè ex naturae affectu, vt rogati nolimus, non rogati velimus, vt inuitati fugiamus, non inuitati accedamus: nimirum.

Nitimur in veterum semper, cupimusque, negata. Quinta, vt hanc interrogatione eorum affectum probaret, constantiam exploraret, ac recte de se fidei confessionem ab eis exprimeret. Ita Cyrill. vt de facto expressisse patet ex vers. sequenti.

RESPONDIT ERGO ET SIMON PETRVS: DOMINE, AD QVEM IBIMVS? VERBA VITAE AETERNAE (effeetricia, scilicet si quis eis credat & obediat) HABES] Petrus quasi ordine maior, ait S. Cyrill. fide firmior, Iesu amantior spiritu feruentior, nomine ceterorum Apostolorum respondit, existimans hanc omnium esse mentem & sententiam: quod enim ipse sentiebat de Iesu, hoc collegas suos de eodem sentire censebat.

AD QVEM IBIMVS?] q. d. ait S. August. Repellis nos a te: da nobis alterum te: ad quem ibimus, si se relinquamus? vnde S. Chryl. Multae amicitiae, ait, est hoc verbum: honorabilior enim Christus erat, quam pater & mater.

VERS. 69.

Petrus pro ceteris Christo respondet.

VERBA VITAE AETERNAE HABES] Primò, q. d. A te falli: nam vnus ex eis diabolus est, mihi incredulus & infidus, qui me prodet. Ita Theophylactus.

Secundò, q. d. Verbis tuis, o Iesu, promittis nobis vitam aeternam, si carnem tuam comedamus; hac verba nos ad te alliciunt, & vniunt potius quam abigunt. Quis enim non optet vitam aeternam, & modum illa adipiscendi? vnde Arabicus vertit, ad quem ibimus cum verba vitae aeternae sint tibi?

Tertio, q. d. In manu tua est vita aeterna, vt eam des cuicumque, & quomodocumque volueris (te ergo solum sequimur) quia à te solo speramus vitam aeternam: hanc enim nec philosophi credere potuerunt, nec Iudaei sperare, nec Moses promittere. Hinc discimus, ait Cyrillus, vnum dumtaxat Christum sequendum esse magistrum, qui ad vitam aeternam deducere potest.

Quartò, verba vitae aeternae habes, quia tu es vita aeterna, ideo in carne & sanguine tuo non das nisi quod es, ait ex S. August. Interlin. q. d. Tu es verbum Patris, ideoque habes in te vitam aeternam, quia tu es ipsa vita aeterna. Quid mirum ergo si manducantibus te conferas vitam aeternam? confers enim id ipsum quod es.

ET NON CREDIDIMVS (Syrus, credimus) ET COGNOVIMVS (Arabicus, cerri sumus) QVIA TV ES CHRISTVS FILIVS DEI] Graecè in singulis verbis est articulus δ υιου, id est ille Christus, a Deo scilicet promissus, & tot saeculis expectatus: δ υιου, id est ille Filius, scilicet naturalis & proprius per substantiam, non adoptiuus per gratiam. Illud diligenter considera, inquit Cyrillus, quod vbi que, praecipue cum propositione articuli, Tu es ipse Christus, dicunt ipse Dei vni Filius, ab alijs filijs Dei, qui vocati per gratiam adoptati sunt, verè ac naturaliter Filium separantes, cui nos coniuncti per similitudinem Filij dicimur.

COGNOVIMVS] ex testimonio Iohannis Baptistae, Prophetae & magistri nostri, ex totantisque miraculis quae patraui, ex doctrinâ tuâ caelesti, ex vitae tuae sanctitate, & ex motibus tuis, quos assidue tecum conuersantes experimur esse caelestes, angelicos & diuinos.

FILIVS DEI] Graeca addunt, & ζωης, id est, viuentis. Sic & Syrus & Arabicus, q. d. Credimus te esse Filium Dei: quare pariter credimus omniam tua dicta esse diuina & verissima, etiam si ea non intelligamus, ideoque esse viuifica, ac salutem & vitam aeternam conferre, quia tu es Filius Dei viui, qui scilicet per essentiam est vita, quam ipse tibi communicat, ac proinde nil à te nisi vitale & viuificum prodire potest, nec aliud à te expectamus.

RESPONDIT EIS IESVS: NONNE VOS DVODECIM ELEGI: ET (tamen) EX VOBIS VNVS DIABOLVS EST?] q. d. Tu, o Petre, nomine omnium Apostolorum respondes, quasi omnes in me credant, mihi que sint fideles amici; sed scito

Cornel. in Ioannem.

te falli: nam vnus ex eis diabolus est, mihi incredulus & infidus, qui me prodet. Ita Theophylactus.

DVODECIM ELEGI] quasi ad apostolatam secundum praesentem statum aptos & idoneos. Vnde videtur quod Iudas quoque proditor, cum primitus a Christo electus est, bonus probusque fuerit; improbum enim eligere prudentia & charitas vetant. Ita S. Cyrillus, Leonius, Ammonius, Toletus, Maldonatus & alij, ac S. Hieron. libr. 3. contra Pelag. & Terrull. l. de Praescript. aduersus haeret. cap. 3. Licet nonnulli putent Iudam, cuncta esset malus, idque sciret Christus, ab eo tamen fuisse electum in Apostolum eo consilio, vt esset aliquis ex suis qui eum proderet, itaque passioni suae, mortique, indeque redemptioni hominum, occasionem modumque exhiberet. Tribuunt hanc sententiam Beda & S. Augustino; sed neuter id ipsum dicit, imò vterque potius innuit Iudam electum a Christo, cum bonus esset, etiam si sciretur malus sua culpa futurus. Audi S. August. Consecratus est duodenarius numerus eorum, qui per quatuor cardines mundi Trinitatem fuerant denuntiaturi, non autem quia perijt inde vnus, ideo illius numerus honor adeptus: in locum enim perentis alius subrogatus est. Et paucis interiectis: Electus est iste, de quo volente & nesciente magnum aliquid boni fieret: sicut enim iniqui male utuntur bonis operibus Dei, sic & contra Deus bene utitur malis operibus hominum: malo Iuda bene usus est Dominus, tradi se permisit, vt nos redimeret. Audi & Bedam: Ad aliud elegit duodecim, ad aliud vnum; illos, vt in Apostolica dignitate perseuerarent; illum, vt per prodicionis eius officium salutem humani generis operaretur.

DIABOLVS] Syrus, satanas; Norinus, qui dicitur apud posteros alius nouus diabolus. Christus Iudam nominare noluit, vt eius fama parceret: Neque eum manifestauit, ait Chryl. neque latere voluit: illud, ne impudentius contenderet; hoc, ne latere arbitratu licentius ageret. Simul vt Apostolis timorem iniiceret, ne & ipsi instar Iudaei apostatarent, aut sibi suaeque constantiae superbe perfiderent. Audi Cyrillum: Acrioribus eos confirmat verbis, diligentiusque facit, periculo ante oculos posito: sic enim dicere videtur: Magna vobis o discipuli, vigilantia, magnoque studio ad salutem opus est: lubrica enim admodum perditionis est via. Et nonnullis interiectis: Vigilantiores facit omnes, quia quis traditurus sit clare non dicit, sed vni generaliter iamque impietatis omnis immerere affirmans, sollicitos omnes reddit, & horrore ad maiorem vigilantiam erigit. Denique August. Non illum expressit, ait, sed nec siliuit, vt omnes timerent quamuis vnus periret.

Quares, cur Iudas vocetur diabolus. Resp. Iudas diabolus, quia fuit δ αβουλο, id est, calumniator: bolus enim opera & miracula Christi calumniatus est apud Scribas & principes sacerdotum.

Secundò, fuit diabolus, hebr. & syriacè, satan, id est aduersarius, quia Christo se opposuit.

Tertio, fuit diabolus, quia Christo incredulus fuit, fur & mendax: diabolus enim mendax est & pater eius, scilicet mendacij, Ioann. 8. Vnde Christus ait: Diabolus est, in praesenti, non erit, in futuro.

Quartò, fuit diabolus, id est minister diaboli; instrumentum & organum diaboli. Nam diaboli impulsu prodidit Christum, Deum & Dominum suum, quasi possessus à dæmone. Vnde Iohannes

cap. 1. 3. 2. ait intrasse in eum satanam. Ita S. Chry- A
sost. Euthymius, & alij. Sic vulgò *diabolus* vocatur
homo scelestus & pessimus.

Quintò, fuit *diabolus*, id est proditor Christi.
Sic enim *διδόλον* pro proditore accipitur Ec-
cli. c. 26. v. 6. per catachresin: nam Nofter. vertit,
ciuitatis delatorem, siue *prodicionem*, v. vertit Tigu-
rina & Lyranus. Sic diabolus est proditor ange-
lus, quia angelicum statum sua malitia prodegit,
perdidit & prodidit. Ex choris enim angelorum,
ac ex cælo Lucifer proditor sua perfidia secum
in tartara detraxit tertiam partem stellarum, Apoc-
cap. 12. 4. Cælum ergo & calites prodidit ge-
hennæ & tartaro.

Alludit Christus ad casum Luciferi, qui ele-
ctus à Deo in principem angelorum, suâ super-
biâ se fecit diabolum & principem dæmonum.
Simili enim modo Iudas electus à Christo ad an-
gelicum Apostolorum officium, inde sua culpa
prolapsus se fecit diaboli socium & diabolum, vt
discamus cum timore & tremore operari salutem
nostram, ac licet sanctissimo consistamus loco,
timere lapsum. Quo enim altior est locus, eo
grandior est casus, & profundior ruina.

Perperam ergo nonnulli diaboli nomen hic

in bonam partem accipiunt, vt faciunt apud
Italos & Belgas nonnulli, qui hominem sagacem,
solertem, ingeniosum, vaftrum, subtilem, vocant
diabolum.

DICEBAT AVTEM IVDAM SIMONIS ISCA- VERS. 72.
RIOTEM: HIC ENIM ERAT TRADITVRVS (SYTUS,
proditor) EVM, CVM ESSET VNVS EX DVO-
DECIM] Præmunit Christus Apostolos, vt, cum
postea visuri essent Iudæ prodicionem, scirent
illam se prævidisse & prædixisse, ac proinde se
non inuito, sed certo consilio permittere, illam
fieri ad mortem sibi conciliandam, per quam hu-
manum genus redimeretur.

Hic finit Ioannes Acta secundi anni prædica-
tionis Christi vsque ad tertium, siue acta à se-
cundo Paschate vsque ad tertium: nam acta ter-
tij prosequitur capite sequenti. Multa ergo acta
secundi anni Christi prætermitit, eò quòd illa
fusa à ceteris tribus Euangelistis enarrata forent.
Finit ergo secundum annum Christi in multi-
plicatione panum facta ab eodem in Paschate,
cuius occasione Christus longam cum Iudæis
habuit disputationem de pane spirituali, & carne
suâ in Eucharistia manducanda. Vide Chrono-
taxin.

*Finitur
hic acta se-
cundi anni
prædicationis
Christi.*

CAPVT SEPTIMVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

PRIMO, Christus à Galilæa ascendit Ierusalem ad festum Scenopægia. Secundo, v. 12. mur-
murantibus de se Iudæis respondit, se à Deo Patre doctum & missum, eius ductu &
instinctu curare egros, etiam sabbato. Tercio, v. 32. Pharisei volentes eum occidere, mittunt
satellites, qui eum comprehendant; sed hi auditæ Christi prædicatione attoniti, eo in actio
redeunt dicentes Phariseis; Numquam sic locutus est homo, sicut hic homo. Denique
v. 50. Nicodemus Iesum defendens, à Phariseis arguitur, quasi Galilæus & Iesu fautor.

1. Post hæc autem ambulabat Iesus in Galilæam, non enim volebat in Iudæam
ambulare: quia quærebant eum Iudæi interficere. 2. Erat autem in pro-
ximo dies festus Iudæorum, Scenopægia. 3. Dixerunt autem ad eum fratres
eius: Transi hinc, & vade in Iudæam, vt & discipuli tui videant opera tua, quæ
facis. 4. Nemo quippe in occulto quid facit, & quærit ipse in palam esse: si
hæc facis, manifesta te ipsum mundo. 5. Neque enim fratres eius credebant
in eum. 6. Dicit ergo eis Iesus: Tempus meum nondum aduenit: tempus au-
tem vestrum semper est paratum. 7. Non potest mundus odisse vos: me autem
odit: quia ego testimonium perhibeo de illo quòd opera eius mala sunt. 8. Vos
ascendite ad diem festum hunc, ego autem non ascendo ad diem festum istum:
quia meum tempus nondum impletum est. 9. Hæc cum dixisset, ipse mansit
in Galilæa. 10. Vt autem ascenderunt fratres eius, tunc & ipse ascendit ad diem
festum, non manifeste, sed quasi in occulto. 11. Iudæi ergo quærebant eum in
die festo, & dicebant: Vbi est ille? 12. Et murmur multum erat in turba de eo.
Quidam enim dicebant: Quia bonus est. Alij autem dicebant: Non, sed seducit
turbas. 13. Nemo tamen palam loquebatur de illo propter metum Iudæorum.
14. Iam autem die festo mediante, ascendit Iesus in templum, & docebat. 15.
Et mirabantur Iudæi, dicentes: Quomodo hic litteras scit, cum non didicerit? 16.
Respondit eis Iesus, & dixit: Mea doctrina non est mea, sed eius, qui misit me.
17. Si quis voluerit voluntatem eius facere: cognoscer de doctrina, vtrum ex
Deo sit, an ego à meipso loquar. 18. Qui à semetipso loquitur, gloriam prop-
riam quærit: qui autem quærit gloriam eius, qui misit eum, hic verax est, & inui-
sita in illo non est. 19. Nonne Moyse dedit vobis legem: & nemo ex vobis
facit legem? 20. Quid me quæritis interficere? Respondit turba, & dixit:
Dæmo-

Dæmonium habes: quis te quærit interficere? 21. Respondit Iesus, & dixit eis:
Vnum opus feci, & omnes miramini. 22. Propterea Moyse dedit vobis circum-
cisionem; (non quia ex Moyse est, sed ex patribus) & in sabbato circumciditis ho-
minem. 23. Si circumcisionem accipit homo in sabbato, vt non solvatur lex
Moyse: mihi indignamini quia totum hominem sanum feci in sabbato? 24. Noli-
te iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate. 25. Dicebant ergo
quidam ex Hierosolymis: Nonne hic est, quem quærit interficere? 26. Et ecce
palam loquitur, & nihil ei dicant. Numquid verè cognouerunt principes quia hic
est Christus? 27. Sed hunc scimus vnde sit: Christus autem cum venerit, nemo
scit vnde sit. 28. Clamabat ergo Iesus in templo docens, & dicens; Et me scitis,
& vnde sim scitis; & à me ipso non veni, sed est verus qui misit me, quem vos nesci-
tis. 29. Ego scio eum: quia ab ipso sum, & ipse me misit. 30. Quærebant ergo
eum apprehendere; & nemo misit in illum manus, quia nondum venerat hora eius.
31. De turba autem multi crediderunt in eum, & dicebant: Christus cum venerit,
numquid plura signa faciet quàm quæ hic facit? 32. Audierunt Pharisei turbam
murmurantem de illo hæc: & miserunt principes & Pharisei ministros, vt appre-
henderent eum. 33. Dixit ergo eis Iesus: Adhuc modicum tempus vobiscum sum:
& vado ad eum, qui me misit. 34. Quæretis me, & non inuenietis: & vbi ego sum,
vos non potestis venire. 35. Dixerunt ergo Iudæi ad semetipsos: Quòd hic iturus
est, quia non inueniemus eum? numquid in dispersionem Gentium iturus est, &
docturus Gentes? 36. Quis est hic sermo quem dixit: Quæretis me, & non inue-
nietis: & vbi sum ego, vos non potestis venire? 37. In nouissimo autem die ma-
gno festiuitatis stabat Iesus, & clamabat, dicens: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat.
38. Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ vi-
uæ. 39. Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum:
nondum enim erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. 40. Ex illa
ergo turba cum audissent hos sermones, eius dicebant: Hic est verè propheta. 41.
Alij dicebant: Hic est Christus: Quidam autem dicebant: Numquid à Galilæa ve-
nit Christus? 42. Nonne Scriptura dicit: Quia ex semine Dauid, & de Bethlehem
castello, vbi erat Dauid, venit Christus? 43. Dissensio itaque facta est in turba
propter eum. 44. Quidam autem ex ipsis volebant apprehendere eum, sed nemo
misit super eum manus. 45. Venerunt ergo ministri ad pontifices & Phariseos.
Et dixerunt eis illi: Quare non adduxistis illum? 46. Responderunt ministri:
Numquam sic locutus est homo, sicut hic homo. 47. Responderunt ergo eis Pha-
risei: Numquid & vos seducti estis? 48. Numquid ex principibus aliquis credi-
dit in eum, aut ex Phariseis? 49. sed turba hæc, quæ non nouit legem, maledicti
sunt. 50. Dixit Nicodemus ad eos, ille, qui venit ad eum nocte, qui vnus erat ex
ipsis: 51. Numquid lex nostra iudicat hominem; nisi prius audierit ab ipso, &
cognouerit quid faciat? 52. Responderunt, & dixerunt ei: Numquid & tu Gal-
ilæus es? Scrutare Scripturas, & vide quia à Galilæa propheta non surgit. 53. Et
reuerfi sunt vnusquisque in domum suam.

VERS. I.

POST HÆC AVTEM AMBVLABAT IESVS IN
GALILÆAM, NON ENIM VOLEBAT IN IVD-
ÆAM AMBVLARE; QVIA QUÆREBANT EVM
IVDÆI (principes Iudæorum) INTERFICERE]
Post hæc? Non statim, sed post sex menses. Nam
multiplicatio panum & sermo de Eucharistia, de
quo cap. preced. contigit sub Pascha, putà in
Martio; quæ autem hic subiungit Ioannes, con-
tingerunt in festo Scenopægia, quod celebratur
in Septembri. Vixit autem deinde Christus sex
menses adhuc, scilicet ad proximè sequentem
Martium, quo passus & crucifixus est. Hæc er-
go & sequentia omnia Christus dixit & egit sex
vltimis vitæ suæ mensibus. Omitit igitur hic
Ioannes ea, quæ gessit Christus hoc tertio anno
prædicationis suæ à Paschate vsque ad Septem-
brem; putà gesta sex mensium, inter quæ fuit
defensio discipulorum, quòd illotis manibus
manducarent contra Phariseos, item filia Cha-

nanæ à dæmone liberatio, noua panum multi-
plicatio, qua paut quatuor millia virorum: in-
terrogatio discipulorum quid de se sentirent ho-
mines, respondente Petro: Tu es Christus filius Dei
vini, quâ de causâ Christus eum petram Ecclesiæ
constituit. Ad hæc transfiguratio Christi in Ta-
bor, sanatio dæmoniaci, solutio didrachmi telo-
narijs, redargutio Apostolorum inter se conten-
dentiū quis esset maior, dogma de vitando scan-
dalo paruulorum, eò quòd angeli eorum semper
videant faciem Patris, &c. quæ in Chronotaxi
recensui à num. 31. vsque ad n. 38. Causa cur ea
omittat Ioannes est, quia illa exactè iam narra-
rant alij tres Euangelistæ.

AMBVLABAT IESVS IN GALILÆAM] Græ-
cè, in Galilæa. Iam enim erat Christus in Galli-
læa: ibi enim panes multiplicauit, & de Eucharis-
tia sermonem habuit in Synagoga Capernaï,
quæ erat vrbs sita ad mare Galilææ, vt patet c. 6.

v.60. Ambulabat ergo Iesus in Galileam, id est, per Galileam, siue in vteriores Galilæe partes. q.d. Iesus ambulabat, obibat, & circueibat vrbes, vicus & castella Galilæe, prædicans regnum Dei.

NON ENIM VOLEBAT IN IVDÆAM (græcè, in Iudæa) AMBVLARE, q. d. Nolebat perambulare vrbes & pagos Iudæe, sed Galilæe: QVIA QVÆREBANT EVM IVDÆI (Iudæorum primores) INTERIFICERE] eò quòd sabbatum more Iudaico non seruaret, sed in eo curaret ægrotos, & quòd Patrem suum diceret esse Deum, ac consequenter se quoque esse Deum, vt patet c. 5. v. 18. Quare videtur, Iesus nec in Paschate, nec in Pentecoste huius anni tertij sui, iuxta legem, de more aditisse templum & Hierosolymam; quia sciebat ibi sibi frui insidias, & parari necem ante tempus moriendi sibi à Patre præfinitum, non quòd ipse Iudæos timeret (qui aliàs inuisibilem se faciens ex manibus eorum elapsus est) vel mortem horreret; sed vt daret nobis exemplum declinandæ pericula, & fugiendi persecutores, donec Deus aliud reuelet, vel ipse nos in manus hostium tradat, vt fecit S. Athanasius fugiens Arrianos. Ita S. August. Chrylost & alij.

VERS. 2. Scenopægia quæ?

ERAT AVTEM DIES FESTVS IVDÆORVM SCENOPEGIA] Græcè σκηνωπηγία, id est, tabernaculorum fixio, quo scilicet Iudæi die 15. mensis septimi figebant tabernacula (quæ ex lignis, ramis, pellibus vel linteis raptim construebant) in iij. que per septem dies habitabant, in memoriam protectionis diuinæ, quæ patres eorum peregrinantes in deserto, per 40. annos in tabernaculis habitantes manna aluerat, & duce columna ignis & nubis duxerat in terram promissam, Leuit. 23. v. 34. Vide ibi dicta. Vnde Arabicus vertit, cum propinquasset dies festus Tabernaculorum Iudæorum. Corruptè Syrus pro Scenopægia, vertit, conopea. Conopeum enim propriè est tentorium seu velum, & papilio ille lincus vel lanceus, qui toro circumdatur ad arcendos culices, quo maximè vtuntur Alexandrini, quòd ex Nilo culices confluant, quos Græci κούνοπος vocant.

Ridiculum est quod Abulensis in Leuit. 23. 34. commentans, vocem Græcam Scenopægia deriuat à κούνοπος, id est commune, & φάγος, id est comestio, eò quòd illo festo in communi pranderent, & communia agerent conuiuia. Nam σκηνωπηγία deriuatur à σκῆνω, id est tabernaculum, & πηγία, id est fixio. Errat denique Plutarchus, vt pote Ethnicus, ideoque rerum Iudaicarum ignarus, qui l. 4. Sympot. quæst. 5. censet festum Tabernaculorum apud Iudæos fuisse Bacchanalia: multique probare conatur ipfos coluisse Bacchum, eò quòd tunc thyrsos gestarent, (quos Gentiles gestabant in honorem Bacchi.) Addit Plutarchus; Alij progredimur citharis ludentes, quos ipsi Leuitas appellant, siue à Lybo siue ab Enio: utraque enim vox Baccho congruit. quin & sabbatum censet fuisse festum Bacchi. Quod enim Sabbos, inquit, etiamnum multi appellant Bacchos, eamque vocem edant, dum orgia Bacchi celebrant, licet ostendere. ex Demosthene & Menandro. Verùm condonandum est Plutarcho, vt pote Græco Hebraicæ linguæ imperito. Constat enim Hebr. sabbatum ab Hebr. שבת scabat, id est, quiescere, nuncupatum: Leuitas verò à patriarcha Leui patrum nomen sumpsisse.

VERS. 3.

DIXERVNT AVTEM AD EVM FRATRES EIVS:

A TRANSI HINC, ET VADE IN IVDÆAM, VT ET DISCIPVLI TVI VIDEANT OPERA TVA, QVÆ FACIS] Fratres eius, non filij Ioseph, vt vult Leoncius, Cyrillus, & Euthymius: Ioseph enim virgo permanit, æquè ac sponsa eius B. Maria, nec etiam Iacobus & Iudas, vt opinatur Chrylostomus: hi enim electi iam in Apostolos à Christo in illum credebant, eiusque ductum & nutum sequebantur; sed fratres, id est, consanguinei vel cognati B. Virginis, ait S. August. vel etiam Iosephi. Vide genealogiam Christi, quam assignauit Luca 3. sub finem capitis. Fratres ergo, hoc est cognati eius non omnes, sed aliqui. Alij enim in eum credebant, alij non.

B TRANSI HINC, ET VADE IN IVDÆAM] q. d. E Galilæa & Capharnaò ignobili, vade nobiscum in nobilem Iudæam & Ierusalem, ad instans festum Scenopægiæ, ad quod vndique Iudæi confluere solent, vt ijs per tuam doctrinam & miracula te patefacias. Viderant ipsi, vel audierant Christum præcedenti Paschate & Pentecoste non iuisse in Ierusalem, ac in Galilæa latebras quærere; ex ijs ergo eum extrahere volunt, vt in Ierusalem vadat, ibique innotescat & inclariscat.

C VT ET DISCIPVLI TVI VIDEANT (græcè, θεωρήσωσι, id est, aspiciant, cernant, spectent) OPERA TVA QVÆ FACIS] q. d. Tu, ô Iesu, cognate noster, mira hæc operaris in angulo Galilæe, coram paucis & pauperibus discipulis tuis Galilæis: vade nobiscum in Ierusalem metropolim Iudæorum, ibique similia operare, vt discipuli tui, quos ibi nuper prædicando tibi parasti, quosque rursum miracula patrando parabis, non tantum ex plebe, sed etiam ex sacerdotibus, Scribis & principibus in fide tuâ instruatur, vel iam instructi confirmetur, teque vt Prophetam & Messiam recipiant. His enim optabant Christum maximè innotescere, vt illi quasi principes Iesum esse Messiam, hoc est Christum, declararent, ac vt talem populo recipiendum proponerent. Ipsorum enim erat iudicare de fide, de Prophetis, de Messia, ac quod ipsi decernebant, hoc populus sequebatur & faciebat. Matth. 21. 1.

NEMO QVIPPÉ IN OCCVLTQ QVID FACIT, ET (sed) QVÆRIT IPSE IN PALAM ESSE] Græcè, ἐν παρρησίᾳ εἶπεν, id est, propriè, in libertate esse: sed quia hæc opponitur occulto, hinc idem est quod palam, publicè, clarè, manifestè. Sic etiam hanc phrasin vsurpat Ioannes c. 5. v. 13. & c. 16. v. 25. 29. & c. 18. 20. & Marci c. 8. 32. ita ex Leontio, Maldon. Franc. Lucas & alij.

D SI HOC FACIS, MANIFESTA TE IPSVM MVNDQ] rō si hæc non dubitantis est, sed assenerantis, ait Tolertus, idemque valet quod cum, quia, quandoquidem, q. d. Cum tanta & tam mira facias in Galilæa, vt oculis videmus & auribus audimus fac eadem in Iudæa, vt ibi toti Israël indeque toti mundo innotescas, quis sis, & quam à Deo dignitatem, potestatem, & virtutem acceperis. Nam vt ait Raphaël Tob. c. 12. 7. Sacramentum regis abscondere, bonum est: opera autem Dei reuelare & confiteri, honorificum est. Prætexunt laudem Christi, & gloriam Dei suæ cupiditati & ambitioni: cupiebant enim vt Christo per miracula & famam inclariscente, ipsi quoque quasi eius cognati inclariscentes, & à populo honorarentur, ac muaceribus afficerentur, insuper gratiam principum

Error Plutarchi de Scenopægiæ Iudæorum.

cipum & pontificum inirent, à quibus ad magna reipubl. officia vel beneficia promoueri sperabant. Sicut cum quis creatur Pontifex, Cardinalis, Episcopus, illicò confluunt ad eum cognati, vt per eum honores & opes consequantur. Omnes enim quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi.

VERS. 5.

NEQVE ENIM FRATRES EIVS CREDEBANT IN EVM] q. d. Fratres eius tam liberè, confidenter & audaciter admonuerunt Iesum, vt secum iret in Ierusalem, quia non planè & certò credebant ipsum esse Messiam, siue Christum: si enim id credidissent, ipsum reueriti, non ausi fuissent tam liberè eum monere, & quasi arguere. Ita Euthymius. Licet enim viderent eum tot signa & miracula facere, illaque vera esse non dubitarent: tamen dubitabant an ipse esset Messias & Dei Filius: licet enim hoc verum esse optarent, & ex parte ob tot eius miracula crederent; tamen alia ex parte videntes eius paupertatem & neglectum, dubitabant. Vt ergo certi hæc de re fiant, hortantur Christum ire secum in Ierusalem; vt ibi Scribæ & pontifices eum, eiusque opera examinent, ac declarent ipsum esse Christum, vt sic ipse honoretur & celebretur, atque illi quasi cognati per ipsum.

VERS. 6.

DIXIT EIS IESVS: TEMPVS MEVM NON DVN ADVENT: TEMPVS AVTEM VESTRVM SEMPER EST PARATVM] id est, commodum & opportunum. Tempus meum, scilicet ascendendi in Ierusalem ad festum Scenopægiæ, nondum aduenit, quia illud habeo statum & definitum à Patre, sed ad paucos dies dilatum, ob odium Iudæorum, quo me prosequuntur; quæ de causa ego breui eòdem ascendam, sed clanculum, non autem publicè vobiscum: ite ergo vos & præcedite, quia omne tempus vobis est paratum, id est, congruum & idoneum; ego deinde vos occultè sequar. Ita Ianfen. Franc. Lucas & alij.

VERS. 7.

NON POTES MVNDVS ODISSE VOS: ME AVTEM ODIT, QVIA EGO TESTIMONIVM PERHIBEO DE ILLO QVOD OPERA EIVS MALA SVNT] Dat causam cur tempus ascendendi in Ierusalem fratribus, id est cognatis suis, semper sit paratum & opportunum, sibi verò non: quia scilicet illos non oderat mundus, id est, mundani Scribæ & principes, vt pote nihil ab eis passi; sed oderant Iesum, vt pote suorum scelerum reprehensorem & castigatorem: quare Iesu crucem & mortem parabant, non verò cognatis eius. q. d. Vos omni horâ ire potestis in Ierusalem sine periculo, quia Scribis non resistitis, nec contradicitis, sed eis fauetis & obsequimini; ego verò, quia eorum vitia publicè castigo, si publicè vobiscum eam, in manifestum vitæ periculum me conuicio. Ita S. Chrylost. & Cyrillus, qui & causam addit: Animus enim, inquit, voluptati deditus, grauiter fert si à voluptate reuocetur. Nolebant enim Scribæ suas voluptates, luxurias, crapulas, iniustitias, quas amabant, relinquere, ideoque Christum ab eis auocantem oderant; iuxta illud de

A eis Sapientis oraculum: Circumuentiamus instum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata disciplina nostra, Sapient. 2. 12. Vide ibi dicta.

VERS. 8.

EGO AVTEM NON ASCENDO AD DIEM FESTVM ILLVM: QVIA MEVM TEMPVS NON DVN IMPLERVN EST] Vos, qui periculum nullum timetis, ait Euthymius.

EGO AVTEM NON ASCENDO] Græcè, ἔγωγε ἀναβαίω, id est, nondum ascendo, & Arabicus, nunc non ascendo. q. d. Nunc vobiscum publicè ascendere in Ierusalem nolo, sed expecto, vt tempus impleatur, quo subidente indignatione Scribarum, qui me initio festi expectant, vt occidant, post tres dies occultè & minore periculo sine vobis ascendam: nam paulò post eum ascendisse patet ex v. 10. ita S. Chrylost. Theophyl. Euthym. Verisimile est Christum dixisse, vti veritè noster Interpretes; Ego non ascendo: nam si dixisset, Ego nondum ascendo, institissent cognati. Nos ergo te expectabimus, vt nobiscum ascendas. Sentus tamen Christi erat, q. d. Non ascendo, id est, nondum ascendo: hoc enim significare intendebat, etsi id cognatis non exprimeret, ad redimendam eorum vexationem.

Secundo, S. August. Cyrillus, & Eucherius in quæst. in hunc Ioannis locum, sic explicant, q. d. Non ascendo ad diem festum istum, hoc est ad diem primum festi instantem, sed, vt dicitur v. 14. festo die mediante, id est sub diem quartum festi. Verùm verius est Christum decreuisse ascendere ad diem primum festi, vt ostendam v. 14.

Aliter Maldonatus, q. d. Ego non ascendo, subaudi, sicut vos, & cognati mei, putatis & cupicis, scilicet vt purus homo, ac vt Hierosolymis à populo honorer & celebretur; sed tamen mox eò ascendam, vt Messias Dei filius, vt populum viam salutis doceam, itaque Dei gloriam, non meam quæram & propagem. Verùm hoc videtur coactius.

VERS. 9. VERS. 10.

HÆC CVM DIXISSET, IPSE MANSIT IN GALILEA. VT AVTEM ASCENDERVNT FRATRES EIVS, TVNC ET IPSE ASCENDIT AD DIEM FESTVM, NON MANIFESTE, SED QVASI IN OCCVLTQ] Tunc, post tres dies, sub medium festorum v. 14. cum furor Iudæorum initio festi ipsum expectantium exarscens, iam sensim per tot dies defuisset, vt notat Theophyl. & Euthymius, ac S. August. Verius videtur Christum paulò post cognatos ascendisse Hierosolymam, sed occultè, ita vt initio festi interfuerit, idque innuit hæc Lucas, de quo plura v. 14.

NON MANIFESTE, SED QVASI IN OCCVLTQ] Vnde videtur Christus non recto itinere per Samariam, sed transito Iordane per Peræam profectus iuxta Ierichuntem, dimissis populi turbis eum affectantibus, occultè cum paucis sibi charioribus perrexisse Hierosolymam. Id patet conferenti Matth. c. 19. v. 1. & 2. cum Luca c. 9. v. 51. & 53. & Marco c. 9. v. 29. & c. 10. v. 1.

VERS. 11.

IVDÆI ERGO QVÆREBANT EVM IN DIE FESTO, ET DICEBANT: VBI EST ILLE?] Festo, Scenopægiæ, siue Tabernaculorum, de quo v. 2. purâ primis festi diebus quærebant Iesum, vt caperent & occiderent. Nam, vt ait Chrylost. In die festo semper ad eadem ferebantur, & festis eum die-

bua

bus capere tentabant. Et Euthymius: Eulebra sanè illorum opera in diebus festis, cum illos cadis facerent occasionem, ut quibus debebant Christum querere ad fidem, ut in eum crederent, illis quærant eundem ad necem. Sic & hodie multi in festis, quibus Deo reconciliare se deberent, ipsam Deum maxime potando, scortando, rixando, ludendo & blasphemando offendunt: quare festum agunt non Deo, sed diabolo, qui proinde eis festa ignium pro meritis in gehenna rependit. Est hæc fraus & suggestio diaboli, ut festa profaner, ac cultum Deo in ijs debitum adimat, eumque in se transferat.

Vbi est ille? agytta, impostor, populi seductor? Ex nimio enim odio eum nominari appellare non patiebantur, ait S. Chrylost.

VERS. 12. ET MVRMYR MYLTVM (ita legendum cum Romanis, non multis, Arabicus, murmuratio multa; Euthym. turbatio & contradictio multa) ERAT IN TVRBA DE EO. QUIDAM ENIM DICEBANT: QVIA, BONVS EST. ALII AVTEM DICEBANT: NON; SED SEDYCI TVRBAS] ut se nouæ fictionis auctorem faciat, & seditionem, vel rebellionem concitet.

BONVS EST.] vir, imò doctor & Propheta. Hæc enim erat vox & sententia eorum, qui Iesum audierant docentem in Galilæa, ac viderant panes multiplicantem, agros sanantem, demones efficientem, &c. Contraria vox & sententia erat Scribarum & principum, ac turbæ illos sequentis.

VERS. 13. NEMO TAMEN PALAM LOQVEBATVR DE ILLO. PROPTER METVM IVDÆORVM] putà Scribarum, Phariseorum & pontificum, quibus Iesus velut vitorum censor erat inuisus. Hos enim passim Ioannes vocat Iudæos, non Scribas, non sacerdotem, tum vt dignitati, officio & auctoritati eorum non deroget: tum quia, vt ait Cyrillus, Indignum iudicauit homines ad eò pietate remotos sacerdotem, vel seniores, appellare. Nemo, intellige eorum qui pro Iesu stabant, ac dicebant. Bonus est, ait Euthym. Argute S. August. Seducit turbas, inquit, claris sanabant: Bonus est, presbiter susurrabant.

VERS. 14. IAM AVTEM DIE FESSTO MEDIANTE, ASCENDIT IESVS IN TEMPLVM, ET DOCEBAT] Syrus & Arabicus, cum autem dimidiati essent dies festi, id est, cum ageretur dies quartus, vel quintus festi. Tabernaculorum: hoc enim festum celebrabatur per octo dies. Græcè, τῆς ἑορτῆς πέρας, id est, cum iam media esset festiuitas.

ASCENDIT IESVS IN TEMPLVM] Censent S. August. Theophyl. Euthym. & alij, Christum eodem die ingressum esse Ierusalem & templum, scilicet die quarto festi: veniens enim in urbem, pietatis ergò solebat primo adire templum; quod Christi exemplum multi fideles sequuntur. Contrarium censet Toletus, Maldon. & alij, scilicet Christum paulò post cognatos ascendisse in urbem, ita vt interfuerit initio festi, sed non ascenderit in templum nisi die quarto festi. Id enim planè videtur exigere narratio Ioannis hoc versu cellata cum ver. 10. & quia Iesus quasi religionis doctor & exemplar, ad aliorum ædificationem voluit totam hæc festiuitatem celebrare. Hoc enim lege sancitum erat. Leuit. 23. 42. Habuistis, inquit, in umbraculis septem diebus: omnis qui de genere est Israel, manebit in tabernaculo. Adde:

quisque sibi hæc tabernacula ante diem primum festi, vel in vrbe, vel extra urbem extruere debebat: quare idem fecisse Iesum est probabile, nisi dicas eum in tabernaculo amici, vel discipuli alicuius iam parato exceptum fuisse. Denique occultè hoc modo ad diem primum festi ascendens, nullum adibat periculum, nisi adiret templum: vnde illud non adijt nisi quarto die: primis enim tribus diebus delituit in tabernaculo.

Primò ergo, Christus ascendit in urbem ante diem primum festi, deinde die quarto festi ascendit in templum: ille ascensus occultus fuit, hic publicus; ille ad diem festum Tabernaculorum, qui celebrabatur non in templo, sed in umbraculis per urbem, vel extra urbem erectis; hic ad docendum in templo.

Quæres, cur Christus primo die ascendens in urbem, non etiam ascendit in templum? Respondet Primò, S. August. Leon. Chrysostr. Theophyl. Euthym. vt prius inflammata contra se Scribarum & pontificum in templo degentium ira & indignatio deferuisset.

Secundò, quòd antè latuerit, exempli fuit & infirmitatis humanæ, quòd postea prodierit, potestatis diuinæ, ait S. August. & ex eo Beda.

Tertiò, vt maius audiendi sui desiderium, per tot dierum moram & expectationem, auditoribus eum expectantibus iniiceret. Ita Theophylactus.

Quartò, vt liberiores haberet auditores, & ab alijs curis expeditos: hi enim primis diebus in tabernaculis adornandis, rebusque ad festum necessarijs comparandis occupabantur. Ita Theophylactus.

ET DOCEBAT] more suo ea quæ erant salutis, ducebantque ad regnum cælorum, idque publicè in templo coram Scribis & principibus, quibus erat inuisus. Vide hic & imitare Christi magnanimitatem, qua in medijs periculis sine metu periculi verlatur, suumque officium intrepidè obit, & docet. Est enim Scribarum contra eum ira per triduum dilata nonnihil deferuisset, tamen publico hoc docendi actu rursus facile accendi poterat. Sed Iesus magnanimè eam contempsit, tum quia ab ijs occidi erat paratus, tum quia sciebat quòd Deus diuertet eorum coram se cogitationes & consilia, ne in eum manus iniicerent, eò quòd necdum tempus moriendi ab eo præstitutum aduenisset. Quòd ergo per triduum latuit, per hoc voluit nos docere prudentiam, vt persecutorum rabiem ad tempus prudenter & silesiter declinemus: quòd verò quarto die in publicum prodians prædicauit, per hoc dedit nobis exemplum fortitudinis, vt officium nobis à Deo commissum strenuè obeamus, etiam cum periculo vitæ, Deo confidentes, quòd ipse vel nos ex illo eripiet, vel dabit vires & fortitudinem illud patiendi & superandi.

ET MIRABANTVR IVDÆI, DICENTES: QVOMODO HIC SCIT LITTERAS, CVM NON DIDICERIT?] Mirabantur, orationis & prudentiæ inauditam in eo vim videntes, ait Cyrill. Nam vt ait Theophyl. mirabilia dixit, per quæ illos cobruit, & mentem eorum in miraculum mutauit, vt furorem suum in amorem & admirationem Christi conuerterent. Audiebant enim, ait S. August. eum de lege disputantem, legis testimonia profertentem, illaque gratia

Tabernacula cuique iudæorum extruenda erant in festo Scenopetia.

Cur Christus ascendens Ierusalem, non ascendit in templum?

gratia & modo non humano, sed diuino explicantem. Nam vt addit August. multi nouerant vbi natus; quemadmodum fuerit educatus, numquam eum viderant litteras dicentem.

CVM NON DIDICERIT] Inde inferre debuissent Scribæ: Ergo Iesu scientia & sapientia tanta non est studio acquisita, sed à Deo infusa: sed odio cæci & stupidi in admiratione consistunt, nec ulterius ad vestigandam rem, quam admirantur, originem pergunt. Ita S. Chrysostr. Hæc enim de causâ Deus voluit Iesum non è scholis, sed ab arte fabrilis proficere in cathedram, vt omnes agnoscerent doctrinam non esse humanitus comparatam, sed diuinitus inspiratam.

VERS. 16. RESPONDIT EIS IESVS, ET DIXIT: MEA DOCTRINA NON EST MEA, SED EIVS, QVI MISIT ME] q. d. Doctrina mea, hoc est, dogmata mea, quæ ego doceo, non à me inuenta sunt, nec meo studio acquisita, nec à me primò & originaliter profecta, sed à Deo Patre. q. d. Deus Pater mihi quæ Deus suum, suam omniscientiam communicauit: quæ homo verò, suam scientiam beatificam & infusam rerum omnium mihi indidit, iuxta illud Isaia 1. v. 2. Requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis. Ita S. Chryst. Leontius, Euthym. & alij qui & annotant Christum hoc ipso innuere se esse Deum. q. d. Ego à Patre cum essentia diuina hauli meam omniscientiam & doctrinam. Audi S. August. tract. 29. Quæ est doctrina Patris nisi Verbum Patris? Ipse ergo Christus doctrina Patris, si verbum Patris. Sed quia Verbum non potest esse nullius, sed alicuius, & suam doctrinam dixit se ipsum, & non suam, quia Patris est verbum. Quid enim iam tuum quàm tu? Et quid iam non tuum quàm tu, si alicuius est, quod es.

SI QVIS VOLVERIT VOLVNTATEM EIVS (Arabicus, placita eius) FACERE, COGNOSCEB DE DOCTRINA, VTRVM EX DEO SIT, AN EGO EX MEIPSO LOQVAR] Syrus, ex voluntate anime meæ, hoc est, à me inuentum & confictum, ideoque à Dei voluntate dissonum, & diuersum vel aduersum. q. d. ait Chrysostr. Si quis sit amator virtutis, verborum meorum vim intellet, quòd ex Deo manet. A Deo enim manat omnis virtus, cuius ego sum doctor & concionator assiduus. Qui ergo Dei de virtute mandata amat & obseruat, ille pariter me meaque dicta amabit & obseruabit, quia ego non alia dico & doceo, quàm quæ Deo sunt placita, ab eoque mandata. Tacitè innuit Iesus ipso amare vitia, nõ virtutes, ideoque Deo & sibi aduersari, ac doctrinæ virtusque reluctari. Amouere, ait Chrysostr. dubitationem hæc, & iram & inuidiam, & immane contra me odium, & nihil vos impedit, quin cognoscatis, Dei verè verba me esse. Nam hæc vobis & tenebras offundunt, & rectum verumque iudicium corrumpunt: quæ si rejiceretis, non in hac esset sententia.

VERS. 18. QVI A SEMETIPSO LOQVITVR, GLORIAM PROPRIAM QVERIT; QVI AVTEM QVERIT GLORIAM EIVS, QVI MISIT EVM, HIC VERAX EST, ET INIVSTITIA IN ILLO NON EST] Hinc à contrario inferit cum Cyrillo: Qui autem gloriam Dei non querit, sed suam, hic mendax simul & iniustissimus est, mendax quidem, quia simulatione legis seruandæ, suam voluntatem audiri proponit; iniustissimus verò, quia legislatoris dignitate neglectâ, Dominicus preceptis sua præferre audet.

A Est hæc secunda nota & ratio, quæ Christus probat se non loqui ex semetipso, & dogmata quæ tradidit, non esse sua & à se conficta, sed esse Patris. Estque talis Christi syllogismus in Baroco Christi Qui loquitur à semetipso, gloriam suam querit. Sed ego Iesus non quero gloriam meam, sed Patris, uti verbis & factis clamo.

Ergo non loquor à meipso, sed ex corde & ore Patris, cuius vnus gloriam quero, & propagare desidero.

Nam vt ait Caiet. gloria est præcipuum appetibile ex doctrinâ. Inde enim philosophi & hæretici suas scholas aperuerunt; in ijsque sua commenta docuerunt, vt discipulos post se traherent, qui magistrum suum glorificarent, ab eoque vocarentur Platonicus, Pythagorici, Epicurei, Aristotelici, Arriani, Nestoriani, &c. Appetitus enim gloriæ peperit hæreses & sectas tam philosophorum, quam hæreticorum.

IN IUSTITIA] Id est, fraus, dolus, deceptio, quia sincerè & veraciter docet ea quæ seit Deo placere, eiusque gloriam promouere, cum alij qui suam gloriam querunt, vt eam ab hominibus extorqueant, ijs adulentur, illosque decipiant, varijsque dolis & fraudibus illis illudant.

NONNE MOYSES DEDIT VOBIS LEGEM, ET NEMO EX VOBIS FACIT LEGEM? QVID ME QVERITIS INTERFICERE?] Primò, sensus est. q. d. Non mirum vos meam & Patris mei legem non admittere, eum Moysem, quem tantum facitis & mihi obijcitis, legem non seruetis. Nam vt alia omittam, multi è vobis, maxime Primores, me innocentem occidere volunt, quod diserte vetat Moses Exodi 23. v. 7. Ita S. August. Si legem facerent, inquit, in ea Christum agnoscerent, & præsentem non occiderent. Et Glossa: Gloriamini in lege, inquit, & contra legem, quæ vetat occidere, queritis me interficere. Sic & Chrysostr. Theophyl. Euthym.

Secundò, magis presè & conexè, æquè ac profundè Franc. Lucas sic exponit q. d. Vos, ô Scribæ & Iudæi, me accusatis & depositis ad mortem, quasi reum legis neglectæ, & quasi sabbatum violari, dum in eo paralyticum sanati: at vos pari modo legem eamde sabbati violatis, dum in eo circumciditis hominè: maius enim & prolixius opus est circumcidere, quàm verbo curare. Quare si ego violaui legem, vos multò magis eamde violastis, & si vos me iudicatis reum mortis, quòd legem sabbati transgressus sum in sanando, multò magis iudicare debetis vos esse reos mortis, eò quòd eamdem legem continuè transgrediamini circumcidendo: hoc enim opus meo longè est operosius, magisque carnale & sanguinolentum. Sic enim se mox explicat Christus 7. 21. & 22.

RESPONDIT TVRBA, ET DIXIT: DEMONIUM HABES, QVIS TE QVERIT INTERFICERE?] Demoniū habes, id est, deliras, insanis, uti faciunt epergumeni, & possessi agitati que à dæmone, perinde ac fecit Saul 1. Reg. 16. 23. Aut proprie, q. d. Dæmon te instigat ad hanc calumniam, qua nobis falsò impingis machinationem homicidij, quòd scilicet te velimus occidere; nil enim tale nobis in mentem venit.

Verba sunt turbæ è quibus alij bene sentiebant de Iesu, alij malè, ita tamen vt nolent eum occidere: sed idipsum volebant Scribæ & principes, eorumque affectu, qui turbæ plebis se miscbant: illos ergo hinc perstringit Christus; atque illorum occultam eadè suæ machinationem,

nem,quam ipsi celabant,propalat,vt sciant ipsum non latere eorum infidias, ideoque esse virum diuinum, imò Deum.

VERS.21. RESPONDIT IESVS, ET DIXIT EIS: VNVM OPVS FECI, ET OMNES MIRAMINI] Vnum opus feci, quòd scilicet paralyticum sanatum sabbato, iusserimque grabatum suum portare c. 19. Iesus conuictum conuictio non repulit, sed patientia dissimulauit, & modestè ac prudenter radicem conuictij euellit. Planè non turbatus, sed in veritate sua tranquillus, inquit August. non reddidit malum pro malo, nec maledictum pro maledicto: quibus si diceret. Demonium habetis vos, verum vique diceret; non enim talia illi dicerent veritati, nisi eos falsitas diaboli iritaret.

MIRAMINI] id est, mirantes indignamini, quasi contra legem id fecerim; S. Chrysost. perturbamini & tumultuamini; S. Cyrillus, damnatis; Euthymius, queritis me interficere. Est catachresis & metalepsis. Admiratio enim tanti sceleris, putà violati sabbati, vt ipsi putabant, pariebat in eis indignationem, indignatio tumultum, tumultus machinationem necis.

VERS.22. PROPTEREA MOYSES DEDIT VOBIS CIRCUMCISIONEM (NON QVIA EX MOYSE EST, SED EX PATRIBVS) ET IN SABBATO CIRCUMCIDITIS HOMINEM] Propterea, græcè, ἕνεκα τούτου, id est, propter hoc. Obscura est hoc loco hæc particula, & dubium quòd referatur. Primò, Theophyl. & Maldonat. referunt ad v. præced. sicque nectunt: Omnes miramini propter hoc, scilicet opus sanationis quod feci in sabbato. Sed repugnat dispositio codicum Græcorum & Latinorum, qui hæc propterea ponunt v.22. sequenti, nectuntque cum: τὸν Μωϋσες δedit.

Secundò, Euthymius & Iansenius censent τὸ propterea, hic non esse causale, sed illatiuum. q. d. Itaque vt non miremini, sed sciatis me rectè fecisse curando agrum in sabbato, aduertere quod subiungo de circumcisione, quæ fit in sabbato. Simili modo sumitur subinde τὸ propterea in Prophetis, vt Ierem. 30. 16. Et sic τὸ propterea respicitur quoque causale: nam innuit causam eius, cuius est illatiuum.

Tertiò, S. Cyrillus, Toletus, & Franc. Lucas. τὸ propterea. referunt ad id quod sequitur, Sed ex patribus, sicque verba ordinant. q. d. Atqui Moses dedit vobis circumcisionem, non propterea quòd illa ex Mose sit; sed propterea quòd sit ex patribus: voluit enim Moses præcepta & traditiones patrum studiosè conseruare, vt par erat: & tamen in sabbato ab eodem Mose sancito, circumciditis hominem.

Quartò, propriè & plenissimè τὸ propterea est causale, & idem quod propter hanc causam. q. d. Propterea, vel, vt græcè est, propter hoc, id est, propter admirationem vestram; quia scilicet vos opus curationis meæ in sabbato ita admiramini & indignamini, vt scilicet eam vobis eximam, & vos mirari desinat, subiungo argumentum ad id validum, petum ex circumcisione, quam vos ipsi facitis in sabbato ex decreto Moysi.

NON QVIA EX MOYSE EST, SED EX PATRIBVS] q. d. Non quòd Moyses sit circumcitionis institutor, sed patriarcha Abraham, qui illam à Deo acceptam tradidit Isaac, Iacob, Ioseph, ac hi posteris suis & Mose, vt ipse narrat, Gen. 17. Addit, hoc, vt doceat Iudæos non ad eò vni de-

bere incumbere Mose, vt eius vnus præcepta de sabbato seruent, ceterorum verò priorum & antiquiorum negligant; quin potius si illa Mose decretis aduerterentur, illis velut antiquiora præponi debeant, ita vt lex Moysi eis locum cedat. Sic enim lex circumcisionis data Abraham, elidebat legem sabbati datam Mose, vt si quis natus esset in sabbato deberet præcisè octauo die, id est sabbato sequenti, circumcidi, nec posset differri circumcisio in posterum diem. Si lex Mosei cedere debet legi Abraham, ergo multò magis eadem cedere debet legi Christi & Dei, quæ iubet vt agro valde afflicto profus si possis, etiam in sabbato, præsertim si id breuiter & verbo facere possis vt faciebat Christus.

ET IN SABBATO CIRCUMCIDITIS HOMINEM] Et, id est, idcirco, q. d. Quia lex circumcisionis fuit anterior, dataq; à Deo Abraham primo Hebræorum patri & patriarchæ, hinc præualet sabbato, quod posterius à Mose iussu Dei institutum est; idcirco si octauus à natiuitate pueri dies sit sabbatum, illo operose, magno apparatu & molimine circumciditis puerum, vt seruetur lex Dei data Abraham: Octauo die circumcidetur infantulus, Gen. 17. & Leuit. 12. 3.

SI CIRCUMCISIONEM ACCIPIT HOMO IN SABBATO, VT NON SOLVATVR LEX MOYSI, MIHI INDIGNAMINI QVIA TOTVM HOMINEM SANVM FECI IN SABBATO?] q. d. Si circumcisio, quæ ex genere suo videtur esse opus seruire, operosum & prolixum, æquè ac molestum & afflictiuum: vulnerat enim & mutilat infantem; licita est tamen, imò præcepta in sabbato; cur mihi pariter non liceat in sabbato hominem per 38. annos paralyticum, toto corpore agrum & afflictum, morbo & afflictionè tanta liberare, ac verbo sanitati restituere, idque ad Dei vnus laudem & gloriam? Lex enim eleemosynæ & beneficentiæ est iuris naturæ, cui omne ius humanum & diuinum, quale est sabbatum, cedere debet.

Nota τὸ totum hominem. Nam, vt notat Euthym. cum totum eius corpus paralyti dissolutum esset, totum reddidit sanum. Appositè Christus suam curationem comparat circumcisioni, quia sicut per hanc rescatur pars superflua præputij, sic per illam rescata fuit paralytis ægri, grassans per totum eius corpus; sed circumcisio fiebat cum dolore & vulnere, curatio Christi cum voluptate & sanitate integra: nam totum hominem, hoc est, corpus integrum & animam sanauit. Quare videtur Christus quoque ab anima huius ægri circumcidisse vitia & peccata, eumque iustificasse & sanctificasse, æquè ac alios à se sanatos, vt alibi dixi, perinde ac circumcisio circumcidendo carnem circumcidebat & animam; ab illaque rescabatur peccatum originale, illique indebat Dei gratiam & iustitiam.

NOLITE IUDICARE SECUNDVM FACIEM] (græcè κᾶτ' ὄψιν, id est, secundum visum, aspectum, speciem; Syrus, per acceptionem vultus, id est, personæ) SED IUSTVM IUDICIVM IUDICATE] Taxat Iudæos de vitio acceptionis personarum, quòd in eadem vel simili re Moysen, vel potius seipsum absoluant, Iesum verò accusent & damnent. q. d. Vos iudicatis secundum apparentiam & acceptionem personarum, ideoque iniquè & peruersè: quia me accusatis quasi violatorem sabbati, quòd agrum solo iussu poten-

potenti & diuino dumtaxat sanarim in sabbato, cum vos ex lege Moysi censetis licere sabbato circumcidere & vulnerare paruulum, ac circumcisi vulnus adhibitis emplastris sanare, sanguinemque restinguere: quod opus longè operosius, molestius & horribilius est. Causa est, quòd non iudicatis secundum rei operisque veritatem, sed secundum personarum dignitatem: me enim quasi vilem, pauperem & exolum contempnit & abicitis: vos verò cum Mose quasi principes & doctores exaltatis & laudatis. Nam reuera si secundum opus iudicaretis, deberetis me cum Mose & vobis abfoluere: aut si me damnatis, etiam Mosen & vos ipsos damnare: ego enim totum hominem sanauit sabbato, vos verò cum Mose in eodem paruulum circumcidendo, primò vulneratis, deinde sanatis: ac finis & scopus mihi tam pius est, quàm Mose & vobis, imò magis, quia non nisi ad Dei gloriam id feci, vt ostèderem me esse Messiam, ad salutem hominum à Deo missum; quare opus meum curationis fuit magis piū & diuinum, quàm sit opus vestrum circumcisionis. Ita S. Aug. Leontius, Cyrillus, & Chrysost. Multi putant Christum hic conferre se cum Mose, illique se anteferre; sed aptius dicas Christum hic non cum Mose, sed cum Iudæis, qui iuxta legem Moysi circumcidebant in sabbato, se comparare. Nam Moses expressè nusquam iussit circumcidi hominem in sabbato, sed Scribæ ex eo quòd Moses iusserat circumcidi infantem octauo die, inferebant, Ergo si dies octauus sit sabbatum, illo circumcidendus est, non die sequenti.

VERS.25. DICEBANT ERGO (QUI SCILICET CONVICTI ERANT HOC CHRISTI ARGUMENTO) QVIDAM EX HIEROSOLYMIS] Arabicus & Syrus, homines aliqui ex Ierusalalem in hac enim vrbe, vt pote metropoli Iudææ, in qua sola erat templum Dei, crebrò docebat Christus, multa que signa edebat, ob quæ Hierosolymita multi in eum erant propensi, sed ob metum principum, id palàm ostendere non audebant, ait Cyrillus, qui & causam adiecit: Reddè docentium quippe sermo tanquam ostium & porta quadam est ad Dei cognitionem & ad omnem virtutem.

NONNE HIC EST QVEM QVÆRVNT INTERFICERE?] Hi nouerant, ait August. quæ sententia Iesus quæretetur. Falsò ergo & fraudulenter alij dixerunt v. 20. Quis te querit interficere?

VERS.26. ET ECCE PALAM LOQUITVR, ET NIHIL EI DICVNT (NONNUS, QVID SIBI HOC TANTVM OMNIVM SILENTIUM?) NVM QVID VERE COGNOVERVNT PRINCIPES (SYRUS, SENIORES POPVLI) QVIA HIC EST CHRISTVS?] Id ipsum sanè cognoscebant, vel facillè cognoscere poterant & debebant, sed superbià & odio excæcati noluerunt eum vt Christum admittere, sed ad necem persecuti sunt. Non ergo ex amore Iesu, vt putabant hi Hierosolymita, illi pepercerunt, sed quia Iesus diuinà suà virtute cohibebat eorum mentem & manum, ne in se insisterent, quòd Hierosolymita ignorabant.

VERS.27. SED HVC SCIMVS VNDE SIT: CHRISTVS AUTEM CVM VENERIT, NEMO SCIT VNDE SIT] q. d. Nouimus Iesu parentes esse Ioseph & Mariam, cap. 6. 42. at Christus cum venerit, nemo scit, id est sciet, unde, id est, quibus parentibus sit ortus: nam Cornel. in Ioannem.

alioqui in genere Christum ex Bethleem, & semine David natiuitum confitentur ipsimet, v. 42. Nota, hæc esse verba vulgi imperiti, quod putabat quando Christus veniret, neminem cogniturum eius parentes proximos, sed eum repente ignotis progenitoribus mundo appariturum. Quare natum in Bethleem ibidem occultè latiturum; vel transferendum in longinquas regiones; ibique alendum vsque ad virilem ætatem, ac tum inproposito in Iudæa appariturum. Alij alias de Christo fabellas confinxere. Ad quas inducitur fuere. Primò, verbis Isaie c. 53. 8. Generationem eius quis enarrabit: Secundò, ex Melchisedec, qui dicitur fuisse ἀπαύτως ἢ ἀμήτωρ, id est, carens patre & matre, Hebr. 7. v. 3. Hic enim fuit typus Christi: Tertiò, ex illo Michæ c. 5. 2. Egredietur ei de domo Bethleem, qui regnabit super Israel, & ex illo Davidis, Ex utero ante Insuper genitum te. Quæ omnia intelligenda sunt, non de humana, sed de diuina Christi natura, quæ Iudæi in Christo negabant: putabant enim ipsam merum fore hominem: quare censabant eum ab æterno fuisse in Bethleem genitum, inde fuisse occultatum, donec suo tempore Iudæis expectantibus sese conspicuè exhiberet, quæ de causa Christus in seq. ad hominem responderet, docetq; suam originem humanam ab eis sciri, sed non diuinam, vt Prophetæ prædixerant. Ita Toletus, Iansenius, Franc. Lucas & alij.

CLAMABAT ERGO IESVS IN TEMPLO DOCENS, ET DICENS: ET ME SCITIS, ET VNDE SIM SCITIS: ET A MEIPSO NON VENI, SED EST VERVS, QVI MISIT ME, QVEM VOS NESCITIS] Est concessio. Loquitur enim Christus concedendo, dandoque Iudæis id quod dixerant: Hunc scimus unde sit, q. d. Cōcedo & do vobis quod dicitis, vos nosse meā profapiam & parentes, etsi in rei veritate fallamini, nec eos noscatis: nam Iudæi non nouerant Christi diuinitatem, ignorabant etiam Christi generationem humanam, quia putabant eum esse filium Ioseph. Aliter S. Chrysost. Theophyl. Euthym. & Maldon. q. d. Me scitis, id est, me scire & nosse potestis ac debetis, scilicet me esse Messiam Dei filium. Id enim vobis ex Prophetis probaui, & per miracula mea confirmaui.

CLAMABAT] tum vt ostendat se nosse tacitas Hierosolymitanorum futurationes, dicentium. Hunc scimus unde sit: Christus autem cum venerit, nemo scit unde sit. Quæ secretè loquebantur, ait Chrysost. in medium adducit, aperit eos confundens; tum vt suo clamore prædicationi suæ, quæ erat de re maximi momenti, attentionem conciliet, & pondus addat.

A MEIPSO NON VENI] sed missus à Patre unde subdit: Sed est verus, id est verax & fidelis Deus Pater, qui promissa sua Abraham & Davidi facta, de mittendo Messia ad hominum salutem, in me veraciter & fideliter adimpleuit: quem vos nescitis esse meum Patrem, ac me misisse, vt sequitur, ad mundi redemptionem. Aut nescitis, hoc est, ei non obeditis, eum non amatis, nec colitis, perinde ac si eum nesciretis, & non cognosceretis, ita Theophyl.

EGO (SYRUS, EGO VERD,) SCIO EVM, QVIA AB IPSE SVM, ET IPSE ME MISIT] Ab ipso sum, natus, ait S. Augustinus, per diuinam & æternam generationem, vt pote eius filius proprius & naturalis: H h

Falsà quoddam opinionis plebis imperia de Messia.

VERS.28.

VERS.29.

ruralis: & ipse me misit in mundum per incarnationem. Vide, ait Theophyl. duas hoc loco in Christo naturas manifestari per hoc enim quod ait, Ab ipso sum, substantia diuina declaratur; cum vero ait, Et ille me misit, humana.

Confutat ergo hic Christus Hierosolymitas excusantes, quod in ipsum non crederent, eo quod nosset eius parentes, cum Christi parentes nemo sit cogniturus. Ostendit enim eos nec generationem suam diuinam & Patrem aeternum, nec humanam nosse, quod videlicet non ex Ioseph, sed ex Spiritu sancto in Virgine sit formatus & incarnatus. Quare hoc non obflare, quo minus in eum ut Messiam, cuius ignota sit prolapia, credere debeant.

VERS. 30. QUEREBANT ERGO EVM APPREHENDERE: EN NEMO MISIT IN ILLVM MANVS: QVIA NEQVDM VENERAT HORA. EIVS] Querebant, Quinam? ininterrogat Chryl. ac respondet: Non multitudo, qua non asseclabat principatum, neque capiebant inuidiam, sed sacerdotes. Hi enim inuidebant Iesu, quod a populo sibi praeferretur, habereurque Messias: quare eum e medio tollere cogitauerunt.

QVIA NONDV M VENERAT HORA. EIVS] qua teneri ac pari decreuerat, ait Theophyl. quando enim rempessimum existimauit quod pareretur, tunc & crucifixoribus se permisit. Vnde nomen hora, ostendit euidenter prudentiam & sapientiam Saluatoris: quod scilicet non nisi hora, id est, tempore oportuno & commodo a se destinato, pari morique voluerit. Passio enim hac Christo fuit voluntaria & libera, non inuita vel coacta, idque significat hora eius, id est ab eo electa, & morti suae destinata. Hora vocatur tempus rei conueniens & congruum, ait Cyrillus, qui in exemplari Romano manuscripto fuisse hic agit contra Ethnicos: illos, qui censent horas alias esse faustas hominibus, alias infestas. Docet enim horas, aequae ac homines, a Deo creatas, illius prouidentiae subijci, & ab ea gubernari.

Hic finitur s. Cyrilli commentarius.

Hic incipitur & sistit Commentarius eruditus S. Cyrilli in Ioannem in fine libri quarti eiusdem: nam quatuor libri sequentes, scilicet quintus, sextus septimus & octauus, iniuria temporum intercederunt: quare suppleuit eos Iudocus Clitoveus nuper Doctor Paris. Ego vero germanos Cyrilli libros duos sequentes, scilicet quintum & sextum manuscriptos Romae inueni: quare illos deinceps citabo, uti dixi in proemio.

VERS. 31. DE TVRBA AVTEM MVLTII CREDIDERVNT IN EVM, ET DICEBANT: CHRISTVS, CVM VENERIT, NVMQVID PLVRA SIGNA FACIET, QVAM QVAE HIC FACIT?] De turba, quia populus erat simplicior, candidior, humilior, & audior salutis suae, quam sacerdotes & principes, qui auctoritati suae & lucris metuentes, oderant Iesum, qui a populo summus habebatur doctor & Propheta, imo Messias: quare Scribae & sacerdotes praestitit Christum parui se habent & negligebantur a populo, quod eos valde pungebat, & in Christi odium incitabat.

CHRISTVS CVM VENERIT] q. d. Si adhuc Christus venturus esset, numquid plura miracula esset factururus, quam Iesus faciat? utique non: cur ergo eum praesentem non accipiamus pro Christo? cur alium incertum expectemus? Prudentis enim est acceptare certum pro incerto, ac

praesens pro futuro. Viderat enim turba, & audierat plurima a Christo parata esse miracula, quae subicit Ioannes, quia ab alijs tribus Euangelistis fuisse iam narrata fuerunt. Ita Chryl. & Cyrillus, quem ex Romano codice manuscripto audi: Turba in dicendis coniecturis optime se gerebat, gestarum rerum praesentia, suis quasi pedibus ad debitam credulitatem deducta, solam principum doctrinam circa Christum exspectans. Et inferius: Sed capite euasit in laudam, ut scriptum est. Nam qui praestitit, subiequitur, & cum Pharisaeorum improbitate consentiens in Christum effrenatus imperum facit.

AVDIERVNT PHARISAEI TVRBAM MVRMVRANTEM DE ILLO HAC: ET MISERVNT PRINCIPES, ET PHARISAEI MINISTROS, VTI APPREHENDERENT EVM] Tamquam populum commouentem ad seditionem, ait Euthymus; sed reuera ex inuidia, qua Iesu inuidebant sequelam & plausum populi.

PHARISAEI] Graeca & Syrus addunt, Et principes sacerdotum. Pharisaei enim erant e concilio & magistratu, illique apud pontifices Iesum accusarunt, eosque in suam sententiam occidendi Iesum pertraxerunt.

DIXIT ERGO EIS IESVS: ADHVC MODICVM TEMPVS, VOBISCV M SVM: ET VADO AD EVM QVI ME MISIT.] Dixit eis, scilicet ministris principum missis ad se comprehendendum, ut eos alluxeret, ait Chryl. ostendendo se aduentus eorum causam intelligere: utique illi ad dominos suos hac referrent. Adhuc modicum tempus, q. d. Non diu vestris heuris molestus ero, quia molestus mihi sunt cum humilitatis more, auferiam ab impijs, ait Cyrillus. Ergo adhuc sex menses apud vos vitam, praedicabo & docebo, scilicet a festo Tabernaculorum, quod celebrabatur in Septembri, usque ad Palcha, tunc enim mihi erit hora & tempus moriendi pro salute mundi, a Patre decretum. Quare frustra conamini nunc me capere & occidere: nil enim efficere poteritis Deo inuito: ergo frustra laboratis, & contra stimulum calcitratis. Ostendit hic Christus suam magnanimitatem, aequae ac prouidentiam & potentiam diuinam, qua principum contra se molimina deridet, & velut telas aranearum diffilat.

VADO] Id est, breui vadam per mortem ad Patrem, qui me misit, Dicendo vado, ait ex Chryl. Theophyl. significat mortem suam, eamque voluntariam: quare in vanum principes conari illi vim inferre, eumque violenter capere. Nam vado idem est quod sponte ideo, meq; vobis ad vincula, verbera & mortem offeram.

AD EVM QVI MISIT ME] Hac particula significat Christus Primò, se libenter abiturum ad mortem, utpote per eam iturum ad Patrem, Secundò, persecutiones principum nihil illi nocituras, sed profuturas, quia e terra eum transmittent in caelum. ita Chryl. & Euthymus, Tertio, principes terret, quod iturus ad Patrem, illorum contra se odia sit Patri relaturus, & vindictam postulaturus. Ita quoque Chryl. & Cyrillus in manuscripto, quem audi: Frustra in me impietatis gladium exacustis, cohibete inuidenti e re lum, quod ad nihilum recidet, morti vitam non subijcietis, &c. resurgam ad eum, qui misit me, ascendam in caelum, vestra nequitiie accusationem apud angelos & homines pro me ferens. Hi enim redemptum admirabuntur.

VERS. 32.

VERS. 33.

zur, illi procedentes obuiam interrogabunt; Quid sunt plaga istae in medio manuum tuarum? Ego vero respondebo: His plagatus sum in domo dilecti mei, Zachar. 13. 6.

VERS. 34. QUARETIS ME, ET (id est sed) NON INVENIETIS: ET VBI EGO SVM, VOS NON POTESTIS VENIRE] Quaretis me, id est quaretis alium Messiam, quem loco Christi habeatis, sed non inuenietis, quia nullus alius est Christus, nisi ego. ita Toleus. Sed hoc obcurius est & remotius. Planius ergo & simplicius, q. d. Quando post mortem audietis me resurrexisse, ac per discipulos patriare miracula, quaretis me ut iterum capiatis & occidatis, ut scilicet plane meum nomen, famam, religionem extirpetis & aboleatis: sed non inuenietis, quia ego rediturus e terra in caelum gloriosè concendans: ac licet Apostolos meos neceris; alios tamen substituas, qui vobis inuitis meam doctrinam, & Ecclesiam propagent per vniuersum mundum. ita Rupertus.

Tertio, Iansenius & alij, q. d. Post mortem meam & ascensum in caelum, praedicante Petro & Apostolis in Pentecoste, multi ex vobis, quod me tot bonorum datorem spreuerint, poenitentes & compuncti, ad me conuertentur, tuncque quarent & desiderabunt me videre & audire, quae iam praesentem spernunt: sed non inuenient, quia in caelum cõscendam. Sic & Cyrillus, qui & moraliter docet, bonum cum praesens est amplectendum esse, nec, si elabatur, frustra illud requiramus. Nam fronte capillas a est, a ergo occasio calua, ut apprehendi nequeat.

Tropologicè, mirare & imitare Christi hic in respondendo acquanimitatem, aequae ac constantiam. Oportet enim, ait Cyrillus, mentem Deo additam, omnes irae & passionum velut vandarum impetus vitare & mansuetis cogitationibus, velut serenis zephyris delectari. Plurimum autem sat age, ut cum longanimitate verseris, & videaris omnibus patienter aduersa tolerare: ac mentem quidem prorsus benignam habeas, verba vero vel ad inimicos, non indecora facias.

VERS. 35. DIXERVNT ERGO IVDÆI AD SEMETIPROS: QVO HIC ITVRVS EST, QVIA NON INVENIEMVS EVM? NVMQVID IN DISPERSIONEM GENTIUM ITVRVS EST, ET DOCTVRVS GENTES?]

VERS. 36. QVIS EST HIC SERMO, QVEM DIXIT? QUARETIS ME, ET NON INVENIETIS: ET VBI SVM EGO, VOS NON POTESTIS VENIRE?] In dispersionem gentium; Syrus, ad regiones populorum, hoc est, ad gentes & populos toto orbe dispersos, inde epistola, quas ad eos scripsit S. Petrus, Iacobus, Ioannes & Iudas, dicte sunt Catholicae, id est vniuersales, & encyclicae, id est circulares, quia scriptae ad fideles per totum orbem sparsos. Iudaei vero Gentes suggillando, vocabant dispersos, quasi toto orbe vagos, ait Chryl. cum ipsi in Iudaea collecti & adunati viderent. Rursum quasi in varios errores, superstitiones & cultus dispersos, cum ipsi in vnus veri Dei orthodoxa fide & religione adunati conspirarent, ac vnanimis soli Deo seruirent.

Iudaei hic mentem Christi non assequuntur, quia in caelum ipsum iturum non credebant: verum tamen dicunt: nam Iudaeis fidem Christi traduxerunt ad Gentes, ut Iudaeis exprobrat Paulus Act. 13. 46.

VERS. 37. IN NOVISSIMO AVTEM DIE MAGNO FESTI-CORNEL. in Ioannem.

VITATIS STABAT IESVS, ET CLAMABAT, DICENS: SI QVIS SITIT, VENIAT AD ME ET BIBAT] In nouissimo; Syrus, in die autem magno, qui erat ultimus festi, puta in Octaua festi Tabernaculorum: hoc enim festum celebrabatur per octo dies, ac dies octauus tam magnus & celebris erat, quam primus, atque vocabatur dies coetus siue collectae, quo scilicet totus populus collectus replum adibat, gratias agens Deo, & ique se commendans, inde domum remeabat. Vnde dicta Leuit. 23. v. 36. Voluit ergo Christus ultimo hoc festi die, toti populo abeunti sui desiderium, ac de sua religione scrupulum, imò ingentem aculeum injicere. Idem faciat concionator, ut in fine concionis aculeum menti abeuntium infigat, qui deinde assidue eos pungat & stimulet ad vitam in melius commutandam. Ita Chryl. Quoniam domum erant abituri, inquit, praeber eis ad salutem viaticum.

Symbolicè, festum Scenopegiae erat plenum voluptate & gaudio, ideoque erat typus resurrectionis & gaudij Beatorum, ad quod se ire paulò antè dixerat Christus, atque hic se lumen eò ducens esse dicit. Ita Cyrillus.

SI QVIS SITIT] suam salutem, felicitatem, beatam aeternitatem: haec enim summe cuilibet fructuosa & desideranda est, tamquam summum & vltimum hominis bonum, ipsaque beatitudo: hic veniat ad me, id est, in me credat, uti Christus explicat v. seq. & bibat, id est, hauriat a me Euangelicam doctrinam, gratiam & spiritum, ipsumque Spiritum sanctum, cum omnibus suis donis & virtutibus, qui eum deducat ad gloriam caelestè, ubi omnis eius sitis, omne desiderium, omnis cupiditas satiabitur & explebitur. Hic ergo aquis ego potabo eum, satiabo & inebriabo. Alludit ad Ilaia 55. 1. Omnes sitientes venite ad aquas, &c. Vide ibi dicta.

QVI CREDIT IN ME (sicut oportet, scilicet fide charitate formata, siue qui credit, ut simul mihi meisque mandatis obediat) SICVT DICIT SCRIPTVRA] Haec verba Chryl. cum suis refert ad id quod praecessit: Qui credit in me. Omnes enim Prophetae de Christo prophetant, illique credi & obediri iubent. Melius alij passim referunt ad id quod sequitur: Flumina de ventre eius fluent aqua & vinum. Sed vbi id dicit Scriptura? Primò, Rupertus, & S. Thom. hic, ac S. Hieron. praefat. in Gen. id scriptum putant Prouerb. 5. 16. Deriventur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide, iuxta sensum mysticè: nam illius loci alius est sensus literalis, ut ibi dixi. Secundò, Franc. Lucas id dictum putat Ilaia 58. 1. Et eris quasi hortus irriguus, & sicut fons aquarum, cuius non deficiet aqua. Tertio, plenissimè, alij censent id scriptum non in vno loco, sed in multis, idque omnino non quoad verba, sed quoad rem & sensum. Passim enim Prophetae praedicunt vbertatem spiritus & donorum spiritualium, instar fluminum dandam a Christo, ut Ioel cap. 2. 28. Effundam, ait spiritum meum (quali flumen, imò flumina) super omnem carnem, & prophetabunt filij vestri. Et Ilaias c. 41. 18. Aperiam in supinis collibus flumina, & in medio camporum fontes: ponam desertum in stagna aquarum, & terram inuiam in riuos aquarum. Etc. 44. 3. Effundam enim aquas super sitientem, & fluentia super aridam: effundam spiritum meum super seminum, & benedictionem meam super stirpem tuam. Similia

Festum Scenopegiae, ty-pus resurrectionis & gaudij Beatorum.

VERS. 38.

illa sunt c. 5. 1. & Ezech. 36. 25. & Eccl. 24. 40. Ego sapientia, inquit, effudi flumina: Ego quasi rames aqua immensa de flumine, ego quasi flumini dioryx, & sicut aqua educus exiit de paradiso. Et Cantic. 4. 15. Fons horiorum, ait, puteus aquarum viventium, quae fluunt imperu de Libano.

Flumina a qua vivit quamvis

FLUMINA DE VENTRE EIVS FLVENT AQVÆ VIVÆ] flumina, ait, non flumen, inquit S. Ambros. & Theophyl. ut denotet maximam copiam & abundantiam, æquè ac vim, efficaciam & impetum spiritualium gratiarum & operationum putà flumina charitatis, flumina virginitatis & virginum, flumina martyriorum & Martyrum, flumina sapientiae, flumina eloquentiae Christianae. Ita S. Chrysof. Flumina dicit, inquit, ut abundantiam & copiam gratiae significet. Sic & Rupert. Theophyl. & alij, & S. Gregor. homil. 10. in Ezech. Quia, inquit, de mente fidelium sanctae praedicationes defluunt, quasi de ventre credentium aquae vitae flumina decurrunt. Ventris autem viscera quae sunt animi, nisi mentis interna, id est recta intentio, sanctum desiderium, humilis ad Deum, pia ad proximum voluntas?

Rursus S. Chrysof. Considera Petri linguam, & Pauli imperum, & Stephani sapientiam, quos dicentes nihil effugit, sed omnes sequuntur à fluminibus quibusdam impetu ruentibus rapti, ut factum est in Pentecoste, cum Petrus flumina spiritus sui eructas, vna concione tria, & altera quinque millia Iudeorum ad Christum conuertit, Actor. 2. Hinc S. Hieron. epist. 61. ad Pammach. Paulus, ait, vas electionis, tuba Evangelij, rugitus leonis nostri, flumina eloquentiae Christianae, &c. quem quotiescumque lego, videor mihi non verba, sed audire tonitrua. S. Chryl. hom. 4. de laudib. S. Pauli: Paulus, inquit, est calum solem habens insititiae, ipse mare sapientiae purissimum & profundissimum.

Christus fons aqua vivit

Nota. Christus est fons aquae vitae, id est gratia vitalis & vivificans, iuxta illud psalm. 35. v. 10. Quoniam apud te est fons vitae. Ex hoc fonte si bibamus, id est, si Christo credamus & obediamus, fiet in nobis fons aquae salientis in vitam aeternam, ut Christus promisit Samaritanæ c. 4. 14. Fons hic est Spiritus sanctus, siue eius gratia abundans & copiosa: ab hoc fonte in anima habitante, plurima & perfectissima spiritualia dona & virtutes, quasi riuus & flumina multa in ipsam animam & corpus, eiusque potentias, actus & operationes, imò & ad proximos manant & profluunt: Spiritus enim gratia, ait Chrysof. cum menti illapsa est, eamq; irrigavit, omni fonte uberius scaturit, nunquam deficit, nunquam vacuatur, nunquam flat. Simul irrigatur & indeficientem copiam, incredibilem operationem, & fontem & fluvium appellat.

Riuulus Spiritus sancti est fides, ait S. Gregor. riuulus est spes, riuulus est charitas, &c. Id ita esse patet, quia sic explicat Ioannes dum subdit: Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum.

DE VENTRE EIVS] Ventrem per catachresim vocat interiora animae. De ventre ergo, hoc est de corde & mente, quae quasi venter est animae. Ita S. Chrysof. Leon. Theophyl. Euthym. Audi S. August. Venter interioris hominis est conscientia cordis, quae isto liquore purgata fontem habebit, & ipsa fons erit: est autem fons & fluvius manas, benevolentia, quae vult consulere proximo, & ideo non siccatur, quia manat.

FLVENT] copiosè per actus virtutum, per gratiae effectus, per operationes & impulsus Spiritus sancti, quibus non tantum, sed & alios ducant in caelum. Huius enim fluminis spiritualis fons, id est, scaturigo & origo est in caelo, quare vi sua eò refilit vnde exiit, ac homines spirituales eodè resultu suo reducit, iuxta illud c. 4. 14. Fiet in eo fons aquae salientis in vitam aeternam.

AQVÆ VIVÆ] Refer cum Syro ad flumina, q. d. Flumina non aquae stantis & stagnantis, quae videtur mortua, sed fluentis & exillientis, quae videtur viva fluent de ventre eius. Fluunt, inquit, flumina, id est, abundantia aquae vitae, id est Primò, charitatis, ait S. August. Secundò, laetitiae spiritualis, iuxta illud psalm. 45. Fluminis impetum laetitiae civitatis Dei, ait S. Basilius in pl. 45. Tertio, doctrinæ Evangelicæ, ait S. Ambros. Quarto, felicitatis & gloriae caelestis: hanc enim Ioannes comparat fluvio aquae vitae splendido tamquam crystallo, procedenti de sede Dei & Agni, Apocal. 22. v. 1. Vide ibi dicta. Quintò, & plenissimè, aquae vitae, id est omnis gratiae & gloriae, omnium charismatum & virtutum, omnium donorum Spiritus sancti. Ita S. Chryl. S. Cyrill. Origen. Lont. & alij, idque patet ex seq.

Aqua viva quinquplex.

Prima. Secunda.

Tertia. Quarta.

Quinta.

HOC AUTEM DIXIT DE SPIRITU, QVEM ACCEPTURI ERANT CREDENTES IN EVM: NONDVM ENIM ERAT SPIRITVS DATVS, QVIA IESVS NONDVM ERAT GLORIFICATVS] Accipitur post mortem suam merito eiusdem in Pentecoste: licet enim ante illam Apostoli, alijque Sancti recepissent Spiritum sanctum, tamen non in illa fluiali copia & abundantia, quae in illos effusa fuit in Pentecoste: vnde ipsi mox, quasi effluentia flumina uniuersum mundum aridum, fluentis suae praedicationis & virtutis irrigarunt, bonis operibus fecundarunt, amore Dei inebriarunt, virtutibus omnibus inundarunt, per aquam viuam suae gratiae vitae & doctrinae Christianae.

VERS. 39.

NONDVM ENIM ERAT SPIRITVS] Sanctus, ut addunt Graeci] DATVS] in tanta copia & effusione, quanta in Pentecoste] QVIA IESVS NONDVM ERAT GLORIFICATVS] quia nondum à morte resurgens, & in caelum conscendens, sedebat in gloria ad dexteram Dei Patris; rò enim dat causam cur dixerit, accepturi in futuro, non accepturi, in praeterito.

Cur Spiritus sanctus datus post mortem Christi causa Prima.

Quæres, cur ante ascensionem Christi Spiritus sanctus non fuit datus visibiliter & copiosè, ut post eam in Pentecoste, ut hæc donatio & effusio Spiritus sancti cognosceretur esse fructus passionis Christi, eiusque ascensionis siue triumphus. Solent enim reges, cum regnum ineunt, vel triumphum de victis hostibus agunt, aurum & argentum copiosè in populum spargere, publicæ laetitiae & gratulationis causa. Sic Christus regnum caeleste iniens, ibique copiam gratiarum effudit, iuxta illud: Dextra igitur Dei exaltatus, & promissione Spiritus sancti accepta à Patre, effudit hunc quem vos videtis & audistis, Actor. 2. 33. Vide ibi dicta. vnde verè S. Leo loco citato: Domini ascensio, inquit, danda Spiritus fuit ratio, q. d. Ideò Christus ascendit in caelum, ut inde mitteret Spiritum sanctum.

Secunda.

Secunda causa est, quòd missio & effusio Spiritus sancti in Pentecoste fuerit glorificatio Christi

si: Spiritus sanctus enim per tot tantaque dona gloriam Christi, à quo mirebatur mirè illustravit, dum per illa, tam mirè per Apostolos operatus est, imò totum orbem ad Christum conuertit, ut fideles vbique terrarum Christum colant & adorent.

Tertia

Tertia, quia discipuli ante ascensionem Christi non erant capaces tam spiritualis doni: nimis carnaliter enim sentiebant de Christo, cum eoq; agebant, ita Iansen.

Quarta

Quartam dat S. Aug. tract. 32. Noluit Dominus, inquit, dare Spiritum sanctum, nisi post resurrectionem, ut in resurrectione charitas nostra flagret, & ab amore saculi separetur, ut tota currat in eum. Audi S. Cyrill. Tunc Christus renouat e nature principium exitiit, cum vincula mortis parripens iteru renouit. Et inferius: In Prophetis, ait, sunt diues quidam splendor sancti Spiritus, sicut, prae lucens, quae ad futurum notitiam eos deduceret: ac verò credentibus in Christum non solum sacula prae lucens Spiritus sancti, sed ipse inhabitauit Spiritus sanctus, quasi in templo suo.

Tunc ergo flumina gratiarum in fideles non paucos, sed plurimos è caelo fluxerunt, imò pluerunt. Inde enim manarunt tot millia Martyrum, pro fide Christi eculeos, ignes, leones generosè superantium; tot chori virginum pro virginitate Christi & sua vique ad mortem inuicè decertantium; tot examina monachorum & Anachoretarum, qui in caenobijs & desertis, à mundo separati Deo vixerunt, quasi homines caelestes, & angeli terrestres: tot ordines Pontificum & Praesulum, qui sanctissimè Ecclesias sibi commissas gubernarunt, & ad omnem sanctitatem efformarunt; tot centuriæ Doctorum, praedicatoru, Confessorum, qui flumina suæ doctrinae & pietatis per doctrinam & concionem, perque librorum volumina quaquaersum sparserunt, totumque orbem Dei cognitione illustrarunt, cuiusque amore succenderunt: de quibus prouide ait Eccles. cap. 39. 9. Ipse tanquam imbres mittet eloquia sapientiae suae; tot denique myriades fidelium tam virorum quam mulierum, quae sobriè, iuste & piè viuentes in hoc saeculo, auidè expectarunt, & expectant, aduentum gloriae magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi. An non hæc ingens est & perennis Christi glorificatio?

VERS. 42.

NÓNNE SCRIPTVRA DICIT, QVIA EX SEMINE DAVID; ET DE BETHLEHEM CASTELLO, VBI ERAT DAVID, VENIT CHRISTVS?] q. d. De Bethlehem oppidulo Iudææ, vbi natus & educatus est David, nascetur Christus, quasi filius Davidis, uti praedixit Michæas c. 5. 2. Ergo Iesus nō est Christus, quia ipse est Galilæus, utpote conceptus, natus & educatus in Nazareth. Sed fallitur & errant: licet enim Christus conceptus & educatus esset in Nazareth, tamen natus erat in Bethlehem, ait Cyrillus, cumque ipsi tot portentosa & tam euidentia signa Messiae vidissent in Iesu, debebant de hoc vno, quod ipsi deesse putabant, certius inquirere, vel Iesum interrogare; quod si fecissent, intellexissent rei veritatem, nec patriam obstatè Iesu, quò minus ipse esset Christus, cognouissent: sed turbæ ex desidia, Scribæ ex inuidia, id inuestigare neglexerunt, ideoque vtrique sunt inexcusabiles.

VERS. 43.

DISSENSIO ITAQVE FACTA EST IN TVRBA PROPTER EVM.

VERS. 44.

QVIDAM AVTEM EX IPSIS VOLEBANT APPREHENDERE EVM; SED NEMO MISIT SVPER EVM MANVS] Dissensio; græcè, schisma, alijs Christum, quasi nouatorem accusantibus, alijs quasi Prophetam exultantibus & laudantibus, ac vnaquaque parte pro sua opinione rixante, ait Euthymius.

PREHENDERE EVM; SED NEMO MISIT SVPER EVM MANVS] Dissensio; græcè, schisma, alijs Christum, quasi nouatorem accusantibus, alijs quasi Prophetam exultantibus & laudantibus, ac vnaquaque parte pro sua opinione rixante, ait Euthymius.

IN TVRBA] Non in principibus: nam principes vnius sententiae fuerunt, ne susciperetur ipse ut Christus, ait Theophyl.

QVIDAM, praesertim ministri & satellites ad eum capiendum à principibus missi, VOLEBANT APPREHENDERE EVM, quasi auctorem schismatis, ne propter eum oriretur tumultus & seditio in populo: SED NEMO MISIT SVPER EVM MANVS] Christus enim sua facundia & vultus maiestate, sed multò magis suà occultà vi diuinà cohibuit eos, ne in se manus iniicerent: necdum enim hora patiendi ab eo electa aduenerat, ita Cyrillus.

VERS. 45.

VENERVNT ERGO MINISTRI AD PONTIFICES ET PHARISEOS (quasi ad heros à quibus missi erant) ET DIXERVNT EIS ILLI: QVARE NON ADDVXISTIS ILLVM?] Quod venerunt, ait S. Chrysof. longè maius fuit, quam si apud Christianam remansissent: sic enim liberati fuissent eorum molestias: nunc praecones sunt sapientiae Christi, & maiorem praeseferunt animam.

ILLVM] nouatorem, seductorem, falsum prophetam, ad quem capiendū vos misimus. Nominem enim proprio Iesu, eum vocare didignantur.

VERS. 46.

RESPONDERVNT MINISTRI: NVMQVAM SIC LOCVTVS EST HOMO, SICVT HIC HOMO] quia hic non est verus homo, ut ceteri, sed homo Deus, quare loquitur & docet non humana, sed diuina gratia, facundia, efficacia, maiestate. Vide hæc quanta fuerit vis dicendi in Christo I quantà auctoritas & dignitas: quæ ministros pontificum obstupescit, ut, licet vellent eum capere, tamen non possent, imò eum amare, reuereri & colere cogentur, idque ingenue & libere coram heris suis principibus, etiamsi Christo insensissimis, profiterentur. Atque ita principum improbitatem coarguit, ait Cyrill. ostendens quàm imbecillam temerariam sit contra Deum pugnare. Potuisset sanè, ait Chryl. se excusare propter turbam (dicendo, Non fuimus auli capere Iesum, ne turbam in eum pro pensam ad seditionem contra nos concitaretur) sed animi ostendunt rectitudinem, &c. Neque tam se illi admirari, quàm qui se miserant ad eum ligandum, quæ audire debuissent, accusare visi sunt. q. d. Cur nos misistis ad talem tantumque veritatis doctorem capiendū? Ab eo enim vi sermonis capti sumus; & si vos ipsum audiretis, eadem caperemini. Quare, ut ait Theophyl. non curarunt iram Pharisaeorum neque quia ut serui missi fuerant, quæ placita erant principibus dixerunt, sed testabamur veritati. Tanca est efficacia veritatis. Verè sapiens: Quis, inquit, cogitatus cogere? Vis veritatis.

Quare verisimile est multos ex his suauitate & veracitate Christi allectos & delectatos, postea per Petrum & Apostolos in Pentecoste concionantes, perfectè ad Christum fuisse conuersos: Deus enim hoc praemium dedisse videtur eorū testimonio de Christo, tam sincero & magnanimo. Imò Glossa: Laudabiliter, inquit, seducti erant, qui dimisso malo infidelitatis transierunt ad fidem. Deniq; S. Cyrillus in Manus. existimat ministros hos ita Christū extulisse supra omnes homines, H h 3 ve

vt crederent vel suspicarentur eum esse Deum. q. d. Quomodo caperemus eum, qui tantum supra nos extollitur, quantum supra hominem Deus?

VERS. 47. RESPONDERUNT ERGO PHARISÆI (hostes Christi implacabiles, vt ait Nonnus) NUM QUID ET VOS SEDUCTI ESTIS] ab hoc plano & impostore? Audi Chryso. Cum compungi & mutare sententiam oportuisset, accusant eos, miris tamen, veriti, ne tandem deficerent. Sed interrogandum fuerat, quid admiratione dignum Iesus loqueretur? id certe cauerit, inuidiâ in Iesum excæcati, & in odio ipsius obstinati. Vrgit S. Cyrillus, quod & vos, q. d. Turbæ ab ipso seductæ parcerat quod in eum credat; sed vos qui nostri estis ministri, & in eadem nobiscum incredulitate contabuitis, quomodo ab eo tam cito seduci potuistis, vt in eum credatis?

VERS. 48. NUM QUID EX PRINCIPIBUS ALIQUIS CREDIT IN EVM, AUT EX PHARISÆIS? q. d. Principes & Pharisei, qui sunt prudentes & eruditi in lege, non credunt in Iesum: ergo ipse non est Christus. Est argumentum ab auctoritate, sed fallax & mendax; nam principes hi & Pharisei erant iurati Iesu hostes, quia ipse vitia eorum taxabat. Falluntur tamen: nam nonnulli principum priuatiu & occultè fauebant Iesu, in eumque credebant, inter quos fuit Nicodemus c. 3. v. 1. Sapienter S. August. Qui non nouerant legem, inquit, credebant in eum, qui miserat legem: eum verò condemnabant, qui legem docebat, vt illud impleretur: Ego veni vt non videntes videant, & videntes cæci fiant.

VERS. 49. SED TURBA HÆC, QUÆ NON NOUIT LEGEM, MALEDICTI SUNT] maledicta est: sed dicunt maledicti, in plurali, quia in turba erant multi. Est syllepsis. Alludunt ad Deut. 27. 26. Maledictus qui non permanet in sermonibus legis huius, nec eo opere proficit. q. d. Maledictus à Deo est, qui à Mose & lege transit ad Iesum, eiusque Euangelium, sitque apostata. Hac voce maledictionis Pharisei ministros, ceterosque perterrefacere conantur, & à fide amoreque Iesu abstrahere. Audi Theophyl. Maledictam turbam autem eò quod credidit, ipsi inuenerit maledictis digni, utpote increduli, & alijs incredulitatis auctores. Quocirca Rupertus hanc ipsorum maledictionem in ipsosmet retorquens: Profecto, inquit, turba illa veris contraxisset: Istud vanitatis concilium & ecclesia malignantium, que non facit legem, maledicti sunt. Nam, vt ait Cyrillus: Sapientes dum se vendunt, fami redduntur. Nam dum scire se legem profitentur, semetipsos incredulitatis accusant, & quæ ac ignorantia, quoddam Christum lege promissum & iam præsentem non agnoscant, ideoque maledicendi & exterminandi à Deo vt prædixit Moyses Deuter. 18. 19

VERS. 50. DIXIT NICODEMVS AD EOS, ILLE, QUI VENIT AD EVM NOCTE, QUI VNVS ERAT EX IPSIS:

VERS. 51. NUM QUID LEX NOSTRA IUDICAT HOMINEM, NISI PRVS AVDIERIT AB IP SO, ET COGNOVERIT QUID FACIAT? Lex nostra, id est, praxis legis nostræ, petita tum ex ipsa lege, tum potius ex ipso iure naturæ & gentium: lex Moisaica enim licet Deuter. 13. 14. iubeat examinari crimen rei, antequam damnetur, tamen expressè non iubet eum audiri, nec verat inauditum condemnari, si testibus, vel alijs argumentis reus esse conuincatur. Taxat Nicodemus collegas suos principes, quasi legis & iuris naturæ vio-

latores, sed tacite & modestè; veritus eorum iras, vnde suadet vt Iesum audiant & examinent, Nam vt ait S. Augustin. Credebat (sperabat) quia si tantummodo eum vellent patienter audire, forte similes fierent illis (ministri) qui misisti sunt tenere, & maluerunt credere. Porro Cyrillus asserit Nicodemum ex stimulo conscientia hæc dixisse. Sed noxiâ adhuc veracundia laborans, inquit, nec zelo loquendi libertatem admiscens, non sinit inhaerentem in se fidem nudam conspici, sed obscuro quodam pallio, simulatione se obtegens, adhuc aliquo modo latet Christi defensor, cum deceat credentes aperiam præ se ferre libertatem, ac sine metu & pudore clarè fidem veram profiteri, vt fecit Paulus dicens: Non erubescio Euangelium: virtus enim Dei est in salutem omni credenti, Rom. 1.

B HÆC CYRILLVS. RESPONDERUNT, ET DIXERVNT EI: NUM QUID ET TV GALILÆVS ES? SCRVTARE SCRIPTURAS, ET VIDE QVIA A GALILÆA PROPHETA NON SVRGIT] Galilæa, quæ dicitur in Galilæa, q. d. Numquid tu ob communem patriam cum Iesu Galilæo, eius patronus es, fautor & defensor?

SCRVTARE SCRIPTURAS] Contumeliosè, ait Chryso. tanquam in scio Script. respondent q. d. Acquiesce nobis & discite. Nam, vt ait Theophyl. Ignominia eum afflicentes quasi imperium, dicunt: Scrutare, hoc est vade, discite, quia ad hoc usque tempus non didicisti, quia à Galilæa propheta non surgit. Legit interpretes cum Nonno & Arabico (يزيقي), id est, surgit, iam legunt, يزقي, id est, surrexit. Hoc Phariseorum axioma Primò, falsum est: Debra enim prophetissa fuit Galilæa, putà ex tribu Nephthali vel Zabulon, Iudic. 4. v. 4. 5. 6. Sic & Anna prophetissa fuit Galilæa, utpote ex tribu Aser, Luca 2. 36. Sic Nahum propheta fuit Eleceus, id est, oriundus ex Elece vico Galilææ, ait S. Hieron. procemio in Nahum. Similiter in Samaria, quæ erat vicina Galilææ, ac in toto regno Israël, cuius præcipua pars erat Galilæa, sub regibus idololatriæ multi fuerunt Propheta, qui eos de idololatria redarguerunt, vt Elias, Eliseus, & filij Prophetarum, ad eò vt Abdias dispensator Achab regis, centum ex eis absconderit in speluncis, ne à Iezabel vxore Achab interficerentur, 3. Reg. 18. 4.

Secundò, temerarium est, quia, etiam si ante id tempus nemo propheta ex Galilæa ortus fuisset, iam tamen oriri & nasci poterat: idem enim obijci potuisset Eliæ Thesbitæ: Ex Thesbi huc usque nō surrexit propheta: Ergo Elias natus in Thesbi non est propheta: & cuius alteri propheta in sua gente primo.

Tertiò, stultum est: quia Nicodemus non dixerat Iesum Galilæum esse prophetam, sed tantum esse audiendum, nec inauditum esse condemnandum. Ita inuidiâ & odio excæcati, actu furoris abripiuntur, vt multa contra iudicium rationis perpetrent imprudenter, falsè, temerariè stultè.

ET REVERSI SUNT VNVSQVISQVE IN DOMUM SVAM] Timentes ne forte etiam quispiam alius similia Nicodemo diceret, ait Euthymius: quare ditulerunt suum de Iesu capiendò & necandò consilium, sed non reuocarunt, nec mutarunt. Hanc dilationem fecit Deus per Nicodemi interlocutionem, quia necdum venerat hora, morti Iesu ab ipso decreta.

CAPVT

CAPVT OCTAVVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

PRIMO, Iesus adulteram à scribis accusatam absoluit. Secundo, v. 12. asserit se esse lucem mundi, ac Iudæos nisi in se credant, in peccatis suis morituros. Tertio, v. 25. ait se esse principium, ac credentes in se liberare à peccatis; Iudæos verò incredulos esse peccatores, seruos peccati v. 34. ac natos ex patre diabolo, v. 44. Quarto, v. 49. Iudæis sibi obijcientibus quoddam habeat demonium, & sit Samaritanus, respondet se demonium non habere, sed Patrem caelestem honorificare. Quinto, v. 58. asseruit se fuisse ante Abraham, ideoque Iudæis eum lapidare volentibus sese abscondit.

1. IESVS autem perrexit in Montem oliueti: 2. & diluculo iterum venit in templum, & omnis populus venit ad eum, & sedens docebat eos. 3. Adducunt autem Scribæ & Pharisei mulierem in adulterio deprehensam: & statuerunt eam in medio, 4. & dixerunt ei: Magister, hæc mulier modò deprehensa est in adulterio. 5. In lege autem Moyse mandauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? 6. Hoc autem dicebant tentantes eum, vt possent accusare eum. Iesus autem inclinans se deorsum, digito scribebat in terra. 7. Cum ergo perseuerarent interrogantes eum, erexit se, & dixit eis: Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat. 8. Et iterum se inclinans scribebat in terra. 9. Audientes autem vnus post vnum exhibant, incipientes à senioribus: & remansit solus Iesus, & mulier in medio stans. 10. Erigens autem se Iesus, dixit ei: Mulier vbi sunt, qui te accusabant? nemo te condemnauit? 11. Quæ dixit: Nemo, Domine, Dixit autem Iesus: Nec ego te condemnabo. Vade, & iam amplius noli peccare. 12. Iterum ergo locutus est eis Iesus, dicens: Ego sum lux mundi: qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. 13. Dixerunt ergo ei Pharisei: Tu de te ipso testimonium perhibes: testimonium tuum non est verum. 14. Respondit Iesus, & dixit eis: Et si ego testimonium perhibeo de me ipso, verum est testimonium meum: quia scio vnde veni, & quò vado: vos autem nescitis vnde venio, aut quò vado. 15. Vos secundum carnem iudicatis: ego non iudico quemquam: 16. & si iudico ego, iudicium meum verum est, quia solus non sum: sed ego, & qui misit me, Pater. 17. Et in lege vestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum est. 18. Ego sum, qui testimonium perhibeo de me ipso, & testimonium perhibet de me, qui misit me, Pater. 19. Dicebant ergo ei: Vbi est Pater tuus? Respondit Iesus: Neque me scitis, neque Patrem meum: si me sciretis, forsitan & Patrem meum sciretis. 20. Hæc verba locutus est Iesus in gazophylacio, docens in templo: & nemo apprehendit eum, quia necdum venerat hora eius. 21. Dixit ergo iterum eis Iesus: Ego vado, & quaeritis me, & in peccato vestro moriemini. Quò ego vado, vos non potestis venire. 22. Dicebant ergo Iudæi: Numquid interficiet semetipsum, quia dixit: Quo ego vado, vos non potestis venire? 23. Et dicebat eis: Vos de deorsum estis, ego de supernis sum. Vos de mundo hoc estis, ego non sum de hoc mundo. 24. Dixi ergo vobis, quia moriemini in peccatis vestris: si enim non credideritis quia ego sum, moriemini in peccato vestro. 25. Dicebant ergo ei: Tu quis es? Dixit eis Iesus: sed qui me misit, verax est: & ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo. 27. Et non cognouerunt quia Patrem eius dicebat Deum. 28. Dixit ergo eis Iesus: Cum exaltaueritis Filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum, & à me ipso facio nihil, sed sicut docuit me Pater, hæc loquor: 29. & qui me misit, mecum est, & non reliquit me solum: quia ego quæ placita sunt ei, facio semper. 30. Hæc illo loquente, multi crediderunt in eum. 31. Dicebat ergo Iesus ad eos, qui crediderunt ei, Iudæos: Si vos manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis: 32. & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. 33. Responderunt ei: Semen Abraham sumus, & nemini seruiimus vmquam, quomodo tu dicis: Liberi eritis? 34. Respondit eis Iesus: Amen, amen dico vobis: quia omnis qui facit peccatum, seruus est peccati, 35. seruus autem non manet in domo in æternum: fi-

H h 4

lius

lius autem manet in æternum: 36. si ergo vos Filius liberauerit, verè liberi eritis. 37. Scio quia filij Abrahæ estis: sed quæritis me interficere, quia sermo meus non capit in vobis. 38. Ego quod vidi apud Patrem meum, loquor: & vos quæ vidistis apud patrem vestrum, facitis. 39. Responderunt & dixerunt ei: Pater noster Abraham est. Dicit eis Iesus: Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. 40. Nunc autem quæritis me interficere, hominem, qui veritatem vobis locutus sum, quàm audiui à Deo: hoc Abraham non fecit. 41. Vos facitis opera patris vestri. Dixerunt itaque ei: nos ex fornicatione non sumus nati: vnum patrè habemus Deum. 42. Dixit ergo eis Iesus: Si Deus pater vester esset, diligeretis me: ego enim ex Deo processi, & veni: neque enim à me ipso veni, sed ille me misit. 43. Quare loquebam meam non cognoscitis? Quia non potestis audire sermonem meum. 44. Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere. Ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit: quia non est veritas in eo, cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur, quia mendax est, & pater eius. 45. Ego autem si veritatem dico, non creditis mihi. 46. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi? 47. Qui ex Deo est, verba Dei audit. Propterea vos non audistis, quia ex Deo non estis. 48. Responderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei: Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes? 49. Respondit Iesus: Ego dæmonium non habeo: sed honorifico Patrem meum, & vos inhonorastis me. 50. Ego autem non quero gloriam meam: est qui quærat, & iudicet. 51. Amen, amen dico vobis: si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum. 52. Dixerunt ergo Iudæi: Nunc cognouimus quia dæmonium habes; Abraham mortuus est, & propheta: & tu dicis: Si quis sermonem meum seruauerit, non gustabit mortem in æternum. 53. Numquid tu maior es patre nostro Abraham, qui mortuus est, & Propheta mortui sunt? Quem te ipsum facis? 54. Respondit Iesus: Si ego glorifico me ipsum, gloria mea nihil est: est Pater meus, qui glorificat me, quem vos dicitis, quia Deus vester est. 55. & non cognouistis eum; ego autem noui eum; Et si dixero quia non scio eum, ero similis vobis, mendax, sed scio eum, & sermonem eius seruo. 56. Abraham pater vester exultauit ut videret diem meum: vidit, & gauisus est. 57. Dixerunt ergo Iudæi ad eum: Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti? 58. Dixit eis Iesus; Amen, amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum. 59. Tulerunt ergo lapides, ut iacerent in eum; Iesus autem abscondit se, & exiit de templo.

VERS. 1. IESVS AVTEM PERREXIT IN MONTEM OLIVATI] Iesusto die octauo & ultimo festi Tabernaculorum docuerat. Hierosolymis in templo, & Phariseos confutarat: illi vespere domum ad ecenam lautam redierunt de more, Iesum verò nullus inuitauit ad hospitium & cœnam, ob metum principum & Phariseorum: Iesus ergo à templo ieiunus iuit in montem oliuæ, putà in horum villæ Gethsemani, ut ibi sub dio penocharet in oratione, ut colligitur ex cap. 18. vers. 1. & 2. & ex Matth. cap. 26. 36. Cibus ei vel à Martha ex vicinâ Bethania submissus fuit, vel à discipulis Hierosolymæ cõemptus. Hic in hortum in monte oliuarum quatuor nocturnum hospitium & oratorium elegit sibi Christus sex mensibus ante mortem.

Mons oliuarum & olei symbolum est misericordie, quam ibi ostendit Christus, orans obsecransque Patrem pro venia & salute peccatorum, iuxta illud: *Per viscera misericordie Dei nostri, in quibus visitauit nos oriens ex alto*, Lucæ 1. Festum Tabernaculorum significabat Christum & Christianos hic esse hospites & peregrinos, qui in tabernaculis versantur, & tendunt ad patriam cœ-

lestem, ideoque ex vrbe Ierusalem opulenta & splendida pergunt ad montem olei cœlestis, ut ibi per orationem, gratiam & gloriam à Deo hauriant.

VERS. 2. ET DILVCULO ITERVM VENIT IN TEMPLVM, ET SEDENS DOCEBAT EOS] Noctem ergo Christus dabat orationi, diem doctrinæ & prædicationi; ut idem facere à Christo dicitur vir Apostolicus, uti fecit S. Paulus, S. Franciscus Xavierius, & similes.

VERS. 3. ADDVCVNT AVTEM SCRIBÆ ET PHARISÆI MULIEREM IN ADVLTERIO DEPREHENSAM: ET STATVERVNT EAM IN MEDIO.

VERS. 4. ET DIXERVNT EI: MAGISTER, HÆC MULIER MODÒ DEPREHensa EST IN ADVLTERIO.

VERS. 5. IN LEGE AVTEM MOYSÈS MANDAVIT HVIVSMODI LAPIDARE. TV ERGO QVID DICIS? Nota. Hanc adulteræ historiam non habent, nec legunt S. Cyrillus, S. Chrysofost. alijque Græci interpretes, neque Syrus. Legunt tamen eandem omnes Latini, & Arabici, ac legendam esse docet Vulgata versio, quam probauit Concil. Trident. sess. 4. Vnde patet illam esse canonicam, ac legitimam partem S. Scripturæ.

LAPIDARE] Nota. Lex Moïsi tantum iubebat occidi aduclteras, Leuit. 20. 10. eas autem lapidari iulserè principes ex traditione & explica-

Hortum in monte oliuarum quatuor nocturnum hospitium & oratorium elegit sibi Christus sex mensibus ante mortem.

VERS. 2.

VERS. 3.

VERS. 4.

VERS. 5.

Historiam huius adulteræ non legunt Græci Interpretes.

tionem Scribarum & Rabinorum. Lex enim in simili casu iubebat lapidari feminam viro despõsam si adulterasset, Deut. 22. 24. Vnde Scriba multo iustius hanc lapidationis pœnam ad uxorem adulteram extenderunt. Ita passim Interpretes. Verum Leuit. 20. 10. ostendit pœnam mortis intentatam adulteris fuisse lapidationem, quæ ibidem nominatur initio capitis, ideoque ad sequentes casus, & consequenter ad adulteros extendenda est: vnde & eadem in fine capitis repetitur, quasi ad ceteros capitis casus pertineat. Idè patet ex Ezech. c. 16. vers. 38. collato cum v. 40. Hinc Susannam quasi adulteram voluerunt lapidare, sed eius innocentiam cognitã, senes eius accusatores falsè accusationis à Daniele conuicti, pœnatalionis damnati, lapidati sunt, Daniel. 13. 62. Sic & Romani, Saxones, Persæ, Aegyptij, Arabes, Parthi, Turcæ, Brasiliij, aliæque gentes adulteria puniuerunt morte, uti ostendi Genes. 38. 24. & Num. 5. in fine capitis.

VERS. 6. HOC AVTEM DICEBANT TENTANTES EVM, VT POSSENT ACCVSARE EVM, IESVS AVTEM INCLINANS SE DEORSVM, DIGITO SCRIBEBAT IN TERRA] *Vt possent accusare eum*, quasi Moli & legi contrarium, si diceret adulteram non esse lapidandam; sin eam lapidandam assereret, ipsum apud populum traducerent, quasi rigidum & immitem, qui summè volebat haberi clemens. Potius verò putabant eum dicturum non esse lapidandam, ob seruandam suam mansuetudinis formam, ne populorum fauores amitteret, ait Rupertus, sic & Beda, Euthym. & S. August. quem audi: *Animaduertent eum nimium esse mitem; dixerunt ergo apud se, si eam dimitti censerit, iniustitiam non tenebit, quam lex iubet: ut verò mansuetudinem non perdat, in qua iam populis amabilis factus est, eam dimitti debere diuersus est, ita nos ad accusandum occasionem inuenimus: sed Dominus & in respondendo iniustitiam seruauit, & à mansuetudine non recessit.* Putabant ergo eum accusare, quòd adulteram absoluens violaret legem, & iudicia tribunalium euerteret, ac adulterandi ianuam aperiret. Dicens, ait S. August. *hostis es legis, contra Moysen iudicis, imò contra eum, qui per Moysen legem deducere es mortis, eum illa & tu lapidandus.*

Cur Christus digito scribat in terra.

VERS. 7. IESVS AVTEM INCLINANS, SE DEORSVM DIGITO SCRIBEBAT IN TERRA] Primò, ut vultum auerteret, dorsumque obuerteret non tam infami adulteræ, ut voluit nonnulli, quàm ipsis Scribis eam accusantibus. q. d. Quod apud me accusatis adulteram, qui non sum iudex ciuilis, nec peccatorum damnator, sed medicus & saluator? ita S. August. Iansenius, Euthym. Franc. Lucas. Græci codices nonnulli addunt, *μη θεωροῦσθε*, id est, non sibi attrahens, non usurpans, non aduertens, imò auertens se ab eis & eorum accusationes licet Toletus & alij vertant, non fingens, non simulans se scribere, sed reuera scribens in terra: vtrumque significat vox Græca, & vtrumque verum est, ac huic loco congruum.

Secundò & potius, alludit Christus ad illud Ierem. 17. v. 1. *Peccatum Iuda scriptum est stylo ferreo in vngue adamantino; & ut ait S. August. S. Hieron. & alij, magis propriè ad v. 13. Omnes, qui se derelinquunt consumentur: recedentes à te in terra scribentur, quoniam dereliquerunt venam aquarum viuicium Dominum.* q. d. Vos, ò Scribæ, hic ad viuum pinxit Ieremias: vos adulteram accusatis, sed vos

A maiora, quàm illa perpetrastis scelera; magis ergo vos quàm illa lapidandi, imò ad gehennam damnandi estis. Vestrum enim rebellionis, infidelitatis, obstinationis, persecutionis contra me peccatum est indelebile, ac quasi scriptum stylo ferreo in vngue adamantino, quia vos dereliquistis Dominum, illique dorsum obuertistis; hinc vicissim ille vos dereliquit, & dorsum suum obuertit, sicut ego vobis obuerto, atque vos confundet, iuxta illud Ierem. 18. 17. *Sicut ventus urens dispergam eos (de terra) coram inimico; dorsum, & non faciem, ostendam eis in die perditionis eorum.* Quasi uultis bona terrena, neglectis cælestibus; hoc est exilia, breuia, vana, idcirco cum illis breui transibitis & abolebimini, sicut quod in terra scribitur, citò vel vento flante, vel pede calcante aboletur. **B** Recessistis à Deo, idcirco non in cælo, sed in terra, imò in centro terræ, putà in inferno, scribimini, eritis folles & fomènta gehennæ. Vide dicta Ierem. 17. Ira S. August. lib. 4. de Consensu Euangel. c. 10. & S. Ambros. epist. 76. ad Studium: *Scribebat, ait, in terra digito, quo scripserat legem: peccatores in terra scribuntur iusti in cælo.*

Symbolicè S. Augustinus loco citato duas alias addit causas. Prima est, ut ostenderet se in terra miracula facere: quia cum Deus esset, se humiliavit ut homo fieret: miracula enim sunt signa quæ in terra fiunt. Secunda, ut inueneret iam adesse tempus, quo in terra, quæ fructum daret, non in lapide sterili, sicut olim, lex eius conscriberetur. Terciam addit hic tractat. 33. ut significaret se eundem illum esse qui legem veterem digito scripserat in tabulis lapideis, non autem sic legem nouam scribendam, sed in terra fructifera.

Quæres, quidnam Christus scribebat in terra? Respondeo: Christus hæc egit & scripsit in atrio templi, quod erat lapidibus stratum: quare in illis non poterat characteres litterarum exprimere, sed tantum digito circumducto delineare. Viderur autem delineasse aliquid, quod Scribis pudorem & ruborem iniiceret, aut eorum peccata argueret: nam hanc scripturam mox verbo explicans subdit: *Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat.* Imò S. Hieron. lib. 2. contra Pelag. ait Iesum in terra scripsisse *eorum qui accusabant* (Scribarum) *& omnium peccata mortalium.* S. Ambrosius verò epist. 56. *Quid, ait, scribebat nisi illud propheticum Ierem. 22. v. 29. Terra scribe hos viros aduclteros?* quod de Iechonia ad litteram scriptum est. Idem epist. 79. censet Iesum inter alia scripsisse: *Festucam quæ in oculo fratris tui est, vides, trahem verò quæ in oculo tuo est, non vides.* Alij censent scripsisse: *Mare, tekel, phares*, quod Baltassari scriptum attulit exitium, Daniel. 5. v. 25. eò enim alludere videtur. Verum quid in particulari scripserit Christus, certò definitur nequit.

VERS. 7. CVM ERGO PERSEVERARENT INTERROGANTES EVM, EREXIT SE, ET DIXIT EIS: QVI SINE PECCATO EST VESTRVM, PRIMVS IN ILLAM LAPIDEM MITTAT] *Cum ergo perseverarent*, quia quid Christus in terra delinearet, non satis perspiciebant, vel certè se perspicere dissimulabant. Vigent ergo etiam, ut ad quæstionem ipsorum captiolam explicite respondeat, putantes Christum non posse hoc eorum dilemma cornutum euadere, quin aut in legem, si aduclteram

Quid in terra scribat Christus?

ram absolueret, vel in misericordiam suam solitam, si eam damnaret, offenderet.

QUI SINE PECCATO EST] Græcum ἀνεπίθετος, duo significat; Primò, eum qui est impeccabilis, qualis est solus Deus & Beati; Secundò, eum qui caret peccato. Et sic hic accipitur. q. d. Vos, o Scribæ, similia, imò maiora, quàm hæc adultera. comissistis peccata. Vt vestra conscientia (ad quam vos prudenter & modestè remitto) vobis attestatur. Ergo nolite tam rigidè & importunè vrgere damnationem huius adulteræ, sed potius conscij vestrorum scelerum ipsius misereamini, illique parcite, quasi peccatores peccatrici, rei reæ, puniendi puniendæ: alioqui si illam condemnatis, vos pariter condemnare debetis; si illam lapidare vultis, vos multò magis lapidandi, imò comburendi estis. Vide hæc prudentiam Christi: concedit Scribis adulteram ream esse mortis, itaque legi patrocinatur; sed addit, Scribas illam ad necem tam pertinaciter perurgere non debere; quin potius ei condolere & misereri, cum ipsi exterius coram populo sanctitatem simulantes, interius verò maiorum scelerum conscij, sibi à Deo & hominibus indulgeri, & clementiam veniamque exhiberi velint. Ita S. August. Audistis, inquit, impleatur lex, lapidetur adultera: sed numquid in illa lex: puniendæ est & puniendis: Et nonnullis interiecit: Non dixit Iesus, Ne lapidetur, ne contra legem dicere videretur. Absit autem ut diceret, Lapidetur: venit enim non perdere quod inuenerat, sed quærere quod perierat. Quid ergo respondit? Qui sine peccato est vestrùm, prior in illam lapidem mittat. O responsio sapientis! quomodo eos intro-misit in se: Foris calumniantur, se ipsos intus non persequuntur. Audi S. Ambros. epist. 76. Quid, inquit, tam diuinum, quàm ista sententia, ut si peccata puniat, qui ipse expers peccati sit? Quomodo enim seras alieni viderem, & proprii criminis defensore? Numne se magis ipse condemnat, qui in alio damnat quod ipse committit?

Dices, Christus hic videtur euertere vsum & rigorem iudicij & tribunalium. Si enim iudici dicas: Qui sine peccato est, primus reum damnet; nemo cum damnare audebit: omnes enim, quia homines, sunt infirmi & peccatores. Resp. Christum hanc sententiam non torquere in iudices, sed contra Scribas, qui quasi priuati ex priuato zelo contendebant, vt Christus iudicium adulteræ sibi vsurparet, & iuxta legem eam damnaret: quod ipse meritò abnuat (quia venerat peccatores saluare, non damnare) & in ipsomet reor sit. q. d. Si vos, cum non sitis iudices, vrget, tanta cupido vel libido adulterium hoc puniendi, vos ipsi eius iudicium vsurpate, & adulteram lapidate, si tam puri & sancti estis, vt nec adulterium, nec aliud scelus commiseritis: nam si Scribæ hi fuissent iudices, & adulteram iuxta legem ad lapidationem damnassent, nequiquam eam Iesus liberasset nec à merita legis poena absoluisset. Porro iudicis officium est damnare reum, si is de crimine conuincatur, etiamsi ipse eiusdem vel similibus sceleris sciat se reum: indecens tamen est, vt ipse, si sit reus, alium eiusdem criminis reum damnet. Quare tacitè monet Christus hæc iudices, vt innocentem vitam agant, itaque digni sint, qui nocentes damnent, nec eis populus occlameret: Si hunc damnas, damna patiter te ipsum.

Moraliter docet hic Christus, eum qui vult aliena crimina iudicare & carpere, prius debere iudicare sua. Causam dat S. Gregor. lib. 4. Moral. cap. 23. Qui enim semetipsum prius non iudicat, quid in alio rectum iudicat ignorat. Et si non sit foras per auditum, quod rectum iudicare debeat, rectè tamen iudicare aliena merita non valet, cui conscientia innocentia propria nullam iudicij regulam præbet. Hinc est enim quod insidiantibus quibusdam, & puniendam adulteram deducuntibus dicitur: Qui sine peccato est vestrùm, primus in illam lapidem mittat. Ad aliena quippe puniendæ peccata ibant, & sua relinquebant. Renocantur itaque intus ad conscientiam, vt prius propria corrigant, & tunc aliena reprehendant. Hoc significat illa iactata vulgò proverbialia: Tua prius vinea cædit. In tuum ipsius sinitum prior inspuet: In alienis vitijs tuus lynces, & in nostris talpæ: Aliorum medicus, ipse vlcibus leates: Medice, tibi ipsi medicus esto.

ET ITERVM SE INCLINANS, SCRIBEBAT IN TERRA] tum vt pudorem rursus eis iniiceret, tum vt honestè abeundi Scribis spatium daret. Ita S. Hieron. lib. 2. Contra Pelag. Dedit, ait, vestræ dicitur eorum clementissimus index spatium recedendi. Et Beda: Alio vultum intendens, ait, liberum eis fecit exire, quos sua responsione percussos citius exiuros, quàm plura interrogaturos esse, præiudicat.

ADIENTES AVTEM VNVS PŒST VNVM EXIBANT, INCIPIENTES A SENIORIBVS: ET REMANSIT SOLVS IESVS, ET MULIER IN MEDIO STANS] Audientes, Græci codices nonnulli addunt: Et à conscientia redarguit; Arabicus, cum autem audissent hoc, ex eo intelligentes ignominiam, ceperunt exire: quia malè sibi conscij erubesciebant de suis sceleribus, quodque adulteram damnare vellent, cum ipsi essent adulteri, vel adulteris sceleratores. Æquam enim sententiam dixerat & dictarat Christus, quæ ipsos, imò quolibet ferire & compungere potuisset. Quis enim audeat dicere se immunem à peccato, vt quasi sanctus alios peccatores damnare præsumat? Vnde S. August. epist. 54. Petro, ait, quod hac sententia Domini audit, si præsens fuit etiam maritus ipse, qui violatam sui thori fidem vindicari postulabat, exterius, animum ad voluntatem parcendi ab vlciscendi cupiditate deslexit.

EXIBANT] absestu ipso, ait S. August. confessi de se, reos esse similibus scelerum, ac tanquam zelo insitiae percussis, sese inspicientes, & reos inuenientes, recesserunt, timentes ne Christus vltius pergeret eorum scelera in particulati pädere & carpere, vt fecit Matth. 23.

INCIPIENTES A SENIORIBVS] Senes hi in peccatis consenuerant, erantque inueterati dierum malorum, similes senibus illis iudicibus adulteris, qui Susannam innocentem, quasi ream adulterij, ad lapidationem, contra omne ius damnarant, Daniel. 13. Senes ergo primi exierunt, vel quod ipsi plura haberent crimina, qui diu vixerant, ait Ambros. vel quia priores vim intellexerunt sententiæ, quasi prudentiores. Et Rupert. Seniores primum persenserunt responsum validum & inexpugnabile esse, quod calumniari nequirent, vt pote ad intelligendum perspicaciores, idcirco primo loco cesserunt.

REMANSIT SOLVS CUM APOSTOLIS & TURBA POPULI, IN CUIUS MEDIO ERAT MULIER STANS] vt sequitur: tò enim solus excludit tantum Scribas, qui Iesum vrgabant ad damnandum adulteram;

VERS. 8.

VERS. 9.

terram. Relicti sunt duo, ait S. August. miseria & misericordia: nimirum abyssum abyssum inuocat, abyssus miseriæ adulteræ inuocabat abyssum misericordiæ Christi: ideoque ipsa non fugit, quia gratiam Christi erat experta, & maiorem ab eo sperabat.

VERS. 10. ERIGENS AVTEM SE IESVS, DIXIT EI: MULIER, VBI SVNT QUI TE ACCVSABANT? NEMO TE CONDEMNAVIT? S. Ambrosius legit, nemo te lapidauit?

ERIGENS SE, scilicet vt ait S. August. Leuans in illam oculos mæfuerudinis, qui iustitiæ lingua aduersarios eius repulerat. DIXIT EI MULIER] Primò, ad hoc vt mulier agnosceret à se abactos esse eius accusatores, ideoque ipsa beneficium & beneficium Iesum agnosceret, & compuncta ab eo criminis veniam posceret. Secundò, vt Christus liberius eam absolueret, eò quod eius accusatores accusationem dimitterent, & fuga se subducerent, quasi causæ suæ æquitati distit.

VERS. 11. QVÆ DIXIT: NEMO, DOMINE: DIXIT AVTEM IESVS: NEC EGO TE CONDEMNABO. VADE, ET IAM AMPLIUS NOLI PECCARE] Nec ego te condemnabo; græcè καὶ ἐγὼ, id est condemnabo. q. d. Ego solus qui ab omni peccato sum immunis, ac à Deo constitutus iudex omnium hominum, possem te meritò damnare, sed nolo, quia veni non vt iudicem mundum, sed vt saluem, Ioan. 3. v. 17. Ita S. August. Audi S. Ambrosium epistol. 76. Aduerte quomodo propriam sententiam temperauit, vt Iudæi de mulieris absolutione calumniari nihil possent, sed in se magis calumniam retorquerent, si queri vellent. Dimittitur enim mulier, non absoluitur, quia deerat accusator, non quia innocens approbatur. Quid ergo quereretur, qui priores à perfectione criminis, & ab executione supplicij destituerant?

Porro Christus hæc verbis adulteram absoluit, tum in foro fori coram populo, tum in foro poli, id est in foro conscientie coram Deo, vt patet ex eo quod subdit: Vade (quia dimitto tibi peccata) & iam amplius noli peccare. Vade, quasi secuta de remisso tibi à me adulterio. Sic enim condonans crimina Magdalena dixit: Vade in pace, Luca 7. Sed Christus id apertè non dicit: rectè enim loquitur, ne Pharisæi habeant quod carpant. Quare Christus adulteræ huic interius inspirauit dolorem de peccatis, & actum contritionis, ac deinde contritæ & penitenti peccata remisit, ac culpam simul cum poena condonauit. Non damnat, inquit S. Ambros. epist. 58. vt redemptio corrigat quasi vita, quasi fons abluat. Et Euthymius, Satis erat, inquit, talis diuulgatio, & coram tot aduersarijs erubescencia pro supposito, maxime cum sciret, quod illam toto corde penitenter. Sic & Toletus, Iansen. Franc. Lucas & alij.

ET (id est sed) IAM AMPLIUS NOLI PECCARE] Græcè, nunc ne amplius pecces; Arabicus, vade & ex nunc ne reuertaris ad peccatum, quasi sus lota ad luti volutabrum, & canis ad vomitum. 2. Petri v. vers. 22. Sic enim ingrata amplius peccabis, animamque tuam fordidabis; & si non iudices, ego certè in die iudicij te condemnabo ad gehennam & mortem æternam. Audi S. Augustin. Nec ego te condemnabo, quid est? Domine faues ergo peccatis? non planè ita. Attende quod sequitur: Vade, deinceps iam noli peccare. Ergo & Dominus damnauit,

sed peccatum, non hominem: nam si peccatorum fuit esset, diceret: Nec ego te condemnabo: vade vixit vt vis, de mea liberatione esto secura. Quibus addit Beda: Quoniam misericors & pius est, præterita relaxat: quoniam iustus est, & iustitiam diligit, ne amplius iam peccet interdicat.

ITERVM ERGO LOCVTVS EST EIS IESVS: EGO SVM LUX MVNDI] Glossa hæc necit immediate præcedentibus de absolutione adulteræ. Subdit, inquit, quid possit ex diuinitate, ne ambigatur quid possit peccata dimittere. q. d. Ne miremini me liberare adulteram à tenebris peccatorum; quia ego sum lux mundi, non creata, sed increata, hoc est Deus. Vnde subdit v. 15. Ego non iudico quemquam. q. d. Ego adulteram non iudico, nec absoluo in foro fori, sed tantum in foro poli, putà in foro interno conscientie. Planius alij hæc referunt ad v. 2. Sedens docebat eos, hunc enim Christi docendi actum interruperunt Scribæ, adducentes adulteram vt eam damnaret; mox Christus Scribas pudescit & abegit, ac adulteram absoluit: quo facto quasi finita cum Scribis lite, iterum sum docere perrexit. Vnde signanter addit: tò eis, scilicet istis, quos paulò antè docuerat; id què minuit tò iterum ergo. q. d. Quin Christus quæstionem adulteræ, quæ doctrinam interruperat, iam terminauit, idcirco iterum ad docendum redijt, & doctrinam intermissam resumpsit. Ita Chryostomus Theophyl. Lcont. Ammon. & alij. Vnde Arabicus vertit, deinde locutus est eis Iesus iterum. Addit Chryostomus. Obijciebant Iudæi Christo Galilæam, de ipso dubitantes, quod ex Galilæa Propheta non lugeret. Ostendit ergo Christus se non esse vnum Prophetarum, sed orbis terrarum illuminatorem, imò Deum & dominatorem. Ita Chryost.

Ego SVM LUX MVNDI] Hinc Manichæi putabant Christum esse solem: sol enim est lux mundi, ac solem viuere, & esse animatum censuere Platonici: vnde de eo aliquando dubitauit S. August. utpote Platonici, vt patet Enchiridij c. 8. Audi S. August. hoc eorum delirium recensentem & confutantem hic tractat. 34. Manichæi solem istum carnis oculis visibilem, expositum & publicum, Christum Dominum esse putauerunt. Ex mox: Non est Dominus Christus sol factus, sed per què sol factus est. Omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Est ergo lux qua fecit hanc lucem, hanc amemus, hanc intelligere cupiamus, ipsam seruiamus, vt ad ipsam lucem aliquando veniamus, & in illa ita viuamus, vt nunquam omnino moriamur. Ita enim lux est, de qua propheta olim præmissa ita in psalmo cecinit: Homines & iumenta saluabis Domine, sicut multiplicat a est misericordia tua Deus. Et inferius: Per hoc lumen factum est lumen solis, & lumen quod fecit solem, sub quo fecit, & nos factum est sub sole propter nos. Factus est, inquam, propter nos sub sole lumen, quod fecit solem. Noli contemere nubem carnis: nube regitur, non vt obscuretur sol, sed vt temperetur. Loquens ergo per nubem carnis lumen indeficiens, lumen scientie, lumen sapientie, ait hominibus: Ego sum lux mundi.

Quomodo Christus quæ Deus, sit lux immentia & increata, quæ homo verò sit lux creata, illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum, iuxta illud Zachariæ Luca 1. Illuminare his qui in tenebris, & in umbra mortis sedent, dixi,

Ex eo quod Christus se dixit lucem mundi, Manichæi putabant ipsum esse solem.

dixi c. i. v. 4. Rursum quomodo rex sit quasi sol sui regni per 18. analogias ostendi Ilaia c. 45. 1. quas Christo accommodat Christus enim est rex mundi.

MUNDI] Hoc est non solius Israelis & Iudeorum, uti fuit Ilaia, Elias, ceterique Prophetarum, sed totius mundi, id est, omnium omnino gentium, quo tacite significat, & praedicat, omnium gentium conuersionem ad Christi fidem, atque Euangelium ab incredulis Iudaeis, transferendum esse ad Gentes in Christum credituras. Ita Cyrillus, qui & addit Christum dicendo, Ego sum lux mundi, alludere ad columnam ignis, quae noctu praelucebat, & praibat Hebraeis per desertum euntibus in terram promissam. Simili enim modo Christus, quasi fax lucidissima, in tenebris errorum & vitiorum mundi nobis praelucet, viamque praebet in caelum, Exod. 13. 21. Num. 14. 21.

QUI SEQUITUR ME, in me quasi in Christum credendo, meisque iussis obtemperando, NON AMBVLAT IN TENEBRIS] errorum & vitiorum, in quibus ambulauerunt Philosophi, ceterique mundi sapientes. q. d. Qui me lucem sequitur, hic sine errore & peccato vivit, in luce verae fidei & virtutis.

SED HABEBIT LUMEN VITAE] modo per fidem, postea per speciem, ait S. August. qui & addit: Conuolant haec verba cum illis Psalms: In lumine tuo videbimus lumen, quoniam apud te est fons vitae. Ita istis corporalibus aliud lumen, aliud fons: apud Deum quod lumen, hoc fons: qui tibi lucet ut videas, ipse tibi manat ut bibas: si sequaris istum solem visibilem, se deserit in occasum: a Deo si non facias casum, nunquam ad te ille faciet occasum.

Lumen vitae ergo iuxta Augustinum & Bedam est lumen gloriae, beans fideles & Sanctos Christi, quod illi ab ipso percipiunt in caelo. Planius alij per lumen vitae accipiunt lumen fidei, sapientiae & prudentiae Christianae, quod nos ducit ad lumen gloriae, ipsamque beatitudinem. Fides enim est quasi fax, quae fidelibus in tenebris errorum & vitiorum huius mundi ambulantiis praelucet, ut videant verum iter virtutis, per quod inoffenso pede contendant in caelum ad felicitatem aeternam. Ita Cyrillus: Qui sequitur me, inquit, vitae lucem lucrabitur, id est, eorum, qui in me sum mysterium reuelationem, ipsum in aeternam vitam potentem deducere. Posset Tertio, lumen vitae exponi lumen viuificans: fides enim cum Dei gratia & charitate coniuncta, est lumen diuinum & supernaturale, quod animam viuificat, eique vitam gratiae hinc aspirat, & in caelo vitam gloriae aspirabit.

Moraliter hic discit Christi doctrinam & vitam esse imitandam omni homini, qui vult veraciter illuminari, & ab omni mentis caecitate purgari: quare hanc Christi sententiam quasi axioma, imò basin sapientiae & sanctitatis, Thomas à Kempis praeposuit aureo suo libello de Imitatione Christi, qui quot habet sententias, tot habet gnomas, imò gemmas practicae & salutiferae veritatis, quas quotidie magno gustu fructuque lectituro, atque iterum iterumque lectitare semper desidero. Noui nonnullos perfectionis studiosos, qui singulas suas actiones ad aliquam Christi actionem, doctrinam vel sententiam, velut ad exemplar referre, eique conformare satagebant, ut illam ve-

Thomas à Kempis libello de Imitatione Christi commenda-
tione.

lut ideam semper intuentes, eandem in omnibus suis actibus exprimere conarentur: quae sapè pia, vtilisq; ad omnem sanctimoniam est praxis. Hac enim de causa Christus datus est nobis, ut esset speculum sanctitatis. Quid enim sanctius Sancto Sanctorum? quid lucidius sole, ipsaque luce? quid sapientius ipsa sapientia?

DIXERVNT ERGO EI PHARISAEI TV DE IPSO TESTIMONIUM PERHIBES: TESTIMONIUM TVVM NON EST VERVM] Verum, id est legitimum, ut recipi credique debeat. Nemo enim, licet sanctus, in iudicio accipitur testis de seipso, sed testes alios proferre debet. Vide dicta c. 5. v. 31.

PHARISAEI] Iam subduxerant se Pharisei, qui adulteram accularant, pudefacti à Christo, sed praeter illos alij erant Pharisei in turba, qui, ut sociorum ignominiam vindicarent, & suam in Christum malevolentiam ostenderent, hoc illi opposuerunt, ut eum vicissim pudefacerent & confunderent. Ita Cyrillus: In ignorantia emirriti, inquit, Emmanuelem non intelligentes ipsam gloriam affectare suspicantur, & tamquam in vnum ex nostris inuehantur.

RESPONDIT IESVS, ET DIXIT EIS: ET SI EGO TESTIMONIUM PERHIBEO DE MEIPSO, VERVM EST TESTIMONIUM MEVM: QUIA SCIO, VNDE VENI, ET QVOD VADO] Verum, hoc est non tantum verax in se, sed & legitimum, ut à quolibet, etiam iudice, acceptari credique debeat. Verum est testimonium luminis, siue se ostendat, siue abdat, ait S. August. q. d. Lux ipsa non eget alio teste, quia ipsa se ipsam clarè sua luce ostendit, quòd sit lucida, clara & fulgida. Sic Christus est lux mundi, quae clarè se mundo ostendit per opera & miracula diuina: quare alio teste non eguit Christus, tamen pro se alium testem profert, eumque summum & irrefragabilem, scilicet Deum Patrem. Vnde subdit:

QUIA SCIO VNDE VENI, ET QVOD VADO] q. d. Ideo verum, id est legitimum, est testimonium meum de me, in foro non humano, sed diuino, quia testimonio Dei Patris confirmatur, ait Glossaridque ego scio, sed vos nescitis, quia scire non vultis, cum id ex meis miraculis & argumentis cognoscere & scire deberetis. Ego enim scio unde sum, missus scilicet è caelo in terram, & cuius legatus sum, nimirum Dei Patris: sum enim Dei Filius, & Deus verus de Deo vero: unde peracta mea in terris legatione, per mortem ad Deum Patrem, qui me misit, vado, id est vadam illico & reuertar. Ita S. August. Ammon. Leontius, Chryso. & Theophyl.

Nota. Christus obscure loquitur, tum modestiae causa, ne se iactare videatur; tum ne Iudeorum sibi offensorem magis in se iras accendat; alioqui poterat clarè dicere: Ego sum Dei Filius & Deus; ergo testimonium meum verum & legitimum est, quia Deo, Deique Filio credere debetis. Dei enim, qui est prima & irrefragabilis veritas, testimonium est irrefragabile. Patrem intelligi volebat, ait S. Augustinus, à quo nec veniendo discessit, nec redeundo nos dereliquit. Sicut autem sol iste illustrat faciem videntis & caeci, sed videt ille, iste non videt: sic sapientia Dei vbique praesens est, etiam infidelibus, sed isti, quibus eam vident, oculos

VERS. 13.

VERS. 14.

oculos cordis non habent: unde subiungit: Vos secundum carnem iudicatis, &c. velut inter fideles suos & inimicos distinguens. Sic August.

VERS. 15.

VOS SECUNDVM CARNEM IUDICATIS] Primo, q. d. Vos, o Pharisei, secundum carnem, id est, carnalem affectum quo me ex odio auersamini, non ex rei veritate & aequitate de me iudicatis. Ita S. Chryso. qui ait: Secundum carnem viuere, est malè viuere, ita secundum carnem iudicare est iniuste iudicare.

Secundo, planius, vos secundum carnem, quam in me videtis, hoc est, ex solo meo corpore, quod cernitis, iudicatis me esse merum hominem, non Deum. Ita Theophylactus: Quia, inquit, in carne sum, carnem me solam putantes, non autem Deum, falsò iudicatis. Ita quoque Ammonius, Leontius, Euthymius: fauet Arabicus, qui vertit, vos corporem iudicatis, ideoque iudicatis veritatem mentiri, ait Cyrillus: ego enim sum veritas.

Tertio & planissime, Vos secundum carnem, id est, iuxta carnos vestros sensus & oculos iudicatis. q. d. Vos ex solis sensibus de me iudicatis, scilicet secundum id quod in me videtis oculis carnis: nimirum me esse hominem vilem, pauperem, infirmum, abiectum, non Messiam, non Deum, qui in carne hac, velut candela in laterna, absconditus est & laetè, ideoque iudicio vestro me condemnatis, quasi superbum & blasphemum, eò quòd asseram me esse Dei filium; quod non faceretis, si non ex carnis oculis, sed ex ratione & spiritu veritatis de me iudicaretis. Haec enim vobis dictaret me esse eum, quem assero, scilicet Messiam Dei Filium. Ita S. Augustinus. Videbant hominem, ait, & Deum non credebant. Et Glossa: Hominem putant, ait, cui in laude sua credendum non sit.

Porro Christus, ait Cyrillus, hic facit ut medicus, qui phreneticorum aegrotantium contumelias nihili facit, ac licet ab eis probris appetitus, congruentem tamen eis adhibet medicinam: pugnat enim contra aegritudinem, quae huius insaniae est causa, non contra aegrum, sed pro aegro, ut eum sanitati corporis & mentis restituar.

EGO NON IUDICO QVEMQVAM] supple secundum carnem, ideoque erroneè & falsò, ut vos facitis; sed secundum rationem & spiritum, ideoque verè & rectè iudico. Ita S. August.

Secundo, S. Chryl. Quia, inquit, possent Iudei obijcere Christo, si nos secundum carnem perperam iudicamus de te, cur tu nos non iudicaris, & de prauo iudicio conuincis? His respondet Christus: Ego nunc non iudico quemquam. q. d. Non est meum de vobis iudicare: ego enim veni in mundum, non ut eum iudicem, sed ut saluem & redimam. Sed iudicabo in die iudicij: si enim nunc iudicarem, vtique vos condemnarem: sed nunc tempus iudicij non est.

Tertio, pro genuino sensu huius loci Nota, quòd iudico hic praecise non significare sententiam iudicariam praefero, vel, ut iudex decido, sed idem esse, quod quemlibet actum iudicalem exerceo, Vnde hic idem est quod testor, vel testimonium profero. In iudicio enim varij sunt actus; scilicet accusatores accusant, testes testantur, iudex sententiam proferit: hos omnes significat quòd iudico, quare iudico hic idem est quod testor. Adde,

Cornelius in Ioannem.

qui testantur in iudicio, iudicem quasi cogunt ad iudicandum iuxta suum testimonium, hinc testari re ipsa est quasi iudicare; unde testis subinde idem est quod iudex, ut ostendi Ilaia cap. 55. v. 4. Tota enim haec Christi cum Iudaeis quaestio est de testimonio, an scilicet Christi de se testimonium sit legitimum, & in iudicio acceptandum. Sensus ergo est. q. d. Non est necesse ut ego Iesus de me, vel alio quopiam, v. g. de vobis, tester, & testimonium perhibeam: sunt enim alij, qui id faciant: si tamen illud faciam, ac reuera tester de me, uti facio vers. 18. proxime sequenti, rectè faciam, & verissimum erit meum hoc testimonium, quia solus non sum, sed mecum est & testatur Deus, Pater meus. Ita S. Ambrosius libr. 5. epistol. 20. Maldonatus & alij. Hunc esse sensum liquet ex sequent. praesertim ex vers. 17. & 18. ubi quòd iudico Christus explicat per testimonium perhibeo. Ego sum, inquit, qui testimonium perhibeo de meipso, & testimonium perhibet de me, qui misit me Pater. Porro vtitur Christus verbo iudico, quia videbatur adulteram paulò antè iudicasse, & iudicialiter absoluisse versu vndecimo: idque aegre ferebant Pharisei adulteram accusatores, & Christi hostes. q. d. Ego adulteram iudicialiter non iudicauim, nec iudicalem absolutionis sententiam pro ea protuli, sed tantum dixi: Nec ego te condemnabo, potuissim tamen iudicialiter eam absoluerè, quia sum Deus, Deique Filius: quare nec merus sum homo, uti vos, o Pharisei putatis; nec sum solus, quia mecum est Deus Pater meus. Et hoc sensu iudico hic proprie sumitur pro iudicalem sententiam profero.

ET SI IUDICO EGO (id est, testor de meipso, uti dixi) IUDICIUM (id est, testimonium) MEVM VERVM EST (id est, legitimum, & in tribunali à iudice acceptandum) QUIA SOLVS NON SVM; SED EGO, ET QVI MISIT ME, PATER] S. Chryl. exponit. q. d. Si ego iudicarem, iuste vos condemnarem, quia non solus id facerem, sed ego & Pater, at verò tempus nunc iudicij non est, sed misericordiae. Verum genuinus sensus huius loci est quem dedi v. 15.

QUIA SOLVS NON SVM, SED EGO ET QVI MISIT ME PATER] quia formam serui accepi, sed formam Dei non amisi, ait S. August. Misit tua Domine incarnatio est. Et Interlin. Etsi homo sum, inquit, Patrem tamen non deserui: etsi missus sum per carnem, tamen ego & Pater semper simul sumus per deitatem: quare idem vtriusque est iudicium, eadem pariter voluntas. Vnde a sibi ait: Nichil facio à meipso. q. d. ait Cyrillus: Non sum unquam progressus ad aliquam vltionem, quae Deo Patri non inest: quacumque Patris natura & vult, & cogitare natura est, ea penitus etiam in me sunt, quia ex illius sinu eluxi, verisq; illius substantiae fructus existo.

ET IN LEGE VESTRA (Deuteron. 17. v. 6. & cap. 19. v. 15. vide ibi dicta) SCRIPTVM EST, QUIA DVORVM HOMINVM TESTIMONIUM VERVM EST] iuridicè, id est, in iure & iudicio pro vero legitimoque habetur, & à iudice acceptatur, ut secundum illud sententiam iuridicè veram, id est legitimam, licet speculatiuè subinde, & in re ipsa fallam, proferat. Iudex enim debet iudicare secundum allegata & probata: quare si testes sint falsi, vel occultè muneribus corru-

VERS. 16.

VERS. 17.

pti, fallum testimonium dicant, iudex bona fide eos loquens, in foro fori iustam sententiam profert, sed in rei veritate iniustam & fallam. Sensus est. q. d. Si duorum testimonium in iure habetur verum & legitimum, quantum magis duarum personarum diuinarum, scilicet Dei Filij & Dei Patris testimonium, in omni tribunali, non tantum pro vero, id est legitimo, sed etiam pro verissimo, & in se sincerissimo ac iustissimoque, habendum est? Vnde idiplum explicans, sibi que applicans Christus, subdit: *Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso, & testimonium perhibet de me, qui misit me Pater.* Quod autem Deus Pater secum sit & testetur, quodque ipse sit Dei Patris Filius hoc ex miraculis, aliisque testimonijs Christus sat superque superius probauit. Vnde illud hic quasi iam probatum presupponit.

Symbolicè S. August. *Magnum*, inquit, *habet questionem, & vultè videtur res in mysterio constituta, ubi Deus dixit: In ore duorum vel trium vestrum stabit omne verbum. Nam & Susanna duobus falsis testibus vtebatur, & vniersus populus meruit est contra Christum. Per mysterium ergo hoc modo Trinitas commendata est, in qua est perpetua stabilitas veritatis: si vis habere bonam causam, habe duos, vel tres testes, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum.*

VERS. 18. EGO SUM QUI TESTIMONIUM PERHIBEO DE MEIPSO, ET TESTIMONIUM PERHIBET DE ME, QUI MISIT ME PATER] Probat Christus suum de se testimonium esse verum hoc syllogismo.

Syllogismus Christi. Ex lege Deuter. 17. 6. duorum testimonium in iure & iudicium verum est:

Atqui mihi duo maiores, hominibus, scilicet Deus Filius & Deus Pater, testimonium perhibent:

Ergo hoc eorum testimonium de me omni iure verum est.

Dices: Nullius de seipso testimonium in iudicio accipitur verum & legitimum, ergo nec Christi de seipso testimonium accipi debet vt legitimum. Resp. negando consequentiam: nam Christus, vt Deus, perhibet testimonium de se, vt homo est; duo autem sunt Deus & homo, ac in Christo alius erat Deus ab homine, alius, in qua, in natura, non in persona. Vnde ex hoc loco colligunt Patres contra Nestorianos & Eutychnos, in Christo vnam fuisse personam, scilicet diuinam & duas verò naturas, scilicet diuinam & humanam. Ita S. Cyrillus, Chryl. Theophyl. Leontius, Ammon. in Catena Græca, & S. Ambr. l. 5. de Fide cap. 2. Porro Deus Pater & Deus Filius perhibere testimonium de Iesu, quod esset Messias per opera diuina, præsertim miracula, quæ per eum, & pro eo operati sunt, vt dixi c. 5. v. 31. & 32. ac præsertim cum Pater in Christi baptismo de cælo intonuit: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacuit*, Matth. 3. ita Beda.

VERS. 19. DICEBANT ERGO EI: VBI EST PATER TVVS?] vt eum adeamus, & eius de te testimonium audiamus. q. d. Quis est pater tuus? Nos solum te videmus, ostende nobis tecum esse Patrem tuum. Et ubi est, vel quis est pater tuus, quæ tantoperè & toties iactas? Fingunt & simulant studium veritatis cognoscendæ, vt ex ore Christi eliciant claram vocem, qua dicat suum patrem esse Deum in cælo, vt eã audiat, ipsum vt blasphemum accusent, imò lapident, vt iacere voluerunt

cap. 5. 18. & c. 10. 31. ita S. Chryl. Theophyl. Rupertus & alij.

Minus probabiliter Cyrillus & Leontius censent Pharisæos id dixisse per cõtemptum & sarcasmum, hoc esse hostilem irrisionem. q. d. Tuus pater est ignotus est incertus ostendit ergo eum nobis, putabant enim Christum esse spurium, & ex adulterio natum. Minus S. Aug. & Beda censent eos de patre carnali, putà Iosepho, locutos, eò quod eum non cognoscerent. Verum prior sentus est germanus.

RESPONDIT IESVS: NEQUE ME SCITIS, NEQUE PATREM MEVM SI ME SCIRETIS, FORSITAN ET PATREM MEVM SCIRETIS.] Christus directè & clarè ad quæstionem respondendo dixisset: Pater meus est in cælo: sed id facere noluit, quia sciebat Pharisæos captiosè quæstionem hanc proposuisse, vt eã illaquearent & caperent: indirectè ergo & rectè hypocrisis respondet: *Neque me scitis, neque Patrem meum.* Quo responso ratiè ad quæstionem eorum directè respondet, sed ita rectè, vt Pharisæi eum calumniari & accusare non possint. q. d. Vos, o Pharisæi, putatis me merum esse hominem, ac pròinde non alium habere patrem, quàm hominem in terra, putà Iosephum, sed erratis: neque enim cognoscitis me ita esse hominem, vt pariter sim Deus, ac pròinde neque patrem meum cognoscitis: nec enim Ioseph est pater meus, quàm homo sum; nec alius mihi est pater quàm Deus in cælo, quod vos non cognoscitis, licet tot miraculis à me probatum sit, quia obstinati in vestro carnali sensu id agnoscere non vultis.

Dices: Quomodo hæc consentiunt cum eo quod dixit Christus c. 7. 28. *Et me scitis, & vnde sim scitis?* Resp. Ibi locutus est Christus de se vt homo est, quem sciebant conceptum in Nazareth; hic verò loquitur de se vt Deus, & sic eum nesciebant. Addit Origen. ibi loqui Christum Hierosolymitis, qui eum nouerant; hic verò Pharisæis, qui eum non nouerant, imò erant eius hostes.

NAM SI ME SCIRETIS, FORSITAN (græcè & v, quod non est dubitantis, sed afferentis, idemque valet quod utique) ET PATREM MEVM SCIRETIS.] q. d. Si enim sciretis me esse Deum, sciretis pariter patrem meum non in terra, sed in cælo quærendum, nec alium esse quàm Deum Patrem. Ita Theophyl. Leont. Euthym. Rupert. & alij. Simili modo ait Christus Philippo c. 14. 9. *Philippe qui videt me, videt & Patrem meum.*

Paulò aliter S. August. q. d. Idcirco quæritis quis sit pater meus, quia me non noistis; putatis enim me non esse Deum æternum in cælo.

Secundò, pressius & profundius S. Cyrillus in manuscript. Coniungat, ait, cum Patris appellatione Filij mentio: simulq; rursus Filij significationem genitoris nomen comitatur: atque idcirco tanquam ianua quadam Filius est, in Patris cognitionem ducens. Ita sanè dicit cap. 14. v. 6. Ego sum via, veritas & vita: nemo venit ad Patrem nisi per me. Vnde infert: *Adiscamus ergo quid secundum naturam, & ita deinde tanquam in imagine & charactere exactissimo bene intelligemus archetypum. Videtur enim in titulo Pater, & veluti in speculo, in natura propria prohs apparere.* Filius enim, vt ait Sapiens cap. 7. v. 25. *est candor lucis æternæ, & speculum sine macula Dei maiestatis, & imago bonitatis illius &*, vt ait Paulus Hebr.

Antilogià hic soluitur.

Hebr. 1. v. 3. ipse est splendor gloria, & figura (græcè A character) substantiæ eius.

Aliter Origen. qui *nosse, vel scire sumit pro amare*, q. d. Si me amaretis, vtique & Patrem meum amaretis. Qui enim malè viuunt, practicè Deum non cognoscunt: hinc & de filijs Heli dicitur, quòd ignorabant Dominum.

VERS. 20. HÆC VERBA LOCVTVS EST IESVS IN GAZOPHYLACIO, DOCENS IN TEMPLO (hoc est in atrio templi: hoc enim atrium erat quali templum laicorum) ET NEMO APPREHENDIT EVM QVIA NECDV M VENERAT HORA EIVS] Rupert. censet *gazophylacium* hic nominari quasi causam cur Christus non fuerit apprehensus; quia scilicet hæc dixit in gazophylacio, qui erat locus secretus, ad quem tantum conueniebant sacerdotes lucris intenti, qui ex eo pecuniam efferre, & laici, qui in illud pecuniam inferre volebant. Verum gazophylacium erat locus omnino publicus, ad quem plurimi confluebant. Erat enim porticus ampla, iuxta atrium templi, in quo omnis templi gaza, id est pecunia & supellex, seruabatur. Sensus ergo est q. d. Christus, hæc palàm & loco publico, vbi facilè à Pharisæis sacerdotibus capi poterat, clarè, liberè, fidenter & magnanimè locutus est; nec tamen à Pharisæis hostibus suis comprehensus fuit, quia ipse eorum mentem & manus vi diuinà continebat, eò quòd necdum hora passionis eius à Deo destinata aduenisset. ita S. Aug. Beda, Euthym. Leont. Theophyl.

Porro de gazophylacio audi Adrichomium in Descript. Ierusalem num. 103. Gazophylacium, hebr. *Corban* sine *Corbana*, dictum, arca & ararium erat, in quo ad sacrificium necessaria, ad pauperum alimoniam, & ad templi fabricam offerebatur, & oblata seruabatur pecunia, ex qua etiam Ioas rex, sicut in Regum lib. legitimus facta tecta templi instaurari curauit. Hoc arariu cum Heliodorus à Syria rege missus spoliarè tentaret, cælitus ab angelis flagellatus est. Atque Pilatus cum sacrum hunc thesaurum, simili penè temeritate, ad aquarum inductionem expendere vellet, populari tumultu impeditus fuit: quem tamen Romani in vrbis expugnatione diriperunt. Iuxta hunc locum Lytimachum occisum legitimus. Hic etiam Christus se lucem mundi, & principium, seque à Iudæis in cruce exaltandum esse docuit. Hic sedens viduam pauperulam duo æra minuta offerentem, plus omnibus diuitibus dedisse pronunciauit, Marci 12. Lucæ 21. Iam verò ab arca hac araria, tota porticus in qua erat arca, vocatur hic & alibi *gazophylacium*: non enim in arca, sed in porticu arce dixit hæc Christus.

Alia causa, cur Christus hæc locutus sit in gazophylacio, secretior, sed proximior fuit: quia gazophylacium Pharisæis erat latebra tenebrarum, hoc est officina auaritiæ, aliorumque vitiorum & errorum, quos recenset Christus Matth. cap. 5. & cap. 23. vt quòd docerent filios parentibus egenibus dicere *corban*, id est, aurum meum dicatum est gazophylacio, Deo ergo dandum est, non tibi, o pater; quòd assererent iuramentum per templum non obligare, sed per gazam & aurum templi factum obligare; quòd declinarent mentham, anethum & cyminum, relinquentes misericordiam & fidem; quòd populum

Cornel. in Ioannem.

expilarent & diriperent. Has illorum tenebras ibidem redarguit Christus, idcoque contenta voce clamauit: *Ego sum lux mundi, qui sequitur me non ambulat in tenebris*. q. d. Ego sum vera lux sapientiæ & sanctitatis, quæ doceo gazas terrenas, vt pote exiles, viles & caducas, spernere; ambire verò gazas cælestes, vt pote ingentes, preciosas & æternas. Quare nolite sequi tenebrosos & auaros Pharisæos, suo gazophylacio & lucis terrenis, quasi talpas sordidè inhiantes, quia breui rotum illud diripiet Vespasianus & Romani. Me potius sequimini, qui lux sum mundi; ego enim prædico paupertatem spiritus, quasi viam ad immensas cæli opes. Edico enim: *Beati pauperes spiritu, quoniam vestrum est regnum celorum*. Matth. 5. Et ex aduerso: *Ve vobis dicitibus, quia habetis consolationem vestram*, Lucæ 6. 24. Atque hæc fuit causa tantæ antipathiæ, & odij Pharisæorum in Christum, idcoque eum assidue vsque ad necem & crucem persecuti sunt; imò ex hoc gazophylacio deprompserunt triginta denarios, quos dederunt Iudæ, vt Christum sibi proderet, quòd summum fuit sacrilegium. Vnde ibidem Christus v. 28. prædixit se per illud exaltandum in cruce, tuncque ad se omnia tracturum.

Mythicam causam dat Origenes: Christus, inquit, hæc edixit in gazophylacio, quia gazophylacium, vel potius gaza, sunt diuini eius sermones, imaginem magni regis impressam habentes; sicut pecunia quæ in gazophylacium iniiciebatur, gerebat effigiem Cæsaris. Numismata, ait Origenes, sunt diuina verba: conferat autem quitque ad gazophylacium, id est, ad Ecclesiæ ædificationem, quidquid potest ad honorem Dei & vtilitatem communem. Et Beda, in gazophylacio, ait, Christus loquitur: quia in parabolis rebus & clausis loquebatur ad Iudæos. Cæpit autem tunc gazophylacium quasi aperiri, cum discipulis eas explicuit, & mytheria cælestia in eis latentia reserauit.

QVIA NECDV M VENERAT HORA EIVS] non fatalis, sed opportuna & voluntaria, ait Interlin. putà à Deo statuta. Nonnulli, ait S. August. hoc audientes, sub factis esse Christum credunt, sed quomodo factum habet, per quem factum est cælum & sidera, cum tua voluntas, si recta sapias, & transscendat & sidera? nondum ergo venerat hora, non quia cogere tur mori, sed qua dignaretur occidi.

DIXIT ERGO ITERVM EIS IESVS] Dubium est vnde inferatur id ergo, & quid significet. Primò, aliqui censent id ergo hic, vt & alibi, non esse illatum, sed inceptum, tantumque significare noui sermonis Christi exordium,

Secundò, pressius Origenes autumat id ergo connectere sequentia cum præcedentibus, ac indicare illa eodem loco & tempore à Christo esse dicta, quo præcedentia.

Tertiò, Maldonatus refert ad id quod dixerat Christus v. 19. *Neque me scitis, neque Patrem meum.* q. d. Veniet ergo tempus, cum & me Deum esse cognoscatis, & quæritis me, & non inueniatis, quia in peccatis vestris moriemini: aut veniet tempus, quo quæritis me, id est cognoscere vultis, sed non poteritis, quia à peccatis vestris non discedetis.

Quartò & magis appositè, Rupert. & Toletus id ergo referunt ad id quod proximè præcessit,

VERS. 21.

cessit: Et nemo apprehendit eum. q. d. Quia Iesus videbat Phariseos satis intelligere sua, licet obscure dicta, nec tamen credere, sed magis in iram & odium, ad eum capiendum & occidendum, exardescere: idcirco addidit, dixitque: Ego vado, & quaeritis me. Aut q. d. Quia Pharisei volebant eum comprehendere, sed impediuntur virtute diuina, ad breue tempus, hac de causa subiunxit, Ego vado, &c.

ITERUM] Nam iam antè idem dixerat famulis Phariseorum c. 7. 33. Ita Rupert. q. d. Christus id quod coram famulis dixerat, iterum repetijt, dixitque ipsis heris, scilicet Phariseis.

EGO VADO, ET QUÆRETIS ME, ET IN PECCATO VESTRO MORIEMINI] Vado id est, breui vadam ex hac vita per mortem & crucem ad Patrem. Christo mors, ait S. August. profectio fuit, quia in illa non mansit, sed per illam profectus est in caelum ad vitam immortalē.

ET QUÆRETIS ME] Id est, quaeritis alium Messiam, quia non creditis me esse Messiam; sed non inuenietis, quia non est alius praeter me. ita Tolet. Secundò, simpliciter quaeritis me, vt iterum crucifigatis & occidatis. Vide dicta cap. 7. 34. Ita Origen. & S. August. quem audi: Quaeritis me, non desiderio, sed odio: quia sperunt Christum, postquam abscissit ab oculis hominum, & qui oderant, & qui amabant; isti persequendo, isti habere cupiendo. Vnde explicans subdit:

ET IN PECCATO VESTRO MORIEMINI] Et, id est idcirco. q. d. Quia quaeritis me post resurrectionem, vt rursus occidatis, vt pote obstinati in vestra contra me infidelitate, odio & malitia; idcirco in eadem moriemini, ideoque damnabimini ad tartara. Quare quod ego vado, vos non potestis venire, quia ego in caelum ibo, vos in tartara: frustra ergo quaeritis me in terra, cum ego ascensurus sim in caelum, quod vos non potestis conscendere. Aliter Euthym. In peccato vestro, ait, hoc est, propter peccatum vestrum perfidie, moriemini, id est, occidemini à Tito & Romanis, indeque ibitis in mortem secundam gehennae, quae peior est & longior, vt pote aeterna. Sed prior sensus planior est & neruosior. Terret enim Christus sapè Phariseos denunciatione diei iudicij, quo ipse è caelo descendit iudicaturus omnes homines pro meritis, ideoque infideles, quales erant perfidi Pharisei, damnaturus ad ignem inferni.

Appositè Origen. Non potestis, inquit, quia non vultis: si enim voluissent & non potuissent, non dixisset. In peccato vestro moriemini: omne enim peccatum est voluntarium & liberum.

Aliter S. August. qui censet Christum id non potestis dixisse quoque suis discipulis. q. d. Quod ego vado, non potestis venire modo: non abstulit spem, sed praedixit dilationem. Verum id quod sequitur: Et in peccato vestro moriemini, euincit hæc non ad discipulos, sed ad Phariseos dici.

VERS. 22.

DICEBANT ERGO IVDÆI: NUMQUID INTERFICIET SEMETIPSUM, QUIA DICIT: QVOD EGO VADO, VOS NON POTESTIS VENIRE? Ministri Phariseorum audientes hæc Christi verba: Quod ego vado vos non potestis venire, quia Christi odio & luore carebant, sapientius intulerunt cap. 7. 35. Quod hic iterum est, quia non inueniemus eum: nunquid in dispersionem gentium iturus est, & docturus Gentes? At Pharisei iræ & odio Christi excæcati, quia

omnino eum occidere cupiebant, ac simul putabant Christum non posse manus eorum euadere, nisi ipse se interficeret, hinc dicit: Numquid interficiet semetipsum? q. d. Eat quocumque voler, nos persequemur eum, eat ad Gentes, inde retrahemus eum & occidemus. Ergo per hoc quod dicit: Quod ego vado, vos non potestis venire, vult significare quod interficiet seipsum, vt à nobis capi, excarnificari & occidi non possit. Presumptuosa & fatua erat hæc eorum cogitatio, sed quam odium & luor eis dictabat; nam aliqui multis modis potuissent Christum se ab eis subducere, vt aliàs fecerat. Christi verò mens hic loggè alia erat, scilicet se iterum in caelum, quod Pharisei non poterant venire. Nam si non aliò quàm in mortem iturus erat, & ipsi ad eandem ituri erant; imò poterant ipsi quoque seipsum interficere. Vnde S. August. ait: Quod vado, dixit, non quod itur ad mortem, sed quod ipse ibat post mortem.

ET (IDCIRCO) DICEBAT ILLIS: VOS DE DEORSVM ESTIS, EGO DE SUPERNIS SVM. VOS DE MVNDO HOC ESTIS, EGO NON SVM DE HOC MVNDO] Dat causam Christus, cur quod ipse vadit, Pharisei venire non possint. q. d. Vos ex terra estis, & terrena sapitis, ac proinde peccatis vestris estis affixi, ibitque deorsum in profundum profundum: ego verò de caelo descendi, & caelestia sapio, ac proinde post mortem in caelum redibo, quod vos me sequi non poteritis, ideoque me quaerentes non inuenietis: ego enim sum quasi aquila caelestis habitans in altissimis montibus aeternitatis; vos verò estis quasi vermes, & scarabæi in terra repentes: quomodo ergo ad me euolare poteritis? Ita Rupert. & S. Aug. quem audi: Vos de deorsum estis, ideo terram sapitis, quia sicut serpentes terram manducatis, quid est, terram manducatis? terrenis pascimini, terrenis desideramini, terrenis inhiatis, sursum corda non habetis.

Secundò, S. Chryf. Theoph. Euthym. Leont. Ammon. & ex Latinis S. Aug. & Beda cenent Christum hic dare causam, cur Pharisei verba Christi: Quod ego vado, vos non potestis venire, quæ ipse dixerat de suo in caelos reditu, illi non de illo, sed de suis ipsius interfectione intellexerint; quia nimirum terreni & carnales erant, ideoque caelum non sapiebant, & caelestia non intelligebant. Vtrumque huic loco appositum & congruum est.

Ethicè: Vos de deorsum estis, quia nati ex Adam terreno & peccatore, inde concupiscentiam terrenam traxistis, quam proinde quasi nauam sequentes, auaritia, superbia, iræ & odio astuantes, non nisi opes, delicias & honores terrestres concupiscitis: ego verò de supernis sum, quia quæ Deus natus sū ex Patre caelesti, quæ homo verò ex Spiritu S. non ex Adam, aliòque patre terreno; quare caelestis mihi est indoles, caelestis amor, caelestia desideria, ad quæ vos terrestres & animales aspirare non potestis, nisi per meâ fidem & spiritum renascamini & reformemini, vt ex animalibus fiat spirituales, ex terrestribus caelestes, iuxta illud quod dixi Nicodemo c. 3. 5. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest introire in regnū Dei. In ergo idè est: Vos de deorsum estis, ego de supernis sum, cū eo quod Ioannes dixit c. 1. 12. Quot quot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati

VERS. 23.

Vos de deorsum estis: moraliter.

nati sum. Et cum eo quod ait Apostolus: Primus homo de terra terrenus, secundus homo de caelo caelestis, qualis terrenus, tales & terrenis & qualis caelestis, tales & caelestes. Igitur sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem caelestis, 1. Corinth. 15. 47. Et illud: Si consurrexistis eum Christo, quæ sursum sunt quaerite, ubi Christus est in dextera Dei sedens: quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram, Coloss. 3. Vide vtrobique dicta.

Physicè.

Physicè docet hîc Christus, locum in quo quis nascitur, educatur & viuirt, suas qualitates eidem affricare: perinde enim ac pisces viuētes in aqua, sunt humidi & aquosi, nec extra aquam viuere possunt: lupi verò, leones, equi, boues viuētes in terra, sunt terrei, nec extra terram viuere queūt; aues verò viuētes in aëre, sunt aëreae, nec extra aërem volare possunt: sic pariter Pharisei nati in terra Chanaan, siue in Iudæa, erant corpore & mente terrestres, Chanaan & Iudæi: iuxta illud Ezech. 16. 3. Generatio tua de terra Chanaan, mater tua Amorrhæus, & mater tua Cethæa: Christus verò natus & conuersans in caelo, erat caelestis, angelicus & diuinus.

Metaphysicè.

Metaphysicè: Vos de deorsum estis, hoc est, vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis perficere: ille homicida erat ab initio, vt explicat Christus v. 44. q. d. Vos infernales estis, ac patrem vestrum diabolum imitamini, quia sicut ille Adamum per pomum occidit, sic vos me vultis occidere: Ego verò de supernis sum, quia sum Filius Dei altissimi. Audi S. August. hîc tract. 38. Ille erat de supernis: de quibus supernis? de aëre? Absit sibi & aues volitant, de caelo, quod videmus? Et hoc absit, sibi & stella, & sol & luna circumuenit, de angelis? neque hoc intelligatur: per illum & angelis facti sumi, per quæ omnia facta sunt. De quibus ergo supernis Christus? Ab ipso patre, nihil illo Deo superius, qui Verbum genuit, equate sibi, & eum sibi, unigenitum sine tempore, per quem conderet tempore: sic ergo accipe Christum de supernis, vt excedat cogitatione tua omne quod factum est, vniuersam omnino creaturam, omne corpus, omnem conditum spiritum, omnem rem quoquo modo mutabilem.

VOS DE MVNDO HOC ESTIS, EGO NON SVM DE HOC MVNDO] De mundo, id est de terra hac terreni estis, vt explicet id quod dixit: Vos de deorsum estis. Secundò & pressius, de mundo estis, id est mundani estis, mundanos fauores, opes & honores ambitis, vitam agitis talem, qualem agunt mundani, & mundo dediti, vt de deorsum estis, naturam eorum explicet; verò vos de mundo hoc estis, eorumdem qualitatem, quæ ex natura consequitur, ait Toletus. Audi S. August. tr. 38. Nemo dicat: De hoc mundo non sum: quisquis es homo, de hoc mundo es, sed venit ad te, qui fecit mundum, & liberavit te de hoc mundo: si delectat te mundus, semper vis esse immundus: si autem iam non te delectat hic mundus, iam tu es mundus: verum tamen si per aliquam infirmitatem adhuc te delectat mundus, habet in te qui mundat, & eris mundus, si autem fueris mundus, non manebis in mundo, nec audies quod audierunt Iudæi. Moriemini in peccatis vestris.

VERS. 24.

DIXI ERGO VOBIS, QVIA MORIEMINI IN PECCATIS VESTRIS] tum infidelitatis, tum ceteris omnibus, quia nullus peccati sit remissio, nisi per fidem in Christum, quam vos respiciistis. Vnde subdit: SI ENIM NON CREDIDERITIS QVIA EGO SVM] scilicet Messias mundi saluator, quem me Cornel. in Ioannem.

esse assidue doceo & profiteor, ac per tot signa & miracula probò & euinco. ita Lyranus, Iansen Maldon. Subtilius S. August. Beda & Toletus: quia ego sum, supple qui sum, id est sum Deus. Hoc enim proprium est Dei, Exodi 3. Rupertus verò sic q. d. Quia ego sum, scilicet de supernis, vt præcessit, moriemini in peccato vestro, quia nullus est qui peccata auferat, & condonet, nisi ego quem vos aspernamini.

DICEBANT ERGO EI: TV QVIS ES? Dixerat Christus: Si non credideritis quia ego sum, &c. Vnde Pharisei id non intelligentes, vel se non intelligere simulantes, appositè rogant: Tu quis es?

DIXIT IIS IESVS: PRINCIPIVM, QVI ET LOGVOR VOBIS] S. Aug. sapè Beda, Rupert. Bernard. & S. Ambros. lib. 3. de Fide c. 4. Principium. accipiūt vt nominatiui casus. q. d. Ego sum principium, id est, ego sum primus & nouissimus, vel ego sum principium rerum omnium, quia per Verbum Dei facta sunt omnia, iuxta illud: Verbo Domini caeli firmati sunt, Verum Nota pro principium, græcè non est ἀρχή in nominatiuo casu, sed ἀρχὴ in accusatiuo, ita enim constanter habent Græca & Græci: & sic Septuag. vertere solent Hebr. בְּרֵאשִׁית בְּרֵאשִׁית, id est, in principio.

Viderunt hoc SS. August. & Ambros. vnde Scetidd, sic exponunt. q. d. Credite me esse principium, per quod facta sunt omnia; sed suppletur rō credito, quod non est in textu. Quare dicendum est hîc esse græcissimum. Græci enim subintelligunt præpositionem ἐν, vt ἀρχὴ sit idem quod ἐν ἀρχῇ, id est, iuxta principium, vel à principio, aut in principio: hoc enim est Hebr. בְּרֵאשִׁית. Sensus ergo est q. d. Ego sum à principio, id est, ab æterno (ideoque ante Abraham, vt ait ipse v. 58.) Deus verus de Deo vero, ideoque sum principium temporis & aui, ac rerum omnium, qui tamen & loquor vobis, id est, quia etiam hoc ipsum vobis annuncio: ideo enim carnem assumpsit, & factus sum homo, vt hoc euangelizem, & eos qui hoc credunt, saluem. Legit noster Interpres cum Arabico &c, id est, qui iam legunt, &c, id est quod. q. d. Ego sum à principio, quod ipsum loquor & asseuero vobis. Aut potius q. d. Ego cum sum Verbum, quod à principio, id est ab æterno, dixit & locutus est Pater, iam homo factus etiam idipsum loquor, & annuncio vobis, Filius enim est Verbum, quo loquitur Pater: ipse quoque Filius est Verbum, quod loquitur nobis. Vox est principium magis competit Verbo, quàm Spiritui sancto: tum quia Filius cum Patre est principium Spiritus sancti, ipse verò Spiritus sanctus, nullius alterius personæ diuinæ est principium, sed tantum, creaturarum tum quia Filius ergo principium procedens à principio, putà à Patre. Vnde principium significat eius originem, quæ genitus est à Patre, id ita esse liquet ex eo quod v. 27. subdit Ioannes: Et non cognouerunt, quia Patrem suum dicebat Deum: hoc enim significat rō à principio, quod Noster sagaciter, non verbo tenus, sed quoad sensum vertit, principium. Significatur enim hîc Verbum æternum, quod fuit à principio, ideoque ipsum esse principium genitum à Patre, ita vt ipsum cum Patre sit principium tā Spiritus sancti, quàm creaturarum omnium. Igitur id à principio duo significat, Primò, ab æterno, Secundò, à Deo Patre genitum. q. d. Ego

Ego sum Verbum ab æterno à Deo Patre genitum. Quare idem est dicere : Ego sum à principio, siue ego sum principium, cum eo quod ait Ioannes ca. 1. 1. *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.* Et cum eo quod idem ait Apocal. 1. 8. de Christo : *Ego sum & ω. principium & finis.* Et c. 3. 14. *Qui est principii creaturæ Dei.* Et Paulus Coloss. 1. 18. *Qui est principii, Vide ibi dicta. Sic Plato: Deus, ait, est qui principium, mediū, & finem rerum omnium complectitur.* Et Vigil. *Ab lone principium.* Et S. Greg. Nazianz. *Atte principium, tibi desinet.* Et hoc voluere S. August. Ambros. Rupert. Beda & Bern. initio citati, qui *in principii* accipiunt in casu nominatiuo, etiam si græcè sit in accusatiuo. Audi Glossam: *Pater est principium, non de principio. Filius est principii à principio, id est, à Patre qui omnia per Filium operatus est. Ipse enim est manus dextra, fortitudo, sapientia & Verbum Patris.* Græcum *ἀρχή* nō tantum principium, sed & principatum significat. q. d. Christus : Ego sum principium, cui competit principatus, dominium, regnum, & imperium rerum omnium, vt alludat ad illud psal. 109. *Tecum principium* (græcè *ἀρχή*, id est principatus) *in die virtutis tue, in splendoribus sanctorum.* Ex vero ante *Luciferum genuit.* Et ad illud Prouerb. 8. 22. *Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret à principio.* Vbi Septuag. vertunt, *Dominus condidit me principium viarum suarum in opera sua.* Vide ibi dicta. Audi S. August. lib. 3. Contra Maximinū lib. 17. tom. 6. *Pater est principium, non de principio; Filius principium de principio; sed vtrumque simul, non duo, sed vnum principium: sicut Pater Deus, & Filius Deus, & ambo simul non duo Dij, sed vnus Deus.* Vide D. Thom. & Schol. 1. p. q. 36. art. 4. vbi docent Patrem & Filium non duo, sed vnum esse principium Spiritus sancti.

Deus principium & finis actionum nostrarum.

Moral. hinc dicit ad Christum, quā Deus & homo est, referendum esse principium & finem omnium actionum Christianarum, vt vtrumque ei offeramus, & ad vtrumque gratiam ab eo flagitemus. Ipse enim eorum omnium principium est & finis. Ita fecit S. Paulus, qui Epistolas suas orditur à Christo, & in eo finit, æquè ac fecit S. Petrus, Ioannes, Iacobus & Iudas. Idem fecit S. Greg. Nazianz. qui monosticha Alphabeti ab hac *ἀρχή* orditur: *Agendorum principium, inquit, & finis sit Deus.* Et S. Paulinus.

In te composita mihi sit spes vnica vitæ.

Tu mihi principium, tu meta & terminus idem.

Sicut ergo ab vnitae oriuntur omnes numeri, à centro omnes lineæ, quæ ad circumferentiam ducuntur: sic pariter à Christo oriuntur omnes actiones Christianæ & sanctæ; quare in ipso, quasi sui centro & principio coire, vniū, inchoari & terminari debēt. Vide dicta Deut. 6. v. 6. A Christo ergo, o Christiane, incipe, & in Christum tuum desine. Hoc est quod sancit Apostolus Coloss. 3. 17. *Omne quodcumque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi gratias agentes Deo & Patri per ipsum.*

Aliter Græca traiciunt, indeque vertunt & explicant Nonnus, Vatabl. & Maldon. nimirum sic: Ego sum is, vel id, qui, vel quod, à principio vobis loquor, & iam pridem prædico, me scilicet esse Messiam vstrum, quem si velletis, iam pridem ex loquela mea cognoscere potuissetis. Vn-

de Syrus vertit, *etiam id quod incipi loqui vobiscum, & Vatabl: principia, vel in primis, quod & loquor vobis, sicque explicat q. d. Omnino hoc ipsum sum quod à principio dixi, scilicet mundi lux & salus, vt subaudiatur, & non creditis mihi.* Verum hac tractatio est insolita & dura.

Alij denique hæc referunt ad sequentia. q. d. *In primis, id est ante omnia, quia & loquor vobis, subaudi; & tamen non creditis; propterea multa habeo de vobis loqui & iudicare.* Sed hoc frigidum est, & supplet *Id & tamen non creditis*, atque ad questionem Pharisæorum nil facit, merumque est responsonis effugium. q. d. Christus: Vos indigni estis quibus respondeam, sed digni quos iudicem & damnem.

MULTA HABEO DE VOBIS LOQUI, ET IUDICARE] q. d. Multa possem contra vos loqui, & de multis vos iudicare, id est accusare & arguere, ac in die iudicii ea arguam, iudicabo & condemnabo. Ita S. Cyrill. *Non vnum, inquit, tantum, sed multa accusabo, & in nullare mentior sicut vos possum condemnare vos tanquam incredulos & infideles, tanquam arrogantes, tanquam contumeliosos, tanquam Deo repugnantes, tanquam imprudentes, tanquam ingratos, tanquam malignos, tanquam voluptatum potius, quam Dei amatores, tanquam humanam capeantes gloriam, Dei vero gloriam non querentes.*

SED QUI ME MISIT, VERAX EST: ET EGO QUI AVDIUI AB EO HEC LOQUOR IN MUNDO.] q. d. Sed, ommissis multis, quæ in vobis iustè carere possem, hoc tantum præcipuū dicam in confutationem vestræ infidelitatis, quæ doctrinam meam rideris, quod Deus Pater, qui misit me in carnè & mundum, verax est, & ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo, ac proinde illa quæ prædico, vera sunt, ideoque ab omnibus credenda. ita Iane. *Ideo, ait Aug. verus in iudicio ego, quia filius veritatis, & veritas sum.* Porro alij variè id explicant.

Primò, Tolctus ex Chryl. Theophyl. & Euthym. q. d. Multa possem de vobis loqui & iudicare, sed id modò non faciam, quia Pater qui verax est in promissis, sicut promisit te missurū me in mundum ad eum saluandum, non ad iudicandum; ita vtraciter id ipsum præstat, iubetque vt id faciam: quare ego illi obsequens nolo iam vos iudicare, sed tantum loquor ea quæ audiui à Patre, scilicet ea quæ ad salutem mundi spectant.

Secundò, Maldonatus. q. d. Multa possem de vobis verè, ac meo iure dicere atque iudicare; quod si fecero, nemo poterit iudicium meum reprehendere, quia *qui misit me verax est, & ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo.* Verum durè hîc pro sed, substituitur *quia*.

Tertiò, Rupert. *Id sed* refert superius ad *in principio*. q. d. Licet dixerim me esse principium, id est principem Deū, ac idipsum loquor, asseramque vobis, tamen idipsum nō loquor ex meipso; sed est Deus Pater, qui misit me, iustitque vt hæc quæ ab ipso audiui, loquar & prædicem.

Quartò, alij q. d. Vos quidem non creditis me esse Messiam, sed tamen scitote, quod Pater cælestis, qui misit me quasi Messiam, & legatum suum, vult me idipsum loqui & prædicare.

Quinto, alij q. d. Multa habeo de vobis iudicare in die iudicii, quem vos non expectatis, nec creditis, sed est Pater meus verax, qui sicut promisit me fore iudicem in illo die, vt cuique pro meritis

meritis fidei vel infidelitatis, præmia vel supplicia assignem, ita reipsa præstabit, & opere complebit. Verum sensus quem initio dedi, planus videtur & genuinus.

QUE AVDIUI AB EO] tum quā Deus, tum quā homo. Vide Intelin. *ait: idem est audire ab eo, quod esse ab eo.* Et August. *Dat gloriam Patri aequalis Filius.* q. d. *Do gloriam ei cuius sum filius, quomodo tu superbis aduersus eum cuius es seruus?*

VERS. 27.

ET NON COGNOVERUNT QUIA PATREM EIVS (id est suum) DICEBAT DEVM] Græca iam tantum habent, *Quod Patrem suum eis dicebat*, id est quod Patrem suum eis indicabat esse Deum; & sic cum Græco legitur Syrus. Chryl. Theophyl. Euthym. Aug. & Beda; sed eodem redit sensus, quem Latina versio longè meliùs & clariùs expressit, cui planè consentit versio Arabica. Quare omnino verisimile est olim in Græco extitisse *Id Deū.* Loquebatur Iesus testè & obicure, ne Pharisæorum odia contra se inflammaret: si enim clarè dixisset, Ego sum vnigenitus Dei Patris Filius; lapidassent eum quasi blasphemum. Dixit ergo inuolūtè & testè: *Ego sum principium, vel, vt græcè est, à principio, id est à Deo Patre ab æterno genitus, & Qui misit me verax est.* Quare ex his verbis Pharisæi non cognouerunt Iesum asserere, quod Deus esset suus Pater: aliqui tamen argutiores ex eis, id subodorari & suspicari potuerunt, sed clarè id non cognouerunt, vnde eum arguere nequiverunt: rectè neutri cognouerunt, id est, crediderunt id esse verum; idque factum est Dei consilio, ne impediretur Christi passio, indeque hominum redemptio: *Si enim cognouissent, nunquam Dominū gloria crucifixissent,* ait Paulus 1. Corint. 2. 8. Vnde S. Aug. *Differo, ait, cognitionem meam, vt impleam passionem meam,* per manus vestras, ait Intelin.

VERS. 28.

DIXIT ERGO EIS IESVS: CVM EXALTAVERITIS FILIVM HOMINIS, TUNC COGNOSCETIS QUIA EGO SVM, ET A MEIPSO FACIO NIHIL, SED SICVT DOCUIT ME PATER, HEC LOQUOR.] Cùm exaltaveritis, eum me in crucem sustuleritis: crux enim erat in alto. Christus crucifixionem suam vocat *exaltationem*: quia, etsi videtur summa esse eius depressio, dedecus & ignominia; tamen reuera ex Dei providentia, facta est summa eius exaltatio, decus & gloria, vt omnes gentes Christum crucifixum adorent, & ab eo veniam, gratiam & gloriam sperent & expectent: hoc enim tanta lui humiliatione meruit Christus, iuxta illud Pauli: *Humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & Deus exaltavit illum, & dedit illi nomen quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium & infernorum,* Philip. 2. Idem facit Deus cuiuslibet Christiano & Christi affectu, qui propter Christum deprimitur, vel vtrò se humiliat & deprimat, iuxta illud eius decretum; *Omnis qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur.*

TUNC COGNOSCETIS QUIA (quod) EGO SVM] scilicet Messias Dei Filius, quem me esse prædico, non autem merus homo, vti vos nunc existimatis. In Christi enim cruce, morte, resurrectione & deinceps, multi Iudeorum visâ tantâ Christi patientiâ, charitate, zelo, tantisque prodigijs & miraculis compuncti crediderunt in eum: vnde ijs visis dicebat Centurio, *Verè filius Dei erat iste*

idque Christus sua cruce meruit, ac à Patre petijt & impetrauit, vt patet Lucæ 23. 48. Act. 2. 41. Ita S. August. *Videbat, inquit, sibi aliquos post passionem suam credituros.* Dicit verò hoc illis, ne quisquam sibi malè conscius desperet, quando eis condonatur homicidii, qui occiderunt Christum. Sic & S. Chryost. Cyrill. Leont. Euthym. Theophyl. & alij.

ET A MEIPSO FACIO NIHIL, SED SICVT DOCUIT ME PATER, HEC LOQUOR] Idem sæpè Christus inculcat, tum vt humiliter de se loquatur, tum vt doctrinæ suæ auctoritatem ex Deo Patre conciliet. Ita Chryost. *Porro non sic Pater docuit Filium, quasi indoctum genuerit: sed hoc est docuisse, scientè genuisse: hoc est Filio esse, quod nosse Pater gignendo dedit, esicut esse, ita & nosse,* ait S. August.

ET QUI ME MISIT, MECVM EST] Hoc addit, ait S. Chryost. ne Patre quasi se docente, minor esse putaretur: illud dispensationis, hoc deitatis est. Et S. August. *Misit, ait Pater Filium, sed non recessit à Filio.* Porro Pater est cum Filio, non tantum per indifferetam, & eandem numero essentiam deitatis, vt explicat S. Aug. sed etiam per singularem providentiam, regimen & gubernationem humanitatis ab eo assumpta; hanc enim Deus quasi auriga regebat, & dirigebat ad omne opus, quo fibat vt singula Christi opera essent eximia; perfecta, heroica, diuina. ita Rupert. Euthym. & alij.

HÆC ILLO LOQUENTE MULTI CREDIDERUNT IN EVM] Multi ex simplici, candida & docili turba, sed pauci, vel nulli ex superbis & inuidijs Pharisæis: *Crediderunt in eum* tum quia rationum eius euidencia convincebantur; tum quia gratia, spiritu, vi & efficacia sermonū eius capiebatur, dicentes: *Nunquam locutus est homo, sicut homo hic,* c. 7. 46.

DICEBAT ERGO (vt eos in fide iam accepta confirmaret) IESVS AD EOS, QUI CREDIDERUNT EI, IVDÆOS: SI VOS MANSERITIS IN SERMONE MEO, VERE DISCIPVLI MEI ERITIS] *Iudeos* inteligit plebcios, quos opponit principibus Pharisæis, & sacerdotibus incredulis: *Si vos manseritis in sermone meo,* id est, si in mea doctrina & fide, quam iam accepistis; perseueraveritis, inquit S. August. Leont. Chryost. Cyrill. & Theophyl. *vere discipuli mei eritis,* scilicet fideles & constantes, vt per persecutiones & cruce me generosè sequamini usque in cælum, ibique mei discipuli & affectu, imò filij & hæredes, sitis in felicitate & gloria, sicut hic fuistis in fide & tribulatione; quare digni eritis discipulorum meorum vti nomine & titulo, sic & merito ac præmio.

ET COGNOSCETIS VERITATEM, ET VERITAS LIBERABIT VOS] Per *veritatem* ipsum Christum, qui est via, veritas & vita, intelligunt Græci. S. Chryost. Cyrill. Euthym. & Theophyl. q. d. Si permanseritis in fide mea, cognoscetis me esse veritatem, adumbratam in vmbis & figuris legis veteris, à quibus proinde liberabo vos, vt seruiatis Deo, non in corporis cæremonijs & figuris, sed in spiritu & veritate fidei, spei & charitatis, vt dixi cap. 4. 23.

Secundò, & magis propriè ad mentem Christi. q. d. Si manseritis in mea doctrina, quam ego vos docui, per ipsam eiusdem experientiam & praxin cognoscetis, & quasi gustabitis, quàm illa sit vera, salutaris, sincera & pura; atque eadem ipsa vos liberabit, græcè, *ἐλευθερώσει*, id est liberos

VERS. 29.

VERS. 30.

VERS. 31.

VERS. 32.

& ingenuos reddet, liberos, inquam, à iugo & seruitute peccati. De hac enim proprie hic agi patet, ex eo quod subdit v. 34. Qui facit peccatum, seruus est peccati. Fides enim mea deducet vos ad poenitentiam, contritionem & charitatem, quæ abolet omne peccatum. Ita Rupertus, Iansenius, Maldonatus & alij, ac S. Aug. serm. 48. de Verbis Domini secundum Ioannem: Si non deleat veritas, inquit, deleat libertas, &c. planè reddidit libertatem, si abstulit iniquitatem.

Anagogicè liberabit vos mea doctrina à corruptione huius mortalitatis, mutabilitatis, corruptionis, & exilij, quia deducet vos ad libertatem beatæ immortalitatis, & gloriæ filiorum Dei. Ita S. August. hic tract. 40. Quid, ait, promittis credentibus, fratres? & cognosceris veritatem. Quid enim nò illam cognouerant, quando Dominus loquebatur? Si non cognouerant, quomodo crediderunt? Non quia cognouerunt, crediderunt; sed ut cognoscerent, crediderunt: credimus enim ut cognoscamus, non cognoscimus ut credamus: quod enim cognatur sumus, nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit. Quid est enim fides, nisi credere quod non vides? fides ergo est, quod non vides, credere; veritas, quod credidisti, videre.

Quadruplicem libertatem allatam à Christo.

Disce hic quadruplicem esse seruitutem, quæ abstulit, & quadruplicem libertatem, quam attulit Christus. Prima seruitus fuit sub onere legis veteris, quam Christus abstulit per libertatem Euangelij.

Secunda seruitus fuit sub iugo peccati: hanc abstulit Christus per libertatem iustitiæ.

Tertia seruitus fuit sub dominio concupiscentiæ, quam Christus abstulit per libertatem spiritus, ac dominium charitatis & gratiæ.

Quarta seruitus fuit sub morte & mortalitate, omnibique huius vitæ ærumnis, quam auferet Christus per libertatem resurrectionis & gloriæ. Quare non agitur hic de libertate arbitrij, quasi peccatores aded sint serui peccati, vt careant libero arbitrio, quod eis restituat Christus, cum eos iustificat. Peccator enim non nisi per liberum arbitrium peccat, & poenitens non nisi per liberum arbitrium gratia Dei adiutum, poenitet & iustificatur.

Quare ineptè Caluinus hic negans tam peccatoribus quam iustis liberum arbitrium: Nos, inquit, seruitutis propriæ consij, non nisi Christo liberatore gloriamur. Censet enim ipse nos intrinsecè non esse liberos, sed extrinsecè per libertatem Christi: sicut idem censet nos intrinsecè non esse iustos per inhærentem nobis iustitiam, sed tantum extrinsecè per iustitiam Christi nobis à Deo imputatam: quorum vtrumque hæresis est non tantum impia, sed & imperita, inepta & stolidâ.

VERS. 33.

RESPONDERUNT [Iudæi, non tam credentes in eum, de quibus vers. præced. quam increduli, vt patet ex sequent.] EI: SEMEN ABRAHÆ SUMVS, ET NEMINI SERVIVIMVS VMOVAM: QVOMODO TV DICIS: LIBERI ERITIS] Christus dicendo, Si manseritis in sermone meo, &c. cognosceris veritatem, & veritas liberabit vos, tacitè Iudæis obiecerat ignorantiam & seruitutem, quasi ex vtraque eos sit liberaturus per veritatem & libertatem. Iudæi de stirpe Abrahæ gloriantes, senserunt se pungi à Christo, ac dissimulantes ignorantiam superbè seruitutem arripiunt ne-

gantque se esse vel fuisse seruos, ac proinde libertate Christi non egere. q.d. Nos sumus filij magni patriarchæ Abrahæ, ideoque ingenui & liberi, nec vlli seruiumus vnquam; quare neque natiuitate, neque conditione sumus serui. Sic hodie multi, ait S. Chrysostr. si arguantur eorum mores impuri & improbi, dissimulant, sed si tangatur eorum genus & nobilitas, exiliunt velut phrenetici. Verù Iudæi non intellexerunt Christum: Christus enim non de seruitute & libertate ciuili, sed spiritali loquebatur, quod scilicet è seruitute peccati per libertatem gratiæ eos liberaret.

Quares, an verè Iudæi dicat. Nemini seruiumus vnquam? nam olim seruiuerant Ægyptijs, cum liberati & educi fuere à Mose; item Babylonijs, cù sub Ioachin & Sedecia capti & abducti fuere in Babylonem; & Philistæis, Ammonitis, &c. tempore Iudicum. Resp. S. Chrysostr. S. August. Leont. Beda, Iudæos gloriabundos plus æquo suum genus extollere, ideoque falsum dicere & mentiri; sed hoc sensu mendacium suum velare, quod licet à Babylonijs, Ægyptijs, alijsque gentibus fuerint subacti, nunquam tamen in seruos, id est, in mancipia, fuerint distracti & venditi.

Secundò, Caiet. Toletus, Iansen. & alij respondent, patres quidem horum Iudæorum seruiisse Babylonijs & Ægyptijs, hoc verò Iudæos tempore Christi nemini seruiisse, quia licet tubessent Romanis & Tiberio Cæsari; tamen eorum non erant serui & mancipia, sed subditi dumtaxat: necdum enim fuerant à Vespasiano & Tiro excisi, ruc enim ab eis omnes Iudæi vel occisi fuere, vel vt mancipia capti & diuenditi, aded vt captiuorum fuerint 97. millia, occisorum verò & mortuorum vnde cics centena millia, teste Iosepho lib. 7. Belli c. 17.

Hic sensus magis congruus videtur. Nam dicere, quod Patres ipsorum nemini seruiissent vnquam, fuisse nimis splendidum mendacium, quod sol ipse erubuisse, & Christus illicò confudisset. Dicunt ergo: Nos semen Abrahæ sumus, & nemini seruiumus vnquam. q.d. Nos neq; origine & genere sumus serui, quia sumus filij nobilis & inclyti Abrahæ: neque etiam sumus serui fortuna & conditione, quia nemini seruiumus vnquam. Ergo nullo modo sumus serui, sed omni ratione liberi, ingenui & nobiles; quia licet Romanis subsumus, eis tamen subsumus politice vt subditi, non despotice vt serui & mancipia.

AMEN, AMEN (id est, verè verè, vel certò certò, id est, verissimè & certissimè. Veritas, ait S. August. dicit; multum commendat, quod ita pronunciat.) DICO VOBIS: QVIA OMNIS QVI FACIT PECCATVM, SERVVVS EST PECCATI] Christus Iudæis obijcientibus se non esse seruos, sed liberos, respondet se loqui de seruitute, non ciuili, sed nystica, qua quis seruit peccato. Porro verècundè & modestè loquitur in genere & in tertia persona, eum proprie velit dicere; Vos facitis peccata multa, ideoque serui estis peccati, à qua seruitute nemo vos liberare potest, nisi ego. Omiserabilis seruitus, exclamat S. August. tract. 41. causamque subdit: Seruus hominis aliquando sui domini duris imperijs fatigatus, fugièdo quiescit seruus peccati quò fugit; Secum se trahit quocumque fugerit. Non fugit seipsam mala conscientia, non est quò eat, sequitur

An verè dixerint Iudæi Nemini seruiumus vnquam.

VERS. 34.

Peccator seruus est peccati: cur? Causa Prima.

Secunda.

quitur se, imò non recedit à se: peccatum enim quod facit, inuis est. Causam aliam dat S. Petrus epist. 2. cap. 2. 19. dicens: A quo enim quis superatus est, huius & seruus est. Vide ibi dicta. Adde tertiã. Qui facit peccatum seruus est diaboli, qui instigat ad peccatum; sicut qui facit iustitiam, seruus est Dei, qui ad eam impellit. Diabolus autem summus est tyrannus, qui peccatores quasi mancipia exagitat, & ex vno scelere in aliud & aliud semper, ac tandem in gehennam pertrahit, vt videre est in sagis & magis. Quartò, quia peccatum post se relinquit concupiscentiam, & inclinationem ad peccatum iterandum, quæ concupiscentia etiam post dimissum peccatum manet ad poenã & tentationem. Vnde Apostolus Roman. 7. ait se venundatù sub peccato, vt quod nolit hoc agat (vt scilicet motus concupiscentiæ inuis sentiat) & bonum quod velit, nequeat perficere, ideoque exclamat: Insuper ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Quintò, quia peccator peccato quod fecit, quasi vinculis, alligatur, vt se ab eo expellere nequeat, nisi Christus eum gratiã suã liberet, iuxta illud Prou. 5. 22. Iniquitates sue capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur. Et Isaia 5. 18. Væ qui trahitis iniquitatem in vinculis vanitatis, & quasi vinculum plausivi peccatum. Vide vtròbique dicta. Audi S. Gregorium 4. Moral. c. 42. Qui se prauo desiderio subiicit, iniquitatis dominio dudum libera mentis colla supponit: sed huic domino contradicimus, cum iniquitati quæ nos ceperat, reluctamur. Idem 25. Moral. c. 20. Quidè aliquis libertatis per agit peruersa quæ vult, tantò iniquitatis seruitio obnoxius obligatur. Est proso popocia, peccato enim, quæ res inuicima est, tribuitur persona heri, siue domini & tyranni. Primò, vt significetur vis & tyrannis peccati & concupiscentiæ. Secundò, quia sub peccato intelligitur diabolus, qui in regno peccati imperat, & peccatoribus durè dominatur. Tertiò, vt indicetur reatus peccati, quo peccatù peccatorum reum facit mortis & gehennæ.

Quarta.

Secundò, quia peccator peccato quod fecit, quasi vinculis, alligatur, vt se ab eo expellere nequeat, nisi Christus eum gratiã suã liberet, iuxta illud Prou. 5. 22. Iniquitates sue capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur. Et Isaia 5. 18. Væ qui trahitis iniquitatem in vinculis vanitatis, & quasi vinculum plausivi peccatum. Vide vtròbique dicta. Audi S. Gregorium 4. Moral. c. 42. Qui se prauo desiderio subiicit, iniquitatis dominio dudum libera mentis colla supponit: sed huic domino contradicimus, cum iniquitati quæ nos ceperat, reluctamur. Idem 25. Moral. c. 20. Quidè aliquis libertatis per agit peruersa quæ vult, tantò iniquitatis seruitio obnoxius obligatur. Est proso popocia, peccato enim, quæ res inuicima est, tribuitur persona heri, siue domini & tyranni. Primò, vt significetur vis & tyrannis peccati & concupiscentiæ. Secundò, quia sub peccato intelligitur diabolus, qui in regno peccati imperat, & peccatoribus durè dominatur. Tertiò, vt indicetur reatus peccati, quo peccatù peccatorum reum facit mortis & gehennæ.

Quinta.

Preclarè S. Ambrosius in psal. 118. serm. 12. ad illa: Tuus sum ego, saluum me fac. Non potest, inquit, dicere secularis: Tuus sum: plures enim dominos habet. Venit libido, & dicit: Meus es, quia ea que sunt corporis concupiscis. Venit auaritia, & dicit: Meus es, quia argentum & aurum quod habes, seruitutis tue pretium est. Venit luxuria, & dicit: Meus es, quia vnus diei conuiniuntium pretium tua vita est. Venit ambitio, & dicit: Planè meus es; nescis quòd ideo potestatem in te contulit, vt mea te subicerem potestati? Veniunt omnia vitia, & singula dicunt: Meus es. Quem tanti competunt, quoniam vile mancipium est? Porro peccator, qui nequit dicere Deo: Tuus sum ego, audit à diabolo, Meus es tu. Nam, vt subiicit S. Ambros. Venit & introiit in eum satanas, & cepit dicere, Non est tuus seruus meus est. Ea que mea sunt cogitat, que mea sunt in peccatore voluit: tecum epulatur, & tecum paciscitur: à te panem accipit, à me pecuniam; tecum bibit, & mibi unum sanguinem vendit: tuus est Apostolus & meus mercenarius.

VERS. 35.

SERVVS AVTEM NON MANET IN DOMO IN ÆTERNVM: FILIVS AVTEM MANET IN ÆTERNVM] q.d. Qui seruus est peccati, vt vos, o Iudæi, estis, hic more seruorum non habet ius manendi semper in domo heri putà in Ecclesia Dei: nam post mortem eiectur in tenebras exteriori-

res gehennæ, vt eodem vos eiectimini. At filius semper manet in domo heri, vt pote patris sui, hoc est, ego semper maneo apud Deum Patrem meum in celo: quare si per me, meamque gratiam à seruitute peccati liberati fueritis, mecum quasi filij adoptiui semper in domo Dei, id est, in Ecclesia, tam militante per gratiam, quam triumphante per gloriam in æternum felices & gloriosi manebitis. Ita S. Augustinus, Cyrillus, Beda & alij. Vnde sequitur:

SI ERGO VOS FILIVS LIBERAVERIT, VERE LIBERI ERITIS] Nota verè, q.d. Nec Abraham, nec Moses licet Deo charissimi serui, vos à peccato liberare poterunt, sed ego solus, qui sum verus Dei Filius Messias, redemptor, & saluator mundi. Ita S. Chrysostr. Theophylactus, Euthymius & alij.

SCIO QVIA FILII ABRAHÆ ESTIS, SED QVÆ RITIS ME INTERIFICERE] quod non fecit Abraham, q.d. Naturà quidem estis filij Abrahæ, sed imitatione degeneres. Quare pro sapia Abrahæ vobis non proderit, nisi ad maiorem damnationem: Abraham enim in die iudicij damnabit vos, dicetque: Ego vos non agnosco pro filijs, quia Christum filium meum, & fratrem vestrù, persecuti estis, & crucifixistis: ite ergo christicide in ignem æternum, ita se Christus explicat v. 40.

QVIA SERMO MEVS NON CAPIT IN VOBIS] Id est, vt Vatabl. non habet locum in vobis; quia scilicet vos eum capere non vultis; Arabicus, non est firmus in vobis. Vnde Origenes & Chrysostr. censent hæc dici ad eos, qui antè crediderant in Christum, sed obiter & leuiter, ac repente, cum audirent se à Christo seruos vocari, irritati & exandescens, mutatà sententiã & fide in perfidiam volebant eum occidere. Planius & probabilius dicemus Christum hæc dicere ad incredulos, qui iam antè ei necem machinabantur.

EGO QVOD VIDI APVD PATREM MEVM, LOQVOR: ET VOS QVÆ VIDISTIS APVD PATREM VESTRVM, FACITIS] q.d. Sicut ego loquor & doceo ea que vidi & audii (in spiritalibus enim & diuinis idem est videre & audire, vt dixi cap. 5. 30.) hoc est, cognoui & intellexi à Deo Patre meo, sic pariter vos ea que vidistis, id est, audistis (vnde Græci codices nonnulli cum Chrysostr. & Leontio legunt, vnde vidistis, id est, audistis, & didicistis à patre vestro diabolo, non tantum loquimini, sed reipsa facitis, præsertim dum molimini me occidere. ita S. August. Beda, Leont. Euthym. Rupert. Diabolum enim hic vocari patrem Iudæorum, non verò Abraham, clarè docet Christus v. 44. dicens: Vos ex parte diabolo estis, & desideria patris vestri vultis perficere: ille homicida erat ab initio.

RESPONDERVNT, ET DIXERVNT EI: PATER NOSTER ABRAHAM EST] quia Christus alium videbatur eis assignasse patrem, nec eum nominat; vt eum ex ore eius eliciant, repetunt, replicantque: Pater noster Abraham est, nec alium agnoscamus patrem.

DICIT EI IESVS: SI FILII ABRAHÆ ESTIS, OPERA ABRAHÆ FACITE] Non negat eorum originem, ait S. Augustinus, sed facta condemnat. Caro eorum ex illo (Abraham) erat, vita non erat. Græci nonnulli codices, & illos secutus Arabicus habent

VERS. 39.

RESPONDERVNT, ET DIXERVNT EI: PATER NOSTER ABRAHAM EST] quia Christus alium videbatur eis assignasse patrem, nec eum nominat; vt eum ex ore eius eliciant, repetunt, replicantque: Pater noster Abraham est, nec alium agnoscamus patrem.

habent *Sif filij Abrahæ essetis, opera Abrahæ faceretis.*
VERS.40. NUNC AUTEM QUERITIS ME INTERFICERE, HOMINEM, QUI VERITATEM VOBIS LOCUTUS SUM, QUAM AVDITUS A DEO: HOC ABRAHAM NON FECIT] Clarè explicat, probatque Iudæos non facere opera Abrahæ, quia Abraham neminem læsit, sed Lot & quotquot potuit saluavit: Iudæi autem Christum lacerari in *Pirke a-noth c. 5. Ex tribus*, inquit, *cognosces quis sit discipulus Abrahæ & quis Balaam. Qui enim oculo est gra-vioso, spiritu benigno, & anima satrabili, cui facile satis-fit, hic est discipulus Abrahæ. Qui verò est oculo linito & imido, spiritu superbo, & anima insatiabili, hinc est disci-pulus Balaam.*

VERS.41. VOS FACITIS OPERA PATRIS VESTRI] Perstat Christus in eo quod dixit, Iudæos non Abrahæ, sed alterius Patris, cuius opera imitentur, esse filios, scilicet diaboli, quem necdum nominat, sed nominabit v. 44:

DIXERVNT ITAQUE EI. NOS EX FORNICATIONE NON SUMUS NATI: ET UNUM PATREM HABEMUS DEVM] Primò, Origen. Cyrillus & Leonius censent Iudæos vocem Christi dicentis, quòd alium ab Abraham haberent patrem, scilicet adulterum, irritos, implicite & tacite conuicium in ipsum retorsisse. q. d. Nos non sumus filij adulteri, sed talis tu ipse es: nam pater tuus non est Ioseph, sed alius quis occultus adulter. Vnde Origenes: *Arrocius*, inquit, *respondent, latenter designantes ex adulterio natum Christum:* Hoc enim in vulgus sparserant Pharisei nonnulli, Christo invidentes, ut ei famam & auctoritatem adimerent. Hoc si verum est, fuit atrox hæc in Christum & B. Virginem calumnia & blasphemia.

Secundò, miriùs, Euthymius & Rupertus. q. d. Nos non sumus filij Agar, quæ fuit ancilla & concubina (hoc est secundaria vxor) Abrahæ, ex Imaçle eius filio, & Agarenis eius posteris prognati, sed sumus filij Saræ, quæ fuit libera & domina, id est, quæ primaria vxor Abrahæ, ac ex illa per Isaac, qui fuit primarius filius, indeque hæc benedictionum Abrahæ, descendimus. Filij enim concubinarum videbantur illegitimi & spurij, eò quòd hereditate patris excluderentur, et si reuera essent legitimi, sed secundarij.

Tertiò, q. d. Nos non sumus nati ex fornicatione spirituali, id est ex idololatria, hoc est, non sumus filij Gentium idolatrarum, v. g. Agarenorum, sed sumus filij Abrahæ & Saræ, fidelium fidelis proles. Vnde explicando subdunt: *Vnum Patrem habemus Deum.* Obiecit Rupert. sic debuisse eos addere, vocem aduersatiuam, sed quam tamèn omiserit, ac dixisse: Non sumus ex fornicatione, id est, ex idololatria nati, sed vnum habemus Deum Patrem, quem colimus. Resp. Maldonat. *Id sed*, & similes particulas sæpè omitti & subintelligi. Fornicatio enim in Script. præsertim apud Prophetas, mystica intelligitur, id est, idololatria, quia per eam anima relicto Deo, qui est verus eius sponsus, prosternit se idolis & demonibus, quasi adulteris. Ita S. Augustinus, Maldonatus & alij. Alludit ad Osee 1. 2. *Sume tibi uxorem fornicatorem, & fac tibi filios fornicationum, quia fornicans fornicabitur terra:* Huc accedit Theophylactus, qui exponit q. d. Non sumus nati ex con-

jugijs Iudæorum cum vxoribus Gentilibus: hæc enim coniugia lege erant vetita, ideoque illegitima & adulterina à Iudæis habebantur.

Quartò, simpliciter & planè, Iudæi Christo obijcienti alium patrem ab Abrahâ, scilicet diabolum (quem licet Christus non expresse, Iudæi tamen eum ab ipso intelligi subodorati sunt) vt pote cuius opera sequerentur, respondent plenè, ideoque bifariam. q. d. Nobis non alius adulter, vt tu obijcis, sed verus pater in terra est Abraham, in celo verò vnus est Deus: quare nos non sumus ex fornicatione, sed ex legitimo coniugio Abrahæ cum Sara prognati, ac consequenter eundem Deum verum colimus, quem coluit Abraham pater noster: falsò igitur criminariis nos quasi spurios, non facere opera Abrahæ, nec eius fidem & pietatem imitari, nec Deum eius colere, sed diabolum, eiusque opera & instinctus perficere. Iniquè ergo Deum Abrahæ verum tibi soli approprias, quasi tui solius patrem, nosq; ab eius filiatione excludis, & a teri, scilicet diabolo, assignas, facisque spurios & adulterinos, ideoque infames & vitiosos. Solent enim spurij leuitatem & vitia parentum ex semine contrahere, ideoque esse leues, petulantes, lasciuji & quæ de causa Iure Canonico sunt irregulares & inhabiles ad sacerdotium.

DIXIT ERGO EIS IESVS: SI DEVS PATER VESTER ESSET, DILIGERETIS VTIQUE ME: EGO ENIM EX DEO PROCESSI, ET VENI] Multi eorum ex fornicatione nati erant (& hoc satis intinuauit Christus, digito scribens in terra, eum accusarent adulteram v. 7 & 8.) sed hoc omisso, ait Chrysost. vt pote occulto, tui pi, infami & inuidioso, Christus ostendit eos non esse ex Deo, hoc syllogismo:

Qui diligit Deum, diligit pariter Dei filium: Atqui vos non diligitis Dei filium, scilicet me, qui vobis per tot miracula idipsû probauit: Ergo, vobis quoque non diligitis Deum. Sicut Arriani, qui negant Christum esse Dei Filium, negant pariter Deum Patrem: nec enim Pater est, aut dici potest, qui non habet filium. EGO ENIM EX DEO PROCESSI] (græcè ἐξ ἡοῦ, id est, exini, ita Arabicus) ET VENI] Græcè, ἦλθον, id est, venio, id est iam veni. S. August. Beda; Leont. Ammon. & S. Hilar. 1. 6. de Trinit. censent hinc denotari vtramque Christi generationem, scilicet diuinam & humanam. q. d. Processi à Patre per æternam generationem: veni in mundum per incarnationem nuper factam. Quod de Deo processit Verbum, æterna processio est, ait S. Augustinus, venit autem ad nos, quia caro factum est: aduentus eius humanitas eius.

Pianius Iansenius, Maldonatus, & alij vtrumque, scilicet processu & veni, referunt ad incarnationem, sed ita vt æterna eius generatio simul innotatur, & quasi præsupponatur. q. d. Exiui à Deo, & veni in mundum, qui ante à Deo genitus exieram, etiamque in celo Deus. Deique Filius. Hoc enim sensu ait Christus c. 16. 27. *Pater amat vos, quia vos me amatis, & credidistis, quia à Deo exiui, scilicet missus in carnem & mundum.*

NEQUE ENIM A MEIPSO VENI, SED ILLE ME MISIT] Docet sibi non à se esse originem, ait Hilar. lib. 6. de Trinit. Addit Origen. Hoc dicit propter quosdam à se venientes, & non missos à Patre, quos

quos taxat Ierem. cap. 23. dicens: *Non mittebam eos, & ipsi currebant: non loquebar ad eos, & ipsi prophetauerunt.* Hoc notent Lutherus, Caluinus, ceterique hæresiarcha, qui à nullo auctoritatem habente missi, seipsos intruferunt in cathedras Ecclesiar, ad innouandam & peruertendam veram Dei fidem & religionem.

VERS.43. QUARE LOQUEBAR MEAM NON COGNOSCITIS? QUIA NON POTESTIS AUDIRE SERMONEM MEVM] *Non potestis*, quia affixi vestris superbiæ auaritiæ, odio & inuidiæ contra me, non vultis me audire & cognoscere. Ideo audire non poterant, ait S. August. *quia corrigi credendo volebant; sed, vt addit Glossa, quia ex diabolo estis, in eo perseverare elegistis.* Sic & S. Chryl. Theophyl. Leont. & Euthym. Vide S. Greg. Nazianz. oraf. 4. de Theolog. vbi docet non posse in Scriptura subinde idem significare, quod non velle. Sic Matth. 19. 12. dicitur: *Qui potest, (id est, qui vult) capere capiat.* Secundò, magis propriè & neruose. q. d. Ided sermones meos non intelligitis, quia ferre me docentem non potestis, & dicta mea ne ad aures quidem admittere vultis, adeò sum vobis inuisus, & tanto mei odio laboratis, in eoque mentem obstinatiss & obduratiss. Ita Emman. Sà.

VERS.44. VOS EX PATRE DIABOLO ESTIS] Imitando, non nascendo, ait S. August. citansque illud Ezech. 16. 3. *Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa, addit: Iudæi imitantes impietates eorum, immenerunt sibi parentes, non de quibus nascerentur, sed quorum mores sectantes, pariter damnarentur.*

Porrò per diabolum hinc S. Epiphani. hæresi 38. & 40. accipit Iudam proditorem, qui idcirco à Christo c. 6. 70. vocatur diabolus: auctòr verò Quast. noui & veteris testamenti apud S. August. per diabolum intelligit Cain, qui Abelem fratrem occidit, sicut Iudæi Christum. Sed certum est per diabolum hinc ad litteram recipi Luciferum, vt patet ex sequent. hunc enim quasi patrem, secuti sunt Iudæi persequentes Christum. *Non vniue successione carnis, sed originis*, ait S. Ambr. 1. 4. in Lucam.

ET (id est quia) DESIDERIA] Græcè, ἡσυχίας id est, concupiscentias, cupiditates) PATRIS VESTRI VULTIS FACERE] vt eos occidatis. Explicat, & dat causam, cur dixerit eos esse ex patre diabolo; quia scilicet diaboli opera, suggestiones, instinctus sequuntur, & re ipsa exequuntur. Non dixit, opera, inquit S. Chrysost. sed desideria, ostendens vehementer & illum, & ipsos caribus delectari. Dæmon enim ardet cupiditate occidendi, & perdendi omnes homines, tum quia ipsis gloriam, à qua ipse excidit, inuidet; tum vt Deo, quem quasi tortorem suum odit, noceat, citique homines adimat: hos enim Deus creauit ad imaginem suam, atque ad suam gratiam & gloriam æternam vocauit & prædestinauit.

ILLE HOMICIDA ERAT AB INITIO, ET IN VERITATE NON STETIT] *Homicida*, græcè, σφόνδα, significanter à *σφόνδα* duo; Arabicus, *accisor hominum*, fuit diabolus ab initio, creationis tam mundi, quam sui, putà sexto mundi die, quo creatus est Adam: mox enim vt ipse creatus est, Lucifer illi inuidens eodem die ipsum omnesque eius posteros occidit: quia peruersus est, vt pomum à Deo sub peena mortis vetitum comederet, itaq; eum in mortem impulit. q. d. Sicut diabolus ab initio Adamum, omnesque eius posteros occidit,

Diabolus fuit homicida ab initio quo sensu.

ita nunc per vos, & Iudæi, me pariter, per quem à morte redimendi sunt homines conatur occidere: perstat enim semper in sua ira, odio, nocendi & occidendi cupiditate, instar pard & lupi, qui humanis carnibus pascitur; ideoque eorum necem & sanguinem assidue sitit. Quare ille idem est Lucifer, qui ab initio mundi Cainum impulit, vt Abelem fratrem necaret: item fratres Iosephi, vt eum neci destinarerent, ipse reliquos homicidas ad homicidia instigauit, & etiamnum instigat: multò magis idem ille sitit necem & exitium animarum, etsi propriè de cæde corporum hæc agatur: hanc enim Iudæi, instigante diabolo, machinabantur Christo. ita Euthym. & S. August. lib. 2. contra Litt. Peril cap. 13.

ET IN VERITATE NON STETIT] Hoc est, in integritate, veritate & perfectione, putà in gratia, iustitia & sanctitate, in qua conditus erat à Deo, non stetit, id est, non permansit. Sic dicitur verum aurum, quod purum & perfectum est, non adulteratum: sic Nathanaël vocatur *verus Israelita, in quo dolus non est*, c. 1. v. 47. Rursum *in veritate*, id est in officio suo, putà in eo, quod æquum & iustum erat ipsum facere: hoc enim passim apud Ioannem, Dauidem & Salomonem significat *veritas*. Vide dicta cap. 3. 21. Triplex enim est veritas, cordis, oris, & operis. Veritas cordis est, quæ cor siue mens, verè rem concipit & intelligit, sicut ipsa in se est; hæc opponitur falsitati & errori. Veritas oris est, qua quis verè loquitur, id quod in corde sentit, hæc opponitur mendaciorum. Veritas operis est, qua quis operatur verè, id est conformiter ad iudiciu rationis practicæ, siue qua quis operatur id quod verè in praxi, iuxta dictamen rectæ rationis, faciendum esse iudicat. Hæc opponitur iniquitati & peccato: atq; hæc ipsa hæc intelligitur. q. d. Diabolus, id est Lucifer cum angelis, non stetit, id est, nõ perseverauit, in veritate, id est in eo, quod ipsum in praxi verè facere oportebat; quia scilicet nõluit subesse Deo, cui ipse vt creatura subesse debebat, sed superbiens contra Deum infurrexit, voluitque ei esse par, quasi alter Deus, vnde à sua rectitudine, gratia, statu & loco excidit, & deiectus fuit in tartara, iuxta illud: *Quomodo cecidisti de celo Lucifer, qui mane oriebaris?* Isaia 14. 12. Ita S. Chrysost. ho. 54. S. Leo serm. 10. de Quadrag. & alij. Hinc S. August. 1. 4. contra Adimant. c. 4. per *veritatem* accipit legem. q. d. Diabolus non perstitit in lege Dei. Alij per *veritatem* accipiunt fidelitatem. q. d. Diabolus non perstitit in fidelitate & obedientia, quam Deo creatori suo debebat.

Secundò, S. Irenæus 1. 5. c. 22. & 23. & ex eo Toletus, propriè hæc *veritatem* accipiunt pro veritate, quæ opponitur mendaciorum. q. d. Diabolus ab initio fuit mendax; suo enim mendacio decepit Adamum & Euam dicens: *Non moriemini si ex pomio vetito comedatis; sed eritis sicut dy, scientes bonum & malum.* Gen. 3. Hic sensus valde cõgruit cum sequentibus, vbi dicitur: *Cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur, quia mendax est, & pater eius.* Christus enim videtur taxare hinc duo vitia Iudæorum quæ à patre diabolo didicerunt: primum, est homicidij, quo sibi necem machinabatur, sicut diabolus occidit Adamum: secundum, est mendacij & calumniæ, quo mentiebantur Christum esse falsum Prophetam, magum, dæmoniaco, &c.

Veritas cordis, oris, & operis.

rtio,

Tertio, Origen. hic tom. 24. accipit veritatem A iudicij practici quem deseruit Lucifer, cum peccauit, iudicans sibi esse superbiendum & rebelandum Deo, quod practice erat falsum & erroneum. Nam vt dicitur Prouerb. 4. Errant qui operantur malum, & e contrario sapiunt qui operantur bonum, quia sequuntur verum iudicium practicum recte rationis. Omnia hæc vera sunt, & huic loco congruunt, atque ex primo consequuntur. Quia enim Lucifer non stetit in veritate operis & officij sui, hinc pariter excidit à veritate cordis & mentis, vt iudicia practice falsa sibi persuaderet, atque à veritate oris, id est, à veracitate, vt suis mendacijs deciperet Euam, ceterosque homines.

NON STETIT] Hinc rectè colligit S. August. lib. 1. de Ciuit. c. 13. & seq. atque ex eo Theologi, diabolum à Deo creatum esse in gratia & iustitia, sed in ea non stetit, id est, non perseuerasse: quare errare Manichæos, dicentes diabolum naturâ suâ esse malum, ac à malo Deo creatum esse malum. Manichæi enim abutebantur illo dicto S. Ioannis epist. 1. cap. 3. Ab initio diabolus peccat. Alius autem est illius loci sensus, vt ibi dixi.

QVIA NON EST VERITAS IN EO] scilicet nec veritas cordis, nec oris nec operis, vt iam dixi: hæc enim tres veritates quasi sorores sunt connexæ, & se mutuò comitantur: hic tamen proprie veritas significat veracitatem: probat enim diabolum non stetit in veritate operis ex effectu; quia scilicet excidit à veracitate, mentitur, fallit & decipit: quia enim diabolus excidit à veritate operis & officij sui, hinc pariter excidit à veritate oris, id est, à veracitate, hoc est, mentitur, & plurima mendacia profert vt sequitur. Ita S. August. loco iam citato.

CVM LOQUITVR MENDACIUM, EX PROPRIIS LOQUITVR, QVIA MENDAX EST, ET PATER EIVS] Arabicus, quando loquitur mendacium, tantummodo loquitur quod est illi. q. d. Diabolo postquam à veritate officij & gradus, statusq; sui angelici excidit, atque sua libertate ex angelo pulcherrius se fecit terribilium cacodæmonem, proprium, & quasi innatum est fallere & decipere, cuiusque officium peculiare & proprium est mentiri, vt homines seducat, & in gehennâ, suâque regnum pertrahat. Hoc enim totus agit, huc omnes suas cogitationes & studia confert; aliud non cogitat, nec desiderat, nec molitur.

Secundò, ex proprijs id est, ex propria inuentione; quia diabolus fuit inuentor mendacij ac primò omnium mentitus est, cum decepit Euam. Homines verò post illû, & ab illo deinceps, ceperunt fallere & mentiri, ideoque non ex proprijs, sed ex alieno, putâ ex diaboli imitatione & suggestione, fallunt & mentiuntur. Ita Origen. S. Chrysost. & S. Aug. probantque ex eo quod sequitur: Quia mendax est, & pater eius.

Tertio, ex proprijs, id est, ex intrinsicis, ex intimis animæ suæ penetralibus, quod Hebr. dicunt *benaphso*, id est, ex anima sua, loquitur, quia intimè gaudet mendacijs, gestitque cum mentiri & fallere porect, sicut fur gaudet suis furtis.

QVIA MENDAX EST] ex continuo fallendi & mentiendi usu, habitu & officio, adeò vt totus ex fraudibus & mendacijs confusus & confusus vi-

Ex proprijs loquitur, quid

deatur: quòd si aliquando verum dicit, coactus dicit, aut certè hoc sine dicit, vt per verum persuadeat falsum, & in fraudem inducat.

ET PATER EIVS] *Eius*, scilicet diaboli, ait Nonnus. Vnde Caietani hæretici per diabolum accipiebant Cain. S. Epiphani. verò hæresi 38. accipit ipsum Iudam proditorem, quorum pater fuit diabolus mendax, eque ac ipsi fuere mendaces. Manichæi verò, teste S. Aug. tr. 62. dicebant ipsum diabolum habere patrem, scilicet Deum malum, à quo creatus foret, qui mendax esset, eque ac filius eius diabolus. Verùm dico, diabolus dicitur hic pater eius, scilicet mendacij, quod præcessit, quodque rursum in concreto mendax includitur. Diabolus autem dicitur pater mendacij. Primò, pater, id est inuentor quia primus mentitus est, atque mentiendi & fallendi adinuenit, quam deinde homines docuit. Sic Genes. 4. v. 20. dicitur Iabel pater habitantium in tētorijs, & frater eius Iubal pater canentium citæra & organo, pater, id est inuentor. Secundò, pater, quia ipse gignit & fingit mendacia, sicut figulus ex luto format & fingit vasa testacea, ipse ergò est pater, id est figulus, mendacij, ita S. Aug. Leont. Chryf. & alij. Est hebraismus. Audi Origenem: Diabolus mendacium genuit. *Seducus est à seipso: in hoc deterior quòd alij ad eo falluntur, ipse sibi deceptionis est auctor.* Et S. Aug. *Nos omnis qui mentitur est pater mendacij, sed qui aliunde mendacium non accepit, vt diabolus.*

Hinc diabolus est pater & auctor hæresum, ideoque hæresiarchæ habuerunt dæmonem patredrum sue æstiflorem, qui eis hæreses & argumenta ad eas confirmandas suggessit, vt de se factus est Lutherus. Talem habuit Arius, Eunomius, Calvinus, & c. & talem habebit Antichristus, vnde Apostolus 1. Timoth. 4. v. 1. hæreses vocat doctrinas dæmoniorum. vide ibi dicta.

EGO AVTEM SI VERITATEM DICO, NON CREDITIS MIHI] Est hæc minor propositio, quam sub maiore subsumit Christus, vt probet Iudæos esse ex patre diabolo. Hic enim eius est syllogismus.

Quicumque credit mendacio, non veritati, hic est filius diaboli, qui est mendax, & pater eius.

Atqui vos creditis mendacio, non veritati. Ergo vos estis filij diaboli.

Sed id est, quia, vt habet Græcus, & nonnulli Latini. q. d. Quia ego veritatem dico, verè vestra vitia taxans, ac verè asserens me esse Messiam, vestrum doctorem & saluatorem mundi, idque per miracula probò, vos quia non vultis vestra vitia dimittere, nec ea redargui; hinc mihi veritatem dicenti & docenti credere non vultis, sed diabolo, qui suis mendacijs vobis persuadet me esse pseudopphetam, meaque miracula esse præstigias, ideoque esse ficta, non vera. Hinc Arabicus omisso si vertit, ego autem veritatem loquor, & non creditis mihi.

QVIS EX VOBIS ARGVET ME DE PECCATO?] Est occupatio: occurrit enim obiectioni Iudæorum. Hi enim excipere poterant ac dicere: Nos non credimus tibi, quia tu legem nostram violas & peccas, v. g. sabbatum violas, dum in eo curas paralyticos. Respondet Christus: Proferte aliquod peccatum, quo legem violem, illudque probate, & patiar mihi à vobis non crediti: nam aliàs demonstrari curationem meam in sabbato

VERS. 45.

Syllogismus Christi probans Iudæos esse diaboli filios.

VERS. 46.

bato esse legis non violationem, sed sanctificationem. Proferte ergo aliud meum peccatum si potestis, meque de illo arguite. En mei censuram & iudicium vobis, licet iuratis meis hostibus permitto. Magna fuit hæc Christi innocentia & confidentia, qua non tantum peccatum, sed vel vmbra & suspicionem peccata à se remouet, ita vt nullus quidquam ei obijcere posset, quòd vel minimam peccati haberet speciem. Ipse enim erat impeccabilis, tum propter visionem beatificam, qua fruebatur, vt ob eandem Beati in celo sunt impeccabiles: quia enim Deum vident summum esse bonum, hinc necessariò illud totis viribus amant, & oderunt quidquid illi displicet: tum propter vnionem hypostaticam cum Verbo; quia enim humanitas eius subsistebat in persona Verbi; hinc Verbum humanitatem suam immunem ab omni peccato, in plena sanctitate cõseruabat. Si enim humanitas Christi peccasset, persona Verbi peccasset, quod est impossibile. Actiones enim virtutum vel vitiorum sunt personarum, & personis attribuuntur. Hinc S. Ambros. in psalm. 40. v. 13. Deum Patrem ita Christum alloquentem inducit: *Inter peccatores versatus es, omnium peccata suscepisti, peccatum pro omnibus factus es, sed nullus usus ad te potuit transire peccati. Ita inter homines versatus es, quasi inter angelos versareris. Fecisti terram esse, quod calum est, vt & ibi peccatum tolleress.*

SI VERITATEM DICO, QVARE NON CREDITIS MIHI?] Alteram Inuentionem exceptionem hic excludit. Dicere enim potuissent Iudæi: Nos non credimus tibi, non ob peccatum aliquod à te commissum; sed quia illa quæ dicis & doces, non sunt vera. Occurrit Christus, atque: Ego tot rationibus & miraculis probaui vobis doctrinam meam, vt nemo prudens & odio non excæcatus dubitare possit, quin illa sit verissima. Si ergo mea vita est innocentissima, & mea doctrina est verissima, cur mihi non creditis? Veritatem ergo hic non nudè asseram, sed ratione demonstratam accipe, vt veritas veritatis demonstrationem complectatur.

QVI EX DEO EST, VERBA DEI AVDIT: PROPTEREA VOS NON AUDITIS, QVIA EX DEO NON ESTIS] Christus hic veram causam assignat, cur Iudæi sibi non credant; quia scilicet non Deum, sed diabolum, quasi patrem sequuntur & audiunt. q. d. Hæc vera est ratio à priori, cur mihi non credatis: quia scilicet non estis ex Deo nati, sed ex diabolo, hoc est, quia nõ Dei spiritum & instinctum, sed diaboli auditis & sequimini: *Quicumque enim spiritu Dei aguntur, ij sunt filij Dei.* Rom. 8. Diabolus enim corda vestra cupiditate, odio & inuidiâ mei excæcavit: quare vos verba Dei, quæ ego à Deo missus, vobis annuncio, non auditis, quia illa audire & intelligere nõ vultis. Quia ergo non estis Dei veracis, sed diaboli mendacis filij, hinc eius mendacis suggestiones auditis, eisque obeditis; Dei verò veracia verba, à me prolata, ad aures admittere non vultis.

Porrò S. August. tract. 42. & S. Gregor. hom. 18. hanc sententiam intelligunt de electis & reprobis. q. d. Qui à Deo prædestinatus & electus est, hic verba Dei audit; propterea vos ea non auditis, quia non estis à Deo prædestinati, sed reprobati. Verùm hic sensus est accommodatius, Cornel. in Ioannem.

A non litteralis & genuinus. Nam vt rectè aduertit Toletus & Maldon. hæc non fuit præcisa causa, cur Iudæi non crederent Christo, sed ea quam dixi. Nam multi ex his qui nunc non crediderunt Christo, postea prædicante Petro & Apostolis, crediderunt & saluati sunt, vt patet Act. 2. Vice versâ nonnulli, qui nunc crediderunt Christo, postea à fide eius defecerunt, ideoque reprobatifunt, vt colligitur ex Ioan. cap. 6. v. 67.

Denique perperam ex hoc loco Manichæi teste S. August. hic, inferbant aliquos homines ex natura sua esse bonos, eò quòd à Deo bono creati, particulam eius naturæ & bonitatis acceperint; alios verò naturâ suâ esse malos, eò quòd à malo principio conditi sint.

Moraliter ex hac Christi sententia infert S. Gregor. hom. 18. atque: *Interroget se unusquisque, si verba Dei in aure cordis percipit, & intelligit unde sit. Celestem patriam desiderare veritas iubet, carnis desideria conteri, mundi gloriam declinare, aliena non appetere, propria largiri. Penset ergo apud se unusquisque vestrum, si hæc vox Dei in cordis eius aure conualuit, & quia iam ex Deo sit, agnoscat. Et paulò post: Et sunt nonnulli, qui libenter verba Dei suscipiunt, ita vt etiam in fletibus compungantur, sed post lacrymarum tempus, ad iniquitatem redeunt. Hi profecto verba Dei non audiunt, quia hæc exercere opere contemnunt.*

Hinc colligit S. Gregor. signum diuinæ predestinationis esse, si quis verba Dei audiat, eiusque sãctis inspirationibus obediat: reprobationis verò, si quis illas repellat, iuxta illud Prou. 1. *Quis vocati, & renuisti, & ego quoque in meritu vestro ridebo, & subannabo, eum vobis id quod timebatis aduertit.* Nam vt ait Christus Ioan. 10. *Oves meæ vocem meam audiunt.* Sicut enim buis, quæ audit vocem pastoris, secura est à lupo & salua; quæ verò non audit, errans à lupo deuoratur: sic & qui Christi pastoris vocem audiunt, saluantur; qui non audiunt, à dæmone deuorantur. Quocirca Christus clarè edicit: *Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.* Luc. 10. Hinc S. Bernard. ferm. 1. in Septuag. monachis suis hoc maximû predestinationis dat signum, quòd verba Dei cum fructu audiant. Eorum enim quasi perpetuus erat pastus, quidquid procedit de ore Dei, legendo, meditâdo, orâdo inuestigare, & opere adimplere.

RESPONDERVNT ERGO IUDÆI; ET DIXERVNT EI: NÓNNE BENE (rectè, verè) DICIMVS NOS, QVIA SAMARITANVS ES TV, ET DEMONIVM HABES?] *Dicimus*, id est diximus, & dicere solemus: hinc constat id eos dicere solitos, etiãsi id a libi scriptum non sit. Sed cur Christum vocarunt Samaritanum? Primam causam dat Rupertus, quòd Christus cum Samaritanis versatus fuisset c. 4. 40. Vnde obijcebant ei, quòd esset transfuga, & ex Iudæo effectus Samaritanus. Secundam dat Maldon. quòd Iudæi Christum vocarint Galileum, quia conceptus & educatus erat in Nazareth, quæ est vrbs Galilææ. Galilæi autem vicini erant Samaritanis, vnde quasi similes, vel ijdem, pari loco & vilitate à Iudæis habebantur. Tertia & potissima causa fuit, quòd Samaritani partim erant Iudæi, partim Gentiles, quia cum Deo Iudæorum colebãt deos Assyriorum, à quibus prognari erant, 4. Reg. 17. Sic Christus eis videbatur partim Iudæus, partim Gentilis; quia

Verba Dei libenter audire signum predestinationis.

Christum cur vocant Iudæi Samaritanum?

VERS. 48.

K k no

nouam fidem & religionem inducebat quare, videbatur legem adulterare, & quæ ac maiorum traditiones, & arque legem miscere cum Euangelio, ut Samaritani iudaismum miscerant & corrumpabant gentilismo. Denique Samaritanus idem apud Iudeos erat, quod schismaticus & apostata, Samaritani enim à Iudeis fecerunt schisma, & templum sibi exerunt in monte Garizim, quasi æmulum & oppositum templo Iudeorum Hierosolymitano, ut dixi cap. 4. v. 9. Ita Origen. Theophyl. Ammon. Leont. Euthym. Quare vocare quemquam Samaritanum, ingens erat conuictum & probrum; quale nunc apud Hispanos est vocare aliquem Maurum, vel Maranum.

ET DEMONIUM HABES?] Primò, quia in Beelzebub principe demoniorum eiecit dæmonia, ut ipsi obijciunt Christo Lucæ 11. 15. Ita Theophyl. Secundò, quia Christus faciebat se Deum, itaque gloriam Dei ad se transferebat, sicut dæmon, scilicet Lucifer, appetit esse Deus, & gloriam Dei sibi vindicare. Ita Leont. Hic sensus videtur genuinus, & ita intellexit Christus: unde respondet: Ego gloriam meam non quero. Tertio, dæmonium habes, id est, deliras, insanis, perinde ac lunatici & enegumentis, à dæmone agitati delirant & insanunt. Sic enim dicitur cap. 10. 20. Dæmonium habet & insanit, quid eum auditis? & cap. 7. 20. Dæmonium habes, quis te querit interficere? Atrox hoc fuit Iudeorum in Christum conuictum & blasphemiam, ideoque stupenda Christi in eo tolerando modestia & patientia, ut patet ex modestissimo eius responso.

VERS. 49. EGO DEMONIUM NON HABEO, SED HONORIFICO PATREM MEVM, ET VOS INHONORATIS ME] Mirare hinc Christi in tanta contumelia mansuetudinem, qua ut verax illam ut falsam negat, sed ut potens conuictum non reddit. Vnde S. Gregor. hom. 18. Ecce, inquit, iniuriam suscipiens Deus, non contumeliosa verba responderet: cum à proximis contumeliam accipis, etiam eorum verba mala tacere debes, ne ministerium iustæ correctionis in arma vertatur furoris. Et Chrysost. Tbi oportebat Dominum eos docere, & contra eorum superbiam inuehi, asper erat; ubi verò exprobrantes sufferre, multa mansuetudine vtebatur: ut scilicet disceremus, quæ ad Deum pertinent, vindicare, quæ verò ad nos, despicere. Et Aug. Imitemur eius patientiam, ut perueniamus ad potestatem.

Disimulauit Christus nomen Samaritani, quia merum erat conuictum contra se, non contra Deum iactum: suam ergo iniuriam vicisci noluit, sed Dei honorem tuens; & quia omnes sciebant ipsum esse Galileum, non Samaritanum: & quia refutando se habere dæmonium, refutabat pariter se esse Samaritanum. Samaritani enim quasi schismatici, erant mancipia dæmonis. Aliam causam, sed mysticam, non litteralem dat S. Gregor. hom. 18. Samaritanus, inquit, interpretatur custos, & ipse veraciter custos est, de quo Psalmista ait: Nisi Dominus custodierit civitatem, in vanum vigilat qui custodit eam; & cui per Isaiam dicitur: Custos quid de nocte? Custos quid de nocte? Respondere noluit Dominus: Samaritanus non sum: sed, Ego dæmonium non habeo. Duo quippe ei illata fuerunt: vnum negavit, aliud tacendo consensit. Custos namque humani generis, & si Samaritanum se non esse dixeret, esse se custodem negaret.

EGO DEMONIUM NON HABEO] sed vos po-

tius habetis, ait Leont. q. d. Ego adeo Dei gloria non adimo, nec eam mihi usurpo, ut fecit dæmon, putat Lucifer, ut assidue honorificè Deum Patrem, dicamque omnia me ab illo habere, me ab ipso esse missum, eius voluntati per omnia obediens, me vniuersa mea illi accepta referre, & ad eius honorem gloriamque dirigere: vos potius inhonoratis Deum Patrem, quia inhonoratis & acerbissimis conuictis afficitis me, qui sum Dei Patris Filius, & legatus in mundo. Ita Leont. Ceteri generalius explicant de peccato, q. d. Ego honorifico Patrem per opera sancta, vos eum inhonoratis per peccata vestra. Ita S. Aug. Chryf. Beda Theoph.

EGO NON QUERO GLORIAM MEAM (sed Dei Patris) EST QUI QUERAT, ET IUDICET] q. d. Est Deus Pater, qui requirit & iudicabit, id est, vindicabit & puniet acerrimè eos, qui gloria meam non seruant, nec querunt, sed omnibus modis dehonoraunt & deturpant, ut vos facitis. Ita S. Chryf. Leont. Theoph. Euthym.

Dices, Id contrarium videtur illi dicto Christi c. 5. 22. Pater non indicat quemquam, sed omne iudicium dedit Filio. Resp. Ibi Christus loquitur de iudicio publico & vniuersali, quod Pater commisit Filio, ut illud peragat in die extremi iudicij; hic verò loquitur de iudicio priuato & quotidiano, quod solet Deus Pater iniurijs Filio, eiusque Sanctis factas in hoc mundo vindicare, sicut fecit dum Iudeos per Titum & Romanos euerit, ob casum ab eis Christum; idque hoc loco tacite innuit & prædicat Christus. Ita Iansen. Maldon. & alij. Alij Glossa: Est qui iudicat, inquit, hoc est qui discernat meam gloriam à vestra, qui secundum seculum gloriamini, iuxta illud Davidis: Iudica me Deus, & discerne causam meam de gente non sancta.

AMEN, AMEN DICO VOBIS: SI QVIS SERMONEM MEVM SERVAVERIT, NON GVSTABIT (id est, non sentiet, non experietur) MORTEM IN ÆTERNVM] Christus tam atroci Iudeorum conuictio non commotus ad indignationem, sed potius ad eorum commiserationem, persistit in sua sententia & doctrina, ostenditque se non querere gloriam suam, sed Iudeorum salutem. Vnde ait; Amen, Amen, id est, in veritate, verissime & certissime dico, & ut censet Aug. iuro vobis, quòd, si mea dogmata seruaueritis, nunquam moriemini morte animæ, id est, nunquam peccabitis (peccatum enim est mors animæ) sed semper viuetis, hic in Dei gratia, & in celo in Dei gloria: corpore autem moriemini quidem, sed ab hac morte ego vos in die iudicij suscitabo, faciamque ut deinde in omni felicitate corporali & spiritali viuatis in omnem æternitatem. Ita S. Aug.

NUNC COGNOVIMVS QVIA DEMONIUM HABES] Dæmon enim tibi suggerit, ut tam superba, quam falsa & absurda loquaris, nimirum, quòd tuus sermo profligabit à tibi credentibus mortem, cum videamus omnes omnino mori, etià Prophetas & Sanctos, qualis fuit Abraham. Sed ut ait S. Gregor. hom. 18. Solum carnis mortem aspicientes, in veritatis sermone caligabant. Nam, ut ait Beda, Abraham, quem citant, mortuus quidè erat corpore, animà autem vivebat. Dilce hic, ô Religiosè, ô prædicator, ô Christiane, à Christo tuo pro bono opere recipere calumnias, pro beneficijs maledictiones & maleficia, etiam

etiam ingratis benefacere: Christus enim assidue Iudeos docens, sanans, à dæmonibus liberans, ab eis contumelias & probra sibi illata benignè sustinuit, pro beneficijs ingratitudinem, pro miraculis blasphemias, pro doctrina irrisiones & reprehensiones recepit, & tamen ingratis benefacere non desistit. Hic est apex patientiæ & charitatis.

ABRAHAM MORTVVS EST, ET PROPHETA, ET TV DICIS: SI QVIS SERMONEM MEVM SERVAVERIT, NON GVSTABIT MORTEM IN ÆTERNVM] q. d. Abraham & Prophetæ, qui Dei feruorem seruauerunt, mortui tamen sunt. Ergo tu blasphemias, dum te facis non solum maiorem Abraham & Prophetis, sed & Deo ipso, utpote qui dicis sermonem tuum posse credentes seruare immunes à morte, cum Dei sermo Abraham & Prophetas à morte liberare non potuerit. Sed alius & potentior erat sermo Dei in ore Christi promulgatus, quam sermo Dei prolatus ad Abraham & Prophetas; nec Abraham & Prophetæ mortui erant quoad animam, ac licet corpore mortui, resuscitandi tamen erant à Christo ad vitam æternam.

VERS. 53. NVMQVID TV MAIOR ES PATRE NOSTRO ABRAHAM, QUI MORTVVS EST? ET PROPHETA MORTVVS SVNT. QVEM TEIPSVM FACIS? Contenti fuere Abraham nominare, quia Abraham erat pater Synagoga & credentium omnium: quare absurdissimum putabant, horrendum & blasphemum, si Christus se præferret Abraham, ut reuera prætulit: Erat enim ipse Deus & homo, cum Abraham merus esset homo; sed id ignorabant, vel potius credere nolabant Iudei.

VERS. 54. SI EGO GLORIFICO MEIPSVM, GLORIA MEA NIHIL EST (Arabicus, non eset gloria mea quidquam) EST PATER QUI GLORIFICAT ME] Hoc ait propter illud quod dixerunt: Quem teipsum facis? inquit S. Aug. refert enim gloriam suam ad patrem suum, de quo est, & qui Deus est.

GLORIA MEA NIHIL EST] Id est, nullius ponderis est, nullius valoris, nullius momenti, idque apud vos, ut ait Chrysost. sed & apud ceteros homines. Nam in omni tribunali nulli creditur de seipso, sed alijs, putat testibus pro ipso stantibus. Hoc est quod asseruit cap. 5. 31. Si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum non est verum (id est, legitimum, alijs est qui testimonium perhibet de me. Hinc Salomon sancit, aitque Proverb. 27. 2. Laudet te alienus, & non os tuum: extraneus, & non labia tua. Obijciebant Arriani: Pater glorificat Filium, ergo ipse maior est Filio. Resp. S. Aug. Hæretice, non legisti ipsum Filium dicentem, quòd glorificat Patrem suum: sed & ille Filium glorificat, & Filius Patrem glorificat; pone perniciem, agnosce æqualitatem, corrige peruersitatem.

VERS. 55. ET NON COGNOVISTIS EVM, EGO AVTEM NOVI EVM] Primò & planè, q. d. Vos Deum verum, quem colitis, non cognoscitis, qui nescitis ipsum esse vnum in essentia, & trinum in personis: putatis enim vnum esse in persona, sicut vnus est in essentia: nescitis Deum esse Patrem, & me Filium genuisse, ac mecum spirando produxisse Spiritum sanctum. Si enim id sciretis, utique cognosceretis, & crederetis me esse Messiam Dei Filium: ac vice versa: Si cognovissetis me, & Patrem meum utique cognovissetis, ait Christus c. 14. 7. Ita S. Chryfost. Theophyl. & Beda.

Cornel. in Ioannem.

Secundò; S. Aug. q. d. Creditis vnum esse Deum, licet eum non cognoscatis, id est, licet eum non videritis, nec audieritis: iuxta illud c. 5. 37. Neque vocem eius unquam audistis, neque speciem vidistis. Ergo pariter mihi eius Filio credere deberetis, ob tot signa & prodigia, quæ edo, et si diuinitatem in me latentem non videatis.

Tertio, Non cognovistis eum, id est non credidistis illi testimonium de me perhibenti, dicentique: Hic est filius meus dilectus: non enim cognovistis, vel cognoscere nolulistis hanc veram veri Dei fuisse vocem.

Quarto, Euthym. Non cognovistis, id est non ostendistis vos ipsum cognoscere, qui vidistis impiè, non ut Dei cultores, sed ut Gentes idololatræ, et sicque ex illis, de quibus dicit Paulus ad Titum cap. 1. v. 16. Constituentur se nosse Deum, factis autem negant.

ET SI DIXERO QVIA NON SCIO EVM, ERO SIMILIS VOBIS, MENDAX] Maldon. censet Iudeos à Christo vocari mendaces, quia ea dixerant: Samaritanus es, & dæmonium habes: hæc enim erant duo crassissima mendacia, imò blasphemiac. Magis ad rem S. Chryf. Ammon. Theoph. asserunt eos à Christo mendaces vocari, quia cum dicerent se nosse Deum, mentiebantur: non enim erant credentes eum habere filium, ac trinum esse in personis, ut dixi v. 55.

SED SCIO EVM, ET SERMONEM EIUS SERVO] Id est per quia exponit Theophyl. q. d. Ostendo veritatem & factis me Deum Patrem nosse, reuereri & colere, quia sermonem eius reuerenter obseruor, & constanter adimpleo. Melius & accipias pro ideo, idcirco, q. d. Quia ego nosco Deum Patrem, eiusque maiestatem, potentiam & sanctitatem clarè perspicio, idcirco illam ut homo sumimè reuerentor, eiusque sermonem, id est præcepta planè pleneque obseruo, quæ vos, ô Iudei, non obseruatis, quia eius maiestatem non nostis, nec perspicitis, ideoque eam non reueremini. Ita Theoph. Porro S. Aug. Sermonem Patris, inquit, tanquam Filius loquebatur, & ipsum erat Verbum Patris, quod hominibus loquebatur. q. d. Aptè Christus dixit sermonem, non præceptum, quia ipse erat verbum, id est Verbum, vel sermo Patris, atque idipsum eum loqui & prædicare hominibus præceperat Pater, ut scilicet tam Deum Patrem, quam Deum Filium agnoscerent, crederent, colerent.

ABRAHAM PATER VESTER EXULTAVIT, UT VIDERET DIEM MEVM: VIDIT, ET GAVISVS EST] Exultavit, id est, exultanti animo expetit, ait Vatabl. Arabic. desideravit. Nam ut ait S. Aug. Non timuit, sed exultavit, credens exultavit sperando, ut videret intelligendo. Et catachresis.

DIEM MEVM] Quem? S. Aug. accipit diem æternitatis quo ab æterno Filio à Patre erat genitus. q. d. Cupiebat Abraham cognoscere meam generationem æternam ac diuinitatem, ut eam crederet, & per eam saluaretur. Vidit, inquit S. Aug. diem meum, quia mysterium Trinitatis agnovit. S. Aug. ut magistrum more suo sequitur Beda. Huc accedunt S. Hieron. in c. 8. Daniel. & S. Greg. hic hom. 18. qui diem hunc accipiunt illum, quo per tres angelos sibi apparentes, & vnum ex eis dumtaxat loquentem, quasi per symbolum illi reuelatum est mysterium S. Trinitatis. Nam tres vidit, & vnum adoravit. Genes. 18. 2.

VERS. 56.

Abraham quomodo vidit diem Christi

Verum alij passim accipiunt hunc diem humanitatis Christi, non deitatis. Vnde Primò, S. Chrysofost. Ammon. Theophyl. Leont. Euthym. per diem Christi accipiunt diem passionis, crucifixionis & mortis. q. d. Abraham optabat videre crucem & mortem meam, ut per eam ipse, ceterique homines saluarentur.

Secundò & planius, accipias diem quo incarnatus, & quo post nouem menses natus est Christus. q. d. Abraham exultauit ut videret diem, quo ego incarnarer & nascerer, quia ex me sperabat salutem sibi, totique mundo. Omnes enim Prophetæ & Patriarchæ, quorum pater & patriarcha erat Abraham, summè desiderabant aduentum Messæ, & Verbi incarnationem, Christique natiuitatem, ut per illum à peccatis æquè ac è limbo liberarentur. Vnde Ioannes Alba Elector. S. Script. c. 97. Abraham, inquit, desiderauit videre diem Christi, hoc est potiri felicitate & gratijs à Christo allatis. Videre enim sæpè significat potiri, frui, possidere, per catachresin. Vt: *Credo videre bona* (hoc est, frui bonis) *Domini in terra uiuentium*.

VIDIT, ET GAVISVS EST] *Vidit*, id est, per fidem cognouit & credidit, ac rursus, quasi per figuram inspexit, cum iussus fuit à Deo immolare Isaac filium, Genes. 22. 10. & 18. hæc enim immolatio erat typus & figura immolationis Christi in cruce. Ita S. Chrysofost. S. Aug. Theoph. Euthym. Leont. Ammon. Addit S. August. & S. Bernard. ferm. 6. de Vigilia Natalis Domini, respici hunc ad factum Abraham, quo manu admodò femori adiurauit seruum suum, significans ex femore suo nasciturum Christum, Genes. 24. 2.

Secundo, alij, *Vidit*, inquit, id est, per prophetiam, reuelationem cognouit, sicut ceteri Prophetæ. Verum hæc non fuisse visio, sed præuisio & prophetica prænotio, quæ spectat futurum, cum visio sit rei præsentis, Ita Eucher. in quæst. in Ioannem.

Tertiò ergo & genuinè, Abraham in limbo existens *vidit*, id est cognouit diem & tempus, quo incarnatus & natus est Christus, non tantum ex eo quòd Simeon, qui Christum vnus exceperat, paulò post moriens, descendensque in limbum, annunciaret Abraham natum esse Christum, sed quæ cum vidisset & vnus gestasse (idem Abraham nunciavit Anna prophetissæ; item Zacharias, Anna mater Deiparæ, ac Ioannes Baptista, qui ante Christum mortui descenderunt ad limbum) sed in super id ipsum propriè *vidit*, id est oculis mentis, per Dei & angelorum reuelationem, perque claram cognitionem, siue abstractiuam, siue potius intuitiuam: hanc enim propriè significat *id vidit*. *Videre* enim idè est quòd intueri, aspicere. Abraham ergo è limbo, oculis mentis à Deo eleuatis, vidit ea quæ in loco secreto post murum agebantur. Hoc enim summè desiderabat Abraham videre, & quasi præsens aspicere. Atque hoc Abraham tamquam patri Christi, cui promissio solemniter de Christo ex se nascituro scripta à Deo facta fuerat, ob eius fidem, obedientiam, sanctitatem, ac tot tantaque merita quasi debebatur, ut scilicet Abraham patri fidei & ereditum, qui per duo millia annorum, sine sua

culpa, imò cum magna sanctitate, fide & spe detinebatur in limbo, auidissimè expectans Christum liberatorem, ad suam & sociorum patrum consolationem, ac ad leniendam tam longam anxiamque Christi expectationem, cognosceret diem quo incarnatus & natus est Christus. Natus enim est Christus post Abraham anno bis millesimo, ut ostendi in Chronotaxi, quàm præfixi Pentateucho. Abraham ergo per bis mille annos auidè expectauit Christum, languens & suspirans ad eius diem natalem: quare Deus illum ipsi reuelauit, & in spiritu ostendit tuncque exultauit & iubilauit Abraham, omnesque Sancti in limbo. Ita Ianfen. Maldon. & alij. Denique angeli, qui solantur animas in Purgatorio, multò magis solabantur animas Abraham, Patriarcharum & Prophetarum in limbo: quare eis Christi aded exoptati natiuitatem annunciarunt, ut iidem eandem annunciarunt pastoribus, Lucæ 2.

Dicit hoc Christus Primò, hoc sine, ut ostendat se maiorem esse Abraham, esseque Deum. Secundo, ut ostendat quantum de se absente estimationem habuerit Abraham, quem Iudæi Abraham filij præsentem iam contemebant. Tertiò, ut oblique eos pungat, q. d. Abraham tantum mei desiderium habuit, vos verò me respuitis: ergo non estis genuini Abraham filij, sed spurij & degeneres: vnde ait, *Abraham pater vester*, hoc est Abraham, cuius vos filios esse gloriamini, cum ego de eo non glorier, sed potius Abraham de me glorietur & exultet.

DIXERVNT ERGO IVDÆI AD EVM: QVIN-
QUAGINTA ANNOS NONDVM HABES, ET ABRA-
HAM VIDISTI?] ut vicissim Abraham te quoque viderit, vidensque exultauit, ut dixisti. Hinc S. Irenæus lib. 2. cap. 39. & 40. colligit Christum in terris ad 50. annos vixisse, sed falsò. Communis est enim Doctorum sententia, Christum non vixisse nisi 34. annos, eosque non plenos; scilicet explese 33. annos, & mortuum esse anno ætatis 34. per tres menses inchoato, S. Chryl. & Euthym. pro 50. legunt 40. quia Græcè litteræ μ & ν , quæ sunt nota 40. & 50. vicinæ sunt, ut ex vna in aliam facilis sit lapsus. Sed passim Latini, Græci, Syrus & Arabicus legunt 50. Videntur Iudæi respicere ad annum saculare, puta quinquagesimum, qui erat annus iubilæi. q. d. Tu, o Iesu, nondum vnum sæculum explesti, necdum iubilæum absoluisisti; quomodo ergo dicis te vidisse Abraham, qui vixit ante quadraginta sæcula, siue ante 40. iubilæos: ita Severus Antioch. in Catena. Euthym. verò censet Christum ob maturitatem iudicij, ac ob vultus & morum gravitatem; addunt alij ob itinera, labores in prædicando exantlatos, Iudæis visum fuisse 50. annorum. Sed facillimè dicas, Iudæos, ne carpi, vel erroris argui possent, maiorem posuisse etatis Christi numerum & terminum, ad quem certò sciebant Christum non peruenisse. Si enim dixissent 40. timebant ne forte in eo errarent, & à Christo redarguerentur: multi enim sunt 40. annorum, qui intuitibus videntur vix excedere trigessimum.

DIXIT EIS IESVS: AMEN, ANEN DICO VOBIS,
ANTEQUAM ABRAHAM FIERET, EGO SVM.] Id est fui ab æterno, quia ego sum qui sum, Exod. 3. id est, ego sum Deus. *Id ergo sum*, notat æternitatem, quia illa semper est præsens, caretque omni præterito & futuro. *Ego ergo sum æternus*, immuta-

mutabilis idemque semper & constans. Ita S. August. Beda, S. Greg. Leont. Euthym. Quare ego quæ Deus non tantum 50. annos, sed & sæculum Abraham infinitis durationis passibus anteco & antecedo. Nam, ut ait Tertull. lib. de Trinit. *Nisi fuisset Deus, consequenter cum ex Abraham fuisset, ante Abraham esse non posset*. Audi S. Aug. verba Christi prementem & exprimentem tract. 43. in fine: *Antequam Abraham fieret, intellige, fieret, ad humanam naturam, sum verò ad diuinam pertinere substantiam. Fieret, quia creatura erat Abraham. Non dixit, antequam Abraham esset, ego sum; sed antequam Abraham fieret, qui nisi per me, non fieret, ego sum. Neque hoc dicit, Antequam Abraham fieret, ego factus sum. In principio enim fecit Deus celum & terram: nam in principio erat Verbum. Antequam fieret Abraham, ego sum. Agnosce creatorem, discernite creaturam. Qui loquebatur, semen Abraham factus erat, & ut Abraham fieret, ante Abraham ipse erat.*

VERS. 59. TVLERVNT ERGO LAPIDES, VT IACERENT IN EVM] tamquam blasphemum, & quòd se præferret Abraham, & conferret æquaretque Deo æterno. Blasphemus enim iubetur lapidari, Leuit. 24. 16. Liquebat Iudæos hoc non fuisse eos, qui v. 30. dicuntur credidisse in Christum, ut vult Theophyl. sed alios Christo aduersos & incredulos. Aptè S. August. *Quòd ait, curreret tanta Iudæo-*

rum duritia, nisi ad lapides? Et S. Gregor. hom. 18. Quem intelligere non poterant, obruere querebant.

IESVS AUTEM ABSCONDIT SE, ET EXIIT DE TEMPL] *Abscondit*, non in angulo aliquo templi: ibi enim eum Iudæi sedulo scrutati inuenissent, sed *abscondit se* ab oculis eorum; quia vi diuina eis se fecit inuisibilem, quod & Beati facere possunt: inuisibilis ergo per medios hostes iuit illæsus, & è templo exiit, cedens illorum furori. Ita Leont. Theophyl. Euthym. & alij. Audi S. Gregor. homil. 18. *Si potentiam exercere voluisset, eos in suis actibus ligaret, aut eos in penas subire mortis obrueret; sed qui pati venerat iudicium exercere nolebat.* Et S. August. *Magis erat commendanda sapientia, quàm exercenda potentia. Deserit eos quasi correctionem non suscipientes, non abscondit autem se in angulo templi, quasi timens, aut in domunculam fugiens, aut post murum aut columnam diuertens, sed cælica potestate inuisibilem insidiantibus se construens, per medium illorum exiit, tamquam homo à lapidibus fugit: sed vix illi, à quorum lapideis cordibus Deus fugit.*

Moral. docemur hoc exemplo, ait S. Gregor. iram superbientium, etiam cum resistere pollumus humiliter declinare. Vnde Arabicus vertit, & retrocessit Iesus & exiit de templo, & transiit per medium eorum excurrans sic.

CAPVT NONVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Christus cæcum natum die sabbati illuminat. Vnde v. 14. Pharisei Christum quasi sabbati violatorem criminantur; verum cæcus iam videns eum defendit, ideòq. v. 34. extra Synagogam eicitur, sed eum recipit, edocetque, Christus.

1. ET præteriens Iesus vidit hominem cæcum à natiuitate; 2. Et interrogauerunt eum discipuli eius: Rabbi, quis peccauit, hic, aut parentes eius, ut cæcus nasceretur? 3. Respondit Iesus: Neque hic peccauit, neque parentes eius: sed ut manifestentur opera Dei in illo. 4. Me oportet operari opera eius, qui misit me, donec dies est: venit nox, quando nemo potest operari: 5. Quamdiu sum in mundo lux sum mundi. 6. Hæc cum dixisset, expuit in terram, & fecit lutum ex sputo, & liniuit lutum super oculos eius, 7. & dixit ei: Vade, laua in natatoria Siloë (quod interpretatur Misus.) Abiit ergo, & lauit, & venit videns 8. Itaque vicini, & qui viderant eum prius quia mendicus erat, dicebant: Nonne hic est, qui sedebat, & mendicabat? Alij dicebant: Quia hic est. 9. Alij autem: Nequaquam, sed similis est ei, ille verò dicebat: Quia ego sum. 10. Dicebant ergo ei: Quomodo aperit sunt tibi oculi? 11. Respondit: Ille homo, qui dicitur Iesus, lutum fecit, & vnxit oculos meos, & dixit mihi: Vade ad natatoria Siloë, & laua. Et abiit, & laui: & video. 12. Et dixerunt ei: Vbi est ille? Ait: Nescio, 13. Adducunt eum ad Phariseos, qui cæcus fuerat. 14. Erat autem sabbatum, quando lutum fecit Iesus, & aperuit oculos eius. 15. Iterum ergo interrogabant eum Pharisei quomodo vidisset. Ille autem dixit eis: Lutum mihi posuit super oculos, & laui, & video. 16. Dicebant ergo ex Phariseis quidam. Non est hic homo à Deo, qui sabbatum non custodit. Alij autem dicebant: Quomodo potest homo peccator hæc signa facere? Et schisma erat inter eos. 17. Dicunt ergo cæco iterum: Tu quid dicis de illo, qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit: Quia propheta est. 18. Non crediderunt ergo Iudæi de illo, quia cæcus fuisset, & vidisset, donec vocauerunt parentes eius qui viderat: 19. & interrogauerunt eos, dicentes: Hic est filius vester, quem vos dicitis quia cæcus natus est? Quomodo ergo nunc videt? 20. Responderunt eis parentes eius, & dixerunt: Scimus quia hic est

est filius noster, & quia cæcus natus est; 21. quomodo autem nunc videat, nescimus: aut quis eius aperuit oculos, nos nescimus; ipsum interrogate; ætatem habet, ipse de se loquatur. 22. Hæc dixerunt parentes eius, quoniam timebant Iudæos: iam enim conspirauerant Iudæi, ut si quis eum confiteretur esse Christum, extra synagogam fieret. 23. Propterea parentes eius dixerunt: Quia ætatem habet, ipsum interrogate. 24. Vocauerunt ergo rursus hominem, qui fuerat cæcus, & dixerunt ei: Da gloriam Deo, nos scimus quia hic homo peccator est. 25. Dixit ergo eis ille: Si peccator est, nescio: vnum scio, quia cæcus cum essem; modò video. 26. Dixerunt ergo illi: Quid fecit tibi? quomodo aperuit tibi oculos? 27. Respondit eis: Dixi vobis iam, & audistis: quid iterum vultis audire? Numquid & vos vultis discipuli eius fieri? 28. Maledixerunt ergo ei, & dixerunt: Tu discipulus illius sis: nos autem Moyfi discipuli sumus. 29. Nos scimus quia Moyfi locutus est Deus: hunc autem nescimus unde sit. 30. Respondit ille homo, & dixit eis: in hoc enim mirabile est, quia vos nescitis unde sit, & aperuit meos oculos: 31. scimus autem quia peccatores Deus non audit: sed si quis Dei cultor est, & voluntatem eius facit, hunc exaudit. 32. A sæculo non est auditum, quia quis aperuit oculos cæci nati. 33. Nisi esset hic à Deo, non poterat facere quidquam. 34. Responderunt, & dixerunt ei: In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et eiecerunt eum foras. 35. Audiuit Iesus quia eiecerunt eum foras, & cum inuenisset eum, dixit ei: Tu credis Filium Dei? 36. Respondit ille, & dixit: Quis est, Domine, ut credam in eum? 37. Et dixit ei Iesus: Et vidisti eum, & qui loquitur tecum, ipse est. 38. At ille ait: Credo, Domine. Et prociens adorauit eum. 39. Et dixit Iesus: In iudicium ego in hunc mundum veni; ut qui non vident, videant, & qui vident cæci fiant. 40. Et audierunt quidam ex Pharisæis, qui cum ipso erant, & dixerunt ei: Numquid & nos cæci sumus? 41. Dixit eis Iesus: Si cæci essetis, non haberetis peccatum, nunc verò dicitis: Quia videmus. Peccatum vestrum manet.

VERS. 1.

ET PRÆTERIENS IESVS VIDIT HOMINEM CÆCUM A NATIUITATE Arabicus, *cæcum natum*. Præteriens id est transiens per medios suos hostes, turbamque populi. Unde hæc vox significat cæci curationem statim (licet id alij negent) ab egressu Christi è templo contigisse; cum scilicet inuisibiliter abeuntem secuti discipuli: mox ubi oculos hostium effugerat, rursus visibilem factum, agnitumque consecuti sunt. Causam dat S. Chryl. *Exiens è templo*, inquit, curauit cæcum, sui absentia furorem mitigans, & per signi operationem eorum duritiam molliens.

VIDIT Hoc est benignis, fixisq; in eum oculis intuitus, tamquam eius miseris, eumque visui redditurus. Unde hic Christi intuitus dedit occasionem discipulis querendi causam cæcitatæ eiusdem. Ita S. Chryl. Ipte, inquit, vidit cæcum, non cæcus ad eum accessit. Respexit verò ita attentè, ut discipuli interrogarent id quod sequitur. Mysticè, infideles & peccatores cæci sunt: quare Christum videre & querere nequeunt, sed necesse est ut Christus eos prior aspiciat, oculisque gratiæ suæ complexus illuminet.

CÆCUM A NATIUITATE ut ostendatur cæcitas fuisse naturalis & incurabilis: nam cæci per casum facti, ut per humores oculum obducetes, vel per pelliculam oculo obnatam, illis discussis, & hac acu diducta, naturaliter à medicis & chirurgis curantur: quod verò cæcus à natiuitate curetur, *nò artis est, sed potestatis*, ait S. Ambros. *Donauit enim Dominus sanitatem, non medicinam exercuit. Eos enim sanauit Dominus, quos nemo curaret.*

Nomen huius cæci.

Porro cæcus hic vocabatur Celdonius, siue Celdonius, qui qualis, quantumque per Christum euaserit, dicam v. 38.

Mysticè, cæcus à natiuitate est genus huma-

num, Ad peccatum originali occæcatur, ait S. August. & Beda, quod Iesus præteriens viam mortalitatis nostræ, ait Glossa miserens vidit & illuminauit. Nam, ut ait S. August. contigit cæcitas in primo homine per peccatum, de quo omnes originem duximus: cæcum ergo humanum genus est à natiuitate. Et Beda: Christi iter, ait, est de cælis in terram descensus, vidit autem cæcum, cum misericorditer respexit humanum genus.

Rursum, hic cæcus natus notat Gentiles in cæca infidelitate & idololatria natos & educatos, ad quos Christus expulsi de cordibus Iudæorum, transiit, ait Beda, eosque luce fidei & Euangelij sui illuminauit, idque in hac cæci illuminatione, quasi in typo designare & præsignificare voluit Christus, inquit S. Cyril. Rupert. & Beda.

ET INTERROGAVERUNT EVM DISCIPULI EIVS: RABBI, QVIS PECCAVIT, HIC, AVT PARENTES EIVS, UT CÆCVS NASCERETVR? Interrogatio hæc processit ex rudis vulgi opinione, qua censet morbos esse pœnas peccatorum, & ut ait S. Ambros. *debilitates corporum referunt ad merita delictorum*. Interrogant ergo, an huius cæcitatæ causa sit culpa cæci, vel parentum? Qua in re errant. Etsi enim id sæpè fiat, at non semper: Iob enim innocēs à Deo morbis multis afflictus fuit, ad probandam & augendam eius patientiã, æquè ac Tobias, alijque multi, idque hic v. seq. docet Christus. Unde S. Chryl. & Theophyl. aiunt hanc interrogationem esse impertinentem & absurdam.

Alij putant discipulos ad hoc interrogandum fuisse commotos, ex illo Christi ad paralyticum dicto cap. 5. 14. *Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat.*

Hic]

Hic] Quia propriæ cæcitatæ, utpote pœnæ, videtur causa esse culpa propria, non aliena. Et verè peccatum originale est causa omnium pœnarum & malorum, quæ nobis in hac vita accidunt, ac nominatim morborum, qui infantibus obueniunt, ut docet S. August. libr. 3. contra Iulianum cap. 4. sed tamen ipsum non fuit causa propria, cur hic præ alijs infantibus cæcus nasceretur. Unde S. August. ait: Non quidem hic aut sine peccato originali natus erat, aut viuendo nihil addiderat: habebat ergo peccatum ipse, & parentes eius; sed non ipso peccato factum est, ut cæcus nasceretur.

Porro S. Cyrillus putat discipulos fuisse imbutos errore Pythagoræ & Platonis, qui censebat animas ante corpora exitisse, & ob peccata sua in corpora fuisse detrusas, quod postea sensit Origen. Leontius verò putat discipulos loqui de peccato cæci, non ante natiuitatem præterito, sed post eam futuro; quasi illud futurum præuidens Deus punierit præcua cæcitate. Verum siue hic, siue quis alius fuerit discipulorum sensus (quem difficile est coniectare) certum est eos errasse: nec enim animæ fuerunt ante corpus, nec Deus punit peccata futura, sed præterita.

AVT PARENTES EIVS] Solet enim Deus sæpè parentes ob sua peccata punire in filijs: hi enim sunt partus & membra parentum. Unde ob parentum libidines, aliisque iniquitates, proles sæpè nascuntur debiles, infirmæ, cæcæ, mancæ, deformes, monstrosæ, aut citò moriuntur, ut mortuus est infans Davidis ex adulterio genitus. 2. Regum 12. 14. Hoc est quod Deus sanxit Exodi 20. 5. *Ego sum Deus zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationem.*

VERS. 3.

RESPONDIT IESVS: NEQVE HIC PECCAVIT, NEQVE PARENTES EIVS; SED VT MANIFESTENTVR OPERA DEI IN ILLO] Christus non negat cæcum & parentes eius peccasse peccato originali, alijque actualibus illud consequentibus; sed negat eum ob hæc peccata, præ alijs, qui eadem & maiora commiserant, cæcitæ damnatum. Ita S. August. Chryl. Leont. Beda, Theophyl. Euth. frustra ergo Pelagiani hoc loco abutuntur, ut peccatum originale negent & tollant.

Causa igitur cur Deus huic cæco cæcitatè immiserit, fuit, ut opera Dei, id est, miraculosa Dei virtus & operatio, in eo per Christum curado eluceret, ut per hoc Christus cognosceretur à Deo missus, esseque verus Messias. Ita Patres iam citati. Mysticam causam dat Glossa, scilicet ut cæcum illuminando, inquit, & per eum, quid in cæcitate generis humani facturus significando, Filius Dei manifestetur. q. d. Ideo Christus cæcum illuminauit in carne, ut significaret se simili modo homines illuminaturum in mente per suam gratiam & doctrinam Euangelij. Hinc & cæcus hic non solum carne, sed mente à Christo illuminatus est, ut patebit v. ult. Quocirca dum cæcus natus fuit, non iniusta passus est, sed beneficium accepit per cæcitatē, ait S. Chryl. per hanc enim interioribus respexit oculis, & quidem eum, qui ex non ente eum deduxit ad esse, atque clarius ab eo, tam sensus quam mentis lucem accepit.

VERS. 4.

ME OPORRET OPERARI OPERA EIVS QVI MISIT ME, DONEC DIES EST: VENIT NOX,

QUANDO NEMO POTEST OPERARI] S. Chryl. Theoph. Euthym. Leont. & Rupertus per diem accipiunt præsens sæculum usque ad finem mundi, per noctem verò sæculum futurum. Verum hic dies ad operandum statutus est omnibus hominibus: Christus verò diem hunc sibi appropriat, suæque operationi attribuit quare melius & prescius S. August. Beda & Cyrill. per diem accipiunt tempus vitæ Christi, quo corporaliter præsens erat mundo, noctem verò vocat mortem & tempus absentie suæ. Ergo venit nox, hoc est instat mihi mors, post quam nec ego, nec quis alius operari potest. Sensus est, q. d. Sicut homines noctu ob tenebras operari nō possunt, ita ego post mortem nil operabor eorum, quæ nunc pro salute & redemptione hominum operor. Sic ca. 8. 56. dixit: *Abraham exultauit ut videret diem meum*: id est, diem meæ natiuitatis & vitæ inter homines. Dicit hoc Christus, ut fœnat viam ad cæci illuminationem. q. d. Ego missus sum in mundum, ut assidue operer ea, quæ sunt salutis hominum, v. g. ut cæcos illuminem: tamen hic cæcus se confert, ut ergo occasione, & eum illuminabo.

Symbol. Interlin. Nox, inquit, est persecutio Apostolorum, & maxime persecutio Antichristi.

Tropolog. Cuique homini tempus vitæ est dies ad operandum, & merendum gloriam sempiternam: nox verò est mors eiusdem. Quare qui sapit, sequatur consilium Sapientis: *Quodcumque facere potest manus tua, instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quò tu properas.* Eccl. 9. 10. Vide ibi dicta. Unde S. August. hic: Nox, inquit, est de qua dicitur: Projicite eum in tenebras exteriores: sibi ergo erit nox, ubi nemo potest operari, sed recipere quod operatus est: dum viuus, operare, ne nocte illa præueniatur. Sic & Philosophi ac Poetæ vitam vocarunt diem, mortem verò noctem. Unde

Pythagoræ aiebat vitam hominum similem esse dici solemni, ad quem multi conueniunt alij certaturi, alij negotiaturi, nonnulli sectatores futuri. Ita refert Laërtius lib. 8. c. 1. Et Epicharmus eum audisset disputantes de viuendi spatio, dum quidam tres, quidam quatuor, alij plures sibi tribuerent annos adhuc viuendos, dixit: *Quid minus contēditis & litigatis de paucis diebus: omnes enim qui conuenimus, quodam sero propinqui sumus morti.* Ita

Ælianus lib. 2. de Varia histor. Anonymus alter rogatus, qualis esset hominis vita? eum parum per se ostendisset, mox se abscondit, significans breuem & diariam, imò momentaneam, esse hominis vitam. Thales aiebat nihil interesse inter vitam & mortem. Cuidam verò obstrepenti: Cur tu ergo non moreris? respondit. Ob hoc ipsum, quia nihil interest: potius enim habetur id quod accersitur. Ita Laërtius lib. 1. c. 1. Musonius interrogatus: *quis optime extremum diem clauderet?* respondit: *Qui semper postremum vitæ diem sibi instare proposuerit.* Ita Maxim. serm. 36. Secundus Philosophus interrogatus ab Adriano Imperatore, *quid esset mors?* respondit: *Æternus somnus, dissolutio corporum, diuini pavore, pauperum desiderium, inueniabilis euentus, incerta peregrinatio, latro hominis, somnij pater, fuga vitæ, viuorum discessio, resolutio omnium.* Ita Laërtius. Hinc illud:

In æternam clauduntur lumina noctem, id est, mor-

K k 4

mortem. Et : Omnes una manet nos. Omnibus una...

Quocirca Messodanus vir sanctissimus, iam senex, cum ab amico in crastinum vocaretur ad conuiuium...

VERS. 5.

STAT SUA CUIQUE DIES, BREVIS & IRREPARABILE TEMPUS. Omnibus est vita, ait Virgil. i. o. Æneid.

VERS. 6.

HÆC CVM DIXISSET, EXSPVIT IN TERRAM, ET FECIT (SYRVS, PISCINA) LVTVM EX SPVTO, ET LINIVIT LVTVM SVPER OCVLOS EIVS...

Salina symbola.

Salina sua Christus visus est, ait Cyril. Primò, ut ostenderet carnem suam quoque salutiferam esse, & vim medendi supernaturalem habere.

eymon.

Idem lib. 28. 4. ait lippitudines oculorum quotidiana ieiunæ saluæ inunctione sanari, multaque alia saluæ commoda affert, sed quæ fortilega & magica sunt.

ne Siloë curatio ascriberetur; multi enim lauerat ibi, & curati non fuerant. Adde, quod fides cæci demonstrata est...

Allegor.

Allegoricè, S. Augutt. Christus fecit lutum de salua, inquit, quia Verbum caro factum est...

VERS. 7.

ET DIXIT EI: VADE ET LAVA IN NATATORIA (piscina, in qua natant pisces; Syria, in baptisterio) SULOË, QVOD INTERPRETATUR MISSVS]

Siloë fontis qualis

Nota Primò. Siloë fons est ad radices montis Sion, qui non iugiter, sed incertis horis diebusque, inquit S. Hier. ebullit cum fonitu, inde silet...

Fons sabbaticus quia

Hæc omnia S. Epiphani. lib. de Vita Prophet. cap. 7. in Ilaia. Quocirca Baron. tom. i. anno Christi 33. cap. 26. Huic fonti Siloë, inquit, similis videtur fons ille suus fluuius, item in Palæstina, Sabbaticus dicitur, eò quod die sabbati tantum fluat...

videtur. Quare, hac de causa Christus cæcum hunc ad oculos, in Siloë lauandas, die sabbati pariter misisse videtur.

Nota Secundo. Ex hoc fonte Siloë, cum interruptis vicibus emanet, atque in Palæstina, utpote calida regione, sit aquarum penuria; deriuabatur aqua fluens siloë & sine strepitu, vt habet Ilaia cap. 8. 6. in vltimis vltimis...

Christus est Siloë. Primò.

Quares, cur Christus cæcum illuminaturus miserit eum ad fontem vel piscinam Siloë? Resp. Quia Siloë erat typus Christi, Primò, quia Christus à Patre missus erat in mundum, ad cum luce & doctrina diuina illuminandum...

Secundo.

Secundò, sicut aquæ Siloë vadunt cum silentio, vt ait Ilaia cap. 8. v. 6. Sic Christus est lenis, mansuetus, & quasi agnus ductus ad mortem: ipse enim missus & emissus est à Patre, à quo areano silentio procedit, quæ Deus in cælis, & quæ homo per Virgine in terris. Rursum Christus est Siloë, id est fons aquæ salientis in vitam æternam.

Tertio.

Tertio, quia Christus est fons gratiarum, qui sua charismata, quasi per riuos in fideles emanat & distribuit, iuxta illud Ilaia 12. v. 3. Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris. Et illud Zachar. 13. 1. In die illa erit fons patens domui David, & habitabitur in iherusalem, in ablutionem peccatoris & mensurata. Vide ibi dicta. Fons enim est Christus. Hinc, si credimus S. Epiphani. fontis Siloë auctor fuit Ilaia, qui suo tam nomine, quam prophetica vita & martyrio expressus fuit typus Iesu Christi.

Quarto.

Quarto, quia iuxta aquas Siloë siue Geon (vtroque enim nomine fons hic vocabatur) Salomon vnctus est in regem, 3. Reg. 1. 45. Hinc aquæ Siloë significat regiam stirpem & sceptrum Davidis & Salomonis. Eò ergo misit Christus cæcum, ibique eum illuminauit, vt inquireret se esse filium Davidis & Salomonis, hoc est, se esse Messiam.

Quinto.

Quinto, quia Messie nomen erat Siloach, quod Latini & Græci pronunciant Siloë, id est, missus, vel mittendus, scilicet legatus à Deo, iuxta illud Genes. 49. 10. Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est. Hebr. donec veniat Siloach: pro quo corruptè iam legitur Silob littera cheth in vicinam he conuersa & corrupta. Chald. donec veniat Messias: Misit ergo Christus cæcum ad Siloë, vt refricaret Iudæis oraculum Iacobi patriarchæ de Messia. q. d. Ego qui in Siloë euro cæcum, sum Siloach siue Siloë, id est, Messias, missus & legatus à Deo Patre, quem hoc nomine Siloë venturum prædixit Iacob, ante 1500. annos. Atque hac de causa Christus passim hic disputans contra Phariseos, se vocat Siloach, id est, missum & legatum Patris...

A. Quæ enim quem misit Pater, hoc est Messiam, cuius nomen ex officio erat Siloach. Proprium enim Christi officium fuit agere legatum Dei apud homines: quare proprium officij & dignitatis eius nomen fuit Siloach, id est, missus.

Sexto.

Sextò, Siloë erat typus baptisii Christi, quo spiritualiter illuminatur: vnde & baptisium græcè vocatur φωτισμός, id est, illuminatio; Hebr. 6. 4. ita Rupert. Beda, Iansen. Maldon. & Ambros. Epist. 75. & S. Aug. hom. 43. inter 50. Vnde S. Irenæus lib. 5. cap. 15. censet cæcum hunc non tantum corpore sed & mente fuisse illuminatum in Siloë, vt fit in baptisio.

Septimo.

Denique, magna est affinitas fontis & lucis, abluentionis & illuminationis. Fons enim est quasi oculus & lux terræ, & flumina sunt quasi limpida agrorum lumina. Vnde Hebr. 12. 2. an tam oculum, quam fontem significat. Sicut enim oculus est quasi lux totius corporis, sic fons est quasi lux terræ; & sicut ex oculo manant lacrymæ, sic ex fonte aquæ. Hinc & Hebr. 12. 2. naba is flumē, quàm lumen significat, & verbum naba, tam confluere quàm illuminare denotat: quin & Cicero ac Quintil. lumina ingenij, animi, orationis, virtutis, vocant flumina. Imò Plantes lumen gloriæ vocat fontem siue flumen vitæ: Quoniam, inquit, apud re est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen, psalm. 35. 10. Quocirca Christus hinc lucem iungit fonti. Cum enim dixisset: Ego sum lux mundi, illico misit cæcum ad fontem Siloë, vt ibi lumen oculorum reciperet: Aquæ enim crassos & nœcios humores oculorū abluunt & absterunt, itaque eos illuminant. Vnde medici suadent manē aqua fontana abluere oculos, ad acuendum eorum vsum.

Aqua fontis Siloë quantū

Porro Berthol. Saligniacus libr. 10. Itinerarij Hierosol. cap. 1. & ex eo Adrichomius in Siloë pag. 171. nu. 200. Siloë, inquit, fons, cui piscina siue natatoria Siloë, quæ & piscina inferior nuncupatur, coniuncta est, in Occidentali latera vallis Iosaphat, è radice montis Sion scaturit. Aqua eius clara, dulcis & vberima, cum silentio placideque fluit in torrentem Cedron. Et paulò post: Fontis huius aqua hodie adhuc ipsi etiam Sarcenis in pretio est. Nam cum corpore naturaliter instar hircorum faciant, in hoc fonte se, & pueros suos lauant, eaque lotionē fatorem suum mitigant. Quin & eam Turci magni faciunt, quod eius usum oculorum visui conferre experiantur. Nimirum sicut Christus baptizatus in Iordane, suo contactu aquas sanctificauit, ipsæque vim peccata abluendi in baptisimo indidit: sic & per aquas Siloë illuminans cæcum; aliquam similem alios illuminandi vim eisdem communicasse videtur, vt, cum omnes aquæ fontanæ oculos clarificent, præ ceteris tamen id faciant aquæ Siloë. Quocirca S. Helena mater Constantini Imp. ad fontem Siloë magnificæ & mirificæ construxit opera, ait Niceph. lib. 8. cap. 30. Audi Chrysost. hic: Significat, ait, quòd in Siloë erat virtus Christi, quæ cæcum curauit. Sicut enim Apostolus dixit Christum esse portam spiritalem, ita & Christus erat Siloë spiritalis. Sic & Cyrillus, ac S. Basilius in Ilaia ca. 8. v. 6. & Euseb. lib. 7. Demonstr. cap. 2.

QVOD INTERPRETATUR MISSVS] quia fons hic erat typus Messie, cuius nomen erat Siloach, id

id est, missus, vel mittendus à Deo, ut iam diximus. Nam ut ait S. August. nisi ille fuisset missus, nemo nostrum esset ab iniquitate dimissus.

ABIT ERGO, ET LAVIT, ET VENIT VIDENS] virtute non aquarum Siloë, sed Christi aquis hinc, quasi instrumento ventris ad cæci illuminationem, sicut vritur aquis baptisimi ad mentis purificationem & illuminationem. In Siloë, inquit Chrysof. erat virtus Christi, quæ cæcum curavit. Meruit hoc non de condigno, sed de congruo cæci fides & obedientia, qua credidit se, lutum oculis suis à Christo impositum ablundo aquis Siloë, visum recuperaturum: nisi enim hoc credidisset, lutum super oculos non gestasset, cum irratione intuentium, nec ad Siloë iuisset, eoque lutum ab oculis abstergeret. Minus verè ergo Glossa hic ait: Quomodo iste sine fide sanatus est, cum nemo legatur à Christo sanatus exterius sine sanatione interiori? hoc de illis dicitur, qui propter peccata infirmabantur: iste propter Dei gloriam languabat: nam, ut ostendi, magna fuit cæci huius fides & obedientia, ac per eam pariter iustificatus est, ut audierunt in fine capitis. Sic Elisæus per aquas Iordanis Naaman Syrum purgavit à lepra, 4. Reg. 5. Idem per sal in aqua amaras & salas iniectum eas dulcoravit, 4. Reg. 2. 20. Causas varias cur in Siloë illuminatus sit, dedi paulò antè. Hinc S. August. Dies, inquit, erat Christus, qui inter lucem & tenebras diuisit, eum cæco cecitatem depulit, eique visum restituit.

VERS. 3. ITAQUE VICINI; ET QUI VIDERANT EVM PRIVS QVIA MENDICVS ERAT, DICEBANT: NÓNNE HIC EST, QUI SEDEBAT, ET MENDICABAT? ALII DICEBANT: QVIA HIC EST. ALII AVTEM: NEQVAQVAM SED SIMILIS EST EI.

VERS. 9. ILLE VERO DICEBAT: QVIA EGO SVM] Magnitudo facti, ait Chrysof. incredulitatem inducibat: & aperti oculi vultum cæci mutauerant, ait S. August. ut eum intuentes dubitarent, an videns hic esset prior ille cæcus: sed diligenter inspicientes per longam viam euntem, agnouerunt eundem esse, nec id negari posse. Ita Chrysof.

MENDICVS] Mirabilis Dei clementia, ait Chrysof. eos qui mendicabant, cum multa deuotione curabat, ignobiles etiam sua dignos ducentes prouidentia: pro salute enim omnium venerat. Sic hodie ad B. Virginem Lauretanam & Sichenensem, plerique pauperes & tenuis fortunæ miracula & beneficia per B. Virginem impetrant; tum quia ipsi maiori sunt in necessitate & egestate, quam diuites: tum quia magis innocentes sunt vita: tum quia maiorem præferunt fidè & deuotionem: tum quia Deus eorum, utpote derelictorū, peculiarem gerit curam, iuxta illud: Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor. Vnde S. Iacob. c. 2. 5. Nónne, ait, Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide? Et Christus: Pauperes euangelizantur, Matth. 11. Assuela Christi ergo pauperes non spernat, sed exemplo Christi ambiat.

VERS. 10. DICEBANT ERGO EI: QVOMODO APERTI SVNT TIBI OCVLVI? RESPONDIT: ILLE HOMO, QUI DICITVR IESVS LVTVM FECIT, ET VNIXIT OCVLVS MEOS, ET DIXIT MIHI: VADE AD NATATORIA SILOE, ET LAVA. ET ABII, ET LAVI: ET VIDEO] Ille homo, quia nondum sciebat Iesum esse Deum, ait Euthym. & Theoph.

QVI DICITVR IESVS] Nomen Iesu cæcus dicerat, vel ex communi fama, vel interrogando à circumstantibus. Quod Iesum non vocet Rabbi vel Dominum, partim simplicitati & candori eius, partim veracitati ascribendum: ne quid enim suè de Christo ex iustificationi dare videretur, nudè veritatem aperit, eumque Iesum dumtaxat nominat: fortè etiam id facit, ne Iudeos Christo infensos magis contra eum concitaret.

AD NATATORIA] scilicet stagna in plurali. Ita Rom. & alij legunt. ad natatoriā, scilicet piscinam. Idem ergo est sensus.

ET DIXERVNT EI: VBI EST ILLE? AIT: VERS. 12. NESCIO] Iesus enim fugiens laudem se subduxerat. Recedebat Christus vbi curasset, ait Chryf. non enim quærebat gloriam, nec se ostentare.

ADDVCVNT EVM AD PHARISÆOS QVI CECVS FVERAT. ERAT AVTEM SABBATVM, QVANDO LVTVM FECIT IESVS, ET APERVIT OCVLVS EIVS] Ad Phariseos, ut illi quasi Rabbinis & principes rem examinent. Consilio Dei id factum est, ut miraculum fieret testatissimum & celeberrimum, ipsique Pharisei illud negare non possent. Vnde S. Aug. Cæcus, inquit, confitebatur, & cor impiorum frangebatur. Adducunt ergo cæcū ad Phariseos, quasi ad iudices, ideoq̄ in domo iudicij congregatos, ait Theod. Hieracleus in Catena. Hæc autem domus videtur fuisse synagoga, iuxta templum: agebatur enim hic questio religionis & fidei, ut scilicet Pharisei, quasi doctores & iudices examinarent hoc miraculū, & ex eo iudicarent, an eius patrorum esset Propheta & Messias, an nō.

ERAT AVTEM SABBATVM] Hoc addit, ait Chryf. demonstrans illorū malam mentem: quærebant enim occasionem contra Iesum, & volebant miraculo detrudere per apparentē legis præuaricationem. Nam reuera facere lutum, ut illo cæcum illumines, in sabbato, vti fecit Christus, sabbati non est præuaricatio, sed sanctificatio.

DICVNT ERGO CÆCO CÆCO ITERVM: TV QVID DICIS DE ILO, QUI APERVIT OCVLVS TVOS? ILLE AVTEM DIXIT: QVIA PROPHETA EST] Propheta, id est vir sanctus, eximius, thaumaturgus & diuinus. Sic Genes. 20. 7. Abraham vocatur Propheta, id est vir sanctus & eximius. Vide dicta 1. Corinth. 14. initio capitis, & Eccli. 48. v. 12. vbi varias nominis Prophetæ significationes recensui. Adhuc inuinctus, ait S. Aug. in corde nondum Filium Dei confitebatur, non tamen mentiebatur: ipse enim Dominus de se ait: Non est propheta sine honore nisi in patria sua.

TV QVID DICIS DE ILO?] Iterum iterumque interrogabant cæcum, ex acerbo odio & inuidia in Christum; tum ut cæcum in eandem cum Christo culpam & calumniam inuoluant; tum ut ex ore eius aliquid eliciant, quo sibi contradicat, itaque eum mendacij arguant; sed Deus inuidos & astutos comprehendit in sua astutia, dum effecit ut per hoc crebrum examen, magis constans cæci confessio, indeque Christi miraculum & gloria elucesceret. Ita Leontius & alij. Sapienter S. Chryf. Hæc, ait, est veritatis natura, ut per quæ putant infidias pati, fortior fiat, quod & nunc accidit: parentes in medium ducuntur: qui maximè suum filium cognoscebant, qui filij dicta confirmant.

NON

VERS. 18. NON CREDIDERVNT ERGO IVDÆI DE ILO, QVIA CÆCVS FVVISSET, ET VIDISSET, DONEC VOCAVERVNT PARENTES EIVS QVI VIDERAT: ET INTERROGAVERVNT EOS, DICENTES: HIC EST FILIVS VESTER, QVEM VOS DICITIS, QVIA CÆCVS NATVS EST? QVOMODO ERGO NVNC VIDET?

VERS. 20. RESPONDERVNT EIS PARENTES EIVS, ET DIXERVNT: SCIMVS QVIA HIC EST FILIVS NOSTER, ET QVIA CÆCVS NATVS EST: QVOMODO AVTEM NVNC VIDEAT, NESCIMVS: AVT QVIS EIVS APERVIT OCVLVS, NOS NESCIMVS: IPSVM INTERROGATE: ET TATEM HABET, IPSE DE SE LOQVATVR] Pharisei cæci responso confusi, conuertunt se ad eius parentes ex maiori liuore & rabie, ut ex eorum ore eliciant quippiā, quo vel cæcum, vel Christum redarguant; scilicet vel cæcum hunc non fuisse natum cæcum, vel non fuisse planè cæcum, sed infuscium, vel per artem magicam, ut ait Chrysof. non per miraculum à Christo fuisse illuminatum. Quærebant, ait S. August. quomodo hominem calumniarentur, ut eum de synagoga eijcerent, vti paulò post fecerunt. Et Theoph. hoc eorum fuisse dilemma asserit: Aut falsum est quod filius vester nunc videat, aut quod antea cæcus fuit: constat autem eum videre: falsum ergo est quod dicit, se cæcum fuisse. Parentes autem cautè respondent; Scire se filium hunc esse suū, ac cæcum esse natū, sed à quo & quomodo sit illuminatus, nescire. Prudenter, ut nec veritatem negent, nec periculum excommunicationis incurrant: sed timidè, vnde aiunt, *Etatem habet*, q. d. ait August. Iustè cogemur loqui pro infante, quia ipse pro se loqui non posset: at hic est vir, qui pro se loqui potest; ergo ipsum interrogare.

VERS. 22. HÆC DIXERVNT PARENTES EIVS, QVONIAM TIMEBANT IVDÆOS: IAM ENIM CONSPIRAVERANT IVDÆI, VTI, SI QVIS EVM CONFITERETVR ESSE CHRISTVM, EXTRA SYNAGOGAM FIERET. PROPTEREA PARENTES EIVS DIXERVNT: QVIA ET TATEM HABET, IPSVM INTERROGATE] Extra synagogam, Græcè ἔξω τῆς συναγωγῆς, hoc est a synagoga; scilicet cæcus à synagoga, & quasi excommunicatus. Verūm, ut ait S. August. iam non erat malum fieri extra synagogam: quia illi expellebant, sed Christus expulsus suscipiebat. Propterea parentes dixerunt: quia imbecilliores erāt filio, ait Theoph. qui testis aderat intrepidus veritatis.

VERS. 24. VOCAVERVNT ERGO RVRSVM HOMINEM, QUI FVERAT CÆCVS, ET DIXERVNT EI: DA GLORIAM DEO, NOS SCIMVS QVIA (quod) HIC HOMO PECCATOR EST. DIXIT ERGO EIS ILLE: SI PECCATOR EST, NESCIO: VNVM SCIO, QVIA CÆCVS CVM ESSEM, MODÒ VIDEO. DIXERVNT ERGO ILLI: QVID FECIT TIBI; QVOMODO APERVIT TIBI OCVLVS? RESPONDIT EIS: DIXI VOBIS IAM, ET AVDISTIS: QVID ITERVM VULTIS AVDIRE? NVMQVID ET VOS VULTIS DISCIPVLI EIVS FIERI?] Da gloriam Deo. Est modus, siue phrasid obtestandi & adiurandi apud Hebræos, ut patet Iosue 7. 19. q. d. Dic veritatem ad Dei gloriam: fatere tu id ipsum, quod nos scimus esse verum, scilicet hunc hominem, putā Iesum, esse peccatorem, atque hac veritatis, quæ latebat, confessione à te manifestatā, glorificabis Deum, qui est prima & æterna

VERS. 25. HOMO PECCATOR EST. DIXIT ERGO EIS ILLE: SI PECCATOR EST, NESCIO: VNVM SCIO, QVIA CÆCVS CVM ESSEM, MODÒ VIDEO.

VERS. 26. DIXERVNT ERGO ILLI: QVID FECIT TIBI; QVOMODO APERVIT TIBI OCVLVS? RESPONDIT EIS: DIXI VOBIS IAM, ET AVDISTIS: QVID ITERVM VULTIS AVDIRE? NVMQVID ET VOS VULTIS DISCIPVLI EIVS FIERI?] Da gloriam Deo. Est modus, siue phrasid obtestandi & adiurandi apud Hebræos, ut patet Iosue 7. 19. q. d. Dic veritatem ad Dei gloriam: fatere tu id ipsum, quod nos scimus esse verum, scilicet hunc hominem, putā Iesum, esse peccatorem, atque hac veritatis, quæ latebat, confessione à te manifestatā, glorificabis Deum, qui est prima & æterna

VERS. 27. RESPONDIT ILLE HOMO (cæcus à Christo illuminatus) ET DIXIT EIS, IN HOC ENIM (q. d. Hoc sanè. Est hebraismus) MIRABILE EST, QVIA VOS NESCITIS VNDE SIT, ET APERVIT OCVLVS MEOS] q. d. Vestrum, utpote doctorum & legisperitorum, erat, scire Iesum, qui tanta patrat miracula, & me modò illuminavit, non nisi à Deo missum esse: Deus enim est, qui per eum miracula operatur. Vbiq; signum illuminationis suæ inducit, ait Chryf. quia hoc deprauare non poterant, sed ab eo conuinebantur.

Anxia Tudeorum de cæco nato sanato discussio.

A veritas. *Dare gloriam Deo*, inquit Glossa, est veritatem de aliquo, quasi Deo præfente dicere. q. d. confitere istum non esse Deum, sicut nos, sed peccatorem; nimirum prætextu religionis, ait Chrysof. ad hoc volunt cæcum inducere, ut neget se à Christo curatum, aut sic à magice per præstigijs curatum. q. d. ait Interlin. Nega beneficium & miraculum, quod à Iesu accepisti: quod est blasphemare, non Deo gloriam dare.

SI PECCATOR EST, NESCIO; VNVM SCIO, QVIA CÆCVS CVM ESSEM, MODÒ VIDEO] Prudenter & cautè respondet: quia nec patet calumnia, nec veritatem celat, ait Interl. Objicit Chrysof. Quomodo dixit cæcus paulò antè, *Propheta est*, qui nunc dicit: *Si peccator est, nescio*? Respondet: Non hoc dicit asserendo, nec timendo, sed quia volebat Iesum à rei testimonio, non à sua voce, ab inquisitione eripi. q. d. Nunc dicere vel disputare vobiscum nolo, an Iesus sit peccator, nec ne: vnvm dico, quod certò scio, me iam esse videntem, qui prius fui cæcus.

QVOMODO APERVIT TIBI OCVLVS?] Modum curationis iterum inquirunt, more cæcum, ait Chrysof. qui leporem nunc huc, nunc illum inuestigant.

QVID ITERVM VULTIS AVDIRE?] q. d. Inaniter interrogatis, non volentes addicere, sed cauillari, ait Chryf.

NVMQVID ET VOS VULTIS DISCIPVLI EIVS FIERI?] Sicut ego iam video, & non in video, ait Interl. Imò discipulum me esse Iesu profiteor, ac vos pariter eius discipulos fieri opto: loquebatur hæc, ait S. Aug. iam stomachans aduersus duritiem Iudeorum, & ex cæco videns, non ferens cæcos. Nota hic heroicam constantiam & magnanimitatem cæci, in tuendo Iesu coram Phariseis iuratis Christi hostibus, vnde meruit à Christo suscipi & exaltari.

MALEDIXERVNT ERGO EI, ET DIXERVNT, TV DISCIPVLS ILLIVS SIS: NOS AVTEM MOYSI DISCIPVLI SVMVS. NOS SCIMVS QVIA MOYSI LOCVTVS EST DEVS: HVNC AVTEM NESCIMVS VNDE SIT] Maledixerunt, dicendo: Maledicte, esto maledictus, maledicat tibi Deus, ito in malam crucem; aut quid simile; aut maledixerunt, id est, maledicta & conuitia in eum iecerunt; Arabicus. *approbrys eum asserunt*. Verūm inefficax fuit eorum maledictio, & à Christo conuersa in benedictionem: laus enim piorum est, ab impijs maledici. Vnde S. Aug. maledictum est, ait, si cor discutias, non si verba perpendas: tale autem maledictum sit super nos, & super filios nostros.

HVNC AVTEM NESCIMVS VNDE SIT] an à Deo missus, vti fuit Moses, an à diabolo. Ita Euthym.

RESPONDIT ILLE HOMO (cæcus à Christo illuminatus) ET DIXIT EIS, IN HOC ENIM (q. d. Hoc sanè. Est hebraismus) MIRABILE EST, QVIA VOS NESCITIS VNDE SIT, ET APERVIT OCVLVS MEOS] q. d. Vestrum, utpote doctorum & legisperitorum, erat, scire Iesum, qui tanta patrat miracula, & me modò illuminavit, non nisi à Deo missum esse: Deus enim est, qui per eum miracula operatur. Vbiq; signum illuminationis suæ inducit, ait Chryf. quia hoc deprauare non poterant, sed ab eo conuinebantur.

SCIMVS

Peccatores
an Deum
audiat.

SCIMVS AVTEM QVIA PECCATORES DEVS NON AVDIT] QVARE, quomodo hoc sit verum? Nam Deus peccatores, si penitentes veniam petant, illam eis indulget, & peccatoribus bona temporalia, quin & spiritualia perentibus sæpè largitur. Resp. Primò: Deus ordinariè peccatores non exaudit, peccatores, inquam, in peccato perseverantes: aliquando tamen eos exaudit, sed id rarum est. Ita Iansen. Id ita esse patet ex Scriptura. Audi Isaiam: *Aggravata est auris eius, ut non exaudiat, sed iniquitates vestre dividerunt inter vos & Deum vestrum*, Isaiæ c. 59. 1. & 2. Et: *Qui declinat aures suas, ne audiat legem; oratio eius fiet execrabilis*, Prou. 28. 9. Et, *Peccatori dixit Deus: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum?* psal. 49. 16. Et, *Maledictam benedictionibus vestris*, Malach. 2. 2. De iustis autem dicitur: *Oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum*, psal. 33. 16. Et, *Oculi Domini ad iumentes eum*, Eccli. 15. 20.

Secundò, & magis propriè ad rem propositam, Deus non exaudit peccatores, nimirum hæc ratione & modo, vt ad declarandam eorum sanctitatem (quæ nulla, vel ficta & simulata est) miracula faciat, vt facit per Iesum, ad testandum ipsum esse Messiam: de hac enim re hic agebatur. Ita Theophyl. Euthymius, & Maldon. hic, ac Suarez tom 2. de Relig. lib. 1. de orat. c. 25. Deus, inquit, peccatores non audit, si orent mala intentione, v.g. ad confirmationem hypocritis vel mendacij.

Tertiò, S. August. lib. 3. de Baptism. contra Donat. cap. 20. Respondet, cæcum hunc id dixisse generaliter, cum adhuc esset catechumenus, & necdum factis in fide instructus: nam generaliter idiplum non esse verum. Quare sententiam hanc non omnino esse veram, nec esse sententiam S. Scripturæ, sed S. Scripturam tantum asserere illam prolatam esse à cæco: quod verum est & canonicum.

Audi S. August. *Hæc adhuc inmundus loquitur: nã & peccatores Deus exaudit: aliqui frustra publicanus diceret, Deus propitius esto mihi peccatori, ex qua confessione meruit iustificationem, sicut & cæcus ille illuminationem.*

Ex hoc loco S. Cyprianus epist. 64. & 80. & eius sequaces Donatistæ, increbant baptismum à ministro hæretico collatum, esse inualidum, ideoque iterandum; quia hæreticus est magnus peccator, quem Deus non audit. Sed perperam: nam simili modo Catholici sacerdotis qui in peccato vivit, baptisma esset irritum & iterandum; hic enim est peccator. Dico ergo, alia est vis Sacramenti, alia orationis. Sacramentum enim habet vim ex opere operato, oratio verò ex opere operantis, putà ex sanctitate & meritis orantis, Quare si peccator, v. g. hæreticus, baptizet, validum est Sacramentum, suamq; habet vim ex institutione Christi, qui per Sacramentum gratiam cõfert: Christus enim est principalis auctor baptismi, qui per ministrum, quasi instrumentum baptizat. Adde, esto Deus non audiat preces peccatoris in quantum ipse persona priuata est; audit tamen eiusdem preces, quatenus ipse persona publica est, putà minister Ecclesiæ: Ecclesia enim est sancta, quia caput, putà Christum, habet sanctum, multaque membra, hoc est multos fideles

habet sanctos, quorum preces Deus exaudit. A SÆCULO NON EST AVDITVM, QVIA (quòd) QVIS APERIT OCULOS CÆCI NATI] q. d. Esto, Moses & Propheta multa fecerunt miracula, nūquam tamen cæco nato visum restituerunt: Iesus ergo, qui mihi cæco nato visum reddidit, magnus Propheta in mundum à Deo missus sit oportet, imò maior Mose & Prophetis ceteris. Pungit & retundit dictum Phariseorum: *Tu discipulus illius sis, nos autem Moysi discipuli sumus*, q. d. Vos Mosen anterferitis Christo; ego verò Christum antefero: vos Moysi discipuli esse vultis, ego malo Iesu esse discipulus. Ita Cyrillus, Leont. & alij.

NISI ESSET A DEO, NON POTERAT FACERE QVID QVAM] in curanda cæcitate mea. Dicit hoc cæcus liberè, constanter & veraciter, ait S. August. Dei enim opus supernaturale & proprium est illuminare cæcos.

RESPONDERVNT, ET DIXERVNT EI: IN PECCATIS NATVS ES TOTVS, ET TV DOCES NOS?] Totus, scilicet & anima & corpore: nam ob peccatum tuum cæcus es natus, hinc stigma peccati in oculis ostentas. Censent enim cum Pythagora, Platone & alijs, animam ante corpus extitisse, & ob peccata in corpus deformari, v. g. cæcum, esse detrusam. Ita Cyril. Leont. & alij. Aliter Maldon. q. d. Ab utero matris vsque in hodiernum diem nil didicisti, nisi peccare. Sic & Chryf. & Theophyl. A prima ætate, inquit, continuò peccas.

ET TV DOCES NOS? q. d. Tu, ò cæce peccator, vis docere nos, qui sumus videntes, sapientes & iusti?

ET EIECERVNT EVM PORAS] extra domum priuatam, in qua erant, quasi stultum & indignum, cum quo tanti magistri disputarent, ait Maldon. vel, vt Theophyl. & S. Chryf. extra templum, ac consequenter extra synagogam, ait Leont. hoc est, excommunicauerunt eum, & extra cœcum, siue Ecclesiam suam, eiecerunt; sed inuenit eum Dominus templi (Christus) ait Chryf. & suscepit. Vtrumque eos fecisse est credibile, scilicet cæcum ex domo, & hoc simbolo ex Ecclesia sua eiecisse. Hoc enim apud eos iam decretum erat, vt patet v. 22. Atque hoc satis significant v. 28. cum dicunt: *Tu illius discipulus sis, nos autem Moysi discipuli sumus*, q. d. Abi à Mose & nobis, ò apostata, ad tuum Iesum, nimirum huc eos agebat liuor & odium Christi. Denique idipsum suadet, quòd hæc acta sint in domo iudicij, quæ videtur fuisse domus publica, non priuata, putà synagoga iuxta templum, vt dixi v. 13. Ita S. Chrysof. Theoph. Leont. Idipsum magis patebit cap. 10. v. 1. vbi ob cæcum hunc è synagoga expulsus, Christus ait se esse ostium ouilis Dei, id est, Ecclesiæ.

AVDIVIT IESVS QVIA EIECERVNT EVM FORAS: ET CVM INVENISSET EVM, DIXIT EI: TV CREDIS IN FILIVM DEI? RESPONDIT ILLE, ET DIXIT: QVIS EST, DOMINE, VT CREDAM IN EVM? ET DIXIT EI IESVS: ET VIDISTI EVM: ET QVI LOQUITVR TEGVM, IPSE EST. AT ILLE AIT: CREDO DOMINE. ET PROCI-

DENS ADORAVIT EVM] Christus cæcum, à Iudeis ob sui confessionem eiecitur, benignè suscipit, eiusque constantiam remunerat; quare quem prius carne, eundem nunc mente illuminat. Nam cum eum carne illuminavit, simul ei

VERS. 35. VERS. 36. VERS. 37. VERS. 38.

VERS. 39.

communiam & confusam quadam fidei semina iniecerat, quæ nunc particulatim efformat & perficit, vt Iesum, quem quasi illuminatorem sui credebatur esse Prophetam, sed hominem, nunc credat esse quoque Deum, Deiq; Filium. Vnde Glossa: Habebat cæcus, inquit, iam dudum cor paratum ad credendum, sed in quem credere deberet, ignorabat. Vnde ait: *Quis est, Domine, vt credam in eum?* Dicit ergo hoc à Christo, vt scilicet in se, quasi in Messiam, Dei Filium, ideoque Deum verum, credat.

ET CVM INVENISSET] vtique studio Christi quæsitum eo loci, vbi ipsum esse sciebat: Nemo enim inuenit, nisi id quod antea quæsiuit: nimirum pastoris boni est quærere ouem errantem, quæ se in viam reducere nequit, nisi ab illo quæsitam & reductam. Vnde S. August. tract. 4. *illi pellunt*, inquit, *excipit Dominus: magis enim quia expulsus est, Christiamus factus est.*

CREDIS?] Iesus non requisivit fidem cæci in sanatione corporis, sed hic in sanatione mentis eam exposcit: quia vt ait S. August. ser. 15. de Verbis Apostoli: *Qui fecit te sine te, non iustificat te sine te, fecit nescientem, iustificat volentem.*

ET DIXIT EI IESVS: ET VIDISTI EVM, ET QVI LOQUITVR TEGVM, IPSE EST] *Et vidisti eum*, nunc cum se tibi ipse videndum offert, quem hucusque cæcus videre non potuisti. Nam cæcus illuminatus fuerat in Siloë absente Christo, vnde Christum hucusque non viderat. Insinuat ergo Christus se esse eum, qui ipsi paulò antè visum restituit. Reducit enim ei in memoriam sanitatem, ait Theophyl. & quòd ab eo virtutem videndi acceperat, vt sic credat ipsum non tantum esse Filium hominis, sed & Filium Dei.

CREDO DOMINE, ET PROCIENS ADORAVIT EVM] Iesum, tamquam genuinum & proprium Dei filium, ideoq; Deum verum patria adorandū. Porro cæcus, Christo interius eum illustrante & impellente, dicens *Credo*, simul elicitus actus spei, contritionis, charitatis, religionis & adorationis erga Christum, & per illos à peccatis purgatus & iustificatus est. Quocirca vir sanctus & Apostolicus enasit: scripsit eius vitam Petrus de Natal. Episc. Esquilinus in Catalogo Sanctorum lib. 5. c. 102. *Cedonius Episcopus, inquit, vel Sidonius, fuit ille cæcus à natiuitate, què Dominus lutum ex spuro faciens, & oculos hinc illuminavit, vt habetur Ioan. 9. qui & ab aliquibus dicitur fuisse vnus ex 72. Christi discipulis. Sine autem ex numero illorum fuerit, siue non; planum habetur ex chronicis & gestis discipulorum, quòd Christi discipulus fuit; & post ascensionem Domini ab Apostolis baptizatus, sancto Maximino specialiter adhaesit; & eum eodem, & Lazaro atque sororibus eius nauicula impo-*

VERS. 39. ET DIXIT IESVS] Nonnulli codices addunt *er*, scilicet cæco; sed cum Romanis, Græcis, Syro & Arabico delendum *er* ei. Christus enim hæc dixit non ad cæcum, sed ad Phariseos.

Cæci nati
quia.

VERS. 39.

Cornel. in Ioannem,

IN IUDICIUM EGO IN HVNC MVNDVM VENI (Arabicus, *venit vt iudicem hunc mundum*) VT QVI NON VIDENT VIDEANT, ET QVI VIDENT CÆCI FIAN] *In iudicium*, id est, ad condemnationem, ait Cyrill. Leont. Theophyl. & Chrysof. vt scilicet superbos & mundanos Phariseos, qui sibi videntur videre & sapere, cæcitatibus arguam, conuincam & condemnem.

Meliùs alij accipiunt *iudicium* non condemnationis, sed examinis & discretionis. q. d. Ego incarnatus sum & veni in terram, vt discernam & separem credentes ab incredulis, bonos à malis, pios ab impijs; nimirum vt humiles, qui antea in ignorantia Dei & salutis vivebant in cæcitate mentis, instar cæci huius mihi credentes, Dei & rerum ad salutem spectantium cognitione illuminem; superbos verò mihi credere nolentes, vt sunt Pharisei scientia legis inflati, superbia sua excæcari permittam, ac excæcatis cæcitatibus arguam & refutem. Ita S. August.

Postet Secundò, *iudicium* hic significare arcana Dei consilium, & mirabile decretum, sed iusto eius iudicio statutum & fixum, quò Deus effecit vt Gentiles Deum ignorantes, ideoq; cæci lumen fidei Christi viderent, illudque humiliter & auidè suscipere: Scribæ verò, Pharisei, & mundi sapientes sua scientia inflati, per infidelitatem excæcarentur, Christi que fidem & lucem repellerent. Humilitas ergo Gentis in sapientes, se Christo subdentes fide Christi illuminavit: superbia verò Scribas sapientes Christum repellentes infidelitate excæcavit. Ita Cyrill. vel potius Clitæuæus, qui Cyrillum hic supplet. Hoc est quod exclamat Apostolus Rom. 11. *O altitudo diuitiarum sapientie & scientie Dei! quæ incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius*! Nimirum, *iudicia Dei abyssus multa*. Causam præmisit Apostolus ibidem v. 25. dicens: *Cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo Gentium intraret*. Ita Clitæuæus in impresso & Cyrillus in Catena. Porro Theodor. in Catena, hæc ad Paulum & Iudam adaptat: Paulus enim ex cæco videns, Iudas autem ex vidente cæcus factus est.

Vbi Nota *er* vt, *properea*, ideo, *idcirco*, &c. apud Ioannem sæpè non caulam, sed effectum vel consecutionem significare. Non enim hæc causa & hoc sine venit Christus, vt Scribæ excæcarentur, sed cæcitas eorum ex aduentu & prædicatione eius consecuta est, non per actionem Christi, sed per ipsorum superbiam & culpam. Ita Cyrill. Chryf. Theophyl. Euthym. & alij.

ET AVDIERVNT QVIDAM EX PHARISÆIS, QVI CVM IPISO ERANT, ET DIXERVNT EI: NUM QVID ET NOS CÆCI SVMVS?] Senserunt Pharisei Christi dicto. *Vt videntes cæci fiant*, se tangi & pungi, Christumque loqui de cæcitate non corporis, vt vult Theophyl. sed animæ. Ita Cyrill. & Leontius. Videbant enim se corpore non esse cæcos; quare si eos oculis captos dixisset, ipsum stolidum explosissent: rogant ergo: *Numquid & nos cæci sumus?* q. d. Itane tu venisti, vt cæcos corporaliter illumines, & nos spiritualiter videntes, legisque doctores excæcos, & insipientes amentesq; efficias: ostende nobis hanc cæcitatem & amentiam.

DIXIT EIS IESVS: SI CÆCI ESSETIS, NON HABE-

Quodnam
iudicium
hic intelli-
gatur?

VERS. 40.

HABERETIS PECCATUM: NUNC VERÒ DICITIS: QUIA VIDEMUS, PECCATUM VESTRUM MANET] Arabicus, firmatum est. Primò, Chrysoſt. Theophylact. Euthym. exponunt de cæcitate corporis. q. d. Si cæci eſſetis corpore, minùs superbiretis & peccaretis. Cæcitas enim corporis humiliaret animum veſtrum.

Secundò, & magis genuinè, S. Auguſt. tract. 44. si cæci eſſetis, ſcilicet veſtro ſenſu & iudicio, hoc eſt, ſi cæcos, id eſt, ignorantes & inſipientes in rebus ſalutis vos eſſe humiliter agnoſceretis, non haberetis peccatum; quia cæcitatù veſtræ remedium quæreretis, & à me quærentes acciperetis. Sic & Beda, Maldon. & alij.

Tertiò, præciſè & ſcholæſticè, q. d. Si eſſetis cæci, ſcilicet per ignorantiam Script. & legis naturalis, non haberetis peccatum iuxta ignorantiam hanc operando, & me Meſſiam veſtrum

non agnoſcendo: ſcilicet ſi ignorantia veſtra eſſet planè inculcata & inuincibilis, haberetis quidem aliquod peccatum, ſed minùs graue & excuſabile, atque facilè à me, ignorantiam veſtram mea doctriina diſpellente, poſſetis illuminari & curari: nunc verò apud vos dicitur: Quia (quod) videmus, hoc eſt, putatis vos videre eſſe q. sapientes, vt de Chriſti aduentu & perſona optimè iudicetis: Idcirco, vt habet Græcus, Arabicus & Syrus, peccatum veſtrum manet. q. d. Idcirco vos ex malitiâ & arrogantia permanetis in veſtro infidelitatis contra me peccato, idcirco obſtinatis & obfirmatis animum, vt me Meſſiam eſſe credere nolitis, etiamſi ego idipſam plurimis ſignis & miraculis verum eſſe demonſtrarem. Quocirca nullâ ratione à me illuminari & curari poteſtis, quia obſtinatè me audire non vultis. Ita Theophyl. lanſen. & alij.

CAPVT DECIMVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Primò, Chriſtus de ſe duas parabolas dat, vnâ oſtij, aliam paſtoris ouium, & vtramque ſibi attribuit. Vnde ait v. 7. Ego ſum oſtium ouium; qui ergo per me non intrat in ouile, ille fur eſt & latro. Et v. 11. Ego ſum paſtor bonus, & animam meam pono pro ouibus meis. Secundò, Iudæi inter ſe de Ieſu diſſentientes v. 19. rogant eum vt clare dicat an ipſe ſit Meſſias, id eſt Chriſtus. Reſpondit Ieſus ſe eſſe Chriſtum, ſed Iudæos id nolle agnoſcere, eò quòd non ſint oues ſua. Hinc Tertio, Iudæi v. 31. tollunt lapides, vt in eum iaciant, ſed Chriſtus ſe & ſua diſta tueri illo diſto psalm. 81. Ego dixi, Dij eſtis. Quare Iudæis eum capere volentibus, ipſe inuiſibiliter elabitur.

1. Amen, amen dico vobis: qui non intrat per oſtium in ouile ouium, ſed aſcendit aliundè, ille fur eſt, & latro. 2. Qui autem intrat per oſtium, paſtor eſt ouium. 3. Huic oſtarius aperit, & oues vocem eius audiunt, & proprias oues vocat nominatim, & educit eas. 4. Et cùm proprias oues emiſerit, ante eas vadit: & oues illum ſequuntur, quia ſciunt vocem eius. 5. Alienum autem non ſequuntur, ſed fugiunt ab eo: quia non nouerunt vocem alienorum. 6. Hoc prouerbiùm dixit eis Ieſus. Illi autem non cognouerunt quid loqueretur eis. 7. Dixit ergo eis iterum Ieſus: Amen, amen dico vobis, quia ego ſum oſtium ouium. 8. Omnes quotquot venerunt, fures ſunt & latrones, & non audierunt eos oues. 9. Ego ſum oſtium: Per me ſi quis introierit, ſaluabitur: & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet. 10. Fur non venit niſi vt furetur, & mactet, & perdat: Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant. 11. Ego ſum paſtor bonus. Bonus paſtor animam ſua dat pro ouibus ſuis. 12. Mercenarius autem & qui non eſt paſtor, cuius non ſunt oues propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit: & lupus rapit, & diſpergit oues: 13. mercenarius autem fugit, quia mercenarius eſt, & non pertinet ad eum de ouibus. 14. Ego ſum paſtor bonus, & cognoſco meas, & cognoſcunt me meæ. 15. Sicut nouit me Pater & ego agnoſco Patrem: & animam meam pono pro ouibus meis. 16. Et alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnus ouile, & vnus paſtor. 17. Propterea me diligit Pater: quia ego pono animam meam, vt iterum ſumam eam. 18. Nemo tollit eam à me: ſed ego pono eam à meipſo, & poteſtatem habeo ponendi eam: & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam. Hoc mandatum accepi à Patre meo. 19. diſſenſio iterum facta eſt inter Iudæos propter ſermones hos. 20. Dicebant autem multi ex ipſis: Dæmonium habet, & inſanit: quid eum auditis? 21. Alij dicebant: Hæc verba non ſunt dæmonium habentis, numquid dæmonium poteſt cæcorum oculos aperire? 22. Facta ſunt autem Encænâ in Hieroſolymis: & hiems erat. 23. Et ambulabat Ieſus in templo, in porticu Salomonis. 24. Circumdederunt ergo eum Iudæi, & dicebant ei. Quouſque animam noſtram tollis? ſi tu es Chriſtus, dic nobis

nobis palàm. 25. Reſpondit eis Ieſus: Loquor vobis, & non creditis: opera, quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc teſtimonium perhibent de me: 26. ſed vos non creditis, quia non eſtis ex ouibus meis. 27. Oves meæ vocem meam audiunt, & ego cognoſco eas, & ſequuntur me: 28. & ego vitam æternam do eis: & non peribunt in æternum, & non rapiet eas quiſquam de manu mea. 29. Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus eſt: & nemo poteſt rapere de manu Patris mei. 30. Ego & Pater vnus ſumus. 31. Suſtulerunt ergo lapides Iudæi, vt lapidarent eum. 32. Reſpondit eis Ieſus: Multa bona opera oſtendi vobis ex Patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis? 33. Reſponderunt ei Iudæi: De bono opere non lapidamus te, ſed de blaſphemia: & quia tu homo cùm ſis, facis teipſum Deum. 34. Reſpondit eis Ieſus: Nonne ſcriptum eſt in lege veſtra: quia ego dixi, Dij eſtis? 35. Si illos dixit deos, ad quos ſermo Dei factus eſt, & non poteſt ſolui Scripturâ: 36. quem Pater ſanctificauit, & miſit in mundum, vos dicitis: Quia blaſphemias: quia dixi, Filius Dei ſum? 37. Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi. 38. Si autem facio: & ſi mihi non vultis credere, operibus credite, vt cognoſcatis, & credatis quia Pater in me eſt, & ego in Patre. 39. Quærebant ergo eum apprehendere: & exiit de manibus eorum. 40. Et abiit iterum trans Iordanem, in eum locum, vbi erat Ioannes baptizans primùm: & manſit illic. 41. Et multi venerunt ad eum, & dicebant: Quia Ioannes quidem ſignum fecit nullum. 42. Omnia autem quæcumque dixit Ioannes de hoc, vera erant. Et multi crediderunt in eum.

VERS. I.

Parabola oſtij ouilis.

AMEN, AMEN (id eſt in veritate, ſive veriſſimè & certiffimè) DICO VOBIS: QUI NON INTRAT PER OSTIUM IN OVILE OVIVM, SED ASCENDIT ALIVNDE, ILLE FUR EST ET LATRO] Proponit hîc Chriſtus parabolam oſtij ouilis, vt per eam oſtendat quis ipſe ſit, & quales ſint ſui amuli & aduerſarij, puta Scribæ & Phariſæi. Incipit hæc parabola v. 1. & finitur v. 11. vbi Chriſtus aliam paſtoris parabolam inducit.

Ocaſio & cauſa, cur Chriſtus hanc parabolam propoſuerit, fuit, quòd Phariſæi cæcum à ſe illuminatum ob Chriſti fidem & confeſſionem, è ſynagoga quaſi ex ouili ſuo eiecerant, quo facto ſignificabant Ieſum non eſſe Meſſiam, nec membrum Synagogæ, ſive Eccleſiæ ſuæ; ſed eſſe pseudo prophetam, ac conſequenter eos qui in ipſum credebant, vti crediderat cæcus ab eo illuminatus, errare in fide; & aberrare à ſynagoga, eſſeque Eccleſiæ ſuæ apoſtatas. Proponit ergo Chriſtus parabolam oſtij ouilis, vt per illam doceat contrarium; ſcilicet adeò ſe non eſſe pseudo prophetam, vt potiùs omnes alij, qui per ipſum tamquam verum ouilis, id eſt Eccleſiæ Dei, oſtium, in illam non intrant, ſunt ſeducatores & fallarij: illi verò ſint legitimi paſtores, Prophetæ & doctores, qui per ipſum in hoc ouile, id eſt in Eccleſiam Dei, intrant. Quare Synagogam Phariſæorum iam iudaizantem, eſſe Synagogam non Dei, ſed ſatanæ: veram autem Dei Eccleſiam eſſe Chriſtianam, quam Chriſtus inſtituebat, Synagogæ Iudaicæ ſurrogabat, ac proinde cæcum à Synagoga excommunicatum, per fidem in Chriſtum ingreſſum eſſe in Eccleſiam veram, ſcilicet Chriſtianam.

Parabola oſtij ouilis explicatio.

Vt totam parabolam lector facilè comprehendat, totam eius ſynopſin hîc oculis ſubijciam. Primò, ouile Dei eſt Eccleſia, quæ verus apud Iudæos, Synagoga dicebatur. Secundò, herus ouilis, id eſt Dominus Eccleſiæ, eſt Deus Pater. Tertio, oſtium eſt Chriſtus, ſive fides in Chriſtum, qui clauſus eſt Scripturâ legis & Prophetarum, velut oſtio ſuis ſeris obſerato. Quarto, oſtarius eſt Spiritus ſanctus. Quintò, oues ſunt

non ſoli prædeſtinati, vt opinatur S. Auguſt. & electi ad gloriam, ſed quiuis fideles & diſcipuli Chriſti, ſive omnes qui ſunt in Eccleſia. Sextò, veri paſtores & Prælati ſunt, qui per Chriſtum intrant. Septimò, hîc oſtarius, id eſt Spiritus ſanctus, aperit oſtium, quia fides in Chriſtum, per quam ingrediuntur in Eccleſiam, eſt donum Spiritus ſancti, ipſeque Spiritus ſanctus eis poteſtatem veram & legitimam impertit, vt quæ ipſi fecerint, rata ſint & habeantur à Deo. Octauò, hîc educunt oues, id eſt fideles ad pascua ſacræ doctriinæ, gratiæ, & virtutum, cuique ſuo vitæ probæ exemplo præeunt; ac nominatim eas vocant, quia ſigillatim vniuſcuſque curam gerunt, & ſingulos ad meliora hortantur, ſtimulant, compellunt. Nonò, qui per Chriſtum non intrat in ouile, ſed vel per murum in illud tranſiit, vel per fenestram, aut maceriam in illud irrupit, ille fur eſt & latro ouium, id eſt fidelium: hos enim mactare & perdere ſatagit. Cetera ſerè ſunt emblemata, quæ ad elegantiam pertinent, nec rei per eam ſignificatæ ſunt applicanda.

Nunc ſingula ſigillatim expendamus, & ad inuicem reuocemus.

QUI NON INTRAT PER OSTIUM IN OVILE (græcè, ἐν τῷ, id eſt ſtabulum) OVIVM, SED ASCENDIT ALIVNDE (Arab. per alium locum) ILLE FUR EST ET LATRO] q. d. Qui per me Chriſtum qui ſum oſtium Eccleſiæ, in eam non intrat, ille non eſt paſtor, ſed fur & latro, qui fideles laniare, necare & perdere molitur. Tales ſunt Iudas Galilæus & Theodas, Actor. 5. verſ. 36. & 37. ac ſimiles, qui ſe ſinxerunt eſſe Meſſiam, aut id quod Meſſias erat proprium, ſibi arrogare & profiteri conati ſunt. Tales etiam iam eſſe incipiebant Scribæ & Phariſæi, qui antea per merita Chriſti legitima à Deo docendi & gubernandi populû poteſtatem acceperant, ideoque eius veri erant paſtores & doctores: iam autem Chriſto præſentibus ſe opponentes, & populum ab eo auertentes, fiebant lupi, imò fures & latrones fidelium. Ita S. Auguſt. & ex eo Gloſſa. Contra Phariſæorum, inquit, qui ſe videre iactabant, arrogantiam

fimilitudinem proponit, ostendens nec sapientiam, nec bonam vitam quidquam valere, nisi per eum. Et Chrysof. dicens, Abundè, inquit, Scribas significat, qui docebant doctrinas & mandata hominum, & legem transgrediebantur. Tales quoque olim fuisse pseudoprophetas, & nunc sunt heretici, de quibus Ieremias c. 23. 21. Ipsi, inquit, currebant, & ego non mittebam eos. Audi S. August. Dicant Pagani, vel Iudæi, vel heretici. Bene vivimus, si per osium non intrent, quid eis prodest? non bene vivere dicendi sunt, qui finem bene vivendi vel cæcitare nesciunt, vel inflatione contemnunt.

Tropologicè addit August. Humilis ianua est Christus: qui intrat per hanc ianua, oportet humilem esse, vt sano capite (ne in superliminare attollens caput impingat) possit intrare: qui non se humiliat, sed per maceriam vult ascendere, idè exaltatur vt cadat. Idem S. Aug. ser. 49. de Verb. Domini: Intrat per ostium, inquit, qui intrat per Christum, eiusque passionem imitatur & humilitatem. Fur est, quia oves id est fideles, Christo surripere, sibi que arrogare contendit. Idem latro est, quia fidelium animas occidit, & gehennæ mancipat. Ita S. Aug. Fur est, inquit, quia quod alienum est, suum dicit: nimirum oves Dei suas faciendo, ait Glossa. Latro est, quia quod furatur occidit, ait S. August.

Ad beneficia Ecclesiæ ostium vniuersæ portæ.

Tropologicè, festiuè noster Salmeron tom. 7. pag. 88. In Ecclesiâ, inquit, id est, ad beneficia Ecclesiastica, varij variè intrant. Primo, nonnulli per ostium, sine portam Cæsaream; nimirum aulici per commendationem Cæsaris, regum, principum. Secundò, alij intrant per portam auream, scilicet diuites. Tertio, alij per portam sanguineam, putà per parentes, cognatos & amicos potentes. Quarto, alij per portam munerariam, hoc est per dona & munera. Quintò, alij per portam famulariam, scilicet serui & famuli, qui propter obsequia ab Episcopis promouentur ad beneficia. Hi iacent langientes, & expectantes a quæ, id est sedis vacantis, motum: tunc enim qui prior est in gratia apud successorem, beneficium obtinet.

VER. 5. 2.

QUI AVTEM INTRAT PER OSTIUM, PASTOR EST OVIVM] S. Chrysof. per ostium intelligit S. Scripturas: hæ enim, inquit, Dei cognitionem aperiuunt, oves custodiunt, lupos prohibent, hereticis aditum præcludentes. Sic & Theoph. Leont. & Euthym. Accedit Theodor. Heracleotes in Catena. Qui & aliam causam addit; S. Script. est ostium, inquit, quia ille verus est pastor, cui ostiũ ingressum, id est S. Scriptura auctoritatem præbet, & fidem conciliat. Verùm S. August. Cyrill. Beda, Rupertus hic, & S. Greg. hom. 15. in Ezech. per ostium intelligunt Christum. Ipse enim v. 7. disertè ait: Ego sum ostium.

Dices: Christus est pastor ovium; ergo nequit esse ostium: pastor enim intrat per ostium, ergo ipse non potest esse ostium. Resp. S. August. Dominus (Christus) ipse ostiarius, & pastor, & ostium: ipse se aperit, qui seipsum exponit: vel ostiarius est Spiritus sanctus, de quo Dominus: Ipse vos docebit omnem veritatem: ostium ergo est Christus, qui est veritas, quam qui docet, ostium aperit. Hæc Aug. Et Glossa, Omnes, ait, qui veritatem tenent & docent, in Christo pastore sunt vnus pastor: sibi Christus soli tenuit quod ostium est, per quem oves intrent ad Deum: intrat autè

A pastor ostium: Christum enim Christus ipse & alij pastores prædicant. Simplicius cum Maldonicas Christum pastorem per ostium, id est, per seipsum, intrare in Ecclesiâ, quia suâ auctoritate in eam intrat, ceteri verò intrant auctoritate à Christo accepta. Nec enim in parabolis omnia ad amissum accommodare est possibile. Porro Syri & Hebræi gaudent parabolis, easque conduplicant & multiplicant, imò vnâ alteri inferunt & commiscent. Vnde Christus Scribis non nisi in parabolis loquebatur. Matth. 13. 35. Sic hic, Christus parabolas ostij & pastoris commiscet.

HVIC OSTIARIUS APERIT] Id est Moyses, quia hic inquit Chrysof. Theophyl. Euthym. cui ostium, ostiarius. id est Dei eloquia credita sunt. Moyses enim Christo testimonium perhibens, eum quasi principem in Ecclesiâ inducit, iuxta illud c. 5. 46. Si crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi, de me enim ille scripsit.

Secundò, Cyrill. ostiarium censet esse angelum, qui præest toti Ecclesiæ, putà S. Michaelè, Ostiarius est Christus ipse, ait S. August. verbis iam cit.

Tertio & genuinè, idem S. August. Chrysof. Theophyl. Rupert. Maldon. & alij. Ostiarius, inquit, est Spiritus sanctus, per quem nobis Scripturæ referatæ Christum pastorem indicant, ait Theophyl. Aut potius Spiritus sanctus Christus aperuit ostium in Ecclesiâ, dum eum Ecclesiæ pastorem constituit, & suo testimonio, gratia & miraculis auctorauit, vt cum in Christi baptisimo specie columbæ in eum descendit, ac deinde per eum cæcos illuminauit, ægros sanauit, mortuos suscitauit. Idè alios quoslibet pastores, legitimos Christi successores præficit Ecclesiæ, facitque vt ab Ecclesiâ agnoscantur & recipiantur, ac per eos ceteros fideles in Ecclesiâ inducat. Idem pseudopastorum, vt hereticorum, fraudes detegit, facitque vt ab Ecclesiâ expellantur.

ET OVES VOCEM EIVS AUDIUNT] q. d. Sicut oves ex consuetudine, & ex pastorali cura & benevolentia pacendi agnoscunt suum pastorem, eiusque vocem audiunt, id est, sentiunt, dignoscunt, & quid ille velit intelligunt, illudque ei obediendo exequuntur & faciunt, vt, dum pastoris præuentis sibilum audientes, illum relicto etiam pabulo, sequuntur: sic pariter fideles & Christiani, Christum verum pastorem, & illos, quos ipse sibi vicarios substituit, agnoscunt, eiusque vocem audiunt, illique per omnia obediunt. S. Augustinus & ex eo Beda, per oves solos prædestinatos accipiunt: hi enim oves vocantur, & ab hædis discernuntur, Matth. 23. 33. Sed ibi agitur de iudicio, vbi electi & saluandi à reprobis fecernuntur: hic verò agitur de Ecclesiâ in terris militante, vbi electi cum reprobis commisti sunt, nec ab ijs fecerni possunt. Quare vtrique vocantur oves: oves ergo sunt omnes fideles: hi enim sunt in ouili, id est in Ecclesiâ, & Christum pastorem agnoscunt, amant, & colunt.

ET PROPRIAS OVES VOCAT NOMINATIVM] Arabicus, & vocantur oves eius nominibus suis. Nominativum, id est, sigillatim, q. d. Pastor singularum ovium curam gerit, omnesque & singulas euocat, vt se ad pascua præuentem sequantur: ac si qua ægra sit, illâ solam auocat, vngit, medetur, imò,

imò, si opus sit, in humeros tollit. Adde, solent pastores solertiores suis vaccis, canibus, ouibus nomina imponere, ac per ea illas ad se euocare. Sic pariter Christus, & quilibet post eum pastor Christianus, dum eos baptizat, nomen proprium indit, illoque eos compellat & vocat, ac singulorum curam gerit, vt eos verbo, exemplo & SS. Sacramentis pascat, itaque ad salutem & gloriam cælestem deducat.

Ostia omnia pastoris.

Notat Leontius Christum hic tradere ostio veri pastoris signa & munia. Primum est, quod per ostium ingrediatur; Secundò, quod ostiarius illi aperiat; Tertium, quod oves eius vocè agnoscant, illiq; pareant; Quartum, quod singulas oves nominatim appellare possit; Quintum, quod oves educat; Sextum, quod ante eas vadat: Septimò, quod oves eum sequantur; Octauum, quod animam suam ponat pro ouibus. Talis fuit S. Chryf. qui cum de expulsiõne eius ageretur, hom. 11. sic suos affatur: Vos estis mihi pater, vos mihi mater, vos mihi vna, vos mihi gratia; si vos proficiatis, mihi placebit. Vos estis corona mea, & diuitiæ meæ, vos estis thesaurus meus. Ego milles pro vobis immolari paratus sum: & nec gratia mihi in hoc est, sed debitum reddo. Bonus enim pastor debet animam suam pro ouibus suis ponere: huiusmodi enim mors immortalitatem parit.

ET EDVCIT EAS] ad pascua, quæ non extra, sed intra ipsum ouile, hoc est, in ipsa Ecclesiâ continentur. In Ecclesiâ enim pastor docet populum, Missam celebrat, baptizat, Sacramenta administrat, &c. Adde, Ecclesiâ est cœtus fidelium: vbi ergo sunt fideles, ibi pariter est Ecclesiâ, vel pars Ecclesiæ.

VER. 5. 4.

ET CVM PROPRIAS OVES EMISERIT (ad pascua) ANTE EAS VADIT] vt iter præeat, vt eas à lupo & rapitore defendat, vt per rectum iter commo dumq; eas ad meliora pascua se sequentes deducat. Sic pariter Christus, & quilibet verus pastor Primò, fidelibus iter in cælum præit sanctæ vitæ exemplo. Cogit ergo pastor, se fidelium debere esse in sanctitate antecambulationem & ducem, eosque omnes præire, vt cunctis illustre det virtutum exemplum, in quod singuli inuenientes ipsum ad alta sequantur, iuxta illud S. Petri epist. 1. c. 5. 3. Non dominantes in clericis, sed forma sabbii gregis ex animo. Secundò, pastor fideles ab hereticis, scandalis, ceterisque noxis sua vigilantia & robore uetetur & defendit. Tertio, eis rectum iter in cælum commonstrat, ac melioribus, quibus potest documentis, consilijs, monitis eos pascit ac nutrit. Ita Theophyl. Beda, Euthym. & alij.

Anagogicè, S. August. Quis, ait, est qui oves præcepsit, nisi qui surgens à mortuis iam non moritur, & Patri dixit: Quos dedisti mihi volo vt vbi ego sum, & ipsi sint mecum?

ET OVES ILLVM SEQVNTVR, QVIA SCI VNT VOCEM EIVS] Hoc est, dignoscunt vocem pastoris sui à voce cuiusuis alterius, ideoque eius vocem & sibilum sequuntur.

VER. 5. 5.

ALIENVM AVTEM NON SEQVNTVR, SED FVGIVNT AB EO: QVIA NON NOVERVNT VOCEM ALIENORVM] v. g. hereticorum, Iudæorum, Paganorum, omniumque improborum & fraudulentorum: hos enim quasi lupos fugiunt veri fideles, qui sunt genuinæ Christi oves.

VER. 5. 6.

HOC PROVERBIUM DIXIT EIS IESVS. ILLI AVTEM NON COGNOVERVNT, QVID LOQVERETUR CORNEL. in Ioannem.

TR. EIS] Proverbum, græcè παραβολήν, id est paræmiam, similitudinem, parabolam, vt veritè Arabicus. Vide dicta Prouerb. 1. v. 5. Illi autem, scilicet Pharisei & Iudæi, contra quos parabolam hanc intorsit Christus, quin & Apostoli eandem non intellexerunt, eò quod in se inuoluta sit, anigmatica & obscura.

DIXIT ERGO EIS ITERVM IESVS: AMEN, VERS. 7.

AMEN DICO VOBIS, QVIA EGO SVM OSTIUM OVIVM] Maldonatus censet hic Christum duplex ostium statuere, scilicet ostium domus, & hoc esse S. Script. & ostium ouilis, & hoc esse Christum, Credo, inquit, alio sensu dixisse Christum: Qui non intrat per ostium; alio verò: Ego sum ostium. Nā cum dixit, qui non intrat per ostium, de ostio, per quod pastores; cum dixit, Ego sum ostium, de ostio, per quod oves ingrediuntur & egrediuntur, loquebatur, quod diuersum omnino est: illud est porta prima domus, hoc ostium ouilis; per illud pastorem, per hoc oves dixit ingredi debere; illud quod esset, non declarauit, hoc se esse dixit: Ego, inquit, sum ostium, per me si quis intraverit, saluabitur, & ingredietur, & egredietur, & pascua riuertiet. Verùm hæc distinctio ostij subtilior est, quam solidior: vbiq; Christus de vno eodemq; ostio, scilicet ouilis, loquitur. Quod enim ante parabolice & obscure dixit verè, 1. Qui non intrat per ostium, &c. sic est & latro, cum illud discipuli non intellexerent, Iesus eis parabolam explicuit, dicens: Ego sum ostium ouium: omnes quosquæ venerunt, fures sum & latrones. Ecce, ait S. August. quod clausum est aperuit. Ipse est ostium: intremus, vt nos intrasse gaudeamus. Rursum hæc distinctio difficultatem quidem vnâ euadit, scilicet quomodo Christus, quasi pastor per ostium, id est per S. Script. sibi attestantes, ingrediatur in domum Ecclesiæ: alteram tamen, quomodo scilicet idem sit pastor & ostium, non euadit. Dicendum ergo Christum hic miscere more Syrorum inter se duas parabolâs, vnâ ostij, alteram pastoris, vt dixi v. 2. Duo enim hic docere intendit Christus. Prius, neminem posse ingredi in Ecclesiâ, indeque in cælum, hoc est, neminem posse iustificari & saluari, nisi per se, scilicet per fidem, credendo Iesum esse saluatorem mundi: hoc ostendit per parabolam ostij. Sicut enim non patet ingressus in ouile, nisi per ostium, sic nec patet ingressus in Ecclesiâ militantem & triumphantem, nisi per Christum. Posterius, se verum esse pastorem, qui animam ponat pro ouibus suis, ceteros verò mercenarios: quare oves se sequi debere, non mercenarios: hoc ostendit per parabolam pastoris: porro, quia hoc posterius priori immistum & conexum est, idcirco parabolam ostij, parabolæ pastoris immiscet & innectit.

OMNES QVOTQVOT VENERVNT, FVRES VERS. 8.] SVNT ET LATRONES, SED NON AVDIERVNT EOS OVES] Dices: Ergone omnes Prophetæ, qui venerunt ante Christum, populumque docuerunt, fures sunt & latrones? Respondent S. Augustin. libr. 16. contra Faustum c. 12. & S. Hieron. lib. 2. contra Pelag. & Beda hic, Prophetas non venisse sua sponte, sed missos esse à Deo. Rursus eos non venisse præter Christum, sed cum Christo; vt scilicet quasi eius præcursores ipsius aduentum prænunciarent. Quare Prophetas non diuersos, sed eosdem censeri cum Christo, quia Christi causâ, iussu & ductu venerant. Audi S. August. Prophetæ

non præter Christum venerunt : venerunt enim cum verbo Dei : venturus præcones misit, & eorum quos miserat, corda pascere. Addit Euthymius, Prophetas venisse quidem ante Christum, sed per ostium ingressos fuisse. Denique Christus proprie hic agit de ijs, qui venerant ante ipsum titulo pastoris, siue Messia. q. d. Omnes qui ante me venerunt, seseque venditarunt pro pastore Ecclesie à tot sæculis expectato, scilicet pro Messia, siue Christo, hi fures sunt & latrones, quia oves, id est fideles, ut fures, Deo & Christo surripere, sibi que ascribere, eosque lanare & perdere conati sunt. Tales fuisse Iudas Galilæus, Theodas, & post Christum Simon Magus, Barabocabas, pluresque alij, qui sibi Christi nomen & titulum arrogarunt. Ita S. Cyrill. Chryl. Theophyl. Euthym. & alij.

SED NON AVDIERVNT EOS OVES] quia deprehenderunt eos non afferre signa Messie à Prophetis prædicta, sed velle fideles Christo surripere, eosque sibi arrogare, mactare, & in gehennam præcipitare.

VERS. 9.

EGO SVM OSTIVM. PER MÈ SI QVIS INTROIERIT, SALVABITVR : ET INGREDIETVR, ET EGREDIETVR, ET PASCVA INVENIET] Rupert. censet hic aliud ostium à priori diversum statui, & aliud ouile, iuxta illud v. 16. *Alia oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili.* Verum frustra. Nam vnum est tantum ouile Christi, putà vna dumtaxat Ecclesia. Vnde v. 16. subiicit Christus : *Et sicut vnum ouile & vnus pastor.* Idem ergo hoc est ostium cum eo quod præcessit. Ostium enim iam dictum Christus partim confirmat, partim explicat, dum subdit : *Per me si quis introierit*, id est, si quis in me crediderit, itaque per fidem & gratiam meam ingrediatur Ecclesiam, hic *salvabitur*, id est iustificabitur & beabitur, si videlicet in fide, gratia & charitate mea usque ad mortem persistat. Ita S. Greg. epist. 49. lib. 7. ille, ait, *ad ouile ouium intrat per ostium, qui intrat per Christum. Ipse autem per Christum ingrediatur qui de eodem creatore & redemptore humani generis vera sensit & prædicat, & prædicata custodit.*

Ingre-
ditur & e-
gredietur,
quid?

ET INGREDIETVR ET EGREDIETVR] Non significat ingressum in Ecclesiam, & egressum ex ea, ut patet, sed *egredietur*, scilicet ad pascua & post pastum *ingredietur* in locum, vbi recubet, ut faciunt oves. q. d. Fidelis quasi ouis ingrediatur caulam Ecclesie benè pastus, & rursum eluriens egredietur ad pascua animæ suæ, sine vilo periculo, me pastore ducente ac reducete. Ita Maldonatus.

Aur potius ingredi & egredi apud Hebræos significat liberè versari, suo munere fungi, solum agere, & quævis negotia peragere, atque necendum est cum eo quod sequitur : *Et pascua inueniet.* q. d. Fidelis vbi que liberè sine metu versabitur, suo munere fungetur, ac quidquid agat, tam domi, quam foris, vbi que pabulum animæ inueniet. Significat enim hæc phrasia Primò, securitatem; Secundò, fiduciam; Tertio, libertatem conuersandi vbi libet, suo munere fungendi, & quælibet negotia peragendi pro Christo; & per Christum. Ita Cyrillus, Chryl. Theophyl. Euthymius.

Symbolicè & Tropologicè, S. August. Beda & S. Gregor. homil. 14. Ingre ditur fidelis intra se per contemplationem, egredietur per actionem

ad bona opera. *Ingre ditur*, ait S. Aug. *ad internam meditationem, & egredietur ad externam actionem.* Auctor de Spiritu & anima : *Ingre ditur*, inquit, *ad diuinitatem meam, & egredietur ad humanitatem, & in vtriusque contemplatione mira pascua inueniet.* Denique alio loco Gregor. *Ingre ditur*, ait, *& egredietur, & pascua inueniet : intus quippe habent pascua contemplationis, foris pascua boni operis; intus mentem deuotionibus impingunt, foris se pios operibus satiant.* Denique Theophyl. *Ingre ditur*, ait, *qui curam egerit interioris hominis, egredietur, qui mortificauerit membrum suum super terram.*

Anagogicè, Rupertus, Ingre ditur fidelis Ecclesiam per fidem, ut in ea pascua inueniat; egredietur, cum ex ea moriens migrat in cælum. *Ingre ditur*, ait S. Aug. *per ostium fidei in Ecclesiam, & egredietur per idem ostium fidei viuens in vitam æternam, vbi pascua inueniet.* Et S. Gregor. *Ingre ditur*, ait, *ad fidem, egredietur autem ad spem, pascua verò inueniet in æterna satietate.*

FVR NON VENIT NISI VT FVRETVR, ET VERS. 10.

MACTET, ET PERDAT. EGO VENI VT VITAM HABEANT, ET AVNDANTIYS HABEANT] Ostendit quis sit finis & scopus eius quem paulò antè furem vocauit, & quis ex aduerso suus. q. d. Fur & latro ouium, qui per ostium, id est per me, non intrat in ouile Ecclesie, sed aliunde clam irrupit, putà hæreticus, schismaticus, Scriba, Phariseus, ac præsertim Pseudochristus, qui se pro Messia venditat, ut fecit Theodas, & Iudas Galilæus; hic non venit, ut oves, id est fideles, tueatur & saluet, sed ut eos furetur, ac Deo & Ecclesie, cuius sunt proprij, surripiat, eosque ad se, id est ad synagogam Satanæ, transferat, ibique eos per hæresim & vitia mactet, ac in gehennam ducat & perdat. Ego verò qui sum verus ouium, id est fidelium, pastor, è cælis veni & descendi in terram, non mei, sed fidelium causa, ut scilicet per me à peccatis liberati vitam gratiæ habeant, imò abundantius habeant. Græcè *ἄριστον ἐξωσόν*, id est, abundè habeant, vel abundantem habeant, scilicet vitam : τὸ enim *ἄριστον* potest accipi vt aduerbium, vel vt nomen adiectiuum, q. d. Ego veni vt dem fidelibus vitam, non qualem qualem, sed *ἄριστον*, id est præstantem, eximiam, abundantem, nouam, modum excedentem, vt scilicet abundant mea doctrina & gratia, per eamque in spiritu vegeti, leti, pingues, & abundantes donis spiritualibus viuant, tum in hoc sæculo per gratiam, tum in futuro per gloriam. Ita S. Chryl. Cyrill. Theophyl. Euthym. Beda & alij. Huc accedit expositio Ruperti; vt Christiani, inquit, abundantiorum habeant gratiam, quam Iudæi in lege veteri. Hinc & Arabicus vertit, *vt abundantius eis sit; Vatablus, vt abundent pascuis.* Hanc abundantem spiritus vitam, à Christo aspiratam videre licet in S. Petro, Paulo, ceterisque Apostolis; in S. Stéphano, Laurentio, ceterisque Martyribus; in S. Athanasio, Gregorio, ceterisque Confessoribus; in S. Cæcilia, Catharina, ceterisque virginibus, &c. Hinc illa ardens Pauli vox : *Quis me separabit à charitate Christi? Tribulatio, an angustia? &c. Certus sum quia neque mors, neque vita, &c.* Rom. 8.

Ita S. Chryl. Cyrill. Theophyl. Euthym. Beda & alij. Huc accedit expositio Ruperti; vt Christiani, inquit, abundantiorum habeant gratiam, quam Iudæi in lege veteri. Hinc & Arabicus vertit, *vt abundantius eis sit; Vatablus, vt abundent pascuis.* Hanc abundantem spiritus vitam, à Christo aspiratam videre licet in S. Petro, Paulo, ceterisque Apostolis; in S. Stéphano, Laurentio, ceterisque Martyribus; in S. Athanasio, Gregorio, ceterisque Confessoribus; in S. Cæcilia, Catharina, ceterisque virginibus, &c. Hinc illa ardens Pauli vox : *Quis me separabit à charitate Christi? Tribulatio, an angustia? &c. Certus sum quia neque mors, neque vita, &c.* Rom. 8.

EGO SVM PASTOR BONVS. BONVS PASTOR VERS. 11. ANIMAM SVAM DAT PRO OVIBVS SVIS] Græcè, *ὁ ποιὸν ὁ καλὸς*, id est, ille pastor, ille bonus, pastor bonus, scilicet per excellentiam, hoc est præclarus, optimus

timus & præstantissimus, imò vnicus & singularis ille princeps pastorum, qui solus ita animam meam pro ouibus, id est fidelibus meis, ponam, vt eos mea morte à morte redimam, ac vitam præsentem & æternam eis conferam : quod non fecere Prophetæ, nec Apostoli, nec quis alius. Esto enim ipsi pro fidelibus non suis, sed Christi occisi sint, tamen eos morte sua à peccatis non redemerunt, nec sanctificauerunt, vel beauerunt. Ita Rupert. Chryl. Theophyl. Euthym. Addit S. August. & Beda, Prophetas & Apostolos ceteri vnum eundemque pastorem cum Christo, quia Christo fuere subordinati, ab eo que missi, directi, adiuui & protecti. Christus ergo est eximius ille & vnicus pastor, quem venturum prædixit Ezechiel pastorum principem, dicens c. 34. 23. *Suscipiam super eas (oues meas) pastorem vnum, qui pascat eas, seruum meum Dauid (putà Christum Dauidis filium) ipse pascet eas, & ipse erit eis in pastorem, &c.* Vide ibi dicta.

Christus
vnicus
pastor.

Transit Christus à parabola ostij ad parabolam præclariorem pastoris. Ipse enim ita est ostium, per quod oves, id est fideles, ingrediuntur in Ecclesiam, & idem sit pastor ouium, non qualis qualis, sed principalis, singularis & diuinus: vnde ipse per ostium, id est per seipsum, putà sua auctoritate intrat ad oues, id est fideles Ecclesie.

Porro Christus gaudet titulo pastoris, vt proprio & suauissimo. Hinc olim pingebatur vt pastor humeris suis ouem baiulans, vti etiam num videre est in picturis antiquissimis, quæ extant in basilica Lateranensi, in ecclesia SS. Cosmæ & Damiani, in cryptis & cæmeterijs S. Priscillæ, S. Laurentij, S. Sebastiani, &c. Hinc præci Patris archæ & parentes, typique Christi, fuere pastores ouium, vt Abraham, Isaac, Iacob & Moses, qui pascendo oues didicit pascere & regere homines, ait Philo. Hinc & Dauid à pastu ouium traductus est ad regnum. Hinc & Homerum Agamemnonem regem Græcorum passim vocat *μυθηῶν ποιῶν*, id est, pastorem populorum. Vis ergo nosse & sequi officium veri pastoris, inspice & fac sicut pastor ouium se gerit erga suas oues; esto tam eminens doctrinâ & sanctitate inter fideles tuos, vt inter oues irracionales videaris esse pastor rationalis, ac quasi angelus inter homines, ait S. Chryl.

Analogia
pastoris
corporalis
& spiritalis.

Prima.
Secunda.
Tertia.

Primò ergo, sicut pastor oues singulas agnoscit, curat, compellat; sic & pastor animas singulas suæ curæ commissas agnoscat, curet, instruat, moneat, dirigat.

Secundò, pastor oues educit ad meliora pascua: idem faciat pastor fidelium.

Tertio, pastor ante oues vadit: sic pastor suos fideles præeat virtutis exemplo. Hoc est quod Paulus præcipit Tito, quem Cretæ Episcopum constituerat c. 2. 7. *In omnibus teipsum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in grauitate, &c.*

Quarta.

Quartò, pastor fugat lupos, serpentes, omniaque ouibus damnoſa: sic Parochus fuget hæreticos, omnesque noxios. Rursum pascat oues sua doctrina & Sacramentis, non verò impinguet semetipsum lacte & lana ouium, Ezech. 34. 2. Ne sit ergo mercenarius, vt sua lucra querat, suos honores, vt vrbanos nobilesque pastoratus ambiat, rusticanos & ignobiles asperneret, Christus enim obiit vicos & castella, ait que: *Pauperes euert-*

gelizantur, Matth. 11. Memorabile hæc in re exemplum dedit Ioannes Fitcherus Episcopus Rosensis, qui exiguum & tenuem suum Episcopatum noluit commutare cum locuplete & honorato, quem ei offerebat Henricus VIII. Angliæ rex, dicitans se facilius & melius Christo in die iudicij rationem redditurum pro paucis ouibus & lucris quàm pro multis. Nam si multi, inquit, scirent, quàm ratio hæc futura sit exacta, non ambirent magnos & optimos Episcopatus. Ita Sanderus in Schism. Anglic.

Quintò, pastor agnos tenerè pascit, fouetque: *Quintò*, oues infirmas consolidat, ægrotas sanat, contumacias alligat, errantes reducit, Ezech. 34. 4. Vide ibi dicta, præsertim sub finem capituli. Idem Christianis faciat Parochus & Episcopus. Exemplum illustre est in Vita S. Abrahami, quam conscripsit S. Ephrem: Hic enim ex Anachoreta factus Pastor populi ferocis, barbari & indomabilis, ab eo malè acceptus & crebrò verberatus usque ad mortem, sua tamen inuicta patientia, mansuetudine & charitate eum domuit, & Christi legibus subiecit.

Sextò, verus ouium pastor fuit Iacob, qui de se *Sexta*, ait: *Die nocturno, astu videbar & gelu fugiebar, somnus ab oculis meis*, Genes. 31. 40. & nascente Christo pastores noctu vigilabant super gregem suum. Vnde huius vigiliæ merito allestus angelus, eis apparuit nuncios Christi ortum, Lucæ 2. Sic Parochus & Episcopus sit vigil, gregique suo inuigilet. Prima eius dos sit vigilantia.

Septimò, pastor pro tuendis ouibus vitam suam *Septima*, periculo exponit. Idem faciat Parochus cum ingruit persecutio pestis, hostis, vt fecit S. Athanasius, S. Chryl. S. Basilii, S. Ambrosius.

Denique S. Petrus summus Ecclesie Pastor, *Octaua*, hæc pastoribus sibi subditis dat præcepta, epist. 1. c. 5. 2. *Pascite qui in vobis est gregem Dei, providentes non coacti, sed spontaneè secundum Deum, nec turpis lucri gratiæ, sed voluntariè, neque vt dominantes in clericis, sed forma facti gregis ex animo. Et cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilem gloriæ coronam.* vide ibi dicta. Plura & particularia pastorum documenta vide apud S. Gregor. in exacto & eximio eius Pastoralis. Et apud S. Bernard. in aureis libris de Considerat. ad Eugenium Pontificem, ac S. Aug. tractat. de Pastoribus & ouibus tom. 9.

Porro horum omnium origo, fons & causa, ideoque summa & compendium est charitas. Hæc enim omnia iam recensita, sunt munia & officia charitatis: charitas enim summè amat Deum, & fideles sibi à Deo commissos propter Deum. Vnde S. Aug. hic tract. 1. 23. *Amar*, inquit, *in eo qui pascit oues, in tam magnum debet spiritalem crescere ardorem, vt vincat etiam mortis naturalem timorem.* Hinc Christus volens Petrum Ecclesie pastorem constituere: Petre, inquit, *amas me? eog. respondit: Domine tu sis quia amote; subiecit, Pascite oues meas,* vti audiemus cap. ult.

BONVS PASTOR ANIMAM SVAM DAT PRO OVIBVS SVIS] Animam, id est vitam. Hæc pars, *for animam suam dat pro ouibus suis.* vti & illa vers. 3. *Proprius oues vocat nominatim, non tam parabolæ, quam rei per parabolam significatæ conuenit: pastor enim ouium pluri debet facere vitam suam, utpote hominis, quàm suarum pecudum & bestiarum; potest tamen ipse oues suas tueri, vti & alia bona, contra lupos & fures*

fures cum discrimine vite. Verum pastor animarum ex officio, debet vitam suam temporalem periculo exponere, pro vita spiritali & salute fidelium sibi commissorum. Hinc tempore pestis tenetur eis assistere, vel providere de alio idoneo, qui aegrotis Sacramenta administrat, ut fecit S. Carolus Borromeus, qui inde sanctitatis nomen adeptus est. Sic omnes Apostoli, vno excepto S. Ioanne, pro fidelibus sibi commissis mortem oppetiuerunt, & martyrium obierunt, æque ac omnes penè Pontifices Romani à S. Petro vsque ad S. Siluestrum per 300. annos. Horum omnium dux fuit Christus, qui solus, quasi optimus pastor, pro ouibus suis dedit vitam suam in redemptionis lytrum & pretium, cum ceteri omnes id fecerint ad fidei speculum dumtaxat, & virtutis exemplum.

VERS. 12.

MERCENARIUS AUTEM, ET QUI NON EST PASTOR, CUIUS NON SVNT OVES PROPRIÆ, VIDET LUPVM VENIENTEM, ET DIMITTIT OVES, ET FUGIT; ET LUPVS RAPIT ET DISPERGIT OVES.] Mercenarius; græcè, μισωτός; hebr. שׂוֹכֵר, scilicet, est qui pro mercede temporali oues pascit, vnde non ouium bonum, sed suum lucrum querit & spectat. Mercenarij, ait S. August. sunt, qui nō ea que Christi & ouium, sed que sua sunt, querunt. Sic & S. Basil. orat. de S. Mamante. Porro Apostoli licet oues non suas, sed Christi pauerint, ab eoque mercedem spiritualem receperint; non tamen fure mercenarij, quia non sua temporalia, sed Christi fidelium lucra spiritualia & æterna quasiuerunt. Vnde S. Gregor. hom. 14. Non Pastor, inquit, sed Mercenarius vocatur, qui non pro amore intimo oues Dominicas, sed ad temporales mercedes pascit. Mercenarius quippe est, qui locum quidem pastoris tenet, sed lucra animarum non querit: terrenis commodis inhæret, honore prelationis gaudet, temporalibus lucris pascitur, impensa sibi ab hominibus reuerentia letatur.

VIDET LUPVM VENIENTEM.] Tranquillitatis enim tempore, ait S. Greg. plerumque ad gregis custodiam, sicut verus pastor, sic etiam Mercenarius stat, sed lupus veniens indicat, quo quisque animo super gregis custodiam labat. Lupus enim super oues venit, cum quilibet iniustus & rapor fideles quosq; humiles opprimit. Sed is qui pastor esse videbatur & non erat, reliquit oues & fugit: quia dum sibi ab eo periculum metuit, resistere eius iniuriam non presumat.

FUGIT.] Non mutando locum, ait S. Gregor. sed subtrahendo solatium. Fugit, quia iniuriam vidit, & tacuit. Fugit, quia se sub silentio abscondit. Quibus bene per Prophetam dicitur: Non ascendisti ex aduerso, neq; opposuisti murum pro domo Israel, ut staretis in pralio in die Domini, Ezech. 13.

Lupus qui?

ET LUPVS RAPIT.] Lupus Primò, est hæreticus, Secundò, quiuis sceleratus, qui fideles verbo vel exemplo rapere & pervertere studet; Tertio, lupus est diabolus, ait S. Greg. qui rapit oues cum hunc ad luxuriam pertrahit, alium ad auaritiam accendit, alium in superbiam erigit, alium per iracundiam diuidit: hunc invidia stimulat, illum in fallacia supplantat. Quasi ergo lupus gregem dissipat, cum fidelium populum diabolus per tentationes necat. Sed contra hac Mercenarius nullo zelo accenditur, nullo seruiore dilectionis excitatur: quia dum sola exteriora commoda requirit, interiora gregis damna negligenter patitur.

Hinc per antichristum Christus colligendum relinquit, quod bonus pastor dum videt lupum ven-

nientem, non fugit, nec dimittit oues, sed pro ijs stat & pugnat vsque ad mortem, adeoq; pro ouibus animam suam ponit, vt paulò antè dixit. Quando pastori in persecutione fugere liceat, quando non, dixi Matth. 10. v. 23. Vide S. August. epist. 180. ad Honoratum. Liberalius hic vtor verbis S. Gregorij, quia ipse rem hanc optimè explicat, ut potè quam per longam praxim & experientiam exactam optimè callebat.

MERCENARIUS AUTEM FUGIT, QVIA MERCE- VERS. 13. NARIUS EST, ET NON PERTINET AD EVM DE OVIBVS.] Sola enim causa est, ait S. Greg. vt Mercenarius fugiat, quia Mercenarius est. At si aperire dicere- tur; Stare in periculo ouium non potest, qui in eo quod ouibus preest, non oues diligit, sed lucrum terrenum querit. Dum enim honorem amplectitur, dum temporalibus commodis letatur, opponere se contra periculum trepidat, ne hoc quod diligit, amittat.

Hinc Arabicus vertit, Mercenarius tantummodo fugit, quia mercede conductus est, & (idcirco) non habet curam de ouibus, ut pote alienis, non suis, nec ad se pertinentibus: græcè è μίσωτος, id est, non est ei cura de ouibus, Vatabl. oues nō sunt ei curæ. Nemo enim curat tam diligenter res alienas, quam suas: quare vitam suam magis amat & curat mercenarius, quam oues alienas: veniente ergo lupo fugit, vt vitæ suæ consulat magis quam ouium.

EGO SVM PASTOR BONVS, ET COGNOSCO VERS. 14. OVES MEAS (quas pascō, vt addit Arabicus) ET COGNOSCUNT ME ME.] Idem repetit Christus, & confirmat ex conditionibus boni pastoris, quas sibi conuenire ostendit, inter quas prima est, quod cognoscat oues suas, & cognoscatur ab ouibus. Per oues, vt dixi, intellige non solos prædestinatos, vt vult S. Augustin. & Beda, sed quoslibet fideles: hi enim sunt in ouili Christi, id est in Ecclesia. Hos ergo cognoscit Christus, nō tantum diuinitatis suæ, vt ait Cyrill. sed & humanitatis suæ (Christus enim vt homo est pastor Ecclesiæ) prouidit benignisque oculis, vt sciat qui & quales sint eius fideles, quæ eorum dotes, æque ac infirmitates: vt illas augeat, has curet & sanet. Agnoscit ergo eas tum speculatiue, tum practice, id est approbat, amat & sedulo curat eas, eisque de omnibus prouidet abundè, vt dixi ver. 10. imò eas omnibus suis donis, beneficijs & gratijs cumulatur.

ET COGNOSCUNT ME ME.] oculis fidei, spei & charitatis, quia in me credunt, sperant, neque summè amant, & significat effectum. q. d. Quia ego agnosco & diligo oues meas, hinc vicissim oues me agnoscunt & diligunt, quia amantem sui redamant: magnes enim amoris est amor: si vis amari, ama. Efficax philtrum & illucium est amor. Ita Theophyl. Ad hæc Christi amor erga nos caulat amorem vicarium in nobis erga Christum: quia enim Christus amat nos, hinc inspirat nobis charitatem, qua ipsum redamemus. Hæc enim charitas summum est bonum, non Christi, sed nostrum, adeoque ipsa nos ad caelum deducit, & beatos efficit.

SICVT NOUIT ME PATER, ET EGO AGNOSCO VERS. 15. PATREM.] Supple, sic pariter agnoscunt me oues meæ, & ego agnosco illas, vt præcessit: inde enim pendet hæc sententia & comparatio, quam indicat & scit, vt aduertit Cyrillus, qui sic explicat. q. d. Sicut Pater agnoscit me Filium, quasi sibi proprium, ac vicissim ego agnosco Patrem,

trem quasi mihi proprium: sic pariter ego agnosco fideles meos, & illi vicissim me agnoscunt. Hæc comparatio significat Christum tum causam & originem, tum intensionem & magnitudinem agnitionis & amoris, qua suas oues, id est fideles, prosequitur. q. d. Cognitio & amor immensus, quo Pater me prosequitur, & ego Patrem, est origo, fons & causa cognitionis & amoris, quo ego prosequor fideles, & illi me: tum quia amor diuinus & increatus est fons omnis amoris humani & creati, tum quia Pater vult vt ego magno & insigni amore amem fideles, sicut ipse immensè amat me, & ego illum: vult enim per me filium naturalem fideles meos adoptare, eosque facere sibi filios adoptiuos: quare eos vt filios summè amat & diligit, idem facio & ego, quia Patris amoris & voluntati per omnia consentio & respondeo, imò idem mihi cum Patre est amor, sicut eadem est voluntas, natura & diuinitas.

Aduertè, & sicut significare similitudinem, non æqualitatem. Nam Pater increato, ideoque infinito, amore diligit Filium, æque ac Filius Patrem: Filius verò vt homo, diligit fideles suos amore creato & finito, similique ab eis diligitur. Erit tamen quædam hæc æqualitas, si cum Maldon. sic exponas & transponas, vt cum Christus dicit, Cognosco oues meas; loquatur vt Deus; cum verò dicit, Nouit me Pater, & ego agnosco Patrem, loquatur de se vt homine. Nam quemadmodum Christus, tamquam Deus oues suas nouit, oues autem ipsius, tamquam homines illum vicissim cognoscunt; ita Pater Filium, vt Deus hominem nouit; & Filius vt homo Patrem suum recognoscit, & Deum suum, sicut & nos, appellat. Aferendo, inquit, ad Deum meum, & Deum vestrum, infra c. 20. 17.

ET ANIMAM MEAM PONO PRO OVIBVS MEIS.] Refert hæc non ad proximè præcedentia, sed ad v. 14. Ego cognosco oues meas: cognosco practice hoc est, amo oues vehementissimè. q. d. Quia ego summè amo fideles, & id est idcirco, animam meam pono, id est breui ponam pro eis. Interposuit enim Christus & sicut nouit me Pater, vt originem & vehementiam amoris sui erga fideles, per amorem erga Patrem repræsentaret: nam hic amor stimulauit eum, vt animam suam pro ouibus poneret. & pono significat mortem Christo non fuisse coactam, sed voluntariam, electam, & dilectam pro salute fidelium. Ita Leont. idque exprimit Christus v. 18. Nemo, inquit, tollit eam à me, sed ego pono eam à me ipso. Rursum pono, id est ad modicum tempus depono, putà ad tres dies animam meam deponam in limbo patrum, ita vt tertio die illam resumam, & gloriosè resurgam. Mors ergo Christi non tam fuit mors, quam depositum animæ in limbo ad tres dies.

VERS. 16.

ET ALIAS OVES HABEO, QUÆ NON SVNT EX HOC OVILI: ET ILLAS OPORTET ME ADDUCERE, ET VOCEM MEAM AVDIENT.] Alias oues vocat, quæ necdum in præsentia sunt, sed postea futuræ sunt oues, id est fideles, per anticipationem. & habeo ergo ample accipitur, extenditurque ad futurum: habeo, id est, breui habebō, Gentiles intelligit, qui idola colebant, ideoque erant oues non Christi, sed satanæ, quas Christus ex ouili satanæ transtulit in ouile suum, id est, in Eccle-

siam suam, quam primitus ex Iudæis collegerat. Prædicat ergo hic vocationem & conversionem Gentium, vt ostendat se fore regem & pastorem omnium gentium, æque ac huc vsque fuerat Iudæorum, ac proinde non curare si Iudæi pauci sibi sint increduli & rebelles, cum in eorum locum surrogaturus sit Gentes plurimas & numerosissimas. Ita Rupert. Vnde subdit: Et vocem meam audivent, quo dicto tacitè pungit Iudæos. q. d. Scio Iudæos plerumque in me nō credituros: sed parui hoc facio: nam eorum loco Gentes omnes auide vocem meam per ora Apostolorum loquentè audient, illique obediunt, & in me credent.

ET FIET VNVM OVILE, ET VNVS PASTOR.] Nonnulli vulgò sic explicant. q. d. Sub fine mundi Deus per Eliam omnes Iudæos, & per Henoch omnes Gentes simul ad Christum converteret, sicq; ex vtriusque, id est ex omnibus hominibus, fiet vna Ecclesia, & vnus pastor Christus, eiusq; vicarius summus Pontifex: vnde exstant Pontificem, sub quo id futurum sit, qui proinde vocandus sit pastor Angelicus, vt nominatur in catalogo Pontificum, quem obscurè per symbola conscripsit S. Malachias. extat apud Arnoldum Wioti in Vita S. Malachias. Verum errant: nam nec Elias omnes Iudæos, nec Henoch omnes Gentes ad Christum conuerteret. Erunt enim tunc multi infideles & asectæ Antichristi. Porro longè alia est mens Christi hinc, nimirum hæc, q. d. Post meam mortem & resurrectionem Apostoli spargentur per omnes Gentes, illaque ad me conuertent; quare tunc Gentes, antea auersæ à Iudæis, simul cum eis aggregabuntur Ecclesiæ meæ, que cœpit ex Iudæis: tunc ergo fiet vnum ouile, id est, vna Ecclesia collecta ex Iudæis & Gentibus in me credentibus, & vnus pastor, nimirum Christus, eiusq; vicarius Pontifex Romanus. Quare id non quasi adhuc futurum expectatur, sed iam pridem factum est tempore Apostolorum, & tempore Constantini Magni, qui primus Christianus Imperator omnes penè gentes suo imperio subditas Christianas effecit. Graphicè id ipsum ob oculos ponit Apostolus Ephes. 2. toto cap.

PROPTEREA ME DILIGIT PATER: QVIA EGO PONO ANIMAM MEAM, VT ITERVM SVMAM EAM.] Ne Iudæi Christum, eò quod sese pro ouibus suis moriturum dixerat, contemnant quasi mortalem, & in cruce moriturum; occurrit Christus hanc mortem sibi in optatis esse, & gloriosam fore, eò quod ex amore & obedientia Patris spontè sit obiturus, ideoque à Patre diligendus, honorandus & exaltandus, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium & infernorum, Philip. 2. q. d. Mors crucis mihi est dilecta & electa, quia eadem est dilecta & electa à Patre. Pater enim decreuit me crucifigi, & mori pro salute hominum, mihi que iussit crucem & mortem hanc capessere. Quare ego ipsi obediens, ex eius amore vltro eam capeffo. Idcirco me tam sui amantem, sibi que in re tam ardua obedientem summè diligit Pater, ideoque summè exaltabit & glorificabit.

PONO ANIMAM.] Animam propriè accipere cum S. Augustino, Beda & alijs, qui hinc contra Apollinarium negantem in Christo fuisse animam creatam, eò quod loco animæ esset ipsa Verbi diuinitas, probant verè in Christo fuisse animam

aniam humanam. Alij per animam accipiunt vitam metonymicè: hanc enim causat anima unita corpori. Eodem ergo uterque sensus redit.

VT ITERVM SVMMAM EAM] rō ut refer ad pono. q. d. Animam meam non perdo, non interimo, non annihilo, sed ad breue tempus pono, vt tertio die relurgens iterum sumam eam. Cyrillus verò refert ad rō diligit Pater. q. d. Propterea diligit me Pater, quia non solum pono animam meam pro ouibus meis, sed etiam quia iterum sumo eam, id est, non solum quia morte mea oues meas libero, sed etiam quia resurgendo viuifico. Traditus est, inquit D. Paulus, propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram, Roman. 4. 25.

VERS. 18.

NEMO TOLLIT EAM A ME; SED EGO PONO EAM A MEIPSO] Explicat & confirmat quod dixit: Ego pono animam meam. q. d. Nemo animam, id est vitam, tollit à me per vim ab inuito, sed ego sponte eam pono pro salute hominum, putà à meipso, id est, meà voluntate, vt verit Arabicus, & libertate: licet enim Iudæi me per vim occiduri sint, tamen hæc vis eorum nil contra me valeret, nisi ego sponte illam admitterem. Rursum admissa earum vi, in meà adhuc potestate & libertate est mori, vel non mori. Possum enim meà diuinitate ita fulcire & roborare corpus meum, vt nullis clavis, plagis, flagellis, quin & vulneribus sponte acceptis possit interimi; perinde vt fulcio corpora Beatorum, eaque reddo impassibilia. Ita Tolctus. Hinc Christus in cruce clamans expirauit, vt ostenderet se sponte & liberè mori, cum adhuc viuere posset, si vellet: qui enim habebat vires ad clamandum, habebat etiam vires ad adhuc viuendum. Vnde centurio videns quod clamans expirasset, dixit: Verè Filius Dei erat iste. Math. 27. Hinc & Christus habuit superiorem quamdam & excellentem voluntatem, vt posset cum vellet morti tradi, non antè, inquit Suarez 3. p. q. 20. art. 2.

ET POTESTATEM HABEO PONENDI EAM (per mortem voluntariam & liberam:) ET POTESTATEM HABEO ITERVM SVMMENDI EAM] per potentem & gloriosam resurrectionem, quã faciet anima mea beata, per vim diuinitatis sibi hypostaticè coniunctæ. Significat ergo hic Christus se esse Deum æquè ac hominem: vt homo enim ponit animam, vt Deus illã resumat. Ita Cyrillus.

HOC MANDATVM ACCEPI A PATRE MEO] Arabicus præponit, quia. Dat enim Christus causam, cur positurus sit animam, seque facturus victimam pro salute mundi: scilicet quia id ei erat mandatum à Patre, ne Iudæi, vel quis alius ei obijciat: Tu ex te assumpsisti hoc officium & dignitatem; vt habearis & colaris quasi mediator, Messias & saluator mundi.

Hinc pater Christum accepisse à Patre mandatum durum & graue, patiendū scilicet & moriendū in cruce, indeque die tertia resurgendū. Vnde Apostolus Philip. 2. Factus est, inquit, obediens (Patri mandanti: obedientia enim propriè dicta præsupponit præceptum, imò eius est correlatiuum: nam obedientia est rei præceptæ obedientia, ac vicissim præceptum est obedientiæ præceptum: hoc enim est formale obedientiæ obiectum) vsque ad mortem, motum autem crucis. Ita S. August. tract. 82. Cyrill. & S. Ambros. libr. 5. de

Fide cap. 5. S. Thomas, Suarez & Theologi 3. part. quest. 20. art. 2. & quest. 47. art. 2. Porro hoc mandatum physicè non determinabat voluntatem Christi ad illud implendum, quare illam in se indifferentem & liberam relinquebat; sed ad personam Verbi pertinebat, voluntatem Iesu præuenire tot tanisque gratiæ auxilijs, quibus ipsam liberè consensuram & mandatum implenturam præciebat; atque hoc respectu, scilicet ob custodiam Verbi continuam, humanitas Christi dicitur impeccabilis extrinsecè, non quòd Verbum illam prædeterminaret, sed quòd congrua illi auxilia suggereret, quibus præuidebat illam liberè præceptum facturam. Per hanc enim præscientiam futurorum conditionalium optime saluatur libertas Christi, vt fusè docet Suarez 3. part. qu. 18. Atq; hac tam generosa obedientia in re adeò difficili Christus meruit nobis salutem, & sibi gloriam, vt ibidem asserit Apostolus. Hoc Dei Patris mandatum, & hanc Christi obedientiam tibi ob oculos pone, & subdite, o Religiose, cum tibi à Superiore quid difficile & arduum imperatur. Præclare R. Iuda in Pirke auoth. c. 5. Esso, inquit, audax vs leopardus, agilis vs aquila, celer vs hirculus, animosus vs leo, vs exequaris voluntatem Dei patris tui, qui in calis est.

DICEBANT AVTEM MVLTII EX IPSIS; DEMONIVM HABET; ET INSANIT: QVID EVM AVDITIS? ALII DICEBANT: HÆC VERBA NON SVNT DEMONIVM HABENTIS: NVMQVID DEMONIVM POTEST CÆCORVM OCVLOS APERIRE?] Demoniū habet: quia superbit vt Lucifer, dum eius instinctu patrem suum facit Deum, seque filium Dei constituit.

INSANIT] Syrus, insaniendo insanit, id est, summe delirat & insanit, dum se ait animam ponere, id est, sponte mori, cum videamus eum viuere; & nemo sponte moriatur, sed necessitate natura, vel vi illata coactus. Porro Christus ad hæc probra & calumnias non respondit, tum quia indigna erant responso, tum quia iam ante ijs responderat, tum quia permittit alios sibi fauentes pro se respondere, vt sequitur: alijs enim magis creditur, quàm sibi de seipso testanti. Ita Theophylactus.

FACTA AVTEM SVNT ENCENIA IN HIEROSOLYMIS, ET HIEMS ERAT] Encenia, Syrus, festum Enceniorum, hoc est, festum dedicationis templi, cum scilicet nouum (καινόν, enim est nouum: vnde ἐγκαίνισεν est renouare, dedicare, initiare: vnde Encenia idem sunt quod renoualia vel initialia) templum Deo dicatum est; siue primitus ædificatum à Salomone 3. Regum 8. vt vult Cyrillus; siue reædificatum à Zorobabele, post reditum à captiuitate Babylonica, 1. Esdræ 6. 16. vt opinantur S. Chrysost. Theophyl. Leon-tius. Euthym. siue (quod longè verius est) rursum dedicatum à Iuda Machabæo. Hic enim templum profanatum, & ex parte dirutum ab Antiocho Epiphane, rursum consecrauit & dedicauit, 1. Machab. 4. 59. iussitque huius dedicationis memoriam, & festum iolemne quotannis per octo dies renouari & celebrari die 25. mensis Casleu, id est Decemb. Casleu enim incidebat partim in Nouemb. partim in Decembrem. Vnde sequitur: Et hiems erat. Hoc festum celebrabatur magna populi lætitia, ob restitutam Hebræis à Iuda cum templo religionem & liberta-

est Sanctum, multo minùs Sanctum Sancto-

rum. Porro ante templum hoc bipartitum, erat ^{ἑξ ἑκ}ulam, id est, atrium vel vestibulum, sub dio pariter bipartitum. Prior enim eius pars vicina Sancto, erat atrium sacerdotum, in quo sacerdotes offerebant victimas in altari holocaustorū. Posterior eius pars erat atriu exterius contiguum atrio interiori sacerdotum, vocabaturque atrium laicorum; in quo scilicet populus orabat, & spectabat sacrificia, quæ fiebant in atrio sacerdotum; vnde hoc atrium erat templum populi, in eoque versatus est & docuit Christus. Hoc atrium à latere circumcirca habebat porticus superne rectas, ad quas populus tempore pluuie, venti, grandinis, &c. se reciperet, vt patet 3. Reg. 6. 3. Has porticus hinc vocari porticum Salomonis, censet Riberi libr. 1. de Templo c. 6. Adrichom. & alij q. d. Ioannes: Christus ambulabat in templo, at non in ipso atrio templi, sed in porticu, quæ cingebat atrium.

Alij cum Vilalpando, Maldonato, & alijs verisimilius opinantur, peculiarem hanc fuisse porticum, quæ dicta sit Salomonis, eò quòd Salomoni diu post ædificatum templum, complanato montis clivo, ad parrem Orientalem templi porticum hanc ædificauit, teste Iosepho libr. 6. Belli cap. 6. qui ait Salomonem monte Sion in quo erat templum, muro cinxisse, & plantiem aggere muniuisse, ac in plantiæ porticum extruxisse. Dicta ergo fuit Salomonis, non quòd in ea Salomon solet orare, vt vult Interlin. sed ad distigibim eny, aliarum porticum, quas alij deinde, ac prægnificat: Herodes, templo adiecerunt, siue ipsa portio Salomone ædificata, reliquo templo à Chaldæis combusto, sola superstes manserit, vt censet Baron. & alij; siue quòd eodem loco, & eadem forma & modo, reædificata sit, quo primitus à Salomone fuerat constructa. Plura de hac porticu dixi Actor. 3. v. 11.

CIRCVMDEDERVNT ERGO EVM IVDÆI] (Iudæorum Scribæ & principes Christo insensu) ET DICEBANT EI: QVORVM ANIMAM NOSTRAM TOLLIS?] Syrus, retines? Arabicus, affligis? Hoc est, quousque nos tenes suspensos, dubios & ambiguos. Sic enim nos affligis; videris enim mentem nostram suspendere, dum mentis nostræ cogitationes & curas tenes in suspensio. Optamus enim videre Messiam, ac cupimus vt tu sis, teque Messiam esse profitearis. Fingunt enim se id cupere, vt confessionem ex ore Christi eliciant, quam calumnientur. Nam, vt ait S. Augustinus, non veritatem desiderant, sed calumniam præparant, vt acculent eum, quòd se faciat Messiam. Sic & Chrysost. Theophyl. Euthymius, sed Christus, ait Glossa, sic responsum temperat, vt nec calumniæ locus sit, & fidelibus constet ipsum esse Christum Dei Filium.

SI TV ES CHRISTVS, DIC NOBIS PALAM] Græcè παρρησια, id est, liberè, fidenter, clarè, vt te pro Messia nostro publicè omnes colere & venerari possimus. Ita isti hypocritæ & insidiatores Christi, de quibus verè prædixit Dauid: Circumdederunt me canes multi, concilium malignantium obsedit me, psalm. 21. 17. Circumdederunt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis, psal. 117. 12. Nam, vt ait Chrysost. Christus palam omnia dicebat,

bertatem. Vnde & festum luminum vocabatur, ait Iosephus libr. 12. Antiq. c. 11. præsertim quia eodem die celebrabant festum dati, id est cælitus restituti, ignis, quo cremari solebant victimæ, vt patet 2. Machab. 1. vers. 18. Quare omnia quæ narrauit Ioannes à c. 7. 2. hucvsque, contigerunt duobus mensibus, scilicet Octobri & Nouembri, putà à festo Scenopegiæ, vt ibi dicitur, id est Tabernaculorum, quod celebrabatur in fine Septembris, vsque ad festum Enceniorum, quod celebrabatur in Decembri: inde verò vsque ad sequens Pascha in Nisan, siue Martio, supersunt tres circiter menses, quibus Christus omnia gessit, quæ deinceps vsque ad finem libri narrat Ioannes hic, & Lucas à cap. 15. vsque ad finem Euangelij.

Tropol. Encenia hæc significabant renouationem animæ peccato pollutæ, quæ per penitentiam rursus se sanctificat, & consecrat Deo. Vide Riberam libr. 4. de Templo c. 17.

ET HIEMS ERAT] Hoc dicit Euangelista, ait Theophyl. ad significandum proximum tempus passionis: in vere enim sequenti passus est Dominus. Addit Cyrillus hoc dici, vt significetur causa, cur Iesus ambularet in porticu; quia scilicet hiems erat, tempusque frigidum, vel pluuium, quare Iesus non in atrio, quod erat sub dio, sed in porticu superne recta ambulabat, vt ab iniurijs aëris se defenderet. Mysticè per hiemem, ait Glossa, significatur Iudæorum frigiditas, qui non accedunt ad ignem, id est, in Christum non credunt. Audi S. August. Iudæi frugebant diligendi charitate, & ardebant nocendi cupiditate; non accedebant profequendo, sed premebant persequendo. Et Theophyl. Tu etiam, inquit, dum hiems est, id est, vita præsens turbidibus iniquitatis concutitur, spiritalia encenia templi tui celebra, renouando te ipsum semper, & ascensiones in corde tuo disponens, eritque tibi Iesus præstō in porticu Salomonis, pacificum statum tribuens. Sic & S. Gregor. 2. Moral. c. 2.

VERS. 23.

ET AMBVLABAT IESVS IN TEMPLO] hoc est, in porticu templi, vt sequitur. Porticus enim templi est pars extrema templi, ideoque templum vocatur.

IN PORTICV SALOMONIS] q. d. Cum dico Iesum ambulasse in templo, intelligo non ipsum templum (in templo enim non decet ambulare) sed porticum templo adiacentem. Quæres, quænam fuit hæc porticus? Nota. Templum Iudæorum propriè duas habebat partes: prior dicebatur hebraicè Hechal, latinè Sanctum, in quo soli versabantur sacerdotes, in eaque tria munia peragebant; scilicet Primò, quotidie manè & vesperè adolebant Deo thymiana in altari thymiamatis. Secundò, accendebant septem lucernas, quæ erant in candelabro. Tertiò, quouis sabbato nouos panes duodecim, iuxta 12. tribus, ponebant coram Domino, in mensa panum propositionis, & veteres auferebant. Posterior hebr. dicebatur ^{בית} debir, latinè oraculum & Sanctum sanctorum, in quòd solus pontifex semel in anno ingrediebatur, putà in festo expiationis, vt præscribitur Leuit. 16. Cum ergo vtraque pars templi solis sacerdotibus prognatis ex tribu Leui pateret, Christus autem non fuerit sacerdos oriundus ex Leui, sed ex tribu Iuda; hinc sequitur Christo non licuisse ingredi templum; hoc

Porticus Salomonis quæ.

dicebat, & nihil occultè loquebatur. Vnde S. August. Quærebant, inquit, audire: Ego sum Christus: quod si diceret, calumniarentur, quasi sibi arrogaret regiam potestatem.

VERS. 25.

LOQUOR VOBIS ET NON CREDITIS: OPERA QUÆ EGO FACIO IN NOMINE PATRIS MEI, HÆC TESTIMONIUM PERHIBENT DE ME] q. d. Palàm & clarè dixi vobis me esse Messiam, sed vos mihi non creditis, vnde dixistis cap. 8. 15. Tu de re ipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum. Porro ego id quod de me dixi, scilicet me esse Messiam, operibus Dei & miraculis confirmari, & assidue confirmo: hæc enim ego facio in nomine, id est, auctoritate, voluntate, iussu, vi, & potentia supernaturali Dei Patris; quare illa testimonium perhibent de me, quod ego sum Dei Patris filius, ab eo quasi Messias missus & legatus in terram: sed vos in perfidia obstinati, operibus hæc non creditis, imò ea esse opera diaboli calumniamini: quomodo ergo verbis meis crederis. Ita Chrysol.

VERS. 26.

SED VOS NON CREDITIS, QUIA NON ESTIS EX OVIBUS MEIS] quia scilicet non vultis mihi quasi pastoris subijci, non vultis mei esse fideles & discipuli, non vultis me pro vestro Messia & Salvatore agnoscere; sed ipsi vultis me vobis subijcere, ac mei esse non pastores, sed Superiores, censores & calumniatores. Ambitio ergo est, quæ facit vos mihi invidere primatum Ecclesiæ, ideoque mihi credere nolle. S. Aug. per oves accipit prædestinatos. q. d. Vos non creditis, quia nectus. Hæc prædestinati, sed reprobi. Verum hæc vult, ut ostendat, nec adæquata: nō propria, ihu vobis probatio Dei non est causa, sed potius effectus infidelitatis & peccati. Non enim quia Deus reprobauerat Iudæos, ideo ipsi erant infideles, & peccabant; sed quia ipsi volebant esse infideles & peccare, ideo fuere à Deo reprobat. Non adæquata, quia multi ex Iudæis erant prædestinati, qui tamen tunc non credebant in Christum, sed postea prædicante Petro & Apostolis, Act. 2. in eum crediderunt. Rursum nonnulli tunc credebant in Christum, qui tamē non erant prædestinati, quia postea vel à fide, vel à charitate per peccatum exciderunt, vti excidit Iudas, Nicolaus Antiochenus, & alij.

VERS. 27.

OVES MEÆ VOCEM MEAM AUDIUNT] Christus Iudæis subterfendum relinquit: Vos autem vocem meam non auditis, ergo non estis ex ovibus meis. Hoc enim probare intendit. Vide dicta v. 4.

VERS. 28.

Duplices Christi oves.

ET EGO VITAM ÆTERNAM DO EIS: ET NON PERIBUNT IN ÆTERNUM, ET NON RAPIET EAS QUISQUAM DE MANU MEA] Duplices sunt oves Christi, Primò, omnes fideles & Christiani; Secundò omnes & soli prædestinati. electiq; ad gloriam. His secundis propriè competunt hæc verba Christi: priores enim, putà fideles omnes, sunt oves Christi gregales & communes, è quibus nulli pereunt & damnantur. Ita S. Aug. Ostendit, ait, quare non pereant: de ovibus enim de quibus dicitur: *Nouit Dominus quis sunt eius*, nec lupus rapit, nec fur tollit, nec latro interficit. Posteriores ergo sunt oves Christi, è grege fidelium selectæ & singulares; è quibus nullus perit, sed omnes saluantur: de prioribus tamen quoq; ait

Christus, *Ego vitam æternam do eis*, quantum scilicet ex me est; quia nimirum promitto eis vitam æternam, meamque opem & gratiam, omniaque necessaria ad illam ipsis offero, oporto; vel saluentur, non mea, sed ipsorum est culpa, qui me audire, gratiaque meæ cooperari nolunt. Nam nec diabolus, nec quis alius tam potens est vt eas rapere possit de manu meâ, si ipsi in ea permanere velint, nolintque rapi. Gratia enim mea, quam eis do, tam potens est & valida, vt si eis cooperari vique ad finem vitæ velint, nemo eos possit à me abripere; sed si ipsi liberè se relinquunt, non est hic raptus, sed liber eorum abitus, apostasia, discessus. Ita Cyrill. Leontius, Theophyl. Maldon. Vult enim dicere Christus, nullam esse tantam vim, quæ fideles à se abstrahere & abripere possit, esto ipsorum libertatis sit posse à Christo abire, eumque deserere.

Ego ergo omnibus ovibus, id est Christianis, do vitam æternam, videlicet quantum est ex parte meâ, si uimirum ipsi oves meæ maneat, ac in fide & obedientiâ meâ persistant. *Do eis*, inquam, vitam æternam, in hoc sæculo per gratiam in spe, re ipsa daturus in futuro per gloriam. Hæc enim promissione inuitat Iudæos, vt velint esse oves, id est, fideles sui, ac redarguit eos, quod oves suæ esse nolint.

Denique fideles sunt in manu, id est, tutela, protectione, providentia, beneuolentia, beneficentia, Christi; horum enim omnium symbolus est manus. Hinc manus, ait S. Ildor. lib. 1. 1. Etymol. c. 1. dicitur, quod sit totius corporis munus. Ipsa enim cibum ori ministrat, ipsa operatur omnia atque dispensat: per eam accipimus & damus.

VERS. 29.

PATER MEVS, QVOD DEDIT MIHI, MAIUS OMNIBVS EST (ita legendum cum Roman. S. Aug. Ambros. Tertull. Rupert. Beda. Licet Græca & Syrus habeant *mei* *ovis*, id est, maior:) ET NEMO POTEST RAPERE DE MANU PATRIS MEI] Probat Christus neminem posse oves rapere de manu suâ: Quia, inquit, id quod gignendo dedit mihi Pater, putà natura diuina, cuiusq; omnipotens vis & potestas, omnibus rebus creatis, etiam angelis & dæmonibus, est maior, ac proinde sicut nemo potest eas rapere de manu Patris, sic nec de meâ, quia eadem est manus, id est, vis & potestas Patris & mea, ita S. Aug. Beda, Maldonat. hic, & S. Ambros. lib. 3. de Spiritu sancto c. 18. Hilarius lib. 7. de Trinit. & Tertull. libro contra Praxeam. Opponit Christus hoc Iudæis, qui eum putabant meum esse hominem. q. d. Vos me contemnitis, quasi nil habeam nisi naturam humanam vobis communem, quam dedit mihi mater mea; sed scitote Patrem æternum mihi intulere dedisse naturam & hypostasim diuinam, quæ omni natura humana, angelica & creata longè maior, sublimior & potentior est.

Aliter alij, q. d. Ecclesia, ovesque, id est fideles, mihi à Patre commissæ, sunt maius quid rebus ceteris, id est, pluris faciendæ sunt quam quiduis aliud, quas sicut nemo rapere potest de manu Patris, sic nec de meâ. Sed prior sentus vti sublimior, sic & neruofior est.

Porro Græci & Syrus legunt, *Pater meus, qui dedit mihi, maior omnibus est*, idq; sic exponit Cyrillus,

titus, q. d. Pater meus, qui omnium rerum est dominus, omniaque regit & gubernat, mihi filio suo incarnato dedit, id est, comisit, curam ovium, id est fidelium; mihi inquit, qui sum vita, vt eandem vitam gratia & gloria eidem comunicem. Pater autem maior omnibus est: vnde nemo potest oves rapere de manu Patris, ac consequenter nec de mea, quia eadem est potestas Patris & meæ, quæ Deus sum, quæ ho no verò, manus mea sulcitur omnipotentem manu Patris. Vnde Interlin. de manu exponit de me, qui sum manus Patris. Nam, vt ait Aug. Solent homines dicere manus suas illos, per quos faciunt quod volunt. Et sic vtraque lectio & expositio eodem redit.

VERS. 30.

EGO ET PATER VNVM SVMVVS] non tantum voluntatis concordia & consensu, vt voluit Arriani, sed vnvm in essentia & deitate, eadem numero, non specie: alioqui enim plures essent dii. Loquitur enim Christus hic, quæ Deus est, & Verbum Patris: vnde S. Athanas. August. Cyrill. Basil. Ambros. ceterique Patres hinc probant Filij diuinitatem contra Arrianos. Et ita intellexerunt Iudæi, qui ideo voluerunt Christum lapidare, vt sequitur, quasi blasphemum, eò quod se faceret Filium Dei, Deoque Patri æquaret. Ita quoque expulit Christus, quia cum Iudæi ob hoc eius dictum vellent eum lapidare, confirmans illud, respondit, quod *Filius Deus sum*. Denique id patet ex argumetatione Christi: Christus enim probat neminem posse oves rapere de manu sua, ex eo quod nemo possit eas rapere de manu Dei Patris, eò quod ipse & Pater vnvm sint. q. d. Quia vnvm sum cum Patre in essentia, hinc eandem cum eo habeo manum, id est, potestatem; & omnipotentiam: vbi enim eadem est essentia, ibi eadem quoque est potentia. Ergo nemo potest rapere oves de manu mea, quia manus mea est manus Patris, de qua nemo eas rapere præualet Ita S. Hilar. lib. 8. de Trinit. Vnum sunt, inquit, Pater & Filius, non solam voluntatè & vnanimitate, vt dicunt hæretici (quomodo dicitur de fidelibus cap. 17. *Vi sum vnvm, sicut & vos vnvm sumus*) sed natura, honore & virtute. Et S. August. A Charybdi, inquit, & Scylla liberat, cum dicit, *vnvm*, ab Arrio; cum dicit, *sumus*, à Sabellio: vnvm enim significat vnitatem essentia, *sumus* pluralitatem personarum, quam negabat Sabellius, dicens Deum esse vnvm in persona; sicut est vnus in essentia. Idem Augustin. lib. 6. de Trinit. cap. 2. Vnum sunt, inquit, secundum essentiam, non secundum relationem, quæ constituit personam. Vide Bellarmin. lib. 1. de Christo c. 6.

VERS. 31.

Jesus lapidare voluit Iudæi.

SVS TYLERVNT ERGO LAPIDES IVDÆI, VT LAPIDARENT EVM] quasi blasphemum, eò quod se faceret Dei filium, ideoque Deum. Ecce hic produnt Iudæi tuam hypocrisis, malignitatem, inuorem & odium in Christum, quodque non sincerè, sed fictè & insidiosè rogarint eum, vt palàm ediceret se esse Christum. Sed Christus, quia Deus, continuit eorum mentes & manus, ne lapides, quos tenebant, in eum iacerent. Aptè S. Augustinus more suo: Duri, inquit, ad lapides cucurrerunt. Mysticè S. Hilarius lib. 7. de Trinit. Et nunc, inquit, hæretici verborum lapides iniiciunt, & Christum de throno suo, si possent, detraherent: insigati nimirum à Lucifero, qui

Cornel. in Ioannem.

thronum hunc diuinitatis ambiuit, ideoque eum Christo inuider, & per hæreticos auferre satagit.

VERS. 32.

RESPONDIT EIS IESVS: MVLTÀ BONA OPERA OSTENDI (id est, exhibui, præstiti, vt dixi cap. 5. 20.) VOBIS EX PATRE MEO; PROPTER QVOD BORVM OPVS ME LAPIDATIS? Respondit, non verbis, vt pote quæ nulla præcesserunt, sed intentioni & machinationi Iudæorum. Respondit ergo id est, interrogauit (est catachresis) quæ de causa, siue propter quod opus vultis me lapidare? Opera vocat miracula, quæ auctoritate & ope supernaturali Dei Patris fecerat, cæcos illuminando, cænergumenos sanando, mortuos suscitando, & c. vbi tacitè arguit, pungitque eorum ingratitude & malignitatem. q. d. Ego vestros cæcos, claudos, ægros omni ope humana destitutos virtute diuina curavi, cur ergo vos ingrati tot beneficij meis reponditis maleficia, meque vultis lapidare?

VERS. 33.

RESPONDERVNT EI IVDÆI: DE BONO OPERE (propter bonum opus) NON LAPIDAVIS TE, SED DE BLASPHEMIA: ET (id est) QVIA TV HOMO CVM SIS, FACIS TEIPSUM DEVM] Ecce Iudæi ait S. August. intellexerunt, quod Arriani non intelligunt. Senferunt enim non posse dici: *Ego & Pater vnvm sumus*; nisi vbi æqualitas est Patris & Filij.

VERS. 34.

RESPONDIT EIS: IESVS: NONNE SCRIPTVM EST IN LEGE VESTRA (id est, in veteri Scriptura, siue Testamento, nimirum psal. 81. 6. QVIA EGO DIXI: DIU ESTIS?) DV hebr. *Elohim*. *Elohim* enim est plurale, & tam Deum, quam deos significat. Dicitur enim Deus *Elohim*, quatenus orbè regit & gubernat, ac quatenus iudex est, scelerumque vindex & vltor. Vnde angeli & iudices, qui hæc potestatem regendi & iudicandi à Deo accipiunt & participant, vocantur *Elohim* psal. 81. 6. Hi ergo vocantur dii non natura, nec vniõne hypostatica, vt Christus, sed participatione eminentiæ & iudicij diuini. Sic Exodi 7. 1. ait Deus Moisi: *Constitui in te Deum Pharaonis: deum*, id est principem, castigatorem & vindicem vice Dei. Et Exodi 22. 28. *Dij*, id est iudicibus, non malefices. Et psal. 8. v. 6. *Ministri eum paulò minus ab angelis*: hebr. *ab elohim*. Sed tunc, vt aduertit S. Hilarius lib. 7. de Trinit. ex adiunctis nomen *Elohim* limitatur vt appareat illud non Deum, sed angelos vel iudices significare, vt hoc psalm. 81. limitatur, ex eo quod additur: *Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos iudicauit*. Dij ergo qui iudicantur sunt homines vel angeli: qui verò eos iudicant, solus est Deus, vnus & verus, sicut hinc Christus quasi Deus, Phariseos & principes Iudæorum, qui quasi quidam terrestres erant dii, velut summus iudex iudicauit, examinat & coarguit, ait S. August. Atque vt hoc innueret Christus, hæc de causa locum hunc psalmi præ alijs citauit hebr. enim psalm. 81. sic habetur: *Elohim iudicat elohim*, id est, Deus qui per essentiam est *Elohim*, id est, gubernator & iudex omnium, iudicat *elohim*, id est iudices, quibus diuinam suam potestatem regendi & iudicandi communicauit. q. d. Summus & celestis elohim iudicat inferiores & terrestres elohim, id est, iudices & principes. Vnde Chald. vertit, *Deus cuius malefias commoratur in congregatione iustorum; qui potentes sunt in lege, in medio iudicum in veritate iudicat.*

Elohim Hebraicum quid.

M m Idem

Idem Chald. psal. 81. v. 6. pro, Ego dixi, Dy estis, & filij Excessi omnes, vertit, estis sicut angeli Dei excessi: quod proprie de iudicibus dicitur; potest tamen extendi ad omnes Israelitas & fideles, vt extendit ibidem S. August. Hi enim sunt filij Dei. Nam alibi vbi elohim absolute ponitur, nec ex adiunctis limitatur, significat Deum vnum & verum.

Christus ergo hic, ait Chryostomus, non destruit opinionem Iudaeorum existimantium, quod ipse se Deo parem diceret, sed magis confirmat.

VERS. 35. SI ILLOS DIXIT DEOS, AD QUOS SERMO DEI FACTVS EST, QUOS SERMO DEI IUDICES CONSTITUIT, id est, quibus Deus suo sermone & iussu auctoritatem iudicandi dedit per Moysen, eiusque successores. Item proprie, ad quos sermo Dei factus est illo psal. 81. quo mandat Deus iudicibus vt recte iudicent, quasi participantes suam auctoritatem, sive vicarij, ideo dij quidam terra: ita Euthym. ET NON POTEST SOLVI, irritari, fieri falla & mendax, SCRIPTURA, q. d. Nemo potest irritare, & auferre ad iudicibus nomen deorum, quod Scriptura diuina & irrevocabilis eis dedit: QVEM PATER SANCTIFICAVIT, ET MISIT IN MVNDVM (me scilicet) VOS DICITIS: QVIA (quod) BLASPHEMAS: QVIA DIXI, FILIVS DEI SVM] Est argumentum non a pari, vt volunt Arriani, sed a minori ad maius. q. d. Si iudices, qui participant potestatem Dei, vocantur dij, quanto magis ego vocandus sum Deus, qui sum Filius Dei naturalis, ab eo sanctificatus missus in mundum?

Acutiùs quàm germaniùs S. August. & Beda censent in eo quoque argumenti vim esse, quod dicat: Ad quod sermo Dei factus est, quasi diceret: Si illi, qui sermonis Dei participes fuerunt, Scriptura teste, que solvi, id est mentiri, non potest, dij merito vocati sunt; quanto magis ego, qui non sermonis Dei participes, sed ipse Dei sermo sum, Deus vocari possum?

Nota, quod quem Pater sanctificavit, Primò idem est quod cui Pater sanctitatem, qua ipse sanctus est, communicavit, sive cui Pater gignendo vt sanctus esset dedit, quia sanctum genuit, ait S. Augustinus. Nam sanctus Deus Pater genuit sanctum Dei Filium. Sic & Beda, Toletus & alij: Filius ego est sanctus per generationem & essentiam.

Secundò, Christum qua homo est Pater sanctificavit per vnionem hypostaticam: per hanc enim precise summe sanctificata est humanitas Christi: hoc ipso enim quo hypostasis Verbi, que ipsa est sanctitas increata & infinita, humanitate assumpsit, sibi; hypostaticè copulavit, eam planè sanctificavit, ideoque sanctitatem eximiam charitatis, gratia, omniumque virtutum animæ eiusdem infudit. Ita S. Hilarius: Iesus, ait, sanctificatus est in Filium, dicente Paulo, quod predestinatus est Filius Dei in virtute, secundum spiritum sanctificationis. Sic & S. Chrylost. & S. Athanas. libr. de Incarnatione Verbi sub initium. Sanctificavit ergo idem est quod signavit, vt dixi c. 6. v. 27.

Tertiò, Theophyl. sanctificavit, inquit, hoc est sanxit sacrificari pro mundo, in quo se ostendit non esse Deum, vt ceteri: saluum enim facere mundum, Dei opus est, non autem hominis dei-

ficati per gratiam. Simili modo ait Chrystus cap. 17. v. 19. Pro eis ego sanctifico (id est, sacrificio & in sanctam victimam offero) me ipsum.

Quartò, Maldonatus: sanctificavit, inquit, hoc est, designavit, & destinavit ad officium Saluatoris, vt homines sanctificaret & saluaret, vt alludat ad Ierem. 1. v. 5. Antequam exires de vulua, sanctificavi te, hoc est, destinaui te Prophetam. Vnde explicans subdit: Et Prophetam in Gentibus dedi, res quamquam & alius sit germanior illius loci sensus, vt ibi dixi.

SI NON FACIO OPERA PATRIS MEI, NOLITE CREDERE MIHI] Identidem Christus appellat ad opera sua, id est, miracula quæ faciebat iussu & potestate supernaturali Dei Patris: hæc enim vt pote diuina, euincunt ipsum esse Dei Filium, a Deo missum ad mundi salutem.

SI AVTEM FACIO, ET SI MIHI NON VULTIS CREDERE, OPERIBVS CREDITE, VT COGNOSCATIS, ET CREDATIS QVIA PATER IN ME EST tam diuina operans; ET EGO IN PATRE] per eandem deitatem & omnipotentiam, quam ab eo accepi. Vnde S. August. Cyrill. Leontius, Beda & Euthymius censent quod ego in Patre, & Pater in me est, idem esse cum te. Ego & Pater vnum sumus. Audi S. August. tract. 48. Non possumus dicere: In Deo sumus. & Deus in nobis. Ego & Deus vnum sumus, numquid possumus dicere: In Deo es, quia Deus continet te: Deus est in te, quia templum Dei factus es, sed numquid, quia in Deo es, & Deus est in te, potes dicere. Qui me videt, Deum videt, quomodo Vnigenitus dixit: Qui me videt, videt, & Patrem, & ego & Pater vnum sumus. Agnosce proprium domini, & munus serui. Proprium domini est, æqualitas Patris, munus serui est participatio Saluatoris.

QVÆREBANT ERGO EVM IUDÆI APPREHENDERE: ET EXIUIT DE MANIBVS EORVM] vt eorum furor, ait Chrylost. per absentiam sedaretur. Acute, sed symbolicè S. Aug. Non apprehenderunt, inquit, quia manus fidei non habuerunt. Exiuit autem virtute diuina, faciendo se inuisibilem, vt fecit c. 8. v. 59.

ET ABIIIT ITERVM TRANS IORDANEM, IN EVM LOCVM, VBI ERAT IOANNES BAPTIZANS PRIMVM] putà in Bethania, sive Bethabara, vbi Christus à Ioanne fuerat baptizatus: nam postea Ioannes baptizavit in Ænnon iuxta Salim, c. 3. 23. & crebrò mutas locū alias Iordanis regiones baptizadò obiuit, vt dixi superius. Secessit Christus in Bethabara, vt turba ipsum eodem secutura, recordaretur testimonij, quod ibidem ipsi perhibuerat Ioannes, scilicet ipsum esse Messiam, æquè ac testimonij Dei Patris in eius baptismo intonantis: Hic est Filius meus dilectus, Matt. 3. itaq; in eum crederent, vt & factum esse patet v. sequenti S. Chryl. Leont. Theophyl. Euthym.

ET MANSIT ILLIC] donec imminente Paschate & passione sua, redijt in Iudæam & Ierusalem, ibique suscitavit Lazarum: vnde Scribæ & principes irritati, eum ceperunt & crucifixerunt, vt patebit c. sequenti.

ET MVLTİ VENERVNT AD EVM, ET DICEBANT: QVIA (quod) IOANNES QVIDEM SIGNVM FECIT NVLLVM] q. d. Et tamen credidimus ei. Ergo multò magis debemus credere Iesu dicenti se esse Messiam, qui id probat per tot signa & miracula. ita Chrylost.

VERS. 37.

VERS. 38.

VERS. 39.

VERS. 40.

VERS. 41.

Est

Est altera ratio, quæ persuasit hisce credere in Christum; nimirum quod re ipsa deprehenderent Iesum esse fortiorem Ioanne, in patrandis miraculis, in efficacia sermonis, in vita sanctitate, vt eis prædixerat Ioannes, vnde inferebant: Si cetera, quæ dixit Ioannes de Iesu, vera esse cernimus, ergo pariter verum est id quod idem Ioannes asseruit de Iesu, scilicet ipsum esse Messiam.

ET MVLTİ CREDIDERVNT IN EVM] Græca VERS. 42. addunt, ibi, putà in Bethabara, ob memoriam testimonij Dei Patris, ac Ioannis Baptistæ, vt dixi v. 40. Nimirum, vt ait S. August. apprehenderunt permanentem, non quomodo Iudæi volebant apprehendere discedentem: & nos ergo per lucernam venimus ad diem: Ioannes enim lucerna erat, & diei testimonium perhibebat.

CAPVT VNDECIMVM. SYNOPSIS CAPITIS.

Christus à morte & sepulchro suscitavit Lazarum. Hinc v. 47. pontifices invidentes Christo cogunt contra eum concilium, in quo Caiphas pontifex prophetat expedire, vt Christus pro populo moriatur: quare v. 54. Christus eorum iras declinans, ad paucos dies secedit in Ephrem. Ante hoc caput, Iansenius & alij claudunt acta tertij anni predicationis Christi: nam hæc Lazari suscitatio & historia contigit circa quartum & vltimum Christi Pascha, vt patet v. 55. quo ipse occisus & crucifixus est: quare videtur ipsa contigisse sub illud tempus, quo ipsa solet legi ab Ecclesia in Missæ sacrificio, scilicet quatuordecim diebus ante Paschen & passionem Christi. Ita censent viri eruditi. Vide Chronotaxim, quam Euan-gelij præposui, num. 56. & 57.

1. Erat autem quidam languens Lazarus à Bethania, de castello Mariæ, & Mariæ sororis eius. 2. (Maria autem erat, quæ vnxit Dominum unguento & extersit pedes eius capillis suis: cuius frater Lazarus infirmabatur.) 3. Miserunt ergo sorores eius ad eum, dicentes: Domine, ecce quem amas, infirmatur. 4. Audiens autem Iesus, dixit eis: Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei, vt glorificetur Filius Dei per eam. 5. Diligebat autem Iesus Martham, & sororem eius Mariam & Lazarum. 6. Vt ergo audiuit quia infirmabatur, tunc quidem mansit in eodem loco duobus diebus. 7. deinde post hæc dixit discipulis suis: Eamus in Iudæam iterum. 8. Dicunt ei discipuli: Rabbi, nunc quærebant te Iudæi lapidare, & iterum vadis illuc? 9. Respondit Iesus: Nonne duodecim sunt horæ diei? si quis ambulauerit in die, non offendit, quia lucem huius mundi videt. 10. si autem ambulauerit in nocte, offendit, quia lux non est in eo. 11. Hæc ait, & post hæc dixit eis: Lazarus amicus noster dormit: sed vado vt à somno excitem eum. 12. Dixerunt ergo discipuli eius: Domine, si dormit, saluus erit. 13. Dixerat autem Iesus de morte eius: illi autem putauerunt quia de dormitione somnificeret. 14. Tunc ergo Iesus dixit eis manifestè: Lazarus mortuus est; 15. & gaudeo propter vos, vt credatis, quoniam non eram ibi, sed eamus ad eum. 16. Dixit ergo Thomas, qui dicitur Didymus, ad condiscipulos: Eamus & nos, vt moriamur cum eo. 17. Venit itaque Iesus: & inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem. 18. (Erat autem Bethania iuxta Hierosolymam quasi stadijs quindecim.) 19. Multi autem ex Iudæis venerant ad Martham & Mariam, vt consolarentur eas de fratre suo. 20. Martha ergo vt audiuit quia Iesus venit occurrit illi, Maria autem domi sedebat. 21. Dixit ergo Martha ad Iesum: Domine, si fuisset hic, frater meus non fuisset mortuus: 22. Sed & nunc scio, quia quæcumque poposceris à Deo, dabit tibi Deus. 23. Dicit illi Iesus: resurget frater tuus, 24. Dicit ei Martha: Scio quia resurget in resurrectione in nouissimo die. 25. Dixit ei Iesus: Ego sum resurrectio & vita; qui credit in me etiam si mortuus fuerit, viuat: 26. & omnis qui viuat, & credit in me, non morietur in æternum. Credis hoc? 27. Ait illi: Vtique Domine, ego credidi, quia tu es Christus filius Dei viui, qui in hunc mundum venisti. 28. Et cum hæc dixisset, abiit, & vocauit Mariam sororem suam silentio, dicens: Magister adest, & vocat te. 29. Illa vt audiuit, surgit citò, & venit ad eum: 30. nondum enim venerat Iesus in castellum: sed erat adhuc in illo loco, vbi occurrerat ei Martha. 31. Iudæi ergo, qui erant cum ea in domo, & consolabantur eam, Cornel. in Ioannem.

M m 2 cum

cum vidissent Mariam quia citò surrexerit & exiit, secuti sunt eam, dicentes. Quia vadit ad monumentum, ut ploret ibi. 32. Maria ergo, cum venisset ubi erat Iesus, videns eum, cecidit ad pedes eius, & dicit ei: Domine, si fuisses hinc, non esset mortuus frater meus. 33. Iesus ergo, ut vidit eam plorantem, & Iudæos, qui venerant cum ea, plorantes, intremuit spiritu, & turbavit seipsum. 34. & dixit: Vbi posuisti eum? Dicunt ei: Domine, veni, & vide. 35. Et lacrymatus est Iesus. 36. Dixerunt ergo Iudæi: Ecce quomodo amabat eum. 37. Quidam autem ex ipsis dixerunt: Non poterat hic, qui aperuit oculos cæci nati, facere ut hic non moreretur? 38. Iesus ergo rursus fremens in semetipso, venit ad monumentum. erat autem spelunca: & lapis superpositus erat ei. 39. Ait Iesus, Tollit lapidem. Dicit ei Martha, soror eius qui mortuus fuerat: Domine, iam scætet, quatrivanus est enim. 40. Dicit ei Iesus: Nonne dixi tibi, quoniam si credideris, videbis gloriam Dei? 41. Tulerunt ergo lapidem. Iesus autem elevatis sursum oculis, dixit: Pater gratias ago tibi quoniam audisti me. 42. Ego autem sciebam quia semper me audis, sed propter populum, qui circumstat, dixi, ut credant quia tu me misisti. 43. Hæc cum dixisset, voce magna clamavit: Lazare veni foras. 44. Et statim prodijt qui fuerat mortuus, ligatus pedes & manus in stitis, & facies illius sudario erat ligata. Dixit eis Iesus: Solvite eum, & finite abire. 45. Multi ergo ex Iudæis, qui venerant ad Mariam & Martham, & viderant quæ fecit Iesus, crediderunt in eum. 46. Quidam autem ex ipsis abierunt ad Phariseos, & dixerunt eis quæ fecit Iesus. 47. Collegerunt ergo Pontifices & Pharisei concilium, & dicebant: Quid facimus; quia hic homo multa signa facit? 48. Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum: & venient Romani, & tollent nostrum locum, & gentem. 49. Unus autem ex ipsis Caiphas nomine, cum esset pontifex anni illius, dixit eis; Vos nescitis quidquam, 50. nec cogitatis quia expedit vobis ut vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. 51. Hoc autem à semetipso non dixit; sed cum esset pontifex anni illius, prophetauit, quod Iesus moriturus erat pro gente, 52. & non tantum pro gente, sed et filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum. 53. Ab illo ergo die cogitauerunt ut interficerent eum. 54. Iesus ergo iam non in palam ambulabat apud Iudæos, sed abiit in regionem iuxta desertum, in ciuitatem quæ dicitur Ephrem, & ibi morabatur cum discipulis suis. 55. Proximum autem erat Pascha Iudæorum; & ascenderunt multi Hierosolymam de regione autem Pascha, ut sanctificarent seipso. 56. Quærebant ergo Iesum; & colloquebantur ad inuicem, in templo stantes: Quid putatis, quia non venit ad diem festum? Dederunt autem pontifices & Pharisei mandatum, ut si quis cognouerit ubi sit, indicet, ut apprehendant eum.

VERS. I. *Historia Lazari à morte resurgenti.*

ERAT AUTEM QUIDAM LANGVENS (Arabi- **A** *cus infirmus*) LAZARUS A BETHANIA, DE CASTELLO MARIÆ, ET MARTHÆ SORORIS EIVS] Syrus, erat autem quidam qui morbo decinebatur. Lazarus ex Beth Anio (domo afflictionis) pago, frater Mariam & Martham. Vatabl. egrotabat autem Lazarus; Nonnus, morbo suo gratia habens genua flagellabatur Lazarus æstu, membrorum plaga labefactus, vicinus morti. Ergo morbus hic erat grauis & lethalis, nam paulò post mortem attulit.

LAZARUS] nobilis & diues, ideoque alius à Lazaro mendico & vlceroso iacente ad fores Epulonis, Luc. 16.

A BETHANIA, DE CASTELLO MARIÆ ET MARTHÆ, Est appositio, q. d. A Bethania, id est ex castello (hoc est oppido vel pago) Martha & Mariæ Magdalene, in quo scilicet ipsæ habitabant, eiusque erant non tam dominæ, quam honoratiores incolæ, ac Christi discipulæ & hospitaliter. ita Theophyl. Leontius, & alij. Sic cap. 1. 44. Bethsaida vocatur ciuitas Petri & Andreæ, quia ipsi eius erant incolæ, non domini.

Mysticè, Bethania hebr. idem est Primò, quod domus afflictionis, ut vertit Syrus, idque hic congruit. Lazari enim morbus & mors affligebat

Bethania significata. *Primò.*

tam ipsum, quam sorores eius. Secundò, Bethania, idem est quod domus obedientiæ. Vnde S. Bernard. serm. ad milites templi cap. 13. Hoc loco, inquit, imitatum est, quod nec studij bonæ actionis, nec orium sanctæ contemplationis, nec lacrymæ penitentis extra Bethaniam accepta esse poterunt illi, qui tantam habuit obedientiam, ut vitam ipsam perdere maluerit, factus obediens Patri usque ad mortem.

Tertiò, Bethania, ait Pagnin. idem est quod domus responsionis, vel exauditionis Domini, quia ibi Christus Mariam & Martham pro vita Lazari orantes exaudiuit. Radix enim *בֵּיתָא* Bethania per *an*, significat affligi, obedire, respondere, & *aymon*. exaudire.

Transit Ioannes à gestis Christi in festo Encarniorum, ut pater cap. 10. v. 22. ad gesta Christi paulò ante vltimum Pascha, ut patet hoc c. v. 55. hoc est salitè Decembri ad Martium: omittit ergo gesta Christi in Ianuario & Febuario, quia illa fusè recenset Lucas à cap. 15. vsque ad 19. ex quo eadem summatarum recensui in Chronotaxi num. 51. vsque ad 57.

MARIA AUTEM ERAT, QUÆ VNIXIT DOMINVM VNGVENTO, ET EXTERSI PEDES EIVS CAPILLIS SVIS] Lucæ 7. 37. ostendit eandem fuisse Mariam

Secundum.

Tertium.

VERS. 24.

Mariam, quæ bis, vel, ut alij, ter vnixit Christum, nimirum Mariam Magdalenam, esto aliqui opinentur fuisse duas, alij tres. Minus rectè ergo Leontius, quem sequuntur moderni hæretici, non vnixit accipit de vnctione non præteritâ Lucæ, sed paulò post futura sex diebus ante mortem Christi, de qua c. seq. v. 3. ut hic sit anticipatio.

CVIVS FRATER LAZARVS INFIRMABATVR] Arabicus, erat autem Lazarus infirmus frater eius. Addit hoc Ioannes, ut insinuet causam suscitationis Lazari, nimirum quod frater esset Magdalene, quæ tota deuota suo Iesu, ab eo impetrauit fratris Lazari suscitationem.

MISERVNT ERGO SORORES EIVS AD EVM (IESVM) DICENTES: DOMINE, ECCE QVEM AMAS, INFIRMATVR] Cyrill. Theophyl. & Leont. censent hæc verba esse admirantis, & admirationis. q. d. Qui fieri potuit, ut ille quem tu amas Domine, qui vitæ & necis habes imperium, in morbum inciderit? quomodo tui amantem aula fuit ægritudo inuadere? & quomodo eum tenet languor, quem tui occupat amor?

Simplicius alij censent sorores ex modestia & fiducia id dixisse. Audi S. Aug. & ex eo Bedam: Non dixerunt: Veni, amanti enim tantummodo nuntiandum fuit. Non ausa sunt dicere: Veni & sanas; non ausa dicere: Ibi iube, & hic fiet; cur enim non & ista, si fides centurionis illius inde laudatur? Ait enim, Domine non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus. Nihil horum ista, sed tantum, Domine, eie quem amas infirmatur; sufficit ut noueris; non enim amas & deseris. Est ergo insinuatio hæc oratio, sed occulta & implicita, quia significat necessitatem & desiderium remedij, quæ sæpe efficacior est postulatione aperta, quia magis humilis, verecunda, reuerens & confidens. Ita ex S. Thoma Sarez tract. de Oratione.

Itaque hæc petitio sororum præfert Primò, magnam fidem: non enim dicunt: Veni, accelera; ne mors eum præoccupet. Credunt enim Christum posse curare absentem, imò mortuum suscitare. Ita Cyrill. Theophyl. Rupert. Secundò, ingentem fiduciam, qua confidebant Christum solo nuncio morbi accepto, illi remedium allaturum. Vnde verba & preces non multiplicant. Tertiò, eximiam charitatem: Ecce quem amas, inquit, q. d. Tu nos amas, & nos te: sufficit ergo amanti amati morbum indicare. Amor enim precibus omnibus præualeat. Quartò, resignationis: resignant enim se totas in prouidentiam Christi, ut ille de morbo, & morbido hoc statuât & disponat, quod eius prudentiæ & charitati liberit. Quare efficax fuit hæc earum oratio, nobisque crebrò est imitanda & vsurpanda.

Tropologicè, Rabanus, & ex eo glossa: Lazarus, inquit, est peccator, qui à Domino amatur: ipse enim non venit vocare iustos, sed peccatores: sorores sunt viri sancti, vel bonæ cogitationes, quæ pro peccatis dissoluendis orant.

Porro, ipsæ sorores non iuerunt ad Iesum, sed nuncios dumtaxat miserunt, tum quia feminæ erant, quas decet domus cura, & dedecet longum iter: tum quia Lazaro fratri ad mortem decumbenti debebant assilire: tum quia Christi benignitati & amori confidentes, solum nuncium Cornel. in Ioannem.

sufficere existimabant. Ita S. Chrysof. Cyrillus & Euthymius.

AVDIENS AVTEM IESVS, DIXIT HIS: INFIRMUS. VERS. 4. TAS HÆC NON EST AD MORTEM (Syrus, non est lethalis; Arabicus, non est infirmus mortis) SED PRO GLORIA DEI, UT GLORIFICETVR FILIVS DEI PER EAM] Non est ad mortem, Primò, quia hæc mors Lazari, non tam erit mors, quam somnus: nam illico ex ea euigilabit & resurget. Vnde vers. 11. ait: Lazarus amicus noster dormit, sed vado ut à somno excitem eum.

Secundò, q. d. Infirmitatis Lazari finis & scopus non est mors, sed gloria Dei: Deus enim non immisit morbum huic Lazaro hoc fine, ut vita ei per mortem adimat, sed potius ut vitæ ei maiorem restituat, itaque gloriam Dei adaugeat. Ita S. Aug. Non est ad mortem, inquit, quia & ipsa mors non erat ad mortem, sed potius ad miraculum, quo factò crederent homines in Christum, & vitarent veram mortem.

Tertiò, non est ad mortem, scilicet talem qualis esse solet communis hominum mors; nimirum, ut homo in ea permaneat, nec amplius ad hanc vitam & hoc sæculum redeat: licet enim mors separaret animam Lazari à corpore, tamen non imponeret finem huic sæculo, ut ad illud non rediret: quod tamen facit mors. Nam antè à Christo resuscitatus ad illud redijt, magis viuus, sanus & vegetus quam antè. Ita S. Chryf. Cyrill. Theophyl. Euthym. & alij. Vnde Nonnus vertit, non est ad æternam mortem.

SED PRO GLORIA DEI] Per gloriam Primò, Andreas Crærensis in Catena intelligit crucem & mortem Christi: hanc enim Iudæi inuidi irrogarunt Christo ob suscitatum ab eo Lazarum, & hæc maximè glorificauit Christum. Secundò, Theodorus Heracleotes in Catena accipit gloriam, quæ obuentura erat Christo, ob diuulgationem & celebritatem huius suscitationis factæ ab eo per totam Iudeam, imò per totum orbem. Tertiò, & genuinè gloriam Dei accipit, quia homines videntes Lazarum à Christo suscitatum, in eum ut Messiam & Dei filium crediderunt, itaque tam Christum, quam Deum Patrem glorificauerunt. Sic enim hanc gloriam explicat Ioannes dicens vers. 45. Multi ergo ex Iudæis qui venerant ad Mariam & Martham, & viderant quæ fecit Iesus, crediderunt in eum. Vnde S. Aug. Talis glorificatio, ait, non ipsum auxit, sed nobis profuit.

DILIGEBAT AVTEM IESVS MARTHAM ET SOROREM EIVS, MARIAM, ET LAZARVM] Ob singularem earum erga se amorem, deuotionem, liberalitatem, qua Iesum cum Apostolis alebant: Martha enim habebat curam hospitalitatis Iesu: Maria à Christo sanata & conuersa totam se ei addixerat, imò eum per oppida proficiscentem ac prædicantem comitabatur; sumptusque suppeditabat, Lucæ 8. v. 2. Lazarus sorores imitabatur. Dilectionis Iesu mentionem iniicit hic Ioannes, non tam ut illam fuisse causam egrotationis Lazari significet, ut censet Cyrillus. q. d. Ideo Iesus immisit morbum Lazaro, quia illum, eiusque sorores diligebat, iuxta illud: Ego quos amos, arguo & castigo, Apoc. 3. 19. sed ut significet Iesum accepto nuncio planè menti & memoriæ infixisse morbum Lazari, ut eum sanaret, sed modo & tempore opportuno, Dilectio enim

faciebat etiam sollicitum de Lazari salute, ideoque Lazari causa fecit omnia, quæ v. sequenti, & deinceps narrat Ioannes, illudque significat rō ergo, cum statim subdit Vt ergo audivit, q. d. Diligebat Iesus Lazarum, vt ergo audivit eum agrotare, cōpit seriō cogitare de eo sanando, omniaq; sua ita disposuit, vt congruo eum tempore viræ & sanitati restitueret.

Porrō adeō Iesus dilexit Lazarum & sorores eius, vt propter eas Lazarum à morte suscitaret, etiam si sciret suscitationem Lazari sibi fore causam mortis & crucis: ob Lazarum enim suscitatum Pharisæi Christum occiderunt. Vita ergo Lazari fuit mors Christi.

VERS. 6. VT ERGO AVDIVIT QVIA (quod) INFIRMABATUR, TVNC QVIDEM MANSIT IN EODEM LOCO (in Bethabara cap. præced. v. 20.) DVOBVS DIEBVS] tum vt hominum multitudini ad se confluenti satisfaceret, eique ostenderet se esse Messiam à Ioanne ibidem demonstratum, tū vt illud idem confirmaret miraculo insigni, & omni exceptione maiori, scilicet suscitatione Lazari. Mansit ergo ibidem per biduum, vt interim moreretur Lazarus, quia volebat non agrum sanare, sed mortuum, imō sepultum, quatuoriduanum, & fœtentem suscitare: quod longè erat maius tam beneficium, quàm miraculum, ne calumniæ Iudeorum foret locus, vt dicerent Lazarum non verè fuisse mortuum, ideoque nec suscitatum, sed tantum syncopen vel deliquium animi passum, ex illo non ope Christi, sed vt naturæ & iuuenilis vigoris, vltiō ad se rediisse. Ita S. Chryl. Theophyl. & Rupert.

VERS. 7. DEINDE POST HEC DIXIT DISCIPVLIS SVIS: EAMVS IN IVDÆAM ITERVM] nimirum ex Bethabara eamus in Bethaniam, ad suscitandum Lazarum. Præmonendo præmunit Christus Apostolos timidos: timebant enim redire eum Iesu in Iudæam, eò quod Iudæi paulò antè cap. præced. v. 31. voluissent eum lapidare. Ita S. Chryl. Iostomus: Nusquam aliàs, inquit, Dominus prædixit discipulis, quòd iturus esset, nisi hic, quia valde formidabant, ne, si repente (sine præmonitione) discederet, conturbarentur: formidabant verò & pro ipso, & pro se: nondum enim erant in fide firmati. Ita quoque Theophyl. Euthym. & Theodor. Heraclæotes. Porrō S. Aug. Christus, ait, è Iudæa discessit vt homo, ne lapidaretur: sed in redeundo, quasi oblitus infirmitatem, ostendit potestatem.

VERS. 8. DICVNT EI DISCIPVLI: RABBI (ô magister, & Domine noster) NVNC QVÆREBANT TE IVDÆI LAPIDARE, ET ITERVM VADIS ILLVC] Nunç, id est, paulò antè: nam exinde iam duo menses effluxerant, vt initio capitis dixi, & colligitur ex cap. præced. vers. 22. & seq. Dicunt hoc discipuli, quia à Iudæis metuebant Christo, & magis sibi ipsis. Ita Chryl. Theophyl. Euthymius.

VERS. 9. DVODECIM HORÆ DIEI QUÆ] Primò, Lyan. cuiusque sequaces sic exponunt, q. d. Sicut per diem mutantur duodecim horæ, cum eis mutatur aura æris, sic Iudæorum animi facillè mutari possunt, vt qui antè me oderant, iam ament & suscipiant.

Secundò, S. August. Beda & Rupertus, q. d. Sicut duodecim horæ sequuntur diem, id est, solem, cuiusque cursum, vt sibi ex ordine vicissim

succedant, sic vestrum est me sequi: ego enim sum quasi vester sol & dies, vos autem me stipatis quasi duodecim horæ. Audi S. Augustin. vt se diem ostenderet, duodecim discipulos elegit: in hoc autem verbo non iptum Iudam, sed eius luciflorem præuidebat. Et Glòs. Se dicit Christus diem, in quo debent ambulare, ne offendant, & sine quo ambulantes offendunt, vt modò discipuli nolentes eum mori, qui pro hominibus venit mori: illos autem dicit horas, quæ diem sequuntur.

Tertiò, S. Cyrill. q. d. Adhuc aliquot horæ meæ diei, id est vitæ, supersunt, quibus oportet me prædicare & benefacere Iudæis: venit nox, id est cædes & mors mea, ob quam tenebris excidij & calamitatum per Titum eos inuoluam nox enim symbolum est vindictæ & calamitatum.

Quartò & genuinè, q. d. Certum & statum est Quarta diei tempus, scilicet duodecim horarum (erat enim iam Martius, cuius 21. est æquinoctium, quò dies sunt æquales nocti, ac consequenter duodecim horarum: quamquam & alijs mensibus Iudæi diuidebant diem in 12. horas sed inæquales, & quæ ac noctem in quatuor vigilias, quæ in hieme erant longiores, in æstate breuiores) intra quod duodecim horarum spatium si quis ambulet, offendere non potest, quia lucem habet, qua videt saxa, alia que offendicula, ideoque cauet ne in ea impingat: sic pariter mihi certum à Deo Patre constitutum est vitæ tempus, in quo ambulare, viuere, & opera mea ad quæ missus sum, operari debeo; quod proinde diem appello; ac proinde in illa à Iudæis nihil mihi aut vobis timendum est periculi: nec enim ante constitutum mihi tempus à Patre, hoc est, antequam vitæ meæ nox & occasus veniat, occidi possum. Ita Rupert. Tolet. Maldonat. & alij.

VERS. 10. SI QVIS AMBVLAVERIT IN DIE, NON OFFENDIT, QVIA LUCEM HVIVS MVNDI VIDET: SI AVTEM AMBVLAVERIT IN NOCTE, OFFENDIT QVIA LUX NON EST IN EO] Primò, S. August. exponit, q. d. Hortor vos, ô discipuli mei 12. vt me sequamini, sicut duodecim horæ sequuntur diem & solem, si non vultis offendere & impingere. Et S. Chryl. Ne formidatis Iudæos, inquit, nihil enim dignum morte gessimus. Vel: si quis lucem huius mundi videt, securus est: multò magis qui mecum est, securus est, nisi se amouerit à me.

Secundò, S. Cyrill. q. d. Quamdiu est dies vitæ, hoc est, quamdiu ego vivo, & Iudæis benefacio, nihil vobis à Iudæis timendum est: hæc enim dies est, id est, tempus benignitatis & beneficentiæ: at vbi venerit nox, id est, tempus vindictæ, quò Deus per Titum excidiet Hierosolymam & Iudæam, tunc vobis timendum, & è Iudæa fugiendum erit.

Tertiò & genuinè, q. d. Dum dies est, id est, dum tempus vitæ mihi suppetit, non offenderis, ô discipuli, me sequendo in Iudæam: at vbi venerit nox, id est, mors, & vitæ meæ occasus; tunc Iudæi vos persequentur, & occident quasi meos discipulos, sicut me persecuti sunt & occiderunt. Ita Rupert. Toletus & Maldon.

Mysticè, qui diem, id est, solem & lucem fidei & gratiæ sequitur, non offendit, non ruit in peccata: at qui nocte, id est, in tenebris ignorantis & concupiscentis ambulat, hic ruit in

in varias culpas & pœnas. Ita Interlin. Vnde Apost. Eratis, inquit, aliquando tenebre, nunc autem lux in Domino: vt sibi lucis ambulat: fructus enim lucis est in omni bonitate, & iustitia & veritate, Ephel. 5. 8.

VERS. 11. HÆC AIT, ET POST HEC DIXIT EIS: LAZARVS AMICVS NOSTER DORMIT, SED VADO VT A SOMNO EXCITEM EVM] Mortem vocat somnum, quia mox ab ea suscitandus & euigilaturus erat Lazarus. Audi S. Aug. Domino dormiebat qui eum tanta facilitate excitauit de sepulchro, quanta tu excitas dormientem de lecto; hominibus autem mortuus erat, qui eum suscitare non poterant. Sic Paulus mortuos dormientes appellat, quia sunt resurrecturi.

VERS. 12. DIXERVNT ERGO DISCIPVLI EIVS: DOMINE, SI DORMIT, SALVVS ERIT] Arabicus, si est dormiens expergiscetur. Solet enim Iomnus in ægrotis redire: sanitatis esse argumentum & præfagium, ac sæpè causa. Ita Cyrill. Aug. Iansen. Maldon. & alij. Somnus enim naturam vegetat, cerebrum confortat, humores superfluos concoquit & cõsumit, sudorem et, calorem naturalem fouet & auget, itaque materiam morbi superat, dissipat & absumit, vel eicit. Sensus est, q. d. Si dormit Lazarus, sanamus eum dormire, vt citius cõualeseat: quare non est quòd ad eum pergamus. Ita S. Aug. & Cyrill.

VERS. 13. DIXERAT AVTEM IESVS DE MORTE EIVS: ILLI AVTEM PVTAVERVNT QVIA (quod) DE DORMITIONE SOMNI DICERET] quia simpliciter acceperunt rō dormis vt sonat, non symbolice, vt Christus intelligebat, de morte.

VERS. 14. TVNC ERGO IESVS DIXIT EIS MANIFESTE: LAZARVS MORTVVS EST] Offendit Christus se esse Prophetam, imò Dei Filium, eò quod aræana & absentia reuelat: talis enim erat hæc mors Lazari, quam hic clarè enunciat, vt discipulis errorem de eius somno eximat. Nuncius enim morbum dumtaxat nunciabat Christo, non mortem.

VERS. 15. ET GAUDEO PROPTER VOS, VT CREDATIS QVONIAM NON ERAM IBI] Hæc vltima nocte cum gaudeo, vt nescit Arabicus, q. d. Gaudeo me non fuisse ibi, scilicet in morte Lazari præsentem, vt vos in me credatis, scilicet firmius, perfectius & robustius, ait S. Aug. visa eius resuscitatione, quam facturus sum: si enim fuisset præsentem ægrotanti, ad preces Marthæ & Mariæ debuisset agrum sanare, alioqui Iudæi culpasterè debuissent recens mortuum illied suscitare, quod minus fuisset miraculum, magisq; dubium: iam autem à quatuor diebus defunctum suscitabo, vt omnes vident hæc suscitationem omnem naturæ vim excedere, esseque clarum miraculum, nec nisi Dei solius opus. Ita Cyrill. Euthym. Rupert. & alij. Aliter S. August. & Beda, q. d. Gaudeo me non fuisse præsentem Lazaro morienti, vt absens vobis mortem eius annunciem, indeque cognoscatis me esse Messiam, & in me magis credatis: Lazarus enim æger fuerat nunciatus, non mortuus. Christus ergo mortuum nunciens, ostendebat se non humanitatis, sed diuinitatis id scire. Quomodo enim, ait August. lateret eum qui creauerat? ad cuius manus anima morientis exierat? Prior ratio vti validior, ita germanior est.

A SED EAMVS AD EVM] Christus de mortuo, quasi de viuo loquitur, quia mox facturus erat vt esset rediuuius. Ita Cyrill.

DIXIT ERGO THOMAS, QVI DICITVR DIDY- MVS, AD CONDISCIPVLOS: EAMVS ET NOS, ET MORIAMVR CVM EO] Thomas, inquit Pagnin. in Interpret. nomin. Hebr. idem est quod abyssus siue vorago, hæc enim hebr. dicitur תהום zehom. Aut geminus siue gemellus, id est, eodem partu cū alto natus: תהום reomin enim sunt gemelli eodem partu editi quasi coniunctis corporibus.

QVI DICITVR DIDYMVVS] Syrus, qui dicitur gemellus. Thomas ergo non fuit binomius, vt scilicet duo haberet nomina, primò Thomæ, secundò Didymi, vt vult Nonnus, sed vni idemque: Hebr. enim Thomas idem est quod græcè θωμάς, latinè gemellus. Sicut hebr. Massas idem est quod græcè ματθῆς, latinè vinctus, ait Angelus Caninius in Hebr. nomin. c. 13. Dicitur ergo idem est, quod interpretatur.

Thomas igitur dictus est Didymus, id est, gemellus, siue quòd eodem partu cum fratre altero natus sit, vt Iacob & Esau fratre gemelli, vt vult Euthymius; siue quòd hoc nomen à maioribus acceperit; quòmodo apud Rōmānos quosdam Spurius, alios Crassus, alios Claudius vocatos legimus, etiam si illi ipsi nec spurij, nec crassi, nec claudij forent. Ita Toletus, Maldon. & alij.

Addit Leontius, Ioannem solius Thomæ nomen interpretari, vt significetur aliqua eius excellentia Theophyl. verò, vt significetur eius mores, inquit, quòd scilicet esset didymus, id est gemellus, varius, inconstans, dubius, duplex, sed hoc huius loco non quadrat: quadrat tamen c. 20. v. 24. vbi Thomas ob incredulitatem resurrectionis Christi vocatur Didymus. Potius videtur Thomas hic dici Didymus, quasi gemellus frater Christi: talem enim hic se ostendit, dum pro Christo, & cum Christo viuere & mori paratum sese offert, ac alios ad idem faciendum hortatur, dicens: Eamus & nos, & moriamur cum eo. Solent enim gemelli mutuo sese valde diligere, imò moribus & amoribus esse similes, vt vno gaudente, ridente, flente, gaudeat, rideat, fleat & alter, imò vno ægrotante vel moriente, ægrotet vel moriatur & alter. Hoc subinde fit, at non semper. Nam Iacob & Esau moribus fuere dissimiles & diuersi, imò inuicem aduersi.

EAMVS ET NOS, ET MORIAMVR CVM EO] Animo non Lazaro, vt volunt nonnulli: hoc enim insulsum videtur, sed Christo, qui paulò antè dixerat: Eamus ad eum. Thomas, ait Beda, præ omnibus socios hortatur, vt eant & moriantur cum illo, in quo magna eius apparet constantia. Et Interlin. Ecce verus amantium affectus, vel cum eo viuere, vel cum eo mori: quales apud Gallos erant Soldurij, quorum lex & fœdus erat in bello, vel simul vincere, vel simul occumbere, teste Iulio Cæsare in Comment. quo videtur aluisse S. Paulus dicens 2. Corinth. 7. 3. In cordibus nostris estis ad commoriendum & conuiuendum, vt ibidem dixi.

Porrò quod Thomas ait: Eamus & moriamur, perinde est ac si dicat: Si imus cum Iesu, nobis cum eo moriendum est, ob summa Iudæorum contra illum odia. Si ergo ipse it, eamus & nos, quasi generosi eius discipuli & milites, ac

cum eo quasi duce nostro animosè moriamur: si ille mortem spernit, imò inuadit, nos quoque sperniamus & inuadamus. Non enim satis intellexerat, quod Christus v. 9. insinuarat, nihil adhuc sibi à Iudæis imminere periculi. Ita Cyrillus, Offert ergo se pro Christo certæ morti, hanc enim imminere putabat: quod insigne fuit fortitudinis eius eximie, æque ac amoris in Christum singularis argumentum.

VERS. 17.

VENIT (in Bethaniam, vt addunt nonnulli codices Graeci) ITAQUE IESVS, ET INVENIT EVM. QUATVOR DIES IAM IN MONVMENTO HABENTEM] hoc est à quatuor diebus sepultum. Venientem nuncius à fororibus ad Iesum de morbo Lazari, ait Chryl. eo die quo Lazarus est defunctus, deinde quobus sequentibus mansit Iesus in Bethabara, die quarta demum iuit Bethaniam; quare videtur Lazarus eodem die, quo forores nuncium miserunt ad Christum, fuisse mortuus & sepultus: alioqui enim veniente Christo, non fuisset quadriduus in morte & sepulchro, vt hic dicitur.

Probabilis Euthymius & Maldonatus censent Lazarum quidem eo die, quo nuncius ad Christum venit, fuisse defunctum; sed postero die sepultum, ne forte quid occultæ vitæ in eo lateret, inde Christum biduo mansisse in Bethabara, quarto die inde discessisse versus Bethaniam: sed quia hoc iter erat decem circiter horarum (vt patet ex tabulis Geographicis terræ sanctæ, quas edidit Adrichom. & alij) quod ægrè à Christo & Apòstolis pedibus cõfici potuisset vno die; hinc Christum postero mane, qui dies quintus erat à sepultura Lazari, appulisse Bethaniam, ac suscitasse Lazarum: nec enim decebat eum vesperare (ne phantastica videretur suscitatio) sed mane, vel plena die suscitari. Quare Lazarus iã erat quadriduus, hoc est integros quatuor dies exegerat in monumento, siue sepulchro, iamque agebatur quintus dies à sepultura, vt cõstaret omnibus eum non tantum esse mortuum, sed foretætem, & à vermibus comestum. Hinc suscitatio eius facta à Christo fuit certissimum & clarissimum miraculum, quod à Scribis nullo modo obscurari, aut vellicari potuit.

Quadriduus in sepulchro.

Tropologicè, quadriduus est peccator habens habitum peccandi, qui peccato immortuus, in eo quasi sepultus, sine spe veniæ & vitæ spiritualis, quasi desperatus iacet. Primus enim dies est quo quis consensu voluntatis peccat. Secundus, quo quis peccatum opere consummat. Tertius, quo illud frequenter, eiusque consuetudinem & habitum sibi inducit. Quartus, quo hic habitus callum obducit, & quasi in naturam vertitur, iuxta illud S. Augustini lib. 8. Confess. c. 5. Ex voluntate peruersa facta est libido; & dum seruitur libidini, facta est consuetudo; & dum consuetudini non resistitur, facta est necessitas: quibus quasi ansulis quibusdam sibi innexis, unde & catenam appellant, tenebat me obstrictum dura seruitus. Talis ergo magna & rara Christi gratia, ab hoc peccati sepulchro excitandus est: quod vt significaret Christus, magna voce clamauit: Lazare veni foras. Ita S. Augustinus.

Quatuor dies peccator in sepulchro.

Rursum Aleuinus: Primus dies, inquit, est elatio in corde: secundus, consensus voluntatis in peccatum: tertius, factum, cum illud opere exequimur: quartus consuetudo, cum illi con-

suuescimus, & consuescendo inhaeremus. Sic ferè & S. Aug. lib. 1. de Serm. Domini in monte, c. 23. Sicut, inquit, tribus gradibus ad peccatum peruenitur, suggestione, delectatione, consensu: a plius peccati tres sunt differentie, in corde, in facto, in consuetudine, tamquam tres mortes. Vna quasi in domo; id est, cum in corde consentitur libidini: altera iam prolata quasi extra portam, cum in factum procedit assensus: tertia, cum vt consuetudinis male, tamquam mole terrena, premitur animus, quasi in sepulchro iam putens. Quæ tria genera mortuorum Dominum resuscitasse, quisquis Euangelium legit, agnoscat. Et fortasse considerat, quas differentias habeat etiam ipse vox resuscitantis, cum alibi dicit: Puella surge, & alibi, Inuenis tibi dico surge, alibi, Infirmi in spiritu, & stetit. & rursum firmi, & post deinde voce magna exclamauit, Lazare veni foras. Vide eundem de Verbis Domini secundum Ioannem tract. 44. Prima, ait, est in illato delectationis in corde, secunda, consensus, tertia, factum, quarta, consuetudo.

Tertio, Glossa ex S. Augustino & Beda: Primus dies mortis est, inquit, quo nascimur cum peccato originali. Secundus, quo ad annos discretionis venientes naturalem legem transgredimur. Tertius, quo legem contempnimus. Quartus, quo ipsum quoque Christi Euangelium & gratiam aspernamur. Ex aduerso S. Bernard. ser. 4. de Assumpt. per quatuor dies accipit quatuor motus & actus poenitentis: primus est timoris; secundus, certaminis contra peccata; tertius, doloris; quartus, pudoris eorumdem.

ERAT AVTEM BETHANIA IUXTA HIERSOLYMAP, QUASI STADIIS QVINDECIM.] Stadium est octaua pars milliarij Italici, siue mille passuum: continet ergo 125. passus: quare quindecim stadia continent 1875. passus: sedecim enim stadia continent duo millia passuum, faciuntque duo milliaria Italica. Addit hoc Ioannes, vt significet multos Hierosolymis venisse in Bethaniam, vt pote adeo vicinam, vt Martham & Mariam, ob Lazari mortem mœstas solarentur. Ita S. Chryl. Theophyl. Cyrill. & alij Vnde sequitur.

VERS. 18. Bethania quantum distabat à Ierusalem.

MULTI AVTEM EX IVDÆIS VENERANT AD MARTHAM ET MARIAM VT CONSOLARENTVR EAS DE FRATRE SVO.] Multi, præsertim cognati, affines, amici: erant enim hæc forores honoratæ, diuites & nobiles, quæ multos habere solent vel amicos, vel affectas. Accedit, quod acerbis sit funeris fraternalis iuctus, ad quem proinde leniendum multi, etiam exteri & incogniti, consolandi causa accurrere solent. Est enim hic mortis iuctus toti naturæ nostræ communis, vnde & communis in eo omnium accedit consolatio. Ita Chryl. Theophyl. Euthym.

VERS. 19.

MARTHA AVTEM VT AUDIUIT QVIA IESVS VENIT, OCCVRRIT ILLI: MARIA AVTEM DOMI SEDEBAT.] silentio, iuctui & orationi more suo vacans: quare nuncius aduentus Christi, non ad Mariam, sed ad Martham peruenit: Martha enim erat senior, & domui præerat, totaque actiua & negotiosa; quare litteræ & nunciij omnes ad illam primò deferbantur, non ad Mariam. Sed cur ipsa Mariæ non significauit Christum aduentare? Resp. Primò, quia occurrit aduentantis Christi moram nullam patiebatur. Videtur enim Christus domui fuisse vicinus, cum Martha ei occurrit. Secundo, quia Martha secreto vole-

VERS. 20.

Martha Christo occurrit.

volebat agere cum Christo, vt ab eo exploraret, num qua spes foret fratris resuscitandi vel adiutandi, vt patet ex v. sequ. Tertio, quia Maria, vt dixi, iuctui & orationi erat addicta. Quarto, quia, si Mariam euocasset, omnes Iudæi eam secuti fuissent; itaque tumultus exortus, fuisset, & fortè eorum cum Christo disputantium lis & contentio. Ita Leontius. Denique letitia ob aduentum Christum, totam eam rapiebat ad occurrendum Christo, vt de sorore vocanda non cogitaret. Malum hoc dicere, quod nonnulli autumant, eam hanc laudem occurritus Christi voluisse præripere forori suæ: hoc enim nimis inane & femineum est, ac tãta, tamque sancta viragine indignum.

VERS. 21.

DIXIT ERGO MARTHA AD IESVM: DOMINE SI PVISSES HIC, FRATER MEVS NON FVISSET MORTVVS.] quia scio tetam potentem, vt mortem arcere possis, scio pariter te ipsius & nostri adeo amantem, vt eum morti non permisisses. Tacite, inquit Chryl. Cyrill. & Theophyl. sed reuenter, dolendo, quasi arguit Christum, quod seridus venerit. Verum huic sententiæ obstat, quod eodem die quo venit nuncius de morbo Lazari ad Christum, ipse sit mortuus. Quare etiam si statim Christus accinxisset se ad iter, tamen antequam venisset Bethaniam, Lazarus fuisset mortuus. Erat enim iter nouem horarum. Potius ergo Martha inculat seipsam, quod non citius nuntium miserit ad Christum, aut certe in genere dolerit & luger. Christi absentiam, quod scilicet non fuerit præsens, vt Lazaro agrotanti sanitatem restitueret; quomodo dolemus de casuali medici absentia, si quis eo absente in morbum incidat. Non videtur Martha adhuc habuisse perfectam fidem de Christi deitate, omniscientia & omnipotentia. Si enim hanc habuisset, credidisset Christum etiam absentem scituisse mortem Lazari, eumque potuisse curare. Eum ergo credebatur esse Prophetam præ ceteris Prophetis; non tamen Deum, sed euicta & illuminata à Christo mox id credidit, v. 28.

VERS. 22.

SED ET NVNC SCIO, QVIA QVÆCVMQVE POSCERIS A DEO, DABIT TIBI DEVS.] ac consequenter si poscas à Deo resuscitationem Lazari, licet quadriduus iam in sepulchro, dabit eam tibi Deus. Putabat, ait Cyrillus; quod Christus veniret, non vt suscitaret Lazarum, sed vt se & Mariam solaretur; idcirco rogat eum vt Lazarum suscitaret, sed tacite, & cum modesta humilique voluntate suæ in Christum resignatione. Vnde, vt aduertit S. August. Non dixit: Sed & modo rogo te, vt resuscites fratrem meum: vnde enim sciebat, si fratris eius resurgere utile fuerit? hoc tantum dixit, Scio quia potestis vis facies: verum enim scias iudicij tui est, non presumptionis mea.

Cur Martha non seruuauit corpus fratris in sepulchro.

Dices: Cur Martha non seruuauit corpus Lazari in sepulchro, & balsamo condidit, vique ad aduentum Christi, vt sic facilius Christum permoueret ad eum suscitandum? Resp. Quia iudæis mos erat postero die defunctos sepelire. Secundo, quia nesciebat an Christus eum esset suscitaturus, nec ne. Tertio, quia quadriduus mortuum domi detinere in sepulchro, fuisset res insolens, fetida, & calumnijs obnoxia: Quarto, quia credebatur Christum etiam sepulchro posse suscitare, vt ipsa hic dicit. Denique Christus hanc mentem ei iniecerat, vt naturæ cursum se-

quens fratrem mortuum sepelliret, hoc sine vt ipse iam sepultum suscitaret, itaque maius foret eius miraculum & beneficium. Hic enim est mos Dei.

Hinc moraliter discit, Deum sæpè permittere nos in tribulationes incidere, easque sinere vt crescant ad summum, ac tum vi magna succurrere, vt suam omnipotentiam, summamque clementiam & prouidentiam ostendat. Quare tunc fideli non est desperandum, sed augenda spes & ratio, ac maxime sperandum. Cum enim omne humanum deficit auxilium, tunc propè est & accurrit diuinum, aiebat Philo legat. ad Caicum Imper. Sic Deus succurrit Abraham in arcisposito, Genes. 20. & Ioseph in carcere obliuioni tradito, Gen. 41. 12. Item Hebræis à Pharaone oppressis, Exodi 1. & seq. ac præsertim cum eosdem hinc mari, inde montibus, aliunde exercitu Pharaonis vndique cinctos, diuiso mari rubro saluos per illud tradidit, ac Pharaonem insequentem reducto mari, cum toto exercitu lumerit, Exodi 14. Sic tempore Iudicium permisit eosdem opprimi nunc à Madianitis, nunc à Moabitibus, nunc ab Ammonitis, nunc à Philistinibus vt eos induceret ad feruenter orandum, & clamandum ad se; quo facto illico mittebat eis Gedeonem, Aod, Samsonem, aliosque iudices, qui eos liberarent. Sic Iudæos neci destinatos ab Holoserne liberauit per Iudith, & ab Aman per Mardochæum, & ab Antiocho per Machabæos. Sic Dauidem in spelunca à Saule circumdatum liberauit, misso ad Saulèm nuncio, Philistæos Iudæam populari, 2. Reg. 23. 26. & 27.

Simili modo in bellis sæpè desperatio est causa spei, imò victoriæ: milites enim de vita desperantes, pro ea pugnant acerrimè, ne moriantur inultis; quare sunt formidabiles, & sæpè hostes victores vincunt. Vnde illud militare axioma Hostem ne cogas ad desperationem. Hosti fugienti aureum sternit pontem. Cum desperato manus ne conferas.

Dei ergo proprium est, vti defectum naturæ supplere, sic & derelictis desperatisque succurrere, iuxta illud: Tibi derelictus est pauper, orphano tu es adiutor. Et illud: Deus ex machina: Deus ex improbitis apparens.

VERS. 23.

DICIT ILLI IESVS RESVRGET FRATER TVVS.] Mœstam Martham de morte fratris solatur Iesus spe resurrectionis, sed ambiguae, vt sensum illam euahet ad tanti miraculi, quo cum mox suscitaret destinabat, fidem & spem, qua se disponat, & quasi mereatur illud. Ita Leontius.

VERS. 24.

DICIT EI MARTHA: SCIO QVIA RESVRGET IN RESVRRECTIONE (Syrus, in consolatione) IN NOVISSIMO DIE.] Christus dixerat Lazarum resurrecturum, sed ambiguae, non exprimendo an nunc, an in die iudicij. Martha ergo vt huius ambigui resolutionem ex ore Christi eliciat, subdit: Scio eum resurrecturum in die iudicij: verum hoc non erit ei peculiare beneficium, sed commune omnium hominum: sin ante illud resurrecturus sit, & nunc à te suscitandus, clarè velim edicas: erit enim hoc singulare illi nobisque omnibus priuilegium. Discit hic, Iudæos & præsertim Pharisæos, credidisse immortalitatem animæ, indeque resurrectionem corporum, idque patet 2. Machab. 12. 46. Iob 19. 25. Actor. 23. 8. Martha enim hic loquitur ex Iudæorum sensu, licet Theo-

Dei mos est desperatio rebus operis ferre.

Theo.

Theophyl. autemet ipsam didicisse resurrectionem à Christo.

VERS. 25. DICIT EI IESVS: EGO SVM RESURRECTIO ET VITA] Syrus, ego sum consolatio & vita. Syri enim resurrectionem vocant consolationem, quia illa hominibus in huius vitæ omnimoda desolatione, summa est consolatio tum animæ, tum sensuum & membrorum omnium, ac totius hominis.

EGO SVM RESURRECTIO, ET VITA] non formalis sed causalis, q. d. Ego sum qui resuscito, ego qui vitam præbeo (sic 1. Cor. I. dicitur: Qui factus est nobis iustitia, & sanctificatio, & redemptio, hoc est, iustificator, sanctificator, redemptor) per me & mortui resurgunt, & viuentes viuunt itaque possum ego iam statim ante resurrectionem communem, fratrem tuum à morte rediuuum suscitare. Vnde S. August. Dicit, inquit, Resurget frater meus in nouissimo die: verum dicit, sed per quem tunc resurget, potest & modo, quia ego sum resurrectio & vita: hoc est, ego sum causa resurrectionis & vitæ, ita ut omnes per me resurgant, ac nemo nisi per me resurgere valeat. Causa sum inquam, quadruplex, scilicet meritoria, efficiens, exemplaris & finalis. Ego enim merui mea morte omnium resurrectionem, eandemque physicè efficiam in die iudicij, ac eiusdem exemplar dedi in mea resurrectione, quæ est finis resurrectionis omnium. Resurgent enim fideles omnes hoc fine, ut mihi resurgenti in gloria conformentur, meque glorificent in æternum.

Porro Christus tacite responder illi dicto Marthæ: Quæcumque poposeris à Deo dabit tibi Deus, quæ verba innuunt imperfectam Marthæ fidem, ait Theophyl. quare eam perficit Christus: Illa enim dicebat: Quæcumque petieris, &c. Christus autem ostendit se esse, à quo oporteat petere, ait Chrysost. Dicit ergo: Ego sum resurrectio, q. d. Mihi non est opus poscere à Deo resurrectionem fratris tui, quia ergo ipse per me eandem præstare possum: sum enim resurrectio & vita, nimirum resurrectio mortuorum, & vita viuentium, quia mortuos à morte suscito, & viuentibus vitam tribuo. Vitam intelligit, qua resurgentes viuunt, & aliquid amplius. Ita Chrysost. Theophyl. Euthym. & alij. Vnde aliqui sic exponunt: Ego sum resurrectio & vita, id est, ego sum resurrectio ad vitam, ut sit hinc diadys. Hinc vitam hanc explicans subdit:

QVI CREDIT IN ME, ETIAMSÍ MORTVVS FVERIT, VIVET] Christus Marthæ petenti Lazaro restitui vitam corporis, amplius respondet & tribuit, nimirum vitam quoque animæ, ut scilicet anima eius viuat hinc nouam vitam per maiorem gratiam, & in futuro per gloriam. Viuet anima, ait S. August. donec resurgat caro, numquam postea moritura. Sensus ergo est, q. d. Non tantum frater tuus me suscitante resurget, sed & quilibet fidelis, qui credit in me fide viua & per charitatem formata, etiamsi mortuus fuerit, viuet; tum quia anima eius semper viuet per vitam charitatis & gratiæ, ac gloriæ in cælo: tum quia corpus eius à morte per me suscitabitur ad vitam beatam & æternam in die iudicij, quod propriè hinc spectat Christus. Quare licet illud moriatur, tamen erit hoc ad tempus modicum dumtaxat, ita vt mors illa non tam mors, quam somnus & dormitio esse videatur: nam ex ea euigilabit &

A resurget in die iudicij. Vnde S. Cyprianus lib. de Mortal. hunc locum citans & explicans: Si in Christum credimus, inquit, fidem verbis & promissis eius habeamus, & non morituri in æternum, ad Christum, cum quo & victuri & regnaturi semper sumus; læta securitate veniamus. Quod interim morimur, ad immortalitatem morte transgredimur: nec potest vitæ æterna succedere, nisi hinc conuergeret exire non est exitus iste, sed transitus, & temporalis in æternum deorsu, ad æterna transgressus.

ET OMNIS QVI VIVIT, ET CREDIT IN ME, NON MORIETVR IN ÆTERNVM] Probat Christus se esse resurrectionem & vitam, id est causam resurrectionis & vitæ omnibus fidelibus & sanctis, resurrectionem quidem, dicens: Qui credit in me etiamsi mortuus fuerit, viuet; quia scilicet à morte per me suscitabitur ad vitam beatam: vitam verò, dicens: Et omnis qui vivit, & credit in me, non morietur in æternum. q. d. Ego sicut fideles mortuos ad vitam beatam suscitabo, sic & viuentes adhuc, qui in me credunt, in vitam æternam conseruabo, faciamque ut non moriantur in æternum; quia licet ad modicum tempus ex debito naturæ moriantur, tamen paulò post à morte eos suscitabo ad vitam æternam, ita ut non tam mortui fuisse, quam dormijisse videantur. Quare ego omnium tam mortuorum, quam viuentium fidelium sum resurrectio & vita, quia per resurrectionem omnibus tribuam vitam perpetuam. ita S. Chrysost. Cyrill. Theophyl. Leon. Euthym. Infideles enim & impij, licet resurrecturi quoque sint ad vitam; tamen quia resurgunt ad tormenta gehennæ, hinc vita eorum potius mors dicenda est, quam vita.

Rursum nonnulli magis amplè sic exponunt: q. d. Omnis qui vivit vita naturali, & credit in me, itaque per fidem charitate formatam vivit vita gratiæ supernaturali, hic non morietur in æternum: quia anima eius non morietur per peccatum mortale, sed permanebit in vita gratiæ: intellige, nisi ipse vltro eam peccando prodigat & abiciat: quoad corpus verò, licet moriatur ad breue tempus, tamen non manebit in morte, sed suscitabitur ad vitam æternam: iuxta illud cap. 3. 15. Vt omnis qui credit in me, non pereat, sed habeat vitam æternam. Hic sensus vnde quæque plenus est: Christus tamen magis hinc spectat resurrectione corporis, quam vitam animæ. Agit enim de suscitando Lazaro.

CREDIS HOC?] Fidem resurrectionis Christus exigit, non à Lazaro, utpote mortuo, sed à sorore eius Marthæ, ut per hanc ipsa impetret fratris suscitationem, simul vt & ipsa excitetur ad maiore resurrectionis fidem, & spem, itaque maior studio & sanctitate ad eandem se comparet. Sic à patre poscente filium liberari à dæmone, exegit Christus fidem, vt crederet se posse hoc facere, Marci 9. 29. & à portitoribus paralytici similem exegit fidem, Matth. 9. 3.

AIT ILLI: VTIQVE DOMINE EGO CREDIT, QVIA (quod) TV ES CHRISTVS (Messias) Iudæis promissus) FILIVS DEI VIVI, QVI IN HVNC MUNDVM VENISTI] Arabicus & Græcus, ἐρχόμενος, id est veniens (quod erat nomen Messias;) Syrus, venturus es, vt mundum redimas & salues.

FILIVS] Græcè ὁ υἱός, id est ille Filius, scilicet verus, naturalis & vnicus Dei. Marthæ fidem imperfectam pertecit Christus, dicens: Ego, sum

sum resurrectio & vita. Vnde ipsa interiùs illuminata à Christo, in actum fidei perfectum erupit, dixitque: Credo te esse Messiam verum Dei Filium, ideoque Deum, ac omnis resurrectionis & vitæ causam primam. Credo te vt Deum, posse Lazarum & quoscumque defunctos velis, illico suscitare & viuificare. Ita S. August. Cyrill. Leontius, Maldon. Ribera, & S. Hilari. lib. 6. de Trinit.

At verò S. Chrysostomus, Euthymius & Toletus censent Martham non intellexisse verba Christi dicentis: Ego sum resurrectio & vita, &c. ideoque in genere & in consulo dixisse: Credo te esse Christum filium Dei viui, non distinguendo, an filius Dei naturalis esset, an adoptiuus, sed eximius & singularis præ ceteris Sanctis & Prophetis.

VERS. 28. ET CVM HÆC DIXISSET, ABIIT, ET VOCAVIT SOROREM SVAM SILENTIO, DICENS: MAGISTER (Arabicus & Syrus addit, nosster) ADEST, ET VOCAT TE] Hinc patet Iesum iustitiam vocari Mariam, licet Euangelista id ante non narrarit breuitatis studio, contentus idipsum hic per Marthæ iustum Christi exequentis verba innuare. Ita S. August. Cyrill. Leon. Toletus, Maldon. & alij.

SILENTIO] quia Maria circumdata erat Iudæis eam consolantibus. Secretò ergo eam vocat Marthæ, ne Iudæorum tumultum exciter, si dicat palam Iesum adesse, & vocare Mariam. Paulò aliter Theophyl. Christi præsentiam, inquit, vocationem reputauit. Præsentia enim Christi vltro vocabat Mariam, sicut amor vocat amantem ad amatum.

VERS. 29. ILLA VT AUDIUIT, SVRGIT CITÒ, ET VENIT AD EVM: NONDVM ENIM VENERAT IESVS IN CASTELLVM (Syrus, in pagum, in Bethaniam) SED ERAT ADHVC IN ILLO LOCO, VBI OCCVRRERAT EI MARTHA] quia Iesus volebat adire sepulchrum Lazari, quod more Iudæorum erat extra pagum, vel oppidum: hinc noluit Bethaniam ingredi, ne mox rursus egredi deberet ad sepulchrum. Mansit ergo extra eam, vt vicinior, esset sepulchro, ibique expectauit Mariam, quæ euocata, audito nomine Iesu, adens eius amore & desiderio, illico aduolauit, perinde vt filij accurrunt audientes matrem peregrè redijisse. Ita S. Chrysost. Nec dignitas, inquit, nec luctus, nec ascendentem eam sunt remorati, &c. Feruentior erat sorore non enim est turbam verecundata, nec Iudæorum de Christo opinionem timuit, sed omnia humana contempnit præse magistro.

VERS. 30. IVDÆI ERGO QVI ERANT CVM EA IN DOMO ET CONSOLABANTVR EAM, CVM VIDISSENT MARIAM, QVIA CITÒ SVRREXIT ET EXIIT, SECVTI SVNT EAM DICENTES: QVIA VADIT AD MONVMENTVM, VT PLORET IBI] Marthæ secretò in aurem dixerat Mariæ Iesum adesse, illa ergo sola hoc audiuit, non Iudæi, qui proinde subitum eius velocemque abitum videntes, putarunt eam ire ad monumentum fratris, planctus & ploratus causa, ideoque secuti sunt eam. Dei prouidentia id factum est, vt Iudæi plurimi sequentes Mariam, viderent Iesum suscitatum Lazarum, itaque huius suscitationis forent testes irrefragabiles, atque in eum crederent, & alij alios ad credendum inducerent. Ita S. August.

VERS. 31. IVDÆI ERGO QVI ERANT CVM EA IN DOMO ET CONSOLABANTVR EAM, CVM VIDISSENT MARIAM, QVIA CITÒ SVRREXIT ET EXIIT, SECVTI SVNT EAM DICENTES: QVIA VADIT AD MONVMENTVM, VT PLORET IBI] Marthæ secretò in aurem dixerat Mariæ Iesum adesse, illa ergo sola hoc audiuit, non Iudæi, qui proinde subitum eius velocemque abitum videntes, putarunt eam ire ad monumentum fratris, planctus & ploratus causa, ideoque secuti sunt eam. Dei prouidentia id factum est, vt Iudæi plurimi sequentes Mariam, viderent Iesum suscitatum Lazarum, itaque huius suscitationis forent testes irrefragabiles, atque in eum crederent, & alij alios ad credendum inducerent. Ita S. August.

Magdalena accurrat ad Christum.

MARIA ERGO, CVM VENISSET VBI ERAT IESVS, VIDENS EVM CECIDIT AD PEDES EIVS, ET DICIT EI: DOMINE, SI FVISSES HIC, NON ESSET MORTVVS FRATER MEVS] Cecidit ad pedes reuerentiæ & gratitudinis causa, utpote quos nuper lacrymis rigans, & capillis tergens, audierat: Remittuntur tibi peccata tua, vade in pace, Lucæ 7. Idem autem dicit quod soror eius Marthæ, quia idem ei erat doloris sensus, eadem fides, indeque eadem verba quæ Marthæ; non tamen dicit omnia quæ Marthæ, lacrymis nimirum impedita, ait Beda.

SI FVISSES HIC] Quia vt ait Interlineate præfente, nulla infirmitas ausa fuit apparere, apud quas vita nouerat hospitari.

IESVS ERGO, VT VIDIT EAM PLORANTEM, ET IVDÆOS QVI VENERANT CVM EA, PLORANTES, INFREMUIT SPIRITV, ET TVRBAVIT SE IPSVM] Quæres: qualis hic fuit Christi fremitus & turbatio? Primò, Eulebius Emislessus, vel potius Galilus (quo nomine iam impressus est in Biblioth. Patrum vltimò Parisijs & Colonia edita) homil. in hæc verba, Infremuit, inquit, id est ingemuit, vt doceret nos super peccantes gemere: sed gemitus est miserentis, fremitus verò indignantis. Nonnis verit, paterno agitato vel commoto spiritu. Sed hoc nimis generale est, nec quis vel qualis fuerit hic motus, explicat.

Secundò, Theophyl. per spiritum accipit diuinitatem, q. d. Iesus spiritu, id est diuinitate sua, potenter quasi fremendo repressit lacrymas & commiserationis affectum, qui in ipso ob ploratum Mariæ & Iudæorum exoriebatur, ne vltcriùs protumpens in lacrymas, & in ploratum cum alijs se effundens, vocem debilem & lacrymabilem emitteret, qualis virtum tam grauem & sanctum dedecbat.

Huc accedit S. Chrysost. hom. 62. & Euthymius, Cyrill. & Leontius, qui per fremitum accipiunt affectum animositatis, indignationis & ire, quo Christus sibi quasi vim inferens; commiserationis affectu, & lacrymas in se exorientes, vultu sereno toruoque cohibuit & repressit. q. d. Christus infremuit spiritu, id est comminatus est spiritui, cohibuit spiritum, & naturam suam humanam, ne in fletum prodiret. Verum obstat Primò, quod necdum planè exortus erat hic commiserationis affectus, cum Christus fremeret, sed paulò post, cum turbauit seipsum. Secundò quod in Christo hæc passionis & affectus non erant inuoluntarij & violenti, sed voluntarij & liberè assumpti, vt mox dicam. Tertio, quia post fremitum turbauit seipsum. Ergo fremitum non repressit, sed potius turbandò auxit.

Dico ergo, Christum hinc elicuisse affectum actumque fremitus, id est indignationis, in spiritu, id est in mente, & intimis animi sensibus, quem signo & fremitu, id est voce indignante, exteriùs ostendit, vt significaret dolorem, quem conceperat ex morte Lazari, ac ploratu Mariæ & Iudæorum, de quo mox plura: vtque hoc fremitu quasi se pararet & animaret ad arduum eum morte duellum, vt innueret quam difficilis foret Lazari quatruiduani à morte suscitatio, præsertim resistente diabolo, ob gloriam, quam inde Christo obuenturam præuidebat. Vnde S. Aug. In voce fremitus, ait, apparet spes resurgens, imò præuidebat Iesus, se ob suscitationem Lazari ab

VERS. 32

VERS. 33

Fremitus Christi quid Resp. Primò.

Secundò.

Tertio.

inuidis Pharisæis crucifigendum: hoc tamē non obstante se vicit, & Lazarum suscitare voluit: qui fuit actus heroicæ fortitudinis, quem hoc fremitu patefecit. Sic milites instante prælio fremunt, & iras excitant, ac uincunt ad instantem pugnam arduam & periculosa: ira enim est eos virtutis & fortitudinis. Hinc leones cum tauris & elephantis dimicaturi iras acuant, rugiuntque, ut animos viresque exultent, ac hostem rugitu percellant. Hinc & ingrueute tentatione dæmonis, carnis, vel mundi, ira in eos acuenda est, ut illam superent: ira enim vincitur concupiscentia, æque ac operis ardui difficultas.

Porro fremitus, id est indignatio, hæc Primò, erat in mortē & diabolum, cuius inuidiā mors intrauerat in orbem terrarum, quæ tanti luctus & ploratus huius fuerat causa. Ita Cyrillus, August. Beda, L. yran. Iansen. & Ribera.

Secundò, & magis particulatim, ac propriè ad rem præsentem, fremebat, id est indignabatur Iesus contra Iudaicam perfidiam Pharisæorum & Scribarum illorum, propter quam Lazarum mori decreuerat Deus, ut eum Iesus resuscitaret, quia scilicet ex eius morte tot lacrymæ & ploratus Marthæ, Mariæ & amicorum omnium processerant. Ita Toletus. Ira, ait S. Basil. hom. de Ira, est rationi adintra contra peccatum, seu miles apud duces. Neruus est anima indignatio, fortitudinem, constantiamque, ac robur ad res bene & ordine gerendas præbens: quæ animi voluntate lasciuientem, velut ferro quodam cohibet. Sicut canis pastoris, sic rationi ira obediens, vitia quasi lupos allatrat & fugat, iuxta illud psal. 4. *Irascimini, & nolite peccare.* Sic Christus assumens iram, vendentes è templo flagello eiecit, Ioan. 2. sic Moses occidens 22. millia, idolatriam vituli cohibuit Exodi 32. Sic Elias tres quinquagenarios ad se capiendum à rege missos, igne cælesti consumpsit, 4. Reg. 1. Iascerdum ergo est peccato, concupiscentiæ, tentationi. Audi S. Gregor. Nazianz. qui sic carmen de Ira orditur:

Irascor ira, dæmoni intus condito.

Ira enim est quasi dæmon internus, cui proinde irascendum est. Hæc enim est iusta ira, quæ est quasi miles quidam, rationis satellites cupiditatis vindex, ait Nicetas in orat. 43. Nazianz. De S. Malachia Episc. Hiberniæ sic scribit S. Bern. in eius Vita: *Ira eius in manu eius. Vocata veniebat, extens non erubebat: nutu non impetu ferebatur. Non urebatur illa, sed utebatur.* Et paulò ante: *In sua tribulatione patientis, in aliena compatiens erat, plerumque & impatiens.* Siquidem repletus zelo, pro alijs in alios mouebatur, ut eripiens inopes, & reprimens fortes, consulere omnibus in salutem. Et inferius: *Sine turbatione versabatur in turbis: sine otio tempus, quod otio dederat, transgebat, &c.* Hoc est quod ait Christus Iaiæ 63.5. *Saluaui mibi brachium meum, & indignatio mea ipsa auxiliata est mihi. Et conculcaui populos in furore meo, & inebriant eos in indignatione mea, & detraxi in terram virtutem eorum.*

Rationes an fuerint in Christo, & quomodo?

ET TURBAUIT SEIPSUM] Hoc est, elicuit in se liberè & sponte affectum magnum tum indignationis iam dictæ, tum commiserationis & lacrymarum, ob ploratum communem Marthæ, Mariæ & ceterorum: illis enim non condolere, nec compati inhumanum fuisset: igitur ergo se Iesus turbauit.

Nota. Hæc passiones indignationis, tristitiæ,

commiserationis, fletus ita fuerunt in Christo, ut rationem & voluntatem eius non præuenirent: igitur inuitis exorirentur, ut orientur in nobis, sed potius rationem sequerentur, & ab ea imperarentur & excitarentur. Vnde eas semper dirigebat & moderabatur recta ratio. Hinc ait: *Turbauit seipsum, non autem, turbatus est.* Quare hæc passiones in Christo non tam fuere passiones, quam passiones liberè assumptæ, ut ex Damasceno docent Theolog. Poterat enim Christus eas pro arbitrio suo excitare, sopire, moderari, regere, flectere, multò magis quam auriga regit suos equos & currum. Vide dicta Math. 26. v. 27. vnde ait S. Aug. *Qui enim posset nisi ipse turbare? turbatus est, quia voluit, & seipsum in illius potestate erat sic & sic affici.* Causam dat Theophyl. *Ostendit, ait, se verum esse hominem, & non apparentem, & nos docet compati.*

Turbauit ergo seipsum induens affectum doloris, iræ & compassionis, eumque ostendens mutato vultu & voce præ dolore. Igitur propria causa huius fremitus & turbationis Christi fuit mors Lazari, indeque ploratus Mariæ & Iudæorum, ut patet ex ipsis verbis. Ait enim: *Iesus ergo ut vidit eam plorantem, & Iudæos, qui venerant cum ea, plorantes, in fremuit spiritu, & turbauit seipsum.* Iesus enim videns tantas afflictiones Marthæ & Mariæ suarum discipularum, ac communè omnium ploratum ob mortem Lazari; excitauit in se fremitum, hoc est actum indignationis, quo indignabatur familiam hanc adeò sibi hospitalem, amicam & deuotam in tantam afflictionem & luctum incidisse; quæ merebatur omnem consolationem & omne gaudium. Quare consequenter indignabatur totum genus humanum, tam nobile, integrum, sanum & immortale à Deo conditum, in has morborum & mortis ærumnas, indeque in tot ploratus & gemitus incidisse, (hoc enim videbatur indignum) indeque indignabatur peccato, æque ac diabolo, qui tantæ indignitatis, ac horum omnium malorum fuit origo & causa, atque indignatione hac planè obfirmavit animum, mala hæc inprimis à Martha & Maria, suscitando statim Lazarum, ac deinde à toto genere humano, per suam crucem & mortem iam instantem, depellere. Misera ergo Lazari & hominum excitauit commiserationem Christi, commiseratio excitauit indignationem in tantas ærumnas, indignatio auxit commiserationem, simulque cum ea excitauit zelum, & propositum ærumnas illas depellendi, etiam cum iactura vitæ, suæ per mortem in cruce, quæ res tanta illi emenda erat, iuxta illud Iaiæ 63.4. *Dies ultionis in corde meo, &c. indignatio ipsa auxiliata est mihi.*

Christus quomodo turbauit seipsum?

Oratio lacrymis condenda.

VERS. 34.

ET DIXIT: VBI POSVISTIS EVM? DICVNT EI: DOMINE, VENI, ET VIDE] Sciebat Christus locum sepulturæ Lazari: nam ut arguit S. August. *Sciisti quia mortuus sit, & ubi sit sepultus, ignoras?* Interrogat tamen, quia humano more cum hominibus agebat, & interrogando parabat se, viamque sternebat ad Lazari suscitationem, ac simul Mariam, Martham, & Iudæos excitabat ad tanti miraculi attentionem, ut attentè considerarent omnia dicta & facta Christi, qui cum erat suscitaturus.

Symbolicè, S. Gregor. lib. 4. epist. 42. Christus, ait, hanc peccatum mulieribus memorans, dicitur Ergo

Ego virum in paradiso posui, quem vos posuistis in sepulchro.

VENI, ET VIDE] Auidè inuitant Iesum, ut veniat & videat, sperantes eum, qui mortuos exteros suscitabat, etiam Lazarum domesticum, adeò sibi dilectum, suscitaturum. Vnde mysticè Interlin. *Vide, inquit, id est miserere: nam, ut ait S. August. videt Dominus quando miseretur, iuxta illud: vide humilitatem meam, & dimitte omnia peccata mea.* Aliter S. Chrysost. & ex eo Theophyl. Ita videbatur iturus, ait, ut lacrymaturus, non vt resuscitaturus.

VERS. 35.

ET LACRYMATVS EST IESVS] viso Lazari sepulchro (licet Chrysoft. lacrymatum putet cum infremuit, & turbauit seipsum, quod pariter est probabile) vt significaret dolorem conceptum ex eius morte, & suum in eum amorem.

Secundò, vt cum fororibus & Iudæis lacrymantibus, collacrymaretur, idemque nos facere doceret. Ita S. August. Audi S. Ambros. lib. 4. in Lucam in fine Proemij: *Christus omnibus omnia factus est, pauper pauperibus, diues diuitibus, fletus fletibus, esuriens esuriens, sitiens sitientibus, proflus abundantiis. In carere cum paupere est, cum Maria flet, cum Apostolis epulatur, cum Samaritana sicut.*

Tertiò, vt lacrymas orationi addens, eam faceret vehementiorem & efficaciorē: lacrymæ enim vehementis doloris & afflictionis, æquè ac affectus & desiderij sunt signum: quare orationes lacrymis conditas, & quasi armatas Deus exaudire solet. Sic Christus in cruce preces supplicationis, cum clamore valido & lacrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia, Hebr. 5.7. Sic Tobias e. 12.12. audiuit à S. Raphaële: *Quando orabas cum lacrymis, & sepeliebas mortuos, &c. ego obtulit orationem tuam Domino.* Sic Iacob luctans cum angelo, obtinuit benedictionem, Gen. 32.36. Quare? quia *fletu & rogauit eum, Olee 12.4. Lacrymæ penitentium, ait S. Bernard. vinum sunt angelorum.* Mentis enim compunctio in oratione est, quæ mouet, & quasi cogit Deum ad miserendum, iuxta illud: *Cor contritum & humiliatum Deus non despicies, psal. 50.19.* sicut lacrymæ infantis mouent matrem, & ab ea impetrant quod ille petit: Deus enim exhibet viscera matris.

Christus ter lacrymans.

Alij alias lacrymarum Christi dant causas. Primò, Cyrillus ait Christum fleuisse humani generis miseria per peccatum inuectas. Secundò, Andr. Cretensis ait eum fleuisse Iudæorum incredulitatem, quodque viso suscitationis Lazari miraculo, non essent tamen in Christum credituri. Tertiò, Isidor. Pelus. in Catena, & Rupert. censent Christum fleuisse, eò quod Lazarum ex limbo, hoc est ex portu & statu quietis, reuocaturus esset ad procellas, pericula & ærumnas huius vitæ.

Porro Christus ter legitur lacrymans, Primò, hinc in morte Lazari; Secundò, in cruce, Hebr. 5.7. Tertiò, videns Ierusalem, eiusque excidium, Lucæ 19.41. Porro S. Bernard. ferm. 3. in die Natiu. *Lacrymæ Christi, inquit, mihi & pudorem parium & dolorem, &c. Adhucne Iudam, & deludam lacrymas eius? Et mox: Compatitur Filius Dei, & plorat homo paritur, & ridebit?* Et S. August. hic tract. 49. *Fleuit, ait, Christus, flet se homo: quare enim fleuit Christus, nisi quia flere hominem docuit? Quare fremuit, & turbauit semetipsum, nisi quia fides hominis sibi meruisset.* Cornel. in Ioannem.

A *displacuit, fremere quodammodo debet in accusatione malorum operum, ut violentia penitendi cadat consuetudo peccandi?*

QVIDAM AVTEM EX IPSIS DIXERVNT: NON POTERAT HIC, QVI APERVIT OCULOS CÆCIS NATI, FACERE VT HIC NON MORERETVR?] Vtique id facere poterat, sed noluit, quia longè amplius facere decreuerat, scilicet mortuum, & quatruiduanum, suscitare: quod Iudæi putabant impossibile, ideoque mirantur Christum non impediuisse Lazari mortem. *Qui noluit facere, ut non moreretur, ait S. August. plus est quod factum est, vt mortuus suscitetur.*

IESVS ERGOTVRVSUS FREMENS IN SEMETIPSO, VENIT AD MONVMENTVM] De hoc fremitu dixi v. 33. Nota. Christus hic ter valde commotus, & lacrymans fuit. Primò, v. 33. cum vidit Mariam & Iudæos plorantes. Secundò, v. 34. cum vidit sepulchrum Lazari. Tertiò, hic cum ad illud peruenit, vt ostenderet quàm miseranda esset mors Lazari mortui, & typicè fors peccatorum per peccata spiritaliter mortuorum, ac in gehennæ tormentis perpetim moriturorum. Hæc enim ipsi in agonia mortis sanguineas elicuit lacrymas, Lucæ 22.44.

ERAT AVTEM SPELVNCA, ET LAPIS SUPERPOSITVS ERAT EI] Iudæi enim nobiliores in sepulchris, siue cryptis, sepeliebantur, vt patet in sepulchro Abraham, Gen. 23.9. Isaac, & Iacob. Gen. 49.31. Ioseph ab Arimathia, Marth. 27.60. Mysticè, S. August. Lapis hic, inquit, notat legem Mosaicam, quæ in tabulis lapideis scripta, omnia concludebat sub peccato.

Tropologicè idem August. ferm. 44. de Verbis Domini secundum Ioannem: *Moles illa, inquit, imposita sepulchro, ipsa est vis dure consuetudinis, quæ premitur anima, nec resurgere, nec respirare permittitur.*

AIT IESVS: TOLLITE LAPIDEM] Iussit hoc Christus Primò, vt Iudæi sublato lapide viderent corpus Lazari, itaque ipsum non tantum mortuum cernerent, sed & putidum olfacerent, itaque suscitationem eius plaris facerent. Ita S. Chrysost. Theophyl. Euthym. hic, & S. Ambros. lib. de Fide resurr. Secundò, vt coram corpore Lazari orationem faceret, illudque mortuum Deo miseretur: ac ab eo resuscitari flagitaret.

Tropologicè, S. Bernard. ferm. 4. de Assumpt. *Tollatur lapis, inquit, sed maneat penitentia, non iam premitur & operans, sed viuenda & robustam mentem roborans, atque confirmans: mirum cuius cibis sit (quem antea nesciebat) Domini facere voluntatem. Sic & disciplina non iam constringit liberum, secundum illud: Iustus non est lex posita: sed voluntarium regit, & dirigit in viam pacis.*

DICIT EI MARTHA, SOROR EIVS QVI FVERAT MORTVVS: DOMINE IAM FORTET, QVATRIVDVANVS (à quatuor diebus sepultus) EST ENIM] Origen. Cyrill. & Rupert. censent Martham id suggerere, ne Christus deformitate & foetore cadaueris Lazari offenderetur. Chrysost. verò Theophyl. Euthym. Leont. & Maldon. quia distidebat Lazarum quatruiduanum à Christo suscitari posse, ne id tentaret Christus: quod ipsa nullo modo fieri posse putabat, idque innuit reprehensio eius mox facta à Christo: *Nonne dixi tibi quoniam si crederis, videbis gloriam Dei?*

DICIT EI MARTHA, SOROR EIVS QVI FVERAT MORTVVS: DOMINE IAM FORTET, QVATRIVDVANVS (à quatuor diebus sepultus) EST ENIM] Origen. Cyrill. & Rupert. censent Martham id suggerere, ne Christus deformitate & foetore cadaueris Lazari offenderetur. Chrysost. verò Theophyl. Euthym. Leont. & Maldon. quia distidebat Lazarum quatruiduanum à Christo suscitari posse, ne id tentaret Christus: quod ipsa nullo modo fieri posse putabat, idque innuit reprehensio eius mox facta à Christo: *Nonne dixi tibi quoniam si crederis, videbis gloriam Dei?*

N n

Mysti-

Mysticè S. August. ferm. 44. de Verbis Domini secundum Ioannem, Quatriduanus Lazarus, ait, significat peccatorem in peccati consuetudine sepulchrum, & quasi desperatum; ut dicitur, quatriduanus est, iam putet. Venit ergo Dominus, cui usque factitia erant omnia, & diffusi aciem quamdam ostendit. Ibi infremuit spiritu, ostendit multo clamore oburgationis opus esse, ad eos qui consuetudine duruerunt. Tamen ad vocem clamantis Domini rupta sunt vincula necessitatis. Tremuit inferni dominatio, redditus est Lazarus vivus. Liberat enim & de malâ consuetudine Dominus quatriduanos mortuos: nam ipse quatriduanus Christo volenti resuscitare dormiebat.

VERS. 40.

DIXIT EI IESVS: NONNE DIXI TIBI, QUONIAM (QUOD) SI CREDIDERIS, VIDEBIS GLORIAM DEI? Putâ miraculosam resuscitationem Lazari, per quam glorificetur Deus auctor tanti miraculi. Ita Euthym. Maldonat. & alij. Hæc enim resuscitatio magnam gloriam attulit Christo & Deo. Tacite hæc Christus coram Iudæis incredulis infinuat te esse Deum: ipse enim suscitatorus erat Lazarum suo imperio, suaque virtute; quod opus est solius Dei.

Videbis gloriam Dei; ergo idem est quod videbis gloriam meam, qui sum Deus, Dei que Filius. Ita Leont. & Euthym.

Sed ubi id Martha dixit Christus? Resp. Christum id non verbo tenus, sed quoad rem & sensum dixisse nuncijs à Martha missis v. 4. cum ait: Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei, ut glorificetur Filius Dei per eam. Ita S. Chrylost. Theophyl. & Rupert. Rursus & clarius ipsi Martha v. 2. 3. Resurget frater tuus. Et v. 2. 5. Ego sum resurrexio & vita, qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet, &c. Credis hoc?

SI CREDIDERIS] Excitat Christus nutantem Martha fidem & spem: licet enim ipsa antè Christo occurrens dixerit v. 27. Ego credidi quia tu es Filius Dei vivi. Et v. 22. Scio quia quodcumque poposceris à Deo, dabit tibi Deus; tamen cum ad rem ventum est, cum inquam, Christus Lazarum suscitaturus iussit aperiri sepulchrum, coepit Martha titubare, vnde dixit: Domine iam scetes quatriduanus est enim. Habuit ergo alternantes motus gratiæ & naturæ, fidei & diffidentia, spei & desperationis de resurrectione Lazari, quales in nobis experimur, cum conuersi ad Deum speramus omnia, licet difficilia, nos superaturos; conuersi verò ad nostram infirmitatem, cum iam rem arduam aggredi debemus, trepidamus, hæremus, & penè diffidimus illâ à nobis posse confici. Sic tirones ante prælium animos ingentes ostentant, at ubi prælium ingruit, primo hostium incursum terrentur & diffugiunt. Vnde illud. In pace leones, in prælio cerui. Veterani verò milites ante prælium trepidant ut cerui, in prælio verò consistunt, pugnantque ut leones. Hoc discrimine veteranum dignoscas à tirone.

VERS. 41.

TULERUNT ERGO LAPIDEM] quo sublato cadaver Lazari olidum & putidum apparuit, vt omnibus constaret eum verè esse mortuum, vtq; Christus ipsum vt talem Deo per preces sisteret, ac resuscitandum offerret.

IESVS AUTEM ELEVATIS SVRSVM OCVLIS (ad Deum Patrem, vt nos in oratione oculos, & magis mentem ad Deum in cælum eleuare doceret. Ita Damasc. in Carena, ibidem Andr. Cretenfis addit Christum, in cælum, quasi in patriam

suspexisse, vt inde in terram se venisse innueret) DIXIT: PATER GRATIAS AGO TIBI, QUONIAM AVDISTI ME] Hinc nonnulli opinantur Christum, cum spiritu infremuit v. 33. tacite in mente orasse Patrem, vt Lazarum suscitaret, ac ab eo responsum tulisse, Lazarum ab eo fore suscitandum, ideoque Christum hæc dicere: Pater gratias tibi ago, quoniam audisti me. Hoc est probabile.

Secundò, alij putant Christum antea non orasse, quare Patrem non exaudivisse eius orationem, sed desiderium, quo desiderabat Lazarum suscitare. Deus enim piorum vota præuenit, & desideria exaudit, iuxta illud: Desiderium anime eius tribuisti ei. Et: Desiderium pauperum exaudivit Dominus, psalm. 9. Et: Antequam clament ad me, ego exaudiam, Isaiæ 65. 24. Sic sensus erit q. d. Gratias tibi ago, o Pater; quia annuisti votis meis, & voluisti Lazari resurrectionem, quam me velle & desiderare videbas. Ita S. Chrylost. Euthym. Tilm. Iansen. & Ribera. Porro improbabile est quod addit Origen. cum Christus pararet se ad orandum pro suscitatione Lazari, Deum Patrem eum præuenisse, ac ante orationem, animam Lazari corpori restituisse. Nam non antè, sed post eam fuisse corpori restitutam, patet ex vers. 43. & 44.

Tertiò, planè & plenè q. d. Gratias tibi ago, o Pater, quia hæcenus me orantem semper exaudivisti, & assidue exaudis, ac præsertim nunc, cum tacite saltem & mentaliter, pro suscitatione Lazari te inuoco & obsecro. Affecturas enim me, quod mox eum suscitabo. Docet hæc Christus nos modum orandi, vt scilicet initio orationis gratias agamus Deo pro beneficijs acceptis. Hæc enim gratiarum actio Deum nobis conciliat, flestitque ad noua beneficia quæ poscimus, largiendum. Qui enim gratus est pro minoribus, maiora meretur accipere. Est hæc fiducialis filiorum oratio. Vnde lubiicit Christus:

VER. 42.

EGO AUTEM SCIEBAM QVIA (QUOD) SEMPER ME AVDIS, SED PROPTER POPVLVM, QUI CIRCVMSTAT, DIXI: VT CREDANT QVIA TV ME MISISTI] q. d. Quod vocaliter dixi ver. 41. Pater gratias ago tibi, quoniam audisti me, non dixi, propter me, quasi nouum mihi sit me à te audiri: ego enim scio, quod semper me vel sola mente orantem audis; sed propter populum astantem, vt is credat quod me miseris, ex eo quod videat me exaudiri à te, vt iam me exauditum videbit, cum ope tuâ supernaturali suscitabo Lazarum.

VERS. 43.

HÆC CVM DIXISSET, VOCE MAGNA CLAMAVIT: LAZARE VENI FORAS] Voce magna, Primò, vt ostenderet vocem hanc habere vim magni & potentis imperij quo à morte suscitabat Lazarum, quasi Deus imperans naturæ & morti. Vnde de Cyrill. Deo dignum, inquit, & regium imperium est: Lazare veni foras. Dixit enim hoc non obsecrando, sed iubendo & imperando. Magna vox ergo significat magnam vim & potentiam, quæ Lazarum à morte ad vitam reuocabat. Hoc enim opus erat difficillimum, ideoque summam & diuinam exigebat potentiam, æquè ac vocem. Rursus vox magna manabat à magna animi affectione & contentione, quam hæc habuit Christus, cuiusque erat indicium.

Secundò, vt significaret animam Lazari è loco

loco remoto, putâ è limbo patrum, & centro terræ, ad corpus in terra sepulchrum reuocari: remotis enim magnâ voce inclamamus, vt audiant: quamquam animabus separatis clamore non sit opus: hunc enim non magis audiunt, quam vocem submissam, cum sint nudi & incorporati spiritus.

Tertiam causam dat Theophyl. Altius clamauit, inquit, propter Gentilium errorem, fabulantium in tumulis esse animas defunctorum: quasi enim longè manentem in limbo vocat per clamorem.

Symbolica & anagogica causa fuit, vt hæc voce magna præsentaret vocem tubalem Archangeli in die iudicij, qua suscitabuntur omnes mortui. Vnde S. Chrylost. Cyrill. Theophyl. Euthym. asserunt Christum hæc reipâ monstrare voluisse quod dixerat c. 5. 25. Venit hora, & nunc est, quando mortui audiunt vocem Filij Dei, & qui audierint, vivent. Audi S. Ambros. lib. de Fide resurrectionis: Ostendit tibi Dominus quemadmodum resurgas. Non enim vnum Lazarum, sed fidem omnium suscitauit. Quod si credas cum legis, mens quoque tua, que mortua fuerat, in illo Lazaro reuiuiscit. Quid enim sibi vult, quod Dominus ad monumentum accessit, magnâ voce clamauit: Lazare exi foras, nisi vt futuræ resurrectionis specimen præstaret, exemplum ederet? cur voce clamauit, quasi spiritu non soleat operari, quasi tacitus non soleat imperare? sed vt illud ostenderet, quod scriptum est: Quoniam in momento oculi, in nouissima tuba surgent incorrupti.

Tropologicè magna vox Christi significat magnum impulsum gratiæ excitantis, quâ opus est vt peccator è consuetudine peccati, in qua sepultus iacet, ad gratiam & nouam vitam euocetur. Ita S. Aug. cuius verba recitauit v. 39. Hinc illud Pauli Ephes. 5. 14. Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus.

LAZARE] Vocat eum nomine proprio, Ne, vt ait S. Ambros. de Fide resurrect. alius resuscitatus pro alio videretur, aut fortuita magis resurrectio, quam imperata. Rursus mortuum quasi viuentem compellat, quia Deo etiam omnes mortui viuunt, ait S. Chrylost. Theophyl. Euthym.

VENI FORAS] Non quasi iam antè resurrexeris, & nunc tantum foras extra sepulchrum proditurus sis; vti hinc malè collegit Origen. Sed, veni foras, id est, resurge, redi ex atris & arcanis mortis & inferni atris; redi, o Lazari anima, ex intimis limbi patrum finibus in corpus hoc, indeque in vitam, auram, & lucem hanc omnibus viuentibus communem.

Tropologicè audi S. Gregorium hom. 26. Veni foras. Omnis quippe peccator, dum culpam suam intra conscientiam abscondit, inuisum later, in suis penetrabilibus occultatur sed mortuus venit foras, cum peccator nequitas suas sponte confiteatur. Lazaro ergo dicitur, Veni foras: ac si aperit cuiuslibet mortuo in culpa diceretur: Cur reatum tuum intra conscientiam tuam abscondis? foras iam per confessionem egredere, qui apud te interius per negationem later. Venias itaque foras mortuus, id est culpam confiteatur peccator. Venientem verò foras soluant discipuli, vt pastores Ecclesiæ ei penam debeant amovere, quam meruit, qui non erubuit confiteri quod fecit.

Paulò aliter S. Bernardus ferm. 4. de Assumpt. Lazare veni foras. q. d. Quousque conscientia tua caligat te detinet? quamdiu in cubiculo tuo grati corde compungeris? Veni foras, procede, respira in luce miserationis Corpor. in Ioannem.

meorum. Hoc enim est quod in Propheta legisti: Infirmitas os tuum laude mea, ne pereas.

ET STATIM PRODIIT QUI FVERAT MORTVVS, VERS. 44. LIGATVS PEDES ET MANVS INSTITIS] Statim. Notatur vis vocis Christi, quæ celerimè mortuum suscitauit, vt dictum foret factum.

INSTITIS] Græcè νεκρῶν, id est, fasciis funereis sepulchralibus. Ita Syrus, quibus manus & pedes mortui cōstringuntur, vt in loculum arctum inferri, ibique aptè componi possint. Arabicus vertit, hincaminibus; Nonnus, à pede usque ad caput constructum complicatis totum corpus habebat fasciis sepulchralibus. Porro instita propriè est tenuissima fasciola, quæ stolæ extremitatem ambibat: eique subiebat, qua honestè matronæ utebantur. Vnde Horat. libr. 1. Serm. satyria 2.

Quarum subsuta talos regat instita veste. ET FACIES ILLIVS SVDARIO ERAT LIGATA] more Iudæorum, vt mortuus significaretur, ac ne cui facies pallida & horrida horrorem incuteret.

Quæres, cur Christus mortuum suscitans, non simul vincula eius dissoluit?

Resp. Primò, S. August. Chrylost. Cyrillus, Leont. & alij, vt Iudæi viderent eundem Lazarum suscitari, qui paulò antè vt mortuus, ab ipsis fuerat fasciis & sudario obuolutus; non verò esse phantasma, vel virum quempiam in sepulchro absconditum, ad fucum faciendum.

Secundò, vt duplex esset miraculum: primum enim fuit mortui suscitatio: secundum, quod mortuus suscitatus quidem, sed adhuc pedibus colligatus, & faciem obuolutus, directè ramens ambularet, & extra sepulchrum rectè ad Christum pergeret. Ita Chrylost. & Theophyl.

Tropologicè, S. August. tract. 49. Proceffit, inquit, & adhuc ligatus est, adhuc inuolutus tamen iam foras proceffit. Quid significat? Quando contemnis mortuus iaces: & si tanta, quanta dixi, contemnis, sepulchris iaces; quando confiteris, procedis. Quid est enim procedere, nisi ab occulto velut excedere te manifestari? sed vt confitearis Deus facit, magnâ voce clamando, id est magnâ gratiâ vocando.

Rursus S. Gregor. 4. Moral. cap. 25. Redemptor noster, ait, puellam in domo, iuuenem extra portam, in sepulchro antem Lazarum suscitauit. Adhuc quippe quasi mortuus iacet in domo, qui latet in peccato. Iam quasi extra portam adducitur, cuius iniquitas usque ad immunditiam publicæ peccationis aperitur. Sepultura verò agere premitur, qui in peccatione nequitia etiâ usu consuetudinis pressus grauatur. Sed hos ad vitam miseratus reuocat, quia plerumque diuinâ gratiâ non solum in occultis, sed etiam in apertis iniquitatibus mortuos, & mole prauæ consuetudinis pressos, respectus sub lumine illustrat.

Anagogicè, S. Aug. libr. 83. Quæst. quæst. 65. Lazarus, inquit, exiens de monumento est anima recedens à carnalibus vitijs, sed ligata, id est, nondum aliena à molestiis carnis, dum in corpore viuuit: facies sudario est tecta: plena enim cognitio in hac vita haberi non potest: sed dicitur, Soluite eum: post hanc enim vitam auferentur velamina, vt facie ad faciem videamus.

DIXIT EIS IESVS: SOLVITE EVM ET SINITE] domum suam. Iussit hoc Christus Iudæis, vt ipsi Lazarum cōtrectantes, miraculè à se factum, eiusque suscitationem quasi manibus tangerent & palparent. Ita S. Chrylost. Theophyl. Euthym.

Symbol. Christus peccatores peccatorum fun- nibus confictos mittit ad Apostolos & sacer- dotes, vt ab iis soluatur & absoluantur, dicens : Quicumque solueritis super terram, erunt soluta & in caelis, Matth. 18. 18. Ita S. August. Quid, inquit, est solutio & sine abire? quae solueritis in terra, soluta erunt & in caelo. Sic & Beba, Rupert. & S. Gregor. hom. 26. in Euang. & lib. 21. Moral. c. 9.

Porro, aduertit S. Gregorius, Christum prius suscitasse Lazarum ad vitam, deinde misisse eum soluendum ad discipulos, vt significetur peccato- rem prius debere excitari à Christo ad penitē- tiam, & propositum nouae vitae, deinde à peccatis absolui ab Apostolis. Addit S. Gregorius optan- dum esse, vt Christus prius eum per actum con- tritionis perfectae viuificet & iustificet, culpamq; aboleat, ac deinde eum sacerdotes à poena absol- uant. Verum hoc rarum est, nec necessarium. Multi enim non cōriti, sed attriti dumtaxat pec- cata sua confitentur sacerdoti, qui ab eo vi Sacra- menti absoluantur tam à culpa, quam à poena.

Deniq; Lazarum ingentes egisse gratias Chri- sto (etsi id fideat Ioannes) nulli est dubium: nam & vitam, quam ab ipso acceperat, eidem dedicauit factus eius discipulus, praedicator, & Episcopus Massiliensis. Vnde vt talis catalogo Sanctorum ascriptus legitur in Martyrol. Rom. die 17. Decembris, atque in eius honorem magnam basilicam extruxit Leo VI. Imper. teste Zonara libr. 3. Vitam eius ex actis S. Marthae, Magdalenae, & Maximini collectam, paucis ita describit Petrus de Natal. Episcopus Elquilinus l. 1. Catal. Sanct. c. 72. Lazarus Episcopus frater Marthae & Mariae Ma-

Vita S. La- zari.

gdalena nobilis, de genere Iudaeorum, diues ac prae potens, patre Syro, matre Eucharia exortus: quatuordecim annis de- fundus à Domino ex mortuis suscitatus, discipulus Chri- sti, & Apostolorum confocius fuit, & in die Pentecostes vnus ex numero centum viginti discipulorum exiit, in quo Spiritus sanctus corporaliter effusus est. Et deinde vnà cum ceteris praedicationi verbi Domini instabat, di- straxitq; omnibus, sicut & ceteri, praemium Apostolorum pedibus praesentavit, & Apostolicam vitam & formam assumpsit. Verum persecutione Iudaeorum, quae facta est post Stephanii lapidationē, in a vr cuncti discipuli disper- gentur per ciuitates praeter Apolos, vt dicitur Actuum 8. ipse vnà cum sororibus suis, & sancto Maximino, & S. Celidonio, qui fuerat cecus à natiuitate, & cum Mar- cella pedissequa Marthae nautica sine reme vel duce im- positi sunt, & mari expositi, à Iudaeorum sinibus expulsi. Qui Deo duce Massiam perueniunt, vbi praedicante Magdalenae, & omni prouincia ad Deum conuersa, ipse anno decimo quarto à clero & populo Episcopus Massi- ensis constitutus est. Et postquam Magdalenae deserta mon- zium petijt, ipse Massiae degens Dei populum feliciter gubernauit, vbi & in Domitio requieuit 16. Kal. Ianuarij mensis ibidem in matrice Ecclesiae caput ostenditur. Dicitur quod Lazarus à Domino suscitatus, confestim Christum interrogauit, an enim iterum mori oporteret: & quid de cetero nunquam risit.

VERS. 45.

MULTI ERGO EX IUDÆIS, QUI VENERANT AD MARIAM ET MARTHAM, ET VIDERANT QUAE FECIT IESVS, CREDIDERUNT IN EVM] Euidentiā enim & magnitudine tam miraculosa suscitatio- nis Lazari conuincebantur Iesum esse Prophetā, imò Messiam, vti ipse profitebatur.

VERS. 46.

QUIDAM AVTEM EX IPSIS ABIERVNT AD PHARISÆOS, ET DIXERVNT EIS QUAE FECIT IESVS] Dubitat S. August. an bono animo, an malo id

fecerint: siue annunciando vt crederent, siue pro- tendo vt scirent, ait Glossa: poterant enim bo- no id facere. scilicet hac mente, vt Phariseos, si non ad Christi fidem, certē ad mitiorem in Chri- stum animum inflecterent, vti opinatur Origen. Verūm alij passim sentent id eos malo animo fe- cisse: quare visā Lazari suscitatione non credi- derunt (S. Ioannes enim opponit hos ijs qui cre- diderunt v. praeced.) in Christum, imò non cre- diderunt verum esse miraculum, sed magicum & praestigiosum, vti nunc haeretici, cum vident mi- racula B. Virginis Lauretanæ, vel Sichenensis, eadem calumniantur, dicuntq; esse vel conficta, vel praestigiosa. Probabiliter suspicatur Euthym. hos Christi delatores fuisse illos, qui v. 37. dixe- rant: Non poterat hic, qui aperuit oculos caeci nati, fa- cere vt hic non moreretur? Quid ergo intendebant hac sua denunciatione? Primò, Phariseorum gra- tiam captare, malè de Christo, & hoc eius mira- culo loquendo, ait Cyrillus: Secundò, calumniari hanc suscitationem, quasi praestigiosam, ac Chri- stum quasi praestigiatorem accusare, ait Euthym. Tertio, per hanc suscitationem, Phariseorum in- uidiā & indignationem in Christum magis ac- cendere, ait Rupertus. Vnde & mox Pharisei co- acto concilio Iesum occidendum decreuerunt. Addit Theophyl. & Leont. intendisse eos Chri- stum accusare quasi sacrilegum, eò quod mortui corpus effodisset. Magna ergo fuit eorum malitia & malignitas, qua Christo pro tanto beneficio, tanquam maleficium, pro miraculo blasphemiam, pro vita mortem rependerunt, eumque Phari- saeis ad crucem damnandum obiecerunt & ad- egerunt.

COLLEGERVNT (CONNOCATVNT) ERGO PONTI- FICES ET PHARISÆI CONCILIVM, ET DICEBANT: QUID FACIMVS (quid facere nos oportet? Syrus, quid agemus?) QVIA HIC HOMO SIGNA MVLTIA FACIT?] Debebant ipsi ex toto Iesu signis & mi- raculis conuinci, & credere ipsum esse Messiam Dei filium, sed odio & inuidiā excæcati, contra- rium dicunt & agunt, vnde nec nominare eum dignantur, sed dicunt: Hic homo quasi merus & vilis esset homo (hominem adhuc vocant, ait Chrysofost. qui tantam deitatis eius demonstratio- nem susceperant) ac de eius cade deliberant, ei- que vitam eripere destinant, qui Lazaro vitam reddiderat, & à quo vitam aeternam petere & spe- rare debebant. Ita S. Chrysofost. Cyrill. Theophyl. Non dicebant: Credamus, ait S. August. plus enim perdit homines cogitant, quomodo nocerent vt per- derent, quam quomodo sibi consulerent, ne perirent. In- fatuatum est ergo insipiens cor eorum, quo sibi totique suae Iudaeorum nationi exitium praesens & aeternum accersuerunt.

Quanta insipientia, ait Orig. & cæcitas, qui cum testificentur multa peregrine miracula, se pu- rent contra illum posse aliquid, quasi ab eorum insidiis se non possit eximere.

SI DIMITTIMVS EVM SIC, OMNES CREDENT IN VERS. 48. EVM: ET VENIENT ROMANI, ET TOLLENT LO- CVM NOSTRVM, ET GENTEM] q. d. Romani per- dent Iudæam, totamque gentem Iudaicam. S. Chrysofost. & Theophyl. per locum accipiunt Hie- rosolymam metropolim Iudæae, indeque totum eius regnum. Maldonat. verò accipit templum: hoc enim cum suis victimis & lucris eripi sibi à Romanis metuebant pontifices.

OMNES

OMNES CREDENT IN EVM] Vide hic inuidiā A genium, & effectum ipsā condignum: pontifices volentes Christi gloriam obscurare, eam magis illustrant, dicendo quod omnes in eum credituri sint. Cur ergo vos quoque in eum non creditis? Audi S. Gregor. lib. 6. Moral. c. 13. Intulerunt ei mortem, vt ab eo absconderent fidelium deuotionem: sed fides inde creuit, vnde se hanc exstringere infidelium crudelitas credidit.

ET VENIENT ROMANI, ET TOLLENT (Varabl. transferent nos alio) LOCVM NOSTRVM, ET GEN- TEM] Nonnulli opinantur eos hoc sentire, q. d. Si omnes credant in Iesum, omnes à nobis, no- stroque iudaismo, Synagoga & republica ad eum abibunt, & sic nullus erit, qui pro nobis contra Romanos nobis iugum inducere volentes depu- gnet. Vnde S. August. Timebant, ait, ne si omnes in Christum crederent, nemo maneret, qui contra Romanos ciuitatem templumq; defenderet. Temporalia ergo per- dere timuerunt, & vitam aeternam non cogitauerunt, ac sic vtrumque amiserunt. Tulerunt autem Romani & locum & gentem, expugnando & transferendo.

Cur à Ro- manis pro- pter Chri- stum sibi im- mebant Iudaei.

Verisimilij alij, q. d. Si omnes credant Iesum esse Messiam regem Iudaeorum, iritabuntur con- tra nos Romani Iudæae domini, quod nobis no- uum regem & Messiam, putā Iesum, creauerimus, ac à Caesare Tiberio ad eum defecerimus: quare armati venient & tollent, græcè, αἰχμα, id est cap- tiam, vastabunt & perdent Hierosolymam & Iudæam cum tota Iudaeorum gente & republica. Ita Chrysofost. Volebant, inquit, populum concita- re, vt periclitatum ex suspitione tyrannidis, q. d. Si Romani viderint Iesum turbas ducentem, suspicabantur tyrannidem, & destruent ciuita- tem. At quos Christus armigeros circumducebat & equites? Verūm liuor & odium excæcabat eos, C vt plane errarent & paralogizarent. Nam Primò, Iesus erat rex Iudaeorum, non temporalis, sed spiritalis, qui regnum temporale Caesaris non tangebatur, imò augebat. Dabat enim ei tributum, alijque dandum esse docebat, adeoque cum po- pulus eum regem temporalem creare veller, au- fugit, Ioan. 6. 15. Secundò, Iudaei pluris facere debebant salutem animae aeternam, quam tempo- ralem corporis. Quare potius perdere debuissent corpus, quam animam: potius Iudæam, quam cælum. Adde: Christus, si in se credidissent, ab eis omne malum, etiam temporale, auertisset. Tertio, si credidissent in Iesum, ab eo didicissent obedire Romanis, quasi rerum dominis, eisq; tributa pen- dere: quare à Romanis nil eis metuendū fuisset. Quarto, idē Romani perdidissent Iudæam, quia ipsi suum occiderunt Messiam, iusta Numinis vin- dictā, vt censuit ipse Titus eorum euerfor, teste Iosepho. Ita S. Chryf. Cyrill. Euthym. Theoph. qui & addunt, pontifices non verè hoc in animo sensisse, nec metuisse Romanorum aduentum & excidium propter Iesum, sed id ipsum tantum in- uidiā & odio suo in Iesum, quasi velū, praetexuif- se. Porro ipsi excæcati occidentes Iesum, in Ro- manorum gladium & excidium, ac, quod magis est, in mortem aeternam & gehennā incurrerunt.

Sic hodie Machiavellicæ & Politici, qui poli- tiam praerunt religioni, regnum fidei, repub. Ecclesiae, & bona terrena caelestibus, temporalia aeternis, vtraq; perdunt, vt rectè aduertit S. Aug. illustre exemplum hoc saeculo fuit Volsæus, qui offensus Carolo Quinto, iussit Henrico VIII. Corncl. in Ioannem.

Angliæ regi, vt Catharinam vxorem Caroli ami- tam repudiaret, quod ipsum desiderare sciebat, sed tandem ipse iusto Dei iudicio in Henrici in- dignationem incidit, ac ab eo captus dixit: Inisse hac patrior, quia dum regis gratiam inui offensa Dei au- cupatus sum, Dei gratiam amisi, nec regis gratiam ac- quisui. Ita Sander. in Schism. Anglicano. Hi ergo hinc discant, quod fides & pietas non tollunt poli- tiam & regnum temporale, sed potius conser- uant & augent: infidelitas verò & impietas illud euertunt. Vnde notat Chrysofost. hom. 6. Iudæos à Deo non fuisse punitos, nisi cum Dei fidem & cultum deseruerunt, idque probat ex historia Achior. Iudith c. 5.

VNVS AVTEM EX IPSIS, CAIPHAS NOMINE, VERS. 49. CVM ESSET PONTIFEX ANNI ILLIVS, DIXIT. ILLIS] Consultantibus ceteris, nec quid factō op- pus esset inuenientibus, vel definitibus, Caiphās quasi pontifex consilium suggerit, & rem totam definit. Dicitur autem pontifex anni illius, quia cum ex lege Exodi 28. deberet pontificatus durare pontifici usque ad mortem, ac post eam in filium primogenitum, iure quasi hereditario deriuari; Romani praesides eos crebro mutabant, vel pro arbitrio, vel accepto ab ambientibus pretio. Audi Iosephum lib. 18. Antiq. c. 3. Augusto Caesari in imperio successit Tiberius: A quo, inquit, quinquies Iudaeorum praeses missus est in Anny Rusi loci Valerius Gratus. Hic adempto Anaao sacerdotio Ismaëlem Fabi filium inisse esse pontificem: quo paulo post deiecto, in Eleazarum Anani pontificis filium eum honore tran- sultit. Elapso deinde anno, & hunc redegit in ordinem, & Simoni Camiribi filio pontificatum tribuit, hic quoque anno in hac dignitate exacto, missus est eam cedere Iose- pho, qui cognominabatur Capphas.

Non ergo annus apud Iudæos erat pontifica- tus, vt ex hoc loco colligere videtur S. Aug. sed per annos plures vel pauciores, imò per eundem annum subinde mutabatur.

Porro Caiphās, ait Pagnin. hebr. idem est quod vomens ore (ἔμψα κα enim est vomere. ἔμψα est os) vel sagax inuestigator & scrutator. Aprè quia euo- muit hic impiam in Christum sententiam, etiusq; sagax fuit scrutator & inuentor.

VOS NESCVTIS QVID QVAM, NEC COGITATIS VERS. 50. QVIA EXPEDIT VOBIS VT VNVS HOMO MORIA- TVR PRO POPVLO, ET NON TOTA GENS PEREAT] q. d. Vos quasi plebeij & priuati estis bardi & stipites, nil hac in re intelligitis, nec quid factō sit opus cognoscitis, nil expeditis, nil definitis, nul- lum consilium congruum suggeritis, sed ego qua- si pontifex à Deo illuminatus, rem verbo expedi- do, consilium optimū do, & rem totam definit, dicendo: Expediit vt vnus homo, putā Iesus, licet de nullo crimine accusatus, imò innocēs & Prophe- ta, ac tanti miraculi opifex, moriatur (occidatur à vobis) pro populo, vt scilicet populus propter eum nō periclitetur apud Romanos: ne videlicet Ro- mani propter Iesum, quasi Messiam & regem Iu- dæorum, tollant eorū locum & gentē, itaq; gens tota nō pereat, sed eo sublato incolumis saluaq; consistat. Hoc ergo fuit impiū, falsum & iniustum iudiciū Caiphæ, scilicet expedire ad salutē popu- li, vt Christus innocens occideretur, ne propter eum Romani Iudæam & Iudæos vastarent. Ratio eius erat, quia praestat vnum perire, quam multos, iuxta illud: Satius est vt pereat vnus, quam vni- tas & communitas. q. d. Quid ergo cunctamini, N n 3 quid

quid deliberatis? mihi non est dubium expedire. A vnum Iesum pro omnibus Iudæis mori. Ita To- letus, Iansen. Maldon. & alij.

Symbolicè, Origenes: Nil nouerant, inquit, qui Iesum non nouerant, iuxta illud:

Si Iesum nescis, satis est, si cetera nescis.

Si Iesum nescis, nil est, si cetera nescis.

VERS. 51.

HOC AUTEM A SEMETIPSO NON DIXIT SED, CVM ESSET PONTIFEX ANNI ILLIUS, PROPHETAVIT, QVOD IESVS MORITVRVS ERAT PRO GENTE] Iudæorum. Nota, Caipham cum alijs principibus sacerdotum Christo infensissimum, ex priuato in eum odio idem voluisse clarè dicere, quod alij tacitè innuebant, sed non exprimebant, scilicet Christum esse tollendum è medio pro salute populi, ne à Romanis inuaderetur, vti iam dixi: sed Spiritus illi volenti hoc eloqui, quasi pontifici, & capiti Ecclesiæ, ea verba obiecit, quibus contrarium potius diceret, & verissimam in Christum fidem confirmaret & definiret, scilicet expedire vt Christus pro populo, id est, pro salute populi moreretur, ac morte sua quasi dato pretio eumdem à peccato, diabolo, morte & gehennâ redimeret, ne alioqui ille periret in æternum. Hoc enim verba Caiphæ propriè & præcisè significant: alioqui enim secundum impiam in Christum Caiphæ mentem, ipse potius dicere debuisset sic: Expedi vt vnus Iesus moriatur præ toto populo, vel potius quam totus populus; iam autem non dicit *pro*, sed *pro populo*: quod propriè significat pro salute populi, vt saluet populum: ac licet Caiphæ non intelligeret, multò minus intellexeret, solerter tamèn id suggerente Spiritu sancto aduertit hie S. Ioannes, & sicut ipse aduertit, sic & alij viri sinceri & probi Caiphæ audientes, id ipsum tunc aduertere potuerunt, æquè ac nos aduertimus. Hinc discet, quantam curam habeat Deus Ecclesiæ, quamque assistat Pontifici, qui eius est caput, præsertim in lege noua, quam instituit, sanxit, regitque Christus, quasi eius caput & iponsus, ne scilicet Ecclesia Christi iponsa à fide & veritate aberret.

Caiphæ an propheta?

Porro, quia Caiphæ hoc mysterium non intellexit, hinc propriè propheta non fuit, vt notat Origenes, quia Spiritus sanctus per os eius locutus est, sicut angelus locutus est Balaam impio per os asinæ, Num. 22. & seq. Caiphæ ergo scelestissimè verba Spiritus sancti detorsit ad necem Christi. Intendit enim dicere expedire vt Christus tolleretur, ne Iudæi per eum Romanos Cæsares & præfides offenderent. Vnde S. Chrysof. ait Spiritum sanctum Caiphæ linguam, non commouisse.

Dices: Ergo Caiphæ hic errauit in fide. Resp. nego consequentiam, imò veram fidè definiuit, scilicet expedire vt Christus, pro salute mundi moreretur, vti iam dixi; esto id ipse non intelligeret, nec dicere intenderet: intendebat enim Christum esse tollendum ne propter eum populus à Romanis vastaretur, qua in re licet erraret contra iusticiam & pietatem, non tamen contra fidem. Error enim hic versabatur circa factum politicum; scilicet an Christus esset occidendus pro statu politico, nec ne. Adde; pōtēfex Iudæicus non habebat illam infallibilem assistentiam Spiritus sancti, quam à Christo & post Christum habent Pontifices Christiani; præsertim cum iam Synagoga Iudæorum præsertim Christo cadere

inciperet, & eius loco surgeret & succederet Ecclesia Christi. Vnde paulò post Caiphæ cum toto concilio Sanedrim, Iesum quasi pseudomesiam reum mortis proclamauit; qui erat error in fide: quare desijt. eorum Synagoga esse Ecclesia Dei, cœpitque esse Synagoga Satanæ, dum Christum à Deo missum negauit & occidit. de quo Math. 27. v. 11. & seq.

Denique propheta hæc Caiphæ fuit de morte Iesu certò futura, certò, inquam, in causis. Intendebat enim Spiritus sanctus hoc per os eius significare, scilicet expedire vt Christus moreretur pro salute hominum, ac pro ea certò moriturum; ex odio, praua mente, & sententia Caiphæ, eiusque sociorum, quam hie vultu & gestu facis ostenderunt. Vnde paulò post Iesus reipia ab eis occisus est & mortuus. Quare quidquid hic fuit prophetiz, non meritis Caiphæ, sed pontificali eius officio dedit Spiritus sanctus. Ita S. August. Chrysof. Cyrill. Theoph. Euthym. Beda, & ceteri.

VERS. 52.

ET NON TANTVM PRO GENTE (Iua Iudæica) SED VT FILIOS DEI, QVI ERANT DISPERSI, CONGREGARET IN VNVM] q. d. Expedi nostri Christum; non tantum pro sua gente, & non tantum pro Iudæis, sed etiam pro Gentibus vniuersis credituris in Christu, ac per totum mundu dispersis. Hi enim vocantur filij Dei, non iam actu & reipia, sed in Dei præscientia & prædestinatione; quia scilicet per Dei gratiâ futuri erant fideles & sancti, ideoque filij Dei. Ita S. Aug. & Chrysof. Hoc est quod prædixit Christus c. 10. 16. *Alas oues habeo, quæ nō sunt ex hoc ovili* (ex Synagoga Iudæorū,) & *illas oportet me adducere, & fieri vnu ovile, & vnus pastor.*

VERS. 53.

AB ILLO ERGO DIE (græcè hora) COGITAVERVNT VT INTERFICERENT EVM] Ecce hic clarè patet iniqua mens, intentio & sententia Caiphæ & sociorum. Pro cogitauerunt, græcè est, *συνεβουλευσαντες*: quod nonnulli vertunt, *consultabant*. Ita Vatabl. Arabic. *consultauerunt*; meliùs Cyrill. Leont. & Chrysof. *consultationem finierunt, & firmarunt communi decreto, & quasi senatusconsulto*. Vnde Noster vertit, *cogitauerunt*; id est decreuerunt; Syrus, *machinabantur, vt eum interficerent*.

VERS. 54.

IESVS ERGO IAM NON IN PALAM (græcè, *ἐν παρρησίᾳ*, id est, liberè, apertè, publicè) AMBVLAVAT] Audi Cyrillu: *Tamquam Deus, quid de se statuerisset Iudæi, nemine nunciante cognouit, tamquàm homo se subduxit*, quia necdum venerat hora morti eius à Patre decreta. Fecit hoc vt nobis exemplū daret, per fugam pericula vitæ declinandi. Ita idem Cyrill. Theoph. Origen. August. Beda, Rupert.

SED ABIIT IN REGIONEM IUXTA DESERTVM, IN CIVITATEM QUÆ DICITVR EPHREM, ET IBI MORABATVR CVM DISCIPVLIS SVIS] Ephrem, idem est quod Ephraim: Græci enim pro Ephraim dicunt Ephrem, vt psal. 77. *Filij Ephrem intendentes & mittentes arcum*. Leontius opinatur Ephrem esse Bethlehem; in qua natus erat Christus: sed hoc parum est verisimile, quia Bethlehem erat vicina Ierusalem, & ibi maxime à pontificibus se quæretudum sciebat Iesus. S. Hieron. in Locis Hebr. & ex eo Iansen. putant Ephrem esse Ephron, de quo 2. Paral. 13. 19. sed ibi Ephron scribitur per *ain* & *mun*; Ephraim verò siue Ephrem scribitur per *aleph* & *mem*. Ribera & alij putant Ephrem sita fuisse supra Iericho, iuxta eius desertum: Adrichom. verò pag. 26. n. 40. Ephrem collocat in quinto millario Bethelis versus Orientè, septem horis distantem

Ephrem quamam vrbis?

vbi sita?

rem à Ierusalem iuxta desertum Hai, non longè à torrente Carib, ad quam Elias fugiens Iezabel secessit, ibique pascus fuit à coruis, 3. Reg. 17. Secessit eò Iesus, cum vt iras pontificum ad tempus declinaret, tum vt in hoc secessu orationi & contemplationi vacans, animaret & armaret se ad instantem mortem, & arduum cum pontificibus, imò eum Luciferio in cruce duellū. Hinc Ephraim & Ephrem hebr. idem est quod fertilitas, ac Christi typus fuit Ephraim filius Ioseph, cui pater hoc nomen indidit, vaticinando dicens: *Crescere me fecit Deus in terra paupertatis meæ*, Genes. 41. vers. 52. sic enim creuit Christus in terra quam sterilem ipse fertilem virtutum & Sanctorum effecit.

Hinc Ephraim symbolicè typus est Ecclesiæ Gentium, quæ fructum hunc copiosum protulit. Ita Origenes *Conuersabatur Iesus, inquit, dudum inter Iudæos, Verbum scilicet diuinum per Prophetas; sed abijt nec est apud illos; accessit autem ad villam, quæ est prope desertum, de qua dicitur: Multi filij deserti magis quam coniugati: interpretatur autè Ephrem fertilitas. Fuit verò Ephraim frater Manasse, senioris populi obliuioni traditus: post populum enim obliuioni datum prætermisum, prodijt ex Gentibus abundantia. Discedens ergo Dominus à Iudæis, venit in terram totius orbis prope desertam Ecclesiam, quæ dicitur ciuitas secunda, ibique moratur cum discipulis usque nunc.*

Tropologicè, Ephrem sita iuxta desertum, symbolum est animæ sanctæ vacantis solitudini & orationi: hæc enim fit Ephrem, id est fructifera bonorum operum: quare in ea per gratiam suam copiosam commoratur Iesus.

VERS. 55.

PROXIMVM AUTEM ERAT PASCHA IVDÆORVM] scilicet vltimum Pascha Christi, quo ipse quasi agnus paschalis in cruce immolatus est pro salute mundi, ideoque illud auidè expectabat. Syri pro Pascha dicitur *Paxho*, quod interpretatur *hilaritas*, quia erat hoc festum ceteris hilarius,

A æquè ac Christianis summè est hilare, ob Christi in eo factam in cruce redemptionem nostram, ac resurrectionem.

ET ASCENDERVNT VLTI HIEROSOLYMAN DE REGIONE (de vicinis oppidis, pagis & vicis, ita Syrus) ANTE PASCHA, VT SANCTIFICARENT SE IPSOS] id est, vt sacrificijs & ceremonijs purgarent se ab omnibus immunditijs legis ac orationibus & sacrificijs se præpararent ad Pascha ritè celebrandum & comedendum, vt ait S. Thomas, & Iansen. & idè aliquot diebus ante Pascha in Ierusalem.

VERS. 56.

QVEREBANT ERGO IESVM; ET COLLOQVBANTVR AD INVICEM, IN TEMPLO STANTES: QVID PVTATIS, QVIA NON VENIT AD DIEM FESTVM? DEDERANT AVTEM PONTIFICES ET PHARISÆI MANDATVM, VT SI QVIS COGNOVERIT VBI SIT, INDICET; ET APPREHENDANT EVM] Quia (quod) non venit? græcè, *ὅτι ἔτι ἦλθεν*, quod Cyrill. Leont. & Vatabl. vertunt negatinè, *quod non venerit*. S. Chrysof. verò, Theophyl. & Maldon. vertunt dubitativè, *num venturum non esse ad diem festum?* Accedit Syrus, *quid putatis? non venturum esse ad festum?* & Arab. *videturne vobis ipsum nō venire ad festum?* Cyrill. putat hanc esse interrogationem eorū, qui in Christum credebant, qui non credentibus interrogando dicebant: *Quare Iesus de more non venit ad cōmune hoc Paschæ festum?* Vtiq; quia vt Deus præsentit sibi in eo à Seribis parari insidias. Planius S. Aug. Chrysof. Beda, Theophyl. Rupert. Euthym. censent hanc esse interrogationem pontificum, Phariseorum, eorumque alleclorum & ministrorum, qui Iesum comprehendere decreuerant, ideoque indignantes rogare: *Cur Iesus non venit ad festū Paschæ? Itane hoc festum non celebrabit? Itane erit legis contemptor & violator, vti nos ei obijcimus? cur diebus hinc Paschæ præiijis non comparet, vt se cum ceteris purificet, & ad tantum festum comparet?*

CAPVT DVODECIMVM. SYNOPSIS CAPITIS.

PRIMO, Iesus Bethaniæ conuiuio excipitur, in quo Magdalenæ unxit Christum, qui contra murmur Iudæ eam defendit. Secundo, v. 12. Christus postero die, id est, in Dominica palmarum, vestus asino, cum pompa quasi Messias Ierusalem ingreditur. Tertio, v. 24. per parabolas gram frumenti, quod moriens copiosè resurgit, prædicat instantem sibi passionem, & vox de celo eum clarificat, vt exaltatus à terra omnia trahat ad seipsum. Quarto, v. 37. narrat Iudæos per tot signa Christi non credidisse in eum; nonnullos tamen occultè credidisse.

1. Iesus ergo ante sex dies Paschæ venit Bethaniam, vbi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitauit Iesus. 2. Fecerunt autem ei cœnam ibi: & Martha ministrabat, Lazarus verò vnus erat ex discumbentibus cum eo. 3. Maria ergo accepit libram vnguenti nardi pistici, pretiosi, & vnxit pedes Iesu, & extersit pedes eius capillis suis: & domus impleta est ex odore vnguenti. 4. Dixit ergo vnus ex discipulis eius, Iudas Iscariotes, qui erat eum traditurus: 5. Quare hoc vnguentum non vniuit trecentis denariis, & datum est egenis? 6. Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat, & loculos habens, ea quæ mittebantur portabat. 7. Dixit ergo Iesus: Sinite illam, vt in diem sepulturæ meæ seruet illud. 8. Pauperes enim semper habetis vobiscum: me autem non semper habetis. 9. Cognouit ergo turba multa ex Iudæis, quia illic est: & venerunt, non propter Iesum tantum; sed vt Lazarum viderent, quem suscitauit à mortuis. 10. Cogitauerunt autem principes sacerdotum, vt & Lazarum interficerent:

ficerent : 11. quia multi propter illum abibant ex Iudæis, & credebant in Iesum. 12. In crastinum autem, turba multa quæ venerat ad diem festum, cum audissent quia venit Iesus Hierosolymam : 13. acceperunt ramos palmarum, & processerunt obviam ei, & clamabant : Hosanna benedictus, qui venit in nomine Domini, Rex Israel. 14. Et invenit Iesus asellum, & sedit super eum, sicut scriptum est : 15. Noli timere filia Sion : ecce rex tuus venit sedens super pullum asinæ. 16. Hæc non cognoverunt discipuli eius primum : sed quando glorificatus est Iesus, tunc recordati sunt, quia hæc erant scripta de eo, & hæc fecerunt ei. 17. Testimonium ergo perhibebat turba, quæ erat cum eo quando Lazarum vocavit de monumento, & suscitavit eum à mortuis. 18. Propterea & obviam venit ei turba : quia audierunt eum fecisse hoc signum. 19. Pharisei ergo dixerunt ad semetipsos : Videtis quia nihil proficimus ? ecce mundus totus post eum abiit. 20. Erant autem quidam Gentiles ex his, qui ascenderant ut adorarent in die festo. 21. Hi ergo accesserunt ad Philippum, qui erat à Bethsaida Galilææ, & rogabant eum, dicentes : Domine volumus Iesum videre. 22. Venit Philippus, & dicit Andreas : Andreas rursum & Philippus dixerunt Iesu. 23. Iesus autem respondit eis, dicens : Venit hora, ut clarificetur Filius hominis. 24. Amen, amen dico vobis, nisi granum trimenti cadens in terram, mortuum fuerit, 25. ipsum solum manet : si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Qui amat animam suam, perdet eam : & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. 26. Si quis mihi ministraverit, me sequatur, & vbi sum ego, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum Pater meus. 27. Nunc anima mea turbata est. Et quid dicam ? Pater salvifica me ex hac hora. Sed propterea veni in horam hanc. 28. Pater clarifica nomen tuum. Venit ergo vox de cælo : Et clarificavi, & iterum clarificabo. 29. Turba ergo quæ stabat, & audierat, dicebat tonitruum esse factum. Alij dicebant : Angelus ei locutus est. 30. Respondit Iesus, & dixit : Non propter me hæc vox venit, sed propter vos. 31. Nunc iudicium est mundi : nunc princeps huius mundi eicietur foras. 32. Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. 33. (hoc autem dicebat, significans qua morte esset moriturus.) 34. Respondit ei turba : Nos audivimus ex lege, quia Christus manet in æternum : & quomodo tu dicis, Oporteret exaltari Filium hominis ? Quis est iste Filius hominis ? 35. Dixit ergo eis Iesus : Adhuc modicum lumen in vobis est. Ambulate dum lucem habetis, ut non vos tenebræ comprehendant : & qui ambulat in tenebris, nescit quò vadat. 36. Dum lucem habetis, credite in lucem, ut filij lucis sitis. Hæc locutus est Iesus : & abiit, & abscondit se ab eis. 37. Cum autem tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum : 38. ut sermo Isaïæ prophete impleretur, quem dixit : Domine, quis credidit auditui nostro ? & brachium Domini cui revelatum est ? 39. Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Isaïas : 40. Excæcavit oculos eorum, & induravit cor eorum : ut non videant oculis, & non intelligant corde, & conuertantur, & sanem eos. 41. Hæc dixit Isaïas, quando vidit gloriam eius, & locutus est de eo. 42. Verumtamen & ex principibus multi crediderunt in eum : sed propter Phariseos non confitebantur, ut è synagoga non eicerentur. 43. Dillexerunt enim gloriam hominum magis, quam gloriam Dei. 44. Iesus autem clamavit & dixit : Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me. 45. Et qui videt me, videt eum qui misit me. 46. Ego lux in mundum veni : ut omnis qui credit in me, in tenebris non maneat. 47. Et si quis audierit verba mea, & non custodierit : ego non iudico eum, non enim veni ut iudicem mundum, sed ut salvificem mundum. 48. Qui spernit me, & non accipit verba mea : habet qui iudicet eum : sermo, quem locutus sum, ille iudicabit eum in novissimo die. 49. Quia ego ex meipso non sum locutus, sed qui misit me Pater, ipse mihi mandatum dedit quid dicam, & quid loquar. 50. Et scio quia mandatum eius vita æterna est. Quæ ergo ego loquor, sicut dixit mihi Pater, sic loquor.

VERS. 1. IESVS ERGO ANTE SEX DIES PASCHÆ VENIT A BETHANIAM, VBI LAZARVS FVERAT MORTVVS, QVEM SVSCITAVIT IESVS] Iesus ex Ephrem, instante Paschate, quo sibi moriendum erat in cruce, venit in Bethaniam, ut ad mortem se pararet, imò morti se offerret, eiusque

occasionem daret per Iudæ proditoris avaritiam. rō ergo dat causam, cur Iesus non Ierusalem, sed Bethaniam primò venerit, q. d. Cum pontifices cap. præced. vers. ultim. mandatum dedissent ut Iesus apprehenderetur, ipse id spiritu divino sciens, à Ierusalem discessit, ac Bethaniam venit,

venit, vbi Lazarum suscitauerat, & multos benevolos habebat, ideoque apud eos securè degerè poterat, ut inde quasi agnus paschalis immolandus pro salute mundi, paulò post in Dominica palmarum Ierusalem solemnè pompa ingrederetur.

Porro Bethania, quæ adiacet monti Oliueti, hebr. idem est quod domus obedientiæ, ex qua Christus ire voluit in Ierusalem ad crucem. Vnde Glossa : Venit, ait, in Bethaniam, id est, domum obedientiæ, ipse Patri obediens usque ad mortem, obedientiam docens Ecclesiam, quæ est in Monte olei, id est misericordiæ, nec potest abscondi, in qua suscitavit sepultos à peccatis grauibus. Ibi sit cœna in fide & deuotione iustorum. Martha ministrat, dum quilibet fidelis opera deuotionis Domino impendit ; Lazarus, id est suscitatus, cum ijs qui manentur in iustitia, læti epulantur de præsentia Domini.

Ante sex dies Paschæ quid ?

ANTE SEX DIES PASCHÆ] Id est, ante sex dies, qui præcedunt Pascha, putà feriã sextã, siue die Veneris vespere, Iesus ex Ephrem venit Bethaniam, inde sequenti sabbatho fecerunt ei conuiuium, ac postero die, putà Dominica palmarum, solemnè ingressus est Ierusalem : Pascha enim eo anno incidit in feriã quintam, siue in diem Iouis proxima hebdomadæ : quare sex dies diem Paschæ præcedentes, ante quos Iesus venit Bethaniam, hi sunt, sabbatum, Dominica, feriã prima, secunda, tertia, quarta. Venit ergo feriã sexta, cum sequenti hebdomadæ feriã sexta esset crucifigendus. Non venit sabbatho, quia eo iuxta legem non licebat iter agere, sed quiescendum erat.

Symbolicè, Glossa : Deus, ait, sex diebus omnia fecit, sexta die hominem condidit, sexta mundi ætate eundem redimere voluit, sexta feriã paschæ est, sexta hora crucifixus.

QVEM SVSCITAVIT IESVS] ut huius suscitatio- nis suæ recentis memoriam, & admirationem ciuibus Bethaniæ sua præsentia renouaret, itaque eos excitaret, ut se postero die Dominica solemnè ingressurum Ierusalem, quasi Messiam cum ramis ouantes clamantesque Hosanna comitarentur.

VERS. 2. FECERVNT AVTEM EI COENAM IBI, ET MARTHA MINISTRABAT : LAZARVS VERÒ ERAT VNVS EX DISCVMBENTIBVS] Hæc cœna eadem est cum illa, quam narrat Matthæus c. 26. vbi eam explicui.

LAZARVS VERÒ VNVS ERAT EX DISCVMBENTIBVS] ut non phantasma, sed vera eius resurrectio probaretur. Nam, ut ait S. August. vinebat, loquebatur, epulabatur, veritas ostendebatur, infidelitas Iudeorum confundebatur.

VERS. 3. MARIA (Magdalene) ERGO (tunc) Martha ministrante ipsa partibus suis deesset, ut ipsa plus ceteris Christum honoraret, omnesque superaret oblectio, quos vinebat amore] ACCEPIT LIBRAM VNGVENTI NARDI PISTICI, PRETIOSI] Syrus, multi præcij. Ex libra quis suspicetur vnguentum hoc fuisse spissum & crassum : crassa enim ponderantur libra, liquida verò mesurantur amphorâ. Nardinum enim vnguentum ex varijs aromatis commixtum erat, ut docet Plinius l. 13. c. 2. ideoque densum. Verum hoc liquidum fuisse, nõ ipsium, colligitur ex eo quod effusum fuerit super caput Christi, ut ait Matth. c. 26. v. 7. Liquida enim subinde in vasis ponderantur, aut certè nardus ipsa, ex qua liquor vnguenti distillatur & elicitur. Aut potius libra hæc non ponderalis erat,

sed mensuralis. Sicut enim Romanis, ita & Iudæis, qui iam Romanis suberant, duplex erat libra : mensuralis erat mensura cornea, quæ oleum admetiebantur, interfecta lineis quibusdam, ipsam in duodecim partes æquales, quæ vnicuique dicebantur, diuidentibus, ait Franc. Lucas.

Mythicè S. August. Vnguentum quo Maria vnxit Iesum, iustitia fuit, ideo libra fuit. Et Glossa : Maria olim pœnitens vnxit pedes, nunc verò vbi non pœnitentium rudimenta, sed perfectorum iustitia designatur, caput & pedes vnxit, vnde libra dicitur vnguenti, id est iustitiæ perfectio : caput vnxit, qui alta de Christo prædicat ; pedes, qui infima veneratur.

NARDI PISTICI] Hoc est, vnguenti nardini pistici, siue ex nardo pistica confecti.

Quares, quanam est nardus pistica ? Primò, Pistica nardus Auctor Comment. in Marcum, c. 14. qui extat in- ter opera S. Hieronymi, pistici interpretatur mystici Respon- sed hoc tam ridiculum est, quam S. Hieronymo indignum. Secundò, S. Aug. hic tract. 50. Pistica, ait, dicta est à loco vnde afferrebat : sed hoc incertum est, & æquè incognitus est locus pisticus, atque nardus pistica. Tertio, Maldonatus, Pisticus, Tertio, inquit, dicitur, & m. s. id est, potare, bibere : pistici ergo idem est quod potabilis & liquidus, ut in caput & pedes Iesu effundi posset : alia enim vnguenta sunt spissa & crassa. Quarto, alij pistici derivant à m. s. id est, premo, quasi pisticus sit m. s. id est, pressus, expressus : vnde teste Franc. Luca, vnus codex pro pistici habet pistici. Sed hi duo vltimi nil inigne, nil nouum huic vnguento tribuunt, nec pisticus eo sensu vitarum est.

Quinto, communius & significantius, alij pistici : pistici, inquit, id est fideles, (m. s. enim est fides) hoc est, puri, sinceri, non sophistici, non misti, nec adulterati : nam facillè nardum pseudonardo, siue lauendula & alijs herbis adulterari docet Plinius libr. 12. cap. 12. Ita Euthymius & Theophyl. in Marci c. 12. Baron. Ribera, Varabius, Iansenius, Toletus & alij. Verum nil de pistica nardo apud Dioscoridem, Plinium, aut alios legitur, & si à fide dicta esset, m. s. vel m. s. dicenda fuerat, non m. s.

Sextò ergo, rō pistici idem est quod spicati, (sic enim legunt omnes ferè codices veteres & noui, paucis exceptis minoris fidei, qui pro spicati ex Græco habent pistici. Vide Franc. Lucam in Notis hinc) ut habet Marcus c. 14. v. 3. Id ita esse colligitur, ex eo quod Græci codices tam in Marco quam in Ioanne constanter habent m. s. Ergo cum Latinus Vulgatus Interpres Marci (qui fuit vel ipse Marcus, vel aliquis ei familiaris & coævus) rō m. s. interpretetur spicati, non dubium quin in Ioanne quoque ita hoc loco interpretandum sit : nam de hac nardo Ioannem hic idem velle dicere, quod de ea dixerat Marcus ; patet conferenti utrobique Syra, Arabica, Græca, & Græcos interpretes. Secundò, quia pro rō m. s. Syrus tam in Marco, quam in Ioanne vertit, nardin rifoio, id est, nardum capitalem, hoc est, primam & præstantissimam ; Arabicus, optimam : talis autem est nardus spicata. Tertio, quia apud omnes constat, quæ sit nardus spicata, de pistica nihil vspiam legitur. Nardus enim & spicas & folia habet ; ex vtriusque conficitur vnguentum ; illud spicatum, hoc foliatum dicitur. Vide Plinium libr. 12. cap. 12. Spicatum autem

Secundò.

Primò.

Secundò.

Tertio.

Quarto.

Quinto.

Sextò.

Septimò.

Octavo.

Nonno.

Decimo.

Undecimo.

Duodecimo.

Decimotercio.

Quartodecimo.

Quintodecimo.

Sextodecimo.

Septimodecimo.

Octodecimo.

Decimosecundo.

Decimotercio.

Decimquarto.

Decimquinto.

Decimsexto.

Decimseptimo.

Decimoctavo.

Decimonono.

Decimodecimo.

Decimundecimo.

Decimiduodecimo.

Decimtrigesimo.

autem quia plus habet substantiae & medullae, hinc praestantius est, quod Galenus...

Metaphysi in nominibus. Exempla.

Simili modo pleraque nomina ex vna in aliam linguam transcuntia, per metathesin deflexa & corrupta sunt...

Sic pro Hebraeo Hippo Latini per metathesin dicunt passer, pro darag gradus, pro mecar mercor...

Sic pro Graeco Latini dicunt rapax, pro μορφή forma, pro νεύρω νεύρος...

Sic Itali pro carmes dicunt cremes, pro paludes paludi, pro Hieronymo Gerolamo...

Sic Hispani pro parabola dicunt palabra, Itali & Galli parola, unde parare pro periculum pelagro...

Sic pro Hebraeo Iebuchanan, Latini & Graeci dicunt Iohannes, Itali Giovanni, Hispani pronunciat Juan...

Optima Deo offerenda.

Moraliter hic discet bona opera, quibus quasi vnguentis pretiosis vngimus Christum, debere esse spicata, siue pistica, id est, sincera, solida, eximia, praestantia...

ET VNXIT PEDES IESU] Addit Matth. & caput. Mystice, Alcuinus, Caput, ait, est diuinitatis sublimitas, pedes, humilitas incarnationis...

ET EXTERGIT PEDES EIVS CAPILLIS SVIS] Est hyleron proteron. Prius enim pedes terfit a puluere & luto, deinde vnxit: Christus enim in-

cedebat nudipes solea tantum calceatus, quam deponebat more gentis mensae accubiturus: si enim Maria prius vnxisset pedes Iesu, & postea capillis extersisset...

CAPILLIS SVIS] vt eos, in quibus olim vane gloriata erat, fordidaret torpidibus pedum Iesu, ac cum illis totum suum caput pedibus eius summam humilitate & reuerentiam substereret...

ET DOMVS IMPLETA EST EX ODORE VNGVENTI] Mystice S. August. Mundus, ait, impletur bona fama pietatis & virtutis, qualem hic exercuit Maria, iuxta illud Pauli: Christi bonus odor sumus, bonis vitae in vitam, sed malis mortis in mortem; uti hic congrit. Vnde sequitur.

DIXIT ERGO VNVS EX DISCIPVLIS SVIS, IV-DAS ISCARIOTES, &c. QVARE HOC VNGVENTVM NON VENIT TRECENTIS DENARIIS, ET DATVM EST EGENTIS] Math. & Marcus addunt: nam mirum est, sed sepulturae officium: nec mirum mihi dedisse bonum odorem fidei, cum ego pro ea futurus sim sanguinem.

DIXIT AVTEM HOC, NON QVIA DE EGENTIS PERTINEBAT AD RVM, SED QVIA FVR ERAT, ET LOCVLVS HABENS, EA QVAE MITTEBANTVR, (offerebantur Christo) PORTABAT] Fvr, imo sacrilegus, utpote in suum usum rapiens quae in diuinum dabantur, ait Theophyl. nam ministerio portabat, furto exportabat, ait S. August. Cupiebat enim Iudas vnguentum hoc venundari, sibi que pretium dari, cum que sciret Christum nolle tantum pecuniae in loculis suis asseruari, sed velle illud in pauperes distribuere...

Sed cur Iesus Iudae commisit loculos, eum sciret eum fore furem? Resp. Quia Iudas aprior erat ad res temporales procurandas, quam ceteri Apostoli: furtum vero permisit, quia inde nata est occasio proditoris & passionis suae, quam ipse ambiebat. Rursus S. August. Quia, inquit, Ecclesia loculos habitura erat, fures admisit, vt eius Ecclesia potentes fures dum patitur, toleraret; vt doceret tolerandos esse malos, ne corpus Christi diuidamus & tolera malum bonus, vt venias ad praemium bonorum. Addit Chrysost. Commisit Dominus furi loculos, vt omnem ei abscinderet, proditoris occasionem, ne videretur ob pecuniae defectum eum prodere. Theophyl. vero: Quidam, ait, dicunt Iudam, vt omnium minimum, pecuniae administrationem suscepisse.

Denique S. Bernardus lib. 4. de Consider. c. 6. docet Christum hic Praelatos docere voluisse, vt rerum temporalium curam facile cuius confidant, spiritualium vero dispensationem sibi reseruent,

seruent, cuius contrarium nonnulli faciunt. Rursum fecit id Christus ne miremur si in Sanctorum coetibus, monasteriis, congregationibus, subinde reperiantur aliqui vitiosi & scandalosi. Vnde S. August. epist. 137. cum vnus de monachis suis scandalum dedisset, ob quod populus illi oclamabat, prudenter respondit: Quantumlibet vngit disciplina domus mea, homo sum, & inter homines vivo, nec mihi arrogare audeo, vt domus mea melior sit quam arca Noe, vbi inter octo homines reprobos vnus inueniendus est: aut melior sit quam domus Abraham, vbi dictum est, Ejce ancillam & filium eius: aut melior sit quam domus Isaac, cui de duobus geminis dictum est: Iacob dilexi, Esau autem odio habui: aut melior sit quam domus Iacob, vbi lectum patris filius incestauit: aut melior sit quam domus David, cuius filius cum sorore concubuit; cuius alter filius contra patrem tam sanctam mansuetudinem rebellauit: aut melior sit quam cohabitatio ipsius Domini Christi, in qua undecim boni perfidum & furum Iudam tolerauerunt: aut melior sit postremo quam caelum, vnde angeli ceciderunt.

Nimirum permittit id Deus sapienti sua prouidentia, vt ex vnus vel paucorum inaprobitate ceterorum probitas & sanctitas per antithesin magis resplendeat, sicut lux inter tenebras, aurum inter plumbum, sol inter nubes, sapiens inter stultos magis emicat & resulget: contrarium enim contrarij oppositu magis elucescit, vt docet Ecclesiast. c. 33. 15. Vide ibi dicta.

ET LOCVLVS HABENS, EA QVAE MITTEBANTVR, PORTABAT] Hinc recte colligit Iansenius & alij, Christum eum suo Apostolorum collegio habentem loculos, ipso facto, suoque exemplo ostendisse, Ecclesia licite habere loculos & opes, nec derogare perfectioni, habere commode marisupium pro sumptu opportuno & moderato. Nichil enim imperfectionis fecit Iesus in vita sua, vt pote qui perfectionis omnis fuerit magister.

Hoc vt a fundamentis intelligas. Nota, Christum, licet ratione vnionis hypostaticae cum Verbo, haberet excellens & quasi diuinum in omnes creaturas dominium; tamen paupertatem, id est, carentiam humani dominij, prout illud est in vfu hominum, professum esse, vt perfectioris vitae esset magister, cuiusque nobis daret exemplum. Patet id ex Matth. c. 8. 20. Vulpes, inquit, foueas habent, & volucre caluarias: Filius autem hominis non habet vbi caput reclinet. Et Matt. 19. 21. Si vis perfectus esse, vade, vende quae habes, & da pauperibus, &c. & veni, sequere me. Et c. 27. Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te.

Nota Secundo, Christum habuisse dominium pecuniarum, & rerum sibi a fidelibus oblatarum, in communi, non in particulari; quia loculi hi ad totum collegium Apostolorum pertinebant, quod illorum habebat dominium: non ergo Christus ipse illos habebat quasi proprios, vt illorum particularis esset dominus. Hioc & c. 4. 8. dicuntur discipuli abiisse in ciuitatem, vt cibos emerent. Et c. 6. Iesus ait ad Phillipum: Vnde ememus panes vt manducemus hi?

Igitur ex hoc Christi exemplo sequitur, perfectioni nihil derogare habere bona in communi, vt habent passim Ordines Religiosi, vt definit Ioannes XXII. Extrauag. Ad conditorem. Potest enim pro diuersitate personarum, statuum & finium, quos quisque sibi proponit, aliquando hoc esse perfectius, & aliquando non. Videtur tamen

Christus paupertate professus est: cur?

Perfecti habent bona in communi.

Christus aliquando caruisse omni dominio etiam in communi, vt cum ait: Filius hominis non habet vbi caput reclinet: cum mulieres eum sequentes, eum alerent, Lucae 8. v. 3. item in cruce, vbi rebus omnibus, etiam vestibus, vitro se abdicauit. Et hoc tantum videtur velle Nicolaus IV. (qui in speciem videtur Ioanni XXII. aduerfari) c. Exijt qui seminat, de verb. signific. in 6.

Porro loculos in communi non officere perfectioni, ratione a priori probat S. Thom. 2. 2. q. 188. art. 7. Quia, inquit, paupertas tantum est instrumentum perfectionis, ex eo quod tollat tria diuitiarum damna, quae sunt impedimenta charitatis; primum est, sollicitudo eas parandi & seruandi: secundum, earum amor; tertium, ob eas superbiere. Atqui habere loculos in communi, nec sollicitudinem eorum affert, nec amorem, nec superbiam. Ergo hoc non est charitatis impedimentum, sed potius adiumentum. Nam minuit sollicitudinem, quam saepe experiuntur pauperes plane & mendici in mendicando, & procurando sibi victum & vestitum. Manifestum est enim, ait S. Thomas, quod minimam sollicitudinem ingerit seruare res vsus hominum necessarias, tempore congruo procuratas.

Quocirca omnes veteres Religionum fundatores, viri sancti & sapientes, sanxerunt, vt Religiosi haberent bona in communi, vt sine cura vacarent orationi, studio, praedicationi, sicut patet ex Constit. S. Basilij, S. August. epist. 109. S. Benedicti, S. Bernardi, S. Brunonis, S. Romualdi, S. Dominici. Vnde nata est Iustiniani Imp. Constitutio in auct. coll. 1. constit. 5. §. illud, & coll. 9. constit. 1. §. Si qua, qua iubet vt eorum bona, qui monachi sunt, eo ipso ad eorum monasteria pertineant. Tota enim paupertatis vis in eo sita est, vt nihil proprium & singulare habeatur, licet deinde de sit aliquid commune, ex quo iuxta formam A. lica via in postolicam diuidatur singulis, prout cuique opus est: Apostoli enim cum fidelibus primis, qui erant sanctissimi & gloriosissimi, possidebant bona in communi, quae deinde singulis pro necessitate cuiusque distribuiebant, vt patet Actor. c. 2. & seq. Vide ibi dicta. Hoc est quod de Religiosis suae aetatis ait S. Hieronymus epist. 22. Non licet dicere cuiquam: Tunica & sagum, texta & iuncta sicut non habeo. Praefatus omnium ita vniuersa partitur, vt nemo quid possidet, nemo non habeat. Si quis vero caeperit egrotare, transfertur ad exedram latiore, & tanto senum ministerio resouetur, vt nec delicis urbiura, nec matris quae erat affectum.

Idem passim docent Patres & Scholastici. Vide Suarez 3. p. quaest. 40. art. 3. disp. 28. sect. 2. Bellarm. in lib. 4. de Summo Pontif. c. 14. D. Soto lib. 4. de Iustitia, quaest. 1. art. 1.

Dices: Nicolaus IV. loco iam citato insinuat, An loculos quod loculos habere sit perfectionem minuere: habere per ait enim Christum cum loculos habuit, se in inferioribus accommodasse, vt omnibus esset exemplo. Resp. Suarez Nicolaum solum asseruisse, in genere paupertatis minorem, minusque rigidam esse illam, quae loculos habere permittit: inde vero non concludi, id maioris esse perfectionis absolutum: potest enim quod minus perfectum est in paupertate, magis esse perfectum in charitate, vel alia virtute. Agit enim Nicolaus de Franciscanis (quas ipse fuit) quorum Religio pro scopo & fine habet paupertatem summam, vt se S. Francisco sun-

Paupertas est: A. lica via in postolicam diuidatur singulis, prout cuique opus est.

habere perfectionem minuat?

fundatori conformet, qui summè summam paupertatem & nuditatem rerum omnium adamavit. At verò aliæ Religiones alios habent fines pios & sanctos, ad quos conuenientius est habere bona in communis quare hoc in ijs congruentius & perfectius est. Sic Carthusiani sanctè seruant silèrium & solitudinem. Alij magnam sectantur vitæ austeritatem. Qui verò prædicationi & missionibus ad infideles vacant, inter homines versentur, & magnis viribus sint oportet, vt magnos instituti sui labores sustinere valeant: quare austeritatem vitæ charitate in proximum compensant. Vtrique ad suum institutum & finem sibi propositum congruè, piè & appositè. Diuersus enim finis diuersa exigit media. Denique Concil. Trid. sess. 25. cap. 3. concedit omnibus Religiosis, exceptis Frânciscanis, vt bona immobilia possidere possint.

VERS. 7.

DIXIT ERGO IESVS: SINITE ILLAM VT IN DIEM SEPULTURÆ MEÆ SERVET ILLVD] *vt seruet, id est, vt seruasse ostendatur. Vnde græcè est in præterito, in diem sepulture meæ seruauit illud. Sic & Syrus. Cetera huc spectantia explicui Matth. 26. 12. &c. Audi S. August. Non illi ait: Propter surta tua dicit ista: furem nouerat, & prodeve molebat, sed potius tolerabat, & ad perferendos malos in Ecclesia, nobis exemplum patientiæ demonstrabat.*

VERS. 9.

COGNOVIT ERGO TVRBA MVLTAE EX IVDÆIS, QVIA ILLIC (in Bethania) EST: ET VENERVNT, NON PROPTER IESVM TANTVM, SED VT LAZARVM VIDERENT, QVEM SVSCITAVIT A MORTVIVS] *Cyrillus ait S. August. eos adduxit, non charitas, vt scilicet Lazarum à morte rediituum viderent, audirent, interrogarent vbi post mortem fuisset, quid vidisset, quid egisset? Ita Cyrillus, Theophyl. Leont.*

VERS. 10.

COGITAVERVNT (græcè, ἐβλεπωσθε, id est consultauerunt: Ita Syrus, Arab. & Vatabl. & consultando decreuerunt) AVTEM PRINCIPES SACERDOTVM, VT ET LAZARVM INTERFICERENT] *Vide hic virulentam principum inuidiam & malitiam, quâ invidentes Iesu gloriam, inuidem Lazaro & vitam, ne vita eius gloriam Iesu adaugeat. Instabat enim festum Paschæ, quo omnes Iudæi confluentes Hierosolymâ, visuri erant Lazarum à morte suscitatum, ac admiraturi Christi virtutem eum suscitantem, ideoque multi in eum credituri: quod vt impediunt principes, Lazarum è medio tollere decernunt. Verùm rectè exclamat in eos S. August. tract. 50. D. In ista cogitatio & caeca sententia! Dominus Christus qui suscitare potuit mortuum, non potuit occisum? Quando Lazaro inferebatis necem, numquid auferebatis Christo potestatem? Si aliud vobis videtur mortuus, aliud occisus; ecce Dominus vtrumque fecit, & Lazarum mortuum, & seipsum suscitauit occisum.*

VERS. 11.

QVIA MVLTAE PROPTER ILLVM ABIBANT EX IVDÆIS, ET CREDEBANT IN IESVM] *Abibant, græcè ἀβιβαν, id est, subducebant se, relinquebant eos, deferebant eorum fractionem tō ex Iudæis refer ad multos, vt refert Syrus & Arabicus, & colligitur ex Græco: potest tamen referri quoque ad tō abibant, q. d. Multi Iudæorum abibant à Iudæis Christo aduersantibus, & transibant ad Christum.*

IN CRASINVM AVTEM] *Hoc est, die crastino, VRS. 12; siue postero à cœna Iesu facta sabbato in Bethania, putà die Dominica palmarū, quæ erat quinta ante diem Paschæ, eratque dies decima mensis Nisan, quo Christus quasi agnus paschalis solemniter ingressurus erat Ierusalem, vt ibi fieret victima & piaculum mundi: nam die decimo agnus paschalis, qui erat Christi typus, immolandus die 14. induendus erat in Ierusalem, iuxta legem Exodi 12. 3. Cetera quæ sequuntur vsque ad v. 17. de pompa Christi ingredientis in Ierusalem, explicui Matth. 21. 7.*

TESTIMONIVM ERGO PERHIBEBAT (de suscitatio] *TESTIMONIVM ERGO PERHIBEBAT (de suscitatio] Lazari, quòd scilicet Iesus Lazarum verè non fide à morte suscitasset) TVRBA QVÆ ERAT CVM EO (Iesu) QVANDO LAZARVM VOCAVIT DE MONVMENTO.*

PROPTEREA ET OBVIAM VENIT EI TVRBA, QVIA AVDIERVNT EVM FECISSE HOC SIGNVM] *Ioannes dat causam, cur ciues Hierosolymæ nunc turmatim occurrant Iesu cum tanto plausu, quod numquam antea fecerant, quia scilicet turba, quæ suscitacioni Lazari interfuerat, hoc Iesu miraculū per totam Hierosolymam sparsit, dicens se illud oculis suis vidisse. Hæc ergo tanti miraculi nouitas exciuit ciues, vt turmatim occurrerēt Iesu, acclamantes Hofanna ipsi, quasi sue Messia & Regi.*

PHARISÆI ERGO DIXERVNT AD SEMETIPROS (inter se conferentes cōsilia:) VIDETIS QVIA NIHIL PROFICIMVS? ECCE MVNDVS TOTVS POST EVM ABIIT] *Arabicus, totus mundus sequitur illum. Est hyperbole, q. d. Plurimi abeunt à nobis, creduntque in Iesum. Viderant enim ingentem hominum turbam illi quasi Messia occurrere, & acclamare Hofanna, eosque ex omni sexu, ætate, genere, nimirum tam viros quàm feminas, tam senes quàm pueros, tam Iudæos quàm Gentiles, vt patet v. seq. Notat Cyrillus Pharisæos hic tacitè prophetare, quòd omnes gentes totius mundi ad Christum conuertentur, licet id ipsi non intelligerent.*

S. Chryl. & Theophyl. censent eos, qui hæc dicebant, fuisse credentes in Christum, aut certè in illum propensos, quasi ipsi alijs incredulis Christum persequentibus dicant: Videmus quòd persequendo Christum, nihil contra eum proficimus, sed potius eius sectam & gloriam augemus: nam totus mundus post eum abiit; cessamus ergo ab eo persequendo. Vnde Græca, Syrus & Arabicus habent, videtis nos nihil proficere.

Veriùs Cyrillus, Euthym. & alij, censent eos fuisse incredulos & Christi hostes; tales enim erant Pharisæi. q. d. Nuper omnes cum Caipha decreuimus Iesum occidere, interim idiplum facere differimus & tardamus: & ecce dilatione & tarditate hac nostra nihil proficimus, sed potius malum augemus: nam totus mundus post eum abiit: quanto satius fecissemus, si nuper, cum decreuimus eum occidere, statim eum occidissemus, antequam secta eius adeo cresceret & inclaresceret. Quid ergo nunc nobis faciendum incumbit? vt quantociùs decretum nostrum exequamur, eumque è mediò tollamus. Quid igitur cunctamur? quid moras vestimus? si tardamus, omnes à nobis ad Iesum abibunt, nec eos reuocare poterimus: turba vincemur, nisi astu vincamus.

ERANT AVTEM QVIDAM GENTILES EX HIS,

HIS; QVI ASCENDERANT VT ADORARENT IN DIE FESTO] *Mirum est nonnullos putare hos fuisse Iudæos, inter Gentiles commorantes, cum Ioannes disertè dicat eos fuisse Gentiles. Fuere ergo hi partim profelyti, hoc est, qui Iudæorum religionem iam amplexi erant, vel potius amplecti cogitabant, vt opinantur Chryl. Theophyl. Euthymius; partim verò Gentiles, qui vnum esse Deum censebant, quem cum viderent à Iudæis adorari tantà maiestate in templo Hierosolymitano, à tanta hominum multitudine in Paschate, ipsi idem cum eadem facere destinarant, præsertim allecchi famâ sanctitatis & miraculorum Iesu, quem videre & audire cupiebant, vt ait hic Ioannes. Ita Cyrillus, Leontius & Theophyl. Simili modo Eunuchus Candacis reginæ venit adorare in Ierusalem, ad quem angelus misit alterum Philippum, scilicet Diaconum (non hunc Apostolum) qui eum ad Christum conuertit. Act. 8. Sic etiam Gentilium reges templum Ierusalem venerabantur, & ei dona mittebant vt Cyrus 1. Esdr. 1. Darius Hytaspis, ibidem c. 6. Seleucus & alij reges Asia 2. Machab. 3.*

VERS. 21.

HI ERGO ACCESSERVNT AD PHILIPPVM (Apostolum,) QVI ERAT A BETHSAIDA GALILÆÆ, ET ROGABANT EVM DICENTES: DOMINE VOLVIMVS IESVM VIDERE] *Philippum præ alijs adierunt, vel quia is eis erat notus, vel quia primus eis occurrit, vel quia voce & vultu maiorem candorem, facilitatem, & benignitatem præ se ferebat, itaque omnes ad se alliciebat. Christum enim ipsum, vt pote virum sanctissimum, & Prophetam extimium, adeoque Iudæum (Iudæi enim abhorrebant à Gentibus) illi cum Gentiles essent, accedere non audebant, ait Cyrill. Chryl. & Leont. Mediatorem ergo inter se & Christum adhibent Philippum, vt is ad eum aditum faciat.*

VERS. 22.

VENIT PHILIPPVS, ET DICIT ANDRÆ (quasi maiori & antiquiori Apostolo) ANDREAS RVRSVM ET PHILIPPVS DIXERVNT IESV] *Andreas enim maioris apud Christū erat auctoritatis, vt pote qui primus omnium Iesum adierat, & ad eum Petrum fratrem suum adduxerat cap. 1. v. 40. Communicato ergo inter se consilio, rem totam deserunt ad Iesum, antequam ipsos Gentiles adducant, quia audierant à Iesu: In viam Gentium ne abieritis, Matth. 10. 5.*

VERS. 23.

IESVS AVTEM RESPONDIT EIS, DICENS: VENIT HORA VT CLARIFICETVR FILIVS HOMINIS] *Græcè, δοξασθῆναι, id est, glorificetur. Ita Syrus & Arabicus, q. d. Nolite Gentiles arcere à me, sed eos ad me adducite. Quod enim dixi olim: In viam Gentium ne abieritis, vobis dixi initio prædicationis meæ, quâ ad Iudæos solos à Deo destinabar, nunc autem cum finitur prædicationem meam repellant, ego illam per vos transferam ad Gentes. Instat ergo nunc hora, id est, tempus, quo ego post mortem meam (& per eam) quæ mihi imminet, ac per meam è morte resurrectionem, ascensionem in cælum, & missionem Spiritus sancti, non tantum à Iudæis, sed à Gentilibus per totum orbem clarificer, id est, velut Messias saluator agnoscar, colar, adorer per vestram, ô Apostoli mei, vbi que prædicationem.*

Porò Christi clarificatio, Christianorum omnium clarificatio est. Nam vt ait S. Augustin. *Cornel. in Ioannem.*

serm. 176. de Temp. Nos Christi mors vivificavit, nos resurrectione erexit, nos ascensio consecravit. Quia vt idem ait serm. 184. cum Iesus ascendit, Spiritus sanctus ad nos descendit.

VERS. 24.

AMEN, AMEN DICO VOBIS: NISI GRANVM FRUMENTI CADENS IN TERRAM MORTVVM FVERIT, IPSVM SOLVM MANET: SI AVTEM MORTVVM FVERIT, MVLTVM FRVCTVM AFFERT] *Docet Christus claritatem, siue gloriam iam dictam, sibi per mortem & crucem obtenturam, ne illa turbetur & scandalizentur Apostoli & fideles. Audi S. August. tract. 51. Seipsum Iesus dicebat ipse erat granum mortificandum & multiplicandum; mortificandum in infidelitate Iudæorum, multiplicandum in fide omnium populorum. q. d. Sic ut granum tritici seminatum in terra, nisi in ea moriatur, id est, corrumpatur, mortificatur, & in aliam substantiam, scilicet in germen terræ calore resoluatur, non germinat, nec fructum facit: si autem moriatur, germinando multum fructuum affert, seque multiplicat, vt vnum granum ex se producat 20. 30. 60. grana. Supplet: Sic pariter ego, qui sum quasi granum tritici, è cælo in terram iactum, mori debeo, vt per mortem meam, eiusque meritum, æque ac exemplum multos virtutum & fidelium fructus, eoque insignes & celebres proferam, scilicet tot millia Martyrum, Virginum, Doctorum, Confessorum, ceterorumque fidelium, per totum orbem sparia, & futuri sæculi spargendo. Idem contingit in morte Martyrum, vt vno moriente, multi pro eo surgant, & fidem Christi amplectantur. Quocirca Ecclesia hæc legit in festo S. Laurentij, ceterorumque Martyrum. Verè Tertullianus in fine Apolog. Sanguis Martyrum, inquit, est semen Christianorum. Vnde idem addit ibidem: Cruciate, torquate, dammate, atterite nos: probatio est enim innocentis nostræ iniquitas vestra. Et mox: Exquisitor crudelitas vestra, illecebra est magis secta: plures estimus, quoties metimur à vobis. Exemplum illustre S. Gregorius lib. 3. Dialog. c. 31. dat S. Hermenegildum, qui propter orthodoxam fidem occisus à patre Leouigildo rege Arriano, ipsum & fratrem suum Reccaredum, totamque Visigothorum gentem ab arrianismo ad rectam fidem conuertit. Nus ergo, ait Gregorius, in gente illa mortuus est, vt multi viverent, & dum vnum granum fideliter cecidit, ad obtinendam fidem annularum seges multa surrexit.*

VERS. 25.

AMEN, AMEN DICO VOBIS: NISI GRANVM FRUMENTI CADENS IN TERRAM MORTVVM FVERIT, IPSVM SOLVM MANET: SI AVTEM MORTVVM FVERIT, MVLTVM FRVCTVM AFFERT] *Docet Christus claritatem, siue gloriam iam dictam, sibi per mortem & crucem obtenturam, ne illa turbetur & scandalizentur Apostoli & fideles. Audi S. August. tract. 51. Seipsum Iesus dicebat ipse erat granum mortificandum & multiplicandum; mortificandum in infidelitate Iudæorum, multiplicandum in fide omnium populorum. q. d. Sic ut granum tritici seminatum in terra, nisi in ea moriatur, id est, corrumpatur, mortificatur, & in aliam substantiam, scilicet in germen terræ calore resoluatur, non germinat, nec fructum facit: si autem moriatur, germinando multum fructuum affert, seque multiplicat, vt vnum granum ex se producat 20. 30. 60. grana. Supplet: Sic pariter ego, qui sum quasi granum tritici, è cælo in terram iactum, mori debeo, vt per mortem meam, eiusque meritum, æque ac exemplum multos virtutum & fidelium fructus, eoque insignes & celebres proferam, scilicet tot millia Martyrum, Virginum, Doctorum, Confessorum, ceterorumque fidelium, per totum orbem sparia, & futuri sæculi spargendo. Idem contingit in morte Martyrum, vt vno moriente, multi pro eo surgant, & fidem Christi amplectantur. Quocirca Ecclesia hæc legit in festo S. Laurentij, ceterorumque Martyrum. Verè Tertullianus in fine Apolog. Sanguis Martyrum, inquit, est semen Christianorum. Vnde idem addit ibidem: Cruciate, torquate, dammate, atterite nos: probatio est enim innocentis nostræ iniquitas vestra. Et mox: Exquisitor crudelitas vestra, illecebra est magis secta: plures estimus, quoties metimur à vobis. Exemplum illustre S. Gregorius lib. 3. Dialog. c. 31. dat S. Hermenegildum, qui propter orthodoxam fidem occisus à patre Leouigildo rege Arriano, ipsum & fratrem suum Reccaredum, totamque Visigothorum gentem ab arrianismo ad rectam fidem conuertit. Nus ergo, ait Gregorius, in gente illa mortuus est, vt multi viverent, & dum vnum granum fideliter cecidit, ad obtinendam fidem annularum seges multa surrexit.*

Anagog. cæ. Beda: Seminatus est Iesus, inquit, de semine Patriarcharum in agro mundi huius, id est, incarnatus est: solus mortuus est, cum multis surrexit. Denique audi S. Bernardum serm. 15 in Cant. *Moriatur granum, & surgat gentium seges. Oportet pati Christum, & surgere a mortuis, & prædicari in nomine eius penitentiam & remissionem peccatorum, non solum in Iudæam, sed etiam in omnes gentes, quatenus ab vno nomine, quod est Christus, millia millium credentium Christiani dicantur, & dicant, Oleum effusum nomen tuum.*

QVI AMAT ANIMAM SVAM, PERDET EAM; ET QVI ODIIT ANIMAM SVAM IN HOC MVNDO, IN VITAM ÆTERNAM CVSTODIT EAM] *Primò, q. d. Qui amat animam, id est, vitam suam præ mea fide & fidei professione, vt malit fidem negare, quàm vitam amittere, hic perdet animam & vitam, quia incurret mortem æternam & gehennam. Qui verò odit animam, id est vitam, vt malit*

malit eam potius quam fidem amittere, hic custodit eam, ut in aeternum beatus uiuat in caelo. Rursum qui amat animam suam, id est, animae suae desideria & concupiscentias, praevoluntate & mandatis meis, ut malit concupiscentias suas se qui, quam mandata mea, hic perdet animam suam in gehenna: qui vero eam odit, resistendo eius concupiscentijs legi Dei contrarijs, hic custodit eam, ut aeternam beatitudinis vitam à me consequatur. Ita fecere Martyres, Anachoretæ, Religiosi, Virgines, ceterique Sancti. Uterque sensus huic loco est congruus & à Christo intensus, id eoque iungendus, uti iungunt S. Chrysof. Theophyl. Euthym. Videbat enim Christus Apostolos & Christianos post mortem suam persecutionem & martyria passuros à Iudæis & Gentibus: voluit ergo contra illa ipsos hic praemonere & praemunire. q. d. Me defuncto insurgent contra vos Scribae, principes & tyranni: videte ergo ne fidem meam negetis, ut vitam temporalem consequeremini, quia hoc faciendo perdetis vitam aeternam & beatam, quam acquireretis, si vitam temporalem pro fide mea morti exposueritis.

Rursum voluit Christus fideles docere, quod assidue suis concupiscentijs resistere, cum visque luctari debeant. Caro enim concupiscit adversus spiritum, & spiritus adversus carnem. Galat. 6. Hoc est quod ait Christus Matth. 10. 39. Qui inuenit animam suam, perdet illam. Et cap. 16. 25. Qui voluerit animam suam saluam facere, perdet illam; qui autem perdidit animam suam propter me, inueniet eam. Et Eccli. 18. 30. Post concupiscentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere. Si praesens anima tua concupiscentias eius, faciet te in gaudium inimicus tuus. Vide ibi dicta.

Porrò perperam hunc locum intelligebant haeretici dicti Circumcelliones, qui teste S. Augustini hic, scipios occidebant, ut sic vitam aeternam à Christo hic promissam consequerentur. Aliud enim est odisse animam, aliud eam occidere, quod omni lege vetitum est.

Deniq; audi S. August. tract. 51. Qui amat animam suam, perdet eam. Quod duobus modis intelligi potest: Qui amat, perdet, id est, si amat, perdet: si cupit vitam tenere in Christo, noli timere mori pro Christo. Item alio modo: Qui amat animam suam, perdet eam: noli amare, ne perdas: noli amare in hac vita, ne perdas in aeterna vita. Hoc autem quod posterius dixi, magis habere videtur Evangelicus sensus. Et nonnullis interiecit: Magna & mira sententia, quemadmodum sit hominis in vitam suam amor, ut pereat, odium, ne pereat: si male amaueris, tunc odisti, si bene oderis, tunc amasti. Felices qui oderunt custodiendo, ne perdam amando. Vnde post multa concludit: Cum ergo cause articulus venerit, ut hec conditio proponatur, aut faciendum esse contra Dei preceptum, aut ex hac vita emigrandum: quorum duorum homo si cogatur alterum eligere, committente mortem persecutore, ibi, eligat Deo dilecto emori, quàm offenso viuere: ibi oderit in hoc mundo animam suam, ut in vitam aeternam custodiat eam. Audi & S. Chrysof. Amat animam in hoc mundo, qui desideria eius inconuenientia facit; adiu autem, qui non cedit ei noxia concupiscenti. Dixit verò, odit: sicut enim eorum qui odio habentur, nec vocem audire sustinemus, ita animam contraria Deo volentem cum vehementia auertere oportet. Et Theophyl. quia graue erat audire odio habendam animam, consolatur dicens: In hoc mundo, in quo temporis

A breuitatem indicat, emolumentum aeternum subiungens. Addit Chrysof. Christum, cum videret discipulos de morte sua contristandos, eos erexisse ad maiora, q. d. Quid dico. Si mortem meam generose non feretis: nisi vos ipsi moriamini, nullum vos sequetur emolumentum. Hec Chrysofostomus hic tract. 66.

Hæc ergo Christi sententia est, axioma, basis, fundamentum, & compendium vitæ Christianæ. Ipsa enim est radix & principium virtutum omnium, quæ ex illa, perinde ac conclusiones ex præmissis eliciuntur: qui ergo in schola Christi doctus, eximius & perfectus euadere cupit, hanc gnomen assidue ruminet, expendat, voluntati imprimat, & opere exequatur, ut omnes suas actiones illi quasi Lydio lapidi adeptet, adque & cõformet: ita verus & singularis Christi discipulus, affecta & imitator euadet, ac pro vita temporalis quam negligit, beata vitæ aeternæ gaudia nanciscetur.

SI QVIS MIHI MINISTRAT, ME SEQUA-
TUR] q. d. Qui cupit meus esse minister, affecta & discipulus, & imitator per mortem & mortificationem, ac per bona opera, ait S. Chrysof. ut vias meas ambulet, ait S. August. non suas, non quæ sua sunt querens, sed quæ Iesu Christi, quæcumque bona, siue in temporalibus, siue in spiritualibus faciens propter eum.

ET VBI SVM EGO, ILLIC ET MINISTER MEVS ERIT] Ecce fructum (pergit S. August.) & mercedem: gratis amatur, & operis quo ministratur illi pretium est esse cum illo, ut ibi sit adoptatus, ubi est vnicus; nimirum in caelo, in visione & possessione Dei, in felicitate & gaudio aeterno. ita S. Chrysof. Vide dicta Lucae 22. v. 7. & seq.

SI QVIS MIHI MINISTRAVERIT, HONORIFICABIT EVM PATER MEVS] honore caelesti, coram angelis Beatis & toto mundo. Non dixit: Ego honorificabo eum: nondum enim de eo decentem opinionem habebant, sed maiorem de Patre, ait Chrysof.

NUNC ANIMA MEA TURBATA EST] Nota. Christus hic, quia mortis post tres dies sibi instantis (dixit enim hæc Dominica Palmarum) mentionem fecerat, permisit in se excitari naturalem eius horrorem, uti fit in nobis, & hoc horrore scriptum turbauit. Vnde ait, saluisca, id est, eripe me ab hac hora, & horrore mortis mihi imminentis. Simile fuit in hortu, cum tristis vsque ad mortem orauit: Transseat à me calix iste.

Causam dat S. Chrysof. Exhortatus, inquit, fuerat Christus suos ad sui sequelam per mortem: ne ergo dicant eum extra dolorem existentem facile de morte philosophari, & alios ad eam adhortari, ostendit etiam se in agonia esse, & tamen mortem non recusare, ut nos eum sequamur, idemque faciamus in horrore mortis & mortificationis.

Causam secundam dat S. Cyrillus, ut se ostenderet non tantum Deum, sed & verum hominem esse; passionibus & arumnis nostris obnoxium.

Tertiam dat S. August. & ex eo Beda, ut Christus in se nostras infirmitates suscipiens curaret, nosque roboraret. Audi August. Sequi iubet animam meam, sed turbari video animam tuam: quæ fundamentum queram, si petra succumbit? Agnoscite misericordiam tuam Domine: nam qui charitatis voluntate turbaris, infirmus, ne desperando pereant, consolatio: in se caput nostrum suscepit membrorum suorum affectum. Et rursum: Sicut nos excitauit ad summam, ita nobis compatitur ad infimam. Et mox Christum nobis ita loquentem inducit: Audisti ad te vocem fortitudinis meæ: audisti in me vocem infirmitatis tuæ: vires sugero ut curras, nec reprimo quod acceleras: sed transiero in me quod trepidas, & subfero quod transisus.

VERS. 26.

VERS. 27.

remetipsum, claritate quam habui priusquam mundus esset apud te. Ita S. August. & Beda. Secundo, per eundem creando mundam, & omnia quæ in eo sunt in tempore. Ita Rupert. Tertio, & aptissime, per vocem è caelo in baptismo delapsam, Hic est filius meus dilectus: item per tot tantaque miracula, & virtutum opera, quæ Christus passim edidit: & in præfenti, hac voce mea è caelis clarifico, & iterum clarificabo, scilicet in morte, & post mortem Iesu, quando per eius resurrectionem, ascensionem in caelum, missionem Spiritus sancti, Apostolorum prædicationem & miracula, omnes Gentes ipsum quasi Christum Filium Dei, ac consequenter Deum Patrem agnoscent, colent, amabunt, adorabunt. Ita Chrysof. Cyrill. Theophyl. Leont. Euthym. Iansen. Maldon. & alij.

ET QUID DICAM? PATER SALVIFICA ME EX HAC HORA] Theophyl. & Leont. sic exponunt, q. d. In hac turbatione & agonia hæreo, & animo fluctuo, & nescio quid agam vel dicam. Dicamne ergo: Pater saluisca me ex hac hora? fugiamne mortem? minime: sed vincam meam agoniam, & vltro morti obuiam ibo.

Simplicius & planius alij, q. d. Quid in hac agonia dicam? quò confugiam? quem inuocem? utique Patrem qui saluat. Dicam ergo. Pater saluisca me ex hac hora, id est, libera me ab hac agonia mortis. Nam vt ait S. August. Beda & Rupertus, similis est hæc oratio illi in hortu: Pater mi, si fieri potest, transseat à me calix iste: quæ fuit oratio partis inferioris, siue appetitus naturalis, qui mortem horrebat; vnde mox eam pars superior putat mens & voluntas superior, corripit, dixitque: Verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat. Eodem modo & hanc corrigit, dum statim subiicit: SED PROPTEREA VENI IN HORAM HANC] Est correctio, quæ Christus corrigi partem interiorem, quæ dixerat: Saluisca me ex hac hora, q. d. Et si naturaliter horream mortem, absolute tamen nolo naturale meum desiderium impleri, cum ad hoc venerim in mundum, ut hanc mortis horam subeam, & calicem passionis bibam. Ita S. August. Beda, Rupert. & alij.

PATER CLARIFICA NOMEN TVVM] vt per mortem mihi à te decretam, quam libenter accepto, clarificem, id est glorificem nomen tuum, per meam extremam obedientiam & religionem, qua me tibi in victimam pro peccatis totius mundi offeram, itaque homines peccato perditos vitæ gratiæ restituam, tibi que reconciliabo, ac in caelum deducam, vt te glorificent in aeternum. Ita S. Augustini. Chrysof. Euthymius Sic de Petro dicitur cap. 21. 19. Hoc autem dixit, significans quæ morte clarificaturus esset Deum. Audi Augustinum: clarifica me passione, & resurrectione. Er S. Chrysof. quòd pro veritate moritur, gloriam Dei vocat: futurum enim erat, ut post crucem cognosceretur ab orbe nomen Dei. Et Glossa: Saluationem quero, sed passionem non recuso: propter quam passionem clarifica me; quod est gloria nominis tui.

VERS. 28.

Secundò, clarifica nomen tuum hoc quoque momento, vt Gentiles, qui ad me venerant, itemque Iudæi, cognoscant me à te missum, vt homines morte meâ redimam, ideoque te, tuamque beneficentiam clarificent. Hanc enim orationem exaudiens Pater respondit illico: Et clarificauit, & iterum clarificabo. Ita Theodorus Heraclæot.

VENIT ERGO VOX DE CÆLO; ET CLARIFICAVI, ET ITERUM CLARIFICABO] Clarificauit. Primò, communicando ei quasi filio meo vnigenito meam claritatem, id est maiestatem, gloriam & diuinitatem ab omni aeternitate, iuxta illud ca. 17. Et nunc clarifica me tu Pater apud Cornel. in Ioannem.

remetipsum, claritate quam habui priusquam mundus esset apud te. Ita S. August. & Beda.

Secundò, per eundem creando mundam, & omnia quæ in eo sunt in tempore. Ita Rupert. Tertio, & aptissime, per vocem è caelo in baptismo delapsam, Hic est filius meus dilectus: item per tot tantaque miracula, & virtutum opera, quæ Christus passim edidit: & in præfenti, hac voce mea è caelis clarifico, & iterum clarificabo, scilicet in morte, & post mortem Iesu, quando per eius resurrectionem, ascensionem in caelum, missionem Spiritus sancti, Apostolorum prædicationem & miracula, omnes Gentes ipsum quasi Christum Filium Dei, ac consequenter Deum Patrem agnoscent, colent, amabunt, adorabunt. Ita Chrysof. Cyrill. Theophyl. Leont. Euthym. Iansen. Maldon. & alij.

VERS. 29.

TURBA ERGO, QUÆ STABAT ET AUDIEBAT (hanc vocem tubalem Dei Patris) DICEBAT TONITRUM ESSE FACTVM] quia vox hæc maxima, crassissima & resonantissima erat instar tonitru. Fortè etiam quia confusè, non articulatè vocem excipiebant, vt excipitur sonus confusus tonitru. Vnde Chrysof. Apera quidem, inquit, & significatiua erat vox, sed & crassis & carnalibus aures euolauit, tantumq; sonum retinuerunt. Et mox: Qui quòd articulat a quidam esse, non erant, sed quid significaret, non capiebant. Sed verus est, ait Rupertus & ex eo Maldonatus, omnes hanc vocem articulatè loquentem intellexisse, eiusque significationem cognouisse, verbi gratia, quòd Iesus esset Filius Dei, Messias & Saluator: verum propter vocis magnitudinem persuadere sibi nõ potuisse veram esse vocem, sed aut tonitru esse, seque falli, qui humanam articulatamque vocem audisse sibi viderentur, aut certè vocem esse angeli. Atque propterea hoc Euangelistam commemorasse, vt doceret vocem non fuisse ractam aut obscuram, ita vt solus audiret Christus, nec alij eius essent testes; sed tam magnam, tam claram fuisse, vt non solum omnes audierint, verum ita audierint, vt alij tonitruum, alij vocem angeli, nemo humanam esse, iudicauerint. Atque hoc ipsum indicabat vocem esse diuinam, quòd illi existimarent esse tonitruum: nam & tonitrua voces Dei vocari solent.

Symbolicè: Tonitruum hoc significabat Iesum esse filium Dei altionantis, ac proinde ipsum quoque esse Deum altionantem: tonitruum enim hic ad suum quasi recurrit auctorem, vt ipsum veneretur, & Gentibus indicaret. Rursum significabat Iesum, quæ homo erat, non tantum ore tonare, & corde fulminare, vt dura hominum corda permoueret ad pœnitentiã, & frigida ad amoris ardorem; sed etiam Apostolos, ceterosque suos faceret tonantes & fulminantes. Vnde ipsè Ioanni & Iacobo indidit nomen Boanerges, id est filij tonitru, Marci c. 3. v. 17. Hinc & Paulus à S. Hieronymo epist. 61. vocatur tuba Evangelij, iugis leonis nostri, tonitru Gentium. Subdit enim: Quem quotiescumque lego, videor mihi non verba, sed audire tonitrua. Audi S. Chrysof. homil. 32. epistol. ad Roman. in Moral. Tonitru ita terribile non est, sicut vox Pauli demonibus. Si enim vestimenta ipsius horruerunt, multò magis vocem. Ipsa vinolos illos & captiuos egit, hæc orbem terrarum expurgauit, hæc morbos dissoluit, vitium expulit, veritatem superinduxit, Christum habuit inhabitatorem. Is ubi-

VERS. 29.

Tonitru d caelo Christi diuinitatem testatur.

que cum illo profectus est; & quod erant Cherubim, hoc erat & vox Pauli. Quemadmodum in potentatibus illis sedie Deus; ita & in lingua Pauli. Sic S. Basilij oratio erat tonitru, quia vita eius erat fulgur, ait Nazianz. orat. 20. Hinc vox Christi assimilatur voci aquarum multarum, Apocal. 1. 15. & voci multitudinis Daniel. 10. 6.

ALII DICEBANT: ANGELVS EI LOCVTVS EST] Erat enim vox hæc augustior humana, idcoq; angelica, imò diuina. Angelus enim subiens personam Dei Patris, vocem hanc instar tonitru in aere formarat.

VERS. 30. RESPONDIT IESVS ET DIXIT: NON PROPTER ME HÆC VOX VENIT, SED PROPTER VOS] vt scilicet in me eredatis, itaque saluamini: ego enim hac voce non egeo. Sum enim Verbum Patris, quod increata & immensa laude & gloria, glorificat Deus Pater & Spiritus sanctus; quare creata & modica vocis huius laude non egeo: vos verò illa egetis, quia mihi nonnulli è vobis obijciunt, me non esse Dei Filium, nec à Deo missum; alij de eo dubitant: contrarium enim virtusq; hæc vox Patris vobis proclamar, vt omne dubium vobis eximat. Ita S. August. Beda, Rupert. Cyrill. Chrysof. Theophyl. Euthym.

VERS. 31. NUNC IUDICIUM EST MVNDI: NUNC PRINCEPS HVIVS MVNDI EIJCETVR FORAS] Iudicium sæpè condemnationem quæ fit in iudicio, metonymicè significat, & sic hoc loco accipit Chrysof. Theophyl. & Euthym. q. d. Nunc instar mundi, id est Iudæorum mundanorum, condemnationis, & vindicta Dei, eò quòd me innocentem, imò Messiam & Dei Filium ad mortem condemnarint. Melius alij accipiunt iudicium, non pro condemnatione nocentis, sed pro innocentis absolutioe, vel potiùs oppressi ab oppressore & tyranno liberatione. q. d. Nunc est, id est, nunc instar tempus, quo mundus per tyrannidem oppressus à diabolo, ab eo liberetur. Instar enim mors mea, per quam homines à peccato, & consequenter à potestate & tyrannide diaboli liberabo, ac diabolus, qui hucusque mundo tyrannicè dominatus est, eijcietur foras, vt scilicet extra mentes fidelium & Sanctorum ablegetur in mentes infidelium & impiorum. Vnde argute Rupertus: Duos, inquit, mundos ab intellectu, videlicet alterum inimicum, alterum reconciliatum; siue alterum damnatum, & alterum saluatum, dum dicit primò sine articulo: Iudicium est mundi: secundo autem signanter cum articulo, Princeps, inquit, huius mundi. Quod ergo iudicium mundi, & quæ est electio principis huius mundi? utique præsens passio ipsius, qui hæc loquitur, Domini nostri Iesu Christi, iudicium est mundi, id est saluatio, discernens à reprobis vniuersitatem electorum, qui fuerunt ab initio sæculi vsque ad horam eiusdem passionis; electio verò principis huius mundi, qui principatum tenet in amatoribus huius mundi, reconciliatio est Gentilium electorum, in quibus diabolus per idololatram inhabitabat, ante sæpè dictam clarificationem eiusdem Domini nostri Iesu Christi. Significat hæc ergo Christus Primò, se mundum id est gentes è toto mundo in se credituras, per mortem suam liberaturum à peccato & diabolo. Secundò, se diabolus eiectionem ex animis fidelium, item ex aris & templis vt in ijs deinceps colatur Deus verus eiectionis idolis & demonibus. Tertio, se diabolo adempturum vim & potestatem, qua ante suum aduentum, tentando validissimè ho-

mines, omnes penè traherat ad peccatum, indeque ad suum iugum: quare infregit vires diaboli Christus, vt nunc nec toties, nec tam validè sicut ante homines tentare possit, atque hominibus gratiam potentem largitur, qua facillè, si ei conuicti velint, tentationi resistere valeant.

Quartò, Christus multos demones eiecit à corporibus hominum, totoq; terræ ambitu, eosq; in infernum relegauit. Vnde Prosper in dimidio tempor. c. 2. legit, Nunc princeps huius mundi missus est deorsum, in tartara. Hinc & demones expulsi à Christo, eum rogabant ne mitteret ipsos in abyssum, Lucæ 8. 31. Audi S. Augustin. Prævidebat post passionem & glorificationem suam, per vniuersum mundum multos populos credituros, è quorum cordibus diabolus, quando ei ex fide renunciant, foras eijcitur. Est quidem & de veterum insensibilibus eiectionis, sed dicitur nunc eijcendus, quia quod in paucis factum est tunc, in multis magnisq; populis mox erat futurum. Eijcitur quidem diabolus foras, etiam tentare non cessat, sed aliud est intrinsecus regnare, aliud forinsecus oppugnare. Simile dat Chrysof. Nisi quis, inquit, debitor fuerit, & in vincula mittat eademq; dementia eum, qui nihil debet, in carcerem ducatur, is eorum qui in ahas fecerit, penas dabit: sic diabolus per ea quæ in Christum ausus est, eorum etiam, quæ in nos fecit, penas dedit.

Hoc est quod Christus dixit Lucæ. 11. 21. Dñi foris armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea quæ possidet. Si autem fortior eo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius auferet, in quibus consistebat, & spolia eius distribuet.

Christus igitur hæc videns Gentiles sui videnti cupidos, indoluit totum mundum gentilissimo oppressum, in idolis adorare diabolus; quare optauit mortem suam accelerari, vt eis à Deo fidem & gratiam impetraret, ac Apostolos mitteret, qui eos ad Deum conuerterent; ideoque ait, Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Simili modo S. Gregorius teste Ioanne Diacono in eius Vita li. 1. c. 21. cum Romæ videret venales iuuenes Anglos, vultu venustos, & rogaret qui & quales essent, vnde venirent, an regio eorum Christiana foret vel Pagana, cumq; Paganam audisset, acriter ingemiscens: Heu, prob dolor! inquit, quam splendidas facies princeps tenebrarum nunc possidet, & autaq; frontis species vacuum ab interna Dei gratia mentem gestat. Rursum interrogauit, quod esset vocabulum gentis illius? Mercator respondit: Angli vocatur. At ille: Bene, inquit, Angli, quasi angeliz quia & angelicos vultus habent, & tales in calis angelorum decet esse concines. Iterum ergo interrogauit quod nomen haberet ipsa pronincia: Mercator respondit: Proninciales illi Deiri vocantur. Et Gregorius: Bene, inquit, Deiri, quia de ira sunt eructi, & ad Christi gratiam conuocandi. Rex ait: illius pronincie quomodo nuncupatur? Mercator respondit: Elle vocatur. Et Gregorius aludens ad nomen dixit: Bene, quia rex dicitur Elle, Alleluia etenim in laude creatoris, in partibus illis oportet decantari. Mox itaque accessit ad Pontificem Benedictum, ab eoque petijt in Angliam mitti, vt Anglos conuerteret, vnde ipse ab Anglis quasi eorum Apostolus colitur.

ET EGO SI EXALTATVS FVERO À TERRA, OMNIA TRAHAM AD ME IPSVM] Si exaltatus fuero, per resurrectionem & ascensionem in caelum, ait Chrysof. Melius alij passim, q. d. Si exaltatus fuero in crucem, id est, si in alta cruce crucifixus fuero. Vnde Ioannes id explicans subdit:

S. Gregorius vult Anglis iuuenibus venustus, de conuersione Anglie sollicitus est.

221. 32.

subdit: Hoc autem dicebat, significans qua morte esset moriturus, Loquitur Christus, ait Maldonatus, de se tanquam de milite cum diabolo pugnante, solet miles eò fortior esse, & aduersario superior, quòd ex altiore loco pugnat: significauit ergo se ex cruce sua, tanquam ex altissima & minutissima arce pugnaturum, diabolusque victurum esse; propterea genus illud mortis exaltationem appellauit. Traxit exaltatus omnia ad semetipsum, quemadmodum aquila in sublime volans prædam trahit.

Sic Marcus Aréthufæ in Syria Episcopus, sub Iuliano Apostata suspensus in alto, ac melle perunctus, vt vespis & apibus fieret pabulum, suos tortores irridebat, dicebatque illos esse humiles & terretos, se ex arduum & sublimem, ait Theodor. lib. 3. Histor. cap. 7. & Sozomen. lib. 5. cap. 10. Magis ad litteram alludit Christus ad id quod dixit cap. 3. v. 14. Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis, vt omnis qui credit in illum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Moraliter docet hæc Christus crucem non esse horrendam, sed ambiendam, quia sola crux exaltat.

OMNIA] Id est animam & corpus, ait S. August. & Beda. At Rupertus omnia, hoc est caelum, terram, homines, angelos & demones: quia scilicet efficiam, vt in nomine Iesu omne genus flectatur, caelestum, terrestrium & infernorum, Philip. 2.

Tertio & planissimè, omnia, id est omnes homines omnium gentium, qui in me credere volent, putà omnia hominum genera, ait S. August. Vnde S. Cyrill. Chrysof. & Theophyl. pro omnia legunt omnes, sed & omnia magis emphaticum est, q. d. Omnia spolia diaboli, putà omnia mundi optima, hoc est totius mundi gentes, quæ in me credent. Quem enim paulò antè vocauit mundum, hæc vocat omnia: Arabeus, traham ad me vnumquemque; Syrus, omnes.

TRAHAM] Id est, abstraham ab inuito diabolo, vt iplos non inuitos, sed volentes blandiendo suauiter, sed efficaciter traham ad me ipsum, vt eos fratres meos, imò filios efficiam; vt, sicut ego sum filius Dei naturalis, sic illi sint filij Dei adoptiui. Græcè enim est ἐκλεῖσθαι, id est traham per vim, scilicet inuito diabolo, ei violenter prædam eripiens, ac homines animans & roborans, vt sibi, suisque concupiscentijs vim faciant, iuxta illud: Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud, Matth. 11.

Audi S. Leonem serm. 8. de Passione eleganter & patheticè totum hunc locum pertractantem: O admirabilis potentia crucis, & ineffabilis gloria passionis in qua & tribunal Domini, & iudicium mundi, & potestas est crucifixi. Traxisti enim Domine omnia ad te, & cum expandisses tota die manus tuas ad populum non credentem & contradicentem tibi, confutanda maiestatis tue sensum totus mundus accepit. Traxisti Domine omnia, cum in execrationem Iudæi sceleris, vnam protulerunt omnia elementa sententiam, eum obscuratis luminaribus cæli & conuerso in noctem die, terra quoque motibus quateretur insolis, vniuersaq; creatura impiorum se vsui negaret. Efficacius deinde hunc Christi tractum prolequitur & perurget: Traxisti Domine omnia ad te, quoniam iusto sempli velo Sancta sanctorum ab indignis pontificibus recesserunt, vt signa in veritatem, prophetia in manifestationem & lex in Euangelium verteretur. Traxisti Cornel. in Ioannem.

Domine omnia ad te, vt quod in vno Iudææ templo obumbratis significationibus regebatur, pleno apertoq; sacramento vniuersarum vbiq; nationum debito celebraret. Nunc enim & ordo clarior Leuitarum, & dignitas amplior seniorum, & sacratio est vntio sacerdotis quia crux tua omnium fons benedictionum, omnium est causa gratiarum, per quam creditibus datur virtus de infirmitate, gloria de opprobrio, vita de morte.

Porrò Christus à terra exaltatus in crucem vt medius penderet inter caelum & terram, traxit ad se omnia. Primò, quia caelum terræ, angelos Gentibus, Genes Iudæis, Deum hominibus, reconciliauit: Ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraque vnum, & medium parietem materia soluens, inimicitias in carne sua, legem mandatorum decretis enatuans, vt duos condas in semetipso, in vnum nouum hominem, faciens pacem; & reconciliet ambos in vno corpore Deo per crucem, interficiens inimicitias in semetipso, Ephes. 2. 14.

Secundò, quia omnes totius mundi gentes ad fidem & amorem sui traxit: traxit autem illas à terra ad crucem, purà ad poenitentiam, continuam mortificationem, martyrium, & à cruce ad caelum: traxit, inquam, Primò, sanguinis sui merito & pretio; Secundò, suo exemplo, Tertio, suo amore. Quis enim Christum ex amore pro nobis vltro morientem non redamet? Quis non dicat cum S. Ignatio Martyre inter leones constituto: Amor meus crucifixus est? Vide dicta Zachar. 1. 3. 6. ad illa: Hic plagatus sum in domo eorum qui diligebant me.

Tertio symbolicè, Christus in cruce traxit ad se omnia, id est Deum creatorem cum omnibus creaturis. Deus enim hoc Christi sacrificio placatus fuit hominibus, sol & cæli obstupuerunt vnde quasi lugentes creatoris sui mortem, radios à terra subtraxerunt; luna sub sole se abscondit, aër tenebris densissimis sese inuoluit, terra tota è centro conuulsa & conuulsata intremuit, petra scissæ sunt, & monumenta aperta, vt tam fepulti, quam viui mortem Christi plangerent, vt insinuauit S. Leo. Omnes ergo creatura ad Christum crucifixum quasi se crexerunt, tanquam obstupescerent, & offerentes se ad pugandum pro eo contra Iudæos chisticidas, eosq; disperdendum.

Porrò perperam hinc colligebant Origenistæ: Christus traxit ad se omnia: ergo etiam danatos ex inferno traxit & saluauit, quia, vt explicat S. Gregor. lib. 6. epist. 15. Christus traxit omnia scilicet electa: nam trahi ad Deum post mortem non potuit, inquit, qui se à Deo malè viuendo separauit.

Symbolicè, S. Bernardus serm. 21. in Cant. hanc Christi sententiam sibi omnibusque Religiosis adaptat. Hi enim per contemptum terrenorum, & amorem celestium, exaltantur à terra, itaque omnia ad se trahunt: quia omnia tam aduersa, quam prospera eis cooperantur in bonum, atque ipsi omnia quasi calcando possident; fideli enim totus mundus diuitiarum est.

HOC AUTEM DICEBAT SIGNIFICANS QVA MORTE ESSET MORITVRVS] nimirum morte crucis: in hac enim pendens exaltatur à terra. Sunt verba non Christi, sed Ioannis verba Christi interpretantis; vnde parenthesi intercipiuntur.

RESPONDIT EI TVRBA: NOS AVDIVIMVS EX LEGE, QVIA (quòd) CHRISTVS MANET IN ÆTERNVM, ET QUOMODO TV DICIS, OPORTET

EXALTARI FILIVM HOMINIS? Intellexerunt Iudæi, quod Christus de morte sua in cruce dixisset: exaltari enim à terra idem est quod crucifigi, quærent ergo quomodo se dicat moriturum, cum lex asserat Christum non moriturum? Aliter S. August. Intellexerunt; ait, eum hoc dixisse, quod ipsi facere cogitabant, nec verborum obscuritatem eis aperuit insinua sapientia, sed simulata conscientia.

EX LEGE Lex vocatur totum vetus testamentum. Ergo Christum mansorum in æternum, ideoque non moriturum, Iudæi colligebant ex illo Michæ 5. 2. Egredietur enim ab initio a diebus æternitatis. Et psalm. 109. 4. Tu es sacerdos in æternum. Plal. 88. 30. Ponam in sæculum sæculi semen eius, & thronum eius sicut dies cæli, & v. 38. Et thronus eius sicut sol in cõspectu meo, & sicut luna perfecta in æternum, & testis in celo fidelis. Et psal. 71. 5. Et permanebit cum sole, & ante lunam in generatione & generationem. Isaiæ 9. 7. Vocabitur pater futuri sæculi. Similia sunt Isaiæ 40. 8. Ezech. 37. 25. Daniel. 9. 26. Verùm hæc Script. loquuntur de regno Christi glorioso, quod post mortem resurgens & ascendens in celo adeptus est: hoc enim erit æternum. Nã alioqui Christum ante hoc regnum moriturum expressè prædixit Isaias toto cap. 53. David psal. 21. 12. & 17. Daniel. c. 9. v. 26. Ierem. c. 11. v. 19.

QUIS EST ISTE FILIVS HOMINIS? q. d. Situ es ille filius hominis, de quo loqueris (vñ apparet ex eo quod te soleas Filium hominis appellare) quomodo ergo vis haberi Christum? Christus enim secundum legem, id est iuxta oracula Prophetarum iam citata, est æternus, nec mori potest, cum tu ex aduerso dicas filium hominis debere mori, & exaltari in cruce. Quod si quis alius est filius hominis, de quo loqueris, edicito quis ille sit. ita Toletus & Iansen. Paulò aliter Maldon. censet Iudæos hic, quasi Christum conuicissent, ei insultare, & victo illudere: Quis est iste Filius hominis? quemadmodum si barbarus miles, & victoria insolens capto à se in bello regi, & in seruitutem radacto dicat: Quis est iste rex? & quemadmodum eidem Christo ijdem postea Iudæi capto dixerunt: Ane rex Indæorum.

VERS. 35.

DIXIT ERGO EIS IESVS: ADHVC MODICVM LVCMEN IN VOBIS EST. AMBVLATE DVMLVCEM HABETIS, VT NON VOS TENEBRÆ COMPREHENDANT: ET (id est quia) QVI AMBVLAT IN TENEBRIS, NESCIT QVÒ VADAT] Christus noluit directè ad obiectionem Iudæorum respondere, quia sciebat eos indignos & incapaces esse responsi, ait Cyrillus. Indirectè ergo respondet, vt se quasi luce vtantur: breui enim hanc lucem extinctum iri per mortem, cum frustra eam sint requisituri: quod si hac luce vti velint, ab ea illuminationem recepturos, quã obiectionis sue solutionem videant, ceteraque ad salutem necessaria cognoscant. Latini passim *modicum* referunt ad *lumen*. q. d. Habetis adhuc modicum luminis & intelligentiæ, quo intelligitis Christum mansurum in æternum. Sed non cognoscitis ipsum moriturum quoque & resurrecturum. *Ambulate ergo dum lumen habetis*, hoc est, pergite, & proficite in indaganda & cognoscenda veritate, dum hoc intelligentiæ lumen habetis. Sic enim cognoscetis qua ratione Christus moriturus quidem sit, sed tamen resuscitatus mansurus sit in æternum. Ita S. August. Beda, Rupertus, S. Bernardus serm. 49. in cart. Lyan. & alij.

A Verùm *modicum* non refertur ad lumen, sed ad *tempus*, id est tempus. Græca enim habent, *ἐν μικρὸν χρόνον, τὸ φῶς μὲν ὑμῶν ἐστίν*, hoc est: *Adhuc ad modicum tempus, lux vobiscum est*. Ita Syrus, & Arabicus: *Lumen, inquit, est vobiscum tempore modico*. Christus vocat seipsum *lumen* vel *lucem*, siue solem mundi, ob causas quas recensui, c. 1. v. 4. & epist. 1. Ioan. 1. v. 5.

S. Chryl. ergo & Theophyl. censent Christum hic se assimilasse luci, siue soli, quia sicut lux solis noctu non extinguitur, sed absceditur dumtaxat ad modicum tempus, vt manè rursum oriatur & luceat toto die; sic & se moriturum quidem, sed tertio die resurrecturum, indeq; victurum & regnaturum in æternum, quod quærebant Iudæi.

Secundò, planius & germanius exponas, q. d. Ego Christus, qui sum lux mundi, eum illuminans doctrina & cognitione Dei, salutis & rerum diuinarum adhuc modico tempore (per tres dies) vobiscum, o Iudæi, corporaliter ero, conuersabor, docebo, prædicabo: quare si sapitis; quamdiu me sic habetis vobis præsentem, ac doctrina & miraculis prælucentem, ambulate, id est examinemini, & scetamini hanc lucem, id est, vt sequitur, credite in me, audite me, interrogate me: ego omnia vestra dubia resoluam, ac nominatim quomodo Christus moriturus sit, & tamen mansurus in æternum, quod nunc mihi proposuistis, nam si id non feceritis, breui à vobis auferetur hæc lux, id est, breui ego moriar, ac tum tenebræ errorum vos occupabunt & inuoluent. Licet enim Apostolos post me relicturus sim, qui lucem Euangelij à me allatam prosequentur; tamen illos parui facietis & persequemini, frustra me, qui sum ipsa originalis lux, requisituri. Simili modo Christus ijdem Iudæis c. 7. 33. ait: *Adhuc modicum tempus vobiscum sum, & vado ad eum qui misit me. Queretis me, & non inuenietis*.

Lucem ergo Christus vocat seipsum, suamque vitam. Quare minùs aptè & genuinè Chryl. Theophyl. & Rupertus per *lucem* accipiunt cuiusque fidelis vitam, quæ cuique quasi sua dies est. q. d. Ambulate, id est bene agite, credite in me, dum lux vitæ vobis suppetit: nam post eam succedent tenebræ mortis, cum credere & benè agere non licebit.

Symbolicè, Leontius per *tenebras* accipit peccata: Rupertus verò damnatorum pœnas: inter has enim vñ, sunt tenebræ exteriores, Matt. 8. 12.

DVM LVCEM HABETIS, CREDITE IN LVCEM, VT FILII LVCS SITIS] Ecce hic explicat *modicum tempus vobiscum habetis*, per *credite in lucem*, scilicet in me, qui sum lux mundi; credite, inquam, quod ego sim Messias Filius Dei, & saluator mundi, mihi que & Euangelio meo obedite. Ita Cyrill. & Theophyl. *vt sitis filij lucis*, vt scilicet sitis filij mei, qui sum lux mundi, ac consequenter filij gratiæ, charitatis, virtutis & sanctitatis in hac vita, ac filij resurrectionis, felicitatis, & gloriæ in altera. Vide dicta 1. Ioan. 1. 5. *Quoniam Deus lux est*. Et in Euang. eiusdem c. 1. 4. Et Ephef. 5. 8: *Vi filij lucis ambulate: sicut enim lux est in omni bonitate, & iustitia & veritate*.

Tropologicè cum sentis Spiritus sancti illuminationes, instinctus, afflatus, eos illicò sequere & exequere quia instar fulguris apparent & disparent. Sic S. Franciscus cum audiret Dei inspirationem,

VERS. 36.

Abcondit se Iudæis.

rationem, licet iter agens, subsistebat, vt eam exciperet, statimque eam in opus conferebat.

HÆC LOCVTVS EST IESVS, ET ABIIIT, ET ABSCONDIT SE AB EIS] quia præuidebat eorum cogitationes, quod vellent eum capere ante præfinitum à Patre tempus. Ita Chryl. Theophyl. & alij. *Abcondit se*, modico tempore, putà noctu. Nam Christus hitce tribus vltimis vitæ suæ diebus per diem docebat in templo, noctu verò secedebat in Montem oliueti, indeque in Bethaniam, vt patet Luca 21. 37. Vnde Maldon. censet Christum se abscondisse secedendo in Bethaniam.

AB EIS] Non ab eis, ait S. August. & ex eo Beda, qui credere & diligere cæperant; non ab eis qui cum ramis palmarum & laudibus obuiam venerant, sed ab eis qui videbant, & inuidebant, quia nec videbant, sed in lapidem illum cæcitate offendebant.

Symbol. Rupertus, Abscondit, inquit, Christus se ab eis, non loco, sed gratiã; quia eos in sua infidelitate reliquit, excæcauit & obdurauit, vt sequitur.

VERS. 37.

CVM AVTEM TANTA (Græcè, *ποσὸν*) id est tot & tanta, siue tam magna) SIGNA FECISSET CORAM EIS, NON CREDEBANT IN EVM] S. Chryl. Theophyl. & Euthym. opinantur Iesum hoc tempore multa miracula patrasse, vt ijs Iudæos ad credendum in se permoueret, de ijsque hic loqui, sed illa à Ioanne breuitatis studio esse omissa. Melius alij censent Ioannem loqui de omnibus miraculis, quæ toto prædicationis tempore Iesus operatus est. Dat enim causam, cur Iesus dixerit, *Credite in lucem*, quasi dicat, Ego tot signis probaui me esse Messiam & doctorem mundi, cur ergo in me non credidistis? Non est quod plura à me expectetis. Ego enim iam ad finem mortemque pergo. Si ergo sapitis, antequam abeo, illicò credite in me.

Tres cause cur Iudæi non credant Christo.

Causa cur pauci in Iesum crediderint, ac pluri non crediderint, fuit partim eorum animalis vita, quã bonis terrenis, suisque cupiditatibus affixi, bona cælestia & mundanorum contemptum, quæ Christus prædicabat, non capiebant; partim timor Scribarum, pontificum & principum, quos sciebant Iesu aduersari: populus enim sequitur fidem suorum principum: partim Christi paupertas, modestia & humilitas, quã ipsi sperauerunt. Sperabant enim, & etiamnum sperant, Messiam suum venturum cum magna pompa, magnisq; opibus, quasi alterum Salomonem regem Israelis.

VERS. 38.

VT SERMO ISAIÆ PROPHETÆ IMPLERETVR, QVEM DIXIT: DOMINE QVIS CREDIT AVDTIVI NOSTRO? ET BRACHIVM DOMINI CVI REVELATVM EST] *vt non finem & scopum à Deo intenum, sed consecutionem, siue id quod secutum est significat*. q. d. Vnde ex Iudæorum incredulitate secutum factumque vt sermo Isaiæ, quo eam prædixit, impleretur. Ita Chryl. Cyrill. & alij.

QVIS CREDIT AVDTIVI NOSTRO? Citat Isaiæ c. 53. 1. vbi ea plenius explicui: quare breuiter hic perstringam.

AVDTIVI NOSTRO? Id est prædicationi & sermone audito, quem scilicet Iudæi à me Christo, meisque Apostolis euangelizantibus audierunt,

q. d. Quam pauci Iudæi crediderunt Euangelio, quod à me & Apostolis prædicatum ipsi audierunt? Est hebraismus: nam *פחות* *sema*, id est *auditus*, ponitur pro prædicatione quæ auditur, scilicet potentia vel actus ponitur pro suo obiecto, quod crebrum est apud Hebræos.

BRACHIVM DOMINI] Id est Christus. q. d. Quam paucis Iudæis Christus cognitus & reuelatus fuit! Christus enim dicitur *brachium Domini*, quia à Patre *opus* procedit, sicut brachium à corpore & capite illi consubstantiale emanat. Secundò, quia Christus quæ Deus, Patris est brachium, id est virtus, robur & fortitudo, per quam omnia potenter operatur. Tertio, quia Christus, quæ homo in carne assumpta, apud homines magnæ virtutis & potentie Dei opera exercuit. Ita S. August. Beda, Rupertus, Toletus, Iansen. Maldon. & alij hic, ac S. Hieron. in Isaiæ cap. 53. & S. Athanas. libr. de Communi essentia Patris & filij & Spiritus sancti. Potest Secundò, simplicius & planius *brachium* accipi pro diuina virtute & potentia, quæ in miraculis Christi se exercebat. q. d. Quam pauci Iudæi agnouerunt Dei virtutem, in Christo tot tantaque operantem. Ita Iansen. & Maldon.

Christus est brachium Domini.

PROPTEREA NON POTERANT CREDERE, QVIA ITERVM DIXIT ISAIAS: EXCÆCAUIT OCVLOS EORVM, ET INDVRAVIT COR EORVM: VT NON VIDEANT OCVLIS, ET NON INTELLIGANT CORDE, ET CONVERTANTVR, ET SANEM EOS] *Propterea, &c. quia*. Nota, has duas particulas causales hic non sumi proprie, nec causam significare. q. d. Causa incredulitatis Iudæorum fuit Dei excæcatio, vt vult Caluinus; sed tantum significare cõsecutionis necessitatem, & sequelæ ordinem. q. d. Fieri non poterat, vt, cum Isaias dixerit & prædixerit, Iudæos non credituros in Christum, ipsi tamen ei crederent, quia non potest mentiri Scriptura, nec falli præscientia Dei, quæ eos non credituros per Isaiam prædixit. Id autem prædixit, quia præuidebat eos suã libertate, pertinaciã & malitiã non credituros Christo. Ideo enim Deus præuidit eos non credituros, quia ipsi liberè non erant credituri. Non autem ideo ipsi non crediderunt, quia Deus præuidebat eos non credituros. Prius enim est ipsos non credituros, quã Deus eos non credituros præuideat: Deus enim præuidet futurum, quia id reuera futurum est: nil enim Deus præuidere potest, nisi quod iam reuera fore vel futurum præsupponitur. Obiectum enim visum prius est ipsa visione: nil enim videri potest, nisi quod iam est vel erit. Ita Chryl. Iansen. Maldon. & alij.

VERS. 39.

Verùm S. August. & ex eo Toletus sic exponit. q. d. Propterea Iudæi non poterant credere Christo, quia ipsi obdurati & excæcati erant, sicut prædixit Isaias: sed tunc *non poterant*, non absolutam necessitatem, sed vel moralem, id est magnam difficultatem, vel conditionalem significat. q. d. Iudæi non poterant credere Christo, posito eò quod ipsi suis vitijs, tenebris & erroribus affixi, ijs adharere animum obfirmarant, ideoque sua malitia se obdurassent & excæcassent. Alioqui enim excæcati & obdurati, quia habent liberum arbitrium, nec gratia sufficiens eis deest, absolute possunt suam obdurationem deponere, seseque ad Deum conuertere.

EXCÆCAUIT OCVLOS EORVM, ET INDVRA-
VIT COR EORVM] Citat Christus Isaiã cap. 6. v.
9. & 10. vbi fusè hæc explicuit: quare breuiter ea
hic repetam. Nota Primò, excæcari propriè
intellectum, obdurari verò affectum & volun-
tatem. Secundò, excæcationis & obdurationis
directam & propriam causam esse propriam ho-
minis libertatem & malitiam, iuxta illud Sapi-
ent. cap. 2. v. 21. *Excæcauit illos malitia eorum.*
Vnde Arabicus hic vertit; *excæcati sunt oculi eo-
rum, & indurata sunt corda eorum; Syrus, excæcati
sunt oculi eorum, & tenebris offusa sunt corda eorum.*
Deus tamen dicitur hominem excæcare & ob-
durare indirectè & impropiè, quia illi lumen
veritatis & gratiæ sensum subtrahit, ac errorum
& vitiorum occasiones ei à diabolo, carne &
mundo obijci permittit, ad puniendum priora
eius peccata.

Porro in Isaiã pro *excæcauit* est, *excæca cor popu-
li*: quæ sunt verba Dei ad Isaiã, sed eodem redi-
dit sensus. *Excæca* enim idem est quod, prædic-
eum à me indirectè excæcandum. *Excæcauit* ergo
idem est quod *excæcabit*. Ponitur enim præteri-
tum pro futuro, vt significetur rei certitudo, scilicet
rem tam certò futurã, ac si iam facta esset;
nimirum tam certò excæcandos fore Iudæos, ac
si iam excæcati essent.

VERS. 41.

HÆC DIXIT ISAIAS, QUANDO VIDIT GLO-
RIAM EIVS, ET LOCVTVS EST DE EO] *Gloriam*
eius, scilicet Christi, siue filij Dei incarnati, de
quo sermo præcessit & sequitur. Ita Cyrillus,
Nonnus, Leont. August. & passim veteres con-
tra Arrianos. Hinc ergo patet Christum Dei Fi-
lium verè esse Deum, Patri *ὁμοϊον*, qui scilicet
eamdem cum Patre habeat substantiam, maie-
statem & gloriam. Nam verba hæc, & gloriam
hanc diuinam fuisse Dei Patris non negant Iu-
dæi, nec de eo dubium esse potest; hic verò di-
citur eandem gloriam fuisse Filij. Eamde fuisse
Spiritus sancti, patet A. Cor. cap. 28. 25. ideoque
S. Trinitati sic coram Isaiã apparenti, Seraphini
acclamabant ter: *Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus
Deus sabaoth; plena est omnis terra gloria eius.*

Quamnam
Dei gloriam
vidit Isaiã

Hæc ergo gloria, quam vidit Isaiã cap. 6. fuit
gloriosa effigies, qua Sanctæ Trinitatis essentia,
& personæ singulæ clarè ei per symbolum ali-
quod imaginariam, modo nobis ineffabili repre-
sentabantur. Effigies autem hæc fuit species hu-
mana: Deus enim visus fuit Isaiã, quasi homo
vel rex sedens in throno excelso: vnde tam faci-
ciem, quàm pedes Dei nominat & describit
Isaiã. Depique hæc species gloriosè adornata
fuit ingenti lumine & maiestate: vnde Ioannes
illam hic vocat *gloriam*. Itaque Isaiã in illa visio-
ne, ait Ribera, Maldonat. Toletus & alij, cogno-
uit apertissimè, quantum ab homine in hac mor-
talitate cognosci potest, tres personas in vnitare
essentiæ, tum ex clamore Seraphim, tum ex alti-
ssima reuelatione quam habuit, & ideo dicit:
*Quando vidit gloriam eius, id est, quando ei per re-
uelationem ostensa est persona Filij coequalis &
consubstantialis Patri & Spiritui sancto. Plura
de hac visione dixi Isaiã 6. 1.*

VERS. 42.

VERVM TAMEN ET EX PRINCIPIBVS MVL-
TI CREDIDERVNT IN EVM; SED PROPTER PHA-
RISÆOS NON CONFITEBANTVR, VT E SYNA-
GOGA NON EHERENTVR] *Principes* vocat non
summos pontifices & magistratus; hi enim paulò

post Iesum ceperunt & occiderunt; sed Primo-
res & Proceres, vt vertit Syrus, qui ceteris sapien-
tiã, auctoritate, opibus eminebant, tam inter sa-
cerdotes, quàm inter laicos. Ita Rupertus. Hi er-
go conuicti veritate, ac sanctitate, & miraculis
Iesu, crediderunt ipsum esse Messiam; sed id pa-
lãm profiteri non audebant, ne extra synago-
gam pellerentur. Hoc enim iam decretum erat à
Pharisæis, vt audiuius c. 9. 22.

VERS. 43.

DILEXERVNT ENIM GLORIAM HOMINVM
MAGIS QVAM GLORIAM DEI] *Gloria* hic Primò
actiue accipi potest. q. d. Dilexerunt glorifica-
re magis homines, putà Iudæos & Pharisæos,
dicendo illos esse sapientes & veros legis do-
ctores, quàm Iesum à Deo missum, vt profite-
rentur ipsum esse Messiam, lucem & doctorem
mundi.

Secundò, & potiùs passiuè. q. d. Dilexerunt
magis glorificari ab hominibus, quàm à Deo, vt
scilicet à Pharisæis audirent: Vos estis veri Israe-
litæ, qui in fide patrum constantes, Moïsem pri-
scum nouatori Iesu, antiquam Israelitarum reli-
gionem nouitiã Christianorum lætæ prætulistis.
Ita S. August. Cyrill. Beda, Chrylost. Theo-
phyl. & alij. Hi ergo habebant fidem Christi, sed
non charitatem: si enim eam habuissent, magis
dilexissent gloriam Dei quàm hominum, & fi-
dem Christi, quam corde tenebant, ore professi
fuisset: *Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem
confessio fit ad salutem*, Rom. 10.

Tales hodie multi sunt in Anglia, Germania,
Polonia, qui fidem & pietatem in mente colunt,
sed exterius ostendere non audent ne heretico-
rum vel mundanorum irrisiones & scommata
incurrant, contra quos fulminat Christus: *Qui me
erubuerit & meos sermones hunc Filius hominis erubescet,
cum venerit in maiestate sua, & Patris & sancto-
rum angelorum*, Lucæ 9. 26.

Sapienter Glossa ex S. August. tract. 53. in fine
Ideo, ait, erux figitur in fronte, vbi est sedes
verè eundæ, ne de Christi nomine erubescamus,
magisque Dei, quàm hominum gloriam quæra-
mus.

VERS. 44.

IESVS AVTEM CLAMAVIT, ET DIXIT: QVI
CREDIT IN ME, NON CREDIT IN ME (tantum,
vt addit Arabicus) SED (etiam) IN EVM QVI MI-
SIT ME] An Iesus hæc dixerit eodem tempore
quo præcedentia vers. 35. vt vult Maldon. ante-
quam se absconderet & abiret, vt dixit v. 36.
(quasi illud ibi dicatur per anticipationem, cum
recto ordine ponendum sit in fine capitis) an
verò alio tempore, vt vult Theophyl. incertum
& ambiguum, ideoque problema est. Christus
enim hiis tribus vltimis vitæ suæ diebus, noctu
secedebat in Montem Oliueti & Bethaniam,
manè verò redibat ad templum, ibique doce-
bat & concionabatur. Cum videret ergo alios
sibi non credere, alios verò credere, sed non
audere fidem suam profiteri, ex pudore & me-
ru Pharisæorum, clamauit contenta voce vt pu-
dorem hunc & metum eis eximeret: *Qui credit
in me, non credit in merum pauperem, misè-
rumq; hominem, sed in hominem qui simul est
Deus, ideoque credit in Deum, qui misit me*, putà in
Deum Patrem, cui sum *ὁμοϊον* & consubstan-
tialis, q. d. Non vos pudeat meæ paupertatis &
humilitatis, quia, etsi exterius pauper sim & hu-
milis, interius tamen sum diues & sublimis: sum
enim

enim Deus de Deo: quare qui in me credit, in
Deum credit. Quid autem dignius & glorio-
sius, quàm in Deum credere? Quid metuat vel
erubescat, qui in Deum credit addit Cyrillus:
*Clamauit Iesus, vt significaret se nolle timidè &
occultè colli, sed velle vt fidem liberè & clarè
profiteamur & proclamemus. Tertio, clamauit;*
quia parum illi temporis ad predicandum resta-
bat, ait Rupertus; nam post tres dies crucifixus
est q. d. Qui vult me audire, credere & saluari,
illico id faciat: nam post triduum nemo me au-
dire poterit. Ita S. Chrylost. Quid formidatis, ait,
credere in me, in Deum fides peruenit per me,
sicut qui fluminis aquam accipit, non accipit
eam quæ est fontis. Et S. August. *Quia, inquit, ho-
mo apparebat hominibus, cum lateret Deus, ne puta-
rent eum esse tantum, quod videbant (hominem)
talem ac tantum se credit volens (Deum) qualis &
quantus est Pater, inquit. Qui credit in me, non credit in
me, id est, in hoc quod videt, sed in eum, qui me misit
id est Patrem.*

Hinc ergo patet Filium esse Deum, Deoque
Patri consubstantialem. Negabant id Arriani &
obiciebant: Qui credit Apostolis à Deo missis,
in Deum credit; & tamen non credit Apostolos
esse Deos. Ergo pariter qui credit Christo à Deo
missio, esto in Deum credat, non tamen credit
Christum esse Deum. Resp. negando sequelam.
Nos enim credimus quidem Apostolis, sed non
in Apostolos. Christus autem hic ait: *Qui credit
in me credit in eum qui misit me*. Nemo autem cre-
dit in aliquem, nisi in eum qui est Deus. Ergo si
in Christum credimus, credimus ipsum esse Deum,
cumque non nisi vnus sit Deus, credimus ipsum
eundem numero esse Deum cum Deo Patre,
ideoque ait: *Qui credit in me, credit in eum qui misit
me*. q. d. Qui credit in me Dei Filium, credit pari-
ter in Deum Patrem meum, quia vna vtrique est
natura, vna maiestas. Ita S. August. Cyrill. Theo-
phyl. Euthym. & alij. Vnde vt id clariùs signifi-
cet, subdit Christus:

VERS. 45.

ET QVI VIDET ME, VIDET EVM, QVI MI-
SIT ME] Quia vnica est vtrique natura; quare
eo modo, quo per humanitatem videt deitatem
meam in ea latentem, eodem modo videt quo-
que deitatem Patris mei, cum vna sit eademque.
Ita S. Augustin. Ostendit, ait, adeò nihil distare
inter se & Patrem, vt qui se videret, videret &
Patrem.

Audi S. Cyrillum in Concil. Ephesino: *O fi-
deles auditores mei, ne parua & humilia de me opine-
mini, quin potius id de me persuasum habetote, nempe
si in me quem in hoc corpore cernitis, credideritis, non
in vnum aliquem ex multis credituros vos esse, sed in
ipsum Patrem per me Filium, qui licet vestri causâ caro
factus sim; Patri tamen omnino equalis, nullaq; in re
ab eo diuisus aut separatus sum, vtpote eadem quæ ille
naturâ potentia ac gloria præditus.*

EGO LUX IN MVNDVM VENI; VT OMNIS
QVI CREDIT IN ME, IN TENEBRIS NON MA-
NEAT] idem Christum se vocat lucem
mundi, quæ veram in Deum fidem, cultum, pie-
tatem, virtutem, omniaque ad salutem condu-
centia ostendat, ac infidelitatis, idololatriæ, er-
rorum & vitiorum omnium tenebras dispellat,
vt quod sol in mundo est corporaliter, hoc ipse
in mundo sit spiritualiter. Nomen *lux*, ait Cyril-
lus indicat diuinitatem Deo enim proprium est

v. 46

esse lucem mundi. Deus enim per essentiam est
lux spiritualis, increata, immentã, à qua omnis
lux creata tam spiritualis, quàm corporalis; tam
angelorum & hominum, tam solis & calorum,
quam elementorum, velut radius à sole deriuat-
ur. Proprium verò Filio est, quod à Deo Patre
per modum radij & lucis procedat, iuxta illud
Symboli Niceni. *Lumen de lumine, Deum verum de
Deo vero*: ipse enim procedit à Patre per intelle-
ctum & cognitionè, quasi verbum mentis, quod
quasi lucidissimum speculum omnia represen-
tat. Quocirca de eo ait Sapient. c. 7. 26. *Candor est
lucis æternæ, & speculum sine macula, Dei maiestatis, &
imago bonitatis illius*, Atque ex Sapiente Aposto-
lus Hebr. 1. 3. *Qui cum sit splendor gloriæ, & figura
substantiæ eius, & c. Et Eccli. 24. 6. Ego faci in cælis
vt oriretur lumen indeficiens*. Hæc de Christo quæ
Deus est; quia homo verò, missus est à Deo Patre
in mundum, vt eum tenebris ignorantiæ, infide-
litas & peccatorum obtutum, quasi sol caelestis
illuminaret, vt dixi c. 1. v. 9. & seq.

Symbolicè S. Gregor. lib. 25. Moral. c. 4. *Lux
æternæ, inquit, quæ Deus est, quando immutabiliter sit-
get, tantò penetrabiliter videt, & neque oculis nescit,
quia cuncta penetrat; neque penetrat a obtusis, quia
incommutabilis durat. Proinde quoties indignum ali-
quid corde concipimus, toties in luce peccamus, quia
ipsa nobis & non sibi presentibus presso est, & peruersè
gradientes in ipsam impingimus, à qua per meritum
longè sumus. Cum verò nos videri non credimus, in sole
clausos oculos tenemus. Illum videlicet nobis abscondi-
mus, non nos illi.*

Idem Gregorius libr. 7. epist. 32. ad Domini-
cum: *Lux gregis, ait, flamma est pastoris. Decet enim
pastorem, decet Dominicum sacerdotem moribus & vi-
tâ clarescere, quatenus in eo, tanquam in vitæ suæ spe-
culo, plebs commissa & eligere quod sequatur, & vide-
re postea quod corrigat.*

ET SI QVIS AVDIERIT VERBA MEA, ET
NON CVSTODIERIT, EGO NON IVDICO
EVM] *Non custodierit*, id est, mente non retine-
rit, non crediderit, vt habent Græca (quæ habent
μηδὲ οὐκ id est, crediderit, pro quo Noster eum
Syro & Arabico legit, *μηδὲ οὐκ* id est, custodierit)
& sic explicat Christus vers. sequ. *Ego non iudico,*
q. d. Ego non veni in carnem & mundum, vt
eum iudicem & damnem, sed vt redimam &
saluem. Talis tamen qui non credit in me, iam
iudicatus est & damnatus per suam ipsius mali-
tiam & infidelitatem, atque per æternum Patris
mei decretum. Patet ex sequenti, ita Cyrillus,
Theophyl. Leontius, & alij. Vide dicta cap. 3.
v. 18. Hoc autem decretum Patris ego exequar
in die iudicij, cum quasi iudex redibo vt iudi-
cem mundum, qui iam veni quasi redemptor vt
saluem mundum. Vnde Chrylost. *Ego non iudico,*
hoc est, ait q. d. Ego non sum causa perditionis
illius, sed ipse sui ipsius, qui verba mea spernit.

NON ENIM VENI VT IVDICEM MVNDVM,
SED VT SALVICEM (saluum faciam) MVN-
DVM] id est, homines mundi incolat: quia nunc
tempus est misericordiæ, post autem iudicij, ait
S. Augustinus.

QVI SPERNIT ME, ET NON ACCIPIT
VERBA MEA; HABET QVI IVDICET EVM] q. d.
Qui non accipit, id est, animo non ample-
ctitur (& vt paulò antè dixit, non custodit) hoc
est, non credit verba mea, habebit Deum Patrem
vini.

VERS. 47.

VERS. 48.

vindicem, qui eum puniet & damnabit per me iudicem in die iudicij. Nam, vt ait S. August. li. 1. de Trinitate: Non indicabit Christus ex potestate humana, sed ex potestate Verbi Dei.

SERMO, QVEM LOCVTVS SVM, ILLE IVDICABIT EVM IN NOVISSIMO DIE] S. August. tract. 54. per sermonem accipit Christum; hic enim erit iudex in die iudicij: Satis, ait, manifestauit seipsum indicaturum in nouissimo die; seipsum quippe locutus est, seipsum annuntiavit seipsum iam posuit, quia ipse ad omnes pastor intravit.

Planius & neruosiùs alij, q. d. Sermo meus à Iudæis auditus, & non creditus contra eos in die iudicij accusabit eos, eosque dignos gehenna murti voce proclamabit. Ita Rupertus. Ille sermo, ait, quem audierunt, quem verum esse nescire non possunt, utpote magnificis operum & testimonijs comprobatur, ille indicabit eum; ille arguet, ille conuincet eum. Vbi nam iste talis iudex sedebit? Quales de solio suo voces aut sententias iudicij sui dabit? Propè adertit, intrus sedebit, in conscientia cuiusq; insus sententias terribiliter personabit. Est prosopepœia. Sermo enim Christi hic inducitur quasi persona & testis accusans incredulos apud Christum iudicem in die iudicij.

VERS. 49.

QVIA EGO EX MEIPSO NON SVM LOCVTVS, SED QVI MISIT ME PATER, IPSE MIHI MANDATVM DEDIT QVID DICAM, ET QVID LOQVAR] Tò quia dat causam cur sermo Christi Iudæos condemnaturus sit; quia scilicet Christus hunc sermonem locutus est, non ex se, sed ex Patris mandato, quare qui illi non credit, Deo non credit: qui illum spreuit, Deum spreuit, ideoque eum iudicem & vindicem experietur. Ita Cyrus. Paulò aliter Rupertus: *Inde inquit, sermo, què locutus sum, fortitudinem habet iudicandi, quia ego enim à meipso non loquor.* Porro S. Aug. S. Ambros. & Beda censent Christum hic de se loqui, quatenus Deus est, q. d. Ego Christus quâ Deus, ex me non loquor, sed ex Patre, qui dedit mihi mandatù quid dicam & loquar, hoc est, dedit mihi diuinam naturâ, & cum ea omniscientiam, omnemque dicendi & loquendi vim. Audi S. August. *In Sapientia Patris, quod est Verbum, omnia mandata sunt Patris: dicitur autem mandatum datum, quia non est a seipso, cui dicitur datum. Est autem dare Filio, Filium genere.* Porro Chrysost. *Omnia hæc, ait, propter eos dicebantur, vt nullam habeant excusationem.* Et Glossa: *Mandatum dedit Filio Pater, ipsum Verbum & Sapientiam, in qua sunt omnia mandata, generando, sicut ei vitâ dedit ipsum, qui vitâ est, gignendo.*

Simplicius S. Cyrillus, Chrysost. Leontius & Theophyl. putant Christum hic loqui de se, quatenus ipse homo est: sic enim propiè accepit à Patre mandatum hæc illave dicendi & loquendi, non alia. Demisè enim de se loquitur Christus, vt superbos Iudæos, qui non credebant ipsum esse Deum, permoeat. q. d. Esto purus essem homo; vt vos putatis, tamen mihi credere deberetis, quia ego nihil ex me loquor; sed omnia quæ loquer à Patre audiui, imò ab eo mandatum illa dicendi accepi. Hinc colligunt Doctores Theologi (etsi nonnulli id negent) Christum accepisse à Deo mandatum, vt dicendi omnia quæ dixit, sic & agendi omnia quæ egit. Si enia minora, vt sunt loqui & dicere, mandauit illi Pater; ergo & maiora, vt sunt operari, & facere virtutes & miracula.

Accommodatitium est quod ait Rupertus:

A mandatum à Patre accepi, quid nunc dicam patienter contradicentibus, & quid in futuro iudicio loquar terribiliter, vbi nemo contradicere audebit.

QVID DICAM, ET QVID LOQVAR] Inter Loqui & dicere quomodo differant? dicere & loqui hoc interest, quòd dicere sit grauius quid asserere, docere, prædicare; loqui verò sit familiariter quid eloqui. Vnde Varro li. 5. de Lingua Latina: *Loquor, ait, dicitur à loq; insans enim primò fari dicitur, deinde loqui. Loquitur ergo, qui suo loco quodque verbum sciens ponit.* Hinc loquax, qui nimium loquitur; eloquens, qui copiosè loquitur; colloquium, cum conueniunt in vnum locum loquendi causâ. Hinc & allocutum mulieres ire aiunt, cum eunt locutum ad aliquem, consulendi causâ. Ibidem Varro dicitur à Græco δὲ λέω, id est, iudico, siue ius dico. Hinc illa: *Indico bellum, Indico sumus, Adiixit præmium.* Hinc dictum in mimo, *dictata in ludo, dictator magister populi,* quòd is à Consule debeat dici. Hinc doceo declinatam, vel quòd cum docemus, dicimus, vel quòd qui docentur, inducantur in id quòd docentur, ab eo quòd scit ducere, qui est dux aut duxor, qui ita inducit, vt doceat: ab docere *disciplina, & discere,* litteris paucis commutatis. Ab eodè principio *documenta,* id est, exempla, quæ docendi causâ dicuntur. Hæc omnia Varro. Paulò aliter Rhetores: Loqui, inquit, est simpliciter differere, vel enunciare; dicere verò est ornate, dispositè & disertè perorare. Loqui ergo est Dialecticorum, dicere Oratorum. Ita Cicero lib. de Oratore, & Quintilianus lib. 10. c. 7.

ET SCIO QVIA MANDATVM EIVS VITA ÆTERNA EST] Hoc est, causa est, & via ducens homines ad vitam æternam, iuxta illud: *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata,* Math. 19. Porro mandatum formaliter quoque est vita æterna, quia mandatum Dei est lex æterna, quæ viuut in ideis & æternis rationibus, quæ sunt in vna mente Dei. Verum de eo non agit hic Christus; asserit ergo mandatum esse vitam æternam casualiter, non formaliter; quia scilicet, causat, meretur & efficit vitam æternam. Dicit hoc Christus, ait Chrysost. vt Iudæos inuict ad sibi credendum in illis, quæ mandato Patris loquebatur; inuictet, inquam, ipe summi præmij, scilicet vitæ æternæ, ac consequenter timore summi supplicij, si non credant, nimirum mortis æternæ in gehenna: hanc enim per antithesin tacitè eis comminatur, ac ne de eo dubitent, asseueranter ait, *scio,* q. d. Ex certa scientia dico & asseuero, quòd mandatum Dei est causa vitæ æternæ, quia ego id à Deo ipso audiui, indeque certissimè scio id ab eo esse decretum, vt sit inuictabile. Simili modo ait Christus Ioann. 17. 3. *Hæc est vita æterna, (id est, via ad vitam æternam) vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum.*

Alludit Christus ad illud Eccli. 1. 5. *Fons sapientie verbum Dei in excelsis, & ingressus illius mandata æterna.* Et ad Baruch. c. 3. 9. *Audi Israel mandata vitæ, &c. Disce vbi sit prudentia, vbi sit virtus, vbi sit intellectus, vt scias simul vbi sit longuitas vitæ & vitæ, vbi sit lumen oculorum & pax.* Si ergo, ait S. August. serm. 186. de Temp. in fine, *vultis viuere de Spiritu sancto, tenere charitatem, amare veritatem, desiderate unitatem, & peruenietis ad æternitatem.*

Christus igitur omnem suam doctrinam, omnesque suas ad populum conciones conclusit hæc gnome: *Mandatum eius vita æterna;* vt æternitatis

nitatis iugem memoriam, & æternæ vitæ desiderium, quasi stimulum ad suam fidem moresequè sectandum, iturus iam ad mortem, Iudæis omnibusq; posteris infigeret. Nil enim ita mentem ad bonum exstimulat, atque æternitatis serua & crebra meditatio. Nam, vt ait Plaltes psal. 118. *Omnis consummationis vidi finem, latum mandatum tuum nimis.* q. d. Omnes res sublunares suum habent finem, at verò mandatum Dei non habet finem, sed durat in æternum, atque sui obseruatores ducit ad beatam æternitatem, contemptores verò ad supplicia & incendia æterna. *Momentaneum quod cruciat, æternum quod delectat. Momentaneum quod delectat, æternum quod cruciat.*

Symbolicè S. August. *Si vita æterna,* inquit, est

A ipse Filius, & vita æterna est mandatum Patris, quid aliud dictum est, nisi Ego sum mandatum Patris?

QVIA ERGO EGO LOQVOR (id est, qui me ipsum Verbum annuncio, ait Interlinearis) sic vt dixit mihi Pater; sic loquor] id est, ait Interlinearis; *Sicut verax me veritatem genuit, sic veritas me veritatem annuntio.* Et S. August. *Ita ille dixit vt verax, ita iste loquitur vt veritas; verax genuit veritatem.*

Hic redit Commentarius genuinus S. Cyrilli impressus, inchoatque librum nonum; nam quatuor medijs libri Cyrilli, scilicet quintus, sextus, septimus & octauus, intercederunt: vnde eos suppleuit Iudocus Clithouæus, vti superius monuit; Ego tamen manuscripto Cyrilli vsus sum.

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

PRIMò, Christus ante institutionem Eucharistiæ lauat discipulorum pedes. Secundo, v. 17. prædicit se mox prodendum à Iudæis, eumq; Ioanni per buccellam panis indicat. Tertio, v. 34. dat nouum dilectionis mandatum, ac Petro trinam sui negationem prædicit.

1. ANTE diem festum Paschæ, sciens Iesus quia venit hora eius vt transeat ex hoc mundo ad Patrem: cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. 2. Et cœnâ factâ, cum diabolus iam misisset in cor, vt traderet eum Iudæis Simonis Iscariotæ: 3. Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit: 4. surgit à cœnâ, & ponit vestimenta sua: & cum accepisset linteam, præcinxit se. 5. Deinde mittit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorum, & extergere linteo, quo erat præcinctus. 6. Venit ergo ad Simonem Petrum, Et dicit ei Petrus: Domine, tu mihi lauas pedes? 7. Respondit Iesus, & dixit ei: Quod ego facio, tu nescis modò, scies autem postea. 8. Dicit ei Petrus: Non lauabis mihi pedes in æternum. Respondit ei Iesus: Si non lauero te, non habebis partem mecum. 9. Dicit ei Simon Petrus: Domine, non tantum pedes meos, sed & manus, & caput. 10. Dicit ei Iesus: Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus. Et vos mundi estis, sed non omnes. 11. Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum, propterea dixit: Non estis mundi omnes. 12. Postquam ergo lauit pedes eorum, & accepit vestimenta sua: cum recubisset iterum, dixit eis. Scitis quid fecerim vobis? 13. Vos vocatis me Magister, & Domine: & bene dicitis: sum etenim. 14. Si ergo ego laui pedes vestros, Dominus, & Magister: & vos debetis alter alterius lauare pedes. 15. Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. 16. Amen, amen dico vobis: Non est seruus maior domino suo: neque apostolus maior est eo, qui misit illum. 17. Si hæc scitis, beati eritis si feceritis ea. 18. Non de omnibus vobis dico: ego scio quos elegerim: sed vt adimpleatur Scriptura: Qui manducat mecum panem, leuabit contra me calcaneum suum. 19. A modò dico vobis, priusquam fiat: vt cum factum fuerit, credatis quia ego sum. 20. Amen, amen dico vobis: Qui accipit si quem misero; me accipit: qui autem me accipit, accipit eum qui me misit. 21. Cum hæc dixisset Iesus, turbatus est spiritu; & protestatus est, & dixit, Amen, amen dico vobis: Quia vnus ex vobis tradet me. 22. Aspiciebant ergo ad inuicem discipuli, hæsitantes de quo diceret. 23. Erat ergo recumbens vnus ex discipulis eius in sinu Iesu, quem diligebat Iesus. 24. Innuit ergo huic Simon Petrus; & dixit ei: Quis est, de quo dicit? 25. Itaque cum recubisset ille supra pectus Iesu, dicit ei: Domine quis est? 26. Respondit Iesus: Ille est, cui ego intinctum panem porrexero. Et cum intinxisset panem, dedit Iudæi Simonis Iscariotæ. 27. Et post buccellam, introiuit in eum satanas. Et dixit ei Iesus: Quod facis, fac citius. 28. Hoc autem nemo sciuit discumbentium ad quid dixerit ei. 29. Quidam enim putabant, quia oculos habebat Iudas, quòd dixisset ei Iesus: Eme ea quæ opus sunt nobis ad diem festum: aut

aut egenis vt aliquid daret. 30. Cum ergo accepisset ille buccellam, exiuit con-
tinuo; Erat autem nox. 31. Cum ergo exisset, dixit Iesus: Nunc clarificatus est Fi-
lius hominis: & Deus clarificatus est in eo. 32. Si Deus clarificatus est in eo, & Deus
clarificabit eum in semetipso: & continuo clarificabit eum. 33. Filioi, adhuc me-
dicum vobiscum sum. Quæretis me: & sicut dixi Iudæis: Quò ego vado, vos non
potestis venire: & vobis dico modò. 34. Mandatum nouum do vobis: Vt diligatis
inuicem, sicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem. 35. In hoc cognoscent omnes
quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem. 36. Dicit ei Simon
Petrus: Domine, quo vadis? Respondit Iesus: Quò ego vado, non potes me modò
sequi; sequeris autem postea. 37. Dicit ei Petrus: Quare non possum te sequi modò:
animam meam pro te ponam. 38. Respondit ei Iesus: Animam tuam pro me pones?
Amen, amen dico tibi: Non cantabit gallus, donec ter me neges.

VERS. I.

An Christum celebrant Pascha decimo quarto die.

ANTE DIEM FESTVM PASCHÆ] id est, pridie Paschatis, puta die 13. primi mensis, cum postridie, scilicet die 14. iuxta legem à Iudæis celebrandum esset Pascha, inquitur Græci. Ipsi enim ex hisce Ioannis verbis, contendunt Christum ob instantem passionem suam, vno die anticipasse Pascha, illudque celebrasse die 13. ac proinde agnum comeditisse cum pane fermentato, non in azymo. Vfus enim azymi panis incipiebat cum Paschate die 14. Quocirca Christum consecrasset Eucharistiam tunc in pane fermentato, ideoque ipsi eandem consecrarent & celebrant in pane fermentato, non azymo.

Verum hoc repugnat ceteris tribus Euangelistis, qui asserunt Christum celebrasse Pascha, & instituisse Eucharistiam primo die azymorum, quo Iudæi immolabant pascha, id est, agnum paschalem. Ergo id fecit eodem die, quo Iudæi, scilicet 14. die mensis, non 13. Sic enim lex Exodi 12. sancit & præscribit. Quod ergo Ioannes ait, Christum id fecisse ante diem festum Paschæ, intellige etiam id fecisse die 14. ad vesperam, quæ præcedebat festum Paschæ, hoc est, primum diem azymorum, qui erat 15. dies, puta manè diei ferriæ sextæ, siue diei Veneris, quo crucifixus est Christus.

Pro quo Nota. Quòd licet immolatio agni fieret die 14. ad vesperam, tamen festum primæ diei azymorum propriè incipiebat postero manè diei 15. Atque hoc respectu ait Ioannes, Christum celebrasse pascha ante diem festum Paschæ, quia celebravit die 14. ad vesperam, quæ erat pridie primæ diei azymorum, quæ incipiebat sequenti mane diei 15. Ceteri verò tres Euangelistæ, quia vesperam diei 14. quæ immolabatur agnus paschalis, necunt cum postero manè diei 15. quasi vnum eundemque diem festum (festa enim ab Hebræis inchoabantur à vespera pridiana, & durabant ad vesperam postridianam, vti etiam num fit in Vesperis officij Ecclesiastici. i.) hinc dicunt Christum celebrasse Pascha & Eucharistiam primo die azymorum, id est, 14. die mensis ad vesperam, quia hæc erat inchoatio festi: vespera enim hæc erat confinium diei 14. & diei 15. finiebatur enim in ea dies 14. & incipiebat dies 15. quare ad vtrumque diem pertinebat. Vnde si eam accipias vt finem diei 14. censenda est ipsa esse ante diem 15. siue ante diem festum Paschæ, hoc est, ante primum diem azymorum. Sin verò eam accipias vt initium festi postridie 15. celebrandi, sic ipsa pertinebat ad diem 15. vocabaturque dies 15. siue prima dies azymorum, vti eam vocant tres ceteri Euangelistæ, sicut dixi Matth. 26. 17.

ASCIENS IESVS QVIA VENIT HORA EIVS, VT (per crucem & mortem) TRANSEAT EX HOC MVNDO AD PATREM] Alludit ad nomen paschæ, pascha enim idem est quod transitus, vel potiùs transitus, vt dixi Exodi 12. q. d. Sciens Iesus iam esse pascha, id est, festum transitus, quo Hebræi olim duce Mose, exierunt ex Ægypto, & transierunt in terram promissam per immolationem agni (huius enim sanguine liberati sunt ab angelo percutiente Ægyptios) quæ erat typus immolationis suæ futura in cruce, per quam ex hoc mundo transiturus erat in cælum, & rediturus ad patrem in die ascensionis suæ; ita vt nos eòdem faceret transire, & post mortem ex mundo salire in cælum: hoc, inquam, sciens, ipse ad hunc diem se comparavit per actus heroicos summæ humilitatis, quæ pedes discipulorum lauit, & summæ charitatis, quæ Eucharistiam instituit. Hisce enim se comparavit ad mortem, & disposuit ad martyrium, vt nos doceret idem facere, scilicet sub finem vitæ multiplicare & intendere actus virtutum, præsertim humilitatis & charitatis, idque Primò, quia decet nos quotidie cum vita crescere & proficere, vti in annis, sic & in virtutibus, vltimòque vix dies & horas sanctissimè transigere, ac cælitum (ad quos aspiramus & contendimus) vitam, cogitationes & mores inchoare, sicut motus naturales eò velocius sunt, quò magis ad terminum suum appropinquant, v. g. lapis suà grauitate eò velocius descendit, quò magis appropinquat ad suum centrum.

Secundò, quia decet nos fratribus, socijs, amicis, totique mundo, cum ex eo abimus, magnum virtutis exemplum relinquere. Tenaciùs enim ea inhaerent animis amicorum, quæ abeuntes, vel morientes eis facimus & exhibemus.

Tertiò, quia decet nos hæc ratione ad generosam mortem, ac subinde ad martyrium præparari, illudque quasi à Deo emereri. Sic S. Laurentius biduo ante martyrium ad illud se comparavit, lauando pedes pauperum, eisque thesauros Ecclesiæ, iuxta S. Sixti Pontificis mandatum, distribuendo: atque hæc fuit illi occasio, imò causa & meritum martyrij tam gloriosi. Idem fecere SS. Marius & Martha coniuges, eorumque filij Abacum & Audifax Persæ, qui Romanam venientes, ac visitantes Martyres carceri inclusos, eorumque pedes lapantes, & alimenta ministrantes, meruere & ipsi illustrem martyri agonem. Sic S. Cyriacus, Largus, Smaragdus & Sisinnius Diaconi, seruientes decem millibus militum Christianorum, ac postea Martyrum, qui à Maximiano Imp. damnati erant ad conuehenda saxa, portandam arenam, parandam cal-
cem,

Christus la-
uit pedes dis-
cipulorum
cur?
Resp. Primò.

In finem
quid?

cem, &c. pro fabrica thermarum Dioeletiani Imper. ac senum onera humeris suis gestantes; eisque eleimòdynas à S. Marcello Pontifice, & Thralone viro diuite submissas afferentes & distribuentes, nobilem martyrij lauream in præmijs adepti sunt, vt patet ex eorù actis apud Suriam.

Porro aliter fideles & pij transeunt de hoc mundo, aliter infideles. Nam, vt ait S. Augustinus. tract. 55. Aliud est transire de mundo, aliud transire cum mundo: aliud ad Patrem, aliud ad hostem. Nam & Ægyptij transierunt: non enim persecutio manserunt; non tamen pertransierunt per mare ad regnum, sed in mari ad interitum.

CVM DILEXISSET SVOS (fideles & domesticos, puta Apostolos quibus mox pedes lauit) **QVI ERANT IN MVNDO]** Cyrillus purat hoc addi ad distinctionem angelorum, qui sunt in cælo, non in mundo, id est, in terra. S. Chrysof. verò, Theophyl. & Euthymius ad distinctionem Patriarcharum & Prophetarum, qui iam non erant in mundo, sed limbo, vt pote vita fuisse. Germaniùs & aptius referas ad id quod præcessit: *Præcessit ex hoc mundo, q. d. Iesus transiturus ex hoc mundo, cum in mundo, id est, in cor tantique mundi ætumnis, periculis, persecutionibus, post se relicturus esset Apostolos filios suos dilectissimos; hinc eorum miseris, antequam abiret, summam in eos dilectionem ostendit, ac summum contra omnes mundi tribulationes remediù dedit, nimirum Eucharistiam, vt in ea ipse præsens illis semper adesset, eosque contra omnia aduersa maniret & roboraret.*

IN FINEM DILEXIT EOS] In finem, scilicet vitæ, id est, vique ad mortem, ait Cyrillus, S. Augu. & Rupertus, siue semper, vt explicat S. Chrysof. homil. 69. & ex eo Ribera. Vnde Mòdinus: *Cum suos solos, inquit, dilexisset, ad finem, & Ethiopicos, in sempiternum.*

Secundò, *in finem*, scilicet amoris & dilectionis. q. d. Extremo amore, & summè dilexit eos: vt Græcum *τέλος*, id est finis, ponatur pro *τέλειωσις*, id est perfectio, vti explicat S. Chrysof. Leonius, Theophyl. Accedit Euthymius, qui *in finem* exponit *vehementer*: *τέλος* enim est rō finis, vltimum, extremum & summum, summa perfectio, exitus, consummatio, apex & cæumen. q. d. Christus hæcenus valde dilexit discipulos suos, sed iam ab eis abiturus & transiturus ad Patrem, perfectissimum amorem eis ostendit, lauando eis pedes, Eucharistiam instituendo, & ardentissima charitate eos exhortando, & inflammando ad Dei amorem, constantiam omnemque virtutem. Prior sensus planior est & simplicior, ideoque Primò à Christo intentus; posterior verò significantior & pregnantior, ideoque eum committente hinc inuiri & intendi Christum: ita Toletus. Significat enim tantum fuisse sumum erga discipulos amorem, vt licet sciret sibi instare atrocissimam mortem; tamen eius quasi oblitus, totum se in amorem & obsequium discipulorum effuderit. Quò circa S. Thomas optulit. 57. loquens de institutione Eucharistia ex summo Christi amore, ait: *Vide vt ardens charitatis hinc immensas fidellum cordibus insingeretur: in vltima cœna, quando pascha cum discipulis celebrat, transiens erat de hoc mundo ad Patrem; hoc Sacramentum instituit, tanquam passionis suæ memoriale perenne; figuram veterum impleturum, miraculorum ab ipso factorum maximam.* & Cornel. in Ioannem.

A De sua contritiōis absentiā solam singulare.

Symbolicè, S. Aug. & Beda per finem accipiūt Christum. Christus enim est finis legum, Roman. 10. 4. Dilexit ergo ipse suos *in finem*, id est, propter se, aut suam gloriā illis communicando: Audi S. Augustinum: *In finem dilexit, vt & ipsi de hoc mundo ad suam capiti dilectione trāferent, quid est enim in finem, nisi in Christum finis enim legis Christus, finis perficiens, non intericiens; vel in finem id est, vique ad mortem, non tamen dilectionem morte finit, vel vique ad mortem dilexit, id est, vique ad mortem dilexit ipsa illum perduxit.* Et Interlin. dilexit suos in finem, inquit, nimirum pro eis moriens, vt etas dilectione ipsi transirent de mundo.

ET COENA FACTA, CVM DIABOLVS TAM

MISISSET IN COENÀ, VT TRADERET EVM IVDAS (filius) **SIMONIS ISCARIOTÆ]** q. d. Peracta cœnà agni legalis, item cœnà communi, ante cœnam sacram, id est, ante institutionem Eucharistia, Christus lauit discipulorum pedes. Volebat enim hæc lotionem ostendere; quanta puritate & humilitate accedendum sit ad Eucharistiam. Nota. Christus hic triplicem cœnam cœnam Apóstolis. Prima fuit cœna legalis, quæ comedit agnum paschalem. Secunda, fuit communitatis, siue vltis: quia entus in amplis familijs multarum & edacium personarum; agnus non sufficiebat ad explendam omnium famem, hinc post eius esum succedebat cœna communitatis, quæ alias carnes & cibos more aliorum dierum comēdebat. Tertia fuit cœna Eucharistica: Itaque Christus post duas priores cœnas, ante hanc tertiam lauit Apostolorum pedes, ob causam iam dictam. Vnde liquec lotionem hanc pedum factam à Christo, non fuisse illam communem & vltimam apud Iudæos & Gentiles, quæ hospiti- bus & conuiuijs ante cœnam, pedes eius erant nudis incedebant) lautare solebant, sed fuisse lotionem Sacramentalem, qua scilicet Christus discipulos præparabat ad Eucharistiam sumendam: Christus enim lotionem communem tradidit ad lotionem sacramentalem & sacram. Perperam ergo nonnulli ex hoc loco arbitrantur, Christum lauisse pedes discipulis post Eucharistiam, ante sermonem illorum proximi, quem post eam ad ipsos habuit, vti subdit Ioannes: Ita arbitratum est S. Cyprianus (vel quisquis est auctor) tract. de Ablutione pedum: *tam, inquit, Sacramentum corporis sui Apóstolis Dominus distribuerat; iam extra ad Iudæos, sicut repònit de multis gentibus, hinc se præiunxit, & ad gentes pertrahere vitæ pedes eius; ipse gentibus: flexis Dominis, seruo consummatur humilitatis obsequij familiarum.*

CVM DIABOLVS TAM MISISSET IN COENÀ, VT TRADERET EVM IVDAS (filius) **SIMONIS ISCARIOTÆ]** q. d. Peracta cœnà agni legalis, item cœnà communi, ante cœnam sacram, id est, ante institutionem Eucharistia, Christus lauit discipulorum pedes. Volebat enim hæc lotionem ostendere; quanta puritate & humilitate accedendum sit ad Eucharistiam. Nota. Christus hic triplicem cœnam cœnam Apóstolis. Prima fuit cœna legalis, quæ comedit agnum paschalem. Secunda, fuit communitatis, siue vltis: quia entus in amplis familijs multarum & edacium personarum; agnus non sufficiebat ad explendam omnium famem, hinc post eius esum succedebat cœna communitatis, quæ alias carnes & cibos more aliorum dierum comēdebat. Tertia fuit cœna Eucharistica: Itaque Christus post duas priores cœnas, ante hanc tertiam lauit Apostolorum pedes, ob causam iam dictam. Vnde liquec lotionem hanc pedum factam à Christo, non fuisse illam communem & vltimam apud Iudæos & Gentiles, quæ hospiti- bus & conuiuijs ante cœnam, pedes eius erant nudis incedebant) lautare solebant, sed fuisse lotionem Sacramentalem, qua scilicet Christus discipulos præparabat ad Eucharistiam sumendam: Christus enim lotionem communem tradidit ad lotionem sacramentalem & sacram. Perperam ergo nonnulli ex hoc loco arbitrantur, Christum lauisse pedes discipulis post Eucharistiam, ante sermonem illorum proximi, quem post eam ad ipsos habuit, vti subdit Ioannes: Ita arbitratum est S. Cyprianus (vel quisquis est auctor) tract. de Ablutione pedum: *tam, inquit, Sacramentum corporis sui Apóstolis Dominus distribuerat; iam extra ad Iudæos, sicut repònit de multis gentibus, hinc se præiunxit, & ad gentes pertrahere vitæ pedes eius; ipse gentibus: flexis Dominis, seruo consummatur humilitatis obsequij familiarum.*

CVM DIABOLVS, &c.] q. d. Cum Christus iam prodendus esset à Iudæis, iussu diaboli, & occidendus à Iudæis, voluit Christus ante mortem sibi instantem, sui memoriale perpetuum nobis relinqueret, scilicet Eucharistiam, quæ eius passionis & mortis pro nobis oblati, iugiter in memoriam reuocaret, itaque nos in eius amore viciatim accenderet. Secundò, meminit Ioannes prodictionis Iudæi, vt Christi eximitam humilitatē, patientiam & charitatē exaggeraret, quæ Christus eum iam sciret se venditū, & mox prodendum à Iudæis, adeò tantum in amore discipulorum persistit, vt eis, imò ipsi Iudæis, pedes lautare voluerit. Ita S. Cyrillus, Chrysof. August. Theophyl. Euthym. & Rupertus. Dicit autem diabolum prodictionem
P p hanc

hanc immississe in cor Iudæ, ut eius indignitatem & atrocitatem significet, scilicet eam fuisse tantam, ut non nisi diaboli opus esse potuerit.

VERS. 3.

SCIENS QUIA OMNIA DEDIT EI PATER IN MANUS, ET QUIA A DEO EXIIT, ET AD DEUM VADIT. Primò, q. d. Cum sciret Christum se esse talem & tantum, ut omnia haberet in sua potestate, imò se esse verum Deum de Deo vero, ac, uti à Deo exierat, sic ad Deum mox rediturum, & sessurum à dextris Deitatem ad eò se demisit, & humiliavit, ut genu flexo voluerit lauare pedes discipulis suis, imò ipsimet Iudæ proditori suo. Ita Cyrillus, S. Aug. Beda & S. Gregorius lib. 3. Moral. c. 12. Addit Maldonatus Christum scivisse omnia sibi à Patre tradita esse, id est, iam sibi licere, ex Patris præscripto perficere omnia, quæ sibi commississet; antè non licuisse sibi mori, quia tempus à Patre constitutum nondum aduenerat, iam venisse tempus, quo omnia sibi concessisset, omnia sibi licere agere, quæ ad hominum redemptionem pertinere, tale autem erat lauare pedes discipulis, idèoque eos lauare voluit.

Tres causa
lotionis pedum
Christi.
Prima

Secundò, aptius & efficacius, Ioannes hic assignat tria motiva, siue tres causas, quæ Christum impulerunt ad hanc lotionem pedum discipulorum. Prima est, quia omnia dedit ei Pater in manus, id est, quia Pater ei credidit hominum salutem, eiusque omnimodam curam ei tradidit & commisit: hæc enim eum iocundavit, ut stupenda hæc summe humilitatis & charitatis opera hominibus ante discessum suum ederet, & imitanda relinqueret. Quid sit Christus omnia à Patre esse tradita, dixi Matr. 1. 1. v. 27.

Secunda.

Alterà causa fuit, quia à Deo exiit. q. d. Decuit ut Christus Filius Deo Patri summam hæc lotionem charitatem & reverentiam exhiberet: nulla enim re magis honoratur & delectatur Deus, quàm humilitate nostra. Humilitas ergo est summa laus Dei.

Tertia

Tertia fuit, quia ad Deum vadit. q. d. Sciebat Christus instare sibi mortem, & ultimum vite actum pro salute hominum, qui debet esse excellentissimus & summæ virtutis, quare summam hanc humilitatis & charitatis actum edere, & posteris quasi testamento relinquere voluit. Ita Tolletus.

SYRGIT A COENA, ET PONIT VESTIMENTA SUA: ET CUM ACCEPISSET LINTEVM, PRÆCINXIT SE. Ioannes sigillatim omnes lotionis Christi actus, conditiones & circumstantias recenset, ut ostendat quàm Christus in hoc opere, uti & ceteris omnibus, fuerit attentus, sedulus, exactus, eximius, servanque rō nēstō, id est decorum, ut nos idem doceret facere etiam in rebus minimis, iuxta illud: In omnibus operibus tuis, præcellens es, Eccli. 33. 23.

PONIT VESTIMENTA SUA] scilicet extimam tunicam, reventa interiore, ne corpus nudaret; aut potiùs vestem cœnatoriam, quam supra vestem communem cœnatori de more assumentes, græcè enim est *ιμάτιον*, id est, vestes extimæ, hoc est vestem extimam, qualis est toga, vel pallium. Est enallage numeri, quia ponitur numerus pluralis pro singulari.

PRÆCINXIT SE] linteo, tum ne vestes suas sordidaret, tum ut expeditior esset ad opus lauandi, tum ut & pedes ablutos extergeret, tum ut ad servile hoc ministerium servilem habitum &

vestem congruam assumeret, itaque planè se demitteret & humiliaret. Quid autem mirum, ait S. Aug. si surrexerit à cena, & posuerit vestimenta sua, qui tū in forma Dei esset, semetipsum enim manuit? Humilitas enim est propria Christi & Christianorū virtus. Humilitas est virtutū thesaurorū, ait S. Basilius c. 16. Cōstit. Humilitas est Christianismi signū, ait S. Macarius hom. 1. 5. quo qui caret, vas est diaboli: humilitas est saburra virtutū.

Audi S. Augustinum in psal. 23. conc. 1. Quid Dauid prostravit Coliam, Christus est qui occidit diabolum Quid est autem Christus qui diabolum occidit? Humilitas occidit superbiam. Cum ergo Christum nomine fratres mei, maxime nobis humilitas commendatur. Viam enim nobis fecit per humilitatem, quia per superbiam recesseramus à Deo: redire ad eum nisi per humilitatem non poteramus, & quem nobis proponeremus ad imitandum non habebamus. Omnis enim mortalium hominum superbia numerat. Et si existeret aliquis humilis vir in spiritu sicut erant Propheta, Patriarcha, designabatur genus humanum imitari humiles homines. Ne ergo dedignaretur homo imitari hominē humilem, Deus factus est humilis, ut vel sic superbia generis humani nō dedignaretur sequi vestigia Dei.

VERS. 5.

DEINDE MITTIT AQVAM IN PELVIM, ET COEPIT LAVARE PEDES DISCIPVLORVM, ET EXTERGERE LINTEO, QVO ERAT PRÆCINCTVS. Notant S. Chrysostr. Theophyl. & Euthym. Christum hæc omnia per se solum, sine alicuius ope vel ministerio fecisse, ut nos erudiret quàm sedulo, accuratè & studiosè alijs servire debeamus. Addit Euthymius, Christum per se ab herodomo peluim petivisse, aquam hausisse & bailasse. Quid mirum, ait S. Aug. tract. 55. si misit aquam in peluim, unde laualet pedes discipulorū, qui in terram sanguinem fudit, quo immunditiam dilueret peccatorum? quid mirum, si linteo, quo erat præcinctus, pedes quos laualet terat, qui carne, qua erat indutus, Evangelistarum vestigia confirmant?

Symbolicè, S. Ambros. prol. 1. de Spiritu sancto: Hæc erat aqua, inquit, ros ille celestis; hoc prophetabatur, quid vore illo celesti discipulorum suorum Dominus Iesus pedes laualet. Et mox: Veni ergo Domine Iesu, exue te vestimenta tua, quæ propter me indulisti, esto nudus, ut nos misericordia tua vestias. Præcinge te propter nos linteo, ut nos tui muneris immortalitate præcingas. Miste aquam in peluim, lana non solum pedes, sed etiam caput. Nec solum corporis nostri, sed etiam mentis vestigia volo exuere, omnes nostræ sordes fragilitatis, ut ego dicam: Nocte exui tunicam meam, quomodo induam eam? laui pedes meos, quomodo inquinabo illis? Cant. 5. Vide ibi dicta.

VERS. 6.

VENIT ERGO AD SIMONEM PETRVM] ut scilicet à Petro, quasi à capite & primæ Apostolorum, uti aliàs, ita & hic lotionem inciperet. Si enim potiùs venisset ad alios Apostolos; utique illi, hanc Domini sui tantam, tamque insolitam demissionē recusarent, æquè ac Petrus, sed cum Petrus à Christo reprehensum acquiescit, reviderunt, acquieverunt deinde & ipsi, sibi que pedes à Christo lauari permiserunt. Ita S. Aug. Beda, Rupert. Maldon. & alij.

Tropologicè, indicat hic Christus visitationē, & reformationem à capite, & ijs qui præstant, inchoandam esse, sic enim fideles eis subditos facile licebit reformare. Origenes tamen & Leodadius censent Petrum in hac lotionem fuisse ultimum, idem cum Chrysostr. Theophyl. Euthym. opt-

opinatur Christum primò omnium lauasse pedes Iudæ, ut eum emolliret, & à scelere prodicionis reuocaret, utque nobis daret exemplum amoris inimicorum, ut maleficia beneficijs compensemus, ipsique edè magis beneficiamus, quod magis ipsos in nos maleficos sentimus.

ET DICIT EI PETRVS: DOMINE TV LAVAS MIHI PEDES? id est, lauare paras. Significatur actio inchoata, habet potiùs destinata & needum enim Christus lauare coeperat. Dicit hoc Petrus stupens, & admirans tantam Christi humilitatem, ex profunda eius reuerentia, ait Cyrill. vnde verba eius singula habent emphasin. Tu, qui es Rex regum, & Dominus dominantium: mihi, qui sum vilis piscator, & terræ vermiculus, lauas manibus tuis benedictis pedes meos lutulentos, spurcos & foetidos. Cogitanda sunt hæc, ait Aug. potiùs quam dicenda: ne forte quòd ex ijs verbis aliquatenus dignum concepit anima, non explicet lingua.

VERS. 7.

RESPONDIT IESVS, ET DIXIT EI: QVOD EGO FACIO, TV NESCIS MODÒ, SCIES AVTEM POSTEA] Significat Christus in hac lotionem pedum occulta latere mysteria, quæ Petrus needum cognoscebat. Petrus, ait S. Ambros. lib. de Iis qui initiantur c. 6. non aduerit mysterium, & ideo ministerium recusavit, quòd granari humilitatem serui crederet, si sibi obsequium Domini pariter admittet. Aut ergo Christum hæc omnia per se solum, sine alicuius ope vel ministerio fecisse, ut nos erudiret quàm sedulo, accuratè & studiosè alijs servire debeamus. Addit Euthymius, Christum per se ab herodomo peluim petivisse, aquam hausisse & bailasse. Quid mirum, ait S. Aug. tract. 55. si misit aquam in peluim, unde laualet pedes discipulorū, qui in terram sanguinem fudit, quo immunditiam dilueret peccatorum? quid mirum, si linteo, quo erat præcinctus, pedes quos laualet terat, qui carne, qua erat indutus, Evangelistarum vestigia confirmant?

Secundò, quia hac lotionem significatur penitentia, quæ præmitti debet Eucharistia, ut vi, o Petre, intelliges post missionem Spiritus sancti, ipse enim vos docebit omnia. Ita S. Cyprian. tract. de Cœna Domini. S. Pacianus epist. 1. contra Nouat. S. Greg. lib. 9. epist. 39. idq; insinuant quoque S. Aug. & Bernard. In huius rei symbolo sacerdotis Aaronici, ingredientis templum ad sacra faciendum, lauabant manus & pedes in labro aneo, ad hoc erecto ante Sanctum, idq; puritatis corporalis causa, ut per illam puritatis spiritalis in mente admoneretur. Exodi 30. 19.

Peculiaris est hic S. Ambrosius, qui lib. 3. de Sacram. c. 1. & lib. de Iis qui initiantur, c. 6. cœset hanc corporalem pedum ablutioem omnibus fidelibus esse necessariam ante baptismum, ut per eam præparentur ad sacram Synaxim, sicut ad eandem Christus hic præparauit Apostolos pedes eis ablundo. Quare hanc pedum lotionem esse Sacramentale quippiam, siue ritum sacrum à Christo hic sancitum, quo contra diaboli supplantationem muniamur. Hinc ipse inter alias baptismi ceremonias, siue ritus, annuerat pedum lotionem: vnde illa in vtu fuit Mediolani, ut mox dicam. Hinc & S. Bernard. serm. de cœna Domini, hanc pedum ablutioem vocat Sacramentum, innuitque eam valere ad remissionem peccatorum venialium: Nam ut de remissione quotidianorum non dubitemus, inquit, habemus eius sacramentum, pedum ablutioem. Sed S. Bernardus ibi per sacramentum intelligit symbolum, typum, figuram, significationem mysticam, ut ipse paulò post explicat, de quo mox plura.

Symbolicè, Origenes & S. Hieron. epistol. ad Damasum de prima visione Iaiæ censent Christum lauasse pedes Apostolis, ut eos præpararet in Cornel. in Ioannem.

Lotio pedum
an Sacramentum.
Resp.
Primò.

prædicationem Evangelij; iuxta illud: Quam speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona! Iaiæ 52. 7. Rom. 10. 15.

Secundò, S. Ambros. lib. de Iis qui initiantur myster. c. 6. censet Christum in baptismo abluere peccata actualia, abluendo caput; hæc verò abluendo pedes, abluisse reliquias peccati originalis, id est, motus concupiscentiæ: hæc enim lotionem pedes, id est affectus eorum, roborasse, ut cupiditatibus generosè resistent.

Tertiò, S. Aug. & S. Bernard. de cœna Domini: Pedibus, inquit, quibus terræ calcamus, significantur terreni amores, sordes & defæctus; qui, dū in terra, id est, inter res terrenas, conuertimur, veluti puluis aut lutum nostris pedibus, id est affectibus, adhærescunt; quos abluere oportet per lacrymas & penitentiam, præsertim ante sanctam Communionem.

Quartò, S. Cyprian. de Cœna Domini, & S. Gregor. lib. 9. epist. 39. Pedum, inquit, qui sunt infima & vltima pars hominis, orio significat nō tantum exteriora opera nobis esse scrutanda, sed descendendum nobis esse in imas & intimas conscientiæ latebras, eaque ab omni occulta macula, & praua intentione esse expurgandas, per contritionem, lacrymas & genitus.

Ex hac Christi lotionem pedum manauit consuetudo Mediolani, & in nonnullis alijs Ecclesijs, ut baptizandis pedes abluerentur ab Episcopo, ac deinde à sacerdotibus & clericis, in fonte, qui ad hoc erectus erat ante fores Ecclesiæ; Episcopus deinde pedes à se ablutos osculabatur, & posterior pars pedis imi super Episcopi caput imponebatur. Hunc morè refert & defendit S. Ambros. lib. 3. de Sacram. c. 1. dicitque eum à S. Petro & Christo hoc loco manasse, vnde miratur eum in Ecclesia Romana non seruari. Et Concil. Toletan. XVII. c. 3. sancit, ut Episcopi & sacerdotes lauent pedes fidelium in cœna Domini, ad exemplum Christi, iubetque reuocari eius vsum intermissum. Hoc autem Concilium celebratum fuit aera 732. hoc est anno Christi 694.

Causam huius lotionis mysticam affert idem Ambrosius lib. de initiandis cap. 6. dicens: Mundus erat Petrus, sed plantam lauare debebat: habebat enim primi hominis de succisione peccatorum, quando eum supplantauit serpens, & persuasit errorem: ideo plantam eius abluunt, ut hereditaria peccata tollantur. Alludit ad illud Dei ad serpentem de homine: Tu insidias, beris calcaneo eius, Genes. 3. 15. Idem Ambrosius lib. 3. de Sacram. cap. 1. Quia Adam ait, supplantatus à diabolo est, & venenum ei effusum est supra pedes, ideo lauas pedes, ut in eò parte, in qua insidians est serpens, manus subsidium sanctificationis accedat, quo postea te supplantare non possit. Lauas ergo pedes, ut lauas venena serpentis. Ad humilitatem quoque proficit, ut in mysterio non erubescamus, quod non dedignamur in obsequio.

Alia causa magis litteralis est, quia baptizandi olim nudis pedibus incedebant, ut humilitatem præ se ferrent. Vnde hæc nuditas vocatur humilitas pedum à S. Augustino lib. 2. de Symbolo ad catechie. 1. quare sordes nudis pedibus contractas abluerebant. Hic mos à Mediolanensi Ecclesia ad alias manauit, ut patet ex S. Augustino epist. 11. 8. ad Ianuarium, & epist. 1. 19. Vnde & Palladius in Lausiaca cap. 73. narrat Serapionem Sindonitam duos mimos conuertisse, eisq;

Secundò.

Tertiò.

Quartò.

Mos lauandi pedes baptizatorum in Mediolaniensi Ecclesia.

pedes abluisse, ac deinde eos baptizasse, postea verò, quia nonnulli putabant hanc abluionem pedum ad salutem sufficere, nec opus esse baptismi; hinc ablutio illa verita fuit in Concilio Elibertino cap. 48. Ecclesia tamen Mediolanensis in sua consuetudine pedes abluendi perstitit; abluere autem pedes baptizandorum solebat die Iouis sancto, eadem die qua Christus lauit pedes Apostolorum, ac deinde Vigilia Paschalis eisdem baptizabat. Postea ceperunt pedes abluere post baptismum, ipso sabbato sancto. Verum quia hac ablutio pedum derogare videbatur baptismi, quasi ipse non omnem culpam & poenam peccatorum aboleret, sed pro venialibus abolendis opus adhuc esset ablutione pedum: hac de causa Concilium Elibertinum in Hispania ritum hunc abluendi pedes sustulit. ita Gabriel Vasquez 3. p. tract. de Baptismo disp. 166. cap. 5. in fine. Vbi & addit in Hispania ritum hunc abluendi pedes viguisse, alioqui enim illum ibidem non vetisset Conc. Elibertinum. Fusè de hoc ablutionis pedum ritu agit Iosephus Vicecomes lib. 3. de Ritibus Baptismi c. 17. & seq. omniaque à me dicta confirmat & probat. Porro ex S. Augustin. epist. 119. liquet baptizandos die Iouis sancto, non solum pedes, sed & totum corpus abluisse, ut sordes corporis ieiunio quadragesimali contractas abluerent, itaque se ad baptismum sabbato sancto decenter suscipiendū disponerent, ne corpore immudo & sordido illum susciperent. Rursum apud varios, imò apud eisdem, varijs temporibus varius erat abluendi mos. Alij enim ante baptismum, alij post eum, alij tam antè, quam post abluerant: alij pedes dumtaxat, alij pedes & totum corpus: nunc autem hæc omnia cessant. iam diu enim hic abluendi ritus exoleuit, vti notat Vasquez.

Hinc rursum Mediolani, eodem die Iouis sancto, Episcopus multis è clero Christi exēplo pedes lauabat. Idem faciunt Superiores in multis Capitulis & monasterijs. Imò Romanus Pontifex quotannis eodem die, vti hanc lotionem Christi repræsentet, solet duodecim pauperibus manibus proprijs pedes abluere, eosque deinde noua veste donare, & conuiuio excipere.

VERS. 8. *Resistit Petrus lotioni pedum suorum.*

VERS. 8. DICIT EI PETRVS: NON LAVABIS MIHI PEDES IN ÆTERNVM Origenes accusat Petrum protervæ audaciæ & inobedientiæ: sed rectè excusat eum S. August. tract. 56. quòd hæc eius vox processerit à summa fide, reuerentia, timore, humilitate & dilectione, q. d. Ego sum vilis homuncio, tu es rex gloriæ, & Dominus maiestatis: quare non patiar te mihi lavare pedes: Ego (sunt verba Cypriani tract. de Ablut. pedum) si oportuerit me mori tecum, paratus sum, hoc enim debeo, hoc amplector. Pro te libenter cervicem porrigo percussoris, sed Deum meum, & Dominum meum ad pedes meos prostratum non patior, non audeo sustinere.

RESPONDIT EI IESVS: SI NON LAVERO TE, NON HABEBIS PARTEM MECVM Primò, S. August. hoc mysticè accipit, q. d. Nisi per poenitentiam (quam lotio pedum repræsentat & excitat) lavero peccata tua venialia, non dabo tibi Eucharistiam, quam iam instituere paro, nec ingrederis cælum, quia nil coinquatum in illud ingreditur. Sic & S. Cyprian. tract. de Ablutione pedum.

Secundò, S. Chrysost. & Cyrillus, q. d. Nisi su-

sciperis humilitatis documentum, quod ego hac lotionem pedum tibi trado, non habebis partem meam: quia soli humiles Dei gratiam & gloriā nanciscuntur.

Tertiò, genuinè ad litteram, q. d. Si, ô Petre, te mihi resistentem non lavero, id est, si obstinatè persistas in inobedientia, vt nolis tibi à me lauari pedes, tu quia inobediens, non habebis partem mecum, id est, non communicabis mecum in mensa Eucharistica, non dabo tibi partem panis consecrandi in corpus meum, à sacra Synaxi te excludam, non habebis te familiarem, & mensæ sacræ socium. Minatur enim Christus Petro priuationem suæ familiaritatis & Eucharistiæ, non autem gratiæ & gloriæ licet enim agrius Petrus obediret, id tamen erat ex profunda humilitate & reuertentiâ, ideoque venia dignū. ita Tolerus, qui & rationem addit: Minatur, inquit, Petro, quòd non sit ei daturus Eucharistiam, per quam Christus in eo, & ipse in Christo manurus erat: ad hoc enim præcipuè lauabat ipsorum pedes, vt dispositis & mundis seipsum in cibum daret, & realiter cum eis vniretur, & hoc est quod Petro comminatur. Si non te lavero, non eris participes mei: nam conuiuium mei ipsius modò præparavi, ijs solis quos lavero, daturus. Petrus verbū hoc distinctè non intellexit, tunc quando prolatus hoc distinctè non intellexit, sed id tantum concepit nihil se cum Christo habiturum commune, ab eoque se separandum, nisi lotus fuisset; quod quidem magna erat poena: postea tamen rei mysterium cognouit. Similis phrasia est 3. Reg. 12. i. 6. vbi populus offensus scruitia Roboã ait, *Quæ nobis pars in Dauid? vel quæ hereditas in filio Isai?* q. d. Nolumus deinceps amici, familiares, & subditi esse familiæ Davidis, sed alium nobis creabimus regem.

Ita S. Basilus orat. de peccato: *Hanc ob rem, inquit, à Christo in Petrum eiusmodi iacta sunt mina, vt, nisi promptitudine ac velocitate obediencie voluntatem suam correxisset, non illi illa beatitudines à Deo in eum profecta, non dona, non promissiones, non etiam illa ipsa Dei, & Patris talis ac tanta erga vnigenitum filium propense voluntatis declaratio successissent ad presentem inobedientiam expiandam.*

Hinc idem S. Basil. ex hoc loco duas insignes, colligit regulas morales, reg. 12. cap. 2. Prima est, *Qui iussus Domini aduersatur, licet id pio & amico animo faciat, is tamen ob eam causam abalienatur à Domino.* Altera est: *Quid quidquid à Domino dicatur, id summa cum animi expletione debemus suscipere.*

Porro ex hoc loco S. Ambros. putauit lotionem pedum omnibus fidelibus esse necessariam in baptismo, quasi preparationem & dispositionem ad Eucharistiam à Christo sancitam, vti dixi v. 7.

DICIT EI SIMON PETRVS: DOMINE NON TANTVM PEDES MEOS, SED ET MANVS, ET CAPVT Petrus ictus hac Christi comminatione, quasi fulmine, illicò Christo obedit, ac plura quàm Christus postularat, offert, scilicet manus & caput, quæ aliàs subinde lauari solent. Hinc S. Basilus in Regul. breuior. resp. 60. vtilem dat regulam: *Rescindendum, inquit, est quidquid præceptum Domini antè statutum est. Hoc aperit demonstrat, in Apostolo Petro qui antè statuerat: Non lauabis mihi pedes in æternum; vbi verò affirmatiuè audiuit Dominum dixisse: Nisi lavero te, non habebis partem meam; consentium sententiã mutauit, & dixit: Domine non tantum pedes, sed & manus.*

Rur-

Obedientia ceteris virtutibus præferenda.

Rursum Basilus, respon. 233. ex hoc loco docet obedientiam ceteris virtutibus esse præferendam. Petrus, ait, cum ei talium ac tantorum rectè factorum testimonium à Domino fuisset datum, atque eo modo appellatus, & beatus laudatus, vbi vna tantum in re, ab obedientia visus est discedere, atque hoc ipsum non ex negligentia superbiaute, sed ex reuerentia honoreque erga Dominum suum; propter hoc ipsum tantum ei dicitur: *Nisi lavero te, non habebis partem meam.*

VERS. 10. DICIT EI IESVS: QUI LOTVS EST, NON INDIGET, NISI VT PEDES LAVET, SED EST MVNDVS TOTVS Nota, Christum hic alludere ad eos, qui se lauant in balneis, qui toti quidem loti & mundi ex eis exeunt; sed quia pedibus nudis terram caleant, itaque pedes inquinant, ideoque eos tantum deinde lauant. Nota Secundò, Christum per analogiam, hic more suo à lotionem corporali ad spirituales asurgere, q. d. Qui lotus est spiritualiter per baptismum, quo ego vos, ô Apostoli, abluo, aut qui lotus est per contritionem & poenitentiam, hic totus est mundus in anima, sed tamen indiget vt solos pedes lauet, id est, vt animi affectus, qui ex terrenarum rerum, in quibus versantur, contagio subinde maculantur, & leues sordes contrahunt, sæpè expurget per contritionem, castigationem corporis, & similes virtutes (quarum hæc lotio mea est symbolum) præsertim ante sacram Synaxim & sumpcionem Eucharistiæ. Sic ferè S. August. Beda, Rupertus & S. Bernardus ser. in cœna Domini: quem audis; *Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet. Lotus est, qui grauia peccata non habet, cuius caput, id est, interior, & manus, id est, operatio & conuersatio, munda est, sed pedes, qui sunt anime affectiones, dum in hoc puluere gradimur, ex toto mundi esse non possunt, quin aliquando vanitati, aliquando voluptati, aut curiositati, plusquam oporteat, cedat animus vel ad horam. In multis enim offendimus omnes. Verumtamen nemo contemnat aut parumpendat. Impossibile est enim cum eis saluari, impossibile est ea dilui nisi per Christum Iesum, & à Christo.*

Igitur Christus hæc lotionem pedum expurgauit Petri & Apostolorum peccata, venialia præsertim, quia per illam, ac per tantam suam demissionem compunxit eorum mentes, eosque admonuit internæ lotionis per contritionem faciendæ in anima, per quam venialia peccata expiantur.

Hæc de causa facerotes in veteri testamento lauant pedes & manus ante sacrificium, vti iã dixi. Idem fecere Gentiles, multi, quos recenset Briffonius lib. 1. de Formulis Roman. pag. 4. Idè olim fecere Iudei, vt pater Marci 7. 4. & etiamnum faciunt.

Denique, S. August. epist. 108. ad Seleuciânū, ex *quò qui lotus est*, probabiliter colligit Petrum & Apostolos ante Eucharistiam fuisse baptizatos: tum quia nemo capax esset Eucharistiæ, nisi baptizatus: tum quia ante mortem Christus eos baptizauit: constat autem ipsos omnes à Christo, vel immediatè, vel mediatè fuisse baptizatos. Denique *quòd lotus* propriè lotionem, quæ fit in baptismo, notare videtur.

ET VOS MVNDI ESTIS, SED NON OMNES Tacitè Christus pungit Iudam, vt à sua prodicionis machinatione & icelere respicatur; noluit tamen eum nominare, ne infamaret, & ne Apostoli in

eum vt proditorem insurgerent, eumque malè tractarent.

SCIEBAT ENIM QVISNAM ESSET QVI TRADE- RET EVM: PROPTEREA DIXIT: NON ESTIS MVN- DI OMNES Hinc S. Augul. 2. Contra Petil. c. 22. colligit Iudam tum præsentem fuisse, ac proinde à Christo locum S. Synaxim sumpsisse, licet S. Cyprian. tract. de Ablut. pedum neget Iudam lotioni, & consequenter Eucharistiæ interfuisse.

VOS VOCATIS ME MAGISTER ET DOMINE; ET BENE DICITIS: SVM ETENIM Magister & Domine. Christus non tantum quæ Deus, sed etiam quæ homo erat magister & dominus omnium hominum & totius mundi, nec tantum exterius loquendo docebat, vti faciunt communes magistri, sed interius mentes illuminabat; & voluntatem quoque vellet impellebat, vnde ipse solus perfectus, cælestis & diuinus est magister, vti ipse ait Math. 23. 10. Vide ibi dicta.

EXEMPLVM ENIM DEDI VOBIS, VT QUEMAD- MODVM EGO FECI VOBIS, ITA ET VOS FACIATIS In exemplū non mihi, vt pote iam eunti ad mortem, sed alijs proximis vestris, cum necessitas aut pietas id exigeret, v. g. cum hospites peregrinarent. Nam, vt ait S. Gregorius præfat. in libros Dialog. *ad amorem patrie celestis plus exempla quam prædicamentum succedunt.* Vnde Iesus cepit Primò facere, deinde docere, Act. 1. v. 1. plurius docuit factò, quam verbum. Hinc S. Basil. lib. 1. Moral. regul. 70. c. 10. docet eū qui præst. debere prius facere ea, quæ subditos faciendæ esse docet. ac c. 24. docet eum, vti dignitate, sic & humilitate subditos præire oportere. Præuidebat Christus Apostolos paulò post inter se superbe disceptaturos, quis eorum esset maior, vnde hoc humilitatis exemplum eis præmisit, obiecitque, vt hanc eorum ambitionem infringeret & comprimeret, atque ita eam reipsa, si non elisit, certè infregit.

Ex hac Christi sententiâ vltus inualuit, vt multi Prælati, imò principes & reges die Iouis sancto subditorum vel pauperū pedes lauet, imò S. Ambros. censuit Christum hic idipsum præcipere, vti superius dixi. Ita pedes pauperū lauerunt S. Ludouicus rex Fraciæ, S. Elizabetha vxor Langrauij Hassiæ, S. Hedwigis Ducissa Poloniae, S. Brigida, alijsq; plures. Vide Gretserum in Pedilatio.

AMEN, AMEN DICO VOBIS, NON EST SERVVS MAIOR DOMINO SVO, NEQVE APOSTOLVS MAIOR EST EO QVI MISIT ILLVM Insistit Christus humilitati Apostolis inculcandæ, quia præuidebat eorum de primatu contentione mox secuturam, q. d. Si ego vester dominus me humiliavi, & laui pedes vestros, multò magis decet vos humiliaie, & pedes alterutrū lauare. Si enim dominus lauit, lauet & seruus: nec enim seruus dignari poterit opus quod fecit dominus: nec apostolus siue legatus recusare poterit officium, quod præstitit eius Prælatus vel princeps qui eum misit.

SI HÆC SCITIS: BEATI ERITIS SI FECERITIS EA q. d. Si hæc scitis, vti scire vos scio, (quis enim nescit dominum esse maiorem seruo, & Prælatum suo apostolo siue legato?) beati eritis, si vti scitis, sic & feceritis ea, operèq; cõpleueritis. Beati, inquam, in spe, sed necdum in re: futuri autem beati in re post mortem, si vltiquè ad eam hæc facere perreueritis, & in mei sequela perseveraueritis vti vos omnes facturos & perseveraturos scio, vno excepto Iuda, vnde eū excipiens subdit:

VERS. 18.

NON DE OMNIBVS VOBIS DICO] vos hæc quæ dixi facturos, quia scio Iudam id non facturum.

EGO SCIO QVOS ELEGERIM] S. Aug. traçt. 59. explicat de æterna Dei prædestinatione, ac electione ad gloriam. q. d. Nō de omnibus dico, sed de ijs tantum, quos elegi ad gloriam, ad quam nō elegi Iudam, ac proinde de eo non sum locutus, sed eum excipio. Verum hoc duriusculum videtur: tum quia culpa omnis in Iudam rejcienda est, non in Christū, Christi; electionem, à qua Iudam exclusit. Vnde v. seq. Christus culpam in Iudam conijcit: tum quia Christus, quando loquitur de æterna Dei electione & prædestinatione ad gloriam, numquam solet eam sibi tribuere, sed Patri: ipsa enim est pars primaria providentiæ, quæ Patri appropriatur. Agit igitur Christus hic de temporali sua electione, qua vt homo elegit duodecim Apostolos, & inter eos ipsam quoque Iudam, de qua dicitur Lucæ 6. Vocavit ad se discipulos, & elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominavit; inter duodecim autem vnus erat Iudas. Loquitur ergo Christus hic de electione ad apostolatam, ait Toletus & Maldon. q. d. Ego scio & scivi, quos & quales elegerim in Apostolos: scio & scivi, qui eo digni, qui indigni futuri sint, qui perseveraturi, ideoque beati futuri, qui non; scio eos, qui hæc quæ dixi facturi sint, qui non, vt scio & scivi Iudam à me electum ea non facturum, sed fore meum proditorem: quare non ex ignorantia elegi eum in Apostolū, quasi ignorarem eum me proditurum; imò id ipsum optime præscivi & prævidi, sed tamen elegi eum, vt eius malitia vterer ad commune bonum, scilicet vt per eum impleteretur mea passio, & per eam hominū salus & redemptio. Vnde subdit:

SED VT IMPLEATUR SCRIPTURA. QVI MANDUCAT MECVM PANEM, LEVABIT CONTRA ME CALCANEVM SVVM] q. d. Sciebam Iudam fore proditorem, sed tamen elegi eum in Apostolum, vt per eum impleteretur mea passio, & consequenter Scriptura, quæ eam, eiusque modum prædixit: scilicet illam fore inchoandam per proditorem: vnus mihi familiaris & domesticus, puta Iudæ, qui mea amicitia & familiaritate perfidè abusus est ad me prodendū; atque ego id permittere volui, vt ex eius malitia ingens bonum eliciam, scilicet mundi redemptionem, sicut permisi lapsum Luciferi & Adami, vt inde elicerem Christi incarnationem.

LEVABIT CALCANEVM] Citat psal. 40. 9. vbi Septu. vertunt, magnificavit super me supplantationem; S. Hiero. levavit contra me plantam, id est me decipere, supplantare, prodere & perdere conatus est; imò respicit me dolo & fraude supplantavit, me cadere fecit in manus Iudæorum, me adegit ad crucem & mortem. Nam supplantare proprie est plantam, seu pedem vel calcaneum inter alterius crura immittere in lucta vel cursu, itaque facere vt pedes currentis ad pedem supplantantis illi impingant, cadant & corruant.

Loquitur David ad litteram de Achitophel, proditore suo Apud Absalomum filium suum, vt habet Chaldaus; mysticè de Iuda proditore Christi, cuius typus fuit Achitophel, sicut David Christi.

VERS. 19.

AMODO DICO VOBIS, PRIVS QVAM FIAT; VT QVM FACTVM EVERIT, CREDATIS QVIA EGO

svm] Amado, græcè ἀπὸ ἀγῶν, quod vetri potest Primò, ex nunc, ex hoc tempore, vt vertit Syrus; Secundò, confestim iam iam, citò, illicid; & sic hic accipitur, & hoc significat amodo: notat enim instantem proditorem Iudæ. q. d. Iam iam post paucas horas Iudas proder me, ideoque id vobis prædico, vt, cum mox videritis me prodi, capi, occidi, non turbemini, sed credatis, id est, in fide mea perseveretis quia ego sum, scilicet, quod ego sim Messias Filius Dei, sponte me offerens morti pro redemptione hominum: ideo enim hæc prædico, vt sciatis me hæc omnia prædicere, & posse præcauere, meque subducere, sed nolle, imò velle pati pro salute mundi: tunc pariter videbitis me verè dixisse non omnes vos esse mundos, sed Iudam esse immundum & scelestum, ideoque reprobandum & damnandum, eum videritis eum ex secleris conscientia & immanitate laqueo se præfocare. Hæc ergo mea prædictio coniuncta cum rei prædictæ euentu, vos in fide meo nutiuros stabiliat & confirmet. ita Cyrillus.

AMEN, AMEN DICO VOBIS: QVI ACCIPIT SI QVEM MISERO, ME ACCIPIT: QVI AVTEM ME ACCIPIT, ACCIPIT EVM QVI ME MISIT] Non apparet quomodo hæc verba cohæreant cum præcedentibus. Primò, Chrysost. hom. 71: & ex eo Theophyl. hæc referunt ad passionem & crucem Christi quasi ad eam fortiter imitandā hortetur Apostolos per sui exemplum. q. d. Nolite timere persecutiones, mortes & crucis, quas prædicandò fidem meam, patiemini: quia in hac re me sequemini; patiemini enim vt mei legati, à me missi, & consequenter à Deo Patre. Quare passio hæc vobis non erit ignominia, sed gloria. Veri hæc non agitur de passione, sed de susceptione Apostolorum.

Secundò, Cyrillus lib. 9. c. 12. putat Christum hic ostendere immanitatem proditoris Iudæ, argumento ducto à contrario, q. d. Si est qui à me missum excipit & honorat, me excipit & honorat: sic ex aduerso qui à me missum respuit, non tantum mihi, sed & Deo, qui me misit, gravem contumeliam & iniuriam irrogat. Verum hic multa supplere oportet, quæ non dicit Christus.

Tertiò, Caietanus, Iansenius & Ribera probabilis censent Christū, cum iam finire vellet sermonem de ablutione pedum, nunc addere nonnulla, & ad ipsum redire, exhortarique omnes fideles, vt recipiant missos ad se Apostolos, benefaciant eis, sicut antè exhortatus fuerat Apostolos, vt benefacerent fidelibus; qua in re etiam Apostolos consolatur, vt ait Chryl. hom. 71: quos pro omnium salute, in charitatis officio laborare iusserat.

Quartò, magis particulatim & proprie, Toletus opinatur hæc pertinere ad exemplum lotionis pedum datum à Christo, vt hoc Apostoli & fideles imitentur, nec ab eo excusent se, quòd hæc lotio sit vilis, hominemque vilem & abiectum efficiat, cum Christus ipse eam usurparit, & usurpando honorarit, atque quasi nobilitarit. q. d. Nolite subterfugere hospites, etiq; pedes abluere, quia qui hospites fideles, præsertim Apostolos, hospitiū accipit, eisque pedes lauat, me, qui eos misi, quasi hospitio accipit: qui autem me accipit, accipit & Patrem qui misit me.

Ergo qui meos fideles & legatos recipit, Deū recipit, & honor, qui eis impenditur, Deo impenditur.

VERS. 20.

Difficilis horum verborum cum præcedentibus connectio.

ditur: ac vice versa qua iniuria quis eos afficit, eadem me, & Deum ipsum afficit. Docet ergo hic Christus humilitatis officia, quale est laurare pedes, esse obeunda etiam ab Apostolis & Prælati, nec reculari debere ob officij dignitatem, ne illa vilescat & contemnatur, quia per illa potius honorabuntur, vt veri imitatores & vicarij Christi, quia qui eos honorat, Christum, & Deū ipsum, qui eos misit, honorat. Humilitas ergo Prælatos non dedecorat, sed ornat & decorat. ita Toletus Iansen. & alij. Hinc noster S. Franciscus Xaverius nauigans in Indiam, cum ægrotum lectos sterneret, cibos coqueret, medicinas porrigeret, audiretque sibi obijci, hæc tam vilia munia dedecere Legatum Apostolicum, qualis ipse erat, respondit ea decere discipulum & Apostolum Christi, quia Christus similia obiuit, eaque quasi nobilitavit. In schola enim Christi sola humilitas nobilitat & exultat, quia Christo Deo & Domino nostro nos assimilat. Ita Turfellinus in eius Vita. S. Carolus Borromæus in supplicatione publica, nudis pedibus, laqueo ad collū appenso crucem baiulans incedebat, pauperibus seruibat, peste laborantibus ministrabat, vilia quæque obibat, & tamen per hæc dignitatem Archiepiscopalem & Cardinalitiam non turpauit, sed magis ornauit, ac sancti Cardinalis nomen obtinuit: sicut enim gemma carbunculi in pala ornat anulum aureum, sic humilitas exornat purpuras & coronas.

Humilitas Prælatorum.

S. Francisci Xaverij.

S. Caroli Borromæi.

VERS. 21.

CVM HÆC DIXISSET IESVS, TVRBATVS EST SPIRITV: ET PROTESTATVS EST (id est palam, aperte, & clarè testatus est) ET DIXIT: AMEN, AMEN DICO VOBIS QVIA VNVS EX VOBIS TRADET ME] Syrus, hæc dixit Iesua, & infremuit spiritu, & testatus est, dixitq; Amen, amen dico vobis, vnus ex vobis proder me; Arabicus, commotus est spiritu, &c. Turbatio ergo hæc fuit ingens dolor & indignatio ob scelus Iudæ, quòd ille iam iam eum esset proditurus Iudæis: ob huius enim secleris immanitatem, æquè ac ob Iudæ proditorem & damnationem, intemis animi sensibus indoluit Christus, & infremuit spiritu; hunc autem dolorem non inuoluntariè passus est, sed liberè admisit Christus, imò vltro assumpsit hic, æquè ac in morte Lazari c. 11. 33. vt ibi dixi. De hac Christi prædictione proditoris Iudæ, dixi Matth. 26. v. 21. & seq.

Quando Christus prædixit se prodendum.

Prima sententia.

Quæritur hic, quando hæc Christi prædictio contigerit, an ante institutionem Eucharistiæ, an post Ioanes enim illam institutionem hic omittit, quia à ceteris tribus Euangelistis diserte fuit enarrata, Matthæus autem & Marcus prædictionem hanc Christi præponit institutioni Eucharistiæ, Lucas verò postponit. Sunt hæc tres sententiæ probabiles.

Prima est Iansenij & Franc. Lucæ, qui censent Christum prædixisse Iudæ proditorem post institutionem Eucharistiæ, vt habet Lucas; quare Matthæum & Marcum, qui ante Eucharistiæ prædictionem hanc enarrant, vt anticipatione: vnde ipsi institutionem Eucharistiæ collocant immediatè ante hunc v. 21. Ioannis. Ratio est, quia, si ante Eucharistiæ Iudæ proditorem prædixisset, turbasset Apostolos, & commouisset ad iram, ac minus dispositos attentosque ad Eucharistiæ reddidisset. Verum hæc ratio non cõcludit. Nam ante Eucharistiæ prædixit Christus

suam passionem & mortem, qua multò magis Apostolos turbavit, ac paulò post Eucharistiæ, vt ipsi farentur, prædixit proditorem Iudæ, quæ tunc eos turbavit, vt ad collectionem animi, quæ post Eucharistiæ requiritur, minùs attendere. Deniq; hæc Christi prædictio proditoris Iudæ ante Eucharistiæ, valuit tum ad Iudam à scelere deterrendum, tum ad Apostolorum animos compungendos, & sollicitos reddendos, vt conscientiam suam quisque examinaret, ne in ea Christus quid inueniret, quod ipse æquè ac scelus Iudæ reuelare & carpere posset.

Secunda sententia planè contraria est Baronij anno Domini 34. ca. 58. & aliorum, qui censent Christum prædixisse Iudæ proditorem, non post, sed ante institutionem Eucharistiæ, vt habent Matthæus & Marcus; quare Lucam, qui eam illi postponit, vt postpositione. Putat ergo Baronem gestam esse eo ordine, quo à Ioanne recensetur; nimirum post pedum ablutionem de sua proditorem Iesum sermonem habuisse, tunc & Ioanni de proditore roganti signum illud per intinctam buccellam dedisse, sed quòd dicit accepta buccella continud exisse, id quidem non ita accipiendum putamus, ait Baron. vt tunc teporis statim, & nulla interposita mora abierit: sed quòd velut furore quodam percitus, non expectauerit prolixam illam post cenam habitam à Domino orationem. Nam S. Lucas aperte testatur Iudam cum ceteris permanisse, vique ad finem communicationis Eucharistiæ, post quam nihil iam videbatur esse reliquum in mensa (secundum prædictum Iudæorum ritum) quo potuerit panis intingit: sicque nec dici posse videtur, illum panem intinctum fuisse Eucharistiæ.

Verum Iudas post buccellam exiit continud imò eodem momento, vt habet Syrus; non ergo expectauit prolixam Apostolorum synaxin, si illa post datam buccellam contigit. Vnde verisimilius alij huius sententiæ sectatores opinantur, buccellam hanc Iudæ à Christo datam fuisse ipsam Eucharistiæ; post hanc enim indignè sumptam, à diabolo actus quasi in furorem, illico exiit ad scelus, quod machinabatur, perficiendum. Porro in institutione Eucharistiæ, & post eam Christus accubuit mensæ, ibique prædixit proditorem Iudæ, vt habet Lucas. Ergo omnino verisimile est mensam tunc necdum fuisse sublatam, sed in ea ex tribus Christi cœnis præcedentibus, remansisse panem & ciborum reliquias, ex quibus Christus buccellam accipere, & intingere, intinctamque Iudæ dare posset.

Tertia ergo sententia inter duas iam dictas media verior videtur, scilicet Christum prædixisse proditorem Iudæ, tam ante Eucharistiæ, quam post eam illam iterasse; tum quia valde illam, eiusque atrocitatem sensit & indoluit, imò turbatus est spiritu, vt ait hic Ioannes: tum vt Iudæ suum scelus obijceret, ac se illud scire indicaret, eumque ab illius executione abstereret: tum vt Apostolorum animos compararet, & hac prædictione præmuniret, ne mox reipsa visuri Iudæ proditorem, & Iesu captiuitatem, percellerentur, sed in fide Iesu constanter, persisterent. Hac ratione enim conciliantur optime Matthæum & Marcum cum Luca, vt vtrique verum dixerint, remque suo ordine narrarint. Est hæc sententia expressa S. Aug. lib. 3. de Consensu Euang. c. 1.

Secundò.

Tertia verior.

Euthymij & Toletij, qui asserunt hunc fuisse rei gustu ordinem. Peracta iam paschalis agni cœna, & cœnæ incepta, illis cœnantijs surrexit Christus, lauitque discipulorum pedes, quibus lotis, iterum recumbens dixit omnia hæc, quæ Ioannes narrat: spiritu ergo turbatus de suo loquitur traditorē, & interrogat vniquisque: Numquid ego sum? & audit Iudas, Tu dixisti. His peractis Eucharistiam instituit; quæ instituta, & mysterio peracto, iterum de traditore loquitur; vt refert Lucas c.22. *Verumtamen, inquit, ecce manus me tradentis mecum est in mensa, &c.* Tunc interrogat Petrus Ioannem; *Quis est de quo dixit?* & Ioannes interrogans Iesum audit: *Cui ego panem intinctum porrexero.* Et post hæc buccellam introiuit in Iudam Satanas, & recessit, quo recedente, & cœna omnino absoluta, Christus habet ad suos discipulos mirabilem concionem à Ioanne paulo post descriptam. Hinc patet institutionem Eucharistiam non ante hunc versum, vt vult Iansen. sed ante vers. 32. *Erat ergo vnus, &c.* colloquendam esse.

VERS. 22. ASPICIEBANT ERGO AD INVICEM DISCIPLVLII, HESITANTES DE QVO DICERET] imò interrogantes singuli: *Numquid ego sum Domine?* vt habet Matth. ca. 26. 22. Nam vt ait Chrysof. *quia nōn dicitur in omnes induxit timorem; & licet sibi male consilij non essent, tamē Christo magis quam proprijs cogitationibus credebant.* Et vt Origenes, *recondabantur velut homines, mutabiles esse affectus etiam prouidentium.*

VERS. 23. ERAT ERGO RECUMBENS VNVS EX DISCIPLVLIS EIVS IN SINU IESV, QVEM DILIGEBAT IESVS] putā ipse Ioannes, *quod ergo* continuat sermonem prædicationis Christi de prodicione Iudæ; et si is interruptus fuerit per institutionem Eucharistiam, quod quod illam hic omittat Ioannes: Eucharistiam enim instituit Iesus immediate ante hunc versum, post primam prædicationem prodicionis Iudæ, quam recensent Mattheus & Marcus; deinde instituta iam Eucharistia, & peracta S. Synaxi Christus eandem prædicationem iteravit & resumpsit, dicens vt habet Lucas c. 22. 21. *Verumtamen ecce manus tradentis me mecum est in mensa, cumque* Apostoli cuperent scire nominatum, quis ille foret, Petrus audior & feruentior ceteris, innuit Ioanni in sinu Iesu recumbenti, vt à Iesu cui sibi designari postuler, vt hic narrat Ioannes, idque insinuat *quod ergo* q. d. Ioannes erat vicinior & charior Iesu, illique proximus, vt pote in sinu eius recumbens *ergo*, id est hæc de causa, innuit Petrus Ioanni; vt à Iesu suo dilecto nomen proditoris exquireret. Dicitur autem Ioannes in sinu Iesu recubuisse, quia veteres nō assidebant mensæ, sed recumbebant bini vel terni in singulis lectulis mensalibus; ita vt cubito dextro innixi, non tam sederent, quam iacerent ad mensam, quo fiebat vt secundus ad sinistram primi proximè sequens, in eius sinu quasi iacere & recumbere videretur. Vide Ciacconum de Triclinio.

QVEM DILIGEBAT IESVS] non tantum amore amicitie humanæ, velut caritate minimi, vt vult Toletus, sed etiam amore charitatis, ob virginitatem & puritatem, modestiam & mansuetudinem, moreque suaves & sanctos, quibus ceteros antecellebat. ita Cyrill. Chrysof. Theophyl. Euthym. & S. Hiero. epist. ad Heliodorum. Hinc tamen non sequitur Ioannem absolute omnibus

S. Ioannes Evangelista in sinu Christi recubuit.

A Apostolis fuisse sanctiores: poterat enim Petrus illo esse in charitate ardentior, ideoque sanctior. Sanctitas enim maximè in charitate consistit, illaque mensuratur, vt quanta est charitas, tanta sit gratia & sanctitas cuiusque.

Porrò quod Ioannes in sinu, & supra pectus Iesu, recubuit, non solum fuit presentis amoris indicium, sed etiam futuræ rei signum, quod scilicet inde vocem sumeret, quam postea carnalis inauditam emitteret, ait Beda.

INNUIT ERGO HVIC SIMON PETRVS: ET DIXIT EI: QVIS EST DE QVO DICIT?] Hinc patet Petrum Ioannem innuisse, non tantum signo nictus & nutus, vt vult S. August. sed etiam modestè verbo suggerendo dixisse: *Quis est de quo dixit?* vt narrat hic Ioannes. ita Origen. Chrysof. & Cyrill. Rogat autem id Petrus, non quia Apostolorum princeps, licet id velit Cyrill. nec quasi metuens sibi, ne ipse foret proditor, vt opinatur Chrysof. sed ex zelo, vt tantum scelus & Christi prodicionem impediret, vt in horto Christi captiuitatem impedire voluit, amputando aurem Malcho, eum capere volenti.

ITAQUE CVM RECUBUISSET ILLE SUPER PECTVS IESV, DICIT EI: DOMINE QVIS EST? RESPONDIT IESVS: ILLE EST, CUI EGO INTINCTVM PANEM PORREXERO, ET CVM INTINXISSET PANEM, DEDIT IVDÆ SIMONIS ISCARIOTÆ] *Cum recubuisset.* Videtur Ioannes innuente Petro, vel vestem eius secretò trahenti aures & corpus admouisse, itaque à sinu Christi nonnihil recessisse, vt audiret Petri petitionem, quæ audita rursus corpus reclinauit, & recubuisse ad pectus Iesu, vt id quod suggererat Petrus, posceret à Iesu.

INTINCTVM PANEM] Nota, Iudam interfuisse celebrationi agni paschalis, item Eucharistiam, eaque cum alijs Apostolis iumpisse, vt docent S. Aug. Chrysof. Cyrill. & alij passim; imò nonnulli opinati sunt panem intinctum fuisse Eucharistiam, sed perperam: nec enim Christus panem intinctum consecrauit, sed panem siccum, æquè ac vinum purum & merum. Quare post S. Synaxim, Christus ex mensa accepit partem, siue buccellam panis reliqui, eamque intinxit in embamma, vel iusculum aliquod delicatius, quod adhuc erat in mensa (nec enim decet in conuiuio ab hero dari conuiuæ panem siccum) illamque dedit Iudæ, vt hoc signo ipsum esse proditorem à se designatum indicaret Ioanni: nec enim alij Apostoli verba Christi ad Ioannem de signo hoc proditoris audierunt, vt pote modestè à Christo soli Ioanni in aurem dicta.

Porrò Christus eum appositè hoc signo indicauit, quia panis mensalis signum est pacis & amicitie: vnde per illum Christus non tantum personam proditoris, sed & eius qualitatem, modumque prodicionis demonstrauit, quod Iudas simili amicitie symbolo, putà osculo, eum proditurus esset. Mysticè, intinctio hæc panis ficionem & fraudem animi in Iuda denotabat, ait S. August.

Rursum S. Cyrillus & August. aiunt Iudam à Christo buccella panis indicatum fuisse, vt impleretur illud psalm. 40. *Qui manducet mecum panem, leuauit contra me calcaneum,* imò Chrysof. ait tacitè ipso facto, Christum hic idipsum Iudæ exprobrasse, q. d. Quomodo non pudet te, ô Iuda,

VERS. 24.

Petro suggerente interrogat Christum de proditore Ioannem.

VERS. 25.

VERS. 26.

Intinctus panis hic quia

Iuda, me prodere, qui mensæ meæ es socius & conuiuia.

Denique Iudas accepta à Christo buccellâ, ex conscientia sceleris, & hoc iudicio Christi sentiens se notari, impudenter & obstinatè in proposito prodendi Christum persistit. Nam omnino detectum & infamatum se videns, quasi amens & furens, instigante diabolo egressus est ad scelus perficiendum, abiitque ad principes sacerdotum, vt ab eis satellites postularer, qui se duce & indice Iesum comprehenderent: licet enim Match. hæc verba & responsum Christi ponat ante Eucharistiam. vnde S. August. lib. 3. de Conuersu Euangelist. c. 1. cenfer ante eam esse dictas tamen ex verbis Lucæ & Ioannis liquet ea dicta esse post Eucharistiam: Mattheus enim more suo omnes has Christi prædictiones Iudæ in vno conuoluit, ne cogeretur eas dissecare, & iteratò narrare post Eucharistiam. Nam planè verisimile est Iudam audito Christi responso: *Tu dixisti,* confusum & indignantem illicò exiisse. Exiit autem illicò post acceptam buccellam, vt ait hic Ioannes. Ergo statim post acceptam buccellam rogauit: *Numquid ego sum Rabbi?* & audiit: *Tu dixisti,* ijsque auditis erubescens & indignans confestim exiit. Vnde sequitur.

VERS. 27. ET POST BUCCELLAM (græcè, *ἄμυρον*, id est buccellam, ossulam) INTROIUIT IN EVM SATANAS] eum impellens & exagitans ad vindicandam hanc suam infamiam, vt scilicet Christum suum scelus prodentem Iudæis proderet. Satanas ergo qui prius in Iudam ingressus erat ad prodicionem machinandam, vt dictum est v. 2. hic rursus in eum ingressus est, ad eam perficiendam, & in opus conferendam: tum quia Iudas iam ab Apostolis & Christo audiens proditor, vterius inter eos manere non audebat, ne ab eis malè multaretur: tum quia hora prodicioni congrua, & à Iuda destinata imminebat, scilicet qua post cœnam sciebat Christum de more iturum ad Montem oliueti, orationis causa. vbi facile comprehendi poterat. Quare Ioanni non opus fuit Iudam à Christo sibi indicatum Petro roganti indicare; quia mox ipse Iudas seipsum prodidit, tum sua interrogatione, tum suo discessu & exitu.

Quomodo? Introiuit ergo hic in Iudam satanas, vt eum totum quasi possideret, idque certò & firmiter, vnde mox eum ad laqueum adegit, non quod buccella à Christo data in eum diabolum immiserit: nam hæc amoris Christi fuit indicium, quo eius animum ad se redamandum allicere volebat; sed quod Iudas huic amoris Christi ingratus, eam in sinistram partem acceperit: putabat enim quod Christus ex odio & vilipendio, vt eius scelus Apostolis proderet, buccellam ei daret. Quare Iudas tunc apostolatu Christi, & collegio Apostolorum nuncium remittens, abiit ad familiam & famulatum satanæ & Iudæorum, velut transfuga & apostata. Ita S. Chrysof. & August. & Cyrillus, qui notat beneficium ingratis nocere, non ex se, sed ex eorum vitio & ingratitude. Audi S. Ambrosium libr. 2. de Cain & Abel c. 4. *Vbi se satanas immisit in corde Iudæ, Christus recessit ab eo, momentòque, eo quo illum recepit, hunc amisit.* Denique sic scriptum est: *Post buccellam introiuit in eum satanas.* Introiuit autem tribus de causis. Primò, propter ingratitude, ait S. Augustinus, cum enim

A omnia officia charitatis Christus erga illum præstitisset, nec ita moueretur, relictus est plenè possidendus à diabolo. Secundò, quoniam diabolus ex verbis illis Domini, & ex signis cognouit iam illum esse obstinatum in malo, & relictum à Domino, vt ait Chrysofom. hom. 71. & Euthym. Math. 26. Tertio, quoniam ipse Iudas intellexit se iam omnibus manifestum esse, & quasi segregatum à discipulis & à magistro, & ideo confirmatus est in malo, & planè cor suum tradidit diabolo, quasi desperans; idè etiam continuò exiit, non iustitens Domini & Apostolorum conspectum, aut metuens ne ab eis laceraretur, ait Euthymius ex S. Chrysofomo. ita Ribera. Sic videmus peccatores, cum eorum peccata occulta publicantur, frontem perfricare, mentem obstinare, fremere & furere, vt sua crimina defendere velint, & in ijs glorientur, ac in profundum sceleurum omnium ruant. Vide hic in Iudæ; quomodo homo deferens Christum, sensim deferatur à Christo, ac desertus inuadatur à satana, inuafus possideatur, possessus in omne nefas, indeque in abyssum præcipitetur: sicut Iudas ex Apostolo factus est diabolus, æquè ac Lucifer ex pulcherri-mo angelo factus est terrimus caodæmon, & sicut ex suavissimo vino fit acidissimum acetum, & ex monacho, v. g. Luthero, fit hæreticus, imò heresiarcha.

ET DIXIT EI IESVS: QVOD FACIS, FAC CIVIS] *Civis*, id est, *citius*, vt vertit Syrus: ponitur enim comparatiuus pro positiuo. Non præcipit Christus Iudæ prodicionem, sed permittit. Hæc ergo verba sunt Christi, non præcipientis, sed prædicentis. q. d. Ne putes te latere me: scio te machinari meam prodicionem. Non præcepit facinus, ait S. Augustin. sed prædixit, non tam in perniciem perfidi sciendo, quam ad salutem fidelium festinando. Secundò, permittentis, q. d. Age quod cœpisti, perfice quod destinasti, possem te mille modis impedire, ne scelus perficias: sed nolo, imò permitto te tuæ libertati: fac quod mente designasti. Tertio, sunt exprobrantis, ait Chrysof. q. d. Scio te mihi à quo tor dona accepisti, extrema mala moliri: hæc enim sunt tua maleficia, quæ tor beneficijs meis repetidis, sed age quod agis. Est enim tuum scelus aperuerim, non id feci eo animo, quasi illud extimefcam & impedire velim, si vellem enim, valerem & facerem, sed vt tuam malitiam & impudentiam tibi in faciem objicam & exprobrem. Quarto, sunt animi celsi, contemnentis omnia Iudæ machinamenta. q. d. Adeò non curo, nec timeo omnes tuas contra me machinationes, vt summè desiderem meam captiuitatem & mortem per te accelerari, vt citius Deo Patri in victimam offeram, & homines redimam: *Quod satis ergo, fac civis.* Audi S. Leonem serm. 7. de passione: *Vox hæc non iubentis est, sed finentis, nec trepidi, sed parati, qui habens omnium temporum potestatem, ostendit se morant non facere traditori, & sic ad redemptionem mundi paternam exequi voluntatem, vt facinus quod à presentibus parabatur, nec impelleret, nec timeret.* Quintò, sunt verba excludentis Iudam incorrigibilem à sua familia & societate Apostolorum. q. d. Quoniam tu te à nobis separare vis, excludo te mea mensa, domo, apostolatu, societate: vade ergo ad tuos Iudæos & satanam, cui te mancipasti. Ita S. Ambr. lib. 2. de Cain, c. 4.

Quod facis civis: quo sensu Iudæ dixit Christi?

Porrò

Porro nequē Cyrillus lib. 9. c. 17. secutus Ori- genem, cenlet hæc à Christo dici, non Iudæ, sed latanæ in Iudam introeunt. Nam sicut, inquit, si vir fortis, aduersus quem fremens quipiam feratur, ipse verò viribus suis fretus, caturum illum non dubitet, magnaque voce minitans dicat: Quod facis, fac citius, vt meæ dextere vires experiaris non tam properantis mori verba esse dicemus, quam præcietis potius quia cadet aduersarius. Sic Dominus noster velocius currere diadolum, ad ea quæ præparauit, iuber, vt citius victus atque vincus à tyrannide sua orbem dimittat. Verum liquet ex antecedentibus & sequentibus hæc dici Iudæ, non latanæ, vt passim docent Patres & interpretes.

VERS. 28. HOC AVTEM NEMO SCIVIT DISCVMBENTIVM AD QVOD DIXERIT EI. QVIDAM ENIM PVTABANT. QVIA LOCVLVS HABEBAT IVDAS, B QVOD DIXISSET EI IESVS: EME EA QVÆ OPVS SVNT NOBIS AD DIEM FESTVM AVT EGENIS VT ALIQVOD DARET J Licet enim ex verbis Christi scirent Iudam fore proditorem; tamen non sciebat eum tam cito, scilicet eadem nocte, Christum proditurum; sed suo tempore. Quare non intellexerunt Christum dicentem: Quod facis fac citius, de prodicione sua loqui, sed ad emendum necessaria pro instante Paschate transfulerunt. Erat enim Iudas procurator Christi & Apostolorum.

VERS. 30. CVM ERGO ACCEPISSET ILLE BVCELLAM, EXIUIT CONTINVO J tum quia post bucellam possessus fuit à diabolo, qui eum impulit ad exendum, ad perficiendam prodionem. Tum quia Christus verbis iam dictis, eum à sua familia & domo eiciens, eum expulit. Vtrumque respicit & notat rd ergo. Porro exeunte immundo, ait S. Aug. omnes mundi cum suo mundatore manserunt, velut triticum zizanij separatis.

Moraliter notat Cyrillus lib. 9. 19. diabolum impulsisse Iudam, vt illico exiret ad Christum prodendum, ne virtute Eucharistiæ, licet indignè sumptæ, eum pungentis & stimulantis, poeniteret & resipisceret. Audi eum: *Diabolus magnas ad imperandum eis, quos omnino iam cepit, possidet vires: rimet ne morando locus poenitentiae detur, & quasi à remulencia mentem suam relictus cogitans homo eripiat, ea de causa festinat & impellit: nam & Iudam, cum post panem separauerit, tum moram, tum benedictionis virtutem timens, ne sanctillam in animo eius accenderet, ac inde illuminaret, & ad meliora retraheret, magna præcipitem egit celeritate.* Origenes verò addit tam efficacem fuisse Christi doctrinam, vt proditorem suum postea commouerit ad poenitentiam, vt diceret: *Peccanti tradens sanguinem iustum, imò ad tantum dolorem, vt seipsum non ferens, nec viuere sustinens, laqueo se necarit. Ostendens, ait, quantum potuerit Iesu doctrina, etiam in peccatore sure, & proditore, non valente in totum contemnere quæ à Iesu didicerat.* Hinc colligas, quod ijs qui vehementer tentatione à dæmone pulsantur, vt scelus illico perpetrent, iniiciendæ sint moræ, vt rem differant, ipsa enim dilatione, re maturius considerata, videtur sceleris turpitudine, dâna & poenæ, quæ hominem ab eo absterrent: audiuntur prudentium consilia, remoræ variæ interijci possunt. Denique ipse æstus tentationis, ipsa morâ deferuescit & languescit.

Ex aduerso in bonis virtutum propositis exe-

A quendis, v. g. in statu sacerdotij vel Religionis capeffendo, festinato opus est, ne parentes, socij, diabolus, moras iniiciendo rem totâ dissiciant & dissipent, vt sæpè fieri videmus. Audi S. Chrysof. hom. 57. ad Pop. *Dum seruens est tibi hic amor, abi statim ad illos ipsos angelos, eumq; magis accende. Ne dicas: Alloquar prius propinquos, resque meas expediam. Torporis initium est hæc dilatio. Patrem sepelire discipulus voluit, nec id Christus permisit. Quid itaq; quoniam acer instat diabolus, ut se in animum insinuet, & si vel breuem arripuerit vocationem, vel prouegationem, ad magnum inducit teporem. Ideo quidam admonet: Ne differas de die in diem.* Et S. Anselmus epistol. 1. *Festina, ait, ad tantum bonum, quia nullo bono efficacius peruenies ad summum bonum. Plures vidi promittentes & diferentes, quos ita mors tulit, vt nec id perficerent, quo se impediebant, nec id inciperent, quod promittebant.* Atque idem mox subiicit: *Qui differet in futuram, & forsitan non futuram ætatem suam vitam corrigere, certum bonum dimittit proculdubio, & contemnendo quod perdit, probat se non amare quod exspectat, & meretur non accipere.* Et S. Bernardus serm. in illud: *Ecce nos reliquimus omnia. Cum à Deo, inquit, verbum esse non dubites, quid opus est deliberatione? Vocat magni consilij angelus: quid aliena consilia præstolaris? quis enim fidelior, quisque sapientior illo? Deduc me Domine, & deducaris fortior esto, & inualese. Naui ega quamnam sint quæ oportet fieri cito.* Vide S. Tho. opusc. 17. c. 9. & 10.

ERAT AVTEM NOX J Addit hoc Ioannes Primò, ad historiz integritatem, vt tempus noter, quo Christus à Iuda proditus, à Iudæis captus fuit. Secundò, vt indicet diaboli festinationem. Iudam nocte intempesta, ad conquirendum lictores fortè dormientes impellentis. Tertio, hoc subditur, ait Chrysof. hom. 71. vt discas Iudæ mereritatem, quando nec tempus importunum eum tenuit.

Symbol. Glosa: Nox, ait, congruit sacramento: erat enim qui exijt filius tenebrarum, faciens opera tenebrarum. Nox ergo indicat tenebras mentis, in quibus Iudas versabatur, ait S. Ambros. libr. 2. de Cain c. 4. item impoententiam & damnationem ad tenebras gehennæ; ad quas Iudas tendebat. Audi S. Gregorium 2. Moral. 2. *A qualitate temporis finis exprimitur actionis, sicut non rediturus ad veniam, ad traditionis perfidiam nocte Iudæ exijisse perhibetur, cum egrediente illo ab Euan gelista dicitur: Erat autem nox. Hinc enim & iniquo diuiti dicitur: Hac nocte reperent animam tuam abs te. Anima quippe, quæ ad tenebras ducitur, non in die repeti, sed in nocte memoratur.*

CVM ERGO EXISSET, DIXIT IESVS: NVNC CLARIFICATVS EST (gracè est, id est clarificatus est) **FILIUS HOMINIS, ET DEVS CLARIFICATVS EST IN EO J** Clarificatus est, id est, iam, iam clarificabitur & glorificabitur. Ponitur enim præteritum pro futuro instanti & imminente: q. d. Iudas iam exijt ad me prodendum & occidendum; ergo imminet mihi crux & mors, quæ adeò non cedit mihi ad ignorantiam, vt per eam lumme sim glorificandus. In ea enim agnoscat non tantum esse filium hominis & homo, sed & Filius Dei ac Deus; agnosceatur enim in humanitate mea latens diuinitas, ex oblcuratione solis, & filione petrarum, ex apertione sepulchrorum, & sepulcorum resurrectione, ex concussione totius terræ, &c. hæc enim

VERS. 31.

Iuda egresso Christus dicit se clarificatum.

enim omnia significabant, Deum pati, & mori in cruce. Item ex eius effectu: nam per crucem: subiugabo mihi totum mundum, omnes dæmones, ac peccatum, mortem & gehennam, quasi omnium Deus & Dominus. Ita S. Chrysof. Cyrillus, Origenes, Theophyl. Euthym. Vbi Nota. Per hæc signa, & per hos effectus Deus & deitas Christi non tantum clarificauit humanitatem Christi, sed & seiplam quoque in ijs enim apparuit immensa deitatis Christi bonitas, potestias, sapientia, maiestas, & gloria. Hoc est quod sequitur.

VERS. 32.

SI DEVS CLARIFICATVS EST IN EO, ET DEVS CLARIFICATVS EVM IN SEMETIPSO: ET CONTINVO (gracè, & hoc, id est, statim. Ita Syrus) CLARIFICABIT EVM J Primò, si id est, quia, q. d. Quia Christus factus obediens Patri vique ad mortem crucis, hæc sua obedientia, reuerentia & sacrificio lumme clarificauit, id est, honorauit & glorificauit Deum Patrem; hinc vicissim Deus Pater clarificabit & glorificabit Filium in semetipso, nimirum declarando & demonstrando diuinitatem in ipso latentem: idque facit continuo & citò, quia die tertia eum in morte rediuuium & gloriosum suscitabit, ac 40. die triumphanter in cælum conscendens, & die 50. Spiritum sanctum & cælis in Apostolos mittere efficiet; & quibus omnibus maxime clarèciter latens in eo gloriosa diuinitas. Per hæc omnia enim innotuit toti mundo, Iesum non tantum esse hominè, sed & Deum, Dei que Filium. Ita Cyrillus, & Chryf. Duplex ait Origenes hom. 6. in Exod. fuit Christi glorificatio: prior in morte, qua glorificatus est in humilitate mortalitatis; posterior, in resurrectione, qua glorificatus est in sublimitate immortalitatis.

Secundò, neruosijs S. Hilarius l. 5. de Trinit. & ex eo Tolertus, cenlet Deum dici clarificatum in Christo, cum in eius morte & resurrectione ipse ostendit suam diuinitatem, ac sese esse Filium Dei & Deum verum demonstrauit, suscitando seipsum à morte, in cælum vi sua ascendendo, inde mittendo Spiritum sanctum, ac per Apostolos plurima miracula patrando: hoc enim exigit, rd in eo, & in semetipso, q. d. Si Deus clarificatus est in eo, id est, si Deus in eo (Christo) esse, & sub humanitate eius absconditus latere, iam iam declarabitur, eum magna eius claritate & gloria; ergo & Deus clarificabit eum in semetipso, ostendens scilicet eum in semetipso, habere latentem diuinitatem, idque faciet continuo, hoc est illico, q. d. Latuit in Christo Deus & diuinitas, vsque ad mortem, sed in morte eius emicuit, seque exeruit, ac ostendit Christum non tantum esse hominem, sed & Dei Filium, vt pote, qui virtute diuinitatis sua se à morte suscitauit, in cælum ascenderit indeque miserit Spiritum sanctum. Nam, vt ait Origenes: *Filius est totius diuine glorie fulgor, vt Paulus ait: vnde splendoris perueniunt ad totam rationalem creaturam: totum enim diuine glorie fulgorem capere solus Filius potest.* Hic fulgor in morte eius emicuit, sicut faces ardentes inclusa lagenis testaceis, ijs complexis & contractis à militibus Gedeonis emicuerunt, & terrerunt fugaruntque Madianitas, Iudic. 7. 19. Sic pariter Christi corpore in morte contracto, emicans per signa iam dicta, eius diuinitas eum glorificauit, quia per eadem signa, ac plura, quæ secuta sunt, vt miracula A-

A postolorum, & conuersionem totius mundi, ostendit eum verè esse Dei filium omnipotentem, & Patri coæqualem, ideoque fugauit diabolum, peccatum & mortem.

Porro rd in semetipso potest referri Primò, ad Filium hominis, q. d. Deus clarificauit Christum hominem ostendendo quod ipse vt homo in seipso contineat inhabitantem Deum; Verbi que deitatem. Secundò, ad rd Deus, q. d. Deus glorificauit hominem Christum, ostendens quod ipse in seipso, hoc est in Deo, potè in hypostasi diuina Verbi, subsistat: humanitas enim in Christo non habet suam substantiam humanam, sed subsistit in eadem substantia diuina in qua subsistit Verbum, quæ magna est humanitatis Christi exaltatio, sublimitas & gloria.

FILIOI J Nota hic teneritudinem affectus & amoris Christi erga suos fideles & Apostolos: non enim ait *filij* sed *filioi*; materiam ergo viscerum erga eos, quasi infantes recensens se genitos ostendit. Rursum *filioi*, quia Apostoli adhuc paruuli erant fide & amore Christi: nam eius plenitudinem, & quasi virilem ætatem acceperunt à Spiritu sancto in Pentecoste. Symboli: Cyrillus: *Omnes Sancti, inquit, quantumcumque perfecti, respectu Christi sunt filioi, id est paruuli.*

AD HVC MODICVM (modico tempore) VOBI SCVM SVM J quia post horam à Iuda prodar, & tradar Iudæis. Christus hic suis vltimum dicit vale, q. d. Valete, o filij mei dilectissimi: ego enim à vobis abeo ad mortem, deinceps vobiscum more solito non versabor, sed redibo ad cælum.

Sic S. Antonius moriens, ad suos discipulos conuersus ait: *Valete visera mea. Antonius enim miserat, & iam non erit in presenti seculo vobiscum.* Ita S. Athanasius in eius Vita: Et S. Ephrem in suo Testamento: *Dimittite me, quia desciens abeo. Remissamini autem mei ablati in vestris pijs orationibus. Etenim in vanitate vitam peregi meam.* Et S. Dominicus vocatus ab angelo dicente: *Veni, dilecte mi, ingredi in vera gaudia suis edixit: Vos quidem charissimi nunc me iam videtis: sed ego ante celeberrimam B. Matris Dei Assumptionem, ad Dominum profisciscar.* Dicitum, factum. Ita habet eius Vita lib. 4. cap. 12. Et S. Franciscus: *Valete filij omnes in timore Domini, & permanete in eo semper. Et quoniam futura tentatio & tribulatio appropinquat, felices qui perseverabunt in his quæ ceperunt. Ego verò ad Dei propero, cuius gratia vos omnes comendo.* Ac paulò post dicens: *Me expectant iusti, donec retribuatur mihi, spiritum Deo reddidit.* Ita S. Bonaventura in Vita eius lib. 1. c. 14.

QVÆRETIS ME, ET SICVT DIXI IVDÆIS (c. 7. v. 34.) QVO EGO VADO, VOS NON POTESTIS VENIRE: ET VOBI DICO MODO J q. d. Ego per mortem redeo ad cælum, vos, o Apostoli, mea præsentia destituti, in tribulationibus & persecutionibus, quæ vos manent, quæretis me, & optabitis me præsentem, vt me in dubijs confortatis, & in aduersis consolationem, ac confortationem à me accipiatis. sed quò ego vado, vos non potestis venire: tum quia vestra virtute, & estri pedibus, vestris naturæ viribus, me in cælum scandentem sequi non potestis: tum quia supernaturales gratiæ vires necum habetis; vt me sequi possitis: necum enim estis tam fortes, vt me ad erucem, mortem & martyrium comitari valeatis: necum estis ita in gratia, virtute & charitate

VERS. 33.
Christi in suis teneritudine.

S. Dominici.

S. Francisci.

per-

perfecti, ut apud digni hinc regno caelesti. Denique necdum ad illud potestis venire, quia Pater meus caelestis decrevit vos post meam mortem mittere evangelizatum per totum orbem, ut omnes gentes ad meam fidem & salutem perducat. Hinc ergo verbis tacite Christus Apostolos hortatur, & roborat ad omnia aduersa pro fide sua fortiter toleranda. Ita Cyrill. lib. 9. 24.

Sicut dixi Iudaeis. Addit hoc, ait Chrysofost. ut ostendat id non esse nouum & recens, sed iam diu ante a se praesentum & praedictum, ac a Patre decretum. Rursum, ut ostendat eos a Iudaeis persecutionem passuros & occidendos, sicut ipse ab eis afflictus & occisus fuit. Tertio, ut indicet ipsos tribulationes multas, ac tandem mortem passuros, sicut Iudaei passi sunt, sed dispari causa & fine: Iudaei enim ob scelera sua excelsi iuerunt in tartara; Apostoli vero ob Euangelium ocelli, auolarunt in caelum.

Et vobis dico modo] tum ut praedictione hac mea vos modo praemuniam & obarmem contra omnes tribulationes vobis imminentes, tum ut sciatis modo, id est hoc tempore, vos necdum me sequi posse, secururos tamen postea, cum in virtute & meritis fueritis perfecti, eumque me morientem sequentes morte vestra, pro fide mea merebimini lauream martyrij in regno caelorum. Vnde clare id explicans Christus v. 36. ait Petro; Non potes me modo sequi, sequeris autem postea.

VERS. 34. Mandatum dilectionis nouum. Cur?

MANDATUM NOVUM DO VOBIS, UT DILEGATIS INVICEM] Cur nouum? Varij varias dant causas. S. Augustinus nouum, inquit, quia per dilectionem fidelis exiit veterem hominem, & induit nouum. Iulianus, Nouum, inquit, hoc est a Christo renouatum, eo quod in mensibus hominum foret antiquatum: Maldonatus, nouum, id est, praesens, eximium. Sicut Apocal. 7. dicuntur virgines canere canitum nouum, id est, singulare & eximium.

Verum dico mandatum dilectionis dici nouum, quia noui testamenti est proprium, & praecipuum, ac a Christo verbis & exemplis praecipue commendatum, sicut ex aduerso mandatum timoris erat antiquum, & praecipuum apud Iudaeos. Lex enim noua est amoris, sicut lex vetus est timoris.

Secundo, nouum, quia Christus hoc dilectionis mandatum hic explicatius, arctius, & firmitus quam antea fuerat, ac proinde nouum, nobis tradidit, ideoque effudit Spiritum sanctum in Penitente, ut nouum hoc amoris mandatum nouo amoris spiritu implemus.

Tertio, & magis proprie ad rem praesentem, nouum dicitur, ratione noui obiecti, & causa diligendi: Christo enim, qui est caput Ecclesiae, incarnato, facta est singularis communicatio, & vnio membrorum Ecclesiae, tum inter se, tum cum Christo capite suo iam homogeneo: vnio, inquam, tum per naturam humanam a Christo assumptam, tum per gratiam, quam ipse in nos, seu caput in membra, influit, tum maxime per Sacramentum Eucharistiae, hic recenset ab eo institutum, quae vnio fundamentum est, & radix magis singularis, & arctioris amoris Christi & Christianorum, maiorisque obligationis ad amandum se inuicem: per hanc enim arcte vniti sumus non tantum humanitati Christi, sed & dei-

tati, totique S. Trinitati, ac in ea, & per eam nobis inuicem.

Hunc sensum innuit Christus dum subdit: Diligatis inuicem, sicut dilexi vos, q. d. Quia ego noui & singulariter dilexi vos, assumens carnem vestram, eamque vobis dans, quasi cibum animae vestrae per Eucharistiam, quam paulo ante institui, ut in eo omnes vos mihi vnirem, ac in me vos vobis mutuo arctissime copularem; hinc pariter exigo a vobis nouum & singularem amorem, quo vos, o Christiani, inuicem diligatis, non tantum sicut homo diligit hominem, quia eiusdem naturae humanae consortem, sed sicut Christianus diligit debet Christianum, id est, eum qui summe sibi in Christo vnitus, eiusdem Ecclesiae & Eucharistiae Christi est consortis & particeps.

Recte enim aduertit Toletus hoc Christi praecipuum, non omnibus hominibus, sed solis Christianis hic datus: hi enim se inuicem diligere debent, non tantum quasi proximos propter Deum, sed quasi fratres, & vnus corporis Christi membra, propter Christum.

Vide dicta 1. Ioan. 2. 8. ad illa: Mandatum nouum scribo vobis, vbi sunt octo rationes recitui, ob quas dicitur nouum.

Hae dilectio, ait Tertull. lib. de Patientia, est summum fidei sacramentum, id est, signum & symbolum Christianorum. Vnde idem Tertullianus Apolog. ca. 39. ait Gentiles admirantes hanc mutuam Christianorum dilectionem, dicere solitos: Videte quomodo Christiani se mutuo diligant, & ut alter pro altero mori sit paratus, ut ex vno patre & eadem matre nati videantur, quos nec lingua, nec natio, nec patria consuetudo, nec nativum loci diuersitas diuidit. Hae est illa ait Toletus, quam si seruaremus omnes, sicut non natio beatorum vlla est qua Christiana, ita nec vlla foret illa fortior aut potentior. Vnde S. Pachomius militans in exercitu Constantini Imper. videns Christianorum charitatem, qua milicibus cibum, potum, omniaque necessaria vltro & gratis offerebant, a gentilitio conuersus est ad christianismum, imo ad monachismum, adeoque cenobiticam vitam fundator & princeps euasit.

Sicut dilexi vos, ut et vos diligatis inuicem] ut scilicet sicut ego, cum in forma Dei essem vestri amore formam serui assumpsis, ut vos docerem, saluarem, bearem; sic & vos ad infirma & aspera quaeque demittatis, et vobis inuicem succurratis: ego iam pedes vestros laui, & vos inuicem pedes lauate: ego me in cibum dedi in Eucharistia, & vos proximos vestros pascentes ego iam pro vobis crucifigat & moriar, & vos mortem quamlibet corpoream excipite, ut antenas saluatis: ego amavi vos nullis vestris meritis praecedentibus, cum inimici essetis, amavi vos, non meam vtilitatem, sed vestram salutem quaerens, amavi vsque ad sanguinis effusionem amavi, ita ut nihil tam abiectum & laboriosum esset, quod recusauerim, si vobis vtile esset: hinc eadem vos praestare debentis fratribus. Ita S. Chrysofost. & Cyrillus. Hoc est quod ait Ioannes epist. 1. c. 3. 16. In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere.

Nota, ad sicut dilexi vos, potest referri Primò, ad id quod praecessit, quasi pertinere ad substantiam huius mandati. q. d. Mando vobis ut diligatis

Christiana dilectio Gentilibus fuit admiratiua.

vos inuicem, simili modo quo ego dilexi vos, scilicet, ut, sicut ego prior dilexi vos, sic & vos priores diligatis inuicem, & vos mutuo amore praueuiatis. Ita Chrysofost. Rursum, ut, sicut ego, pro vita vestra spirituali dedi vitam meam corporalem, sic & vos pro salute animarum impendatis vitam corporis. Ita Cyrillus. Secundo & melius, referas loquitur dilexi vos, ad id quod sequitur, ut & vos diligatis inuicem, ne sit tautologia, & idem quod ante dictum est, iterum repetatur. Vnde Complut. Toletus & alij ante loquitur dilexi vos, ponunt duo puncta. Et Syrus clare haec distinguens vertit, praecipit nouum do vobis, ut diligatis alius alium, prout ego dilexi vos, vos quoque diligatis alium; ut prior pars significet substantiam praecipiti, scilicet iuberi ut diligamus nos inuicem, posterior vero pars post duo puncta, significet modum praecipiti, nimirum ut diligamus inuicem, simili modo quo Christus nos dilexit, ut paulo ante exposui. Insuper ut addat nobis stimulum acre ad diligendum inuicem. q. d. Stimulus ingens vobis, o Christiani (hos enim omnes Christus alloquitur, quia Apostoli hos omnes representabant) ad mutuam amorem esse debet dilectio Christi, qua vos dilexit. Primò, quia Christus sicut vos dilexit, sic dilexit & socios vestros, omnesque fideles: hos ergo, quos Christus adeo dilexit, vos quoque, o Christi affectus, diligite. Secundo, Christus vos diligens pro compensatione suae dilectionis, hoc exigit a vobis, ut & vos diligatis proximos. Hanc ergo rationem dilectionis, & vicarium amorem illi rependite quoad potestis: nec enim vestra dilectio, utpote vilis & exigua, dilectionem Christi, utpote eximiam & inexhaustam, aequare poterit, etiamsi crederet assidue vsque ad diem iudicij. Tertio, q. d. Christus: Ego proximos vestros vobis in dilectione mea coniunxi, astrinxi & associavi, aequè ac in comunione corporis & sanguinis mei, in Eucharistia. Vos ergo ita vobis mutuo in me coniuncti, & quasi consanguinei, imò fratres effecti, ut tales vos inuicem diligite & redamate.

IN HOC COGNOSCENT OMNES QVIA. (quod) DISCIPVLI MEI ESTIS, SI DILECTIONEM HABERITIS AD INVICEM] q. d. Schola mea est academia charitatis: si ergo me doctore audire & sequi, si discipuli mei esse, ac ut tales ab omnibus haberi & agnosci cupitis, vos inuicem diligite. Hoc ergo privilegium soli concessum est charitati: non enim miracula, non ingenium, non eloquentia, non robur, non quid aliud, sed sola dilectio facit nos Christi discipulos; ait Chryf. Ipse enim dilectionis est magister, primipilus, rex, dux & princeps.

Hinc dilectio proximi a S. Iacobo cap. 2. v. 8. vocatur lex regalitatis, ob septem causas, quas ibidem recensui. Hinc & Paulus Rom. 13. 8. Qui diligit proximum, inquit, legem implet. Tales fuere primi Christiani, de quibus Lucas ait Actor. 4. 32. Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna, & vniuersi illis omnia communia. Vide ibi dicta. Appositum exemplum dat Dorotheus doctrinam sextam. Sicut, inquit, in circulo, linea a circumferentia ducta ad centrum, quò magis accedunt ad centrum, eò magis accedunt ad se inuicem; quò vero magis recedunt & elongantur a centro, eò magis recedunt a se inuicem. Sic pariter quò quis maior

Deus est centrum dilectionis.

gis accedit ad amorem Dei & Christi, eò magis accedit ad amorem proximi: quantum verò recedit ab amore Dei, tantum quoque recedit ab amore proximi. Deus enim est centrum mundi, aequè ac cordis & amoris nostri; proximi verò sunt quasi lineae ductae ad centrum. In Deo ergo omnis proximorum amor coit & vnitur. Audi S. Aug. Non est praetermissum illud magnum mandatum de diligendo Deum: qui enim spiritualiter diligit proximum, quid in eo diligit, nisi Deum? Sic & qui Deum diligit, non potest contemnere praecipiente ut diligit proximum, bene itaque intelligentibus vtrumque mandatum inuenitur in singulis. Hinc S. Basilii in Regulis fufius disp. reg. 3. docet nos amori Dei satisfacere per amorem proximi: Quippe, inquit, cum ipse beneficium illud perinde accipiat, ac si in se proprie fuisset collatum, iuxta illud: Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis, Matth. 25.

DICIT EI SIMON PETRVS: DOMINE QVO VADIS? Rogat hoc Petrus, non ut sciat, sed ut Christum, quem summe amabat, sequatur, ait Chryf. Verum Petrus plus aequò de se praesumebat, ait Cyrillus: putabat enim se posse Christum sequi per omnia, quod necdum poterat. Vnde Christus eum reprimens, subiicit: Non potes me sequi modo, sequeris autem postea.

Roma extat locus sacello decoratus, ante portam S. Sebastiani, in quo Christus visibiliter occurrens S. Petro, è carcere Mamertino rogatu Christianorum fugienti, rogantique: Domine quò vadis? respondit, Vado Romam iterum crucifigi. Vnde S. Petrus intelligens Christum de se loqui, Romam ad carcerem rediit, ac paulò post à Nerone crucifixus est: quocirca sacellum illud vsque hodie vocatur, Domine quò vadis?

DICIT EI IESVS. QVO EGO VADO, NON POTES ME MODÒ SEQUI] quia necdum recepisti Spiritum sanctum, cuius robore mortem superes, ait Cyrill. Oportebat enim Christum praecedere, & mortem superare. q. d. Nunc non habes eam animi firmitatem & id robur, ut pro me mori possis: veniet in te Spiritus sanctus, & tunc poteris, ait S. August. tract. 66. Rursum, Petrum Christum destinatum, ut post se esset caput Apostolorum; Ecclesiae princeps & gubernator, ac Pontificatus Romani fundator, &c. haec ergo prius Petrum peragere congruebat.

SEQVERIS AVTEM POSTEA] me in cruce, & per crucem ad caelum. Ita Cyrill. Hanc primam Christi sequelam in eadem cruce, merebatur tunc amor & seruo Petri.

DICIT EI PETRVS. QVARE NON POSSVM TE SEQUI MODÒ? ANIMAM (vitam) MEAM PRO TE PONAM] Dicit hoc Petrus ex solito suo seruoze & zelo, sed non secundum scientiam, ignaro scilicet & indiffereto: suspicabatur enim Christum ad mortem, uti praedixerat, ire; quare ei se comitte, & fidum Achatè in omni periculo offerri. q. d. Paratus sum tecum omnem periculorum aleam subire, offero me tibi socium ad omnia aduersa, mortem tecum, & pro te, libens excipia. Laudandus pius erga Christum Petri affectus, esto caris effectus, & euandus: necdum enim alas amoris, ad in tam sublimem crucem volandù, à Spiritu S. acceperat.

RESPONDIT EI IESVS: ANIMAM (vitam) TVAM PRO ME PONIS? AMEN, AMEN DICO TIBI: NON CANTABIT GALLVS, DONEC TER ME NEGES] Q. q. Chri-

VERS. 36.

Sacellum Roma dicitur Domine quò vadis?

VERS. 37.

VERS. 38.

Christus Petrum sibi presidentem humiliat, permittitque eum cadere in sui negationem, ut discat non suis viribus, sed Christi gratiæ confidere. Quocirca sepius id Petro prædixit Christus, nam hæc apud Ioannem prædictio diuersa est ab alijs, quas commemorant ceteri tres Euangelistæ. Porro, quando & quomodo Petrus ante secundum & vitimum galli cantum ter Christum negarit

ostendi Math. 26. v. 70. & seq. Audi S. Chrysof. hom. 72. *Experientia cognosces nihil esse dilectionem tuam sine gratia diuina: unde constat hunc casum Iesum pro ipsius utilitate permisisse.* Et S. August. tract. 66. *Itanè facies pro me quod ego nondum pro te animam tuam pro me pones; praeire potes, qui sequi non potes? quid tantum praesumis? quid esse te credis? audi quid sis, non cantabit gallus, donec ter me neges.*

CAPVT DECIMVMQVARTVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Primò, Christus abiens à terra solatur discipulos, dicens quòd vadat eis parare locum in domo Patris. Secundo, v. 6. Thomæ roganti, Quò vadis? & qua via? respondet Christus: Ego sum via, veritas, & vita; ac Philippo cupienti sibi ostendi Patrem: Philippe, inquit, qui videt me, videt & Patrem meum. Tertio, v. 16. promittit se suis alium paraclitum à cælo missurum. Quarto, Iudæ Thadaæo respondens, ait eum se diligere, qui seruat mandata sua. Quinto, v. 27. pacem suam eis donat,

1. **N**on turbetur cor vestrum. Creditis in Deum, & in me credite. 2. In domo Patris mei mansiones multæ sunt, si quò minùs dixissem vobis: Quia vado parare vobis locum. 3. Et si abiero, & præparauero vobis locum: iterum venio, & accipiam vos ad meipsum, ut vbi sum ego, & vos sitis. 4. Et quòd ego vado, scitis, & viam scitis. 5. Dicit ei Thomas: Domine, nescimus quò vadis: & quomodo possumus viam scire? 6. Dicit ei Iesus: Ego sum via, & veritas, & vita: nemo venit ad Patrem, nisi per me. 7. Si cognouissetis me, & Patrem meum utique cognouissetis: & amodò cognoscetis eum, & vidistis eum. 8. Dicit ei Philippus: Domine ostende nobis Patrem, & sufficit nobis. 9. Dicit ei Iesus: Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me? Philippe, qui videt me, videt & Patrem. Quomodo tu dicis: Ostende nobis Patrem? 10. Non creditis, quia ego in Patre, & Pater in me est? Verba, quæ ego loquor vobis, à me ipso non loquor, Pater autem in me manens, ipse facit opera. 11. Non creditis quia ego in Patre, & Pater in me est? 12. Alioquin propter opera ipsa credite, Amen, amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet: quia ego ad Patrem vado. 13. Et quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam: ut glorificetur Pater in Filio. 14. Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam. 15. Si diligitis me, mandata mea seruate. 16. Et ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum. 17. Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum: vos autem cognoscetis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit. 18. Non relinquam vos orphanos: veniam ad vos. 19. Adhuc modicum: & mundus me iam non videt. Vos autem videtis me: quia ego vivo, & vos viuetis. 20. In illo die vos cognoscetis, quia ego sum in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis. 21. Qui habet mandata mea, & seruat ea: ille est, qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur à Patre meo: & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. 22. Dicit ei Iudas, non ille Iscariotes: Domine, quid factum est, quia manifestaturus es nobis teipsum, & non mundo? 23. Respondit Iesus, & dixit ei: Si quis diligit me, sermonem meum seruat, & Pater meus diligit eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. 24. qui non diligit me, sermones meos non seruat. Et sermonem, quem audistis, non est meus, sed eius qui misit me, Patris. 25. Hæc locutus sum vobis, apud vos manens. 26. Paraclitus autem Spiritus Sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quæcumque dixero vobis. 27. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: non quomodo mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor vestrum, neque formidet. 28. Audistis quia ego dixi vobis: Vado, & venio ad vos. Si diligetis me, gauderetis utique, quia vado ad Patrem: quia Pater maior me est.

29. Et

29. Et nunc dixi vobis priùs quàm fiat: ut, cum factum fuerit, credatis. 30. Iam non multa loquar vobiscum: venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quidquam. 31. Sed ut cognoscat mundus quia diligo Patrem, & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio. Surgite, eamus hinc.

VERS. I.

NON TURBETUR COR VESTRUM: CREDITIS IN DEUM, ET IN ME CREDITE] Videbat Christus animos discipulorum turbatos, hoc est mæros, pauidos, anxios & consternatos, ex eo quòd eis prædixerat, instare suum discessum, & passionem per proditorem Iudæ, ac scandalum Petri ter se negaturi. Timebant enim ne & ipsi metu Iudeorum victi Christum negarent. Si enim Petrus, qui videbatur fortis ut petra, erat eum negaturus, quid facturi erant ceteri eo debiliores & timidiores? Huic turbationi medetur Christus dicens: Creditis in Deum, & in me credite.

Pro creditis, græcè est, *πιστεύετε*, quod tam est imperatui modi, quàm indicatiui. Vnde Syrus & Arabicus vertunt, *credite in Deum, & in me credite.* Sensus est, q. d. Si creditis in Deum, uti scio vos credere, in me quoque credite, & consequenter sperate. Ego enim sum Deus, Deo Patri consubstantialis, ut hac fide & fiducia omnem turbationem & pauorem superetis, & promissorum meorum fiat participes. Hoc enim fiet, si aciem mentis per fidem & spem in me vno defigatis, ac omnem pauorem vestrum, sollicitudinem & anxietatem in me quasi Deum & Dominum vestrum conijciatis. Ego enim esto corpore abeam à vobis, spiritu tamen, cura & gubernatione mea semper vobis adero.

Audi S. Chrysof. Diuinitatis virtutem ostendit, ea prodens quæ illi habebant in mente. q. d. Timetis aduersa, quæ mihi & vobis imminet: metum ponite: quia fides in me & in Patrem, potentior est his quæ superuenient, & nihil contra eam potest preualere. Et S. Aug. Ne mortem Christi tanquam homines timerent, & ideo turbarentur, consolatur eos, Deum se esse contestans. q. d. Mortem meritis huius forma serui, non turbetur cor vestrum, suscipiabit illam forma Dei. Porro Christus hic facit, ait Ribera, quod facere solent agricolæ, qui vitem ut imbecillum vltimo adiungunt, ut inde firmitatem accipiat, ad scandendum & crescendum, etiam si venti & imbres in eam seuiant: ita Dominus ad se, tanquam ad murum firmissimum Apostolos adiungit per fidem, ut fiat illud psal. 26. *Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo?* Audi & Cyrillum: *Quis superabit diuinis armis undique cataphractos? arma verò, latifq; clypeus, qui telis hostium frangi non potest, fides est.* Idem sibi à Christo dicitur Christianus, cum tentione, turbatione, aut pauore graui pulsatur. Creditis in Deum, & in Christum tuum credes: ille tibi aderit, vires dabit, viam euadendi aperiet, victorem te faciet.

VERS. 2.

In domo Patris celestis mansiones multæ.

IN DOMO PATRIS MEI MANSIONES MULTÆ SVNT] Dixerat Christus se iturum ad Patrem, & Petrum se postea eòdem secuturum, de ceteris discipulis tacuerat: timebant ergo illi, ne domo Patris & cælo excluderentur. Hunc timorem eis eximit Christus q. d. Ne metuere: esto enim vos modò mecum comites in regnum Patris mei non assumam: tamen faciam ut me suo tempore sequamini, nec putetis solum Petrum me eòdem secuturum, quasi ibi non sit locus nisi mihi & Cornelio Ioannem.

Petro, assero vobis ibidem vobis non defore locum, quia in domo Patris mei mansiones multæ sunt: quare non est quod timeatis, ne illæ omnes à me & Petro, vel alijs præoccupentur, ut vobis in cælo locus non supersit. Cælum enim empyreū vastissimum est, & plurimas habet mansiones, quæ omnibus omnino hominibus capiendis sufficerent. Audi S. Aug. *Hoc subiungit, quia sibi discipuli metuebant, cum Petro dictum esset, Non cantabit gallus, ut à turbatione recreentur, fidentes etiam post pericula tentationum, se apud Christum cum Deo mansuros esse.* Et Chrysof. *Quia Dominus dixerat Petro, Sequeris autem postea; ne existiment ei soli hanc promissionem datam, ostendit & illos etiam in eam regionem suscipendos.*

Porro id multæ insinuat varios in cælo beatitudinis & gloriæ fore gradus & ordines. q. d. Suis cuiq; Sancto in cælo erit locus, sua cuique beatitudo, sua cuique gloria, sed pro meritis dispar. Ita Patres cõtra Iouinianum, qui uti cenlebat virtutes esse pares, sic & paria eorum fore præmia in cælo. Vnde Interlin. mansiones multæ, hoc est, inquit, diuersa præmia meritòrum.

Audi S. August. *Mansionem pro suo quisque accepturus est merito. Est quidem denarius equalis, id est vita æterna, quod ad æternitatem pertinet, sed sunt diuersæ meritorum dignitates. Est quidem per charitatem, ut quod habent singuli, comune sit omnibus: sic enim quisque etiam ipse habet, cum amat in altero, quod ipse non habet. Responduus est autem illorum error, qui putant ideo dictum multas esse mansiones, quia extra regnum cælorum erit aliquid, ubi beati maneant paruuli ex hac vita decedentes sine baptismo: absit enim ut regnantiis quisquam sit extra regnum, nec Dominus dixit, In beatitudine, sed, In domo Patris mei.*

Rursum S. Gregorius lib. 4. Moral. cap. 31. *In multis mansionibus, inquit, erit retributionum diuersitas concursus: quia tanta vis amoris in illa pace nos sociat, ut quod in se quisque non acceperit, hoc se accepisse in alio exultet. Vnde & non aequè laborantes in vinea, aequè cum illi denarium sortiuntur. Et quidem apud Patrem mansiones multæ sunt; & tamen eundem denarium disparēs laboratores accipiunt, quia una cunctis erit beatitudo lætitiæ, quamuis non una sit omnium sublimitas vitæ.* Has mansiones multas magnitudine lucis plenas Stephano cuidam ostensas narrat idem S. Gregorius 4. Dialog. ca. 36. Igitur Christus hæc verbis, & hac ostentatione præmij cælestis, animat Apostolos, ut tentationes & persecutiones sibi imminentes non reformident, sed ambiant, utpote per quas præmium hoc consecuturi sint.

SI QVO MINVS DIXISSEM VOBIS: QVIA VADO VOBIS PARARE LOCVM] *Si quo minùs, id est, si fecus esset, si aliter se res haberet, si videlicet in domo Patris non essent mansiones multæ, dixissem vobis quia (quòd) vado parare vobis locum.* q. d. Dixissem quòd à vobis abeam, & vadā ut parem vobis locum in cælo, nisi iam ibidem multæ mansiones paratæ essent: sed quia illæ iā paratæ sunt, idcirco non dixi vobis: vadam illas paratum.

Q 9 2

Secun-

Secundò, ex Græco & Syro, qui carent rō quia, Arias Montanus & Ribera sic simpliciter exponunt. q. d. Multæ mansiones sunt in domo Patris mei: quod si ita non esset, planè vobis dicerem, nec vos vanà spe deciperem, quoniam eo vt parè vobis locum. q. d. Cùm tantum vos amem; vt recedam à vobis causā parandī vobis locum, quomodo hoc non dicerem, aut in re tanta paterer decipi, quos tantopere diligo; parare autem locū est in possessionem celi venire, quod vique ad illud tempus fuerat hominibus clausum. q. d. Me ascendente aperientur vobis celi, iuxta illud. *Attollite portas principes vestras, & introibit rex gloriæ.* Et Michæ 2. *Ascendet enim pandens iter ante eos.*

Quomodo Christus vadit parare locum Apollolis, cum sint in celo mansiones multæ?

Dices: Si Apostolis iam paratæ erant mansiones in celo, quomodo ergo Christus vadit parare eis locum? Resp. Vtrumque verum est. Nam Primò, hæ mansiones à Deo paratæ erant Apostolis & ceteris electis ab æterno, ex Dei prædestinatione quasi in actu primo. Secundò, Christus tamen vadit, vt parat eas quasi in actu secundò, vt scilicet de factò Apostolos in eas inducat: tum quia Christus iter in cælum, antea clausum & iniuium, sua in illud ascensione aperuit, strauit & complanauit: tum quia ipse sanguine suo & morte in cruce, soluit Deo pretium mansionum harum cælestium, illoque eas nobis coëmit. ita S. Cyrill. tum propriè, quia Christus è cælis misit Spiritum sanctum, qui sua gratia, virtutibus & meritis heroicis Apostolos, ceterosque electos celo dignos efficeret. Ita S. Aug. *Quomodo, inquit, parat si iam multæ sunt? nondum sunt si parandæ sunt: easdem que prædestinando præparauit, præparat operando. Iam ergo sunt in prædestinatione, alioquin dixisset, ibo & præparabo, id est prædestinabo: sed quia nondum sunt in operatione, dicit: Si abiero & præparauero, &c. Parat modo mansiones: præparando maiores domus enim Dei, de qua Apostolus, Templum Dei sanctum quod estis vos, adhuc edificatur, adhuc præparatur: dicitur verò abire vt præpararet, quia in fide viuunt: si autem vides, non est fides: id ne videatur, latet vt credatur: tunc locus paratur, si ex fide viuatur, credens desideretur, vt desideratus habeatur, vadit lavando, venit apparendo, sed nisi maneat regèdo, vt proficiamus bene viuendo, non parabitur locus, vbi possimus permanere perficèdo. Et Glor. *Credenti colligitur meritum, cum reddatur præmium, desiderium dilectionis præparatio est mansio.**

VERS. 3.

ET SI ABIERO, ET PRÆPARAVERO VOBIS LOCUM: ITERVM VENIO, ET ACCIPIAM VOS AD ME IPSVM, VT VBI SVM EGO, ET VOS SITIS] Si, id est, cum, q. d. Cùm in cælum abiero, ibique vobis, vestrisque successoribus, id est omnibus electis, locum præparauero, dando eis successiuè per singula sæcula vique ad finem mundi, Spiritum sanctum, cuiusque gratiam & merita, quibus se ad gloriam cælestem præparent, eaque se dignos efficiat: quo factò iterum veniam in die iudicij, vt vos omnes accipiam ad me ipsum, vt digno præmio in cælis coronè. Sæpè enim in Euangelij prædixit Christus se rediturum in extremo iudicio, vt fideles & Apostolos, qui pro eo laborarunt, & multa passi sunt, ad se recipiat & glorificet.

VERS. 4.

ET QVOD VADO, SCITIS, ET VIAM SCITIS] Scitis, id est scire facillè potestis, & debetis, quia scèpè à me audistis, quòd eam ad Patrem in cælum, ac viam in cælum esse meam fidem, doctrinam, vitam, passionem & crucem. Et sciebant

Apostoli Christum hæc dixisse; sed necdum illa intelligebant, vnde nec eorum meminerant. Vnde Aug. *Sciebant quidem, ait, sed se scire nesciebant, sciebant habitu, nesciebant actu: sciebant obscuro & confuso, nesciebant distinctè & in particulari, quomodo scilicet Christus sit via, Pater verò sit meta & terminus viæ. Ita Ribera, Toletus, Maldon & alij.*

DICIT EI THOMAS: DOMINE NESCIMVS QVO VADIS, ET QVOMODO POSSVMVS VIAM SCIRE?] q. d. Cùm nesciamus quòd eas, quomodo possimus scire viam, quæ eò quòd is tendit? qui enim nescit terminum, viam quoque ad terminum nesciat oportet. Audiuimus quidem te dicere, quòd eas in domum Patris tui, vbi mansiones multæ sunt, parare nobis locum; sed vbi est hæc domus Patris? vbi mansiones illæ multæ? Si domus hæc est cælum, vt suspicamur, clariùs & explicatiùs nobis id ipsum edicito, plenius has mansiones exponito, vbi nam & in qua regione illæ sitæ sunt? Magna enim, & quasi immensa est celi, imò cælorum plurium vastitas. Ita Thomas. *Christus verò, ait Cyrillus, nihil ad tantam curiositatem respondit: non enim totam rem exposuit, sed ea opportuno tempore relicta, quòd modò necessarium est, illud explanat.* Vnde sequitur.

DICIT EI IESVS: EGO SVM VIA, ET VERITAS, ET VITA] Breuiter sensus genuinus est q. d. *Quæ Christus est via, veritas & vita.* *ris, o Thomas, duo, scilicet meā viam, & eius terminum, nimirum, quòd vadam, & quā viā? Respondeo: Ego sum via, quam quaeris; via, inquam, non fallax; sed vera, quæ ducit ad verā vitam, putā ad Deum Patrem in cælis, vbi est domus Patris mei, in qua mansiones multas esse dixi, vnde id explicans subdit: Nemo venit ad Patrem nisi per me. Pater ergo est terminus ego sum via. Est hediadys: Via & veritas, id est via vera. Rursum, Veritas & vita, est vera vita. Tò enim veritas, cùm ponatur inter tò via & vita, ad vtrumque referri potest. Iam: ego sum via, hoc est, mea fides, doctrina, gratia & vita est via quæ ducit ad cælum. Sæpe enim in Scriptura Christus ponitur pro adiunctis Christo, putā pro Christi fide, gratia, doctrina. Aut ego sum via, id est, ego sum doctor, index & dux viæ veræ, quæ recta ducit ad æternam & beatā vitam. q. d. Ego sum via, quia iudico & doceo veram fidem, & sanctam conuersationem, quæ vera est via ad vitā æternam. Alludit ad illud Isaiæ 30. *Et erunt oculi tui videntes præceptorem tuū, & aures tue audiēt verbum, post tergyum mouentis: hæc est via, ambulate in ea.**

Verum, quia aliæ viæ sunt veræ & rectæ, aliæ fallæ & erronee, iuxta illud: *Est via quæ homini videtur recta, & non ista eius ducunt ad mortem.* Proverb. 16. hinc Christus vocatur via & veritas, id est via vera & recta, iuxta illud Isaiæ 35. *Et hæc vobis erit directa via, ita vt stulti nō erret per eā.* q. d. Iudei, Gentiles & philosophi multa dixerūt & docuerunt de beatitudine, & beatā vita, & de virtutibus; quæ quasi via ad illam ducūt, sed in multis errores inciderunt, ideoque homines non ad vitam, sed ad interitū & gehennem duxerunt: quia sicut non veram, sed fucatam & fallā beatitudinem, beatamque vitam constituerunt in opibus, honoribus, delicijs & vanis scientijs: sic non veram, sed fucatam & fallā viam ad beatam vitam inierunt, alioque docuerunt. At ego doceo veram fidem, pietatem, charitatem, ceteraque virtutes,

VERS. 5.

VERS. 6.

Christus est via, veritas & vita.

D

tutes, quibus quasi recta via peruenitur ad veram vitam æternam, quæ est apud Patrem, & conuenter apud me. Nam ego & Pater vnum sumus. Sicut ergo Pater est vita beata, tū formalis, tum causalis, quia eandem nobis communicatur obiectiua, quia Deus est obiectum visionis beatificæ: sic & ego sum eadem ipsa veritas & vita. Ego sum ergo, qui rectam viā in cælum vobis demōstro: ego sum qui quasi veritas omni errore mentis vos libero: ego sum, qui ad veram vitā vos duco. Quare nolite turbari meā morte instante, & vestrā securitā; sed credite & sperate in me. Ego enim tam me, quam vos à morte ad beatam vitā & gloriosam suscitabo: ego enim sum via, veritas & vita.

Christus est via, veritas & vita.

Hinc patet, quòd Christus sit via. Primò, quia ipse per meritum passionis suæ nobis viam in cælum aperuit. Ita Iansenius & Maldon. Secundò, quia ipse suā doctrinā nobis viam eandē ostendit. Tertio, quia ipse inspirat nobis fidem, gratiam & sancta opera meritaque, quibus quasi vijs tendimus ad vitam æternam. Quarto, quia ipse ad hanc viam in cælum suā sanctā vitā & passionem præiit, primūque calcauit, vt cum in eadem sequentes & imitantes, perueniamus ad cælum quòd ipse ascendit & peruenit.

Hic est genuinus huius loci sensus. Verum, quia aurea hæc est Christi gnome, audi varios & elegantes Patrum de eo partim sensus, partim sententias.

Primò.

Primò igitur, S. Leo serm. 2. de resurrectione. Christus, inquit, est via sanctæ conuersationis, veritas doctrinæ diuinæ, vita beatitudinis sempiternæ.

Secundò.

Secundò, S. Cyrillus lib. 9. ca. 33. Christus, ait, nobis est via per vitæ actionem, veritas per fidei rectitudinem, vita per sanctificationis fontem, Aditque: *Tria sunt, inquit, necessaria vt cælestes mansiones consequamur: operatio virtutis, fides recta, spes vitæ: & ideo Dominus dicit, Ego sum via, quia legem nobis dedit, & verbo & exemplo docuit nos mundum contemnere, & sanctè operari. Veritas est, quia ipse est rectissima regula fidei nostræ, & docuit nos veritates diuinæ. Vita est, quia vitam quam speramus, nemo nobis largiri potest nisi ipse. Sic sensus erit q. d. Nemo venit ad Patrem (qui ipse ipsa vera vita & beatitudo) nisi per charitatem ambulet in me, qui sum via, ac per fidem credat in me, qui sum veritas: & per spem confidat in me, qui sum vita æterna.*

Tertiò.

Tertiò, S. Bernard. ser. 2. de Ascensu. Sequamur, ait, Domine te, per te, ad te, quia tu es, via, veritas & vita: via in exēplo, veritas in promisso, vita in premio. Idem Bernardus ser. 7. in Coena Domini: Ego, ait, sum via per quam est eundum; & veritas, ad quam veniendum, & vita, in qua permanendum. Ego sum via sine errore, veritas sine falsitate, vita sine morte. Ego sum via in exemplo, veritas in promisso, vita in premio. Ego sum via habilis, veritas irrevocabilis, vita interminabilis. Ego sum via lata & spatioza, veritas potens & copiosa, vita delectabilis & gloriosa. Hucusque S. Bernard. vel quisquis est auctor: stylus enim arguit alium esse auctorem.

Quartò.

Quartò, S. August. Christus, ait, est via secundum humanitatem, quā ad nos venit, & redijt ad Patrem, idem est veritas & vita secundum diuinitatem. Audi cum serm. 55. de Verbis Dom. secundum Ioannem: *Quā vis iri? ego sum via: quòd vis iri? ego sum veritas: vbi vis permanere? ego sum vita. Vnde Cornel. in Ioannem.*

Aritatem & vitam omnis homo capit, etiam Philosophi Deum esse vitam quamdam & veritatem viderūt, vitā non omnis inuenit. Verbum ergo Dei, quòd apud Patrem est veritas & vita, assumēdo hominem factum est via: ambulā per hominem, & peruenies ad Deum, melius est in via claudicare, quam præter viam fortiter ambulare. Idem Aug. hic tract. 69. Per formam serm. ait, Dominus venit ad nos, & redijt ad se, carnem de morte ad vitam reducit: venerat per carnem Deus ad homines, veritas ad mendaces, est autem Deus veritas, sed omnis homo mendax; non reliquit autem se cum veniret ad nos: nam & qui loquitur, quodammodo ad auditores, procedit, nec se reliquit: cum autem tacet, veluti ad se redit, & cum illis manet, si teneant quòd audierunt. Ipse Dominus per seipsum, & ad seipsum, & ad Patrem, & nos per ipsum, & ad ipsum, & ad Patrem inus.

Quintò, S. Hilarius lib. 7. de Trinitate. Non nos seducit, inquit, qui via est: nec illius per falsa, qui veritas est, nec in mortis relinquit horrore, qui vita est. Idè lib. de essentia Patris & Filij: Nec ducit, inquit, per erraticā, quia est via; nec illudit per falsā, quia est veritas; nec in mortis horrore relinquit, quia est vita: si via, ducit alio non indigetis: si veritas, non liquor falsas: si vita etiam morientes ad me venietis.

Sextò, S. Chryost. homil. 72. Sum via, inquit, quia per me venietis: sum veritas, quia sine dubio hæc erunt que dixi sum vita, quia neque ipsa mors prohibere poterit, quò minus ad me perueniat. Huc accedit Toletus qui sic explicat: Ego sum via, quia per me à peccato ad iusticiam, ab hoc sæculo ad æternam beatitudinem transeundum est: Ego sum veritas, qui iusticiam & beatitudinem, quam promitto, reipsā præsto; ergo ne dubitetis me venturum ad vos, & assumpturum ad me: at ne aliquando turbemini, cum vos occidi & necari propter me videritis, dicentes: Quomodo ergo ibimus ad te? Ego sum vita, qui vos resurgere à morte faciam, vt assumam vos ad me: mors enim non poterit impedire, quò minus ad me veniat, quia ego sum vitæ causa.

Septimò, S. Ambros. li. de Bono mortis c. 12. Septimò, Christus ait: Ego sum via, veritas & vita. Nemo venit ad Patrem nisi per me. Ingre diamur hanc viam, & venemus veritatem, vitam sequamur. Via est que perducit, veritas que confirmat, vita que perseverantibus redditur. Et post pauca: Sequimur te Domine Iesu, sed vt sequamur accersi, quia sine te nullus ascendit. Tu enim via es veritas & vita, quia in via possibilitas, in veritate fides, in vita premium. Suscipe nos quasi via, confirma quasi veritas, vivifica quasi vita.

Symbolicè, Christus est via incipientium, purgans eos per odium peccati, & detestationem vitæ prioris; idem est veritas proficientium, illuminans eos per exempla virtutum, ac studium nouæ sanctæque conuersationis: idem est vita perfectorum, vniens eos Deo per puri amoris affectum. Audi S. Bernard. serm. 7. in Coena Domini multa conglomerantem: Ego sum via incipientium, veritas proficientium, vita peruenientium: ego sum via lucis & serenæ, veritas viuens absque pœna, vita felix & amœnæ: ego sum via in partibus, veritas in inferno, vita in resurrectionis gaudio: ego sum via, in qua nō est spina vel tribulus, veritas, in qua non est falsitatis stimulus, vita, in qua renouit mortuus: ego sū via recta, veritas perfecta, vita sine fine mansura: ego sum via reconciliatiois, veritas retributionis, vita æternæ beatitudinis. Nemo venit ad Patrem nisi per me, q. d. Nemo venit ad me veritatem & vitam, nisi per me viam.

Quintò.

Sextò.

Septimò.

Symbolicè.

Tropologicè.

Tropologicè, S. Basiliius notat Christum dici viam, vt dēnotet Christianos quotidie in via virtutis ambulare & proficere debere, iuxta illud Platōis: *ibm de virtute in virtute, videbitur Deus deorum in Sion. Audientes viam, inquit, seriem & ordinē intelligimus per opera instituta, per q̄ illuminationem scientiæ ducētem ad legitimū profectum semper ad anteriora festinātes, & ad ea quæ restant nosmetipsos extendentes; donec perueniamus ad beatam finem, quæ est Dei cognitio, quā Dominus per sese, in ipsum credentibus largietur. Reuera enim bona est via, exorbitationis errorisq̄, nescia, Dominus noster Iesus ad Patrem, qui verè est bonus, perducēs. Nemo, inquit, venit ad Patrem nisi per me. Taxis est noster ad Deum reditū per Filium.* Hucusq̄; S. Basiliius l. de Spiritu sancto c. 8. qui Christus ait esse viam, nō tantūm per fidem, sed etiam per operationem virtutum. Rursūm, Theophyl. Cūm exeres, inquit, vitā actiuam, fit tibi Christus viā; veritas autem, cūm in cōtempatiua perseveras: adiecta est autem vita, quia ad Deū referenda est actio & cōtemplatio.

Anagogicè.

Anagogicè, S. August. in Sententijs num. 268. *Dominus ait: Ego sum via, veritas & vita, id est, per me venit, ad me peruenitur, in me manetur. Cūm enim ad ipsum peruenitur, etiā ad Patrem, peruenitur, quia per eundem ille cui equalis est cognoscitur, vincitūe atque agglutinante nos Spiritu sancto, ut in summo atque incōmuni abili bono sine fine maneamus.* Hinc S. Bernardus: moriens apparuit cuidam absenti dicens se sursum cōscendere, quia sursum est veritas; nam in terra deorsum nil est nisi vanitas & falsitas, vt docet Ecclesiastes. Nulla (ait) bar S. Bernard.) hie scētia, nulla veri cognitio; sursum scētia plenitudo, sursum vera notitia veritatis. Ita habet Vita eius lib. 5. c. 3.

Vita S. Benedicti in calce.

Et S. Benedicto moriēte, de eo duobus eius machis hac visio exhibita est. *Viderunt namque, ait S. Gregorius lib. 2. Dialog. c. 37. quia strata pallijs, atque in armeris cornica lampadibus, via recto Orientis transte ab eius cella in celum usque tendebatur. Cū venerando habitu vir desuper clarus asisens, citius esset via quam cernerent, inquisit, Illi autem se nescire professi sunt, quibus ipse ait: Hec est via, qua dilectus Dominus celum Benedictus ascendit.*

NEMO ENIM VENIT AD PATREM, NISI PER ME] Ego enim sum via ad Patrem, qui est terminus: Pater enim est ipsa vita beata, omnes Sanctos beans, vt iam dixi. Nemo, scilicet hominum. Adit Suarez: nemo quoque angelorum: hos omnes enim omnem suam gratiam & gloriam accepisse à Christo, siquēque meritis, ipse censet, multisq̄ probat 3. p. q. 19. ar. 4. disp. 42. lect. 1.

Vers. 7.

SI COGNOVISSETIS ME, ET PATREM MEVM VTIQVE COGNOVISSETIS] Occurrit Christus obiectioni. Poterant enim discipuli obijcere: Tu, ô Christe, asseris te esse viam: Patrem verò terminum, ad quem vadis. At nos non cognoscimus Patrem; vnde nec cognoscimus terminum, ad quem tibi nobisq̄ eundem est: fac ergo vt Patrem cognoscamus. Rursūm, si Pater est terminus, tu via, quomodo ergo dixisti: *Ego sum via, veritas & vita, id est, ego sum via & terminus viæ?* Respondet Christus vtrumque esse verum. Ego enim, inquit, vnam cum Patre habeo essentiam, vnam eandemq̄ diuinitatem. Quare si cognovissetis me planè & perfectè, & Patrem meum utiq̄ cognovissetis. Cognoscebant quidem & credebant Apostoli Christum esse Dei Filium, sed necdum credebant eum esse consubstantialē Patri, &

eandem numero cum eo habere essentiam & deitatem, sed id postea recepto Spiritu sancto cognouerunt. Vnde subdit:

ET AMODO COGNOSCEBIS EVM, ET VIDISTIS EVM] Ita Roman. & S. Chrysof. quoque & S. Hilar. legunt *agnoscebis* in futuro. q. d. iam iā cognoscebis Patrem in Pentecoste per illuminationem Spiritus sancti, imò iam vidistis eum in me: qui enim videt me, videt & Patrem meum, vt subdit Christus Græcus, Syrus & Arabicus habent, *γινωσκете*, id est *cognosciteis*, in præsentī. q. d. iam cognosciteis Patrem, quia vidistis eum in me tot virtutes & miracula operantem. Esto enim non vidistis eum nudè in sua essentia & deitate; vidistis tamen eum velatum in me, meaque humanitate ceu nube, per signa & miracula, quæ quasi fulmina & tonitrua ex ea euibrat. Ita S. Cyrill. Chrys. & alij.

DICIT EI PHILIPPVS: DOMINE OSTENDE NOBIS PATREM, ET SUFFICIT NOBIS] Philippus non intellexit responsum Christi, quomodo scilicet qui cognoscit Christum, cognoscat & Patrem, iustat ergo vt Christus Patrem ipsum ostendat. q. d. Ais Patrem in te esse, & quasi latere absconditum. Aperi te, & cum nobis ostende. Pater enim est principium, fons & origo diuinitatis, vt ait S. Dionys. c. 3. de Diuin. nomin. S. Aug. lib. 5. de Trinit. c. 13. & 14. & Concil. Tolet. VI. in confess. fidei.

ET SUFFICIT NOBIS] Primò, S. Chrysof. q. d. Non aliud cupimus, quàm ostendi nobis Patrem.

Secundò, S. Cyrillus, *Sufficit nobis*, scilicet ad beatitudinem, vt omni turbatione, mœnore & pauore liberemur, quia Pater cūm sit Deus, ipse beabit nos.

Tertiò, *sufficit nobis*, ad confundendum Iudæos, qui negant te esse Dei Filium. Ita quoque Cyrillus.

Quartò, simplicius: *Sufficit nobis*, vt tibi, isq̄que quæ iam dixisti, & nobis promissisti de mansionibus multis in cælo, credamus & fidem adhibeamus. q. d. Pro omnibus rationibus, quas ô Christus accūmulas, vt nos de tua morte mœstos soleris, vnam poscimus, vt ostendas nobis Patrem: hac enim vna nobis vice omnium erit & sufficere. Sic ferè S. Hilar. lib. 7. de Trinit.

Anagogicè, Interlin. Pater sufficere nobis, quia in eo sufficientia erit nobis. Et Gloss. q. d. In quo sufficientia, & non in te. Audi S. Augustinum li. 1. de Trinit. cap. 8. *Ille laicius, qui nos adimplebit cū vultu suo, nihil amplius requireret: quod bene intellexerat Philippus, vt diceret: Domine ostende nobis Patrem, & sufficit nobis; sed nondum intellexerat se posse dicere: Domine ostende nobis te, & sufficit nobis, quod vt intelligeret, responsum est ei: Tanto tempore vobiscum sum, &c.*

Hic verum est illud S. Augnst. *Sufficit tu Deo, Saddai sufficere tibi Deus tuus.* Deus enim est Saddai, id est sufficientia, copia, abundantia bonorū omnium, vt ostēdi Genes. 17. v. 1. Ipse enim solus est fatis cordis, requies animi, iubilus mentium. Vnde Pfaltes: *Satiabitur cūm apparuerit gloria tua, psalm. 16. 15. Et: Inebriabitur ab ubertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos, psal. 35. 9. Et: Quid enim mihi est in cælo, & te quid volui super terram? defecit caro mea, & cor meum. Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. psal. 72. 25.*

Ratio à priori est, quod Deus hominem creauit

Vers. 9.

DICIT EI IESVS: TANTO TEMPORE VOBISCVM SVM (per triennium conuersatus, docui vos quis ego sum) ET NON COGNOVISTIS (Græca, Chrysof. & Cyrillus legunt, *non cognovisti* in singulari) ME] quod scilicet non tantūm sim homo, sed & Dei Filius, nō essentia & existentia ab eo diuersus, sed ipsi Deo Patri *ὁμοσιος* & consubstantialis. Idcirco enim me visio cupis videre Patrem, quod putes Patrem à me planè esse diuersum, & diuersam habere naturam. q. d. Vidi Iesum Dei Filiū, superest vt videam eius Patrem ab eo diuersum, vt apud homines fit. Hęc est radix erroris tui; quocirca eam succidens tibi assero, dicoque:

PHILIPPE QUI VIDET ME, VIDET ET PATREM] q. d. Cūm ego & Pater vnum planè & idem simus, putā vna essentia diuina, vna, in quā non tantūm specie, sed vna in indiuiduo: hinc qui videt me per humanitatem, quam assumpsi, eo modo quo videt me, videt & Patrem meum, quia ego & Pater vnū sumus. Vbi Nota. In Christo humanitas videbatur per se, diuinitas verò per accidens, quia non in se, sed tantūm per humanitatem videbatur, sicut videtur anima per corpus, in quo mouetur & operatur. Quare qui oculo corporeo (de quo maximè rogabat Philippus, & respondebat Christus: nam ceulo mentis ait, illos se non cognouisse, scilicet plenè & perfectè) videbat per se hunc hominem putā Iesum, indirectè & per accidens videbat eius deitatem, quia hic homo reuera erat Deus. Quocirca cūm vnus idemq̄ sit Deus, qua ratione videbat Deum Filium, eadem videbat & Deum Patrem; loquor quoad essentiam, quæ vtrique eadem est & communis, non quoad personam: persona enim Filij assumpsit humanitatem, non verò persona Patris. Quare qui directè videbat hunc hominem, directè videbat personam Filij Dei in homine latentem, non verò personam Patris, nisi per concomitantiam, vt dicam v. 10.

Qui videt Christum, videt & Patrem, quo sensus

Simili modo, qui oculo mentis videbat, & ex miraculis cognoscebat hunc hominem, putā Iesum esse Dei Filium, cognoscebat quoque ex eisdem Deum esse eius Patrem; quia Deum Patrem nemo generare potest, nisi Deus Patrum quia vna est tantūm diuinitas, quæ proinde eadem numero est in Patre & Filio: quare qui videt siue cognoscit deitatem Filij, cognoscit quoq̄ deitatem Patris, cūm vna sit eademq̄. Ita S. Aug.

Cyrillus, Chrysof. Hilar. & alij Patres passim cōtra Arrianos, qui ex hoc loco probant Primò, Iesum verè fuisse Deum, ita vt qui videret hunc hominem, videret pariter & Deum. Secundò, aliam esse personam filij Dei, aliam Dei Patris, quod negabat Sabellius; hanc enim diuersitatem personarum notant hęc voces *Me & Patrem meum* alia enim est persona Patris, alia Filij, vt pote à Patre geniti. Tertiò, Filij esse Patri *ὁμοσιος*; nisi enim esset *ὁμοσιος* Patri, posset videri Filius, nō visio Patre, & vice versa, posset videri Pater non visio Filio, vt in humanis fit, vbi sæpè filij cognoscuntur non cognitis parentibus. Erras ergo, ô Philippe, dum visio me cupis videre Patrem, quasi aliūm Deum, aliamque deitatem sis visurus, cūm nō nisi vna sit eademq̄: *Quomodo ergo tu dicis, Ostende nobis Patrem?* Iam enim cum tibi in mēso ostendi, vt dixi,

Denique Hilarius, lib. 7. de Trinit. & Ribera censent eum qui videt Filium, videre & Patrem, quia Filius est character & figura substantiæ Patris, id est, expressa plenaque imago & similitudo Patris, sicut in imagine expressa in cæra videtur ipsa forma sigilli, ex quo impressa est. Verūm Christus hic non tam agit de similitudine, quàm de identitate naturæ diuinæ, vt rectè aduertit Toletus.

Hic verus est sensus, quo Christus directè respondet interrogatiōi & menti Philippi: verūm quia Christus arreptā interrogatiōis occasione solet altius assurgere, & auditores euehere, ac sublimiora docere, eodemque sermone completi hinc Secūdo, hic locus accipi potest de omni & propria cognitione Patris & Filij, siue per fidem, siue per speciem. q. d. Qui videt me secundū diuinitatem, videt & Patrem, quia licet ipse sit à me distinctus, tamen ego in ipso sum, & ipse in me est per naturę identitatem: quare qui videt, id est credit, me esse Dei Filiū, videt pariter; id est eredit, Deum esse meū Patrem; & qui per visionem beatificam videt me intuitiue, intuitiue videt & Patrem. Ita ex S. Cyrill. Aug. Chrysof. & Hilar. Maldon. hie, & Suar. lib. de Attrib. diuin. c. 23. n. 11. qui hinc docet Beatos videntes diuinā essentiam, videre pariter tres in illa personas.

NON CREDITIS QVIA EGO IN PATRE, ET PATER IN ME EST?] Nota Primò. Hic rursus significatur distinctio personarum diuinarum: nec enim rectè quis dicitur esse in seipso, sed in alio. Secundò, significatur identitas naturæ diuinæ: quia enim Pater & Filius sunt & existunt in vna eademq̄ natura diuina; hinc Pater est in Filio, & Filius in Patre. Probat id Christus ex effectus quia scilicet ipse doctrinam & opera sua habebat à Patre, & cum Patre communia: ergo & eandem cum eo naturam habebat communem. Ita Cyrill. & Leont. Hinc consequenter Tertiò, hac gnome significatur perfecta & intima coniunctio & inhabitatio vnus personæ diuinæ in alia & è conuerso; qua fit vt Pater sit in Filio & Spiritu sancto, Filius in Patre & Spiritu sancto, Spiritus sanctus in Patre & Filio: quā Damascenus l. 1. de Fide c. 11. vocat *ὁμοσιος*, & ex illo Scholastici vocat circumcessionē: de quo mysterio agit S. Aug. l. 6. de Trinit. c. vlt. S. Hilarius lib. 4. de Trinit. S. Ambros. in c. 13. epist. 2. ad Corinth. *Singula, ait S. August. sunt in singulis, & omnia in singulis, & singula in omnibus, & omnia*

Vers. 10.

Filius in Patre, & Pater in Filio.

D

omnibus, & unum omnia. Singule ergo persone di-
uine in alijs singulis non tantum quoad essentia,
sed etiam quoad relationem & personam sibi
propria inexistunt, quia omnes sibi inuicem sunt
intimæ & coniunctissimæ, ut ex Suarez & alijs
fusiis ostendi Isaiæ c. 45. v. 14. ad illa: *Tantum in re
est Deus.* Vnde sequitur, quod qui plene cognoscit
videtque vnam personam, v.g. Filium, ut vident
Beati, non tantum videat deitatem communem
Patri & Filio, sed videat quoque ipsam personam
Patris? tum quia persona Patris est intima perso-
næ Filij, tum quia ad eam relationem & ordinem
essentialem includit: Pater enim essentialiter est
qui gignit Filium: & hoc est quod ait hic Chri-
stus: *Non creditis quia ego in Patre, & Pater in me est?*
Addit S. Hilar. quod Filius sit Patris simillimus,
ut pote eius character & viua imago.

VERBA QUÆ EGO LOQUOR, A MEIPSO NON
LOQUOR. q. d. Verba quæ ego loquor, non sunt
humana, sed diuina; quare non à mea humanitate,
sed à diuinitate, quam à Patre accepi, velut à
propria causa proficiuntur: vnde qui me loquen-
tem audit, non tam me, quam Deum Patrem in
me, & per me loquentem audit. Nota. Deitas
communis Patri & Filio erat causa efficiens ver-
borum diuinorum, quæ promebat Christus; res
tamen verbis significata sepe erat propria perso-
næ Filij, non Patris, ut cū dicebat: Ego sum Dei
filius, Ego sum Verbum, Ego carnem assumpsi,
Ego quæ dico & facio, accepi à Patre: hæc enim
dicebat de seipso, non de Patre, ut patet: nec enim
Pater factus est homo, sed Filius: Pater tamen æ-
que ac Filius erat causa efficiens, uti incarnatio-
nis, ita & verborum à Verbo incarnato prolato-
rum. Opera enim S. Trinitatis ad extra, ut aiunt
Theologi, sunt indiuisa, & tribus personis diuinis
communis.

PATER AVTEM IN ME MANENS IPSE FACIT
OPERA] Pater, tanquam primum principium, non
tantum creaturarum, sed & ceterarum personarum
diuinarum, puta Filij & Spiritus sancti. Cū enim
Pater generando communicauit suam deitatem
Filio, communicauit quoque eidem suam omni-
potentiam, virtutem & operationem. Quare si non
Filius, sed Pater ipse humanitatem assumpserit,
idem profus locutus & operatus fuisset, quod
locutus & operatus est Filius; tum quia Pater lo-
cutus & operatus est in Filio: tum quia eadē est
deitas & omnipotentia Patris & Filij: quæ om-
nia loquebatur & operabatur in Filio per huma-
nitatem assumptam. Vnde Apostolis colligendum
relinquit Christus, q. d. Idcirco cū me videtis
& auditis, Patrem meum à vobis videri & audiri
putate. Ex his autem dictis & factis meis, ait Ri-
bera, potestis intelligere, quam bonus sit Pater
meus, quam mansuetus, quantum vos amet; ex mi-
raculis meis potestis cognoscere meam omni-
potentiam, me scire omnia, & habere in me om-
nia bona: ex quo intelligitis eadem similiter ha-
bere Patrem, & in eo vos veram omnium bono-
rum affluentiam habituros: & cū hæc externa
in tantorum bonorum cognitionem vos ducant,
quid futurum putatis, si meam & Patris essentia
sine speculo & anigmate intueremini? Itaq; non
loquitur de cognitione essentiali, sed de ea, quæ
potest haberi in via.

VERS. 11. NON CREDITIS QUIA EGO IN PATRE, ET
VERS. 12. PATER IN ME EST? ALIOQUIN (Syrus, *in minus*)

PROPTER EA IPSA CREDITE] Pro non creditis,
Græca habent *in se vere meo*, id est, *credite mihi*; &
sic legit Syrus, Arabicus, Euthym. Cyrill. & Hila-
rius lib. 7. de Trinit. sed eodem redit sensus & v-
nus alterum includit, q. d. Non creditis quod ego
sim in Patre, & Pater in me? Credite, quia ego
vobis hoc asseuero. Alioqui si mihi, id simpliciter
asseueranti non creditis, credite saltem propter
ipsa opera, quia Pater operando in me, & per me
tot. tantaque miracula per opera ipsa ostendit se
in me habitare, ac per me tanta operari, sicut ani-
ma ostendit se esse in corpore per motum, visum,
auditum, tactum, aliaque opera vitalia, quæ ipsa
per corpus operatur.

AMEN, AMEN DICO VOBIS QUI CREDIT IN
ME, OPERA QUÆ EGO FACIO, ET IPSE FACIET,
ET MAIORA HORVM FACIET] Probare vult
Christus Patrem esse in se, & se in Patre: vis ar-
gumenti in eo consistit. q. d. Qui credit Patrem
esse in me, hic per hanc fidem, siue vi & virtute
huius fidei similia miracula & opera diuina fa-
ciat, qualia ego facio, imò maiora faciat quam
faciam ego. Ergo fides illa vera sit oportet, quæ
scilicet credit Patrem in me esse & operari. Pater
enim operatur per fidem veram, illiq; per opera
miraculosa testimonium veritatis perhibet, non
verò fidei falsa: alioqui enim ipse, qui est prima
veritas, testis & approbator esset falsitatis & men-
daciij.

ET MAIORA HORVM FACIET] non quilibet
fidelis qui in me credit, sed aliqui ex illis, ut Apo-
stoli & viri Apostolici.

Quoniam fuere hæc maiora? Primò, Origenes
hom. 7. in Numer. censet maiora hæc esse, quod
homines fragiles vincant carnem, demonem &
mundum: plus enim, inquit, est quod Christus
vincat in nobis, quam quod vincat in se.

Secundò, S. Chryso. Maiora, inquit, sunt,
quod S. Petrus suam vmbra sanarit quoslibet in-
firmos. Act. 5. 15. id enim non fecit Christus,
& similia.

Tertiò & potiùs, S. August. tractat. 72. maiora
hæc esse censet, conuersionem omnium gentium
totius mundis factam per 12. Apostolos. Christus
enim longè pauciores conuertit, scilicet quin-
gentos dumtaxat aut circiter: tot enim nominan-
tur 1. Cor. 15. 16. Audi S. August. cuius verba pro-
lixè in pauca cōtraxi: *Quæ sunt ista maiora, an forte
quod agros vmbra sanabat? & matius est enim quod sanet
vmbra quam simbria? sed quando ista dicebat, verborum
suorum facta commendabat; cū enim dixit: Pater in me
manes, ipse facit opera: opera dicebat verba, quæ loque-
batur, quorum fructus erat fides illorum; euangelizanti-
bus autem discipulis, non tam pauci, quam illi erant, sed
Gentes etiam crediderunt: discessit ab ore Domini diues
ristus; & tamen postea quod ille vnus non fecit, fecerunt
multi, cū per discipulos loqueretur; non de Apostolis
autem tantum loquebatur dicit, Qui credit in me, &c.
Ipsam quidem credere in Christum opus est Christi,
quod operatur in nobis, non vtrique sine nobis, ipse facit
ut faciamus, id est, ut ex impijs iusti simus.* Subdit
deinde rem miram: & paradoxam: *Et hoc maius
esse dixi inquam creare calum & terram: hæc enim
transibunt, pradesinatorum autem salus & iustifica-
tio permanebit. Sunt & in calis angeli opera Christi,
est equalis sit potentia istos creare, & impijs iustifi-
care, hoc maioris est misericordie. Quamquam omnia
Christi opera intelligere, ubi ait, Maiora horum faciet,
nulla*

Qui credit
in Christum,
opera Christo
maiora fa-
ciat, quæ
sensu?

nulla necessitate cogit: horum enim forte dixit que tunc
faciebat & faciebat autem verba fidei: minus est autem
verba iustitie predicare, quod fecit propter nos, quæ im-
pios iustificare, quod ita facit in nobis, ut faciamus &
nos. Et Gloss. Quod facit in nobis non sine nobis, maius
est his, quæ sine nobis facit, ut celum & terra. In illis
enim est tantum opus Dei, in istis imago Dei.

Cur Christus
voluit maio-
ra per Apo-
stolos, quam
per se ope-
rari.

Quæres: Cur Christus voluit maiora per Apo-
stolos, quæ per se operari? Resp. Primò, quia sen-
sim voluit fidem in se disseminari & crescere, ne,
si subito crederet, putaretur esse phantasma, &
Christus magus & impostor esse crederetur,
quod enim sensum crederet, sensum sui fidem ac-
quirat, ac magis crederet, & durabilius est: quod
enim cito fit, cito perit.

Secundò, ut magis Christi æquanimitas &
modestia, æque ac potestas & magnificentia cō-
mendaretur: utpote qui non tantum in se tā po-
tens fuerat ad tanta operandum, sed & vim ac
efficaciam habuerit eandem potentiam in Apo-
stolos transfundendi, ut similia, imò maiora face-
rent. Hæc enim fecerunt Apostoli non virtute
suâ, sed Christi, scilicet vi, auctoritate & potestate
à Christo acceptâ; quare Christus maior erat il-
lis, per quos maiora hæc operabatur.

Tertiò, quia decebat Christum priùs pati &
mori, ac per passionem & mortem mereri hæc
opera mirabilia: quæ deinde per Apostolos ope-
ratus est.

Quartò, quia decebat Christum priùs resurge-
re, ascendere in celum, indeque mittere Spiritum
sanctum, qui tam mirabilia operaretur. Nā mun-
di conuersio fuit effectus, æque ac decus, orna-
mentum & coronis resurrectionis Christi, ascen-
sionis & missionis Spiritus sancti. Hanc causam
subdit Christus, dicens: *Quia ego ad Patrem vado.*

Discant hic à Christo Prælati, principes & Su-
periores minora & abiectiona sibi seruare, maiora
& speciosiora subditis relinquere. Sic enim lau-
dem humilitatis & subditorum gratiam, & po-
puli gloriam consequentur. Maiora enim facient
per subditos, quam per seipsos: quod enim subdi-
tus facit, hoc Superior per subditum censetur fa-
cere. S. Ignatius fundator Societatis nostræ, crea-
tor Generalis publicè catechizabat, socijs verò si-
bi subditis ampla concionum pulpita concede-
bat. Idem sanxit, ut Rectores Societatis, initio
Rectoratus sui publicè catechesin exerceant.

QUIA EGO AD PATREM VADO] q. d. Ego post
mortem adeptus victoriâ, de peccato, morte, dæ-
mone, mundo, & inferno triumphans, ad solium
Patris gloriosus conscendam, ac proinde maiora
per vos edam opera, quam ipse in hac vita lucas
adhuc ediderim. Tæpus humilitatis & abiectionis
meæ completus est, gloriam meam recipiam:
non est cur vulum meum abscondam in pauper-
tate & humilitate, sicut feci, quia locum dare vo-
lui passioni meæ & redemptioni hominum: at eâ
peractâ, mox gloriosus ad Patrem conscendam,
qui nomen meum toto orbe volet manifestari,
celebrari, coli & adorari per prædicationem Apo-
stolorum: quare per eos maiora operabitur, quam
per me in vita operatus sit. ita Cyrill. lib. 9. c. 41.
Toletus & alij.

VERS. 13. ET QUODCUMQUE PETIERITIS PATREM
(ita Roman. S. Chryso. Cyrillus, & alij, licet
Græca, Arabicus, & Syrus iam non habent 13)

PATREM] IN NOMINE MEO, HOC FACIAM: UT GLO-
RIFICETVR PATER IN FILIO] Hæc verba perti-
nent ad id quod præcessit: *Et maiora faciet; quia ego
ad Patrem vado.* Post fidem enim, de qua dixit
vers. præced. *Qui credit in me, maiora horum faciet,*
hic subnequit professionem fidei, siueque nominis
inuocationem, ac petitionem horum maiorum.
q. d. Ego quidē à vobis, o Apostoli, abeo vado quæ
ad Patrem, sed loco præsentia meæ relinquo &
do vobis inuocationem nominis mei, ut per eâ po-
suletis maiora hæc, & impetretis. Quare Chri-
stus hic suam diuinitatem, & eandem cum Patre
auctoritatem significat, ait Cyrillus: gloria enim
filij est, quod per eius inuocationem Pater Apo-
stolis concedat tam magna, imò maiora, quam
per Filiū, dum viueret, operatus est. Et sic Pater
in Filio, & Filius in Apostolis glorificatus est.

IN NOMINE MEO] Id est, inuocato nomine
meo, aut q. d. Si petatis per merita mea, per meâ
virtutem & fidem, uti facit Ecclesia, quæ omnes
orationes concludit dicens: *Per Dominum nostrum
Iesum Christum, &c.*

HOC FACIAM] Efficiam ut Pater vobis conce-
dat, imò ego in Patre, & cū Patre idipsum faciâ,
& vobis præstabo, ut omnis horum maiorum, quæ
operabimini, vis, virtus & gloria mihi ascribatur,
non vobis. Nam dum oratur Pater, oratur & Fi-
lius, ait Suarez l. 1. de Oratione in communi c. 9.
in fine. Aut certè, ut idem addit ibidem, Pater hic
sumitur essentialiter pro Deo & tota S. Trinitate,
ut sumitur cū oramus: *Pater noster qui es in calis*
& sic nomine Patris intelligitur quoque Filius &
Spiritus sanctus. Prius est germanus: quia Chri-
stus hic passim Patrem à se distinguit.

UT GLORIFICETVR PATER IN FILIO] Solet
Christus modestiæ causâ omnem suam gloriam
transcribere in Patrem, ceu ad primum fontem
& principium. Rursum hinc discere nō esse posse
da opera mira & miracula, nisi ad gloriam Dei,
siue cum gloria Dei illa fieri exigat & postulat.

SI QUID PETIERITIS ME IN NOMINE MEO,
HOC FACIAM] Arabicus, *faciam vobis quod volueri-
tis.* Quod Christus v. præcedenti dixit de Patre,
hic dicit de seipso, ut ostendat se eundem Deū
esse cum Patre, utpote qui se orantes exaudiat, &
faciat omnia quæ Pater. Vnde Cyrillus asserit
Christum hic significare suam diuinitatem. Non-
nulli censent idem profus hic dici, & confirmari
quod dixit vers. præced. Vnde Chryso. & Non-
nus hunc versum omittunt, sed legunt eum Sy-
rus, Arabicus, S. August. S. Cyrillus, Theophyl.
Euthym.

Meliùs Toletus & alij censent aliud hic dici:
illud enim vers. præced. *Et quodcumque petieritis
Patrem in nomine meo,* pertinere ad petitionem
maiorum, de quibus ipse dixerat, *Et maiora horum
faciet*; hoc verò versu Christum dicere se exaudi-
turum preces particulares, ut licet ad Patrem ab-
eat, sitque absens corpore; tamen semper spiritu
sit præsens, eorumque preces audiat, & eorum
necessitatibus succurrat, ut quidquid in nomine
eius, id est, per merita eius petant, hoc ipse eis fa-
ciat & largiatur. Objicit S. August. *Rogauit Paulus
ut discederet angelus satana, nec tamen accepit; sed vide
dictum esse, In nomine meo, quod est testis: quod enim
petimus contra salutem, non petimus in nomine Sal-
uatoris; quia saluator ei non erit, si, quod eius salutem
impe-*

VERS. 14.

impedit, feterit. Nouit medicus quid pro sua, quid contra suam salutem possit egrotus, & ideo contraria possent non facit voluntatem, ut faciat sanitatem, aliquando vero etiam quaedam eorum qua in nomine eius petimus, non tunc quando petimus facit, sed tamen facit: differuntur enim, non negantur.

VERS. 15. SI DILIGITIS ME, MANDATA MEA SERuate] Christus hic suis discipulis vltimum dicens vale, vltima dat monita, ea; tria de tribus praecipuis virtutibus Theologicis, scilicet de fide, spe & charitate conferuanda & exercenda. De fide, dicens v. 1. Creditis in Deum, & in me credite. De spe, dicens v. 3. Quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam. Petitio enim, siue oratio est actus spei. De charitate, dicens hic: Si diligitis me, mandata mea seruare, suntque haec tria inter se connexa. Fides enim parit spem, spes parit charitatem. Sensus ergo est, q. d. Si vultis obtinere haec mea promissa, & impetrare ea qua postulatis in nomine meo, vt ego ea vobis a Patre impetrem, imò per me enlargiar, me vestri adè amantem redamate, in dilectione mea perseuerate & crescite. Hoc autem facietis, si mandata mea, qua vobis dedi, obseruetis. q. d. Si mihi placere vultis, & per me omnia qua petitis obtinere, mandata mea seruare. ita Ribera, Toletus, Maldon. & alij. Christus ergo abiens monet suos vt persistent in sua fide, spe, dilectione, & obseruatione mandatorum. Si id fecerint, ingens promittit praemium, dicens:

VERS. 16. ET EGO ROGABO PATREM, ET ALIUM PARACLITVM DABIT VOBIS] q. d. Si perseueretis in mea dilectione, & mandatorum obseruatione, meis precibus vobis impetrabo Spiritum sanctum, quem in vos effundet Pater in Pentecoste, qui magna, imò maiora, per vos operabitur, quam ego operatus sim.

ET ROGABO] qua homo: Christus enim qua homo pro nobis orat, ait S. Aug.

ET ALIUM PARACLITVM] Alium, scilicet à me. Hinc patet quòd Christus quoque fuerit Apostolorum & fidelium Paraclitus, id est Primò, aduocatus, intercessor, orator, iuxta illud Pauli: Aduocatum habemus apud Deum Patrem, Iesum Christum, ait S. Aug. Secundò, exhortator, incitator, impulsor: Tertio, consolator, vt vertit Syrus, haec tria enim significat Graecum παρακλησις. Sed abiens Christus, misit alium Paraclitum, scilicet Spiritum sanctum, qui in his tribus Christo successit. Ipse enim Primò, est aduocatus fidelium, quia postulat pro nobis geminibus inenarrabilibus, Roman. 8. 26. Ipse pariter est noster exhortator & consolator; qua duo hic maxime spectat Christus. q. d. Ego huc vsque vos, o discipuli mei, docui, rexi, consolatus sum, ac proinde ob instantem meum discessum contristamini, sed animos erigite, & confidite: ego enim mei loco vobis submittam alium Paraclitum, qui vos non ad modicum tempus, vt ego, sed tota vita vestra, doceat, incitet, confortet & protegat. Vnde Euthymius sic exponit: Dabit vobis alium Paraclitum, id est, alium admonitorem ac praepceptorem in certaminibus virtutis, solatium ac subsidium in afflictionibus. Spiritus sanctus ergo est paraclitus, id est Primò, adhortator, excitator, impulsor, quia Apostolos excitabat ad ardua virtutum opera pro Dei gloria capellenda, vtque liberè euangelizarent toto orbe, non timentes tyrannos, tortores, eccu-

Paraclitus tria significat.

leos, ignes, imò ambientes mortem atrocissimam & martyrium pro Christo. Secundò, consolator, quia eos in aduersis, ærumnis, dubijs, tentationibus, consolabatur, & roborabat: nam Spiritus sanctus est, quasi ignis lucens & ardens, ideoque omnem animi caliginem, timorem & torporem dispellit. ita S. Chryl. & vt ait S. Bernard. ser. 2. de Pentecoste: Quos repleuerit, & spiritu seruare, & in veritate cognoscere facit. Et paulò antè: Paraclitus donat pignus salutis, scientiae lumen, & robur vitae, vt quod per naturam est impossibile, per eius gratiam fiat possibile, imò facile. Vide qua de Spiritu sancto dixi Act. 2. v. 1. & seq. & Isaia 11. v. 1. & seq. & alibi.

DABIT VOBIS] o Apostoli, proximam Pentecoste. Hinc S. Hier. q. 9. ad Hedibiam, refellit haeresim Montani, Priscillae & Maximillae, cuius sectator fuit Tertullianus, qui dicebant diu post Apostolos primò in Montanum haereticam Spiritum sanctum descendisse anno Domini 220. ideoque Montanum esse Paraclitum à Christo promissum. Vide S. Epiph. haeresi 48. & S. Aug. haeresi 26. & 86.

VT MANEAT VOBISCVM IN AETERNVM] Ex hac Christi promissione fit, vt Spiritus sanctus semper maneat in Ecclesia, ac fidelibus assistat, vt paraclitus, id est, consolator in afflictionibus, & impulsor ad quolibet, etiam heroica, virtutum opera. Obijcit S. Aug. Quomodo mandata seruabimus, vt eum accipiamus, quæ nisi habuerimus, mandata seruare non possumus? Respondet: Habet Spiritum sanctum, qui diligit, & habendo meretur vt plus habeat, & plus habendo plus diligit. Iam itaque Spiritum habebant discipuli, sed dandus eis erat amplius, habebant occultè, accepturi erant manifestè. Et Chryl. Purgat discipulis per passionem, & ad pericula agens, missis, oportebat Spiritum sanctum abundanter dari.

VERS. 17. SPIRITVS VERITATIS] Cur Spiritus sanctus dicitur spiritus veritatis? Respondet primò Cyrillus, quia ipse est Spiritus Filij, siue procedens per spirationem à Filio, cui appropriatur sapientia & veritas. iuxta illud vers. 6. Ego sum via, veritas & vita.

Secundò, quia Spiritus sanctus Iesum esse Deum, Deique Filium, Messiam & Saluatorem, mudo manifestauit. Hoc enim vrgebat hic Christus dicens v. 9. Philippe, qui videt me, videt & Patrem, & c. ego in Patre, & Pater in me est. ita S. Basiliius li. 2. de Spiritu sancto c. 18.

Tertio, Euthymius: Spiritus sanctus, ait, dicitur spiritus veritatis, id est, verissimus & praestantissimus, & opponitur angelo, animæ & vëto, qui spiritus sunt; sed analogicè & participatiuè, cum Spiritus sanctus per essentiam purissimus & potentissimus sit Spiritus.

Quarto, veritatis, quia dignus est fide ait Chrysostramus.

Quinto, alij veritatis, hoc est, noui Testamenti. Huic enim Spiritus sanctus referuatus est, vt pote spiritus libertatis & amoris, cum in veteri esset spiritus seruitutis & timoris.

Sextò & planissimè, Spiritus sanctus est spiritus veritatis, quia omnis veritatis est auctor, ac solus pura & integræ veritatis est doctor & largitor, qui docet nos omnes veritates ad salutem necessarias, liberatque ab omnibus erroribus. Sic enim explicat Christus dicens cap. 16. Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, ducet vos omnem veritatem.

VERS. 17. Spiritus sanctus est spiritus veritatis.

Secundò.

Tertio.

Quarto.

Quinto.

Sexto.

veritatem (sic Isaia 11. v. 2. idem Spiritus vocatur sapientie, consilij, pietatis, fortitudinis, quia nobis inspirat sapientiam, consilium, pietatem, fortitudinem) omnem, inquam, veritatem, sed maxime Euangelicam, qua triplex est, scilicet Prima, res ipsa Christi, cuiusque gratia per vmbra, ceremonias, & figuras veteris legis prefigurata & adumbrata. Secunda, promissionum omnium Dei complementum: has enim compleuit Christus, idque Apostolis ostendit Spiritus sanctus. Tertia, diuinarum rerum cognitio, in quantum illa ad salutem est necessaria.

Spiritus veritatis ergo opponitur spiritui malo mundi, qui mendax est, errans & fallax. Vnde subdit Christus: Quem mundus non potest accipere. Hinc S. August. lib. de Gratia noui Testamenti, docet Spiritum sanctum esse animam Ecclesiae, Spiritus sanctus, ait, est Pater & Filij amor & connectio, ad ipsum pertinet societas, qua efficiuntur vnum: corpus hominis multis constat membris, & vegetat omnia membra vna anima, faciens in oculo vt videat, in aure vt audiat, & sic in ceteris; ita Spiritus sanctus membra corporis Christi, quod est Ecclesia, continet & vegetat.

QVEM MVNDVS NON PÔTEST ACCIPERE] Mundus, id est, homines mundani, animales & carnales, qui cupiditatibus terrenis, scilicet vanis opibus, honoribus, delicijs inhiant, non sunt capaces Spiritus sancti, quia hic totus est caelestis, spiritalis, diuinus, qui docet terrena omnia vt vana contemnere, & caelestia vt vera & solida diligere & amplecti. Nam vt ait Apostolus Rom. 8. Prudentia carnis inimica est Deo. Vnde S. Basil. li. de Spiritu Sancto: Sicut, inquit, in speculo impurgato rerum imagines recipi videntur, nequeunt, sic homo illustrationem Spiritus sancti recipere non potest, nisi peccatum & carnis affectionem abiciat.

QVIA NON VIDET EVM NEC SCIT EVM] quia habet oculos mentis terrenos, carnis cupiditatibus oppletos & occæcatos. Vnde nec scit enim, id est, non cognoscit eum practicè, ita scilicet vt eum amet, cupiat, gustet & ambiat.

VOS AVTEM COGNOSCEtis EVM] (scientes eius vim, efficaciam, doctrinam, sanctitatem, vitam caelestem & diuinam:) QVIA APVD VOS MANEBIT, ET IN VOBIS ERIT] Ipse enim sua praesentia in vobis suam vim, gratiam, operationem diuinam exeret, quo fiet vt eum cognoscatis, cognitum amatis, amatum alijs aspiretis. Sicut sentitur vis piperis, si conteratur; item vis ignis latentis in ligno, dum per flammam in ingens incendium erumpit.

MANEBIT] Legit Interpres cum S. Augustino & Nonno, iam alio accentu legunt Graeca, Syra, Theophyl. & Euthym. manet, id est manet. Audi S. Bernardum serm. 20. inter paruos: Spiritus sanctus procedit, spirat, inhabitat, replet, glorificat. Procedere dicitur duobus modis, vnde, & quo. Vnde à Patre & Filio. Quo? ad creaturam. Procedendo praedestinat, spirando vocat quos praedestinavit; inhabitando iustificat quos vocauit; replendo accumulât meritis quos iustificauit; glorificandum dicitur praemij quos accumulauit meritis.

VERS. 18. NON RELINQVAM VOS ORPHANOS (me patre vestro orbatos & destitutos) VENIAM AD VOS] Quia Christus discipulos v. 13. vocauit filios, merito ait, Non relinqvam vos orphanos, id est, sine patre, quia, licet abeam à vobis ad Patrem,

Christum promittit se.

& alium Paraclitum vice mei vobis missurus sum; non tamen idcirco ego vos deseram, & orphanos relinqvam, sed vadens redibo, & veniam ad vos, fecit id Christus Primò & proprie, cum post resurrectionem corporaliter Apostolis apparuit, eosque docuit, solatus est, & exhilarauit. Ita S. August. & Euthymius. Secundò, fecit id in Pentecoste, cum visibiliter misit eis Spiritum sanctum in specie linguarum ignearum. Ita Cyrillus, Iansen. & alij. Tertio, fecit id inuisibiliter, cum è caelo spiritualiter eos saepe visitauit, eisque dona sua caelestia communicauit. Ita S. Chrylost. Quarto, facit id in die iudicij visibiliter, cum in iudicio Apostolos faciet sibi assessores, eosque secum cum triumpho in caelum deducet. Hæc magis explicabit Christus in sequent.

AD HVC MODICVM: ET MVNDVS ME IAM NON VIDET, VOS AVTEM VIDETIS ME] Ita legunt Roman. & Graeca, sed Syrus, S. August. Chrylost. Theophyl. Euthym. Toletus legunt, videbitis (Arabicis, vertit, videbitis) quia preterens hic de more ponitur pro futuro iam instanti & imminente. q. d. Modicum mihi tempus vitæ restat, scilicet paucè horè, post quas in cruce moriar, & subtrahar ab hac vita & saeculo; quare homines mundani amplius me non videbunt, vos autem, o discipuli, me videtis, id est videbitis, quia tertio die à morte resurgam, & me vobis videndum exhibebo. Ad litteram enim loquitur de visione sensibilis. Ita S. August. Toletus & alij.

Tropologicè, mundus sicut me non videbit oculo corporis, sic nec oculo mentis, quia non credit in me; nec cognoscet me esse Messiam Dei Filium; vos autem id ipsum claris cognoscetis per illustrationem Spiritus sancti, quem recipietis in Pentecoste. Ita Ribera.

Anagog. mundus me non videbit post diem iudicij gloriosè regnantem in caelo; vos autem sic me tunc videbitis, quia vos gloriae meae confortes efficiam. Ita S. Cyrill. Chrylost. & alij.

QVIA EGO VIVO ET VOS VIVETIS] q. d. Videbitis me, quia ego tertia die à morte resurgam, rursumque viuam; vos pariter viuetis, vt me rediuuium videre possitis, vtque meam mortem & resurrectionem toti mundo praedicare valeatis, q. d. ait Theophyl. Cum me rediuuium videritis, letabimini, & tanquam mortui reuiuiscetis apparitione mea, sicut Iacob audiens Ioseph viuere, quem putabat esse mortuum, quasi de graui somno euigilans reuixit. Gen. 45. 26. Rursum, vos viuetis plenius in die iudicij, quando per meam vitam & resurrectionem, vos ad eandem vitam beatam & gloriosam resuscitabo, vt mecum in omni felicitate & gloria, beati viuatis in caelo per omnem aeternitatem. Ita S. Aug. Cyrill. Chrylost. Euthym. Dicit in presenti, vivo, vt significet se illico à morte resurrecturum. Audi S. Aug. De presenti se dixit viuere, illos de futuro victuros: eius enim mox futura erat resurrectio, illorum autem in saeculi finem differenda: quia verò viuut ille, ideo & nos viuemus, per hominem quippe mors, & per hominem resurrectio mortuorum.

IN ILLO DIE VOS COGNOSCEtis, QVIA EGO SVM IN PATRE MEO ET VOS IN ME, ET EGO IN VOBIS] q. d. Postquam resurrexero, ac praesertim postquam ascendens in caelum miserim in vos Spiritum sanctum, per ipsius illustrationem claris & certis cognoscetis hæc tria: scilicet quòd

VERS. 19.

VERS. 20.

ego sum in Patre, per unitatem essentia diuina, quod scilicet sim verus Deus, Deiq; Patris Filius. Secundo, quod vos sitis in me per amorem, curam & custodiam, quod scilicet ego singulariter vos amem, eum custodiam. Addit subtiliter Cyrillus: quod, si in me per unionem substancia. Cum enim vestram carnem & substantiam assumpsi, totam naturam humanam mihi inuui, omnesque homines quasi mihi copulaui. Tertio, quod ego sim in vobis, vos scilicet per gratiam meam inhabitans, illuminans, & dirigens ad omne bonum, & ad vitam aeternam in celis. Vnde Interim. cognoscitis, inquit, quod ego sum in Patre, sicut radius in sole, vnum cu ipso: & vos in me, quasi palmites in vite; & ego in vobis, sicut vitis in palmite, vobis succum & vitam gratia iugiter instillans & influens. Addit S. Hilarius lib. 8. de Trinit. Christum esse in nobis quasi cibum in stomacho, per communicationem Eucharistia: & ille, inquit, in Patre per naturam diuinitatis, nos in eo per corporalem eius naturam; & ille rursus in nobis per Sacramenti mysterium: aut enim: Qui edidit carnem meam, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo.

VERS. 21. Qui habet mandata mea, et seruat ea, ille est qui diligit me, q. d. ait Glossa, Non solum vos Apostoli viuetis & cognoscetis, sed quicumque me diligit, ideoq; mandata mea custodit. Toletus hac accipit de fidelibus communibus, qui tempore Christi, preter Apostolos credebant in eum: hos enim hic ab eo moueri vt in sua fide, dilectione & obedientia perseuerent. Sic enim fore vt vicissim diligantur ab ipso, & a Patre, vtque eis se post resurrectionem manifestet, ostendens se a morte, resurrexisse rediuuum & gloriosum, vt fecit appendo, plusquam quingentis fratribus 1. Corinth. 15. v. 6. Hic sensus verus est, & oppositus, sed arctior: Christus enim loquitur, omnibus fidelibus cuiuscumque aui & temporis, sensus ergo est, q. d. Qui habet mandata mea, id est, qui precepta que a me audiuit, tenet memoria, animo & affectu, & seruat ea, vt ea opere exequatur; qui habet in memoria, & seruat in vita, ait S. August. qui habet in sermonibus, & seruat in operibus, qui habet audiendo, & seruat, sicut dicitur qui habet faciando, & seruat perseuerando, ille est qui diligit me; quia facit que mihi grata sunt & placent, que ego amo & cupio, que ego volo ab illo, que ego illi mandauit, & mando iuxta poena mea offensa, ira, vindicta & gehenna. Simili phrali & sensu dixit c. 5. 38. Et verbum eius non habetis in vobis manens. Nam, vt ait S. Greg. hom. 30. probatio dilectionis, exhibitio est operis: nunquam amor Dei est otiosus: operatur enim magna, si effusi vero operari renuit, amor non est.

Qui autem diligit me, diligitur a Patre meo, quia mandata mea sunt mandata Patris: ego enim illa a Patre accepi: quare qui illa seruat, reueretur & diligit Patrem, ac rem gratissimam illi prestat. Hinc eius amorem vicissim in se prolucit, vt amans Deum Patrem, ab eo redametur, & ad maiores gratias ab eo euahatur, maioraque ab eo beneficia recipiat: magnes enim amoris est amor. Vbi Nota. Non nos prius diligit Deus, sed Deus prior diligit nos, ideoque aspirat nobis gratiam, qua eum vicissim diligamus: quam si acceptemus, eumque diligere incipiamus, ipse rursus magis diligit nos, maioremque gratiam & charitatem nobis infunder.

A ET EGO DILIGAM EVM Non tantum qua Deus: sic enim eadem dilectione qua Pater diligam eum, sed etiam qua homo pergam eum diligere, & maioribus gratijs ac donis eum afficiam & cumulabo, tum in hac vita, tum in futura. Vnde S. Augustinus: Ad hoc diligam, ait, vt manifestem: nec enim tunc non diligebat; tunc ad hoc nos dilexit, vt credamus; tunc ad hoc vt videamus; tunc diligimus credendo quod videbimus, tunc diligemus videndo quod credidimus.

ET MANIFESTABO EI ME IPSVM tum in hac vita, per clariorem indies mei, meorumque mysteriorum & donorum cognitionem, no tantum speculationem, sed & practicam & experimentalem, qua Sancti gustant & sapiant Christum, quamque dulcis sit Dominus, ideoque in pios gratitudinis amoris, laudis & iubilationis affectus erumpunt, quales eructat Paulus 1. Corinth. 2. & alibi. ita Cyrill. tum clarissime in celo, vbi videbit per speciem Christum Deum & hominem, quem hic credidit per fidem. ita S. August. tract. 75.

DICIT EI IUDAS, NON ILLE ISCARIOTES (sed Thadeus frater S. Iacobi Minoris, auctori epistolae Canonica) DOMINE QUID FACTVM, id est, quid cause est? Est hebraismus: Hebraei enim dicunt *מה היתה לי* me haia, id est, quid fuit, id est, quae causa est, quia (quod) manifestaturus es nobis te ipsum, et non mundo? Dixisti enim: Mundus me iam non videt, vos autem videtis, id est, videtis, quae verba dixerat Christus de sua morte, resurrectione, & apparitione faciende Apostolis, non Iudaeis mundanis & incredulis; sed Iudas ea non intelligebat, ideoque illi verum non diligit. Causam querit, ait S. August. quare non se mundo, sed suis manifestaturus sit. Respondet autem Dominus, quia hi diligunt, illi vero non diligit. Vtetur Iudas voce manifestaturus, quia eadem immediate ante vsus fuerat Christus dicens: Manifestabo ei me ipsum. Hae ergo vox hae sit in mente Iudae, licet priora Christi dicta ipse respiciat.

RESPONDIT IESVS, ET DIXIT EI: SI QVIS DILIGIT ME, SERMONEM MEVM SERVABIT, ET AD PATER MEVS DILIGET EVM, ET AD EVM VENIEMVS, ET MANSIONEM APUD EVM FACIEMVS q. d. Ne putes, o Iuda, me post resurrectionem soli tibi, tuisque socijs Apostolis appariturum, quasi fructus meae vitae & passionis ad vos solos atctetur, totusque mundus ab eo excludatur: nam etsi solis vobis, & paucis alijs visibiliter sim appariturus, tamen inuisibiliter apparebo omnibus ijs in mundo existentibus, qui meam fidem & doctrinam per te, ceterosque Apostolos praedicandam susceperint; dilexerint & seruauerint. Quisquis enim diligit me, sermonem meum seruabit, & Pater meus diliget eum, & aquae ac vos dilexit, eo sensu & modo, quo explicui v. 21.

ET AD EVM VENIEMVS ego & Pater & consequenter Spiritus sanctus: vbi enim est vna persona diuina, ibi sunt ceterae duae. q. d. Esto ego post resurrectionem ad vos solos visibiliter sim venturus, tamen inuisibiliter per gratiam meam veniam ad omnes fideles, qui in me credant, & me meamque doctrinam diligunt & seruant, atque sicut ego veniam ad eos, sic veniet & Pater & Spiritus sanctus, vt in anima eius maneamus, & habitemus quasi in domo & templo nostro.

Nota.

Nota. Deus, qui vbi que est, ideoque immobilis, dicitur venire & manere, non per loci mutationem, sed per nouam operationem, quam hoc vel illo loco exercet. Sic hic dicitur venire ad fideles & iustos per gratiam, & nouam operationem, quia scilicet eos in iustitia conseruat, promouet, tuetur, & vna cum libero eorum arbitrio ipsum iuuans cooperatur: praenit enim eorum intellectum sua illuminatione, & voluntatem sua pia affectione; qua eam impellit ad opera bona, licet ardua, eique suae gratiae concursu ad eadem efficienda collaborat. ita S. August. Chrysof. Cyrill. & alij.

Audi S. August. *Dilectio Sanctos discernit a mundo, quae facit vnanimis habitare in domo, in qua facit Pater & Filius mansionem, qui dilectionem donant, quibus in fine donabunt suam manifestatione; veniunt ad nos, dum venimus ad eos; veniunt subueniendo, illuminando, implendo; venimus obediendo, inueniendo, sapiendo.*

Denique pie S. Bernard. serm. 3. de Aduentu: *Beatus, inquit, apud quem mansionem facies Domine Iesu. Beatus, in quo sapientia aedificat sibi domum excedens columnas septem; beata anima, quae sedes est sapientiae. Quamuis est illa: Anima vti que iusti. Merito plane, quia iustitia & iudicium preparatio sedis tuae. Quis in vobis fratres, qui desiderat in anima sua sedem parare Christo? Ecce quem illa se, ica, quae capere, quod puluinar oportet preparare iustitia & iudicium, inquit, preparatio sedis tuae. Iustitia virtus est, quod suum est vnicuique tribuens. Tribue ergo tribus quae sua sunt. Redde superiori, redde inferiori, redde aequali, cuius quod debes, & dignè celebra aduentum Christi, parans ei in iustitia sedem suam.*

Hinc discit Deum iusto non solum dare gratiam suam, sed etiam se ipsum, ita vt realiter Deus Pater, Filius & Spiritus sanctus in anima iusti, quasi in templo suo inhabitent, eamque sua praesentia ornament, suisque donis cumulent, vt fuse ostendi Olex. 1. v. 10. ad illa: *Dixerat eis, Filij Dei venientis.*

S. Trinitas venit ad tres anime potentias, quomodo? Tropologicè, S. Trinitas venit ad tres animae potentias, quas ad sui imaginem creauit, vt eas inhabitet, in eisque sui imaginem concupiscentijs deprauatam, reformet, renouet & perficiat. Patri appropriatur memoria, quia ipse ex secula memoria omnes res concipiens; produxit Verbum, genuitque Filium. Filio appropriatur intellectus, quia ipse per intellectionem genitus est, quasi verbum mentis, idea, imago & exemplar rerum omnium. Spiritui sancto appropriatur voluntas, quia ipse procedit per actum voluntatis, puta amoris Patris & Filij, quasi vtriusque amor & nexus. Pater ergo reformatur memoria, dum ex ea delet species rerum vanarum, turpium, illicitarum ac infert species rerum diuinarum, vt non recorderet nisi Dei, eiusque cultus, amoris, pietatis, ceterarumque virtutum. Filius reformatur intellectum, vt non cogitet nisi ea, quae sunt salutis & sanctitatis: Spiritus sanctus reformatur voluntatem, vt eadem amet & ambiat. Quocirca anima sancta iugiter cogitet se esse templum S. Trinitatis, iuxta illud 2. Cor. 6. *Vos estis templum Dei vivi, sicut dicit Deus (Leuit. 26. 12.) Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos, & erit illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus.* Ergo in conspectu tantae maiestatis dignè ambulet, vt ei iugiter seruiat fide, spe & charitate. In veteri templo tria erant vasa, altare ad Deo Cornel. in Ioannem.

A adolendum thymiana, candelabrum septem lucernis lucens, & mensa panum propositionis. Sit pariter in anima sancta altare orationis, sanctas laudes & pia desideria ad Deum exhalans, sit candelabrum septem donis Spiritus sancti prafulgens, sit denique mensa beneficentia & charitatis. Tunc in ea fiet illud Apocal. 21. 3. *Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis, & ipse populus eius erunt, & ipse Deus cum eis erit eorum Deus.* Vide S. Bernardum serm. 27. in Cant. vbi docet animam sanctam esse caelum, in quo coruscet sol charitatis, luna continentie, & astra ceterarum virtutum.

QVI NON DILIGIT ME, SERMONES MEOS NON SERVAT Causa ergo, cur quis Dei praecpta non seruat, est quod Deum non diligit. Si enim diligeret Deum, Dei iussa seruaret. Vnde S. Gregor. homil. 30. *Tantum, ait, quisque ad superno amore disiunguntur, quando inferius delectatur; de dilectione Dei ergo lingua, mens & vita requiratur.*

ET SERMONEM (sermo, est antiphrasis) QVEM AVDISTIS, NON EST MEVS; SED EIVS, QVI MISSIT ME, PATRIS Audi S. August. *Dicit singulariter & non sum, sed Pater, se intelligi volens, qui Pater est Verbum, imago & Filius: recte auctori tribuit quod facit aequalis, a quo habet hoc ipsum, quod illi est aequalis.* Et Chysof. *Significat se nihil extra Patrem loqui, nec preter id, quod illi videtur.*

HÆC LOCUTVS SVM VOBIS, APUD VOS MANENS, PARACLETVS AVTEM SPIRITVS SANCTVS, QVEM MITTET PATER IN NOMINE MEO, ILLE VOS DOCEBIT OMNIA, ET SVGGERET VOBIS OMNIA, QVÆCVMQVE DIXERO VOBIS Ita hæc dispungenda sunt cum Romanis, Graecis, Syris, Arabicis. Quare minus apte S. Chysof. *ad apud vos manens* (Arabicus, *apud vos manens*) refert ad *Id Paracletum*, q. d. Aveo, sed mei loco manebit apud vos Spiritus sanctus; referendum enim est ad Christum, qui praecellit, q. d. Hae quae huc vsque ex ore meo audistis, locutus sum vobis, dum apud vos manerem, vosque docerem: sed scio multa ex ijs a vobis non capi, nec intelligi: siue propter vestram ruditatem, siue propter rerum a me dictarum nouitatem & sublimitatem. Faciam ergo vt Pater mittat vobis Spiritum sanctum, quasi paraclitum, id est, instructorem & consolatorem, qui haec omnia, quae ego dixi vobis, in memoriam reducat & explicet, vt ab eo illustrati, omnia facile intelligatis, quique vos de meo habitu oestros consolabatur, & in quavis Iudaorum persecutione, aliisque quavis tribulatione solabitur & roborabit, vt eam superetis. Hic denique vos sanctificabit, adeoque faciet vt alios plurimos pari modo sanctificare valeatis. Vocatur enim ipse, & reuera est Spiritus sanctus, quia ipse est ipsa per essentiam increata & perfecta sanctitas, a qua omnis sanctitas hominum & angelorum, velut radius a sole emanat & profluit. Id Apostolis praestitisse Spiritum sanctum, pater Actor. c. 1. 2. & sequ. Audi Chrysof. *Frequenter enim Paracletum vocat, propter eorum tristitiam.* Et glossam: *Chm se consolari Trinitatis opus, ad Spiritum sanctum iamen pertinet, quia is in Scriptura vocatur, per quam nos Deus consolatur, nomine designatur.*

QVEM MITTET PATER IN NOMINE MEO Id est, per me, ait Cyrillus, quia Spiritus sanctus a Patre & Filio procedit: quare Pater cum Filio, *Quomodo Spiritus S. missus in nomine Filij,*

R r

vel

vel per Filium, vti spirat, sic & mittit Spiritum sanctum. Secundò, in nomine meo, id est propter me & merita mea. Tertio, in nomine meo, id est, pro me, meo loco, vt meum opus quod ego cepi, profequatur, vt mea negotia tractet; vt scilicet meam fidem, doctrinam, Ecclesiam per prædicationem Apostolorum disseminet per omnes gentes, ita Maldon. Toletus & alij.

ILLE VOS DOCEBIT OMNIA] quæ scilicet ad mysteria mei aduentus & incarnationis pertinent, quæ ad Ecclesiæ instructionem, fundamentum, stabilitatem, sunt necessaria. Audi Didymum lib. de Spiritu sancto: *Docebit omnia in Christi fide perfectos, spiritualia & intellectualia sacramenta; docebit autem, inuisibiliter menti diuinorum scientiam infundens.* Et Gregor. hom. 30. *Nisi Spiritus sanctus cordi adire audieris, otiosus est sermo doctoris: nemo ergo docerit homini erubuit, quod ex ore docentis intelligit: nisi intus sit qui doceat, doctoris lingua exterius in vacuum laborat.* Et August. *Non Filius sine Spiritu sancto dicit, nec docet sine Filio Spiritus sanctus, sed omnia dicit & docet Trinitas: sed nisi hæc sigillatim commendaretur, eam nullo modo humana caperet infirmitas.*

ET SUGGERET] Græcè *ὑπομνήσκει*, id est, in memoriam reuocabit. ita Arabicus, Cyrillus, August. Euthym. Vnde ex hoc loco notat S. August. externam vocem Apostoli, vel prædicatoris, non sufficere ad rei prædicatæ intellectum vel assensum, sed Spiritus sancti opus esse, qui mentem interius illuminet ad illa intelligenda, & voluntatem inclinât ad eadem amplectendum, ac memoriam confortet ad eadem retinendum. Idem docent omnes Doctores orthodoxi, ac Concil. Arauficanum, Milcuit. & Trident. Audi S. Augustinum: *Suggeret, id est commemorabit vos; pertinet enim ad gratiam etiam non obliuisci saluberrima monita.* Et Theoph. *Docuit Spiritus sanctus quæcumque non dixerat Christus, tanquam non valentibus portare; commemorauit autem quæ dixerat Dominus, sed obſcuritatis causa, vel intellectus tarditate, commendare memoria nequiuertunt.* Minus genuinè Interlinearis: *Docebit, ait, vt sciatis, suggeret vt velle: suggeret enim ad memoriam pertinet, vt recordemini, & recordando intelligatis.*

VERS. 27.

QVÆCVMQVE DIXERO VOBIS] Græcè *ἅπαντα*, id est dixi. ita Arabicus. Syrus verò vertit, *omnia*. PACEM RELINQVO VOBIS, PACEM MEAM (Arabicus, *meam propriam*, quæ ira mea est, vt mihi sit propria) DO VOBIS: NON QVOMODO MVNDVS DAT, EGO DO VOBIS] Hæc est Christi valedictio. Hebraei enim, cum quem aduenturum salutant, vel abeunt valedicunt, aiunt: *Pax tecum* vbi pacis nomine salutatione, & appreciationem omnium rerum prosperarum, omnis boni, omnis felicitatis significant. q. d. Christus: *Ego abiens vobis, ô Apostoli, vestrisque posteris do, & quasi hereditate relinquo meam benedictionem, qua vobis omne bonum à Deo apprecor, eamque non fallam, inanem & breuem, vt facit mundus, sed veram, solidam & æternam, non verbis adulando, vt faciunt mundani, sed re ipsa spondens, & dans opem & gratiam, quæ securè ad æterna bona pertingat, atque alios plures ad eadem vestra prædicatione, charitate, oratione & sanctitate perducatis.* Ita Maldon.

Pacem suis relinquit Christus ex hoc mundo discessurus.

Paulò aliter Iansenius & Toletus: Pax hæc, inquiunt, est illa, de qua Paulus Philip. 4. dicit,

Pax Dei, quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, & intelligentias vestras in Christo Iesu. Continet autem pax hæc Primò, amicitiam cum Deo: Secundò, tranquillitatem animi & serenitatem in tentationibus & persecutionibus: Tertio, mutuum inter ipsosmet concordiam. Hæc homines facit fortes in omni periculo, & in omni moleſtia adhibet consolationem: hæc Dominus relinquit suis, nõ diuitias, aut temporales possessiones, super omnes enim diuitias huius sæculi, pax eminet.

Audi S. August. de Verbis Domini sec. Ioan. *Non poterit ad hereditatem Domini pervenire, qui testamentum pacis noluerit observare, nec potest concordiam habere cum Christo, qui discors voluerit esse cum Christianis: pax est serenitas mentis, simplicitas cordis, amoris vinculum, consortium charitatis.*

Symbol. S. August. hic: *Pacem, ait, relinquit in hoc sæculo, in qua manentes hostem vincimus, pacem dehis in futuro, quando sine hoste regnabimus. Pax vobis ipse est, & cum credimus quia est, & cum videmus enim scimus est. Notandum verò, cum dicit Dabo, addidisse, Meam, pacem suam volens intelligi, qualem habet ipse, in quo nihil repugnat, quia nullum habet peccatum, pax verò quam nobis reliquit, nostra potius dicenda est, quam ipsius: talem habemus pacem nunc, in qua adhuc dicamus: Dimitte nobis debita nostra. Est & inter nos ipsos nobis pax, inuicem enim credimus & diligimus, sed nec ipsa plena est, quia cogitationes cordis inimicem non videmus. Possunt & Domini verba sic accipi, vt eiusdem sententia repetitio videatur.*

NON TURBETVR COR VESTRVM, NEQVE FORMIDET. AUDISTIS QVIA DIXI VOBIS: VADO, ET VENIO AD VOS.] Addit hoc Christus, quia videbat Apostolos propter suum abitum mœtos, timidos & pusillanimes ob odia Iudæorum, & prælia sibi imminencia, ait Chrysoſt. ne pastore absente lupus oves inuadat, ait S. August. Solatur ergo eos, erigitque dicendo: Nolite turbari, mœrere, angere, & formidare ob meum discessum, quasi sitis futuri oves sine pastore, filij sine patre, discipuli sine magistro, expositi Iudæorum iniurijs. Ego enim, vt dixi, vado quidem ad mortem, sed mox die tertia resurgam, tuncq; venio, id est, illico veniam, & redibo ad vos.

VERS. 28.

SI DILIGERETIS ME GAVDERETIS VTIQVE, QVIA VADO AD PATREM (Arabicus, *gauderetis vtiqve de progressu meo ad Patrem*) QVIA PATER MAIOR ME EST] Diligebant Apostoli Christum, ideoque de eius discessu tristabantur: cum ergo ait Christus: *Si diligeritis me*, loquitur communi hominum more, estque modus loquendi & solandi amicos, ob discessum amici mœrentis. q. d. Si, quod vera & sincera dilectio postulat, mihi exhiberetis, ô Apostoli, vobis gaudendum erât, non dolendum de meo abitu, cum mihi, imò & vobis, sit valdè utilis & commodus futurus. Vado enim ad Patrem, qui maior me est, id est, à consortio hominum vado ad Deum, ab humana miseria & contemptu vado ad diuinam felicitatem, exaltationem, honorem & gloriam, vt vobis locum parem, & ad eandem vos suo tempore assumam & traducam. Ita Cyrillus,

Audi S. August. *Gratulandum natura humane, ed quòd sic assumptus est à Verbo, vt immortalis constitueretur in celo, atque ita fieret terra sublimis, vt sederet ad dextram Patris, quis non suam naturam iam immortalem gratuletur in Christo, atque id se speret futurum esse per Christum?*

QVIA

QVIA PATER MAIOR ME EST] Hic erat Achilles Arrianorum, quo probant Filium non esse Deum, sed primam Dei creaturam. Verùm S. Athanas. S. August. Basil. Nazianz. ceterique Patres eis optimè respondent, Christum hîc loqui de se, non quæ Deus, sed quæ homo erat: sic enim erat Pater, imò angelis quoque minor. Id ita esse liquet ex eo, quòd Christus hîc det causam, cur ad Patrem vadat, *Quia, inquit, Pater maior est.* Atqui Christus vadit ad Patrem, quæ homo est conscendens in cælum: nam quæ Deus, semper est in cælo cum Patre. Vnde S. August. *Ergo, inquit, & ibat per id quòd vno loco erat, & manebat per id quòd ubiq; erat, id est, ibat per humanitatem, manebat, per deitatem.* Igitur quoad humanitatem, non quoad deitatem Pater erat illo maior. Simili modo Filius ipse, quæ Deus est, maior est seipso quæ homo est, æquè ac Pater: huic enim ipse *ipsa* est, & per omnia æqualis. Sensus ergo est q. d. Gaudendum vobis est, ô Apostoli, de meo discessu, quia vado ad Patrem, & ascendo in cælum, ad maiorem honorem & dignitatem, vt maiora à Patre mihi vobisque laboris & passionis meæ præmia impetrem, scilicet mihi scilicet ac dextram Patris, imperiumque totius mundi, adorationem omnium angelorum, conuersionem omnium gentium ad meam fidem & cultum; vobis verò Spiritum sanctum, omniaque eius dona, quibus armati totum mundum mihi vobisque subijciatis, ac vobiscum ad gloriam cælestem perducatis. Hæc enim, quæ longè maiora sunt, quam hæcenus vidistis & accepistis, vadens ad Patrem, ab eo postulabo & impetrabo.

Porrò nonnulli, vt Arrianis per omnia satisfaciunt, subtilius, sed intricatius respondent Patrem esse maiorem Filio, non tantum quæ homo, sed etiam quæ Deus est, quia nomen Patris apud homines naturam suam videtur honorificentius, quam nomen filij: pater enim est principium & causa filij. Maior ergo est Pater Filio, nõ magnitudine, non tempore, non virtute, non dignitate, non adoratione; sed ratione cuiusdam apud homines honoris, id est, ratione originis: quia Pater est origo filij; Filius verò non est origo Patris. Ita S. Athanas. serm. contra Arrian. S. Hilar. lib. 9. de Trin. S. Greg. Naz. in orat. 4. de Theol. Cyrill. li. 2. Theſauri. c. 3. Leontius, Chrysoſt. Theophyl. Euthym. hic. Licet à parte rei in diuinis filiatio, à qua dicitur filius, sit tam præstans, tam eminent, tam honorifica & honoranda, quam est paternitas in Patre; imò sicut Filius habet à Patre quòd sit Filius, sic vicissim Pater habet à Filio quòd sit Pater. Pater enim est qui habet filium: quare hîc origo passiva, quæ est in Filio, in se tã est digna & præstans, quam origo actiua, quæ est in Patre. Nam tantum est gigni Deum, quantum est gignere Deum, ideoque tantum esse Filium, quantum est esse Patrem. Denique uterque habet eandem prorsus in indiuiduo essentiam diuinam, ac prouide eandem maiestatem, eandem omnipotentiam, sapientiam, sanctitatem, &c. quare alter altero maior esse nequit. *Maior est, ait S. Hilar. donans donantis auctoritate, sed minor non est, cui vnum esse donatur.* Maior, intellige ex usu & æstimatione hominum, non Dei. Vnde Maldon. opinatur Hilarium & similes plus æquo concessisse Arrianis. Quare Damasc. lib. 1. de Fide c. 9. id corrigens ait: *Pater maior est, non natura, non dignitate, Cornelio in Ioannem.*

A sed tantum origine. Vide Suarez lib. 2. de Trin. c. 4. nec aliud, vt opinor, voluit S. Hilar.

Tertio, S. Chrysoſt. Leontius, Theophyl. Euthym. respondent Patrem maiorem esse Filio, non in se, sed in opinione hominum. Apostoli enim putabant Filium esse minorem Patre. Verùm hoc durum videtur: Christus enim veritatis magister debebat loqui ex veritate, & Apostolorum, quasi discipulorum suorum, errorem corrigere.

Porrò, analogia generationis diuinæ cum humana, quæ Arrianos fecellit, in multis dispar est & diuersa. In humanis enim pater maior est filio Primò, quia Filio est prior & lenior: Secundo, quia illo staturâ & quantitate est maior: grandis enim generat infantem parvulum: Tertio, quia producit naturam aliam & exilem, à sua numerice differentem, quam filio communicat, quare illo eiusque naturâ, vt pote cuius est author, est maior: Quarto, quia liberè generat filium: poterat enim non generare. At in diuinis prorsus alia est ratio; nam Pater Filio, nec atare nec staturâ est maior, sed coæquus, par & æqualis; nec aliam à sua deitatem generat, sed eandem, quam habet Filio communicat: nec liberè generat, sed ex naturali naturæ diuinæ fecunditate hunc Filium sibi æqualem producit, nec alium producere potest. Hæc enim deitatis fecunditas tam potest esse in Filio, quam in Patre, adeoque potest esse in tribus personis, ipsiq; totam se æqualiter communicat & infundit. Denique S. Cyrillus in Concil. Ephesino probat Patrem maiorem esse Christo quæ homo est, non quæ Deus, hæc ratione: *Hunc (nempe Filium) agnoscimus perinde atque Patrem, nec conuerti nec mutari posse, nullius rei imaginem, perfectum Filium, similem Patri, & ab eo solum, quia ingenuus sit, discrepantem. Nam est accurata & expressa Patris imago: atque constat imaginem plenè completi debere eas omnes res, quibus exemplar ipsum quod maius est, perfectius exprimitur, sicut ipse Dominus docuit, Pater maior me est.*

Cur Pater non sit Filio maior in Deo?

ET NVNC DIXI VOBIS PRAVSQVAM FIAT: VT, CVM FACTVM FVERIT, CREDATIS] q. d. Nunc meum discessum & mortem, indeque resurrectionem & reditum ad vos vobis prædico, nõ, vt mihi condoleatis, & vobis consulatis; sed vt, cum hæc ipsa re ipsa compleri videritis, credatis me hæc omnia præsciuisse & præordinasse, ac prouide mortè subisse non ex necessitate, sed libera voluntate, pro vestra mundi que salute, ideoque credatis me esse Messiam Dei filium, saluatorem mundi. Audi S. Augustinum: *Hæc est laus fidei, si quod creditur non videtur, sed ex rebus quæ videntur acquiruntur in nobis, vt ea credantur, quæ non videntur; vsuri erant discipuli post mortem viuentem, & ad Patrem ascendentem, eoque creditum Filium esse Dei, qui hoc posset facere & prædicere, antequam faceret: credituri autem fide, non nona, sed aucta: aut certe cum mortuus esset, desisset, eum resurrexisset, resurrexisset.*

VERS. 29.

IAM NON MVLTÀ LOQVAV VOBISCVM: VENIT ENIM PRINCEPS MVNDI HVIVS] q. d. Iam non est tempus plura loquendi, sed sermonem finio; quia princeps huius mundi diabolus cui se mundani homines subiecerunt, voluntate sua peccando, per suos satellites venit, id est, aduentat, vt me capiat & occidat. Dixit enim hoc Christus cum aduentarent satellites cum Iuda, missi à principibus ad ipsum comprehendendum.

VERS. 30.

ET (sed) IN ME NON HABET QUIDQVAM] q.d. Venit quidem ut me capiat, sed in me nil habet iuris, quia nihil in me inueniet peccati, propter quod Adamum & posteros eius mori fecit: quare iniuste mihi innocenti mortem inferret, idque ego patiar, ut morte mea iniusta eum iure suo spoliem, hominesque ab eius potestate & tyrannide eripiam. Ita Cyrillus & Chrysofost. Innocentia ergo Christi, mortisque innocentis nos omnes nocentes à noxia liberavit. Et hæc erat magna Christi consolatio, quam Apostolis hic ingerit. Aut, ut Maldon. q.d. Venit diabolus, ut me per Iudæos capiat & occidat, sed in me non habet quidquam, id est, non poterit me vincere aut perdere, vti sperat; licet enim moriturus sim, tamen id faciam non eius potentia & vi, sed mea voluntate & libertate, ut Patris voluntati satisfaciam. Pater ex sequent.

Porrò, S. Ambros. lib. de Fuga sæculi c. 4. & S. Hilari. lib. 9. de Trinit. legunt, in me inuenit nihil, scilicet quod suum sit, id est, nullum peccatum. Rursum ijdem legunt sic: In me non inuenit nihil, sicque explicant: In me non inuenit peccatum, quod est nihil.

VERS. 31.

SED UT COGNOSCAT MVNDVS QVIA DILIGO PATREM, ET SICVT MANDATVM DEDIT MIHI PATER, SIC FACIO] q.d. Moriar, non coactus à Iudæis dæmonis ministris, sed liberè, ut amoris & obedientiæ Patris satisfaciam. Ipse enim mihi mandauit ut mortem hanc capebam pro redemptione hominum, quare sic facio, & eam capesso. Ita S. Chrysofost. Cyrillus. Euthymius & alij.

Pater autem Christus in mandatum moriendi à Patre acceptum non implet:

Dices, Christus accepit mandatum à Patre patiendi, moriendi & agendi ea quæ agebat. Ergo non poterat velle contrarium, nec fuit liber, quia sic peccasset: Christus autem est impeccabilis duplici titulo, scilicet Primò, propter vnionem hypostaticam cum Verbo: Secundò, propter lumen gloriæ, quia videt Deum. Christus enim & Beati, quia clarè vident Deum esse bonum immensum, toti rapiuntur in eius amorem, ut nil possint amare aut velle, quod illi sit contrarium vel displiceat. Resp. vnionem hypostaticam cum Verbo fecisse Christum impeccabilem, eo quod Verbi officium erat humanitatem illam sibi hypostaticè vnitam custodire & præseruare, ut nullum peccatum admitteret, ne Verbum, siue Deus, sustentans illam humanitatem peccasse diceretur. Actiones enim sunt suppositorum, siue personarum. Verbum autem custodiuit humanitatem ne peccaret, non physicè prædeterminando voluntatem humanam Christi ad parendum mandato Patris, sed tantum sua gratia congrua assidue ita ipsam præueniendo, suauiterque dirigendo & impellendo, sicut ex præscientia futurorum conditionalium præsciebat, quod ipsa tali gratiæ consensura foret, ideoque semper Dei voluntati liberè se subderet, nec vel venialiter illum offenderet. Porrò lumen gloriæ necessitauit quidè Christum, quatenus ipse erat beatus, ut actu beatifico subderet se visè per hoc lumen Dei voluntati & decreto mortis; non tamen necessitauit eum, quatenus ipse erat viator, quia quæ viator habuit sciētiam infusam, vti nos habemus fidem, secundum quam liberè actum amoris & obedientiæ elicere poterat, vel non elicere pro arbitrio, vti nos liberè similes actus

elicimus. Elicuit ergo actum liberum, quo mandato Patris obediens, mortem crucis accepit, dicens: Ecce venio ut faciam Deum voluntatem tuam, psal. 39. 7. & Hebr. 10. 9. nec prior actus determinauit posteriorem, eò quod sint omnino disparati, & alterius ordinis: prior enim est actus beati, posterior est actus viatoris. Vide Scholasticos.

SVRGITE, EAMVS HINC] Hæc verba pendunt à præcedentibus, ijsque sunt connexa. q. d. Ut mundus cognoscat me diligere patrem, & mandatum eius de morte capeffenda vltro exequi, surgite, abeamus hinc ad hortum Gethsemani, vbi Iudas & Iudæi me expectant, ut capiant & occidant. Ita S. August. tract. 70. Hilari. lib. 9. de Trinit. Toletus & alij.

Minus rectè ergo Chrysofost. Euthymius & Ribera exponunt. q. d. Quia video vos, ò Apostoli, esse timidos & pusillanimes, ob Iudæos mihi imminentes & aduentantes, surgite ergo, & eamus in locum, vel in partem domus secretioream & tutiorem, vbi securius & quietius me cetera prosequentem audiatis.

Mythicè, Cyrillus lib. 10. c. 12. S. Greg. Nazian. orat. de amore pauperum, & S. Ambros. lib. de Bono mortis ca. 5. exponunt q. d. Surgite, id est, animum attollite à terra in cælum, ut mente versemini in cælestibus: sic enim omnem metum excludetis, nec mortem timebitis, sed ambitis, quasi per eam rectè ituri in cælum.

Quæres, an verè Christus surrexerit ex mensa, domoque exierit versus hortum Gethsemani, ac in via perrexerit loqui ea, quæ narrat Ioannes tribus capit. sequent. quibus finitis, transierit torrentem Cedron, & hortum ingressus sit, in quo orans à Iuda osculo proditus, & à Iudæis captus est, vti narrat Ioannes c. 18. v. 1. & seq. ? Affirmant Cyrill. August. Beda & Toletus, estque probabile. Probabilius tamen negant Ianlen. Maldon. & alij, qui censent Christum hic domo aut loco non exiisse, tum quia Ioannes id factum esse non narrat, tum quia in via eundo, Christus non potuisset commodè dicere ea quæ sequuntur, usque ad c. 18. ita ut Apostoli omnes, eum magno agmine sequentes, omnia illa audirent & intelligerent: tum quia Christum finito omni sermone tandem egressum esse asserit Ioan. c. 18. v. 1. Tum denique quia Matthæus c. 26. 30. & Marcus c. 14. 27. affirmant Christum domo egredientem non concionatum esse, sed hymnum cantasse. Dicit ergo: Surgite, quia verè è mensa Christus surrexit, & in pedes se erexit, iussisque Apostolis idem facere, ut secum abirent in Montem oliueti, vbi sciebat se capiendum; sed ut solent valedicentes chari & amici, qui ægrè suis, quos summè amant, extremum vale dicunt, & ægrè ab eis auelluntur sermonem abruptum resumere & prolongare; sic Christus stando nouum & longiorè sermonè hinc resumpsit, eumque protraxit à c. 15. seq. usque ad c. 18. 1. vbi sermonem finiens, abiit trans torrentem Cedron in Montem oliueti. Hic enim est mos amantium, dum sibi mutuo valedicunt. Sic Ouidius à suis abiturus in exilium, ita de se ægrè valedicente canit lib. 1. Tristium elegia 3.

Ter lumen tetigi, ter sum reuocatus, & ipse Indulgens animo, pes mihi tardus erat.

Sæpè vale dicto, rursus sum multa locutus,

Et quasi discedens oscula summa dedi.

Tropologicè, cum imminet res ardua à Deo decreta,

Periculis occurrentibus. decreta, vel à Superiore mandata, v.g. iter periculosum, mors, martyrium, generosè & alacres nos offeramus Deo in victimam charitatis & obedientiæ, & ob amorem Dei vltro periculo occurramus, dicentes cum Christo: Surgite, eamus.

Qui enim primum impetum timoris aucter ei occurrendo infringit, hic dimidium difficultatis vicit, & reliquum facile peruincet, vti quotidie experimur, iuxta illud:

Dimidium facti, qui bene cepit, habet.

CAPVT DECIMVMQVINTVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

PRIMò, Christus ait se esse vitem, nos palmites, ideoque nos in eo quasi palmites in vite manere debere, ut vinas & vinum spirituale proferamus. Secundò, v. 10, inculcat dilectionem Dei & proximi. Tertio, v. 20. prædicat mundi persecutiones, post mortem suam in Apostolos irruituras, eisque opponit vers. 26. Paraclitum à se mittendum.

1. EGO sum vitis vera: & Pater meus agricola est. 2. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum: & omnem qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat. 3. Iam vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis. 4. Manete in me: & ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in vite: sic nec vos, nisi in me manseritis. 5. Ego sum vitis, vos palmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere. 6. Si quis in me non manserit: mitretur foras sicut palmes, & arefcet; & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. 7. Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint: quodcumque volueritis petetis, & fiet vobis. 8. In hoc clarificatus est Pater meus, ut fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei discipuli. 9. Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. 10. Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea, sicut & ego Patris mei præcepta seruauit, & maneo in eius dilectione. 11. Hæc locutus sum vobis, ut gaudium meum in vobis sit, & gaudium vestrum impleatur. 12. Hoc est præceptum meum: ut diligatis inuicem sicut dilexi vos. 13. Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. 14. Vos amici mei estis, si feceritis, quæ ego præcipio vobis. 15. Iam non dicam vos seruos: quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Vos autem dixi amicos: quia omnia quæcumque audiui à Patre meo, nota feci vobis. 16. Non vos me elegistis: sed ego elegi vos, & posui vos ut eatis & fructum afferatis; & fructus vester maneat: ut quodcumque petieritis Patrè in nomine meo, det vobis. 17. Hæc mando vobis, ut diligatis inuicem. 18. Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit. 19. Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat, diligeret: quia verò de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. 20. Mementote sermonis mei, quem ego dixi vobis: Non est seruus maior domino suo. Si me persecuti sunt, & vos persequentur: si sermonem meum seruauerunt, & vestrum seruabunt. 21. Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum: quia nesciunt eum, qui misit me. 22. Si non venissem, & locutus fuisset eis, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo. 23. Qui me odit, & Patrem meum odit. 24. Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem & viderunt, & oderunt & me, & Patrem meum. 25. Sed ut adimpleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est: Quia odio habuerunt me gratis. 26. Cum autem venerit Paraclitus, quem ego mitam vobis à Patre spiritum veritatis, qui à Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me: 27. & vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis.

VERS. 1. Christus vitis vera.

E GO SVM VITIS VERA] Græcè est genuinus articulus, ἡ ἀμπελὶς ἡ ἀληθινὴ, id est, illa vitis illa vera, Syrus, ego sum vitis illa veritatis. Proponit hic Christus parabolam vitis & palmitum, hoc scopo & fine, ut ex ea Apostolos doceat debere manere in sua fide & dilectione, nec ab ea discedere, ob instantem passionem & mortem: sic enim fructum vitæ æternæ sibi & alijs allaturus. Hunc esse scopum & fructum parabolæ parat. in Ioannem.

tet ex præced. & seq. præsertim ex illo v. 9. Manete in dilectione mea.

Christus se comparat viti, non quæ Deus est, ut volebat Arrius, inde probans Filium esse Patre, utpote agricola, minorem, sed quæ homo: sic enim homines ei inferuntur, quasi palmites: hi enim cum vite sunt eiusdem naturæ & homogenei. Vnde S. Hilarius lib. 9. de Trinit. Idcirco, ait, Christus carnem assumpsit, ut illi quasi viti nos homines

mines carni, quasi palmites inseri possemus. Sed tamen caro Christi non haberet illam vim producendi palmites, id est, fideles & sanctos omnis generis, nisi ei coniuncta esset diuinitas, ideoque Cyrill. lib. 10. c. 13. ait Christum esse vitem ratione diuinitatis. Et S. Aug. tract. 81. *Quamuis Christus, ait, vitis non esset, nisi homo esset, tamen istam gratiam palmitibus non praberet, nisi Deus esset.*

Analogia Christi & vitis.

Prima.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Sexta.

Septima.

Octava.

Nonna.

Decima.

Vndecima.

Duodecima.

Vites assidue egere cultura.

Quæres, cur Christus potius viti se comparet, quam pomo, piro, nuci, alteriue arbori? Respon. S. Athanas. in Disput. contra Arrium, & ex eo Ribera, Tolerus, & alij, ob multas vitis dotes, quibus alijs arboribus præcellit, quæ optimè Christo conueniunt, nimirum Primò, propter fructuum copiam: est enim fecundissima inter omnes plântas: quod & David psal. 127. significauit, dicens: *Vxor tua sicut vitis abundans.* Secundò, propter suauitatem fructus, est enim dulcissimus & suauissimus. Tertio, propter vinum, quod ex eius fructu cõficitur, quod lætificat cor, multoq; parit effectus similes Christi aduentus fructibus. Quarto etiã, quia inter omnes plantas maximè ramos diffundit & expandit; vt cõsiderata trunci quantitate mirum in modum palmites extendat, in quo Ecclesiæ extensio significatur, de qua psal. 80. in figura illius populi dictum est, *Extendit palmites suos vsque ad mare, & vsque ad flumen propagines eius.*

Quintò, vitis habet flores odoratos & folia latissima, quibus vmbra facit; vnde ijs pira, potia, cerasa, pruna, alioq; fructus contegere, & mensæ inferre solemus. Folia Christi sunt gratiæ externæ loquendi, prædicandi, conuersandi, &c.

Sextò, vitii principatus peculiaris est Italic; vt eo omnium gentiũ bona vicisse videatur, ait Plinius li. 14. in proœmio. Sic pariter vitis: id est Ecclesiæ, principatum & Pontificatũ tenet Roma. Septimò, tanto potentiora sentiuntur vina, quanto propior fuerit vna terra; ait Plinius l. 17. c. 22. sic Christi potentiam sensimus, dum ad terram descendit, & ex ea carnem assumpsit.

Octauò, vetustioribus vitibus vinum melius, nouellis copiosius, ait Plinius li. 16. ca. 27. Rursum, vina nonnulla durant ducentos annos: tumq; que mellis asperi saporem habent, ait Plinius lib. 14. c. 4. Herbipoli Reuerendissimus D. Godefridus Episcopus gustandum mihi dedit vinũ centum annoru. Hinc illud: *Vino vetere vivere.* Sapientia enim est senum.

Nonò raphanus & laurus odore aut succi mixtura lædunt vitem, ait Plinius lib. 17. cap. 24. Idem lib. 20. r. 9. docet brassicam viti esse inimicam. Brassicam, ait, vitis fugit, aut si fugere non potest, moritur ex aduerso; arbor viti gratissima est populus, cui se alligat, & quasi maritat.

Decimò, nec est vlli ligno æternior materia, quam viti, ait Plinius lib. 14. c. 1.

Vndecimò, vitis sola bis parturit, eũ primũ emittit uam, iterum cum digerit, ait Plinius lib. 16. cap. 25. Rursum, vites nonnullæ sunt biferae, alia triferae.

Duodecimò, Cato de cultura vitium ita præcipit: *Quam altissimam vineam facio, alligatoq; recte, dum ne nimium constringat, &c.* quæ tuse recitat Plinius lib. 17. c. 22.

Denique, vites multiplici, magna & assidua egent cultura. Cportet enim eas fodere, plantare, statuminare, alligare, pascinare, ablaquare,

A stereorare, putare, defrondere, &c. Sic multa, magna, & cõtinua cura eget Ecclesia & anima sancta, quæ Christo quasi viti inseritur. Plures vitis dotes & analogias recensui Ezech. c. 15. v. 2.

Porro, propria & potissima causa sunt duæ, cur Christus hic comparauerit se viti, non piro, nuci, alteriue arbori. Prior est, quòd iam recenter Christus Eucharistiam instituerat, ac sub specie vini Apostolis sanguinem suum bibendum dederat, & fidelibus omnibus per omnia sæcula bibendum reliquerat, vt eo quasi musto in amore eius exardescerent, & tentationes omnes superarent. Quocirca cum paulò ante monuisset Christus Apostolos, vt in dilectione eius peristerent, etiam si viderent eum prodi à Iuda, capi, crucifigi & occidi, hinc iam idẽ hic inculcat per parabolam vitis. q. d. Sicut palme semper inhe-ret viti, nec villo frigore, vento, fulmine, ab ea se diuelli patitur, vt fructum ferat: sic & vos, ò Apostoli, in mea dilectione peristite, nec ob meam passionem & mortem à mea fide & amore desiscite: sic enim fructum insignem & copiosum proferetis.

Posterior causa est, quòd Christus iam ibat ad passionem, crucem & mortem, quam optimè representat vitis per suas vuas: sicut enim è calcata vna exprimitur vinum præstans & lapidum: sic è calcato Christo in torculari crucis, expressus est sanguis, quo redemptus est mundus. Alludit ergo Christus ad illud Genes. 49. 11. à Iacobo de se prædictum: *Ligans ad vineam pullum suum, & ad vitem, ò fili mi, asina suam. Lauabit in vino solam suam, & in sanguine vne pallii suum: pulchriores sunt oculi eius vino.* Vide ibi dicta. Hinc S. Hilarius lib. 9. de Trinit. *Ad consummanda, ait, passionis sacramenta exurgens, corpore assumptionis mysterium pandit, per quam & aquam viti palmites infusum.* Glossa quoque sic exponit, q. d. *Me præcedentem ad passionem debent sequi, quia ego sum vitis, id est caput vestrum, eiusdem nature & vobiscum.*

Vide S. Bernardum (si tamen ipse est auctor: nam stylus dissonat) tract. de Passione hoc titulo: *Ego sũ viti vera*, qui totus est de hac re, vbi inter alia cap. 1. ait: plantari solet vitis in terra, non seminari; translata de sua vite: sic vitis primò nata de vite est Christus, quasi Deus genitus de Deo, Filius de Patre; sed vt maiorem ferret fructum, plantatus est in terra, id est, in Virgine Maria conceptus. Deinde omnes condiciones vitis Christo adaptat. Vnde c. 2. agens de præcisione vitis: *Quomodo, ait, amputata fuit in Christo gloria? cultro ignominia: potentia? cultro abiectionis: voluptas? cultro doloris: dimittit? cultro paupertatis.* Cap. 3. agit de circumfessione vitis, docetq; simili modo Iudæos foueas insidiarum fodisse Christo, vt eũ caperent in sermone, sed eo illaeso, ipsoimet in fossas suas incidisse. Cap. 4. agit de vinculis vitis, eaq; applicat funibus, quibus ligatus fuit Christus, dum caperetur, & dum alligaretur columna, & flagellaretur, item coronæ spinæ, qua caput eius Iudæi vinxerunt; item clauis ferreis, quibus alligatus fuit cruci. Cap. 5. agit de cultura vitis. Cap. 6. de folijs vitis, quæ sunt latissima, per eaq; accipit verba Christi, præsertim septem vltima, quæ in cruce edidit: hæc enim quasi vmbra nos in omni tentatione, solantur, protegunt & tutantur.

Quæres, Secùdò, cur Christus dicatur vitis vera? Resp. Christus vti is vera.

Quæres, Cur? Resp.

Resp. Primò, Ribera, quia ipse simillimus est viti, ipsiq; verissimè cõpetunt omnes proprietates vitis. Secùdò, Euthym. *Vera, ait, hoc est quæ veritatis fructũ proferit.* Tertio, idem Euthym. *Vera, inquit, id est, eximia, spiritalis & incorruptibilis.*

Responsio.

Verũ dico Christum vocari *vitem veram*, quia verè habet naturam, indolem, proprietates & dotes vitis. Sicut enim vera vitis veros palmites & veras vuas prodegit: sic Christus veros fideles, verasq; virtutes progignit per suam gratiam, quam eis velut succum viniferum instillat. Sic igitur ipse dicitur *vera vitis*, non corporalis, sed spiritalis. Vera ergo vitis opponitur viti falsæ & fallaci, quæ speciem habet vitis, sed nõ naturam, quæque non vuas, sed labruetas, nec vinum sed omphacium proferit: quales sunt vites Sodomæ, quæ exterius proferunt vuas in speciem pulchras, sed vbi eas attingis, in fauillam resoluuntur, & in fumum abeunt & evanescent, teste Iosepho li. 2. de Bello ca. 5. Tales vites quoque fũere Iudæi à Deo ad idola & vitia descendentes, de quibus Deut. 32. 31. dicitur: *De vinea Sodomorum vinea eorum, & de suburbanis Gomorrhæ: vna eorum, vna sellis & vna amarissimi, sed draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile.*

Secundò, Christus est vitis vera, græcè, *ὁ ἀληθὴν*, id est, *illa vera*, id est, verissima, singularis, perfecta, eximia, cui ceteræ vites omnes comparatæ non sunt veræ vites, sed vmbra vitium. Sic dicitur Christus lux vera, vita vera, panis verus, quia lucet, viuificat, nutrit magis quam vlla corporea lux, vita & panis. Vide dicta ca. 1. 9. Christus ergo est vitis electa: hebr. *foret*, id est, singularis & præstantissima, de qua Itaias c. 5. v. 2. quæ ramos suæ fidei & Ecclesiæ propagauit per totum orbem, ac vbiq; producit vuas, id est, agmina Martyrum, Virginum, Confessorum & Sanctorum omnium, iuxta illud Zachar. 9. 17. *Quid enim bonum eius est, & quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?*

Alludit Christus ad illud de se à Siracide 250. annis atq; prædictum: *Ego quasi vitis fructificauit suauitate odoris: & flores mei fructus honoris & honestatis, Eccli. 24. 23. vide ibi dicta.* Et ad illud Davidis pl. 79. 21. *Plantasti radices eius, & impleuit terram; operuit montes vmbra eius, & arbuta eius cedros Dei: extendit palmites suos vsque ad mare.*

ET PATER MEVS AGRICOLA, id est, viticola, est] qui scilicet me quasi vitem plantauit in terra, meosq; palmites, id est, Apostolos ceterosq; fideles, excolit, inutiles resecano, viles purgandò, vt fructum maiorem afferat, vt sequitur. Ager ergo hic non solum agrum seminis, sed & vineam, hortum, pratium, & quidquid camporu est complectitur. Audi S. Aug. de Verbis Domini secundum Ioan. ser. 59. *Colimus Deum adorando, non arando; & colit nos Deus meliores reddendo: extirpat enim verbo suo mala semina de cordibus nostris; aperit cor nostrum tanquam aratro sermonis; plantat semina præceptorum, expectat fructum pietatis.*

Obijciebant Arriani: Vitis & agricola sunt diuersæ naturæ; ergo cum agricola sit Deus Pater, vitis sit Christus; nequit Christum esse vitem quoad humanam naturam à se assumptam, & sic diuersa esse naturæ ab agricola, id est, Deo Patre. Rursum, est demus Christum esse vitem, etiam quæ Deus est, nil concludit argumentum,

Nam in comparatione simillium, nõ identitas vel similitudo natura, sed id in quo ponitur similitudo, spectandum est. Similia enim communiter sunt diuersa & dissimilis naturæ, sed comparantur in dote aliqua, in qua conueniunt & assimilantur viti & agricolæ, non in identitate nature, sed in similitudine palmitum & fructuum, scilicet vuarum quas proferunt. Porro Filius quoq; & Spiritus sanctus est agricola huius vitis, sed Christus de more soli Patri id attribuit, quia Pater est origo Filij & Spiritus sancti, ac principium diuinitatis, vt ait Dionysius de Diuin. nomini. Ita S. Aug.

OMNEM PALMITEM] Christus de vite nil dicit, sed de palmitibus; quia Christus qui est vitis, sibi sufficit, discipuli autem multo egent auxilio & cõtura Dei, ait Chrysostr. sed & Christi mentem Deus assidue illustrationibus & impulsibus excolbat, & incitabat ad opera heroica.

OMNEM PALMITEM IN ME NON FERENTEM FRUCTVM, TOLLET EVM: ET OMNEM QUI FERT FRUCTVM, PURGABIT EVM, VT FRUCTVM PLUS APPERAT] q. d. Omnem fidelem, siue Christianum, qui per fidem & baptismum mihi quasi palme viti insertus est, si non ferat fructum bonorum operum, Deus Pater tollet eum, id est, velut infrugiferum & inutilem palmitem abscindet à vite, tum separando eum occultè à communione spiritus & gratiæ Christi, publicè etiam separando eum à Christo per excommunicationem aut permissionem lapsus in heresim: tum in morte separando eum à Christi Sanctorumq; confortio: eum verò qui fert fructum purgabit à luxurie frondium, à vermibus, omniq; noxa, id est, ab amore vanitatum & sordium huius mundi, vt fructum plus afferat. Loquitur Christus primò & proximè Apostolis, deinde ceteris fidelibus. Sic enim Deus Pater paulò ante separauit Iudam proditorem à Christo & Apostolis, cogens eum egredi ex eorum domo & familia: Petrum verò alioq; Apostolos purgavit à nimio amore huius vitæ ac timore Iudæorum, quo periclitum dum comprehenderetur, vel negarunt, vel fugerunt, quando in Pentecoste misit in eos Spiritum sanctum, qui omnem hunc amorem & timorem resecauit, vt Dei amore pleni Iudæorum manus & minas non timerent. Ita S. Aug. Chrysostr. Cyrill. Addit Cyrillus aliam expositionem, vt palme infructuosus sit populus Iudæorum, qui propter infidelitatem suam excisus est, palme autem fructuosus sint fideles, tam ex Iudæis quam ex Gentibus, quos purgat Pater, sed diuersimodè: nam Iudæis Mosaicæ legis ruditas tollitur, Gentibus impuritas morum, & idololatricæ voluntas.

Sed hic sensus scopo Christi non congruit. Loquitur enim de fidelibus dütaxat: quare Iudæi non possunt dici palmites in Christo manentes. Porro falx vel culter, quo Deus palmites, id est fideles purgat, Primò, est sermo Dei. Vnde de eo subdit v. 3. *Iam vos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis.* Sermo enim Dei docet, incitatq; vt mentem à sordibus expurgemus. Secundò, sunt tribulationes, afflictiones, persecutiones, paupertas, fames, &c. hæ enim nos ab amore mundi auocant, & ad Deum confugere compellunt. Ita Cyrill. Audi S. Gregorium lib. 7. epist. 32. *Palme fructuosus purgari dicuntur:*

VERS. 2.

Falx Dei prima est verbum Dei

Secunda, afflictiones.

quia per disciplinam reciditur, ut ad uberiorem gratiam perducatur. Sic enim spicarum grana tribula acriter arida & paleis nudantur. Sic olivæ p[er] pressuram olei pinguedinem desunt. Sic borri vincarum rursi calibus, in unum liquefunt.

Tertia, increpationis.

Tertio, sunt illustrationes, terrores, increpationes, quas Deus mentibus fidelium immittit, ut ex eis f[er]menta viduor[um] & expurget & resecat. Sic ad Deo increpitus fuit S. Hieronymus, iund vapulavit, quod studiosius Ciceronem, quam S. Scripturam lectitaret. Audi e[um] epist. 22. ad Eustochium: Raptus in spiritu ad tribunal Iudicis pertrahor ubi tantum luminis, & tantum erat ex circumstantium claritate fulgoris, ut proiectus in terram sursum asp[er]ere non audeam. Interrogatus de condicione Christianum me esse respondi, Es ille qui p[ro]sp[er]abat. M[er]itis aut, Ciceronianus es, non Christianus. Vbi v[er]um thesaurus tuus tibi & cor tuum. Illud obmutui & inter verbera (nam cæci me iusserat) conscientia magis igne torquebar, illud mecum versiculum reputans: In inferno autem quis confitebitur tibi? Clamare autem coepi, & eiulans dicere: Miserere mei, Domine, miserere mei. Hæc vox inter flagella resonabat, &c. Et mox: Ludentes scætor me habuisse scapulis, plagas sensitse post somnum, & tanto debinc studio divina legisse, quanto non ante mortalia legeram. Sic S. Catharina Senensis ob leuem in oratione distractionem, acriter à Christo reprehensa; aded erubuit, ut diceret malle se coram toto mundo confundi; quam similem castigationem & confusionem iterum subire. Simile de se refert S. Brigida in suis Reuelat. Hinc patet necessitas æquæ ac vis & integritas bonorum operum, nec sufficere solam fidem ad salutem; uti volunt hæretici. Hunc enim fructum requirit hic Christus, quem nisi inueniat, minatur cuiuslibet palmiti, id est, cuiuslibet fidei, præcisionem à vite, id est, damnationem æternam. Quare errabant Begardi & Beguinae, dicentes viros perfectos non obligari ad bona opera, quos p[ro]inde damnat Clemens V. in Conc. Viennensi, ut patet in Clement. Ad nostrum. de hæret. Ac contra eos Christus vrget e[um] in me. q. d. Indignum est, ut aliquis fidelis manens in me, nullum charitatis & virtutis fructum ferat, sed sit iners & otiosus; cum ego qui sum Sanctus Sanctorum, Deiq[ue] Filius, tot assidue proferam, adeoque tota vita mea non sit aliud quam labor in euangelizando, ac crux & martirium in patiendo.

S. Catharina Senensis ob leuem in oratione distractionem à Christo reprehenditur.

Patet Secundò, errare Lutherum, dum ait omnia fidelium opera esse peccata, eò quod ex innata concupiscentia emanent, nec fiant in charitate perfecta: si enim hoc verum esset, Christus ea non requireret, nec ea vocaret fructum, sed potius damnaret ut venenum. Vide Conc. Trident. sess. 6. can. 25.

Patet Tertio, errare pariter Lutherum, dum ait per quodlibet peccatum mortale fidem amitti: quod damnat Tridentinum ibid. can. 28. Nam Christus loquitur hic de fidelibus, qui in se manent per fidem, nec habent fructum charitatis. Habet ergo talis fidem, sed non charitatem.

VERS. 3.

IAM VOS MVNDI ESTIS PROPTER SERMONEM QVEM LOCVTVS SVM VOBIS] Ecce hæc est falx, quæ Deus Pater suos Apostolos *καθαίρει*, id est, purgat & mundat, ut sint *κατὰ πόλιν*, id est, puri & mundi, scilicet sermo Christi. Nam, ut ait Paulus Hebr. 4. *Vivus est sermo Dei & efficax, & penetrans*

bilior omni gladio accipiti, & penetrans usque ad divisionem animæ & spiritus, compagum quoq[ue] ac medullarum. Sensus ergo est, q. d. Sermo meus id est, doctrina mea, quam vos docui, vobisque persuasi, ut illi credatis & obediat, hæc est falx, quæ vos purgavit ab errore & vitijs, volq[ue] mundos, sanctos, Deoque gratos effecit.

Loquitur Christus proprie de sermone post ultimam cœnam, qui proximè præcessit c. 13. & 14. nã, ut rectè aduertit Toletus, hic sermo ignij corda discipulorum iam in Christo fructum ferentia, & per gratiam & dilectionem ac fidem vnita purgavit, ut plus afferrent fructus; purgavit autem à multis imperfectiõibus, tum illustrando & docendo, tum increpando & admonendo, tum instruendo, tum demum affligendo: nam dolore & timore eos affecit, quibus eorum fides aucta est, & dilectio feruentior, & spes robustior est effecta.

Hoc enim Christi sermone Apostoli purgati sunt ab ignorantia quadam: nam Petrus nesciebat, quòd Iesus vaderet; Thomas ignorabat viam, Iudas alter Patrem videre querebat: hæc ignorantias resecurit Dominus. Purgati sunt etiam à vana quadam confidentia: nam Petro eorum primo dictum est: *Tu me negabis*. Purgati sunt à carnali quodam affectu; quia nimirum intenti & addicti erant præsentia sensibili Christi, temper ea frui cupientes: iam autem audiunt Dominum abire ad Patrem, eosque remansuros. Purgantur à pusillanimitate, quæ recedente Christo iam ferè de sua salute desperabant. Multæ aliæ erant imperfectiões quas Dominus à suis discipulis resecurit hac nocte cœnæ.

Porro quarit S. Aug. tract. 80. *Quare non dicitur iam vos mundi estis propter baptismum quo loti estis, sed, propter verbum? & respondet: Quia etiam in aqua baptismi verbum Dei est quod mundat: detrahe verbum, & quid est aqua nisi aqua? Accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentum.*

Sed hac responsione, iuxta ea quæ dixi, non est opus. Nam non loquitur Christus de munditie per baptismum vel Eucharistiam accepta, sed de ea quam Apostolis sermo Christi iam dictus contulit: ille enim leues imperfectiões post baptismum & Eucharistiam in Apostolis remanentes purgavit & sustulit. Vnde notat S. Aug. aitque: *Iam vos mundi estis, mundi scilicet atque mundandis; neque enim nisi mundi essent, fructum ferre potuissent, & tamen omnem qui fert fructum purgat agricola, ut fructum plus afferat.*

MANETE IN ME, ut in vite palmites, non aridi & infrugiferi per solam fidem, sed ut frugiferi & viui per charitatem & studium bonorum operum; ET EGO IN VOBIS] Hæc particula partim est promissio Christi, q. d. Si maneatis in me per fidem charitate formatam, vobis promitto quod ego vicissim manebo in vobis, sicut vitis manet in palmitibus per continuum influxum, ut eis vitale alimentum succumq[ue] ad vvas gignendum subministrat. Simili enim modo ego vobis Spiritum gratiæ subministrabo, ad producenda bona charitatis & virtutum opera. Ita S. Aug. Beda & Euthym. Partim est præceptum, q. d. Curate ut vos in me maneatis, & ego vicissim maneam in vobis, quia sine me nihil potestis facere. Hoc autem curabit, si maneatis in mea dilectione: sic enim efficietis vt ego vicissim

VERS. 4.

in

in vobis maneam per meam gratiam, ac continuo spiritum meum in vos immittam & influam, quo in vita spiritali vegetemini & crescatis, ac spiritalia opera edere pergatis. Ita Toletus, Ribera & alij. Audi S. Gregorium in Opusc. in exposit. 6. psal. pœnitentialis, in illis verbis: *Sustinet anima mea in verbo eius, ita ait: Vbi manendum est nisi in Christo? desipient domus, palatia corrunt, destruentur civitates ab imis sedibus, turres euellentur, cælum & terra transibunt, verbum autem Domini manet in æternum: maneamus ergo in eo, qui manet in æternum.*

Hæc est conclusio Christi, quæ discipulos hortatur, ut in ipso, ipsiusq[ue] doctrina & dilectione perseverent, quæ deinceps probat se prem rationibus. Prima ratio est, quod sine ipso nil boni & salutiferi possint facere. Secunda, v. 5. quod si in ipso maneant, multum fructum proferent. Tertia, v. 6. ex pœna, quia in ipso nõ maneant, arefcent, & in ignem gehennæ mittentur. Quarta, v. 7. quia si in ipso maneant, impetrabunt à Deo quicquid postulabunt. Quinta, v. 8. quod hoc modo valde glorificabunt Deum, eiusq[ue] gloriam per totum orbem promouebunt. Sexta, v. 9. quia ipse continuè & misericè dilexit eos: par ergo est ut ipsi vicissim eum diligant, & in eius dilectione perseverent. Septima, v. 11. quod per hoc sint futuri in perenni gaudio. Audi primam:

SICVT PALMES NON PÔTEST FERRE FRUCTVM A SEMETIPSO, NISI MANSERIT IN VITE: SIC ET VOS, NISI IN ME MANSERITIS] q. d. Sicut palmes à vite haurit vitam & succum ad producendum vvas, sic & vos à me hauritis vitam gratiæ & spiritum ad producendum bona opera, quæ mereantur vitam æternam. Ex hoc loco ergo patet hominem non à se, suisq[ue] naturæ viribus, non etiam exterius ab homine docente vel suadente, sed ab interna Christi gratia, partim actu præueniente, partim habituali, haurire vim producendi bona opera, præsertim supernaturalia, ac vim per illa merendi augmentum gratiæ & gloriæ: quia palmes nil habet à se, sed omnem succum, inefficentiam, & vim producendi vvas haurit à vite. Ita desinit, & sic hunc locum explicat Concil. Trident. sess. 6. cap. 16. eausamq[ue] subdit: *Cum enim ille ipse Christus Iesus tanquam caput in membra, & tanquam vitis in palmites, in ipsos iustificatis ingret virtutem influat, quæ virtus bona eorum opera semper antecedit, comitatur & subsequitur, & sine qua nullo pacto Deo gratia & meritoria esse possent; nihil ipsis iustificatis amplius deesse credendum est, quo minus plenè illis quidem operibus, quæ in Deo sunt facta, diuine legi pro huius vite statu satisfecisse, & vitam æternam suo etiam tempore, si tamen in gratia de-*

Homo ex interna Christi gratia haurit vim producendi bona opera.

das vvas trahit, fugitq[ue] à vite, sic & fidelis à gratia Christi haurit omnem succum, vim & vigorem ad producendum opera supernaturalia, sed dissimilitudo est in eo, quod homo, cum sit rationalis, gratiæ cooperetur, idq[ue] liberè: quod non facit palmes in vite, cum sit stipes irrationalis; nam à libera hominis cooperatione habet opus bonum quod sit liberum & humanum, sicut ab influxu gratiæ habet quod sit opus supernaturale, Deo dignum & gratum.

Secundò, nego antecedens: nam palmitem, præter vigorem, & succum, quem à vite accipit, etiam natura sua aliquid ad vvas producendas cooperari, patet ex eo, quod, si alius palmes non frugifer, aut alterius fructus frugiferi, v. g. palmes pomi, piri, cerasi, intereretur viti, nihil produceret, vel certè produceret poma, pira, cerasa, non vvas; quod ergo producat vvas, habet ab hoc palmitè vitifero.

Fateor tamen ipsam cooperationem liberi arbitrij esse etiam à gratia, hoc sensu, quod nisi liberum arbitrium à gratia præuentum esset, eleuatum, roboratum, & incitatum ad cooperationem, & nisi gratiam adiutricem & cooperantem haberet, non posset ei cooperari, aut quidquam facere: de quo mox plura. Et hæc est secunda ratio, qua Christus stimulat Apostolos, ut in se maneant.

EGO SVM VITIS, VOS PALMITES: QVI MANET IN ME, ET EGO IN EO, id est, qui ita manet in me, ut ego etiam maneam in eo, hoc est, qui manet in me, non per solam fidem, sed per fidem charitate formatam, ita ut ego vicissim eum redamem, meoq[ue] spiritu imbuiam, HIC FERRE FRUCTVM MVLTVM] bonorum operum & meritorum, quibus augmentum gratiæ & gloriæ continuè promeretur. Hinc Concil. Mileuitanum & Arausic. damnat Pelagianos dicentes: *A Deo habemus quod homines sumus, sed à nobis quod iusti sumus: quos August. tract. 21. vocat non assertores, sed præcipitatores liberi arbitrij, & aduersus eos ita concludit: Qui à semetipso se ferre fructum existimant, in vite non est; qui in vite non est, in Christo non est; qui in Christo non est, Christianus non est.*

VERS. 5.

QVIA SINE ME (non tantum generali & naturali, sed & speciali ac supernaturali gratiæ auxilio præueniente & concurrente) NIHIL PÔTESTIS FACERE] nihil scilicet fructus, qui sit fructus vitis, id est Christi, vel gratiæ, vti præcessit, hoc est, nihil vita æterna aut gratia dignum & meritorium (quod vix & vinum, qui est liquor præstans, representant) vti volebant Pelagiani, qui censebant opera bona & meritoria posse absolute fieri per liberum arbitrium, facilius tamen per gratiam. Verum Christus non ait, *Difficilius, sed, nihil potestis sine me facere.* Audi Concil. Arausican. cap. 7. *Qui dixerit nos posse bonum aliquid, quod ad salutem pertinet vite æternæ per naturæ vigorem cogitare aut eligere, aut Euangelij prædicationi credere absque illuminatione & inspiratione Spiritus sancti, qui dat omnibus iuuantem in consentiendo & credendo veritati, hæretico fallitur spiritu, non intelligens vocem Dei in Euangelio dicentis: Sine me nihil potestis. Et quomodo hoc intelligat, videtur exponere cap. 9. dicens: *Diuini est munus, cum & rectè cogitamus, & pedes nostros à falsitate & iniustitia venemus: quoriet enim bona agimus, Deus in vobis, atque nobiscum**

Sine Deo nil possumus.

cum ut operemur operatur. Non enim ait Christus: Sine me nihil facile, aut nihil magnum potestis facere; sed simpliciter nihil, nec magnum, nec paruum, nec facile, nec difficile potestis facere. vti rectè aduertit S. August. hic tract. 81, & lib. 1. de Gratia Christi c. 29.

Porro ineptè Caluinus per *id nihil* putat tolli cooperationem liberi arbitrij, cum *id nihil* potius eandem statuatur. Nam si nihil boni supernaturalis operari possumus sine Christo, eiusque gratia; ergo cum illa aliquid operari possumus. Vnde Apostolus: *Abiudicantiis omnibus illis laborant*, inquit, *non ego* (solus meis viribus) *sed gratia Dei mecum*, 1. Corinth. 1. 5. 10. Sic sine concursu Dei generali & naturali nil possumus facere, cum eo tamen possumus multa, vt ambulare, loqui, fabricare, &c.

Perperam denique ex hac Christi gnomet *Sine me nihil potestis facere*, inferunt Catholici nonnulli: Ergo omnia infidelium (qui carent fide & gratia Christi) opera sunt peccata; nam *id nihil* refertur ad opera gratiæ Christi, non naturæ: hæc ergo naturalia possunt facere infideles, vt honorare parentes, pascere esurientes, benefacere proximis, non autem illa quæ sunt gratiæ Christi, siue quæ sunt frugifera ad promerendam vitam æternam. Inter gratiam enim & peccatum medium est natura, siue opus naturaliter honestum, quod nec peccatum est, nec gratiæ opus.

Vos PALMITES] Notat Cyrillus nos Christo quasi palmites viti iungi & inharere, tum spiritaliter per fidem, spem & charitatem; tum corporaliter, vt vitis sit Christi humanitas, cuius nos sumus palmites propter identitatem naturæ humanæ, præsertim in Eucharistia, in qua Christo non tantum vt palmites viti, sed etiam vt cerâ liquefacta, alteri ceræ liquaræ iungimur & permiscemur. Vnde sicut de Eucharistia, dixit Christus c. 6. *Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, non habebitis vitam in vobis*: sic hic de vite & palmitibus ait v. 6. *Si quis in me non manserit, mittetur foras, sicut palmes, & arefcet*, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. Et Ierem. c. 2. *Ego te plantavi vineam electam omni semine verum; quomodo ergo mihi conuersa es in prauum vinea aliena?* Christus ergo dicitur vitis vera, hebr. *אֵץ נֶחְמָן*, id est fidelis, vera sincera, quia suos palmites nunquam deserit, nec influxu suo destituit, sed eis iugiter succum viuosum instillat, vt veras viuas, vinumq; charitatis, gratiæ & gloriæ producant. Dicit enim hoc Christus Apostolis, ob instantem sibi mortem timidis & diffidentibus. q. d. Estò iam pariat & moriar; tamen mox resurgam, nec vos, ô Apostoli, deseram, sed quasi vitis vos vt palmites meos serabo, fouebo, viuificabo, vt viuas virtutum producat. Nolite ergo timere, nec fugere, & à me desciscere, quia sic vobis ipsis meam gratiam & vitam spiritalem adimētis, quam conferuabitis & augebitis, si in mea fide & dilectione constantis persistēritis. Sicut enim palmes non potest viuere nec crescere, sine influxu vitis, quæ omnem succum vitalem ei subministrat; sic nec iustus potest in gratia viuere & crescere, sine influxu meritorum Christi.

VERS. 6.

SI QVIS IN ME NON MANSERIT (per fidem charitate formatam) MITTETUR FORAS Sicut PALMES (inutilis & infrugifer) ET ARESCET, ET COLLIGENT EUM, ET IN IGNEM MITTENT, ET

Nos quasi palmites Christo iungimur.

ARDET] id est ardebit, vt verit Arabicus. q. d. Sicut palmes inutilis à vite rescatur, & foras extra vineam projicitur, vbi omnino arefcit & in fasciculos colligitur, ac in ignem mittitur, illicoque ardet: sic pariter fidelis, qui in me per fidem & charitatem non manet, post mortem mittetur foras, id est, separabitur ab Ecclesia & populo fideli, qui sunt membra Christi, vbi prorsus arefcet, id est, omni bono gratiæ succo priuabitur, ac à demonibus cum alijs reprobis colligitur, & quasi in fasciculos colligabitur, vt in ignem gehennæ mittatur, ibique illico ardeat in perpetuum. Iam singula verba singulas continent pœnas, ideoq; seorsim expendenda sunt.

Prima ergo pœna est, quod mittetur foras, id est à Christo, à Deo, à celo, à consortio angelorum & Sanctorum separabitur.

Secunda, quod arefcet: peccatores enim in hac vita sæpè retinent fidem & spem, sæpè gratiæ illuminationes & impulsus diuinos ad penitendum sentiunt, crebrò à concionatoribus, magistris, socijs, &c. monentur vt vitam emendent, sæpè opera moraliter bona faciunt. Manent enim in Christo quasi in vite, à quo humorem aliquem bonitatis sugunt. At post hanc vitam à Christo separati, nil humoris, nil gratiæ à Christo sugere queunt, sed omnia Dei dona eis auferuntur, Lucæ 19. 26. vt ad nihil sint apti, nisi vt fiant folles & fomenta gehennæ.

Tertia, colligent eum, quo significatur reprobos in fascies colligandos, vt in ignem præcipitentur, à quo nunquam se liberare poterunt, iuxta parabolum. Matth. 13. 41. simul significatur ligandam in eis fore voluntatem, rationem & libertatem arbitrij, vt deinceps nil boni velle aut facere possint.

Quarta, in ignem mittent, scilicet in gehennam ardentem igne & sulphure, vbi fumus tormentorum ascendit in sæcula sæculorum, vti ex Ilaia ait Ioannes Apocal. 14. 11.

Quinta, ardet, id est, illico & iugiter ardebit in perpetuum. Vnde S. August. tract. 81. *Ligna vite præcisæ, ait, nullis agricolarum vsibus prosunt, nullis fabrilibus operibus deputantur. Vnum de duobus palmis congruit, aut vitis aut ignis: si in vno non est, in vno erit.* Est hoc tertium Christi argumentum, quo discipulos hortatur, vt in ipso maneant. Sequitur quartum petitum à præmio.

SI MANSERITIS IN ME (id est, si perseveraueritis in mea dilectione & gratia) ET VERBA MEA IN VOBIS (in vestra memoria, vt assidue eorum recordemini, & voluntate, vt ea diligatis, & operatione, vt iussa mea perpetim exequamini) MANSERINT: QVODCVMQVE VOLVERITIS, PETETIS, ET BIET VOBIS] quia nihil petetis, nisi iuxta voluntatem meam, & iuxta formulam petendi à me præscriptam, Matth. 6. v. 9. nimirum nihil petetis, nisi quod scietis Deo gratum fore, ac ad Dei gloriam vestramque & proximorum salutem pertinere, quia manentes in Iesu (id est, Saluatore) non possunt velle, nisi quod est salutis, ait S. August. Palmes enim in vite existens, si quid petere posset, nil aliud peteret, nisi conferuari in vite, & eius influxu viuas producere: sic iusti petunt in Christi gratia conferuari, & bona opera efficere, illudque impetrant. Si enim quid carnale, vitiosum, inonestum,

Pœna eorum qui in Christo vite non manent.

VERS. 7.

nestum, noxium aut inutile & superuacaneum peterent, peterent id quod Christo ingratum, ab eoque vitium est, ideoque illum offenderent, quare nec in eo manerent, nec impetrarent quæ petunt. Vnde S. August. ad verba eius, inquit, pertinere oratio, quam nos docuit (Matth. 6. 9.) ab huius verbis & sensibus non recedamus petitionibus nostris, & quidquid petimus fiet nobis.

VERS. 8.

IN HOC CLARIFICAVS EST (hoc est, mox post mortem meam & aduentum Spiritus sancti clarificabitur, id est glorificabitur) PATER MEVS, VT FRVCTVM PLVRIMVM AFFERATIS, ET EFFICIAMINI MEI DISCIPVLI] Est hoc quintum Christi argumentum, quo impellit discipulos, vt in ipso, eiusque dilectione maneant, quod scilicet hoc celsurum sit ad magnam Dei gloriam. q. d. Manete in me, meaque dilectione, quia per hoc clarificabitur, id est glorificabitur Deus Pater, nimirum vt, id est sic: sic c. 17. 3. ait: *Hæc est vita æterna, vt id est, si cognoscant te solum Deum verum* in me manendo plurimum fructum afferatis, nimirum ingentem animarum messem, & totius mundi conuersionem, itaque efficiamini mei discipuli, scilicet perfecti & eximij: iam enim erant Christi discipuli, sed nouitij & imperfecti. q. d. Glorificabit Deum Patrem, si in me manentes meam fidem toto orbe prædicetis: quod facietis, si in mea doctrina & disciplina persistatis, crescatis & perficiamini: sic enim tolletis idololatriam omnium gentium, & vnus Dei cultum per veram sanctitatem vbique inducetis, quæ ingens erit diaboli ignominia & Dei gloria; tum quia Deus adorabitur, non diabolus, tum quia conuersio Gentium erit opus non vestrum, sed Dei, qui sua gratia id efficiet. A quo enim faciemus fructum, nisi ab illo, cuius misericordia præuenit nos: ait S. August.

VERS. 9.

Rursum, & efficiamini mei discipuli, hoc est, mei imitatores, in zelo & prædicatione Euangelij, ac animarum per totum mundum conuersione. Est catachresis: discipulus enim ponitur pro imitatore, quia discipuli est imitari magistrum: ita perfectè Christum prædicantem vique ad mortem imitari sunt Apostoli, dum pro Euangelio vitam impenderunt vique ad mortem & martyrium.

Sicut dilexit me Pater, et ego dilexi MEA] Est sexta ratio, qua Christus incitat discipulos, vt in ipso eiusque fide & charitate persistant. *Id sicut* non æqualitatem dilectionis, sed similitudinem significat. Longè magis enim Pater diligit Christum, quam Christus diligat nos. Sensus ergo est, q. d. Sicut Deus Pater me hominem sine vllis meis meritis, gratis præ alijs omnibus dilexit, & euexit ad hypostasim Verbi, vt fierem Dei Filius, mundi saluator & redemptor, ideoque vitis non vinifera, sed saluifera: sic simili modo ego vos præ alijs hominibus gratis, sine vestris meritis dilexi, & euexi ad apostolatū, vt mihi proxime inseramini quasi palmites viti, ac ego per vos non tantum vestram, sed & multorum, imò omnium Gentium salutem operer. Curate ergo vt in hac mea dilectione maneatis, hoc autem curabit me diligentes, mea mandata seruantes: sic enim merebimini vicissim à me solidò more diligere, & beneficijs iam dictis assidue à me augeri, ita S. August. Chryl. & Cyrill.

Alium quoque sensum affert Cy. illus, q. d. Sicut dilexit me Pater, dans potestatem eiiciens diæmones, & patrandi miracula: sic & ego dilexi vos communicando vobis eandem potestatem. Hoc verum est, sed partiale, non totale, nec Dei Christi que dilectioni adæquatam. Et Euthymius, q. d. Sicut Pater dilexit me facientem voluntatem suam, sic & ego dilexi vos facientes voluntatem meam.

Nota hic Christi prædestinationem, electionem, dilectionem & gratiam esse medium, finem & exemplar nostræ prædestinationis, dilectionis, electionis & gratiæ. Vnde S. August. de Prædest. Sanct. c. 15. *Ea gratia, ait, si ab initio fidei sue homo quicumque Christianus, qua gratia homo ille ab initio suo factus est Christus: de ipso spiritu & hic remansit, de quo est ille natus, eodem spiritu fit in nobis remissio peccatorum, quo spiritu factum est vt nullum haberet ille peccatum.* Vide dicta Rom. 1. v. 4.

MANETE IN DILECTIONE MEA] Mea, actiua, quæ scilicet ego vos diligo. q. d. Curate vt ego semper vos diligam. Magna enim res est diligi à Christo, & magnarum gratiarum origo & causa. Rupertus tamen dilectionem Christi hæc accipit passiuam. q. d. Manete in dilectione mea, pergite me diligere. Hoc quoque appositum est, non propriè & directè, sed consequenter. q. d. Curate vt vos diligam: hoc autem curabit, si me diligere pergatis; ego enim diligentes me diligo; quare sicut Pater assidue me diligit, ideoque per me tot miracula & salutem mundi operatur, facitque me coli & adorari quasi Deum: sic & ego vos assidue diligo, ideoque tot beneficijs, donis, & gratijs Apostolicis orno & cumulare pergote curate ergo vt in hac mea dilectione & gratia conferuamini: sic enim donorum dictorum augmentum in dies à me percipietis. Modicam ergo vestram dilectionem mihi exhibete, sic maiorem longè meam erga vos dilectionem experiemini. Vide hic, quàm præstans, eximia & diuina virtus sit amor & dilectio: *Fidem, ait Climacus gradu 30. vt solis radium, spem vt lumen, charitatem vt plenum orbem seu circulum contemphor.* Et inferius, *Charitas, ait, ex natura sua qualitatis est similitudo Dei, quantum morales assequi possunt: secundum efficaciam autem, est quedam ebrietas animæ: secundum proprietatem denique, est fons fidei, aquæ ac patientis animi profundum, pelagus humilitatis.*

SI PRÆCEPTA MEA SERVAVERITIS, MANEBITIS IN DILECTIONE MEA] q. d. Si me amare, & mea iussa seruare pergatis, manebitis in mea gratia, fauore & dilectione, vt ego vicissim vos amare, & gratijs meis cumulare pergam,

Sicut et ego Patris mei præcepta seruavi, et maneo in eius dilectione] q. d. Sicut ego Patris iussis obedire pergō, ideoque eius gratiam & dilectionem erga me conferuo. Audi S. August. *Præcedit dilectio obseruationem præceptorum: vnde enim præcepta seruet, non habet qui non diligit, quod ergo hic ait, ostendit non vnde dilectio generetur, sed vnde monstretur, vt nemo se fallat dicendo, quod cum diligit, si eius præcepta non seruet, quemquam hoc ad dilectionem, qua nos diligit, referendum est, vt sensus sit: Ex hoc scietis quod in dilectione, qua vos diligo, manetis, si mea præcepta seruatis: non enim vt nos diligit, prius præcepta seruamus, sed nisi nos diligit, seruare non possumus; hæc est gratia quæ humilibus patet, superbis latet.*

Prior

VERS. 10.

VERS. 11.

Prior ergo est dilectio Dei, quæ causat in nobis dilectionem & obsecrationem mandatorum, quæ vicin efficit ut dilectio Dei erga nos conferretur & perseveret, sicut ignis ligna accendit & ignit, & ab eorum ignitione contrahatur & durat.

VERS. 12. HÆC LOCUTVS SVM VOBIS, VT GAVDIVM MEVM IN VOBIS SIT, ET GAVDIVM VESTRVM IMPLEATUR. Est hæc septima & vltima Christi ratio, qua suadet ut maneat in sua fide & charitate: si enim id fecerint, maximo gaudio afficiunt tum Christum, tum seipsos.

Gaudium Christi quod resp. primò. Quæres, quodnam sit hoc gaudium? Primò, Iansenius c. 131. Concordia sic exponit, q. d. Hæc vobis dixi, ut in vobis semper sit gaudium simile gaudio quod est in me, qui gaudeo quod à Patre diligor, ita vos mandata mea obsecrate, ut semper à Patre meo diligamini, & gaudeatis, & hoc vestrum gaudium impleatur per meam resurrectionem ac missionem Spiritus sancti, ac deinceps cum maiora Dei erga vos amoris indicia videritis, quod planè implebitur in æterna felicitate. Simili enim modo ait Christus c. 17. Hæc loquor in mundo, ut habeat gaudium meum impletum in semetipsis.

Secundò. Secundò, S. Cyrill. li. 10. c. 21. & ex eo Ribera sic exponit, q. d. Hæc locutus sum vobis, ut gaudeatis ijs rebus, quibus ego gaudeo, scilicet laboribus & periculis pro hominum salute susceptis.

Tertiò. Tertiò, Chrysost. hom. 76. Hæc ait, locutus sum, ne à me discedatis, & à gaudio quod habuistis, ex eo quod mei discipuli eratis, decidatis, ne à cursu desistatis, sed in finem vsque hæc lætitia perduret: q. d. Etsi incidat tristitia, hæc auferam, ut ad finem veniat gaudium.

Quartò. Quartò, S. August. tract. 83. exponit de gaudio, quod Deus habuit ab æterno de nostra gratia & salute. q. d. Hæc locutus sum vobis, ut id in quo ab æterno ego gauisus sum, sit in vobis, nempe gratia & salus: gaudium vestrum autem, quod habetis de meo consorcio, impleatur, paulatim proficiendo vsque ad æternam beatitudinem. Audi S. August. Quod est gaudium nostrum quod dicit implendum, nisi eius habere consortium? gaudium quidem ipse perfectum de nobis habebat, quando nos proficiendo & p. ad destinando gaudebat, sed illud gaudium in nobis non erat, quia nec nos eramus, cepit autem esse, quando vocavit nos: inchoatur in fide renouentium, implebitur in fide resurgentium.

Quinto. Quintò, alij censent idem esse gaudium meum & vestrum. Gaudium enim discipulorum subiectiuè, quia ijs quasi subiectis inerat, q. d. Hæc locutus sum vobis, ut afferam & efficiam in vobis gaudium spirituale & cælestè, quod est meum, meique amore & sequela: idem quoque est vestrum, quia vos gaudebitis, illudque implebitur sensum in hac vita, & plenè in futura.

Sextò & planissimè: gaudium duplex hic præmio discipulis offert Christus; primum, est suum; secundum, est discipulorum, q. d. Hæc locutus sum vobis, ut vos ea facientes gaudio me afficiatis: gaudent enim patres & magistri, cum vident filios & discipulos dictis suis obedientes probè se gerere; & hoc significat id gaudium meum in vobis sit, id est, de vobis sit, ut scilicet propter vos mihi morigeros ego gaudeam. Vnde S. August. Quid est, inquit, gaudium Christi in vobis, nisi quo dignatur gaudere de vobis? Secundum gaudium est discipulorum, de quo ait: Et gaudium vestrum

A impleatur: gaudium hoc erat, quo discipuli gaudebant de Christo, quòd eius essent discipuli & sequaces. Sicut enim Christus gaudebat de ijs quasi bonis discipulis, sic vicissim ipsi gaudebant de Christo, quasi cælesti & optimo parente ac magistro. Respicit enim Christus ad parabolam vitis & palmitum, cui explicationem, quasi post parabolam subiunxit, dicens v. 4. Manete in me, & ego in vobis, q. d. Sicut vitis, si gaudere possit, gauderet de palmitibus sibi inhærentibus & uvas producentibus; ac vicissim palmites gauderent, quòd viti inhærentes ex ea sugerent succum ad producendum uvas: sic pariter si vos, o discipuli, in me, quasi in vite per amorem manseritis, & ego vicissim mansero in vobis per assiduum gratia & Spiritus influxum, ad producendum bona opera, & ego gaudebo de vobis mihi inhærentibus, & vos gaudebitis de me, quòd ex me hauriatis gratiam & spiritum ad conuertendum omnes gentes, quod gaudium sensum hic implebitur, sed planè consummabitur in æterna gloria, tam vestra, quàm Gentium à vobis conuersarum. Ira Maldonatus, Toletus & alij.

Denique posset id in vobis simpliciter ut sonat, accipi, q. d. Hæc locutus sum vobis, ut gaudium meum, quo gaudeo de Dei gloria & totius mundi salute per me peragenda, in vos quasi Apostolos & cooperatores meos transfunderem, utq; gaudium hoc crescente labore & fructu vestro crescat pariter, donec impleatur tum in hac vita, tum magis in futura: sic enim gaudium meum sit vestrum: bonum enim meum est vestrum, sicut bonum vitis est bonum palmitum.

Hic sensus videtur simplicissimus, ideoque genuinus: nam id ut gaudium meum in vobis sit, perinde est ac si dicat, Ut gaudium n. eum in vos deriuetur, vobis communicetur, itaq; fiat vestrum. Vnde perficiens subdit: Et gaudium vestrum impleatur, q. d. Ut gaudium meum quod vobis ceepi communicare, fecique vestrum, compleatur, fiatque plenum & perfectum: inpleri enim nequit, nisi illud idem quod inchoatum & inceptum est. Et sic se explicat Christus c. 17. Ut habeant gaudium meum impletum in semetipsis.

Præclare S. Bernardus epist. 114. Et reuera, inquit, illud verum & solum est gaudium quod non de creatura, sed de creatore concipitur: & quod cum possideris, nemo tollet a te. Cui comparata omni aliunde inmunditas, mæror est, omnis suauitas, dolor est; omne dulce, amarum; omne decorum, sordidum; omne postremò, quodcumq; aliud delictare possit, molestum. Idem alibi: Certum ait, inhabitantis in anima Spiritus sancti signum est, spiritalis lætitia, & iuge mentis in Deo suo gaudium. Mens enim in Deo exultans & iubilans, ex Deo inhabitante exultat & iubilat.

HOC EST PRÆCEPTVM MEVM, VT DILIGATIS INVICEM (Arabicus, ut dilgat alter vestrum alterum) SICVT DILEXI VOS] Græcè est geminus articulus ad emphasim ἢ ἐν τῶν ἑμῶν, id est hoc præceptum hoc meum. Refert hæc partim ad id si præcepta mea seraueritis, partim ad id in dilectione mea, quod est scopus totius parabolæ à principio capitis huc vsque. Sensus ergo est q. d. Iussi vobis ut præcepta mea seruetis, inter quæ præcipuum esse scitote hoc, ut diligatis inuicem sicut dilexi vos. Rursus iussi dicens: Manete in dilectione mea, id est, pergitte me diligere, in eoq; perseverate: illud autem facietis, si diligatis inuicem, ac in proximos vestros beneficia & officia charitatis conferatis. Mihi enim nihil conferre potestis, sed quod proximis contuleritis, ego mihi quasi omnium parenti collatum existimabo. Vnde vocat hoc præceptum meum: alludit enim ad illud c. 13. v. 34. Mandatum nouum do vobis, ut diligatis inuicem, sicut dilexi vos, ubi fusè illud explicui. Nam quod hic vocat meum, ibi vocat nouum. Hoc enim præceptum dat Christianis: hos enim repræsentabant Apostoli: voluit enim Christus per Apostolos eorumq; posterio conuertere totum mundum, hoc enim erat eius, utpote Saluatoris, officium, ad quod à Patre in mundum erat missus. Iubet ergo ut ex sui amore amet & procurent omnium gentium salutem, ac pro ea omnes labores & labores impendant, omnia pericula subeant, omnes persecutiones sustineant, ac denique sanguinem profundant, & mortem subeant. Sic enim ipse dilexit eos ceterosque homines, ut pro eis vitam impenderit, mortemq; crucis sustinuerit. Porò hoc præceptum in primis concernit Apostolos, quia eis iubet Christus ut se inuicem singulari amore diligant, & se mutuo iuuent: tum quia ipsi inter se & cum Christo erant coniunctissimi, utpote Christi Apostoli, tum quia Christus per ipsos munus suæ legationis & prædicationis in toto orbe obiturus & perfecturus erat. Quare ad hoc quique alteri cooperari & opitulari debebat: vnio enim hæc, & mutua cooperatio plurimum efficacissima est ad omnes difficultates superandas, & ad gentes quolibet quantumuis barbaras conuertendum, uti hodie in Religiosis & Religiosis, virisq; Apostolicis inter se vnitus experimur, iuxta illud Proverb. 18. 19. Frater qui adiunatur à fratre, quasi unitas firma. Et illud Eccles. 4. 12. Funiculus triplex difficile rumpitur. Vide ibi dicta.

VERS. 13. MAIOREM HAC DILECTIONEM NEMO HABET, VT ANIMAM SVAM PONAT PRO AMICIS SVIS] Ita legendum cum Græcis, Romanis, Arabico & Syro, qui clarè vertit, charitas maior ista nulla est, qua quis animam suam ponat pro amicis suis. Perperam ergo nonnulli interfirando id quàm, legunt quàm ut animam suam ponat pro amicis suis. Hæc enim lectio retento quàm, euerit sensum, & contrarium significat, scilicet q. d. Hæc mea dilectione nulla maior est, nisi illa, qua quis animam tuam ponat pro amicis suis: quod falsissimum est: quæ enim maior dilectio quàm Christi? Contrarium ergo intendit dicere Christus, uti mox patebit. Christus igitur hic proponit modum & terminum suæ dilectionis, qua scilicet ipse nos dilexit, & vicissim vult ut diligamus inuicem q. d. Ego summè vos dilexi, à vobis ergo idem requiro, & iure potest, ut scilicet summè diligatis inuicem. Maxima enim & summa dilectio

S. Eligij Nouiomen- si Episcopi morientis præclara moniti.

Hoc Christi exemplum secutus S. Eligij Nouiomenis Episcopus, moriens anno Christi 665. teste Sieberto in Chron. hoc vltimum suis dedit monitum: Si mihi amoris vicem rependitis, mandata præpotentis Dei seruate: lesu semper suspirate, præcepta eius vestris animis affigite, eius nomen, ita ut ego, amate: incertum vitæ libritæ occasum ob oculos perpetui habete. Dei tremenda iudicia nunquam non formidate. Ego iam ingredior viam vniuersæ carnis. Itaq; me posthac habituri hic non estis. Ego autè certè cupio dissolui, & si Domino sic visum est, ire ad requiem. Ita Andoënus Rôthom. Episc. libr. 2. Vitæ eius c. 32.

est, qua quis non tantum opes & famam, sed & animam, id est vitam ipsam ponit, id est spontè offert prodigiq; pro amicis suis: hæc ego pono, id est breui ponam & impendam pro vobis: vos ergo vestram pariter ponite pro amicis & proximis vestris, ut pro eorum salute nullum laborem, nullum periculum, nullam persecutionem, nullam mortem, nullum tormentum recusatis, sed vtrò ambiatis.

Dices, Maior charitas est, si quis vitam ponat pro inimicis, quàm sit illa quæ vitam ponit pro amicis. Respondent Primò nonnulli, sensum esse q. d. Inter homines nulla potest esse maior dilectio, quàm mori pro amico; sed mea erga vos adhuc est maior, quoniam morior pro inimicis. Dicere autem pro inimicis, non erat necesse, quoniam numquam id inter homines fit. Vnde Py-ladis & Orestis amicitia, tamquam res admodum rara, omnium litteris & voce commendata est, quòd alter pro altero mori voluerit: & hoc est argumentum Pauli Roman. 5. Vix enim pro iusto quis moritur: nam pro bono forsitan quis audeat mori? commendat autem charitatem suam Deus. Vnde S. Bernardus serm. de Feria 4. hebdom. sanctæ ait: Tu maiorem habuisti Domine, ponens eam pro inimicis tuis.

Secundò, & magis genuinè, Ribera & Toletus respondent, non conferri hic amicos cum inimicis, sed actus amicitie inter se, q. d. Inter omnes actus & officia amicitie, nullus maior est illo, quo quis vitam ponit pro amico suo, quod ego facturus sum pro vobis, qui amici mei estis, si tamen præcepta mea seruaueritis. Non enim dicitur amicus qui non diligit, licet diligatur: Amicitia enim est mutua beneuolentia non latens, ait Aristot. 8. Ethic. c. 2.

Tertiò, & plenissimè, amici hic vocantur non qui diligunt, sed qui diliguntur, quales possunt esse etiam inimici. q. d. Maior dilectio esse nequit, quàm sit illius, qui vitam ponit, & mortem oppetit pro amicis, id est, pro ijs quos diligit, & loco amicorum habet, etiam si ipsi reuera eius non sint amici, sed hostes & inimici: quomodo Christus vitam suam posuit, & in cruce mortuus est pro omnibus hominibus, qui primum erant peccatores, ideoq; eius inimici, sed ex eis multi per ipsius mortem, indeque manantem gratiam facti sunt iusti, ideoque ipsius amici & discipuli. Idem fecere Apostoli, viriq; Apostolici Christum secuti. Idem facere debet quilibet Christianus, ut scilicet cum periclitatur salus animæ proximi, licet inimici, pro ea vitam exponat.

Instabis, Cur ergo Christus hos vocat amicos, non inimicos? Resp. Primò, quia loquitur Apostolis, qui iam per eius vocationem & gratiam erant sui amici, licet antè fuissent peccatores & inimici. Secundò, Rupertus respondet, ut suauitate locutionis dulcedinem in auditoribus sensum diffunderet eiusdem, quam illis mandabat, dilectionis. Tertiò, ut doceret ex parte Christi & nostra diligendos esse omnes homines quasi amicos, etiam si ipsi ex parte sua nobis sint infensi & inimici. Charitas Christi enim ad omnes se extendit, tamque inimicos, quàm amicos diligit: quare inimicos habet pro amicis & dilectis, atque hæc ratione quolibet etiam inimicos sibi amiat, eosque ex hostibus facit amicos, tam Dei quàm sui. Magis enim amoris est amor, nec quidquam amo-

Animam pro amicis ponere, ut sit maxima omnium charitas.

re potentius: hic enim cogit hostes ad redaman- dum sui amantem.

Denique nonnulli hanc Christi sententiam accipiunt de salute non tantum spiritali & aeterna, sed & corporali & temporalis: unde dicunt actum heroicæ charitatis esse, si quis vitam temporalem prodigat pro vita temporali proximi: hoc enim ordo charitatis permittit, imò tubinde suadet. Unde S. Greg. l. 3. Dial. c. 37. laudat Sanctulum presbyterum, qui ut Diaconum quemdam à Longobardis morti destinatum ab ea liberaret, se pro eo morti obtulit; sed Deus carnificis manu stitit, ut gladium eleuatum in eius collum vibrare non posset, quod admirantes Longobardi, eum ut Sanctum reuereri cœperunt, omnemque captiuos ipso petente liberos dimiserunt. Tanta est vis charitatis, ut vitam suam offerens multorum vitas redimat. *Chm.* ut ait S. Greg. se vnus pro vno morti obtulit, multos à morte liberauit.

Sancti Presbyteri charitas.

VOS AMICI MEI ESTIS (critis) SI FECERITIS (græcè, *si faciatis*, id est si feceritis. ita Euthym.) QVÆ EGO PRÆCIPIO VOBIS] Pertinet hæc gnome ad id quod præcellit: *Animam suam ponas pro amicis suis*. q. d. Ego animam, id est vitam meam, ponam pro vobis, quasi amicis meis, vos vicissim amorem amori reddite, ac me vestri tam amante redamate, ut mini amico vestro sitis amici; hoc autem facietis, si mea præcepta seruetis, inter quæ præcipuum, & cetera complectens est illud, ut diligatis inuicem, quod paulò antè vobis inculcaui.

VERS. 14.

IAM NON DICAM VOS SERVOS: QVIA SERVVS NESCIT QVID FACIAT (id est facere destinet, cogitet, intendat, quæ sint eius secreta consilia) DOMINVS EIVS.

VERS. 15.

VOS AVTEM DIXI AMICOS: QVIA OMNIA, QVÆCVMQVE AVDIVI A PATRE MEO, NOTA FECI VOBIS] S. Aug. tract. 85. querit quomodo hoc verum sit: nam verè Apostoli manebat serui Christi, etique cum alijs dicitur erat Christus in die iudicij: *Ego serue bone & fidelis*, &c. ac respondet duplicem esse seruitutem, vnam seruilem, qua mancipia ex timore seruiunt heris, alteram liberalem & filialem, qua filij ex amore seruiunt parentibus: Apostolos ergo non fuisse seruos Christi priori modo, sed posteriori: sic enim serui quoque sunt amici. Huc accedit Rupert. *Non dicam vos seruos*, hoc est, inquit, peccatores & inimicos, quia vos iam per baptismum & gratiam meâ iustos & amicos meos effeci.

Secundò, alij vrgent *ad iam* q. d. *Iam non dicam vos seruos*, sed alio tempore dixi & dicam vos seruos: sed subtilior est hæc responsio, quam solidior. Vult enim dicere Christus se deinceps eos non vocaturum seruos.

Tertiò, Toletus: *Iam non dicam vos seruos*, scilicet eo modo, inquit, quo Iudæos vocauit seruos, quia feci eos seruire seruitutem duram sub lege veteri, à qua ego vos per Euangelium meum libero. Verum hoc nimis generale est & remotum.

Quartò ergo genuinè sentus est q. d. Ego vos, licet natura & conditione serui mei sitis; tamen dignor eò honore, ut quasi fidelissimos mihi amicos meos, etique intimos efficiam & nominem, eò quòd omnia quæ audiui à Patre meo quasi legatus communicanda hominibus, non turbis, non Scribis, sed vobis solis communicauerim.

Dicit autem *iam*, quia iam abiens multa eis

reuelauit, quæ prius tacuerat, alia quoque, quæ prius obscure per parabolas dixerat: iam dilucidè & clarè eis exposuit: iam ergo abiens maiorem confidentiam & amicitiam eis exhibuit, dum omnia omnino ad quæ à Patre legatus erat, eis solis aperit explicuit: quare eos hic nobiliore dignitate, conditione & nomine donat, scilicet amicorum. Hanc rationem dat hic ipse Christus non ergo negat eos manere seruos, sed asserit se eos, licet seruos eleuare in amicos singulares, eosque hoc nomine & hac prærogatiua dignari, ut serui fiant amici. Ita Maldon. Ribera, Iansen. & alij, & ante omnes S. Iræneus libr. 4. c. 27.

SERVVS NESCIT] scilicet communiter & plerumque: nam aliquando heri habent seruos prudentes & fideles, quibus consilia & secreta sua fidunt & communicant, tuncque eos habent loco amicorum; at rarò hoc fit, ut omnia secreta sua eis reuelent: Christus autem loquitur de eo quod communiter apud homines fit.

OMNIA QVÆ AVDIVI A PATRE, NOTA FECI VOBIS] Dices: Hoc videtur repugnare illi quod mox aiit Christus cap. seq. v. 12. *Adhuc multa habeo vobis duere, sed non potestis portare modò*. Respond. Leont. & Euthym. Christum omnia reuelasse Apostolis, quæ Pater tunc illis reuelari volebat, scilicet omnia quæ capere poterant. Secundò, meliùs S. Aug. & Beda respondent *ad nota feci*, accipi pro *nota faciam*, scilicet post 50. dies in Pentecoste: omnia enim quæ capere poterant, eis nota fecit Christus, cetera quæ capere non poterant, paulò post nota facturus erat per Spiritum sanctum; ideo enim abibat, ut eis illum mitteret, qui omnia reuelaret.

Aliter Maldonatus: *Nota feci*, id est, inquit, nota facere decreui, scilicet per Spiritum sanctum quem misurus sum.

Moraliter ex hac Christi gnome discè mentes sanctas Deum valè amantes, quæ terrena omnia calcantes in cælis habitant, ac cum Deo per orationem familiariter versantur, cum eoque quasi amici crebrò colloquuntur, à Deo illuminari, ut altissima eius mysteria & secreta consilia, ac sacræ Scripturæ intelligentiam, imò futura quoque quæ ipse facere destinat, ab eo audiant & dicant, quasi qui in intimum Dei conelatie inducantur, ibique fiant eius velut secretarij, uti fuere Ilias, Ieremias, Daniel, ceterique Prophetæ. Docet id disertè S. Bernardus tract. de Interiore domo cap. 69. *Certum*, ait, *signum tibi sit quicumque es, anima, quid dilectum tuum minus diligis, vel ab illo minus diligis, si ad theoreticos illos excessus nondum vocaris, vel vocantem sequi non merueris. Quomodo enim perseclè diligis vel diligis, si in summorum desiderio ad superna non raperis, & ad theoreticos & anagogicos illos conatus mentis alienatione non transis? Vis nosse quia sublimitas diuinarum reuelationum sit manifestum diuina dilectionis indicium? Iam non dicam, inquit, vos seruos, sed amicos, quia omnia quæ audiui à Patre meo, nota feci vobis. Satage ergo Deum tuum intimè & summe diligere, & omni hora in diuina contemplationis gaudium summo cum desiderio anhelare; collige reipsam ad rem ipsam, & in solo diuinitatis desiderio requiesce.*

Secreta sua sanctis mentibus Deum reuelat.

Idem docet S. Basilus, S. Maximus & alij, quorum verba recitavi Eccli. 37. ver. 18. ad illa: *Anima viri sancti enunuiat aliquando vera, quam septem circumspectores.* Hæc enim Dei amica conuersatione & familiaritate, donum intelligentiæ & pro-

VERS. 16.

prophetæ adeptus est S. Franciscus, S. Catharina Senensis, S. Franc. Xauerius, alijque plurimi, ac primitus Henoch, Noè, Abraham, Moses, &c. quia cum Deo ambulabant, cum eoque familiariter conuersabantur, & quasi amicus cum amico colloquebantur.

NON VOS ME ELEGISTIS: SED EGO ELEGI VOS] S. August. hic & libr. 1. de Prædestinat. Sanct. c. 17. & alibi, eumque secuti Beda hic & Prosper. contra Collat. per electionem intelligit Dei prædestinationem. q. d. Ego vos sine vllis meritis prædestinaui & elegi ad gloriam. Verum hoc non rectè respondet *ad non vos me elegistis*: nec enim Apostoli poterant Christum eligere ad gloriam cælestem: nec videtur Christum hic Apostolis suam prædestinationem reuelare voluisse: hanc enim ipse solet Patri attribuere: Patri enim attribuitur prouidentia, cuius pars est prædestinatio.

Magis ad litteram ergo sensus est. q. d. Non vos priores me elegistis in magistrum & dominum, sed ego prior vos elegi & vocauit, meaque vocatione & gratia effeci, ut essetis mei amici, discipuli & Apostoli. Ita S. Cyrill. Chrysost. Leont. Theophyl. Euthym. Maldon. Tolet. & alij. Vnde Chrysost. Leont. & Theophyl. censent Christum hic in parabola vitis & palmitem, de qua vers. 1. persistere. q. d. Sicut agricola eligit optimas vites & palmites, quos in vinea sua plantat: sic ego vos, & Apostoli, elegi, ut in vinea Ecclesiæ meæ, quasi vites optimas per gratiam meam effectas plantarem ad vinas, id est, fideles plurimos & præstantissimos, producendum. Accedit Rupert. qui sic explicat. q. d. Non vos me elegistis, uti populus sibi eligit creatq; regem, cui ius regium attribuit; sed ego vos Apostolos creauit, vobisque vim & auctoritatem tanti officij & dignitatis, pura Apostolatus, contulit.

Porro dicit hoc Christus Primò, ut ostendat eximium suum in Apostolos amorè, quòd prior eos præ ceteris omnibus hominibus, qui nobiliores, doctiores, eloquentiores erant, solos elegerit in Apostolos, hoc est, in amicos singulares, & Ecclesiæ suæ principes: quare tacitè monet eos, ut ipsi vicissim Christum redament, & in amore obsequioque eius sint constantes. Ita Chryl. Theophyl. Euthym.

Secundò, ut ipsi celsitudinem suæ dignitatis & Apostolatus, ad quam à Christo vocati sunt, considerantes, illi satisfacere satagant, ac Christum imitentur: ut, sicut ipse prior eos vocauit ad suam fidem & apostolatam, sic & ipsi priores præueniant omnes gentes, ut prædicando eas ad Christum adducant. Ita Cyrill. & Leont.

Addunt nonnulli Christum voluisse Apostolis dare stimulum humilitatis. q. d. Esto vocarim vos amicos, & secretorum meorum confcios, tamen nolite ob hoc superbiere: non enim vos hoc meruistis, sed ego gratis vos ad hoc elegi & exaltaui.

ET POSVI VOS UT EATIS (euangelizatum per omnes gentes) ET FRUCTVM AFFERATIS, ET FRUCTVS VESTER MANEAT] S. Chrysost. cum suis censens hic alludi ad parabolam vitis, *ad posui* explicat *plantavi*, quasi vites fructiferas in vinea Ecclesiæ meæ. Simplicius Maldonat. *posui* explicat *declarauit*. Cum enim aliquis eligitur magistratus, prius eligitur, hoc est, designatur, *Cornel. in Ioannem.*

deinde declaratur, & in officio ipso constituitur: hoc est *posui vos*. Prius Christus Apostolos elegit, Matth. 10. 1. Marc. 3. 14. Luc. 6. 3. deinde velut in possessione apostolatus posuit, mittens ad prædicandum Euangelium, Marc. 6. 7. & Lucæ 9. 1. 2.

Simplicissimè *ad posui* exponas *statui, constitui, collocaui*, ut hoc verbo Christus Apostolorum auctoritatem, æquè ac firmitatè & fructum significet, quòd scilicet ipsi à Christo sint auctorari, ideoque firmati, ut nemo eos hac dignitate spoliarè valeat, nec impedire, quin fructum & mesè animarum per totum orbè amplissimum proferant.

ET FRUCTVS VESTER MANEAT] Cyrill. hoc refert ad Euangelium quod manet, cum lex vetus non manserit, sed sit abrogata per Christum, Planius & plenius *ad maneat* referas tum ad conuersionem omnium gentium factâ ab Apostolis, quæ etiam post mortem eorum mansit, manebitque alternatim & successiue vsque ad finè mundi: partim ad gloriam & beatitudinem sempiternam, quam sibi suisque fidelibus Apostoli prædicando conciliarunt: hoc enim quasi fructus & merces eorum cælestis manet, æternamque manebit. Omnia hæc eo sine dicit Christus, ut suum in Apostolos amorem eximium testetur, utque eos ad apostolatus celsitudinem contemendam exciter, & ad tanti muneris sedulam seruentemque executionem extimulet, utpote quorum labor, & laboris fructus mercesque perennabit in omnè æuum.

UT QUODCVMQVE PETIERITIS PATREM IN NOMINE MEO, DET VOBIS] *ad ut non tam finem intentum, quam consecutionem, siue effectum, significat*, q. d. Si fructum ad què vos elegi, afferatis, sequetur & fiet, ut Pater det vobis quidquid petetis, eò sensu quem dedi cap. 14. 13. *Det*, græcè est *δω*, quòd Secundò, verti potest, *dem* in prima persona, uti vertit Chrysost. Theophyl. Euthym. Vnde Theophyl. ex hoc loco contra Arrianos colligit Filium esse Deum Patri *ὁμοιον*, utpote qui æquè ut Pater postulata ut Deus largiatur. *In nomine meo*, scilicet per merita mea. Porro S. August. *Hæc*, ait, *petimus in nomine Saluatoris, quod pertinet ad rationem saluti.*

HÆC MANDO VOBIS, UT DILIGATIS INVICEM] VERS. 17. Primò, Iansen. Maldonat. & alij sic expostant: hæc id est hoc (ut vertit Arabicus) mando vobis ut diligatis inuicem.

Dicit tamen hæc in plurali, ut significet multa quidem esse præcepta particularia à se mandata, sed hæc omnia vnico communi & facili charitatis præcepto concludi, ut, si illam habeas & expleas, omnia habeas & expleas. q. d. Hæc sunt quæ mando vobis, hæc sunt omnia mandata mea, ut diligatis inuicem: quòd magnam habet vim & energiam, æquè ac charientissimum & suadendi gratiam. Vnde iterum iterumque hoc præceptum Christus repetit & inculcat.

Secundò, planius cum S. Chryloft. Theophyl. Euthym. & Ribera exponas, si coniunctio *ut* significet finem, & sit sensus. Hæc quæ de amore meo commemorauit, non exprobrandi causa dixi, nec aliam ob causam, quam ut vos mutuo amaretis, atque ita pro salute hominum quidvis æquo animo perferretis. Huc pertinet expositio S. August. tract. 87. *Quoniam dixerat*, inquit, *posui vos ut eatis & fructum afferatis, nunc dicit: Hæc mando vobis; docere volens fructum quem latari sumus, esse*

dilectionem proximorum. Et rursum: Fructus spiritus, inquit Apostolus, est charitas: de hac ergo mandat: meritis vero dilectionem sapē commendat, tamquam sola precipienda sit, ut sine qua non possint prodesse cetera bona, & que non possent haberi sine ceteris bonis, quibus homo efficitur bonus.

Tertio, Theodorus Heracleot. hæc refert ad frequentia. q. d. Mando vobis dilectionem mutuā, ut per eam odij & persecutionibus mundi, quæ vobis imminēt, simul vñiti valide resistere possitis.

VERS. 18.

ET MVNDVS VOS ODI, SCITOTE (græcè, γινώσκετε, quod & scitote, & scitis, veri potest) QVIA ME PRIGREM VOBIS ODI HABVIT] Græcè est πρὸς τὸν ἑμὸν, quod veri potest Primò, vt nomē, q. d. Primum vestrum. q. d. Oderunt me, qui sum vobis prior, id est, præstantior & dignior (vt dictum est cap. i. v. 15.) imò primus omnium. Secundò & meliùs, vt aduerbium, q. d. Priùs quàm vos, vt vertunt Syrus & Arabicus, hoc est ante vos odit me mundus, ego priùs viam odij calcavi, strati, vobisque complanavi, vt vos me eadem sequentes, faciles, lati & gloriantes incedatis: ego enim me vobis in persecutionibus non tantum comitem, sed & antesignanum, ducemque & ductorem præbeo. Mundum vocat homines mundanos. Primò, Iudæos; Secundò, Gentiles. mundi virijs addictòs, ideoque doctrinæ & Spiritui Christi & Apostolorum aduersarios. Porro S. August. Aliquando ait, Ecclesia mundi nomine appellatur, vt illic, Deus erat in Christo, inquit, mundum reconcilians sibi: mundus igitur odit mundum, inimicus reconciliatum, damnatus saluatum, iniquitatis mundatum.

Præmunit Christus Apostolos contra instantia Iudæorum Gentiumque odia & persecutiones: tela enim præuisa minus feriunt, vt illa generosè superent, imò spernant, & in ijs quasi tessleris Christi gloriantur & exultent. q. d. ait Ribera: Nihil miremini aut turbemini, cum vos mundus oderit; me potius odit quam vos; gaudete quòd mei imitatores eritis: & tamen nihil vobis nocerit eius odium, sicut nec mihi nocuit: persequitur vos mundus, quia de eo non estis, id est, quia eius operibus non fauetis, sed contradicistis vt ego, & cum hoc dicit, relinquit subintelligendum: sed tamen ego vos amabo, quia mei estis, & electi à me, vt mundi opera damnetis; multo autem magis vobis amor meus proderit, quàm mundi odiù oberit.

Vnde infert S. Aug. aitque: Cur ergo se membrum super veritatem extollit? Recusat esse in corpore. si non vni odium mundi sustinere. Cum capite debemus pro dilectione Christi etiam mundi odium sustinere. Necessè est enim vt oderit nos, quos cernit nolle quod diligit. Grandis ergo est hæc consolatio membri ex capite, ait Interlin. Audi S. Cyprianum l. 4. epist. 6. de Exhort. martyrij: Filius Dei passus, vt nos filios Dei faceret; & filius hominis pati non vult, vt esse Dei filius seaueret? Si odio sæculi laboramus, odium sæculi sustinuit prior Christus. Si contumelias in hoc mundo, si fugam, si tormenta aoleramus, graviora expertus est mundi factor & dominus, qui & admonet dicens: Si sæculum, inquit, vos odit, mementote quoniam me primò odit.

Audi denique S. Bernardum hom. 47. in Cant. Vtrumque es mihi Domine testis, & speculum patendi, & præmium patientis. seu, vt paulò antè dixerat; Pugnantis forma, & gloria triumphantis. Tu doces ma-

nus meas ad prædium exemplo virtutis tuæ: tu caput meum post victoriam tuæ coronas præsentisti majestatis: sine qua pugnantem te speculo, sine qua te expecto non solum coronantem, sed etiam coronam: in vtroque mirabiliter sibi me alluis, vterque funis vebementissimus ad trahendum.

SI DE MVNDO FVVISSETIS (essetis,) MVN- VERS. 19. DVS QVOD SVVM ERAT DILIGERET: QVIA VERÒ DE MVNDO NON ESTIS, SED EGO ELEGI VOS DE MVNDO, PROPTEREA ODI VOS MVNDVS] Aliam causam adiicit, ait Chrysofost. Mundum ostendens esse virtutis argumentum à mundo Apostolus odio haberi; malitiæ verò, diligi. Sensus est, q. d. Si vos diligeretis opes, honores, delicias, libidines, &c. vt diligit mundus, ipse vos vt sui similes diligeret. At cum videt vos hisce suis cupidij contraria diligere, & diligenda docere, scilicet contemptum terrenorum, opum, honorum, deliciarum, libidinum & desideriorum terrenitatis, idcirco odit vos mundus. Similitudo enim morum & amorum est causa dilectionis, dissimilitudo verò est causa auersionis & odij, vt docet Aristoteles in Ethicis, imò S. August. S. Thomas, & alij.

Obijcit S. August. Mali etiam persequuntur malos, scilicet impij reges & iudices, homicidas & adulteros puniunt, ac responderet: odit quidem mundus quod suum est, ex ea parte quæ sceleratis nocet: sed tamen diligit quod suum est ex ea parte quæ ipsis fauet. Vnde Iansenius: quamuis mundus, inquit, ex aliqua sui parte malos odiat in aliquo genere mali; tamen non sunt aliqui mali, quos mundus ex magna sui parte non diligit: contra autem, istos non pars mundi, sed totus mundus odit. Mihi videtur aliter respondendum: mundani homines diligunt suos, id est, fautores & participes suorum consiliorum: si quando verò alios mundanos oderunt, causa est quòd illi consilij eorum aduersantur, itaque iam alieni sunt & aduersarij: atque, ideo Christum odio persequebantur, quoniam eorum opera reprehendebat, & hominibus nota faciebat, vt dicitur Sapient. 2. & eadem de causa odio habituri erant Apostolos. Ita Ribera.

MEMENTOTE SERMONIS MEI, QVEM EGO VERS. 20. DIXI VOBIS (c. 13. 16.) NON EST SERVVS MAIOR DOMINO SVO] Vt detrectare possit agere aut pati, id quod Dominus egit & passus est. Si ergo ego odia Iudæorum, imò crucem & mortem passus sum, vos eadem subterfugere non debetis. Nam vt ait S. Petrus epist. 1. c. 2. 21. Christus passus est pro nobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigijs eius.

SI ME PERSECVTI SVNT, ET VOS PERSE- QVENTVR: SI SERMONEM MEVM SERVAVERVNT, ET VESTRVM SERVAVNT] Sermonem, id est doctrinam, legem, præcepta. q. d. Sicut me persecuti sunt, sic & vos persequuntur: & sicut meæ prædicationis doctrinam non susceperunt, nec seruauerunt, sed spreuerunt & irriderunt; sic & vestram non suscipient, sed spernent & iridebunt. Loquor de rebellibus & incredulis, qui Apostolos probris, iannis, verberibus, tormentis, morte persecuti sunt: nam qui Apostolis crederunt, omni honore & reuerentia eos persecuti sunt.

SED HÆC OMNIA FACIENT PROPTER NO-

NOMEN MEVM? QVIA NESCIVNT EVM QVI MISIT ME] Propter nomen meum, id est, propter me (nomen enim significat rem nominatam, per metonymiam) quia scilicet mei vocamini & estis q. d. Gaudete in persecutionibus, quia illas sustinebitis propter me, qui sum vester Deus & Dominus, propter quem gloriosum est pati, quique vos roborabit, vt omnes peruincatis, & de omnibus triumphetis.

QVIA NESCIVNT EVM QVI MISIT ME] q. d. Quia non sciunt Deum Patrem misisse me, dicuntque me fingere quòd sim Dei Filius, & Messias ab eo in mundum missus: si enim hoc scirent & crederent, non me persequerentur, nec contra Deum pugnare auderent. q. d. Hoc vobis gloriosum erit, quòd non tantum pro me, sed & pro Deo Patre, qui misit me, persecutiones sustineatis: persecutoribus verò id ipsum erit dedecorosum æquè ac noxium, quòd me persequendo, Deum Patrem, qui misit me, persequantur ideoque ipsi acriter in hac vita per excidium à Tito & Romanis punientur, acerrimè deinde in gehenna ardentes perpetim cruciabuntur: licet enim nesciant Deum esse patrem meum, tamen id ex tot rationibus & miraculis, quibus id ipsum probavi, scire deberent: nesciunt ergo, quia scire nolunt.

VERS. 22.

SI NON VENISSEM ET LOCVTVS FVVISSEM EIS, PECCATVM NON HABERENT: NVNC AVTEM EXCVATIONEM NON HABENT DE PECCATO SVO] Peccatum, scilicet incredulitatis & odij; quo me meamque doctrinam & vitam calumniantur & infestantur. Nota Scribæ & Pharisæi, autemquam veniret Christus, habebant veram fidem, non tantum in Deum, sed & in Christum venturum. At ubi ipse venit, noluerunt eum agnoscere, eò quòd eum pauperem & humilem viderent, ac quòd eorum vitia taxaret. Quare tunc facti sunt increduli, fidemque perdididerunt sua obstinatione: Iesus enim abundè eis probavit se esse Messiam, siue Christum: quare sunt inexcusabiles, quòd ei non crederint.

VERS. 23.

QVI ME ODI, ET PATREM MEVM ODI] quia ego à Patre missus veni, & quæ ipse me voluit loqui illa locutus sum: quare me spernendo & odiendo, spernunt & odio prosequuntur Deum Patrem: sicut qui legatum spernit, spernit regem à quo missus est. Ergo Iudæi contra Deum pugnant, qui acriter hanc sui injuriam vindicabit.

VERS. 25.

SED VT ADIMPLEATVR SERMO, QVI IN LEGE (in veteri testamento, puta psalm. 68. 5. & psalm. 24. 19. Et odio iniquo oderunt me) EORVM SCRIPTVS EST: QVIA (quod) ODI HABERVNT ME GRATIS] Gratis, id est sine causa, sine mea culpa, ideoque iniquè & iniuste: nullam enim causam odij, sed summam amoris eis præbui. Sunt verba Isaïæ & Davidis in typo Christi, siue in se representantium odium Iudæorum in Christum. Nota. rò vt rursum non finem intentum, sed id quod ex Iudæorum incredulitate & obstinatione securum est, significat. q. d. Atque ira iterum est, quod Isaïas & David fore prædixerunt, scilicet quòd Iudæi Christum sine causa odio prosequerentur ideoque forent christicidæ & deicidæ, ac proinde reprobandi & exterminandi à Deo.

VERS. 26.

CVM AVTEM VENERIT PARACLITVS, QVEM Cornel. in Ioannem.

EGO MITTAM VOBIS A PATRE, SPIRITVM VERI- VERS. 27. TATIS, QVIA PATRE PROCEDIT, ALLE TESTIMONIUM PERHIBEBIT DE ME: ET VOS TESTIMONIUM PERHIBEBITIS QVIA AB INITIO MECVM ESTIS] q. d. Licet abundè Iudæis demonstrarem diuinitatem meam, vt sint iam inexcusabiles; tamen adhuc magis demonstrabo per aduentum Spiritus sancti, qui perhibebit de me testimonium, veniens de celo tantummodò in vos qui in me credidistis, ac deinde in eos qui per prædicationem vestram credent, ita vt omnibus sit notus eius aduentus, cum videant vos linguis loqui, & Scripturas explicare, & miracula facere; vos etiam prædicando Euangelium perhibebitis testimonium omnibus de me, & de doctrina mea & operibus, cum mecum fueritis ab initio, quo docere homines cepi, & inter eos versari.

PARACLITVS] Id est, consolator & exhortator. Audi Didymum libr. de Spiritu sancto: Ab operatione nomen imponit: reddit enim à perturbatione alienos, & incredibile gaudium tribuit; sempiterna enim letitia in eorum corde versatur, quorum Spiritus sanctus habitator est.

QVEM EGO MITTAM VOBIS A PATRE] Ex hoc loco Græci recentiores contendunt Spiritum sanctum à solo Patre procedere & spirari, non à processione Filio, ideoque publicum schisma ab Ecclesia Latina fecerunt anno Domini 1054. cum Michæl Patriarcha Constant. Pontificem Romanum & Latinos hac de causa excommunicare esset ausus: atque hac de causa anno Domini 1452. in ipso festo Spiritus sancti, pura in ferijs Pentecostes, capta fuit Constantinopolis à Turcis, Imperator occisus, & Imperium Græcorum extinctum est.

Hic ergo Græcorum est error: nam, vt rectè aduertit S. Hilarius l. 8. de Trinit. & S. Aug. l. 4. de Trinit. c. 20. hoc loco potius contrarium significatur, scilicet Spiritum sanctum procedere à Patre & Filio. Hoc enim significat rò quem ego mittam. Nam in S. Trinitate nulla persona mittitur ab aliquo, nisi quæ procedit ab ea quæ mittit. Vnde Pater numquam dicitur mitti, quia à nullo procedit. Filius verò dicitur mitti, à Patre, non à Spiritu sancto: Spiritus sanctus dicitur mitti à Patre & Filio, quia ab vtroque tamquam vno spirationis principio procedit. Ita hunc locum intellexerunt Patres Latini æquè ac Græci veteres, citati à Concil. Florétino sess. 18. & 25. vbi facta est vniò Græcorum cum Latinis, Græcique admiserunt Spiritum sanctum procedere à Patre & Filio. Vide Bessarionè Cardin. in orat. pro vniòne c. 7. Quo-

circa cum in Symbolo Concilij Nicæni dictum esset dumtaxat, Credo in Spiritum sanctum, Concil. Constantinop. addidit, Ex Patre procedentem; sed cum oriretur lis de Filio, Ecclesia addidit, Filioque, vt docet Concil. Florent. sess. 7. Id ipsum clarè patet ex verbis Christi c. 16. Omnia quæcumque habet Pater, mea sunt; propterea dixit. Quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis. Si enim omnia quæ habet Pater, Filij sunt; ergo ipse etiam spirat Spiritum sanctum. Ita hoc intellexerunt omnes Patres eiusdem Concilij. Vnde in litteris vniònis vniuersa Synodus ait: Et quoniam omnia quæ Patris sunt, ipse Pater vniogenito Filio suo dedit, præter esse Patrem, hoc ipsum quòd Spiritus sanctus procedit ex Filio, ipse Filius à Patre æternaliter habet, à quo etiam æternaliter generatus est. Vide Bellarminum lib. 2. de Christo c. 20. & seq. fusè & exactè hæc pertractantem.

Quantum
namque
personam
vna mitti
dicatur ab
alia?

Porro mitti dicitur vna persona diuina ab alia, cum ex voluntate illius, à qua procedit, alicubi incipit esse nouo modo, quo ibi prius non erat, ut Filius missus est à Patre in carnem, ut fieret homo; Spiritus sanctus à Patre & Filio missus fuit in Apostolos, interius per gratiam copiosam, qua eorum mentes illuminauit, & voluntatem inflammauit, ut Christo, eiusque doctrinæ testimoniū constanter perhiberent: exterius verò idem fecit per linguas igneas, quibus eis efficaciam verborū indidit, ac per miracula, quæ per eos patrauit.

MITTAM A PATRE] Dicit hoc Christus Primò, planè, q. d. Cum ad Patrem in celos ascendero, tunc ego cum Patre mittam vobis Spiritum sanctum. Secundò, Theophyl. à Patre; inquit, id est approbante Patre, & simul mittente. Tertio, à Patre, quia Filius à Patre, habet essentiam diuinam, & consequenter vim spirandi, & mittendi Spiritum sanctum, ut scilicet cum Patre eadem actione & spiratione spirat, ac eadem missione mittat Spiritum sanctum. Sic dicitur Genes. 19. *Pluit Dominus à Domino*, id est, pluit Filius à Patre, quia licet vna sit vtriusque actio creandi & pluendi, eam tamen habet Filius à Patre. Ita S. Hilar. lib. de Synodis, & Conc. Sirmiensè in Histor. Tripart. lib. 5. c. 3.

Quartò, à Patre, q. d. Mittam vobis Spiritum sanctum, qui est apud Patrem, utpote ei coæternus & consubstantialis. Ita Ribera.

Quintò, à Patre elidit hæresim Eunomij, qui docebat Spiritum sanctum non à Patre, sed à Filio procedere, ita ut Spiritus sanctus sit quasi filius Filij, & nepos Dei Patris, quem refutat S. Basil. lib. 2. contra eundem, docens Spiritum sanctum à Patre & Filio procedere. Sic & S. Cyrill. l. 1. c. 33. docet Spiritum esse Filij & Patris, & à Patre procedere, sed per Filium, quod nō aliud significat, quàm quod nos dicimus, Filium producere Spiritum sanctum à Patre, id est habet à Patre producere Spiritum sanctum, sicut Deus per verbum omnia creauit: omnia enim per ipsum facta sunt.

Rationem à prioridat S. Thomas, Suarez, Valquez, Valentia, & alij 1. p. q. 36. art. 2. quia si Spiritus sanctus non procederet à Filio, non distingueretur à Filio. In diuinis enim nulla est distinctio, nisi ob processionem vnius ab alio, & relationis oppositionem.

SPIRITVM VERITATIS] Cur ita vocetur dixi c. 14. v. 17.

QVI A PATRE PROCEdit] Ita loquitur Christus, ac seipsum subicit; Primò, quia Pater est primum principium spirationis Spiritus sancti, ut dixi. Secundò, quia Christus humilitatis & reuerentiæ causa, ut eius nobis det exemplum, omnia sua, quæ auctoritatis sunt, solet referre ad Patrem. Tertio, quia si dixisset, *Qui à me procedit*, non aptè subderet: *Ille testimonium perhibebit de me*: ille enim testis qui ab aliquo procedit, si de eo testetur apud homines, de fide suspectus esse solet.

Porro Iansen. c. 135. & Arias Montanus dicunt hæc verba intelligi de processione non diuina & æterna, sed temporali & humana, qua Spiritus sanctus mittitur ad Apostolos aliosque fideles. Verùm de diuina hic agi liquet Primò, ex eo quod planè idiplum verba significant, cum ait: *Qui à Patre procedit*, nam cum de temporali agitur, additur quippiam id indicans, ut cum c. 16. ait: *Exiui à Patre, & veni in mundum*. Secundò, quia de

temporali processione immediatè ante dixit: *Quæ ego mittam vobis à Patre*; ergo hæc non temporalem sed æternam intelligit. Tertio, quia ita intellexerunt Patres in Conc. Florent. sess. 18. & 23. Quartò, quia processio siue missio temporalis includit & præsupponit æternam. Nam ut paulò ante dixi, in diuinis non dicitur mitti persona vna ab alia, nisi illa quæ ab alia procedit.

ILLE TESTIMONIUM PERHIBEBIT (Syrus, *ille testabitur*) **DE ME**] quod sim Dei Filius, Messias, mundi saluator: idque faciet tum per internam inspirationem & illuminationem, tum per externa miracula. Porro in teste tria requiruntur, Primò, sapientia, ut sciat veritatem: Secundò, bonitas, ut eam sincerè narret, nec fallat aut decipiat: Tertio, potentia & auctoritas, ut talis ab omnibus habeatur, & omni exceptione sit maior. Hæc tria perfectissimè conueniunt Spiritui sancto; ipse ergo perfectissimus est testis Christi.

ET VOS TESTIMONIUM PERHIBEBITIS, QVIA AB INITIO MECVM ESTIS] Græcè est *μὲν ὑμεῖς*; quod tam est modi indicatiui, ut significet *testimonium perhibebitis*; quàm imperatiui, ut significet *perhibere*. Vnde Syrus vertit, *sed & vos testamini*, quippe qui ab initio mecum sitis. Sic & Cyrillus. Quod ergo Noster vertit, *perhibebitis*, idem est quod *perhibere*. Iubet enim ut predicando testentur esse Christum Dei filium: nam sæpè futurum sumitur pro imperatiuo. Fecerunt id Apostoli: nam ut dicitur Act. 4. *Virtute magna reddebant Apostoli testimonium resurrectionis Iesu Christi Domini nostri*.

Ex hoc loco discet, quis, qualis & quantus sit Spiritus sanctus: scilicet Primò, ipsum esse tertiam in S. Trinitate personam, distinctam à Patre & Filio: ab utroque enim ipse procedit & mittitur, procedens autem & missus à mittente distinguitur. Secundò, Spiritum sanctum verè esse Deum, Deo Patri *ὁμοῖον*, quia ab eo procedit, Deus à Deo. Tertio, ipsum procedere non à solo Patre, nec à solo Filio; sed coniunctim ab utroque, quasi ab vno spirationis principio. Quartò, ipsum non procedere à Patre per generationem, ut sit Filius; sed per spirationem, ut sit Spiritus sanctus. Vnde S. Athanas. Basil. Nazianz. Chrysost. August. & alij passim refellunt Macedonium hæreticum, dicentem Spiritum sanctum, cum à Patre non procedat per generationem ut Filius, hinc non esse ei consubstantialem, nec esse Deum. Quintò, ipsum esse paraclæum, id est consolatorem & exhortatorem ad omne bonum. Sextò, ipsum esse Spiritum veritatis, quia docet omnem veritatem, veramque fidem, doctrinam & prudentiam. Septimò, ipsum esse testem Christi eiusque doctrinæ; testem, inquam, omni exceptione maiorem ac diuinum, imò ipsum Deum. Hinc ad Spiritum sanctum multi referunt illud ænigma Mercurij Trismegisti: *Monas genuit monadem, & in se reflexit ardorem*, q. d. Pater vnicus vnicum genuit Filium, eumque amore diuino complectens produxit Spiritum sanctum, qui est quasi amor Patris & Filij: vnde ab utroque procedit, quasi amor reflexus & notionalis Patris & Filij. Licet alij magis genuinè Trismegisti dictum explicent de creatione mundi, q. d. Vnus Deus vnum creauit mundum, non actus necessitate aliqua, sed ex puro amoris ardore, ut scilicet sua bona angelis, hominibus, ceterisque mundi creaturis communicaret.

CAPVT

CAPVT DECIMVMSEXTVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Predicit Christus imminentes Apostolis persecutiones, ac contra eas promittit eis Spiritum sanctum, qui arguet mundum de peccato, de iustitia & de iudicio, ut Christum clarificet. Secundò, v. 16. Modicum, inquit, & non videbitis me; & iterum modicum, & videbitis me, illudq. explicat. Tertio, v. 23. Si quid, inquit, petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis; ac tandem: In mundo, ait, pressuram habebitis, sed confidite, ego vici mundum.

1. **H**æc locutus sum vobis, ut non scandalizemini. 2. Absque synagogis facient vos: sed venit hora, ut omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo. 3. Et hæc facient vobis, quia non nouerunt Patrem, neque me. 4. Sed hæc locutus sum vobis: ut cum venerit hora eorum reminiscamini, quia ego dixi vobis. 5. Hæc autem vobis ab initio non dixi, quia vobiscum eram. Et nunc vado ad eum, qui misit me: & nemo ex vobis interrogat me. Quò vadis? 6. Sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum. 7. Sed ego veritatem dico vobis: expedit vobis ut ego vadam: si enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos. 8. Et cum venerit ille, arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio. 9. De peccato quidem, quia non crediderunt in me: 10. de iustitia verò, quia ad Patrem vado, & iam non videbitis me: 11. de iudicio autem, quia princeps huius mundi iam iudicatus est. 12. Adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modò. 13. Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem: non enim loquetur à semetipso: sed quæcumque audiet, loquetur, & quæ ventura sunt annuntiabit vobis. 14. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis. 15. Omnia quæcumque habet Pater, mea sunt. Propterea dixi: quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis. 16. Modicum, & iam non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me: quia vado ad Patrem. 17. Dixerunt ergo ex discipulis eius ad inuicem: Quid est hoc, quod dicit nobis: Modicum, & non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me, & quia vado ad Patrem? 18. Dicebant ergo: Quid est hoc, quod dicit: Modicum? nescimus quid loquitur. 19. Cognouit autem Iesus, quia volebant eum interrogare, & dixit eis: De hoc quæritis inter vos, quia dixi, Modicum, & non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me. 20. Amen, amen dico vobis: quia plorabitis, & flebitis vos, mundus autem gaudebit: vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. 21. Mulier cum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius: cum autem pepererit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum. 22. Et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis, iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum: & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. 23. Et in illo die me non rogabitis quidquam. Amen, amen dico vobis: si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. 24. Usque modò non petistis quidquam in nomine meo: Petite, & accipietis, ut gaudium vestrum sit plenum. 25. Hæc in prouerbiis locutus sum vobis. Venit hora, cum iam non in prouerbiis loquar vobis, sed palam de Patre annuntiabo vobis. 26. In illo die in nomine meo petetis: & non dico vobis, quia ego rogabo Patrem de vobis: 27. ipse enim Pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis, quia ego à Deo exiui. 28. Exiui à Patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem. 29. Dicunt ei discipuli eius: Ecce nunc palam loqueris, & prouerbiū nullum dicis. 30. Nunc scimus, quia scis omnia, & non opus est tibi ut quis te interroget: in hoc credimus quia à Deo existi. 31. Respondit eis Iesus: Modò creditis? 32. Ecce venit hora, & iam venit, ut dispergamini vnusquisque in propria, & me solum relinquat: & non sum solus, quia Pater mecum est. 33. Hæc locutus sum vobis, ut in me pacem habeatis. In mundo pressuram habebitis: sed confidite, ego vici mundum.

S s 4

Hæc

VERS. 1.

HÆC LOCUTVS SVM VOBIS, VT NON SCANDALIZEMINI] Syrus, vt non-offendamini. Primò, nonnulli cenent hoc pertinere ad id quod Christus dixit Matth. 26. 31. Omnes vos scandalizabimini in me in illa nocte, quod paulò ante hæc verba dixit Christus, vt sensus sit, q. d. Prædixi, & præmonui vos hæc nocte scandalum in me passuros, cumque videritis me capi, fugituros: idque feci hoc sine, vt minus foret hoc vestrum scandalum, minorque turbatio, dum cogitabitis hoc à me fuisse prædictum, ideoque mox à fuga colligatis animos, & ad me redibitis.

Secundò, S. Cyrillus lib. 10. c. 34. Maldon. & alij referunt ad odia & persecutiones, quæ Apostolis imminere paulò antè prædixit Christus, vt se contra illa præmuniant: mala enim quæ ex improbitate ingruunt, valde percellunt etiam viros fortes, quia inopinata: præuisa verò & prouisa re la minus feriunt. Hæc ergo, inquit Christus, de mundi in vos odio & persecutione locutus prædixi vobis, vt non scandalizemini; ne scilicet ijs offensæ & fracti deficiatis à mea fide, & à mentis constantia.

Tertiò, Beda, Euthym. & alij referunt ad Spiritum sanctum, de quo proximè sermo præcessit. q. d. Hæc de Spiritu sancto in vos venturo prædixi, vt, cum videritis vos persecutionibus agitari, non scandalizemini, sed ijs generosè resistatis, cogitantes Spiritum sanctum vobis opem allaturum. Huc ferè accedit S. August. tract. 93. Meritò, inquit, promisso Spiritu sancto, quo in eis operante fierent testes eius, subiunxit: Hæc locutus sum vobis. Cum enim charitas Dei diffundatur in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis, fit pax multa diligentibus legem Dei, vt non sit scandalum.

Quartò, optimè Toletus, Ribera & alij, secundam & tertiam expositionem iungentes, sic explicant: Hæc locutus sum vobis, scilicet quæ dixi de persecutione & odio mundi in vos, & etiam de aduentu Spiritus sancti vos confirmaturi: Vt non scandalizemini, id est, ne offendatis in via æternæ vitæ, qua ibatis, & recedatis à me, quasi ego cam non prænouerim, aut vos admonere noluerim, aut quasi intolerabilia sint quæ patimini, & præter opinionem acciderint. Scandalum ergo, id est offendiculum, Apostolorum remouet Christus: tum quia præmonet instans periculum; tum quia conera illud Spiritus sancti promittit auxilium. Hunc esse sensum patet ex sequent. præsertim in Syro & Arabico, qui addunt coniunctionem causalem enim, per quam sequenti huic versui necunt, quasi causam effectui, q. d. persecutiones fore causam scandali.

VERS. 2.

ABSQVE SYNAGOGIS FACIENT VOS] Syrus, & Arabicus, eijcient enim vos de synagoga sua; græcè ἀποσυνοχωρήσεις τῶν συναγωγῶν ὑμῶν, id est, alienos à synagoga, & vt verbotenus dicam, extra synagogas facient vos, hoc est, expellent vos è suis cœtibus, & quasi excommunicabunt vos. Ita Vatabl. Synagoga græcè propriè idem est quod latinè congregatio, cœtus, collectio. Hinc cœtus populi fidelis siue Iudæorum vocabatur Synagoga, vti nunc cœtus Christianorum vocatur Ecclesia. Hinc rursus locus, siue oratorium, ad quod conueniebant Iudæi orationis & legis audiendæ causa, vocabatur Synagoga. Quia enim Deus iusserat vt vnicum dumtaxat in Iudæa esset tem-

Quodnam scandalum ab apostolis accit hic Christus?

plum, in quo sibi sacrificia offerrentur, quod nec omnes Iudæos capere, nec ab omnibus qualibet hebdomada adiri poterat; hæc de causâ in qualibet vrbe Iudæi extruxerunt synagogam vnam vel plures (vnde Hierosolymis tempore excidij per Titum fuit 480. synagogæ) ad quam incolæ quolibet sabbato conuehebant, non sacrificij, sed orationis causa, vtque legem à Scribis explicari audirent. Quare videntur synagogæ cœpisse tempore Iudicij, paulò post ingressum Hebræorum in terram Chanaan. Hinc extra synagogam eijci, erat idem quod excommunicari: vti de cæco nato dixi cap. 9. Sed Christus hic Apostolis à Iudæis excommunicandis promittit Ecclesiam, imò principatum Ecclesiæ suæ. Ita S. August.

SED VENIT HORA (instat tempus) VT OMNIS QUI INTERFICIT VOS, ARBITRETUR OBSEQUIVM SE PRÆSTARE DEO] q. d. Non tantum è Synagoga vos eijcient, sed & occident, & occidendo putabunt se sacrificium offerre Deo. Vnde Syrus omittens vt sed vertit, venitq; hora, cum quisquis interficiet vos, putabit oblationem se offerre Deo, Maldonat. verò vt sed accipit pro quia Septuag. enim Hebræum קָטַל id est, quia, sed pro sæpè vertunt קָטַל id est, sed. Melius dicas sed poni quia, imò, pro sed, & imò, vti ponitur 2. Corinth. cap. 7. v. 11. cum ait: Quam in vobis operatur sollicitudinem, sed (id est, sed &) defensionem, sed indignationem, &c.

OBSEQUIVM] Græcè, λατρεία, id est, sacrificium, vt vertit Arabicus, siue oblationem, vt Syrus. Latria enim significat seruitutem & cultum soli Deo debitum, qualis est adoratio & sacrificium. q. d. Iudæi & Gentiles vos quasi victimas pro peccato mactabunt, & immolabunt Deo. Centebunt enim vos esse homines impios, scelestos, religionis auita euerfores, Dei inimicos, ideoque mundi catharmata & piacula, vt ait Paulus 1. Corinth. c. 4. v. 13. Quare putabunt se vos occidendo facere sacrificium Deo gratissimum. Porro S. August. tract. 93. cenet hoc dici à Christo ad consolationem Apostolorum. q. d. Eijcient vos Iudæi, sed ego vos colligam, & tantam hominum multitudinem ad me conuertetis, vt Iudæi metuentes ne templum suum & lex deseratur, interfecituri sint vos, maximum hæc cæde honorem se Deo habere existimantes, quod eius templum, legemque defendant.

Hoc Christi oraculum Martyres Lugdunenses sub M. Antonino Verò Imp. in se impletum fatentur in Epist. encyclica, quam refert Euseb. l. 5. c. 1. cum enim serui eorum minis Gentiliūm adacti, testati fuissent eorum Thyestes cœnas & Oedipia incesta, quod scilicet vorarent humanas carnes, & promiscuos haberent concubitus, omnes simul aduersus Christianos fremere, & insatiabili odio furere cœperunt. Tunc vidimus, inquit, compleri illud Christi: Veniet tempus in quo qui occiderit vos, putet se obsequium offerre Deo.

Nora. Loquitur hic Christus de persecutione non tantum Iudæorum, sed & Gentium, ac præsertim principum & Imperatorum Roman. qui à Nerone vlque ad Constantinum per 300. annos acerrimè persecuti sūt Apostolos, omneq; Christianos, vt Romæ dumtaxat affecterint martyrio plusquam ducenta millia Christianorum. Causa erat prima, quòd dæmon & idolorum sacerdotum

Martyres Lugdunenses.

Causa persecutionis in Apostolis.

tes

tes persuadebant principibus per christianismum A euerit eorum imperium, quasi populus ab eorum fide & obedientia auocaretur ad fidem & obedientiam Christi, ideoque terram & terrenos principes negligeret, eò quòd ambiret cælum & cælestia.

Secunda, quòd ipsi suam religionem autam & antiquam, putà cultum suorum deorum (verius dæmonum) putabant esse basim sui imperij: hanc autem destrui videbant per Apostolos & Christianos.

Tertia, quòd Apostoli nouam, & mundo portentosam religionem inducerent, docerentque hominem crucifixum, putà Christum, esse colendum & adorandum.

Quarta, quia videbant per Apostolos, suos mores impios, putà luxurias, ebrietates, odia, rixas, superbiam, inuidiam, corrigi & castigari.

Quinta, quia dæmon & idolorum sacerdotes eis persuadebant, Christianam religionem esse causam omnium malorum & cladum publicarum, v.g. famis, belli, pestis, inundationum, vt patet ex Tertul. Athenagora, Iustino & alijs in Apolog. pro Christianis.

ET HÆC FACIENT VOBIS, QVIA NON NOVERUNT PATREM NEQVE ME] Dat causam persecutionum, vt per eam persecutores non excuset, sed potius accuset, & Apostolos consoletur. q. d. Causa cur vos Iudæi & Gentes persecuentur est, quia nesciunt, imò scire nolunt, me esse Filium Dei Patris; quod tamen ego tot miraculis & rationibus eis probaui, & vos probabit: quare hæc ignorantia peccatum eorum non minuit, sed potius aggravat, quia est causa, imò affectata: vobis verò in persecutionibus solatium erit, quòd me & Patrem cognoscatis, colatis & ametis, ac pro vtroque patiamini: si enim gloriosum est pro patre & republica, multo gloriosius est pro Deo mortem oppetere. Ita S. August. Adit Chrysost. hæc dici à Christo, vt Apostoli persecutiones Iudæorum & Gentium contemnunt. Sicut, inquit, princeps vel legatus principis, si relicto à tergo comitatu solus urbem ingreditur, ideoque non cognoscatur ac indignè tractetur, & à nonnullis quasi peregrinus irrideatur parui hæc omnia facit: quia paulò post aduentante suo comitatu faciet se cognosci, & irrisores suos pudefaciet.

SED HÆC LOCUTVS SVM VOBIS: VT, CVM VENERIT HORA, EORVM REMINISCAMINI (recordemini) QVIA (quòd) EGO DIXI VOBIS] vt sed est aduersatiuum; sed cuius aduersi? Primò, Cyrill. libr. 10. c. 13. aduersum ita supplet, q. d. Non hæc ea de causa dixi, vt vigor vestre mentis enervetur, & anrequam pericula veniant, formidetis; sed vt recordati hæc vobis à me prædicta fuisse, magis admiremini, & in ipso tempore periculorum certior aduentu rerum stabiliorq; in me fides efficiatur.

Secundò, Rupertus nil supplens pressius sic explicat: Hæc, inquit, facient vobis, sed vos consolamini. Nam idcirco nunc ea prædico vobis, vt, cum venerit hora, eorum reminiscamini, quia ego dixi vobis; & reminiscetes illud quoque non obliuiscamini quod pollicitus sum, quia in omnibus pressuris nec capillus de capite vestro peribit, & inimicis occidentibus corpora, in patientia vestra possidebitis animas vestras. Prior pars huic loco conuenit, posterior non: Christus enim eos reminisci iubet eorum, non quæ olim, sed quæ paulò antè dixerat.

Tertiò, Toletus sic nescit. q. d. Illi vos occident, quia non noverunt Patrem, neque me: sed ego prædico quæ futura sunt alia de causa, scilicet vt reminiscamini, quando illa hora venerit, me omnia ista vobis prædixisse.

Quartò & genuinè, Ribera & Maldonat. q. d. Ista quidem patiemini, sed ego aduersus illa antidotum vobis porrigo, quòd memineritis me, vt qui Deus sim, ista minime latuisse, & potuisse vitare si vellem, ac mihi vt Deo confidatis, quòd scilicet ego vobis vt Deus adero, vobisq; roborabo, vt omnia aduersa fortiter superetis, ac deinde martyrij laurea vos ornem & coronem.

Pronomen eorum S. August. Beda, Rupert. iungunt cum hora: melius S. Chryl. Theophyl. Euthym. iungunt cum reminiscamini.

HÆC AVTEM VOBIS AB INITIO NON DIXI, QVIA VOBISCVM ERAM] Est occupatio: Christus enim occurrit tacite Apostolorum obiectioni: illi enim dicere poterant: Cur ab initio, cum nos vocasti ad apostolatam, hoc nobis non dixisti, vt dispiceremus an ea amplecti, reque sequi expediret, at non? Respondet Christus se consulto id fecisse, quòd tum eorum necdum erant capaces, quòdque ipse cum eis erat, qui eos per omnia dirigeret & protegeret: iam autem abiens eos sibi relinquebat, ita tamen vt sua gratia eos semper roboraret, ac missio Spiritu sancto illuminaret & confirmaret.

Sed quæ sunt hæc noua, quæ nunc primò Apostolis dicit, nec antè dixit? nam & persecutiones eis prædixit Matth. 10. 17. & Luc. 12. v. 12. Primò, S. August. tract. 94. (quem de more sequitur Beda & Rupert.) vt hoc effugiat, totum hunc locum accipit de aduentu Spiritus sancti. q. d. Quæ dixi de aduentu Paraleti, prius non dixi, quia ego ipse vobis aderam tamquam paraletus, id est, consolator & exhortator: iam verò abiens ad Patrem dico, & promitto vobis alium Paraletum. Hic sensus partim satisfacit, partim non, quia hæc, non solum aduentum Spiritus sancti, sed & persecutiones prædictas respicit.

Secundò, Glossa vt hæc refert ad omnia præcedentia consolationis Christi verba. q. d. Hæc vos consolando dixi, non prius, quia dum vobis aderam, ego ipse vos consolabar. Hoc nimis amplum & generale.

Tertiò, Iansenius & Maldon. censent illa quæ habet Matth. c. 10. de persecutionibus non tunc, sed posterius esse dicta, ibiq; ob loci opportunitatem inferi per anticipationem. Probant Primò, quia cum primò Apostoli à Christo missi sunt ad prædicandum per Iudæam, nullam persecutionem passi sunt, & ita non opus erat eo tempore ista dicere. Secundò, quoniam illa intelliguntur de persecutione Gentiliūm, tunc autem prohibiti sunt prædicare Gentilibus: In viam Gentium ne abieritis. Tertiò, quoniam omnia ferè quæ sunt in eo loco Matth. ab illis verbis: Ecce ego mitto vos, Marcus & Lucas commemorant dicta alio tempore & diuersis locis: ex quibus inferunt dicta fuisse post resurrectionem, cum mittebantur ad Gentes, posita autem esse ibi, propter materia- rum conuenientiam.

Hanc responsionem multis impugnat Ribera & Toletus, sed argumenta eorum non conuincunt.

Quintò, facillimè & planissimè dicas: estis quæ

VERS. 3.

Quamam hæc noua, quæ Christus antea Apostolis non dixit?

D

quædam de persecutionibus iam ante Apostolis prædixerat Christus; non tamen omnia quæ hic particulatim prædicat, nec cum tanto pondere, & atrocitatis significatione: nam non prædixit eos à Iudæis fore excommunicandos, ut hic ait: Absque synagogis facient vos; nec mortem & martyrium omnes passuros: licet enim Lucæ 21. dicatur: Et morte afficietis ex vobis; tamen hoc de paucis accipi poterat, non de omnibus: nec tunc ut omnes qui interficiunt vos, ardeant ut præstare Deo: nec tunc venit hora, q. d. iam iam instant vobis persecutiones, flagella, carceres, mortes & martyria: nimis enim terrent mala diu post futura, quam statim imminetia & præsentia. Ita Chrysof. Theophyl. Euthym. Tolerus, Ribera & alij. His adde ex S. Aug. persecutionum remedium, scilicet Spiritus sancti in eos mittendi auxilium quod ante non prædixit.

QUIA VOBISCVM ERAM] q. d. Huc vsque hæc de persecutionibus vobis imminetibus vobis non dixi, quia dum vobis aderam, ego omnia Iudæorum odia, maledicta & maleficia à vobis auerti, & in me excepi, iam autem abiens scio, quod ipsi vos propter me inuadent: quare vos hæc de re præmoneo, ne improuisa tela vos percellant & prosterant; ut vos contra illa armetis & præmuniatis; at verò ego ipse mittam Spiritum sanctum qui vos præmuniat, & vndique obarmet.

Moraliter discite hinc Deum initio vocationis tionibus non reuelare status, ad quem eos vocat, difficultates, tentationes, cruce, ne vocati percellantur, & id ad quod vocantur refugiant; sed ubi in vocatione sua firmati & roborati fuerint, hæc eis immittit, aut à dæmone, carne & mundo immitti permittit, ut eos velut milites suos ad prælia exercent, ac vincere discant, ut vincentes coronent. Hinc de Hebræis ex Ægypto exeuntibus dicitur. Exod. 13. 17. Non eos duxit Deus per viam terræ Philistinim, quæ vicina est: reputans ne forte pavideret cum se vidisset aduersum se bella consergere, & reuerteretur in Ægyptum, sed circumduxit per viam deserti. Hac de causa nouitios in Religione Deus præseruat à tentationibus, eosque consolationibus spiritalibus mulcet, ut mater lactat infantem.

ET NUNC VADO AD EVM QUI MISIT ME] q. d. Per crucem & mortem vado ad resurrectionem, ut gloriose conscendam in cælum, & redeam ad Patrem, qui misit me in terram.

ET NEMO EX VOBIS INTERROGAT ME, QVOD VADIS? Licet enim idipsum rogarit Thomas c. 14. 5. tamen nec ipse, nec quis alius responsum Christi obsecrum latis intellexit, nec institit, ut itaque Christum, ut illud, eiusque rationem & modum sibi perfectius explicaret: quia omnes erant tristitia ex habitu Christi concepta absorpti. Ita Cyrill. Euthym. Maldonat. Iansen. & alij.

Tacite ergo Christus reprehendit Apostolos, quod non magis interrogarent quod eat, id est, ad quæ gaudia pergat, ad quam gloriam, ad quod regnum, & quod auxilium inde eis sit allaturus, quæ præmia daturus: hæc enim eorum moerorem si non disculissent, certè minuissent.

SED QUIA HÆC LOCVTVS SVN VOBIS, TRISTITIA IMPLVIT COR VESTRVM] Maldonatus rursus tunc sed exponit per nam, ut det causam cur discipuli non interrogent Iesum, quod vadat, esse tristitiam. q. d. Non interrogatis me, quia tristitia

Tropolog.

VERS. 5.

VERS. 6.

appletis estis. Tolerus verò tunc sed explicat per imò, ut sit auxilium. q. d. Non solum me non interrogatis quod vadam, imò potius quia hæc, nempe discessum meum, audistis, tristitia estis obruti. Simpliciter tunc sed accipias ut aduersarium interrogatis. q. d. Non me interrogatis, sed tristitia absorpti siletis, ut pauidi mures. Tacite eos obiurgat, quod ad eum se tradiderint tristitia & marori ob suum habitum, ut nec linguam, nec animum habuerint interrogandi id, quod tristitia leniuisset ac lumina erat consolationis & gaudij, scilicet quod iret ad Patrem, ut mitteret ipsi Spiritum sanctum, & ut in cælis pararet eis locum.

SED EGO VERITATEM DICO VOBIS, EXPEDIT VOBIS VT EGO VADAM] Primò, S. Chrysof. hom. 77. sic explicat, q. d. Non ad gratiam loquor, sed licet maiorem in modum contristemini, quod expedit audiendum est; vos quidem ut ad eum velleris, vsus alium postulat: diligentem autem est, cum utilitatem cognoscit, non permittere ut ea dilecti priuentur. Sic ferè & Cyrillus libr. 10. cap. 39. Magnò, inquit, vos dolore moueri sentio, quia ego abire constitui: nec id iniuria, præsertim cum magnas vobis futuras tentationes audiveritis: verum quoniam incunctis utilitas præponenda est, veritatem vobis aperiam.

Verum Christus hic veritatem non opponit gratiæ, sed tristitiæ, ac veritatem refert ad consolationem Apostolorum: hæc enim dicit, ut eis tristitiam eximat per lætorem consolationis nuntium. q. d. Vos tristamini de meo habitu, quasi de summo vestro malo, derelictione & detolatione; sed scitote vos errare, atque in veritate expedire vobis, ut ego vadam: discessus enim meus ad Patrem erit vobis utilissimus: nam inde Spiritum sanctum in vos mittam, qui vos omni virtute & gaudio replebit: quare abitus meus cedet ad vestram non tantum utilitatem, sed & voluptatem, ut in Pentecoste re ipsa sentietis, vnde de eo subiicit:

SI ENIM NON ABIERO, PARACLITVS (Spiritus sanctus consolator & exhortator vester) NON VENIET AD VOS: SI AVTEM ABIERO, MITTAM EVM AD VOS] ob causas quas recensui cap. 7. 39. ad illa. Nondum enim erat Spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Discipuli enim, sicut pueri cum matre, & pulli cum gallina, nimis addicti humanæ conuersationi & colloquijs cum Christo, eiusque præsentia corporali, non erant capaces Spiritus sancti eiusque donorum spiritalium; quare abscellit Christus, ut ab eo quasi ab lactari, & toti in Spiritum sanctum intenti, ab eo eleuarentur ad heroica opera, quibus totum mundum conuerterent. Vnde Spiritus sanctus in Pentecoste adueniens, ipsos ex discipulis fecit magistros, eosque orbis doctores creauit. Vide S. August. tract. 94. & S. Gregor. libr. 8. Moral. cap. 33.

Porrò appositè à Christo Spiritus sanctus hic vocatur Paracletus, ut significet ipsum discipulos ob suum discessum mœstos lumina consolationum; omniq; gaudio repleturum. Hinc S. Chrysof. hom. 77. contra Macedonium probat Spiritum sanctum verè esse Deum: nam si Spiritus sanctus non esset creator, sed creatura, quomodo expedit propter eius aduentum ab Apostolis discedere Christum, qui erat creator, & Deus? Rursus ne Spiritum sanctum idem esse cum Filio putetur, addit Christus: Mittam eum ad vos: mittens enim.

VERS. 7.

enim à misso realiter & personaliter distinguitur. Denique tunc mittam significat Spiritum sanctum à Filio æquè ac à Patre procedere. In S. Trinitate enim quæcumque persona aliam mittit, eandem producit, id est, gignit, vel spirat, uti Pater mittens Filium, eundem gignit: idem cum Filio mittens Spiritum sanctum, eundem spirat.

ET CVM VENERIT ILLE, ARGVET MVNDVM DE PECCATO, ET DE IVSTITIA, ET DE IVDICIO] Per mundum accipit Iudæos, æquè ac Gentiles mundanos, in Christum non credentes & infideles. Hos Spiritus sanctus arguet, id est, Primò, increpabit, obiurgabit, redarguet: Secundò, suis argumentis conuincet, ut palam pateat ipsos esse conuictos; esto id ipsi in infidelitate sua obstinati nolint fateri se de ea esse conuictos, nec velint in Christum credere, ut faciunt hæretici in sua hæresi pertinaces.

DE PECCATO QVIDEM, QVIA NON CREDIDERVNT IN ME] Ita Rom. & Arabicus, licet Syrus & Græca legant in præsentia, πᾶσιν, id est, credunt. Sensus est, q. d. Spiritus sanctus, quem ego mittam in Pentecoste, arguet & conuincet tam Iudæos, quam Gentes infideles hostes meos de peccato, cum magnæ infidelitatis, ait S. Chrysof. & S. Aug. tum quous alio, ait Cyrillus, quia auditus licet tot rationibus, & visis tot miraculis, noluerunt tamen in me credere. q. d. Demonstrabit eis Spiritus, tum exterius per ardentem prædicationem, sanctitatem & miracula, quæ per Apostolos patrabit; tum interius mentes eorum per internas inspirationes illuminans, statum animæ suæ, ut scilicet ipsi sciant, & licet inuiti, agnoscant se esse in pristinis infidelitatis aliorumque scelerum peccatis, ac in ijs manere, eò quod ab illis liberari non possint, nisi per fidem in me, quæ recipere noluerunt. Demonstrabit enim eis non esse alium Saluatorem, qui peccata expiare possit, nisi me: nec enim est aliud nomen sub celo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri, ait S. Petrus Act. 4. 12. Quocirca hac Petri & Apostolorum prædicatione multi commoti in Christum crediderunt: alij in sua infidelitate persistentes, inexcusabiles facti seipsos damnationis & gehennæ reos effecerunt. Vnde Actor. 2. dicitur: His auditis compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum, & alios Apostolos: Quid faciemus viri fratres? Ita Cyrillus, Leontius, & alij.

DE IVSTITIA VERÒ, QVIA AD PATREM VADO, ET IAM NON VIDEBITIS ME] q. d. Spiritus sanctus arguet & conuincet falsam esse mundi iustitiam; Iudæorum quidem, quia ipsi eam quærebant in caeremonijs legis & iustitiationibus corporeis, quæ non valent ablueri animâ: Gentilium verò, quia ipsi iustitiam quærebant in morali honestate, siue in operibus naturaliter & moraliter honestis; Christum autem ab utriusque idcirco speratum & æstimatum iniustum, conuincet & ostendet solum esse iustum, omnique iustitiæ fontem & parentem. Ita Cyrillus libr. 6.

Tropologicè S. Bernardus in paruis serm. 21. Spiritus sanctus, ait, arguit mundum de peccato, quod dissimulat: de iustitia quam non ordinat, dum sibi, non Deo eam dat: de iudicio, quod usurpat, dum tam de se, quam de alijs temerè iudicat.

QVIA EGO AD PATREM VADO] q. d. Mundo & mundanis scandalum est, ex eoque arguunt

VERS. 8. Spiritus sanctus arguet mundum de peccato de iustitia, & de iudicio quid?

VERS. 9.

VERS. 10.

me esse iniustum & impostorem, quia cum ego videar esse homo communis & merus, non diuinus, noua tamen & paradoxa doceam: sed mox contrarium eis patebit, me scilicet à Deo Patre missum in terras, ut morte mea in cruce mundum Deo Patri reconciliem, & ad ius filiorum euehâ: quia scilicet ascendens in cælum ad eum redibò, ut mundus amplius me non videat, nec infirmæ carnis meæ visu scandalizetur; indeque mittam Spiritum sanctum, qui fideles in me credentes iustificabit & sanctificabit: vnde clarum toti mundo euadet, me non esse merum hominem, sed hominem Deum, mundi iustificatorem & saluatorem. Ita Leont. Chrysof. Theophyl. Euthym. Addit Chrysof. Spiritum sanctum ad inuocationem nominis Iesu sua dona & gratias in fideles distribuisset.

ET IAM NON VIDEBITIS ME] Non loquitur de personis, sed de genere. q. d. Homines quales vos estis, non videbunt me. Dixit autem, non videbitis me, potius quam, non videbunt me: quia Apostoli, non mundus, eum in cælum scandentem conspecturi erant. q. d. Videbitis quidem me ad Patrem ascendentem, sed ulterius in hac vitâ me non videbitis.

Ita Maldon. Ribera & alij. Addit Tolerus hoc dicere Christum, ut significet non opus esse, ut iterum veniat in mundum passurus & moriturus: vnica enim morte consummauit iustitiam pro omnibus præteritis, præsentibus & futuris. Vado, inquit, ad Patrem meum & vestrum, nec iam videbitis me iterum in hoc sæculo, sicut adhuc vidistis, quasi iterum sit opus mori & pati. Totam enim iustitiam nunc consummaui; ideo mundus arguendus est, & conuincendus de iustitia statim post hunc meum discessum: quod scilicet illa iam per me perfecta sit & consummata. Addit S. Augustinus: Arguitur, ait, mundus de peccato, quia in Christum non credit; de iustitia verò eorum qui credunt, fidelium enim comparatio infidelium est vituperatio; quia verò infidelium vox esse consuevit, Quomodo credimus quod non videmus? ideo credentium iustitiam sic definiunt: Quia ad Patrem vado, & iam non videbitis me; beati illi qui non vident & credunt. Erit itaque vestra iustitia, de qua mundus arguitur, quoniam in me; quem non videbitis, credetis. Idem S. August. de Verb. Domini serm. 61. Illi, ait, non crediderunt, ipse ad Patrem vadit; illorum ergo peccatum, ipsius autem iustitia: quod enim ad nos venit misericordia est, iustitia verò, quod ad Patrem vadit, secundum illud Apostoli: Propter quod & Deus exaltauit illum. Idem de Quæst. noui & vet. Testam. quæst. 89. Per id quod regressus est, probauit se inde venisse. Et Chrysof. Ire ad Patrem argumentum fuit quod irreprehensibilem vitam egisset, ne possint dicere, Peccator est, & non est ex Deo.

DE IVDICIO AVTEM, QVIA PRINCEPS HVIVS MVNDI IAM IVDICATVS EST] Primò, S. Chrysof. & Euthym. exponunt, q. d. Spiritus sanctus arguet & conuincet falsum esse mundi iudicium, quo me iudicabit miracula, hoc est, mira in speciem facere, per opem & præstigias dæmonis: nam ostendet dæmonem à me iudicatum esse, expulsam & damnatum.

Secundò, Theophyl. q. d. Spiritus sanctus cõdemnabit mundum ignauia; eò quod vulneratũ & eneruatum à Christo sanam ipse mundus prosterne, calcare & vincere noluerit.

Tertiò,

Tertio, Cyrillus. q. d. Spiritus sanctus redarguet mundum quasi seductum, eò quòd in damnato à me dæmone spem suam habeat & collocet, siue quòd omisso Deo, diabolus in creaturis & idolis adoravit.

Quartò, Toletus & alij, q. d. Spiritus sanctus ostendit mundo me iustum iudicem esse viuorum & mortuorum. dum faciet vt mundus videat principem suum, id est diabolus, à me iudicari, id est, damnari & expelli: si enim dæmones iudico & damno, multò magis homines.

Quintò, & apustimè, q. d. Spiritus sanctus faciet vt mundus videat suum iudicium, id est, condemnationem, quia faciet vt mundus cernat se damnatum in suo capite & principe, puta diabolo, quem colebat & imitabatur, quando efficit vt Apostoli inuocato nomine Iesu eum ex templis & idolis, in quibus eum adorabat mundus, ac ex mentibus & corporibus hominum ab eo possessorum eiciant, eiusque regnum euertant: quia si Deus angelis peccantibus non pepercit, nec parcat mundo peccanti: & si non pepercit capiti & principi, scilicet diabolo, non parcat quoque membris & subditis eius. Ita S. August. Beda, Rupert. Maldon. Ribera, & alij.

Quocirca hoc eodem Christi argumento vtuntur S. Iustinus in Dialog. cū Tryphone, Tertull. lib. ad Scapulam, & Apolog. c. 37. Cyprrianus ad Demetrianum, Origenes l. 1. contra Celsum, S. Athanasius libr. de Incarnat. Verbi, Lactantius l. 2. c. 6. & alij, vt mundum, id est Gentiles, conuincant, eogantque fateri se à Christo & christianismo superatos & damnatos esse, eò quòd videant suum principem, id est dæmonem, à Christianis expelli, tam è templis, quam è membris & corporibus hominum.

Audi S. August. de Verbis Domini secundum Ioan. ser. 60. Hoc ipso quòd foras missus est, iudicatus est; & de hoc iudicio mundus arguitur, quia frustra de diabolo queritur, qui non vult credere in Christum, quem iudicatum, id est, foras missum, & propter nostram exercitationem foras expugnare permissum, non solum viri, sed etiam mulieres & pueri Martyres vixerunt. Idem in Ioan. hoc loco. iudicatus, id est, iudicio æterni ignis irruentibus destinatus; & de hoc iudicio mundus arguitur, quia cum suo principe iudicatur, quem superbium & impium imitatur. Credant itaque homines in Christum, ne arguantur de peccato infidelitatis, quo peccato omnia delinuntur; transeant in numerum fidelium, ne arguantur de iniustitia eorum, quos iustificatos non imitantur, caveant futurum iudicium, ne cum mundi principe damnentur quem imitantur.

ADHUC MVLTÀ HABEO VOBIS DICERE (de fidei mysterijs, de Gentium conuersione, de Ecclesiarum fundatione, & gubernatione, de sacerdotibus & Episcopis, totoque ordine hierarchico instituendo, &c.) SED NON POTESTIS PORTARE MODÒ] Id est, nunc non potestis ea capere, mens vestra nondum sustinet tantum reum pondus audire & comprehendere: tum quia adhuc imbecilla est & rudis, ac carnalibus Iudæorum ritibus assueta, tam sublimia & spiritualia necdum concipere potest; tum quia totam eam occupat tristitia, quæ non sinit eam ad tam multa & grandia attendere & assurgere; sed mox mittam vobis Spiritum sanctum, qui vos illuminando idoneos & capaces reddet, vt ea por-

tare & comprehendere possitis. Ita S. Chrysostr. Cyrillus, Theophyl. & S. August. Excitat Christus Apostolos, vt ipsi animos attollant, ac desiderium concipiant, ad tanta mysteria per aduentum Spiritus sancti cognoscenda. Hinc dicit, Apostolos & Ecclesiam sensim in cognitione mysteriorum fidei profecisse & creuisse, sicut solis lumen crescit à diluculo gradatim vsque ad meridiem. Vnde Ecclesia progreditur quasi aurora surgens, Cant. 6. 9. Sic & quilibet fidelis sensim in fide & sanctitate proficit, iuxta illud Prouerb. 4. 18. *Instrum sentia quasi lux splendens procedit, & crescit vsque ad perfectam diem.* Vide ibi dicta.

CVM AVTEM VENERIT ILLE (Paracletus) VERS. 13. SPIRITUS VERITATIS (ob causas quas recensuit. 14. 17.) DOCEBIT VOS OMNEM VERITATEM] quam scilicet vos in hac vita scire conuenit, tum vt vos ipsos, tum vt omnes Gentes in viam salutis dirigatis. Ita Cyrillus, Theophylactus, Euthymius. Nam alioqui omnem omnino veritatem non in hac vita, sed in cælo eos docturus erat. Ita S. August. & Beda. Pro doctus græcè est *διδάσκω*, id est, ducet recta via ad veritatem quasi dux viæ; Syrus, *deducet vos in omnem veritatem.* Via enim veritatis est studium, vestigatio S. Script. libri Patrum, oratio & inuocatio Spiritus sancti: hisce enim quasi vijs peruenitur ad veritatem. Hinc rursum patet Spiritum sanctum sensim docuisse Apostolos plura & maiora mysteria, ita vt Apostoli pederentem in eorum cognitione profecerint. Nam in Pentecoste ipsum non docuisse omnia pater Actor. 10. vbi diu post eam S. Petro reuelauit Euangelium prædicandum esse non solum Iudæis, sed & Gentibus, ac in primis Cornelio Centurioni: & Actor. 15. Gentes non esse circumcidendas, nec obligandas ad seruandam legem Moyfi. Quocirca Ecclesia feria IV. Pentecostes sic orat: *Mentes nostras, quesumus Domine, Paracletus, qui à te procedit, illuminet, & inducat in omnem, sicut tuus promisit Filius, veritatem.*

NON ENIM LOQUETUR A SEMETIPSO (SYRUS, ex mente sui ipsius:) SED QUÆ AUDIET LOQUETUR] Primò, S. Chrysostr. exponit. q. d. Spiritus sanctus non loquetur contraria ijs, quæ ego loquutus sum & docui, sed conformia: nam quæ audiet à me, loquetur. Sic & Cyrillus, Theophyl. Rupert. & Maldonat. Addit Chrysostr. hom. 77. hoc adijci, ne quis ex eo quòd dixit Spiritum sanctum docturum omnem veritatem, opinetur ipsum esse maiorem Filio, qui omnem veritatem non docuit.

Secundò, S. Ambros. libr. 2. de Spiritu sancto c. 12. *Non loquetur à semetipso, id est, inquit, non sine Patris & mea communionem.* q. d. Non loquetur nisi ea quæ audiet: quare quæ ipse loquetur, etiam Pater & filius loquentur.

Tertio, S. Aug. Spiritus sanctus non loquitur à semetipso, hoc est, inquit, non est à seipso, sed spiratur à Patre & Filio.

Quartò, optimè exponas iungendo secundum & tertium sensum. q. d. Spiritus sanctus non loquetur à semetipso, hoc est, non sine meo & Patris arbitrio, quia non ex se est, sed ex Patre & me est; & quod subsistit & loquitur, à Patre & à me illi est, ait Didymus libr. de Spiritu sancto. Igitur *quod non loquetur à semetipso* Christus explicat per antithetum dicens, *Sed quæ audiet loquetur.* Alludit ad homi-

homines; qui dicuntur loqui à semetipso eum quid fabulantur & fingunt: hi enim non ex re & rei veritate, sed ex cerebri sui fictione loquuntur. Loqui ergo à semetipso est fingere, fallere, mentiri, quod facere nequit Spiritus sanctus. Rursum voluit Christus docere originem veritatis, æquè ac Spiritus sancti, esse tam Patrem, quam se; quare Spiritum sanctum eandem veritatem docturum, quam ipse docuerat: quia quæ audiet, id est, quæ ab æterno audiuit, audit & audiet semper, siue quæ cum essentia diuina haurit tam à Patre quam à Filio, hæc loquetur. Simili modo superius Christus sapè dixit, se non ex seipso loqui, sed ea quæ audiuit à Patre: Patri enim conuenit auctoritas originis, vt essentia, sic & scientia. Audi S. Augustinum tract. 99. *Audire illi scire est, scire verò esse. Ab illo à quo procedit, illi est essentia, scientia & audientia. Semper audit Spiritus sanctus quia semper scit.* Et Didymus: *Loqui Patrem, & audire Filium eiusdem naturæ in Patre & Filio, consensusque significatio est. Spiritus verò sanctus, qui est Spiritus veritatis & sapientia, non potest Filio loquente audire quæ nescit, cum hoc ipsum sit, quod profertur à Filio, id est, procedens veritas à veritate, consolator à consolatore, Deus de Deo.*

Rursum S. Augu. tract. 99. *Non moueat, inquit, quod verbum futuri temporis positum est: est enim illa sempiterna audientia quia sempiterna scientia. In sempiterno autè, sine initio & sine cuiuslibet temporis verbum ponitur, nec mendaciter dicimus fuit, & Est, & Erat, sicut, quia nunquam desuit; erit, quia nunquam deerit, est, quia semper est.*

ET QUÆ VENTURA SVNT ANNUNCIABIT VOBIS] q. d. Spiritus sanctus docebit vos omnem veritatem, quæ vos & vestrum officium concernit non tantum præteritam & præsentem sed & futuram; ac prinde vos non tantum Apostolos & Euangelistas, sed & Prophetas constituet, indendo vobis donum prophetiæ. Hoc enim habuisse Apostolos pater Actor. 1. 1. 28. & 20. 29. & 21. 1. Imò Apocalypsis S. Ioannis ferè est continua prophetia. Decebat enim Apostolos prius Prophetis non esse inferiores, sed superiores. Vnde Didymus libr. de Spiritu sancto, Per Spiritum veritatis, ait, futurorum Sanctis scientia certa conceditur: vnde & Prophetæ futura quasi præsentia intuebantur. Spiritus sanctus enim est Spiritus veritatis, qui scilicet nouit & reuelat omnes veritates, etiam futuras. Est enim Spiritus æternæ sapientiæ, quæ amicos Dei & Prophetas constituit, Sapient. 7. 27. Causam dat S. Chrysostr. Excitauit, ait, per hoc Apostolorum mentem: ad nihil enim ita audium genus humanum, vt ad sciendum futura. Ab hac ergo sollicitudine eos liberauit, ostendens futura eis reuelanda, ne incauti errarent.

Anagogicè, Beda, *uentura annuntiabit*, id est, gaudia cælestis patriæ ad memoriam reducet: nunciabit etiã mala, quæ vobis pro confessione Christi ventura sunt. Et Interlin. Non solum, ait quæ futura sunt in tempore annunciat, sed magis æterna, quorum amore inflammat.

ILLE ME CLARIFICABIT] id est, glorificabit, ostendendo me esse Dei Filium, Messiam doctorem & saluatorem mundi. Audi S. Aug. *Ille me clarificabit, diffundendo in cordibus charitatem, & spiritaliter faciendo, declarauit eis Filium Patri esse æqualem.* in Ioannem.

lem, quem secundum carnem prius tantummodo nouerant. Item per ipsam charitatem fiducia repleti Apostoli, & timore depulsi, annuntiauerunt hominibus Christum, & sic eius fama toto orbe diffusa est: quod enim facturi erant in Spiritu sancto, hoc eundem Spiritum dixit facturum.

QUA DE MEO (Arabicus, de eo quod est mihi) De meo ACCIPIET] scilicet à me meam essentiam diuinam, ait Nazianz. orat. de fide, ac consequenter quid meam voluntatem & scientiam; hanc enim vobis annunciare debet, inquit Cyrill. Chrysostr. Iansenius, Toletus & alij. Audi Didymum: *Dans Filius non priuatur his quæ tribuit, nec cum damno suo impartitur alijs, nec Spiritus sanctus accipit quod ante non habuit; sic est intelligendus Spiritus sanctus à Filio accipere, vt vnà cognoscantur dantis & accipientis substantia: sic & Filius à Patre accipit ea in quibus subsistit.*

Aliter Maldonatus. q. d. De meo accipiet, id est, meo nomine veniet, nec aliam quam meam doctrinam vobis quasi legatus meus exponet. Sed hoc videtur alienius. Perperam Nonnus vertit. De meo Patre accipiet, quasi Spiritus sanctus à Patre solo procedat, non à Filio. Non enim ait Christus: Ille Patrem clarificabit quia de Patre accipiet, sed, *ille me clarificabit, quia de meo accipiet.*

Ex hoc loco Patres, imò Concil. Florent. sess. 25. probant Christi diuinitatem & processionem Spiritus sancti à Filio, æquè ac à Patre. Citat eos fusè Maldon. hic in fine huius versus, & Bellarm. lib. 2. de Christo c. 24. & 25. Vnde doctè Theodorus Heracleotes in Catena Græcor. hoc loco: *Spiritus sanctus, inquit, æqualis fuit diuinitatis vniuenti, cum ex eius esset essentia, essentiamq; eius declararet: nec enim spirari potest Spiritus sanctus, nisi ab eo qui est Deus.*

Dices: Cur ergo Christus non dixit, Me accipiet, sed de meo. Resp. quia Spiritus sanctus à Filio non accipit totum quod est in Filio: non enim accipit filiationem, sed essentiam, ex qua & filiatione constituitur Filius secundum nostrum modum concipiendi. Et sic explicat Christus v. sequ. dicens: *Omnia quæcumque habet Pater, mea sunt. Propeterea dixi, Quia de meo accipiet.* Vnde patet *quod de meo.* idem esse cum *quæ omnia quæ habet Pater, mea sunt*; scilicet ipsa deitas cum omnibus suis attributis. Hinc Theophyl. exponit: *De meo: id est, de thesauro diuinitatis, qui est in me, accipiet.* Perperam ergo heretici ex *quæ de meo*; contendebant Spiritum sanctum non naturam, sed participationem esse Deum, vt refert S. August. tract. 100. & Cyrill. 1. 3. Thesauri ca. 4. participat enim naturam diuinam, quæ nullas habet partes, sed tota est indiuisibilis & simplicissima.

ACCIPIET] Id est, accipit ab æterno, accipit & accipiet semper. Futurum enim omne tempus complectitur, & melius conuenit æternitati, quia hæc in æternum durat, vt semper durat spiratio Spiritus sancti. Sensus totius huius loci est, q. d. Ne tristemi, quòd me abeunte, vestro doctore priuemini: nam mittam Spiritum sanctum, qui cum merus sit Spiritus diuinus, docebit vos omnia, quæ salutis & Spiritus sunt: eo autem docente ego vos doceo, quia à me accipit omnia, à quo procedit, ille claritatem & gloriam meam vobis demonstrabit, quia à me accipiet omnia quæ diciturus est vobis, & ita per ipsum vobis loquar, & me demonstrabo vobis: nec

miremini quod de Spiritu sancto dixerim. De meo accipiet: nam ego per aeternam generationem accepi a Patre omnia, quae ipse habet; & ideo accepi ab ipso, quod vnum sim cum ipso principium Spiritus sancti. Ita Ribera.

OMNIA QUAEVUMQUE HABET PATER, MEASVNT: Arabicus, omnia quaecumque sunt Patri, sunt mihi; Nouus, fors mea sunt omnia quae habet Pater meus. Probat Spiritum sanctum a se accipere essentiam & scientiam, ex eo quod omnia quae habet Pater sua sint (omnia enim sua excepta paternitate, ait Concil. Florent. Pater generando communicauit Filio) ergo & virtutem spirandi Spiritum sanctum quam habet Pater communicauit Filio. Vnde explicans subdit: PROPTEREA DIXI: QVIA DE MEO ACCIPIET, ET ANNUNCIABIT VOBIS] q.d. Ideo dixi, De meo accipiet, quia accipiet omnia quae habet Pater, quaeque ipse mihi communicauit; omnia enim quae Patris sunt, mea quoque sunt, atque ego eadem Spiritui sancto spirando communico, nimirum meam deitatem, omniscientiam, omnipotentiam, &c. Ita Didymus: Pater nomine, ait, se Filium esse declarauit, non paternitatem usurpauit (vti voluit Sabellius) quae Pater habet iuxta substantiam, id est, aeternitatem, immutabilitatem, bonitatem, haec eadem habet & Filius. Et S. Hilarius libr. 8. de Trinit. Docet, ait, a Patre accipiendam, a se tamen accipi, quia omnia quae Patris sunt, sua sunt, non habet vniuersas diuersitatem. Hinc rursum colligitur Spiritum sanctum procedere a Filio: quia omnia, quae habet Pater, habet Filius excepta paternitate: atqui Pater habet vim & actionem spirandi Spiritum sanctum, ergo eandem habet & Filius. Confirmatur: quia si Pater & Filius non haberent omnia communia excepta relatione opposita, distinguerentur plusquam relatione, & proinde distinguerentur substantia; nam Pater vt spirator, non est relatiuum ad Filium, ergo si vt spirator distinguitur a Filio, distinguitur per spirationem, non vt relatio est, sed vt est forma quadam in Patre subsistens: proinde Pater & Filius in substantia differunt, quae est haeresis Ariana.

VERS. 16. Quodnam hic Modicum, & non videbitis me?

MODICVM, ET IAM NON VIDEBITIS ME: ET ITERVM MODICVM, ET VIDEBITIS ME: QVIA VADO AD PATREM] Syrus, paulisper, & non videbitis me; & iterum paulisper, & videbitis me, quippe qui abeam ad Patrem. q. d. Modicum tempus (post paucas horas) a Iudaeis capiendus, passurus, & in cruce moriturus sum, moxque sepeliendus, & tunc moesti non videbitis me: sed post aliud modicum tempus, iterum videbitis. Nam post triduum a morte resurgam, & me vobis videndum magno cum gaudio exhibebo: quonia paulo post icurus sum ad Patrem & ascensusus in caelum, ac glorificandus sessione ad eius dexteram: nec enim a morte detineri potero, sed mox eam in me vincam, faciamque vt & vos eandem vincatis & superetis. Ita Chrysof. hom. 78. Cyrillus, Leont. Theophyl. Euthym. Ribera, Tollerus, Iansen. Mcestos enim de suo abitu Apostolos solatur Christus absentia suae breuitate, quod illa breuis & modica sit futura, ac mox magno gaudio compensanda, & ingenti gloria cumulanda.

Aliter S. Augustin. Beda & Maldonatus, q. d. Modico & paruo tempore vobiscum commu-

abor in terra, scilicet per 40. dies vsque ad ascensionem meam in caelum, postquam amplius non videbitis me; sed post aliud modicum tempus huius saeculi, iterum videbitis me, nimirum in die iudicii, & communi omnium resurrectione, quando vos in corpore & anima in caelum mecum assumam, beabo & glorificabo: quia ad Patrem vado, vt gloriam quam passione mea merui, sedens ad dexteram eius obtineam; ibique cum eo gloriose regnem vsque ad diem iudicii, quando redibo, vt vos ad regnum meum transferam: quia tantum huius saeculi tempus, licet plurimum sit millium annorum, si comparetur cum Dei aeternitate, modicum est & exile instar puncti.

Audi S. Augustinum tractat. 101. Modicum est hoc totum spatium, quod praesens peruolet saeculum. Vnde dicit idem Euangelista epist. 1. cap. 2. Nonissima hora est. Et post nonnulla: Hoc modicum longum nobis videtur, quoniam adhuc agitur; cum finitum fuerit, tunc sentiemus quod modicum fuerit: non ergo sit gaudium nostrum quale habet mundus, de quo dictum est: Mundus autem gaudebit; nec tamen in huius desiderij parturitione sine gaudio tristes simus, sed sicut ait Apostolus, spe gaudentes, in tribulatione patientes, quia & ipsa parturientis, cui comparati sumus, plus gaudet de mox futura prole, quam tristis est de praesenti labore. Hinc Pfalter, & ex eo S. Petrus epistol. 2. ca. 3. v. 8. Vnus dies apud Dominum, inquit, sicut mille anni, & mille anni sicut dies vnus. Vide ibi dicta.

DIXERVNT ERGO EX DISCIPVLIS EIVS AD INVICEM: QVOD EST HOC, QVOD DICIT NOBIS: MODICVM, ET NON VIDEBITIS ME; ET ITERVM MODICVM ET VIDEBITIS ME, ET QVIA VADO AD PATREM? DICEBANT ERGO: QVOD EST HOC, QVOD DICIT, MODICVM? NESCIVS QVOD LOQVITVR] Videbatur Apostolis hoc Christi dictum esse obscurum, imo aenigmatice mirum, cum etiamnum multis Christianis tale esse videatur. Studio id fecit Christus, vt moestos eorum animos nouitate hac phrasia acuta & inuolata erigeret, & ad eius explicandae interrogationem impelleret, cui ipse deinde respondens moestitiam eorum depelleret, vel certè leniret. Causam duplicem dat S. Chrysof. Theophyl. Euthym. Primam, quod reuera dictum hoc in se esset obscurum. Secundam, quod Apostoli moestitia erant praegravati, & quasi oppressi. Tertiam dat Rupertus, quod Apostoli necdum caperent resurrectionis mysterium, nec certò crederent Christum die tertio a morte resurrecturum. Quartam dat S. Augustin. & Beda, quod tò modicum a Christo repetitum & inuersum turbaret eos. Modica enim voluptas huius vitae parit in altera, vertiturque in aeternum & immensum gaudium, vti dicere solebat S. Franciscus: Quod enim in praesenti est momentaneum & leue tribulationis nostrae, supra modum in sublimitate aeternum gloria pondus operatur in nobis, 2. Corinth. 4. 17. Elige.

COGNOVIT AVTEM IESVS, QVIA VOLEBANT (desiderabant, sed moesti & pauidi non audebant) EVM INTERROGARE] Cognouit id Christus non ex Apostolorum vultu, gestibus & nutibus; sed vi diuinitatis suae, introspicendo secretas eorum in mente cogitationes & arcana desideria. Praeuenit ergo eorum interrogationem,

tionem, vt ostenderet se esse cardiognosten, id est, cordium inspectorem, ideoque Deum. Ita Cyrill.

VERS. 21. AMEN, AMEN DICO VOBIS, QVIA PEORABITIS, ET FLEBITIS (Arabicus, vlnlabitis; Syrus, lamentabimini) VOS, MVNDVS AVTEM GAUDEBIT VOS AVTEM CONTRISTABIMINI, SED TRISTITIA VESTRA VERTETVR IN GAVDIVM] Subaudi, & vicissim mundi gaudium vertetur in tristitia & luctum. Ita Rupert.

Primò, S. Chrysof. Cyrill. Leont. Theophyl. Euthym. & Rupertus, qui v. 16. intellexerunt de morte & resurrectione Christi, sic exponunt, q. d. Post modicum tempus, imò post paucas horas, cum videbitis me capi, crucifigi, mori, sepeliri, vos, o discipuli mei, de tam acerbo meo vestroque casu lugebitis; mundani verò Iudaei hostes mei gaudebunt, quod me scelerum ipsorum insectatore morte multarint; sed paulò post tristitia & luctus vester vertetur in gaudium, cum certò die me resurgentem & rediituum videbitis, tuncque Iudaei tristabuntur & indignabuntur, quòd me mortem ipsorum caleasse & superasse dolebunt. Hic sensus propriè & primario a Christo intenditur. Explicat enim illud v. 16. Modicum, & non videbitis me, &c. Secundario tamen intendit significare Apostolorum perfectiones & afflictiones suis similes, & pro se tolerandas. Vnde.

Secundò, S. August. Beda & Maldon. qui tò modicum v. 16. exponunt de tota praesenti vita, totoque huius temporis saeculo, sic explicant, q. d. Vos, o Apostoli, post meum in caelum ascensum, praedicantes meam legem, & fidem, persecutionibus, laboribus & arumnis afflicti dolebitis & lugebitis; mundani verò gaudebunt, quod vobis dominentur, vosque affligant, crucient & occidant; sed in fine huius saeculi ego veniam & liberabo vos, vt mecum in aeterna beatitudine gaudeatis.

Pij hic lugent, sed gaudebit in futuro.

Gnoma.

Moral. Pios in hac vita aduersis affligi, impios in prosperis exultare docet saepe sacra Scriptura, vt Iob cap. 21. 7. David pl. 72. v. 2. 3. 4. Habacuc ca. 1. 3. Ierem. c. 12. 1. idem docet nos quotidiana experientia. Sed eadem docet in exitu & morte pios gaudere, impios lugere, vt patet Lucæ 6. 25. Iacobi 5. v. 2 & 3. Ro. 8. 18. Difficile, imò impossibile est, ait S. Hier. epist. 34. ad Iulianum, vt & praesentibus quis & futuris fruatur bonis, vt & hic ventrem, & ibi mentem impleat, vt de delicijs transeat ad delicias, vt in vtroque saeculo primus sit, vt & in caelo, & in terra appareat gloriosus.

Quocirca Tertull. lib. de Spectac. cap. 28. haec Christi verba eleganter & patheticè pertractans: Vicibus, inquit, disposita res est. Nunc illi laetantur, nos constidamur. Saeculum, inquit, gaudebit, vos tristes eritis. Lugeamus ergo dum Ethnicus gaudent, vt, cum lugere ceperint, gaudeamus; ne pariter nunc gaudentes, tunc quoque pariter lugeamus. Delicatus es, Christiane, si & in saeculo voluptatem concupis, imò nimium stultus, si hoc existimas voluptatem. Et paulò post: Dicis velim: Non possumus vivere sine voluptate, qui mori cum voluptate debemus? Nam quod est aliud votum nostrum, quam quod & Apostoli, exire de saeculo, & recipi apud Dominum? Haec voluptas, ubi & vobis. Mox fidelium gaudia huius vitae haec assignat: Quae maior voluptas, quam fastidium ipsius voluptatis, quam saeculi rotius contemptus quam

Cornel. in Ioannem.

Vera libertas, quam conscientia integra, quam vita sufficiens, quam mortis timor nullus? quod calceus deus nationum, quod demonia expellis, quod medicinas facis, quod revelationes peris, quod Deo viuus. Haec voluptates, haec spectacula Christianorum, sancta, perpetua, gratuita, &c. Ad signum Dei suscitare, ad turbam angeli erigere, ad martyrij palmas gloriarè. Absce impudicitiam detestam à castitate, perfidiam casam à fide, sensum à misericordia contusam, perulantiam à modestia obumbratam; & tales sunt apud nos agones, in quibus ipsi coronamur. Ex mox: Quae illa exultatio angelorum, quae gloria resurgentiura Sanctorum? quale regnum exinde iustorum? qualis ciuitas noua Ierusalem.

Idipsum 700. annis antè prauidens Isaias graphicè describit c. 65. v. 14. Ecce serui mei comedent, & vos esurietis; ecce serui mei bibent, & vos sitietis; ecce serui mei laetabuntur, & vos confundemini; ecce serui mei laudabunt, pra exultatione cordis, & vos clamabitis pra dolore cordis, & pra conuisione spiritus vlnlabitis. Vide ibi dicta.

Hinc S. Caecilia Euangelium Christi semper gestans in pectore, illudque praedicans, Tibur-tium pluresque alios ad Christum conuertit; quibus hoc inprimis inculcabat: Nolite, o filij hominum, huius vitae fugientem querere latitiam, vt beatitiam illius vitae aeternam possideatis, quae hanc vitam excipit. In hac enim vita breue tempus viuistis: illa verò in omne aeternum. Cumque Almachus praefectus eam cum suis insipientem assereret, quòd, si pretis huius mundi gaudijs, austeram & lugubrem Christianorum vitam amplexa foret, respondit S. Valerianus S. Caeciliae iponus: Veniet tempus, quo accipiemus multiceps fructus nostrae afflictionis; & nobis laetantibus, stebunt illi qui nunc esseruntur laetij: est enim nunc tempus seminandi. Qui ergo in hac vita seminant, quae sunt ad tempus, lacrymas, in illa beata & aeterna vita merent gaudium sempiternum.

Denique S. Cyprian. tract. de Mortal. ex haec Christi gnome, euincit in peste & morte Christiano non esse tristandum, sed gaudendum, quòd per eam ad Christi visionem & summum gaudium veniat. Audi eum: Cum ergo Christum videre gaudeat, nec possit esse gaudium nostrum, nisi cum viderimus Christum, quae caritas animi, quae de-mentia est, amare pressuras, & penas, & lacrymas mundi, & non festinare potius ad gaudium, quod nunquam possit auferri?

MVLIER CVM PARIT, TRISTITIAM HABET, QVIA VENIT HORA EIVS (vt magno dolore, & dolore parturiant): CVM AVTEM PEPERERIT PVERVM, IAM NON MEMINIT PRESSVRE PROPTER GAVDIVM, QVIA NATVS EST: HOMO IN MVNDVM] Syrus, mulier cum parit agitudine afficitur, quia vniuersus dies partus eius: cum autem pepererit filium, non meminit angoris, propter gaudium illud, quod natus sit homo in mundum, quia scilicet mater videt infantulum, quem enixa est, quem sperat in vita sibi auxilio fore & honori, in morte verò eundem post se successorem & superitem in mundo relinquere, vt per eum stirps sua & familia propagetur. Quia enim homines optant semper esse & viuere, nec id in seipis consequi possunt, cum mortis legibus subiaceant; hinc gaudent filios edere, vt in illis perdurent, & quali, aeternitatis quamdam consequantur. Sic regina gaudet cum primogenitum peperit, quia regem se peperisse censet.

Exemplum.

VERS. 22.

Apposita est hæc Christi parabola, qua passionis & mortis suæ tempus comparat parturitioni, resurrectione verò gaudio post partum. Christus enim in passione cruciatus fuit doloribus & angoribus, instar mulieris parturientis; at peracto partu, cum se merito mortis suæ resurgentem vidit, nosque similiter resurrecturos cognouit, mirifice gauisus est, & magno gaudio Apostolos & fideles omnes perfudit. Hos enim quasi infantulos suos parturijt, pro ijs moriens in cruce, ita S. Chryf. Cyrill. Theophyl. Euthym. Simili modo, iuxta sensum S. Augustini & Bedæ paulò ante datum, idem applices persecutionibus & doloribus Apostolorum & fidelium in hac vita, ac gaudio & exultationi eorumdem in communi omnium resurrectione de quo mox plura.

PVERVM] quia, ut ait S. August. maius gaudium esse consuevit quando nõ puella, sed puer (masculus) nascitur, ut mysticè significetur fideles debere esse masculo & virili animo, ad fortia agendum & patiendum: vocati enim sunt ad cælestium contemplationem; imò cæli expugnationem, non ad mollitiem huius sæculi, ait Interlin. Porro puer hic mox homo vocatur, cum eicitur: *Natus est homo in mundum*; ut significetur resurrectio Christi: per resurrectionem enim Christus quasi denuo natus est, nõ puer, sed homo & vir perfectus ita Chryf. Non dixit puer, inquit, sed homo, occultè suam resurrectionem insinuans, æque ac nostram post mortem beatitudinem, tunc enim nascemur in vitam æternam; ait Alcuinus. Vnde Bedæ: *Non debet, inquit, videri novum, si natus dicatur qui ex hac vita migraverit: ut nim procedens de matris utero in hanc lucem ingrediatur ita solutus à carnis vinculis ad lucem æternam sublimetur. Vnde Sanctorum solemnia non funebria, sed natalitia vocantur.*

Dolori parturientis cur comparatus dolor discipulorum.

Porro dolori parturientis rectè comparatur dolor discipulorum: Primò, quia uterque fuit acerbissimus, ac acerbior est in partu masculi quàm feminæ, ait Aug. tract. 101. Secundò, quia uterque est brevis, ita Chrysostr. ser. 78. Tertio, uterque est periculosus: Quarto, uterque vertitur in gaudium, ille natiuitatis pueri, hic resurrectionis Christi & discipulorum: ita Cyrill. Quintò, sicut idem puer natus est causa doloris dum paritur; & gaudij dum natus est: sic idem Christus mortè sua magnum dolorem creauit discipulis: resurrectione verò sua magnam lætitiã. Sextò, utriusque gaudium est mirificum & summum, quod omnem præcedentem dolorem absorbet.

VERS. 22. ET VOS Igitur nunc quidem tristitiam habetis, iterum autem videbo vos, et gaudebit cor vestrum: et gaudium vestrum nemo tollet a vobis.] Est postparabola, siue applicatio parabola, eius scòpum fructumque significans. Et id est sic, similiter, simili modo. Conneçit enim similia, scilicet mulierem parturientem cum patiente Christo & Apostolis: q. d. Sicut mulier parturiens cruciatur & gemit, edita verò prole gaudet: sic & vos in mea passione & morte imminente tristabimini, sed die tertio resurgens, & quasi ex sepulchro renatus videbo vos, tuncq; mirè gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet, sed vobis manebit perenne, quia immortalis & gloriosus resurgam, nec amplius mori po-

tert, sed semper viuam vitam beatam, ut vobis in omni persecutione & afflictione adsum & optuler, vosque omnibus aduersis superiores efficiam, & tandem glorioso martyrio coronem, itaque ad cælestia gaudia traducam, quæ nemo tollet à vobis, quia erunt sempiterna. Primò ergo loquitur Christus de gaudio Apostolorum ob suam; secundariò verò, ob ipsorummet resurrectionem, felicitatem & gloriam, vti iam dixi. Hanc enim parturit labor & dolor huius vitæ, sicut prolem parit parturitio puerperæ.

Præclare S. Cyprianus ad Demetrianum: *Pœnam, ait, de aduersis mundi ille sentit, cui & lætitia & gloria omnis in mundo est. Ille moeret & deslet, si sibi male sit in seculo, cui bene non potest esse post seculum, cuius viuendi fructus omnis hic capitur, cuius hic solatium omne finitur, cuius caduca & brevis vita hic aliquam dulcedinem computat & voluptatem; quando istinc recesserint, pœna iam sola superest ad dolorem. Ceterum nullus ijs dolor est de incurratione malorum presentium, quibus fiducia est futurorum bonorum. Denique nec consternamur aduersis, nec frangimur, nec dolemus, neque in vlla aut rerum clade, aut corporum valetudine misicamus: spiritus magis quam carne viuentes, firmitate animi infirmitatem corporis vincimus. Et inferius pluribus interiectis: Viget apud nos spei robur, & firmitas fidei, & inter ipsas sæculi lætentis ruinas erecta mens est & immobilis virtus, & nunquam non læta patientia, & de Deo suo semper anima secura.*

TRISTITIAM HABETIS] Tristitiamini ob meum abitum ad mortem, deinde post mortem meam tristabimini ob persecutiones & cruces vobis ingruentes. Sic & tristabantur ceteri fideles, qui per lacrymas & pressuras ad gaudia æterna contendunt, ait Alcuinus. Porro, ut aduertit S. Augu. in hisce pressuris non sumus sine gaudio tristes, sed sicut dicit Apostolus, spe gaudentes: nam & mulier parturiens, cui comparati sumus, plus gaudet de mox futura prole, quàm tristis est de presenti dolore.

Tropolog. mens peccatoris poenitentis, item mens iusti, cum meditatur martyrium, ingressum Religionis, vel aliud opus arduum & heroicum, est quasi mulier parturiens, quia magno labore & dolore factum conseruacionis suæ, martyrij, Religionis, &c. enititur & parit. Lege S. August. in Confess. lib. 3. c. 8. vbi narrat quanto molimine parturierit propositum nouæ vitæ. Hoc est quod ait Isaïas c. 26. *Sicut quæ concipit, cum appropinquauit ad partum, dolens clamat in doloribus suis: sic facti sumus à facie tua Domine, concepimus, & quasi parturimus, & peperimus spiritum salutis. Sed hæc parturitio parit ingens gaudium. Impij verò similiter parturiunt sua scelera cum ingenti labore & dolore, sed hic vertitur in æternum gehennæ tormentum, iuxta illud Isaïas 59. *Conceperunt dolorem, & pepererunt iniquitatem.* Et ps. 7. *Ecce parturijt iniustitiam, concepit dolorem, & peperit iniquitatem.* De his dictum est Sapient. 2. *Lassati sumus in via iniquitatis, ambulauimus vias difficiles, & reliqua.**

Rursum prædicator, confessarius & quiuis alius, qui animas Deo lucrari satagit, id facit cum magna parturitione. Vnde S. Gregorius lib. 30. Moral. cap. 9. talem comparat ceruæ parturienti, quæ difficillimè parit, ideoque præ dolore rugit. Explicans enim illud Iob cap. 39. *Numquid, &c.*

par-

parturientes ceruæ obseruasti? Per paucorum est pensare, inquit, quis labor sit in prædicationibus Patrum; quantis doloribus, quæ quibusdam conatibus animas in fide & conseruatione parturium, quàm cautè obseruatione circumspiciunt, ut sint fortes in præceptis, compatiētes in infirmitatibus, in minis terribiles, in exhortationibus blandi, in ostendendo magisterio humiles, in veris temporalium contemptu dominantes, in tolerandis aduersitatibus rigidi; & tamen dum vires suas sibi met nõ tribuunt, infirmi: quantus sit eis dolor de cadentibus, quantus de stantibus timor, quo seruare alia adipisci appetunt, quo pauore alia adepta conseruant.

ET GAUDIUM VESTRUM NEMO TOLLET] quia gaudium ipsorum Christus est, qui iam non moritur, ait Interlin. Rursum id verius erit in celo. Vnde S. August. *Nec verò finis nobis sufficit, inquit, nisi cuius nullus est finis.*

VERS. 23.

ET IN ILLO DIE ME NON ROGABITIS QUID QUAM] Græcum ἐρωτησῆτε, & Latinum rogabitur duo significat Primum, propriè interrogabitur, ut veritè Syrus, & sic legunt nonnulli codices Latini. Secundum, petetis, orabitur, postulabitur, iuxta illud c. 14. v. 16. *Et ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis.*

Primò ergo, Cyrillus priore modo accipit, refertque ad diem resurrectionis & Pentecostes. q. d. Cum resurrexero & Spiritum sanctum mifero in Pentecoste, non erit opus me quidquam interrogare, quia partim ego resurgens, partim Spiritus sanctus adueniens docebit vos omnia, quæ ad vestrum officium & apostolatam spectant. Multa enim discipuli ignorantes rogorant Christum, ut, *Domine quò vadis? Quomodo possumus viam scire? Ostende nobis Patrem. Cur manifestas te nobis, non mundo?* ut patet ca. 14. v. 5. 8. 22. & hic v. 17. non intelligentes rō modicum, volebant eum interrogare: Christus ergo appositè eis respondit, breui se per Spiritum sanctum ita illuminaturum illos, ut quasi Θεοδιδάσχοι non opus habeant quidquam amplius interrogare eorum quæ ante aduentum Spiritus sancti rogare solebant, vti paulò ante eum rogarunt: *Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israel:* Acto. 1. Sic & Euthym.

Secundò, S. Chrysostr. homil. 78. Theophyl. Ribera & alij rō rogabitur exponunt *petetis, orabitur, postulabitur.* q. d. In illo die cum ad vos per resurrectionem redibo, non indigebitis me rogare, & in vestris necessitatibus precari, sed satis vobis erit inuocatio mei nominis apud Patrem, ut me etiam absente omnia ab illo impetretis. Huic expositioni fauet id quod sequitur: *Amen, amen dico vobis, si quis petierit Patrem in nomine meo, dabit vobis.*

Tertiò, S. Augu. tract. 101. vtrumque sensum iam datum iungit, refertque ad diem cælestis gloriæ: tunc enim non opus erit quidquam interrogare vel obsecrare, cum omnia abundè per gloriam suggerantur & suppeditentur. Audi S. Aug. *At postquam resurrexerit, interrogatum legitur a discipulis, quando regnum restitueret Israel: rogatus est etiam à Stephano, cum esset in celo, ut spiritum eius susceperet; puto ergo quod hic dicit referendum esse ad tempus, quo videbimus eum sciri: est vobis nihil desiderandum remanebit, nihil querendum latebit.*

AMEN, AMEN DICO (in veritate, verissimè & certissimè promitto, S. August. ait, iuro: censet enim ipse amen esse iuramentum) VOBIS; s. i. Cornel. in Ioannem.

A QUID PETIERITIS PATREM IN NOMINE MEO, DABIT VOBIS] Est noua hæc Apostolorum consolatio, nouum quoque documentum eis datum à Christo, ut eo se absente vtantur, ad omnia quibus egent impetrandum à Patre, nimirum petendo ea ab ipso in nomine Christi, q. d. Nolite, o discipuli, tristari de meo abitu & absentia, quia certò vobis promitto Deum Patrem vobis daturum quicquid in nomine meo petieritis. Petite ergo & accipietis. Solebatis omnia quibus egēbatis, à me petere; nunc ego abeo, & mei loco Patrem substituo: quòd à me petebatis, petite à Patre; ille tam facillè tam amanter & liberaliter vos audiet & exaudiet, sicut ego vos audire & exaudire solebam. Nec absentiam causamini, vel distantiam, quod Pater sit in cælis, vos verò in terris. Nam & Pater in terris est, eum sit vbique, imò intra vos est, in anima & mente vestra est, non tantum per essentiam, præsentiam & potentiam, sed & per gratiam. Anima enim vestra eius est sedes & templum, in qua ipse à vobis laudari, orari & inuocari cupit. Ibi ergo eum vobis præsentem, imò familiarem & intimam inuocate: ibi ipse vos exaudiet.

Singula verba habent emphasim. Primò, dico vobis, q. d. Vobis hoc ipso deo, quia vos estis intimi mei amici, discipuli & Apostoli, quos ego summè diligo, ut vestri curam singularem geram, vobisque de omnibus provideam. Primariò ergo, hæc Christus dicit Apostolis; secundariò, fidelibus omnibus quauis ætate viuētib; quia horum personam sustinebant, & hoc repræsentabant Apostoli.

Secundò, quidquid, scilicet vobis salutare, & Deo honorificum quod sit aliquid (solidum & vile, Deoque gratum) non nihil, ait Interlin. Et S. August. Aliquid, inquit, quod non in comparatione beatæ vitæ sit nihil. Qui ergo petit rem illicitam vel noxiam, ut vindictam de inimicis, non exauditur, quia non petit aliquid (salutiferum) sed nihil: peccatum enim est non ens, & quasi nihil. Licet quidem res temporales & adiaphoras, ut sanitatem, opes, officium, dignitatem petere à Deo; sed illas referre oportet ad finem honestum, ut scilicet per ea magis placeamus Deo, ac plura bona opera exercere possimus.

Tertiò, petieritis, græcè ἀιτησῆτε, id est, poposceritis, oraueritis, precabimini, imploraueritis, contenderitis, expostulaueritis, mendicaueritis, inuocaueritis scilicet, vti decet & par est, nimirum Primò, humiliter; Secundò, reuerenter; Tertiò, fiducialiter; Quarto, ardentè; Quintò, perseueranter.

Quartò, Patrem, q. d. Magna spe & amore petite, quasi filij à patre: ipse enim paterno affectu vos summè diligit,

Quintò, in nomine meo, id est, per me & mea merita, non per vestra, de quo mox plura.

Sextò, dabit vobis, securè & certè, si ita petatis, vti oportet.

IN NOMINE MEO] q. d. Abiturus relinquo vobis nomen meum, hoc allegate apud Patrem, & omnia obtinebit. Ostendit nominis sui virtutem, ait Chrysostr. solum enim nominatus apud Patrem, facit mirabilia, q. d. Ne existimetis de reliquo me non futurum vobiscum, aut vos derelictos: nomen enim meum magnum dabit securitatem. Hæc Chrysostr.

Quid est in nomine Christi petere? Resp. Primò.

Quares: Quid est petere in nomine Christi? Respondet Primò, S. Gregorius homil. 27. Nomen filij Iesus est, Iesus autem Saluator, vel etiam salutaris dicitur: ille ergo in nomine Saluatoris petit, qui illud petit, quod ad veram salutem pertinet. Nam si id quod non expedit petitur, non in nomine Iesu petitur Pater. Vnde & eisdem Apostolis adhuc infirmantibus Dominus dicit: Usque modo non petistis quidquam in nomine meo, ac si aperte diceretur: Non petistis in nomine Saluatoris, quia nescitis querere aeternam salutem. Hinc est quòd & Paulus non exauditur, quia si liberaretur à tentatione, ei non prodesset ad salutem. 2. Corinth. 12. Et inferius: Pensate petitiones vestras, videte si in nomine Iesu petitis, id est, si gaudia salutis aeternae postularis. In domo enim Iesu, Iesum non queritis, si in aeternitatis tèplo importunde pro temporalibus oratis. Ecce alius in oratione querit uxorem, alius patrem viliam, alius postulat vestem, alius dari sibi deprecatur alimentum. Et S. Augustinus: Non petitur, inquit, in nomine Saluatoris, quicquid petitur contra rationem salutis, & qui sentit de Christo, quod non est de unico Dei Filio sentiendum, non petit in eius nomine: accipit autem, qui ut debet petit, quando debet accipere: quaedam enim non negantur, sed ut congruo dentur tempore, differuntur.

Secundò.

Sic & Bda, Rupertus & S. Thom. Hæc vera sunt, sed symbolica, non litteralia. Secundò ergo, magis ad litteram, S. Cyrillus, & ex eo Iansenius: In nomine meo, dicit, inquit, ut Christus se mediator & collargitorem ostendat; nam quatenus Deus, nobis cù Patre bona largitur, quatenus mediator est, nostras preces ad Patrem adducit, ipse enim nobis libertatem atque fiduciam ad Patrem largitur.

Tertiò.

Tertiò, Eurhymius, in nomine meo, inquit, hoc est tamquam mei, tamquam Christiani.

Quarid. & genuinè.

Quarid, & genuinè, S. Chrylost. Theophyl. Toletus, & alij, petere in nomine Christi, inquit, est petere per Christum, siue per Christi merita, dignitatem & auctoritatem. Christus enim sua passione & morte meruit, ut quod eius nomine petimus, à Deo impetremus. Quare impetratio hæc respectu nostri est gratia, respectu Christi est quasi iustitia. Nomen eius in Script. significat vires, virtutem, merita, gratiam, dignitatem, auctoritatem. Petere ergo in nomine Christi; est petere allegando merita Christi, in ipsique confidere, nò in suis proprijs: ut Deus non in nostram indignitatem & peccata, sed in faciem Christi sui respiciat, & ob eius sanctitatem & merita nobis donet, quod non meremur. Christus ergo hic non solum Deum, sed Deum incarnatum, obedientem vsque ad mortem crucis significat. Hic enim meruit ut Pater nostras preces exaudiat. Sic explicat Ecclesia, quæ omnes orationes suas concludit: Per Dominum nostrum Iesum Christum. Sic Iudæi orabant Deum per merita Abraham, Isaac & Iacob parentum suorum: Christiani vero per merita Christi, qui infinitum illorum merita superat.

Quintid.

Quintid, Ribera sic explicat. Petite in nomine meo, hoc est, petite quasi à me missi, quasi ego per vos hoc petam à Patre: sicut rex à Pontifice petit quippiam per legatum suum. Petite, non quasi vobis donandum, sed mihi: sicut fratres Ioseph rogant, ut iniquitatem ipsorum condonet patri, quasi pater illam in se suscepit & postulet illam sibi condonari, non fratribus, Genes. 50. Simili

enim modo Christus donat nobis sua merita, suam auctoritatem & gratiam, quam habet apud Patrem, ut per illam petamus.

Hinc rursum, petere in nomine Christi, est petere ea quæ Christus nobis cupit, & dari nobis vult, scilicet quæ ad salutem animæ spectant. Vnde hæc oratio est efficax, & exauditur à Deo, Quocirca valde pia & efficax est illa nonnullorū oratio: Domine da mihi hoc, quod Christus Dominus in me desiderat, quod ipse mihi dari cupit, pro quo ipse mori in cruce orauit, & mihi donari postulat. Rursum quod B. Virgo mihi optat, quod ipsa pro me precatur: ipsa enim me, meamque salutem amat, & melius me nouit, quid mihi ad eam sit vtilius. Hic sensus pius est, sed quartus magis literalis & genuinus.

Dabit vobis] Dices: Experimur multos multa petere à Deo, nec impetrare: quomodo ergo hic dicitur, Dabit vobis? Resp. Causa cur non impetretur est, quòd non petant ea quæ petere oportet, vel ea ratione & modo, quo oportet, ut docet S. Iacobus in epist. c. 4. Affirmatiuæ enim promissiones in Script. requirunt certas conditiones, quas ipsa alibi explicat. Sic oratio & impetratio requirit Primò, humilitatem & reuerentiam: quare qui illa caret, sed superbe & præsumptuose orat, ut fecit Phariseus ille Lucæ 18. hic nihil impetrat.

Orantis conditiones. Prima.

Secundò.

Secundò, requirit contritionem de peccatis, ut orans sit amicus, vel sericè cupiat fieri amicus Dei; hostes enim & inimicos suos non exaudit Deus. Quare peccatores, qui in peccatis suis persistere volunt, non audiuntur à Deo. Vis ergo ut te audiat Deus, tu prior audi, & ad imple legem ipsius, fac prior voluntatem Dei; sic Deus faciet voluntatem tuam, & tua vota implebit: hoc est quod ait Isaiæ 1. Non exaudiam, quia manus vestrae plene sunt sanguine.

Tertiò.

Tertiò, requirit magnam fidem & spem, siue fiduciam impetrandi per merita Christi id quod petimus. Hac fiducia multi carent, ideoque non impetrant: Postulat, ait S. Iacob. cap. 1. in fide nihil habetans. Hinc S. Basilus Constitut. monast. ca. 2. causam, cur non exaudiamur, assignans, ait: Non rectè petisti, quia aut dubitabundus, aut aliud agens petisti.

Quarta.

Quartò, requirit perseverantiam, ut patet Lucæ 11. v. 7. & 8. vide ibi dicta. Denique rectè notat S. Aug. hic tract. 73. Deum subinde negare id quod petimus, quia hoc magis expedit saluti nostræ & gloriæ Dei. Deus ergo nò exaudit nos ad voluntatem, sed ad salutem. Sic Paulum orantem liberari à stimulo carnis non exaudiuit, quia hic illi visior erat ad humilitatem, & ad continuam cum eo luctam & victoriam. Vnde audiuit: Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur, 2. Corinth. 12. 9.

An etiam pro alijs orantes exaudiamur?

Vobis] Hinc S. August. tract. 102. censet hinc dumtaxat promitti orationis effectum, si pro nobis ipsis oremus non autem si oremus pro alijs, Exaudiuntur Sancti, inquit, pro seipsis, non pro omnibus: non enim dictum est, Dabit, sed, Dabit vobis. Verùm melius & liberalius S. Basil. in Regul. breuior. reg. 261. Toletus & alij, censent id promitti, siue pro nobis, siue pro alijs oremus. Nobis enim dat Deus, quod alijs dar pro quibus oramus; dat enim nobis orantibus orationis fructum. Et hoc magis congruit liberalissimæ Dei beneficentiæ.

Adde,

Exemplum. Anachoretæ pro alio orantis.

VERS. 24.

Adde, orare pro alijs opus esse maioris charitatis, præsertim si pro inimicis oremus; unde talis oratio exaudiri solet, ut exauditus est Christus orans pro suis crucifixoribus: & S. Stephanus orans pro Saulo. Ratio est quam dat S. Gregorius homil. 27. Virtus, inquit, veræ orationis est celsitudo charitatis. Et tunc quisque quod rectè petit adipiscitur, cui eius animus in petitione nec inimici odio suscipitur. Sed plerumq; reluctante animo vincimus, si etiam pro inimicis oramus.

Porrò, quòd subinde pro alijs orantes non exaudiamur, vel est culpa nostra, vel illorum pro quibus oramus, qui suâ ignaviâ vel malitiâ indignos se reddunt Dei gratiâ, imò subinde Deo obstrepunt, eumque vocantem spernunt.

Exemplum est in Vitis Parrum. Quidam enim tentatus spiritu luxuriæ postulat preces sancti cuiusdam Anachoretæ, ut illi liberationem impetraret. Orauit ille semel & iterum; sed frustra. Miranti respondit Deus: Tentatus non meretur audiri, quia ipse suâ ignaviâ fouendo cogitationes obscenas, ipsique colludendo, causa est tentationis suæ. Anachoretæ id ipsum narrauit tentato, qui punctus ex Anachoretæ consilio dedit se orationi, vigilijs & ieiunijs, ac tentatione liberari meruit. Tentati ergo orantibus pro se cooperari & collaborare debent, ut audiantur, sicut æger cooperari debet medico, ut sanetur; quod si facere nolit, frustra desudat omnis medicilabor & industria.

VSQUE MODO NON PETISTIS QUIDQVAM IN NOMINE MEO] scilicet, quia vos huc vsque consili meæ præsentis, à me præsentem omnia petistis, & ego pro vobis Patrem rogavi, & illa impetraui: iam autem abiturus vos remitto ad Patrem, ut ab eo petatis illa quibus indigetis per interpositionem nominis mei. Licet ergo Apostoli inuocato nomine Christi demones eiecerent, & ægros sanarent; tamen nihil hucusq; à Patre per merita Christi petierant: eò quòd ipsum haberent præsentem & ad manû, ac ab ipso peterent quæcumque vellent.

PETITE ET ACCIPIETIS] quia ego meis meritis à Patre vobis id ipsum impetraui. q. d. Nò est quòd tristemi, o discipuli, de meo habitu, quia Pater meus me absente à vobis inuocatus per nomen meum, maiora vobis dabit, quam ego dederim. ita Euthym. Maldon. & alij. Vide dicta Matth. 7. 7.

VT GAUDIUM VESTRUM SIT PLENUM] Primò, S. August. tract. 102. hæc verba refert ad petite, q. d. Petite, ut Deus plenè me absente vos solatur, plenoque gaudio cumulet in æterna felicitate.

Secundò, S. Cyrillus refert ad accipietis, q. d. Si petatis & oretis, accipietis à Deo plenum gaudium, nimirum remissionem peccatorum & gratiarum copiam.

Tertiò, & genuinè, ut non causam, vel finem intentum, sed effectum & consecutionem significat. q. d. Incipietis gaudere, cum videbitis me resurrectisse, ut dixi v. 22. Sed ut vestrum hoc gaudium perficiatur & compleatur, petite in nomine meo gratias omnes, quibus opus habetis: sic fiet ut illas impetrantes à Patre, plenum habeatis gaudium, nec quid amplius in hac vita desideretis. ita Ribera, Toletus, Iansenius & alij.

HÆC IN PROVERBIIS LOCVTVS SVM VO- VERS. 25. BIS. VENIT HORA, CVM IAM NON IN PROVERBIIS LOQVAR VOBIS, SED PALAM DE PATRE ANNUNCIABO VOBIS] In proverbijs, id est, per prouerbia ita Arabicus, græcè, in paræmjs; Syrus, in Parabolis. Proœmio in Prouerb. dixi prouerbijs, parabolam, & paræmiam sæpè pro eodem sumi, ac significare quemuis occultum, obsecrum & inuolutum sermonem, etiam si is propriè dictam parabolam non contineat. Sic hic sumitur, q. d. Quæ hæcenus dixi de modico, de Spiritu sancto, de habitu ad Patrem, de gaudio vestro, &c. iam vobis videntur obscura & quasi ænigmata: sed experientia ipsa vos hæc omnia mox clarissimè docebit; cum scilicet hæc ipsa ego palam & aperte annuntiabo vobis, tum per me ipsum, postquam returrexero, per 40. dies, quibus vsque ad ascensionem vobiscum verlabor, vobisque aperiam sensum sacre Scripturæ, Act. 1. 3. ita S. Chrylost. Theophyl. Euthym. tum maximè per Spiritum sanctum, quem vobis mittam in Pentecoste, ut clarè & distinctè vos doceat mysteria meæ fidei, eorumque amore inflammet. Ita S. Aug. Beda, Maldon. & alij. Porrò S. Gregorius lib. 30. Moral. cap. 5. hanc Christi promissionem refert ad statum beatitudinis in cælo: tunc enim plenissimè implebitur, cum videbimus Deum facie ad faciem.

VERS. 26.

IN ILLO DIE IN NOMINE MEO PETETIS: ET NON DICO VOBIS, QVIA EGO ROGABO PATREM DE VOBIS] q. d. Ego c. 14. v. 16. dixi: Ego rogabo Patrem, & alium Paracletum habet vobis, quare tunc rogavi Patrem pro vobis; at nunc deinceps mea rogatione non erit opus; quia mox mittam Spiritum sanctum, qui vos docebit rogare Patrem in nomine meo magno affectu: quare Pater vobis orantibus omnia concedet, quia ipse vehementer vos amat: mea ergo rogatione, & meis precibus tunc non indigebitis, illis scilicet, quas in terra vobis præsens ad Deum fudi. Nota. Hinc nonnulli Patres censent Christum in cælo nò orare pro nobis oratione propriè dicta, sed tantum representatione vulnerum suorum, quæ Patri ostendit. Citat eos noster Vasquez 3. p. 10. 1. ad q. 21. Verùm longe probabilius est Christum in cælo pro nobis orare oratione propriè dicta, ut ostendit Rom. 8. 24. Alia ergo est hic mens Christi, nimirum illa quam explicui, quòd non sit opus suâ in terris præsentia, ad orandum pro eis more solito.

VERS. 27.

IPSE ENIM PATER AMAT VOS: QVIA VOS ME AMATIS, ET CREDIDISTIS QVIA EGO A DEO EXIUI] Pater præuenit nos in amore, & prior amat nos, dum nos peccatores ad penitentiam & sui amorem vocat & excitat: quare tunc incipimus Deum amare, tuncque Deus nobis charitatem & gratiam iustificantiem infundit, qua nos facit amicos & filios Dei. Quare Deus tunc maiori amore nos redamat, tamquam suos amicos & filios. Hinc patet charitatem esse amicitiam inter Deum & homines: ipsa enim facit ut nos amemus Deum, ac vicissim ut Deus amet nos sicut amicus amat amicum, & vicissim ab eo redamatur.

CREDIDISTIS QVIA A DEO EXIUI] Id est, credidistis quòd sum Dei Filius, ab eo missus in carnem & mundum, ad vestram aliorumque salutem.

T t 4

Dicer

Deus vult orari curi causa prima.

Dices: Si Deus amat nos, cur vltro non dat ea, quibus scit nos indigere, sed vult rogari & obsecrari? Resp. Primò, quia hoc postulat Dei maiestas & reuerentia, vt scilicet orando eam reueremur, restemurque nos eius beneficentiâ indigere nec vllum nostræ necessitati posse succurrere, nisi ipsum. Hoc ergo orationis tributum illi debemus, vt nostram indigentiam, & eius liberalitatē supplices profiteamur.

Secunda.

Secundò, id postulat hominis conditio, vt se à Deo pendere, ali, foueri, protegi, & in omnibus ipsius opè & largitione indigere agnoscat, imò se Dei esse mendicum, ait S. Augu. palam fateatur. Humiliet ergo se coram Deo, & ab eo demissa ceruice petat & mendicet ea quibus eger.

Tertia.

Tertiò, idipsum postulat rei quæ petitur dignitas: petimus enim à Deo gratiam & gloriam, quibus nil est præstantius. Vult ergo illa Deus oratione, quasi pretio emi, vt homo pluris ea æstimet, nec amittat, sed studiosè conseruet. Ita S. Basil. in Constit. monast. c. 2.

Quarta.

Quartò, idipsum postulat orationis utilitas & præstantia, quæ ingentia oranti commoda confert. In ea enim exercemur. Primò, fidem: quia credimus Deum esse omnipotentem, sapientissimum & optimum, vt possit, sciat & velit donare ea quæ petimus: Secundò ipem: speramus enim eum daturum necessaria, imò vtilia vitæ præsentis & æternæ, quæ flagitamus: Tertiò, charitatē, qua quasi filij à patre amantissimo eadem perimus. Hanc causam dat S. Chryost. in psalm. 4. Quoniam, inquit, gratia non est paruum vinculum dilectionis in Deum, quæ cum eo colloqui nos assuescit, & ad sapientiæ studium nos deducit. Si enim, qui cum magno aliquo & admirabili viro multum versatur, ex eius consuetudine maximum fructum accipit, quantum magis qui cum Deo perpetuam habet consuetudinem? Est enim oratio, vt idem alibi ait, colloquium cum Deo, quæ hominem facit quasi angelum Deo familiarem. Vide eundem li. de Orando Deum, & Climacum gradu 28. in initio, vbi plurima & præstantissima orationis dat èlogia additque: Oratio est, prout quædam tyrannus Dei: vim enim facit Deo, eumque quasi cogit ad præstandum ea quæ petuntur.

VERS. 28.

EXIUI A PATRE ET VENI IN MVNDVM ITERVM RELINQVO MVNDVM, ET VADO AD PATREM.] Exiui à Patre, non tantum per exitum temporalem ad generationem humanam, nascendo ex Virgine, vt vult Iansen. sed etiam per exitum & generationē æternam, qua à Patre genitus sum Dei Filius. Ita Patres. Audi S. Augu. tract. 102. Exiit à Patre, quia de Patre est, & in mundum venit, quia mundo suū corpus ostendit, quod de Virgine assumpsit. Et Cyrill. Exiuisse à Deo nihil aliud est, nisi natum esse, effulsiſſeq. à substantia Patris eo processu quo est, & ita propria intelligitur substantia. Et Euthym. Exiui à Patre, significat eum de substantia Patris esse, siue legitimum Patris Filium, ita etiam Beda, S. Tho. & Lyran. Ribera, Toletus & alij. Id magis patebit ex v. 30. Sic Heb. 7. de filiis dicitur: Ipsi exierunt de lumbis Abrabæ. Et Isaiæ 39. De filiis eius, qui exiunt à te, quos generis. Exire ergo à Patre, idem est quod ab eo gigni.

VERS. 29.

DICUNT EI DISCIPVLI EIVS: ECCE NVNC PALAM LOQVERIS, ET PROVERBIVM NVLLVM

VERS. 30.

DICIS. NVNC SCIMVS QVIA SCIS OMNIA, ET NON OPVS EST TIBI, VT QVIS TE INTERRO-

GET: IN HOC CREDIMVS, QVIA A DEO EXISTI.] q. d. Iam clarè intelligimus quod antea non capiebamus. Dixerat enim obſcurè: Modicum & non videbitis me, &c. iam clarè idipsum explicat, dum ais: Relinquo mundum, & vado ad Patrem.

NVNC SCIMVS QVIA SCIS OMNIA.] q. d. Ex eo quòd videamus & audiamus te arcanas nostras cogitationes, dubitationes, & desideria de interpretatione illius: modicum & non videbitis me, &c. v. 19. scire, & præuenire respondendo, vt tibi non sit opus rogare aliquem, vt cognoscas quid ille cogitet, ac rogare & scire desideret: ex eo inquam quòd anteuertisti nostras cogitationes, scimus quia (quod) sis omnia, etiam arcana cordium, & non opus est tibi, vt quis te interroget: cum enim vellemus te de modico interrogare, tu id perspicuus interrogationem nostram præuenisti, & dubitationem nostram vltro explicuisti. Ita hoc credimus quia (quod) a Deo existit. q. d. Per hoc firmius credimus & in fide nostra corroboramur, te esse verum Dei Filium ab eo genitum, eò quod scis omnia, & secreta cordium peruides: quod proprium est Dei: ita Cyrill. Aut vt Toletus: Ita hoc credimus. q. d. Vel hoc solum satis est nobis vt credamus te exisse à Deo, quòd secreta nostra reuelas, ipsique respondeas. Et si alia argumenta (quæ multa habemus) deessent, hoc vnū nobis sufficeret ad credendum in te.

RESPONDIT EIS IESVS: MODÒ CREDITIS? VERS. 31.

ECCE VENIT HORA, ET IAM VENIT VT DISPERGAMINI VNVSQVISQVE IN PROPRIA, ET

ME SOLVM RELINQVATIS: ET NON SVM SOLVS, QVIA PATER MECVM EST.] Ita Roman. Theophyl. Euthym. Iansen. & alij per interrogationem legunt, q. d. Modò creditis? sed breui ostendetis quam parua parumque solida sit fides, cum me videntes capi à Iudæis diffugietis. Alij legunt assertiuè, imò Syrus & Arabicus legunt imperatiuè, modò credite, sed eodem sensu redit. q. d. Modò fidem habetis in me, sed longè debiliore, quam putatis, vti mox ostendetis, eum me relicto aufugietis.

VERS. 32.

VT DISPERGAMINI VNVSQVISQVE IN PROPRIA] id est vnusquisque vestrum scotium fugiet, quo eum impetus & timor tulerit, non expectabit alter alterum, nec in locum certum omnes conuenietis, sed vnusquisque in locum, qui se primò fugienti obtulerit. ET NON SVM SOLVS.] q. d. Non hæc dico mei causa, sed vestri: ego enim vestra protectione non egeo, eum mecum habeam Patrem, cuiusque omnipotentiam.

HÆC LOCVTVS SVM VOBIS, VT IN ME PACEM HABEATIS. IN MVNDO PRESSVRAM HABEBITIS SED CONFIDITE EGO VICI MVNDVM.] Hæc, scilicet de mundi in me & vos odio & persecutione v. 5. & c. 15. v. 18. & 19. locutus sum & prædixi, vt in me pacem habeatis, hoc est, vt in me confidentes certamque spem reponentes, animofitis tranquillo, standi, & inter fluctus persecutionum quieto, immobili & imperterrito. Patet ex seq.

VERS. 33.

IN MVNDO PRESSVRAM HABEBITIS, SED CONFIDITE, EGO VICI MVNDVM.] Vti, inchoatè per sanctam vitam, & celestem doctrinam, sed iam iam eundem plenè & perfectè deuinam per heroicam passionem & mortem. q. d. Confidite in me, quia, sicut ego vici mundum, sic &

vos vincetis, si in fide & dilectione perseveretis: si ergo in me manseritis, vos quoque meo exemplo per gratiam & robur Spiritus sancti, quod vobis suggeram, superabitis mundum, id est omnia Iudæorum gentiumque odia, terrores, tentationes & persecutiones. Nam vt ait Ioannes epist. 1. c. 5. Omne quod natum est ex Deo, vincit mundum: & hæc est victoria, quæ vincit mundum, fides nostra. Vide ibi dicta. Sub mundo diaboli mundi principem, ceterosq. aduersarios Christi qui in mundo sunt, accipe. ita Toletus, Ribera & alij. Confidite igitur in omni pressura mundi, quia ego mundum vici, non mihi, sed vobis: vici enim, vt vos vinceretis, vt vobis vincendi normam & ideam darem, vt vobis à Deo vincendi gratiam impetrarem. Certate ergo generose, quia ego certabo in vobis, & vincam in vobis, dum vos victores efficiam. Nam, vt ait S. Aug. hic tract. 103. non viciſſet ille mundum, si eius membra vinceret mundus.

Hicce Christi verbis confitii & roborati Montanus, eiusq. locij Martyres, discipuli S. Cypriani, exultabant in carcere cæco & horrido, quia, vt aiebant ipsi: Vbi tentatio est grandis, ille ibi maior est, quia eam vincit in nobis: & non est pugna, quâ non sit, Domino protegente, victoria. Ita habent eorum Acta apud Surium, die 24. Febr. Et ipse S. Cyprianus epist. ad Fortunatum de Exhort. martyr. Si quis, inquit, Dominica præcepta custodiens, & fortiter Christo adherens, contra eum (aduersarium) steterit, vincatur necesse est, quia Christus inuictus est. Idem lib. 2. epist. 2. ad Donatum: Nihil, ait, appetere iam, nihil desiderare de seculo potest, qui seculo maior est. Idè lib. 4. epist. 6. ad Tiberitan. Miles Christi, ait, præceptis eius & monitis eruditus, non expanſit ad pugnam, sed paratus est ad coronam. Et antèrius: Gaudere nos & exultare voluit in persecutionibus Dominus, quia quando persecutiones sunt, tunc dantur coronæ fidei, tunc probantur milites Dei, tunc Martyribus patet celi. Et post nonnullas: Solus non est, cui Christus in fuga comes est: solus non est, qui templum Dei seruans, vnicumque fuerit, sine Deo non est: si fugientem in solitudine

ac montibus larro oppresserit, fera inuaserit, fames aut frigus afflixerit, vel per maria præcipiti nauigatione, prope ansem tempestas ac procella submerserit: exspectat militem suum Christus vnicumque pugnam, & persecutionis causa pro nominis sui honore morienti præmium reddit, quod daturum se in resurrectione promissit. Idem tract. de Mortalitate: Agnoscere se debet, inquit, qui Deo militat, qui postus in caelestibus castris diuina iam sperat: vt ad procellas & turbines mundi, trepidatio nulla sit in nubis, nulla cum cunctatio; quando hæc ventura prædixerit Dominus, prouide vocis hortatu inſtruens & docens, & præparans atque corroborans. Idè epist. 1. ad Cornelium ait, Milites Christi, vinci non posse, mori posse, & hoc ipso inuictos esse, quia mori non uident. Patheticè verò Confessores in carcere martyrio destinati, ad S. Cyprianum quasi Martyrum tubicinem scribentes lib. 5. epist. 12. Quid gloriosius, inquit, quid uic felicius vlti hominum poterit ex diuina dignatione contingere, quam inter ipsos carnifices interrum confiteri Dominum Deum? quam inter se uentia secularis potestatis varia & exquisita tormenta, etiam extorto, & excruciatos, & exaristatos corpore, Christum Dei Filium, eſſi recedente, sed tamen libero spiritu confiteri? quam impedimentis omnibus secularibus ruptis, in conspectu Dei iam se liberum hylere, quam caeleste regnum sine ulla cunctatione retinere, quâ collegam passionis cū Christo in Christi nomine factum fuisset.

Sic mundum vicit S. Chryostomus: cū enim de eius expulsionem ageretur, habuit hac de re hominiam 11. ad suos, in qua ita orditur: Multi quidè fluctus & vnda immanes, sed submergi non vereor: quia supra petra sto, insaniat hæc: mare, petram non potest euertere. Sed quid putant? Ne mortem verear, cui vincere Christus est, & mori lucrum. Ne exitum periretimeam, qui nouerim Domini esse terram & plenitudinem eius. Sed bonorum proſcriptionem metuam, qui ſi ſi ſi quid nihil inulterum in hunc mundum, sed neque auferre quid possum? Quidquid terroris habet mundus, contemnos quidquid delectabile habet, video: Diuitias non cupio, paupertatem non horreo, mortem non timeo.

VERS. 34.

CAPVT DECIMVM SEPTIMVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Christus hinc more patris amantissimi, qui moriens filijs valedicit, post prolixam adhortationem & consolationem discipulorum, à cap. 13. huc vsque produxerat, iam sermonem suum concludit oratione, qua eos Deo commendat & resignat. Orat ergo hic Primò, pro sua & Patris clarificatione. Secundò, v. 9. pro suorum discipulorum custodia & salute. Tertiò, v. 20. pro ijs qui per Apostolorum prædicationem credituri sunt in ipsum, vt Deus seruet eos à malo, & vt omnes sint vnum, ac mundus cognoscat ipsum fuisse à Patre missum ad hominum salutem.

1. Hæc locutus est Iesus: & fubleuatis oculis in cælum, dixit: Pater venit hora, clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te: 2. Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, vt omne, quod dedisti ei, det eis vitam æternam. 3. Hæc est autem vita æterna: vt cognoscant te, solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum, 4. Ego te clarificaui super terram oper consummanti, quod dedisti mihi vt faciam: 5. & nunc clarifica me tu Patre apud temetipsum, claritate, quam habui prius, quàm mundus esset, apud te. 6. Manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo: Tui erant, & mihi eos dedisti: & sermo-

fermonem tuum seruauerunt. 7. Nunc cognouerunt, quia omnia quae dedisti mihi, abs te sunt: 8. quia verba, quae dedisti mihi, dedi eis: & ipsi acceperunt, & cognouerunt verè quia à te exiui, & crediderunt quia tu me misisti: 9. Ego pro eis rogo: Non pro mundo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi, quia tui sunt: 10. & mea omnia tua sunt, & tua mea sunt: & clarificatus sum in eis. 11. Et iam non sum in mundo, & hi in mundo sunt, & ego ad te venio Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi: vt sint vnum, sicut & nos. 12. Cùm essem cum eis, ego seruabam eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi, custodiui: & nemo ex eis periit, nisi filius perditionis, vt Scriptura impletur. 13. Nunc autem ad te venio: & hæc loquor in mundo, vt habeant gaudium meum impletum in semetipsis. 14. Ego dedi eis sermonem tuum, & mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut & ego non sum de mundo. 15. Non rogo vt tollas eos de mundo, sed vt serues eos à malo. 16. De mundo non sunt, sicut & ego non sum de mundo. 17. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est. 18. Sicut tu me misisti in mundum, & ego misi eos in mundum. 19. Et pro eis ego sanctifico meipsum, vt sint & ipsi sanctificati in veritate. 20. Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me: 21. vt omnes vnum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint: vt credat mundus, quia tu me misisti. 22. Et ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis: vt sint vnum sicut & nos vnum sumus. 23. Ego in eis, & tu in me: vt sint consummati in vnum: & cognoscat mundus quia tu me misisti, & dilexisti eos, sicut & me dilexisti. 24. Pater, quos dedisti mihi, volo vt vbi sum ego, & illi sint mecum: vt videant claritatem meam, quam dedisti mihi: quia dilexisti me ante constitutionem mundi. 25. Pater iuste, mundus te non cognouit: ego autem te cognoui: & hi cognouerunt, quia tu me misisti. 26. Et notum feci eis nomen tuum, & notum faciam: vt dilectio, qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis.

VERS. I.

Christi ad passionem suam cygnea oratio.

HÆC LOCUTVS EST IESVS: ET SVBLEVATIS OCVLIS IN CÆLVM, DIXIT: PATER VENIT HORA, CLARIFICA (SYRVS & ARABICVS, GLORIFICA) FILIVM TVVM, VT FILIVS TVVS CLARIFICET (SYRVS & ARABICVS, GLORIFICET) TE. Est hæc Christi iugiter ad passionem vltima, & quasi cygnea oratio, ideoque plena dulcedinis, amoris & ardoris, qua docet nos Primò, instante tribulatione ad orationem confugere, & à Deo robur petere ad illam superandam. Secundo, patres tam corporales, quam spirituales, dum abeunt vel moriuntur, debere suos filios Deo per orationem commendare. Tertio, concionatores oportere studere orationi, vt per eam impetrent tum vim dicendi, mouendique animos auditorum, tum auditoribus gratiam, vt audita capiant, amant, & opere exequantur, ne inanis verborum locum habeat, ait Cyrillus lib. 11. c. 14.

SVBLEVATIS OCVLIS] vt simili gestu nos in oratione mentem à terra in cælum ad Deum sustollere doceret. Ita Chryl. Singula verba habent emphasim. Pater Orat Christus vt homo, sed homo Deus, siue Deo hypostatice vnitus. Quare Deum vocat Patrem, quia ipse genuit Filium, quia Deus est, ipseque hominem assumptum hypostatice vnuit. Patris nomen fiducia & amoris est illicium: quid enim neget pater filio? Idem maiestatis & potentiae est indicium. Nam vt ait Cyrill. lib. 1. Thelauri cap. 6. in Deo maius est esse patrem, quam dominum, quia vt pater genuit filium sibi *ὁμοιωσας*, vt dominus creauit creaturas, quæ in infinitum minores sunt Filio.

VENIT (græcè ἐπιλυθῆναι, id est, venit in præterito) HORA] id est, tempus opportunum, scilicet penè vltima hora libertatis & vitæ meæ: iam in-

stat mihi captiuitas, passio, crux & mors, quando ego maxime egeo tuâ, ô Pater, gratiâ & auxilio: tunc enim maxime occultabitur mea diuinitas, quando vt seditiosus, & affectator regni Iudaici cum sattonibus infami crucis suffrag: quare oro vt hanc infamiam abstergas, deitatem meam ostendas, meque clarifices. Audi nunc S. Aug. *Ostendit omne tempus, & quid quando faceret, vel fieri sineret, ab illo esse dispositum, qui tempori subditus non est. Venit hora, non fato vrgente, sed Deo ordinante absque vltima mori cogere siderum concordiam.*

CLARIFICA FILIVM TVVM] Syrus & Arabicus, glorifica. Quare, quam gloriam & glorificationem hic petat Christus? Primò, nonnulli accipiunt passionem, crucem & mortem: hæc enim fuit igens Christi gloria: quia per eam homines Deo reconciliauit, peccatum aboleuit, diabolum vicit, mortem destruxit, vitam & gloriam nobis procurauit. Ita Origenes hom. 6. in Exodum, S. Ambros. lib. 4. Hexam. c. 2. & S. Hilarius lib. 3. de Trinit. quem audi: *Consuetudinis erat, flagellandus, crucifigendus, sed clarificat Pater deficiente sole, vremen- te terra proclamante centurione. Crux ergo in se in gloria Christo, in fructu eidem fuit gloriosa. Vide Origen.*

Secundo, S. August. tract. 104. & Ribera sententiam gloriam hanc Christi esse resurrectionem, ascensionem in cælum, sessionem ad dexteram Dei, & missionem Spiritus sancti. q. d. Ego pro gloria tua, & pro salute hominum, quos ab æternò elegisti, ignominiosè morti me offero, tu me clarifica, vt in passione verus filius tuus appaream: & postea resurgam & ascendam in cælum: vt ita verus Deus ab hominibus credar, propter quos morior, ac diuinitas & potentia & bonitas tua cognoscantur, & ab omnibus adoreris. Audi S. Au-

Gloria Christi. Primò.

Secundò.

S. Aug. Si passione clarificatus dicimur, quanto magis resurrectione? ait ergo, Clarifica q. d. Venit hora seminanda humilitatis, fructum non differas claritatis.

Tertio,

Tertio, magis præcisè & genuinè, gloria hæc fuit manifestatio Christi, vt mundus agnosceret eum esse Christum Dei Filium, ac in eum credens iustificaretur & saluaretur. Hic enim erat finis & scopus incarnationis, & totius œconomiae Christi, sicque explicat Christus v. 2. & seq. vbi hanc gloriam vocat sui Dei que manifestationem. Sibi ergo est. q. d. Ecce tu, ô Pater, me filium tuum misisti in carnem & mundum, vt mea passione & morte eum perditum redimam & saluem: instat mihi passio & mors in cruce infamis, ob quam multi patientur in me scandalum, & à salute per me parta excident: rogo te, ô Pater, vt me mundo notifices & glorifices, ne homines me vt vilem, sceleratum & infamem, ob mortem crucis contemnant, sed filium tuum, Deumque verum agnoscant, itaque gratiam, iustitiam & salutem consequantur. Petit ergo Christus patrefieri mundo consilium Dei de ipso incarnando, crucifigendo, & morituro pro hominum salute, vt scilicet tantum Dei opus suum finem & scopum, qui est salus hominum, assequatur. Ait igitur, Clarifica, id est glorifica, me crucifixum & morientem, per miracula, scilicet terræ motum, eclipsim solis, scissionem veli in templo, scissionem petrarum, apertionem sepulchrorum, item per celerem resurrectionem & gloriam corporis: ad hæc per ascensionem in cælum, missionem Spiritus sancti, & omnium gentium conuersionem ad fidem meam, vt ex ijs omnes gentes credant me esse Deum, & Messiam saluatorem mundi, ac per hanc fidem sanctificentur & beentur.

Hinc patet omnes hæc tres expositiones eodem recidere, & in idem terminari. Et hoc propriè significat gloria, quæ non est aliud, quam nominis claritas. Vnde Quintil. *Conferens laus bonorum, ait gloria appellatur.* Et Cicero pro Marcello: *Gloria est illustris ac peruagata multorum & magnorum, vel in suos ciues, vel in parriam, vel in omne genus hominum fama meritum.* Idem lib. 2. *Offic. Perfeta gloria, ait, constat ex tribus his, si diligit multitudo, si fidem habet, si cum admiratione quadam honore dignos putat.* Vnde Iudorus lib. 10. Etymol. litt. G. *Gloriosus, inquit, à frequentia claritatis dicitur, pro c. g. littera commutata. Gloriosus à laurea dicitur, quæ datur victoribus.* Ita S. Cyrillus hanc Christi gloriam explicat lib. 11. 14. Cyprianus libr. de Duplici martyrio, Hilarius lib. 3. de Trinit. Basilus lib. 4. contra Eunom. sub finem, & alij. Addit Euthym. q. d. Clarifica, id est, notifica mundo, me ex mero & summo amore liberè pro eis mortem crucis subiisse: hoc enim coget omnes gentes me colere & redamare. Hinc patet, hanc clarificationem propriè esse humanitatis Christi, vt scilicet illa cognoscatur esse vnica Deo; consequenter tamen esse quoque diuinitatis Christi, quia hæc sequitur ex illa. Ex hoc enim quòd notum fuit mundo, humanitatem Christi vnitam fuisse Deo, notum quoque factum est, Deum ex immensa misericordia demississe se ad carnem, & crucem pro nobis subeundam ex summo nostri amore.

Obijciebat Arrius: Filius petit clarificari à Patre, ergo Pater maior & clarior est Filio. Retor-

quet hoc in ipsummet S. Basilus: nam subdit Christus: *Vt & Filius clarificet te.* Tam ergo Filius clarificat Patrem, quàm Pater Filium.

Gloria patris ignominia.

Moraliter docet Christus hæc, quòd Deus ignominiam suo nomine susceptam vertat in gloriam, eoque maiorem, quòd maior fuit ignominia, adeoque veram viam ad gloriam esse ignominiam, crucem & mortem, iuxta illud Philipp. 2. *Factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis, &c. propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur caelestium, terrestrium & infernorum.*

Sic S. Petrus & Paulus Romæ à Nerone ludibrio habiti, & quasi superstitiosi, hostesque imperij, cruce & gladio plexi, peruenerunt ad summam gloriam, vt iam non tantum Romæ, sed & toti Romano Imperio dominantur, ac S. Petrus Traianum, S. Paulus Antoninum Imp. sua columna triumphali desiciens, eius locum occuparit.

Viderunt id per umbram Gentiles. Vnde Agesilaus rex Spartæ rogatus, quare ratione perpetuam sibi gloriam parare possit? Respondit: *Si mortem contempseris. Nihil enim præclarè geri potest ab eo, cuius animam metus mortis occupauit.* Ita Plutarchus in Lacon. Sic Alexander, Iulius Cæsar, Scipio, Marcellus, Hannibal, &c. gloriam bellicam sibi parauere mortis contemptu: vnde de ijs sic canit Horatius l. 1. Carm. ode 12.

Crescit occulto velut arbor æno
Fama Marcelli, micat inter omnes
Iulium sidus, velut inter ignes
Luna minores

Hinc Hispani etiamnum hoc habent axioma: Ducem belli, qui gloria sit avidus, debere mortem contemnere, vt gloriam emat vitæ prodigalitate. Id ipsum magis dicunt viri Apostolici:

Ardua per præceps gloria vadit iter.

Quid enim est gloria terrena ad caelestem, humana ad diuinam, temporalis ad æternam? Hinc Paulus 2. Corinth. 4. *Non sunt, inquit, condignæ passionibus huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.* Vnde eandem mox vocat æternam gloria pondus, quia virtutis heroës glorificabit S. Trinitas, omnes angelorum myriades, omnia beatorum Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum agmina in omnem æternitatem.

VT FILIVS TVVS CLARIFICET TE] q. d. Oro, ô Pater, vt clarifices, id est, notum & clarum toti mundo me efficias, ostendendo me non esse merum hominem, sed hominem Deum, ac Filium tuum à te missum in carnem ad salutem hominum: hoc autem oro, non propter me quasi ego huius claritatis & gloriae, siu avidus, sed vt claritas & gloria ad te redeat, velut ad fontem & auctorem omnis gloriae meæ, vt scilicet ego manifestatus & clarificatus à te maiori pondere viciissim clarificem, id est, notum & clarum efficiam te toti mundo. Fecit hoc Christus Primò, quia dum clarificatur Filius, clarificatur & Pater, ait Cyrillus. Sic & S. Hilarius li. 3. de Trinit. *Ostendit, ait, eandem in vtroque diuinitatis virtutem: claritas enim Filij est claritas Patris. Secundo, quia dum innotuit mundo magnum hoc pietatis sacramen vnum, scilicet Verbi incarnatio, & per illam hominum salus & redemptio, omnes illud audientes & credentes laudantur immensam Dei Paris*

Patris misericordiam, sapientiam & omnipotentiam, quam in hoc suo opere ostendit. Tertio & maxime, clarificauit Christum Patrem uia uoce doctrinae & praedicationis suae. Praedicauit enim Christus mysterium S. Trinitatis, ac passim hic apud Ioannem Patrem suum dilaudat, dicens se ab eo missum, & illi omnia sua accepta referre. Audi S. August. Quomodo Filius Patrem clarificauit? Erat in Iudaea tantummodo notus Deus, factum est uero per Euangelium Christi, ut Pater innotesceret Gentibus; ait ergo, Clarifica, & c. q. d. Resuscita me; ut innotescas toti orbi per me.

Nota ad Filium tuum: nam ut ait S. Hilar. lib. 3. de Trinit. multi sunt filij, sed ipse proprius & uerus origines, non adoptione; ueritate, non nuncupatione; ueritate, non creatione.

VERS. 2.

SICUT DEDISTI EI POTESTATEM OMNIS CARNIS id est omnis hominis. Tertio Primò, similitudinem; Secundò, causam, ait Euthym. & Ribera; Tertio, proportionem & aequalitatem, ait Toletus, significat, q. d. Quia dedisti mihi, o Pater, potestatem in omnes homines, da pariter & claritatem ad potestatem hanc necessariam, illique proportionatam, scilicet parem & aequalem; ut, sicut potestas mea est amplissima, utpote in omnes homines, sic & claritas mea sit amplissima, & per omnes gentes spargatur. Sic dicit uice rex regi: Quia dedisti mihi potestatem vicariam, o rex, da quoque ministros & sumptus ad potestatem & dignitatem hanc sustinendam necessarios. Potestas autem Christi est auctoritas, ius & imperium Christi, non tantum quia Deus, sed etiam quia homo est, in omnes homines. Pater enim omnes homines Christo homini, quasi suo principi & saluatori subiecit, omnesque curam & gubernationi Christi commisit, ut quantum in se est, omnes saluare satagat. Posuit igitur in manu Christi salutem omnium hominum. ad ergo omnis carnis, id est, omnis hominis, ostendit non ad solos Iudaeos, sed ad totum orbem terrarum praedicationem Euangelij extendendam, ait Chrysof.

UT OMNE QVOD DEDISTI EI, DET BIS VITAM AETERNAM] Est hebraismus. Omne enim significat omnem hominem; sed dicit omne, ut magis uniuersitatem exaggeret. Rursum mutat numerum singularem in pluralem, dicens eis, ut indicet in hac uniuersitate non esse unum, vel paucos, sed plurimos. Adde, ad eis per pleonasmum Hebraeis uisum redundat. Sensus est, q. d. Glorifica & notifica me mundo, ut officio & potestate mea, mihi a te tradita rite perfungar, scilicet ut omnes homines, quantum in me est, deducam ad vitam aeternam: haec enim claritas, quae est fides in me, necessaria est ut salutem consequantur. Dices, Christus non dat omnibus hominibus vitam aeternam, quia pauci saluantur, & plures damnantur. Respond. Chrysof. & Toletus Christum quantum est ex parte sua, dare omnibus vitam aeternam, quia omnibus dat sua merita, suam doctrinam, sua Sacramenta, suam gratiam, ceteraque salutis media, quibus si recte utantur, peruenient ad vitam aeternam: quia uero plures ipsi ut nolunt hinc plures suam culpam & ignauiam damnantur quam saluantur. Addit Iansen. Christum proprie loqui de solis praedestinationis, & electis: hos enim proprie Pater dedit Filio, ut patet v. 16. Christus ergo electis dat vi-

tam aeternam efficaciter, reprobis uero sufficienter dumtaxat, quia his dat sufficientem gratiam, illis uero efficacem: unde hi saluari possunt, sed illi soli actu saluantur.

HÆC EST AUTEM VITA AETERNA, UT COGNOSCANTE SOLVM DEVM VERVM ET QVEM MISISTI IESVM CHRISTVM] Cohæret hæc gnome apte cum præced. dat enim causam Christum cur petat clarificari; quia scilicet hæc claritas est cognitio Dei & Christi, quæ uerita est uia ad vitam aeternam. Hic ergo est totus Christi discursus: Clarifica me filium tuum, o Pater, ut Filius clarificet te, ut per hanc clarificationem & manifestationem, qua fideles agnoscent te esse uerum Deum, & Iesum Christum, quem misisti, ut credentes in eum saluentur: nemo enim nisi per fidem, qua credit in Christum, saluari potest.

HÆC EST AUTEM VITA AETERNA] Primò, S. Thomas 1. p. qu. 12. art. 4. & 6. & 1. 2. qu. 3. art. 4. & lib. 3. Contra gentes cap. 61. & alibi, hæc uerba accipit in sensu formali, indeque probat essentiam beatitudinis sitam esse in actu intellectus, non uoluntatis, puta in uisione Dei. Sic ergo exponit, q. d. Clarifica me, ut per hanc claritatem fideles in me consequantur vitam aeternam, quæ consistit in cognitione, id est, uisione Dei, id est, Patris & Filij.

Secundò Caietanus, Titelmann & Iansenius censent cognitionem hoc loco accipi, ut communis est cognitioni uia & patriæ; atque ideo non dictum esse, ut uideant te, quod Beatorum est, sed ut cognoscant te, quod etiam uiatoribus: q. d. Ego daturus sum illis vitam aeternam; uita autem aeterna hic inchoatur per fidem, & postea consummabitur in uisione: quare sine fide assequi eam homines non possunt; ideo peto ut me clarifices.

Tertio, & genuinè, hæc uerba ad litteram explicanda sunt in sensu non formali, sed causali, q. d. Hæc est uita aeterna, id est, hæc est causa uitæ aeternæ, uel hæc est uia ad vitam aeternam; nihil enim ut per fidem cognoscant homines, & credant te esse solum uerum Deum, & Iesum Christum a te missum ad eorum salutem. Fides enim in Deum & Christum est recta uia ducens nos ad vitam aeternam, iuxta illud Ioann. 3. Ut omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam aeternam. Et c. 6. Qui credit in me, habet vitam aeternam. Est metonymia, quia ponitur effectus pro causa, scilicet uita aeterna pro fide. Similis est Ioan. 6. Ego sum resurrectio & uita, id est, ego sum causa, uel actor & effector resurrectionis & uitæ Et c. 12. Scio quia mandatum eius uita aeterna est, id est, causa uitæ aeternæ. Et 1. Ioan. 5. Hæc est uictoria, quæ uincit mundum, fides nostra. q. d. Fides est causa uictoriae nostrae. Ita Cyrillus l. 11. c. 16. Radicem inquit, atque originem aeternæ uitæ fidem, & ueræ pietatis uirtutem esse affirmat. Fides enim est quasi inchoatio uisionis beatificæ, in qua uita aeterna & beatitudo consistit: fides enim parit spem, spes charitatem, charitas bona opera, quibus mere-mur, vitam aeternam.

Denique audi S. August. tres hosce sensus cõpletentem & connectentem: Si cognitio Dei est

VERS. 3.

Vita aeterna est cognoscere Deum.

vita aeterna, tantò magis in uita aeterna, quàm magis in hac cognitione proficimus; erit autem hæc perfecta, quando nulla mors erit: summa Dei tunc clarificatio: quia summa gloria: desinitur autem gloria Frequens de aliquo fama cum laude: quòd si homo laudatur, eum fame creditur; quomodo Deus laudabitur uim uidebitur? Beati qui habitant in domo tua, in secula seculorum laudabunt te.

UT COGNOSCANTE SOLVM DEVM VERVM] Ergo solus Pater est uerus Deus. Ergo Filius non est uerus Deus; inferunt Arriani. Hic est eorum Achilles. Respondent Primò, S. August. tra. 105. Beda, S. Thomas & alij hic, copulam & iungere Iesum Christum cum Deo Patre sub uia deitate. q. d. Ut cognoscant te solum Deum uerum, & quem misisti Iesum Christum; supple, & repute esse pariter solum Deum uerum. Ratione id probat S. Hilar. lib. 9. de Trinit. nam alioqui hæc propositio esset hiulca, pendens & imperfecta: nam si de Patre credendum est eum esse solum uerum Deum, de Iesu Christo nihil diceretur credendum, nisi intelligamus illum esse Deum uerum; æquè ac est Pater. Sic ergo ordinanda est sententia: Ut cognoscant te, & quem misisti Iesum Christum, esse solum uerum Deum, scilicet tam Filium, quàm Patrem esse Deum uerum. Unde Patres ex hoc loco probant Christi diuinitatem, ut S. Cyprianus lib. 1. contra Iudæos, S. Ambros. lib. 5. de Fide cap. 2. S. Hilar. lib. 9. de Trinit. in medio, S. Basil. 1. 4. contra Eunom. in fine, Chrysof. Cyrill. Theophyl. & alij.

Secundò, plenius respondent S. Chrysof. Cyrill. Leon. Toletus, Ribera & alij, uocem exclusiuam solum hic non excludere Filium & Spiritum sanctum, sed tantum idola & falsos deos, qui aliam habent naturam & deitatem à uera deitate, quæ una est in S. Trinitate, ideoque eadè numero in Patre Filio & Spiritu sancto. Pro quo Nota solum hic non esse subiectum, sed praedicationem: non enim sensus est q. d. Ut cognoscant te, o Pater, qui solus es Deus uerus sed q. d. Ut cognoscant te, qui es ille Deus, qui solus uerus est Deus; qualis quoque est Filius & Spiritus sanctus, clarius hoc significatur in Græco: *ἵνα γνωσκωσὶ τὸν υἱὸν ἀληθινὸν Ἰησοῦ*, id est ut cognoscant te, qui es solus uerus Deus; & Syrus, ut cognoscant te esse Deum ueritatis solum; & Arabicus ut cognoscant te esse Deum uerum solum. Idem inuicit cõma, quod Romani & Complut. ponunt post *ut ut cognoscant te*. Nam Filium etiam esse Deum fati insinuat, cum asserit in eius æquè ac Patris cognitione consistere vitam aeternam. Vita enim aeterna necessariò consistit in summo bono & uero Deo, ut notat S. Ambr. lib. 5. de Fide c. 2. Christus ergo modestæ causa expressè non uocat se Deum, sed missum à Patre, hoc est Messiam & redemptorem mundi. Talis enim erat quæ incarnatus & homo factus.

Hinc collige, ad salutem & vitam aeternam requiri cognitionem, id est, fidem, tum incarnationis Iesu Christi, tum Trinitatis: nam Pater non potest plenè cognosci sine Filio & Spiritu sancto: paternitas enim in Patre requirit spirationem Spiritus sancti.

ET QVEM MISISTI IESVM CHRISTVM] Nomen enim Messiae, siue Christi, est missus, siue mittendus, ut supra dixi. Dices: Omittitur hic Spiritus sanctus, ergo ille non est Deus, utpote in Cornel. in Ioannem.

ius cognitione & uisione non consistat beatitudo nostra. Respondi iam, solum excludere dumtaxat deos Gentium, qui aliam habent naturam à Deo uero, non autem Spiritum sanctum, qui habet eandem.

Sed cur hic nominatur Filius dumtaxat, non Spiritus sanctus? Respond. Primò, Euthym. Quia nondum tempus erat, ut de eo doceret: primum enim oportebat Filij cognitionem mentibus discipulorum insinuari, deinde etiam illis ea reuelari quæ sunt Spiritus sancti. Sed obstat quòd iam Christus discipulis promiserat Spiritum sanctum, multaque de eo dixerat.

Secundò, Ribera id censet fieri propter auctoritatem originis; quare sicut Filius omnia tribuere solet Patri; quia ab eo procedit, ita nunc cognitioni Patris & Filij tribuitur uita aeterna; & licet subintelligatur etiam Spiritus sanctus, non tamè nominatur, quia Pater & Filius sunt principium eius, ipse uero nullius personæ diuinæ principium est, sed à Patre & Filio habet quidquid habet, quomodo explicui c. 15. in illis uerbis, Qui à Patre procedit.

Tertio, planius dicas Christum hic non meminisse Spiritus sancti, quia totus erat in inculcanda fide sui ipsius, ut scilicet ipse crederetur esse uerus Deus, Dei que Filius, & homo. Hoc enim tunc maxime erat inculcandum: tum quia nouum & difficile erat creditui: tum quia hoc erat basis reliquorum credendorum: tum quia hoc credito credebatur & Spiritus sanctus: hunc enim à se procedere, & à se mittendum iam dixerat Christus. Intelligitur ergo hic Spiritus sanctus, quia, ut ait S. Augustinus, ipse est Spiritus Patris & Filij, tamquam charitas consubstantialis amborum.

Cur hic etiam Spiritus sanctus non nominatur.

VERS. 4.

EGO TE CLARIFICAUI (græcè ἐδόξασα, id est, ut Syrus & Arabicus, glorificauit) SUPER TERRAM: OPVS CONSUMMAUI (Syrus, absolu) QVOD DEDISTI MIHI UT FACIAM] q. d. Opus praedicationis & redemptionis, ad quod me quasi legatum tuum misisti in mundum, iam iam post paucas horas passionis & mortis meae consummabo, finiam & absoluam, praedicationem Euangelij per omnes Gentes ex decreto tuo commissurus Apostolis. Audi S. Augustinum: Clarificauit te his, quos dedisti mihi, cognitum te faciens. Clarificatur Deus, cum annunciatu hominibus innotescit, & per fidem credentibus praedicator. Nam, ut ait Chrysof. in caelo iam glorificatus fuerat, & ab angelis adoratus: de ea ergo gloria loquitur, quæ ad culturam hominum pertinet.

VERS. 5.

ET (id est, idcirco, quia scilicet iam opus legationis meae consummaui, ac me amore tui humiliavi, & abieci me usque ad mortem crucis) NUNC CLARIFICA ME TV PATER APVD TEMET-IPSVM: CLARITATE, QVAM HABVI PRIVS, QVAM MVNDVS ESSET APVD TE] S. August. & ex eo S. Thomas, accipit claritatem; quam Christus ut homo habuit ab aeterno, non actu, sed in decreto & praedestinatione Dei. Petit, inquit, ut, quam habuit claritatem in praedestinatione, habeat perfectione & redditione, scilicet in dextera Patris; uidebat enim glorificationis praedestinationem tempus aduenisse. Sic & Suarez: Clarifica, inquit, me gloria resurrectionis, ad quam ante mundum me praedestinasti.

V v

Sim-

Simplicius alij accipiunt de claritate, id est, gloria diuinitatis, quam Christus ab æterno habuit apud Patrem ut Filius, sedendo ad dexteram ipsius, hoc est, ipsi in dignitate & gloria par & æqualis, utpote Deus verus de Deo vero. Sensus ergo est. q. d. Clarifica, id est, glorifica, me Pater claritate & gloria illa, quam habui apud te ab æterno: hoc est, fac, ô Pater, ut moriturus mox resurgam & ascendam in cælum, sedeamque ad dexteram tuam quasi filius tuus, itaque glorificer, & ab hominibus agnoscar non tantum esse homo, sed & Deus: quod scilicet ob diuinam naturam humanitati coniunctam, humanitas mea gloriosissimè euecta sit ad dexteram tuam, sicque diuina natura humanitati meæ sibi coniunctæ suam diuinitatis gloriam, quam habuit ab æterno, communicarit. Petit ergo diuinitatem in humanitate sua latentem agnosci, itaque utramque clarificari & glorificari. Clarifica igitur me, tu Pater, apud te ipsum, scilicet assumendo me ad te; ut ad dexteram tuam sedeam, inquit Chrysof. Cyrill. Theophyl. Euthym. S. Thomas, claritate quam habui apud te. q. d. Colloca me ad dexteram tuam, ut omnes intelligant me habere eam claritatem, quam reuera ab æterno habui apud te, scilicet me esse filium tuum naturalem æqualem tibi. Ita Cyrillus & Hilar. lib. 3. de Trinit. ita quoque S. August. Leon. Toletus, Ribera, Iansen. Maldon. & alij hie.

Triplex hic claritas Christi.

Triplex ergo hic claritas Christi significatur & inuoluitur. Prima est, claritas increata & infinita, puta gloria diuinitatis & filiationis diuinæ, quod scilicet ipse verè sit Deus, Deique Filius: hanc enim gloriam habuit apud Patrem ante mundi creationem. Secunda est claritas creata & finita, puta gloria humanitatis, quam ipsa nascita est in resurrectione, eiusque doctibus gloriosis, ac mox in ascensu ad cælum & sessionem ad dexteram Dei: Christus enim non tantum quæ Deus, sed & quæ homo, post ascensum in cælum sedet ad dexteram Dei, uti fusè explicuit Coloss. 3. v. 1. Hæc autè secunda claritas Christi ostendit primam: ex eo enim quod Christus, quæ homo, ascendens ad cælum sedet ad dexteram Dei, innotuit Christum esse Deum, Deique Filium, ac ut talem sedere ad dexteram Dei, id est, illi diuinitate, gloria & adoratione esse parem & æqualem. Sensus ergo est. q. d. Fac, ô Pater, ut claritatem, id est, gloriam quam habui, quæ Deus, ante mundum, nunc habeam & participem ut homo: id est, fac ut ego, qui ab æterno, quæ Deus, sedi ad dexteram tuam, nunc ad eandem sedeam ut homo. Hoc enim significat id apud te ipsum, scilicet in tempore, post ascensum in cælum. Tertia claritas est, qua utraque claritas iam dicta manifestata est Apostolis ceterisque fidelibus. Nam cum hi viderunt Christum gloriosè in cælum scandere, angelos illi applaudere, ac Christum è cælo mittere Spiritum sanctum cum operatione tot signorum & miraculorum, quibus ipsi ad Christum conuerterunt totum orbem: ex his omnibus, inquam, cognouerunt ipsi Christum non fuisse merum hominem, sed & Deum, Deique Filium, ac ut talem sedere ad dexteram Dei in summa maiestate & gloria, idque per omnes gentes prædicarunt.

Petit ergo Christus primam suam claritatem & gloriam patefieri per secundam, scilicet per

ascensum humanitatis in cælum; & secundam per tertiam: scilicet, ut secunda manifestetur Apostolis, ceterisque fidelibus. Summa postulat Christus, ut diuinitas velut margarita abscondita in luto & testâ humanitatis & passionis suæ, illâ per mortem diffundat: emicet, & radios suæ gloriæ ubique diffundat: sicut sol nube velatus, dum illam suo fulgore diffringit & dissipat, radiosque suos coruscos quaquaersum spargit; tumque Christi claritas, id est gloria eius, toto orbe splendescet. Hoc autem factum est in Christi resurrectione, ascensu in cælum, missione Spiritus sancti, conuersione Gentium. Hinc S. Chrysof. per claritatem accipit passionem.

Audi S. Chrysof. alloquentem: *Quid dicit? Ad crucem cum latronibus ac prædonibus ducendus, male ditionumq; necem subiturus, deinde & consuendus & virgis percutiendus es atque alapis, & ista vocas gloriam? Vtique, inquit: nam pro dilectis ista patiar, & sic gloria illi non in patrio throno, sed in contumelia reputata est, multò magis mihi istud pro gloria ducendum est. Et paulò antè: Si Christus, inquit, tanti non duxit esse in gloria, quanti quod mei gratia crucem subiret, quid, queso, illius nomine ferre non debeo?*

Nota Tò apud te ipsum, & apud te. Primò, idem est quod à te: deitatem enim suam, omnemque gloriam accipit Filius à Patre. Secundò, idem est quod coram te: nam licet nullus esset angelus vel homo Christi glorificans, ipse tamen coram Patre haberet infinitam laudem & gloriam: hac enim Pater laudat & glorificat Filium, ac vicissim Filius Patrem. Idem dico de Spiritu sancto. Hoc est, quod ad finem singulorù Psal-morum canimus: *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto: Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in secula seculorum, Amen.* q. d. Opto Deo Patri & Filio & Spiritui sancto gloriam immensam & diuinam, qualem habuit à principio, id est, ab æterno, & nunc habet, & habebit in perpetuum, quæ est gloria, qua vna persona diuina ceteras sibi socias immensa laude glorificat, & vicissim eadem ab illis glorificatur. Pater enim immensè glorificat Filium & Spiritum sanctum & hi vicissim tam Patrem, quam se inuicem immensè glorificant. Tertio, *apud te ipsum* propriè idem est quod *apud te*: scilicet quæ Deus, sedens in throno diuinitatis ad dexteram tuam, quasi tibi *omnis* & par & æqualis, iuxta illud c. 1. 1. *Et Verbum erat apud Deum.* vide ibi dicta; quæ homo verò supra omnes angelos & creaturas eleuatus, proximè assidens Deo.

Perperam ergo nonnulli hæretici, teste S. Augustino tract. 105. hanc clarificatione sic factam opinantur, ut humanitas in cælo conuersa sit in diuinitatè: hoc enim est impossibile, & sic non glorificaretur humanitas Christi quæ passa est, utpote quæ amplius non est, cum sit conuersa in diuinitatem, sed sola diuinitas. Participauit ergo humanitas gloriam diuinitatis præ omnibus beatis angelis & hominibus, utpote sibi hypostaticè vnita, perinde ac aer participat lumen solis, & Beati participant gloriam Dei. Ita S. Chrysof. Cyrillus, Hilar. Ambr. & Athanasius scribentes contra Arrianos.

Nec mireris id nonnullis sensisse de Christos: nam idem senserunt de Beatis omnibus, scilicet illos in cælo reuera transformandos in Deum, ex eo quod ait Apostolus 1. Corin. 15. 28. *Vt sit*

Deus

Deus omnia in omnibus. Fuit hic error Contem-platorum, sed phanaticorum, ut tibi dixi.

VERS. 6.

MANIFESTAVI NOMEN TVVM HOMINIBVS: QVOS DEDISTI MIHI DE MVNDO] Explicat tò ego te clarificauit, opus consummavi, per manifestauit nomen tuum hominibus. Hoc enim erat opus illi à Patre commissum. Ita Chrysof. *Nomen tuum*, non quo Deus, sed quo Pater es & vocaris, quodque me Filium generaris tibi substansialem, ait Cyrillus. Audi Interlinearem. *Nomen tuum, non quo diceris Deus, quod erat notum Iudeis, sed quo diceris Pater meus, quod sine Filio non noscitur.* Et S. August. *Nam quod Deus dicitur, nec Gentibus incognitum: in hoc quod fecit mundum, notus in omnibus Deus; in hoc quod non cum dijs falsis colendus, notus in Iudæa Deus; in hoc quod Pater Christi, nunc per Christum manifestatus.* Et Chrysof. *Se Filium Dei Patris manifestauerat iam & verbum & rebus.*

QVOS DEDISTI MIHI DE MVNDO] quos scilicet dedisti mihi per vocationem & gratiam, non tantum sufficientem, sed & efficacem suæ, quos dedisti mihi perfectè & completè: nimirum tam, quantum est ex parte tua, vocando eos per gratiam præuenientem, libero eorum arbitrio congruentem, quæ actû persuaderet eis tui fidem, amorem & sequelam: quam, quantum est ex parte ipsorum, qui à te sic vocati, per gratiam tuam sponte sua vocationi tuæ obsecuti sunt, tibi que obediunt, ut se mihi & meæ fidei darent, itaque se separarent de mundo, id est de numero infidelium & peccatorum, mundi cupiditas & vanitates captantium. Hinc S. Cæcilia dicebat, *se nullam velle habere amicitiam cum mundo.*

Loquitur propriè de Apostolis, ceterisque suis discipulis: atque hæc phrasi significat. Primò suum dominium & potestatem, quam ut homo habebat in discipulos ceterosque homines, à diuinitate manare & deriuari. Secundò, Deum Patrem gratia sua eos præuenisse, ac mouisse ad Christi fidem & sequelam. Tertio, Patrem eos separasse à mundo, ac tradidisse Christo, ut per eum saluarentur. Quarto, se habere voluntatem humanam cum Patris voluntate conformem, illique per omnia subditam. Quintò, Deum Patrem elegisse eos quos volebat Christo tradere in Apostolos & discipulos, illosque Christo proposuisse, ac Christum Patri obsequentem eos acceptasse.

TVI ERANT, ET MIHI EOS DEDISTI: ET SER-MONEM TVVM SERVAVERVNT] Christus valedicturus Apostolis, eis benedicit, & omnia bona à Deo apprecatur. Hic ergo per orationem eos Deo commendare incipit, ac rationem addit, dicens: *Tu sum, & c.* quia nimirum ab æterno eos amasti, elegisti, tibi que adiuisti, ut è numero mundanorum per gratiam tuam separarentur & saluarentur, scilicet, adduxisti eos ad me, ut in me crederent, meumque sermonem, id est, meam doctrinam & legem seruaerent, itaque gloriam æternam, ad quam eos elegisti, consequerentur: nam ut dixit c. 6. *Nemo potest venire ad me nisi Pater qui misit me, traxerit eum.* Quia ergo tui sunt, hoc est, à te dilecti & electi, cura, conserua, protege eos ut tuos: hoc oro, quia sicut tui sunt, sic mei quoque sunt: tu enim mihi eos dedisti: tuos igitur aquè ac meos ama, gubernas, & rectis vijs

Cornel. in Ioannem,

dirige in vitam æternam:

NUNC COGNOVERVNT QVIA OMNIA QVÆ DE-DISTI MIHI ABS TE SVNT] scilicet quod omnia mea dicta & facta, non à me, sed à te primitus sint profecta, ideoque meam doctrinam & legem mihi à te esse datam & dictam.

VERS. 7.

QVIA VERBA, QVÆ DEDISTI MIHI, DEDI EIS: ET IPSI ACCEPERVNT, ET COGNOVERVNT VERBQVIA A TE EXIVI (à te processi & genitus sum quasi filius, uti dixi c. 16 30.) ET CREDIDERVNT QVIA TV ME MISISTI] q. d. Cura eos, quia ego eos curavi & docui, ipsique me & meam doctrinam vltro acceptarunt, ac erederunt me esse tuum Filium à te misum in mundum ad eius salutem, scilicet me esse Messiam, siue Christum saluato-rem mundi.

VERS. 8.

EGO PRO EIS ROGO (ut eos conserues, & cre-scere facias in tui meique cognitione & amore) NON PRO MVNDO ROGO, SED PRO EIS QVOS DEDISTI MIHI: QVI TVI SVNT] Hinc hæretici dicti Prædestinati, tempore S. Augustini (abu- tentes scriptis S. August. de Prædestinatione & gratia) docuerunt Christum pro solis prædesti-natis orasse, natum & passum esse: quare prædestinatis nil obesse, quæcumque committant se-cera, ac reprobis nil prodesse bona opera quæ-cumque faciant. Hæc hæresis hæc sæculis renouata est à Ioanne Hus & Mart. Luthero. Ita Pra-teolus ex Sigeberto in Catal. hæret.

VERS. 9.

Verum S. Scriptura docet Christum natum & passum esse pro omnibus hominibus, etiâ repro-bis, aut potius ob sua scelera reprobatis vel re-probandis, ut patet Lucæ 23. 34. 2. Cor. 5. v. 14. & 15. Ioan. 1. 9. 1. Tim. 2. 4. vbi dicitur: *Qui (Deus) vult omnes saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, scilicet per Christum quia Christus, quantum est ex parte sua, prouidet, omnibus hominibus de medijs necessarijs ad salutem: instituit enim Sa-cramenta, pro omnibus, Apostolos misit ad omnes gentes, doctrinam & gratiam suam offert om-nibus. Sufficiens ergo ex parte sua egit, ut omnes saluarentur. Peculiariter tamen hic orat pro suis fidelibus, oratione efficaci, ut Deus eos in fide & gratia data custodiat. Ita S. Augustinus, qui & alibi ait: *Non pro mundo rogo, hoc est, inquit, pro his, qui in finem vitæ permanfuri sunt. Mun-dus, id est infideles & impij.**

Pro suis A-postolis & discipulis specialim hic oras Christus.

Secundò, & melius ac præcisius, Christus hie orat tantum pro suis Apostolis & discipulis (quia eis hac oratione benedicens valedicit) ut conser-uentur à Deo Patre in fide, gratia & concordia, in qua iam erant. Id patet ex v. 11. & 20. vbi post orationem factam pro Apostolis, orat pro ce-teris fidelibus per eorum prædicationem credi-turis. Ergo pro eis hie non orauit. Porro, *pro mundo*, id est, mundi amatoribus & incredulis: quin & crucifixorum suis, orauit Christus alibi, præsertim in cruce, ut sese conuerterent, poenitentiam agerent, itaque veniam, gratiam & salu-tem consequerentur, dicens: *Pater dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt*, Lucæ 23. vers. 34. cuius orationis vi, multi ex eis paulò post, prædicante S. Petro, conuersi sunt, ut patet Act. 2. Hie tamen pro eis non orauit (nec enim omnia om-nibus, neque semper & ubique postulada sunt) sed tantum pro Apostolis, quia eis hie valedicit,

V v z

&

& orando benedicit, vt dixi: Apostoli enim erant futuri propagatores Euangelij & principes Ecclesie.

VERS. 10.

ET MEA OMNIA TVA SVNT, ET TVA MEA SVNT: ET CLARIFICAVS SVM IN BIS] Probat quod dixit. quia tui sum, & a te mihi dati: nam mea omnia tua sunt, & tua mea sunt. q. d. Abiturus tibi, o Pater, commendo meos discipulos, quasi filios, quia tui sunt, a te electi in vitam eternam, & mea fidei commissa & dati a te, tui, inquam, sunt adhuc, licet mihi dati sint, quia omnia mea tua sunt, & licet dixerim a te mihi datos esse, semper quoque mei fuerunt, quia omnia qua tu habes, mea sunt propter essentia unitatem. Ita Cyrill. & Chrysothomus.

ET CLARIFICAVS SVM IN BIS] quia ipsi in me credunt, me amant, colunt, adorant, deprecant, quasi Messiam & Dei Filium. Ita Cyrill. & Chrysoth. Moral. discce hic Deum & Christum glorificari in nobis cum bene agimus, ac praesertim cum eius fidem praedicamus, & infideles vel impios ad eum conuertimus.

Aliter S. Aug. tract. 107. qui praeteritum accipit pro futuro ob eius certitudinem. q. d. Oro pro Apostolis, quia per ipsos glorificandus sum in orbe, cum ipsi a morte mea meam diuinitatem vbique Gentium praedicabunt.

VERS. 11.

ET IAM NON SVM IN MVNDO, (id est, mox no ero in vita & terra hac, quia post paucae horas occidat) ET HI IN MVNDO SVNT, & (id est, quia) HEO AD TE VENIO] q. d. Ego ab illis abeo, & ad te redeo; ipsi autem manent in mundo, vt metum tuumque Euangelium toto orbe praedicet, ideoque diaboli, aequae ac Iudaeorum & Gentium odij, persecutionibus, & mille periculis exponentur: tu ergo, o Pater, eos custodi: nec enim est alius me absente, qui eos teneatur.

PATER SANCTE, SERVA EOS IN NOMINE TVO, QUOS DEDISTI MIHI: VT SINT VNVM, SICVT ET NOS] Patri dat epithetum sancti, quia agit de sanctitate, petitque vt Pater sanctus Apostolos in sanctitate conferuet & promoveat. Sic v. 25. ait: Pater, iuste, mundus te non cognouit. q. d. Iustus es, qui iniusto & superbo mundo mysterio meae humilitatis & redemptionis abscondis. Sic Deus Paulum in tribulatione consolans, ab eo vocatur Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, 2. Corinth. 1. Idem vero Dauidem in praelio roborans, & victorem faciens, sic ab eodem compellatur: Diligam te fortitudo mea: Dominus firmamentum meum, & refugium meum.

SERVA EOS IN NOMINE TVO] id est, tua virtute, tuo auxilio, tua omnipotentia, vt semper in me, meoque actuo amore & cultu persistant, Hinc patet Apostolos post aduentum Spiritus sancti non amisisse Dei gratiam, nec peccasse mortaliter, quia hoc hic orat Christus, cuius oratio, utpote ardens & efficax, a Patre fuit exaudita. Ita Ribera.

VT SINT VNVM SICVT ET NOS] scilicet consensu, voluntate & spiritu, sicut nos vnum sumus natura, & eadem essentia diuinitatis: vt scilicet vno charitatis spiritu coniuncti, semper me sequantur, nec inter se discordia diuidantur; sed habeant unitatem spiritus per concordia, quam nos habemus per eandem essentiam. Ita S. August. & S. Ambr. lib. 4. de Fide cap. 2. Vnde no-

tat S. Cyrill. hic & S. Athan. ferm. 4. contra Arian. rō similitudinem quamdam & imitationem significare, non identitatem. q. d. Vt imitentur nostram unitatem per consensum animorum, quam nos habemus per eandem numero essentiam & voluntatem.

Nota. S. Cyrill. & S. Hilarius lib. 3. de Trinit. rō vt sint vnum, referunt ad S. Synaxim, puta ad Eucharistiam, quasi optet Christus, vt Apostoli per sumptionem corporis sui in Eucharistia, fiant vnum & secum, & inter se, idque verè, corporaliter & substantialiter, sicut ipse verè cum Patre vnum est substantialiter. Sicut enim Pater vnitur Filio in eadem essentia diuinitatis: sic Apostoli & fideles omnes vnuntur sibi inuicem in eadem substantia humanitatis & diuinitatis Christi, quam sumunt in Eucharistia.

VERS. 12.

CVM ESSEM CVM BIS, SERVABAM EOS IN NOMINE TVO] id est, tua auctoritate, tua potestate, tua virtute, tuis auspicijs, quasi tuus ad eos legatus. Ita Cyrill. Ipsi enim cognoscentes me a te missum, libenter & fortiter mihi adhaeserunt, scientes se per me adherere Deo, ab eoque benedici & protegi; quos enim custodit Filius, hos custodit & Pater. Alij in nomine tuo, hoc est, inquit, propter nomen tuum, scilicet propter te, tuamque immensam bonitatem.

QUOS DEDISTI MIHI CVSTODIVI: ET NEMO EX EIS PERIIT, NISI IUDAS PERDITIONIS] puta Iudas filius perditionis, ob sua scelera furti & prodicionis, perditioni & gehennae destinatus. Nomen enim filius cum iungitur genitiuo poenae vel praemij, idem est quod dignus, vel reus & destinatus: sic filius mortis vel gehennae, est reus mortis & gehennae.

Hinc patet, Christum pro Iuda hic non orasse: illum enim excipit, quasi iam sua culpa perditum & alienatum, tam a se & sua familia, quam ab Apostolorum coetu & consortio. Iam enim ab ea recesserat, vt Christum Iudaeis proderet. q. d. Iudas non erat ex eis qui erant tui, & a te electi, mihi que a te datis sed ipse sua auaritia se perdidit, dum me prodidit, ideoque a me in numerum reprobatorum transit.

VT SCRIPTURA IMPLERETUR] rō vt non finem intentum, sed effectum & consecutionem significat. q. d. Atque ita factum est vt impleretur Script. quae mentiri nequit, dum plal. 108. Iudae perditionem describit, dicens inter alia. Dum iudicatur exeat condemnatus, & episcopatum (Apostolatam) eius accipiat alter, scilicet Matthias. Hunc enim psalmum ad litteram de Iuda explicat S. Petrus Act. 1. 20.

VERS. 13.

NVNC AVTEM AD TE VENIO (id est, mox per mortem & resurrectionem ad te redibo & ascendam:) ET HEC LOQVOR IN MVNDO, VT HABEANT GAVDIVM MEVM IMPLETVM IN SEMETIPSIS] Syrus & Arabicus, vti sit gaudium meum plenum in eis. Gaudium meum, quod scilicet ego habeo, vel quod ego eis communicavi & dedi. q. d. Hae dico de mea resurrectione & ascensu in caelum, redituque ad Patrem, vt Apostoli mei de tantis bonis mecum plenè gaudeant, sperentque se mox a me in caelum ad eandem gloriam meam fore recipiendos. Vide dicta cap. 15. vers. 11.

Aliter

Aliter S. August. Quod sit hoc gaudium, inquit, supra expressit dicens: Vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus: haec est pax & beatitudo futuri saeculi.

VERS. 15.

VERS. 16.

NON ROGO VT TOLLAS EOS DE MVNDO, SED VT SERVES EOS A MALO. DE MVNDO NON SVNT, SICVT ET EGO NON SVM DE MVNDO] vt eos serues a malo: Primò, culpae, quae sola verum est malum; Secundò, poenae. q. d. Vt eos serues in quavis tribulatione & aduersitate, ita vt vel ab ea illos protegas, vel in illa robores, vt illum gloriosè toleret & superent. Tertio, a malo, id est a diabolo, eiusque insidijs & tentationibus; graecè enim est articulus, & rō rōvngē.

DE MVNDO NON SVNT] Hoc repetit: paulò antè enim hoc dixit, vt daret causam cur mundus eos odisset; quia scilicet illi moribus, affectibus & vita erant dissimiles, imò contrarij; hic vero id repetit, vt ostendat cur Pater eos cordi & curae habere seruarique debeat, quia scilicet ipsi mundo relicto, Dei Christi que cultui & curae se totos tradiderunt. Vnde subdit.

VERS. 17.

SANCTIFICA EOS IN VERITATE. rō sanctifica non actum inchoatum (quia iam Apostoli erant sancti, sumptis antè S. Synaxim) sed proficientem & perfectum significat, iuxta illud Apocal. 21. Qui sanctus est, sanctificetur adhuc. q. d. Confirma, promoue, & perfice eos in sanctitate, siue per Spiritum sanctum in Pentecoste veritatem Euangelicam perfectam eis infunde, vt tam interna quam externa sapientia & sanctitate replentur, itaque tam vita quam verbo veri sint orbis doctores, sacerdotes, & Ecclesiarum principes, qui suam sanctitatem, quasi ignem diuinum omnibus afflent & aspirent. Vnde sequitur: SERMO TVVS VERITAS EST] Id est, doctrina tua per me eis tradita veritas est. q. d. Non Moses, non philosophi, sed sermo tuus hanc veritatem Euangelicam docet. Mosis ergo & Iudaeorum sanctitas fuit caeremonialis & vmbatica: philosophorum vel ficta, vel moralis & naturalis; Christi vero supernaturalis, caelestis & diuina. Alij, sanctifica eos in veritate, hoc est, inquit, sanctifica eos verè, id est integre & perfecte; quam Apostolus vocat sanctitatem veritatis, id est veram, sinceram, integram, Ephes. 4. 24. Integra enim magna que sanctitas requiritur in Apostolo ad praedicandum assidue, ad resistendum tyrannis, ad laborandum nocte & die, ad mortem & martyrium subeundum. Vide 2. Corinth. 11.

Secundò, sic exponi potest: sanctifica eos in veritate, id est sanctifica eos in me, qui sum via veritas & vita, c. 14. 16. q. d. Fac eos meae bonitatis & sanctitatis participes. Ita S. August. tra. 108. Cyrillus, Rupertus, S. Thomas.

Postet Tertio, cum Maldon. rō sanctifica eos in veritate, exponi. q. d. Eos vt sanctos ministros & praedones Euangelij segrèga, designa & consecras; sed in veritate, non in vmbra, vt olim Aaron cum suis filijs, Leuit. 9. vmbaticè & typicè sanctificatus est, id est consecratus sacerdos & pontifex. Vnde Chrysoth. sanctifica eos in veritate, hoc est, inquit, segrèga eos sermoni & praedicationi. Sic Ieremias cap. 1. 5. dicitur in vtero sanctificatus, id est, designatus, & quasi consecratus Propheta.

Cornel. in Ioannem.

Posset Quarto, rō sanctifica eos in veritate, sic accipi. q. d. Fac eos sanctas victimas, vt per martyrium tibi sanctificentur & immolentur. Decet enim Apostolos fieri Martyres, vt sanctitatem doctrinae suae sanctitate martyrij sui confirmet & obsequent. Vnde & de facto omnes Apostoli fuere Martyres, instar Christi, qui v. 19. ait: Pro eis ego sanctifico, id est, offero & immolo me ipsum. Sic enim in Leuitico passim victimae dicuntur sanctificari cum Deo immolantur, de quo rursum v. 19.

Nota. Christus vt homo triplicem habuit sanctitatem, quam Apostolis & fidelibus communicauit. Prima fuit infusa, scilicet gratia, charitas, ceteraque virtutes, animae Christi à Deo in primo conceptionis eius instanti indita, vt nobis Deus eandem per Christi merita infundit. Secunda fuit, sanctitas diuina; qua nimirum deitas ipsa sanctissima est, & fons omnis sanctitatis hominum & angelorum: hanc enim habuit Christus vt homo per communicationem idiomatum: per hanc enim attributa deitatis, inter quae vni est sanctitas, verè attribuuntur Christo homini, utpote qui in eadem persona Verbi cum deitate subsistit. Tertia sanctitas Christi hominis, praesens facta est per ipsam eius vnionem hypostaticam cum Verbo: per hanc enim praesens humanitas Christi sanctificata fuit, effectaque sanctissima: nam etiam si Christus vt homo nullam habuisset gratiam infusam, ipsa tamen eius vnio hypostatica cum Verbo summa erat sanctificatio & sanctitas. Hinc humanitas Christi, quia Verbo vnita, peccare non poterat, eratque planè impeccabilis, Deo gratissima & acceptissima, imò Christus vt homo, erat Dei Filius, non adoptiuus vt nos, sed proprius & naturalis.

SERMO TVVS VERITAS EST] q. d. Euangelium quod a te acceptum praedico, non est vmbra, vt fuit lex verus, sed in spiritu & veritate consistit, vt dixit cap. 4. 24. Vide dicta cap. 15. 3. ad illa, Iam vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis. Nam, vt dictum est cap. 1. 17. Lex per Moysen data est. gratia & veritas per Iesum Christum facta est.

Moral. discce hic quàm sanctus esse debeat Christianus, praesertim Religiosus & Apostolicus, qui alios sanctificare cupit; nimirum, vt sit similis Apostolis, imò Christo, eorumque mores & actus sanctissimos imitari satagat. Vide Nyssen. tract. Quid nomen Christiani exigat: Christianismus, inquit, est imitatio diuina naturae. Christianus enim sanctitatem Dei & Christi imitari debet quàm maximè potest, vt Christus in eius sermone, habitu & operatione iugiter resplendeat, vt qui eum videt vel audit, Christum se videre & audire existimet. Hoc est quod Deus sanctificat Leuit. 20. 26. Eritis mihi sancti, quia sanctus sum ego Dominus, & separauit vos de ceteris populis, vt essetis mei. Sanctitas ergo est auersio à mundo, & conuersio vniòque cum Deo & Christo. Quocirca Apostoli magis sua sanctitate & charitate ardente, quàm praedicatione conuerterunt orbem; imò ideo ore tonabant, quia vita fulgurabant, iuxta id quod de S. Basilio ait Nazianz. Oratio eius erat tonitru, quia uita erat fulgur. Hac de causa Christus Apostolis hic non sapientiam, vt Salomon, sed sanctitatem à Deo efflagitat.

Triplex Christi sanctitas nobis data

Quia deus deus esse Christiani sanctissimi

Vide ideam S. Pauli, siue viri Apostolici, quem praefixi Actibus Apostolorum: Verè S. Gregor. lib. 6. in lib. 1. Regum cap. 3. Sanctificatio corporis, inquit, pudicitia est: sanctificatio mentis charitas, & humilitas.

VERS. 18. SICUT TV MEMISTI IN MVNDVM, ET EGO MISI EOS IN MVNDVM] Est noua ratio cur Christus Apostolos Patri commendet, vt eos seruare & sanctificare debeat. q. d. Sicut tu me misisti in mundum, vt eum peccatis perditum reparem & sanctificem: sic & ego Apostolos mitto per omnes gentes, vt illas sanctificent. Quare indigent magna sanctitate, tum ne illarum illecebris capiantur, vel persecutionibus prosternantur; tum vt illas vitijs planè deprauatas sanctificent. Quare par est, o Pater vt eos in dies magis & magis sanctifices, vt ipsi alios plurimos sanctificare valeant.

VERS. 19. ET PRO EIS EGO SANCTIFICO ME IPSVM: VT SINT ET IPSI SANCTIFICATI IN VERITATE] Primò, S. August. Tò sanctifico proprie accipit. q. d. Ego quà Filius Dei, sanctifico hominem à me assumptum, vt per eum sanctificem Apostolos. Audi S. August. Quando Verbum caro factum est, tunc sanctificauit se in se, id est hominem se in Verbo se, quia vnus Christus Verbum & homo: propter sua vero membra dicit. Et pro eis ego sanctifico me ipsum, hoc est, ipsos in me, quoniam in me etiam ipsi sunt & ego. Vt sint & ipsi sanctificati in veritate: Quid est, Et ipsi nisi quemadmodum ego, & in veritate, quod sum ego.

Secundò, & genuinè, sanctifico, id est in sanctam hostiam me tibi offero & immolo, hoc est, post paucas horas offeram & immolabo in cruce, vt per illam ipsi sint sanctificati in veritate, id est vt ipsi per sermonem tuum, qui veritas est & non vmbra, sanctificentur, & verè tui sint, tibi què se dedicent ad labores Apostolicos, vt ad te omnes persequutiones, ærumnas & afflictiones inuictò animo sustineant, ipsam què mortem & martyrium subeant, tamquam se tibi, æquè ac ego, sanctificantes, id est, offerentes & immolantes. Ita Chrysofost. hom. 81. & fuse Cyrill. Rupert. & S. Thom. Iansen. Maldon. Toletus, Ribera, & alij.

VERS. 20. NON PRO EIS AVTEM ROGO TANTVM, SED ET PRO EIS, QUI CREDITVRI SVNT PER VERBUM EORVM IN ME] Hucusque orauit Christus pro Apostolis, sub quibus ceteros à se immediate conuersos, vt 72. discipulos, intelligit: nunc orat pro ceteris fidelibus, qui per eorum prædicationem successiuè quouis sæculo, vique ad finem mundi in eum credituri sunt. Orat ergo pro tota Ecclesia, & pro omnibus Christianis quauis ætate futuris. Horum enim ipse est pater & patriarcha, rex & princeps, pontifex & hierarcha. Hos omnes & singulos ergo Christus vt homo (nam vt homo hic pro eis orat) distindè & perfectè, perinde ac si extitissent & præsentessent, videbat in essentia diuina, ait Toletus: aut potius per scientiam insulam: hæc enim Christi hominis erat, quatenus ipse erat viator: cum visio essentia diuinæ foret ipsius, non quò viator, sed quò beatus erat. ita Suarez. Videbat ergo in ea me & te, & quemlibet alium fidelem post mille annos nasciturum, ac pro omnibus & singulis Deum rogabat, atque gratiam cuique

proprium impetrabat: quare huius Christi orationis vi, singuli fideles nascituri suo tempore fidem, gratiam, salutè, omniaque sua bona & Dei dona consequuntur, sed quisque sua & sibi propria, quæ Christus pro eo petit & postulat. Igitur tunc Christus orauit pro S. Stephano, S. Laurentio, S. Vincentio, ceterisque Martyribus, vt martyrij lauream nascèretur; pro S. Athanasio, S. Augustino, S. Hieronymo, &c. vt Doctores Ecclesiæ fierent, pro S. Agnete, Cæcilia, Catharina, &c. vt virginitatem suam quasi hostiam Deo immolarent, & sanguine suo purpurarent. Idem dicas de ceteris Christianis. Tunc ergo æquè ac in cruce Christus orans pro omnibus & singulis, omnes & singulos parturit, quasi suos Benoni, imò Beniaminos. Hoc cogitet & expendat quilibet fidelis, ac Christo parenti suo pro tanta parturitione sui immentas agat gratias, atque vti filius patri amorem amori, sanguinem sanguini, mortem morti rependat & reddat.

VERS. 21. VT OMNES VNVM SINT] per vnã fidem, spem, charitatem, concordiam. Vide dicta v. 11. Aduerte, Christum hic orare dumtaxat pro fidelibus: ijs enim valedicit; non pro infidelibus, pro quibus alibi, & præsertim in cruce orauit. Rursum discè hic, quàm Christiani debeant inter se esse vniti & concordēs, ac quàm longè discordes, & qui lites seminant, à spiritu Christi absint.

SICUT TV PATER IN ME, ET EGO INTE, VT ET IPSI IN NOBIS VNVM SINT] Nam Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo, 1. Ioan. 4. 16. Per fidem ergo & charitatem vnimur Primò, Deo & Christo, deinde nobis inuicem, velut membris vnus corporis mystici Christi, quod est Ecclesia. nò sunt non identitatem, vt volebant Arriani, sed similitudinem dumtaxat significat. Pater enim & Filius vnus sunt per eandem numero essentiam & deitatem: nos verò vnus sumus per eandem qualitatem, putà charitatem & concordiam: per hæc tamen ita vnimur Deo, vt eum possideamus, & vicissim ab eo possideamur. Audi S. August. (vel quisquis est auctor) lib. de Salutaribus documentis cap. 9. Si aliquid in hoc seculo possidere delectamur, Deum qui possidet omnia, qui creauit omnia, expedit vt mente possideamus, & in eo habeamus quacumque feliciter & sanctè desideramus: sed quoniam nemo possidet Deum, nisi qui possidetur ab eo: sumus nos ipsi facti Dei possessio, & efficietur nobis possessio Deus. Et quid potest esse in mundo felicius, quàm cui efficitur suus imperator & redemptor sensus, & hereditas dignatur esse ipsa diuinitas? Omnes enim ex illo fructus percipimus si in illo & de illo semper viuimus. Quid rogo homini sufficit, cui ipse conditor non sufficit? Quid vitæ querit, cui omne gaudium & omnia suus redemptor esse debet?

Per amorem ergo ita vnimur Deo, vt eum eo siamus quasi vnus spiritus, vt absorbeat in nobis quidquid est cupiditatis terrenæ, & rota mēs transeat per affectum in Deum, itaque quasi deficiatur; sicut si gutta aquæ infundatur verno generoso, illico tota in illud transit: & sicut ferrum si igniatur, transit in ignem, manente licet ferrij natura: & sicut aër à sole illuminatus, transit in lumen, adeo vt ipse nil nisi lumen solis esse videatur. Vnde S. Bernardus serm. 71. in Cantic. Quis

VERS. 21

Vnio vnus
ria diuinitas

Quis est, inquit, qui perfectè adhaeret Deo, nisi qui in Deo manens tamquam dilectus à Deo, Deum nihilominus in se traxit vnusim diligendo? Ergo cum vni què inhærent sibi homo & Deus, inhærent autem vni què intima mutuaque dilectione inuiscerati alterutrum sibi, per hoc Deum in homine, & hominem in Deo esse haud dubiè dicemus.

Hanc vnionem sentiunt sapiuntque, qui cum Magdalena agunt vitam contemplatiuam. In ea enim amans anima defluit à seipsa, & velut ad nihilum reducta, in abyssum æterni amoris colapsa absorbetur, & sibi omnino mortua, solum viuunt Deo, nil sciens, nil sentiens præter ipsum. Perdit namque se in vastissima diuinitatis solitudine ac caligine, sed sic se perdere vitilium & iucundus est, quàm se inuenire: ibi enim quidquid humanam est, exuens, & quidquid diuinum est, induens, transformatur atque transmutatur in Deum. O verè beata anima, quæ propria omni operatione seposita, in vi memoratiua nudatur omnibus imaginibus; in intellectu sentit & fouet perfulgidas illuminationes Solis iustitiæ; in vi concupiscibili sentit æstum quemdam quieti amoris, siue contactum Spiritus sancti, in similitudinem veri fontis affluentem riuus æternæ suauitatis. Nam cum ea ab omnibus libera & semota, simplex existat, & munda vt tersum speculum, eam assidue Dominus sui diuini fulgoris radijs illustrare solet. Quia cum Deus ipse est agens, homo est patiens. Nam dum vires animæ silent, & à propria actione quiescunt, atque ab omni denique externa imagine liberae sunt, Deus ipse loquitur, easque mentis vires pro libito disponit & afficit, nobilissimum opus in ea peragens. Igitur, o anima generosissima, o nobilissima, te puram & liberam custodi, noli ad varietatem sensuum foras excurre, sed cohibitis sensibus intus habita, ad Deum ardentè conuertere, millies per diem in abyssum diuinitatis immersa, ibi vltro citroque natatè curato. Anhele ad illam supernaturalem spiritus cum Deo vnionem, reuola in Deum à quo ducis originem, qui lux est increata, & lux simul æternitatis. Quocirca meritò exclamat S. Bernardus tract. de Amore diuino cap. 4. O feliciem, imò felicissimam animam, quæ Deo sic à Deo creatur afficit, vt per vnitatem spiritus in Deo solum amet Deum, non suum aliquid priuatum, nec nisi in Deo amet semetipsam, & Deus in ipsa amet vel approbet quod amare vel approbare debet Deus, id est, seipsum, imò quod solum debet amari, & à creatore Deo & à creatura Dei. Amoris enim vel nomen vel affectus, nulli competit vel debetur nisi tibi soli, o vere amantè Domine. Vnde subiungens ita cum S. Ioanne concludit: Et hæc est in nobis voluntas filij tui, hæc pro nobis oratio eius ad te Deum Patrem suum: Volo vt sicut ego & tu vnus sumus, ita & in nobis ipsi vnus sint. Hæc est finis, hæc est consummatio, hæc est perfectio, hæc est pax, hæc est gaudium in spiritu sancto, hoc est silentium in celo.

VERS. 22. ET EGO CLARITATEM, QUAM DEDISTI MIHI, DEDI EIS: VT SINT VNVM, SICUT ET NOS VNVM SVMVS] Pater enim & Filius sunt vnus Deus, non duo Dei. Per claritatem Primò, accipe gloriam filiationis diuinæ: hæc enim habet Christus vt Deus per naturam, vt homo per vnionem hypostaticam; & hæc dat & communicat fidelibus sanctis, vt scilicet eam habeant non per naturam, sed per adoptionem; sintque filij Dei, non naturales, vt est Christus, sed adoptiui. Ita Iansen. & ante eum S. Ambrosius lib. 3. de Fide. cap. 4.

Actos & vnitos: videbit enim talem vnionem non posse fieri nisi à Christo & Deo: quare per hoc allieitur, vt & ipse incredulus incredulitatem deponat, & credat in me. Mundus ergo hic in bonam partem accipitur, æquè ac Ioann. 3. Non enim venit Filius hominis vt inducat mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Et 2. Corinth. 5. Quoniam Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Minus rectè igitur Iansenius per mundum hic accipit reprobos. q. d. Vt credat mundus, videlicet coactus euentia miraculorum & sanctitatis discipulorum; & mundani, inuiti licet, constentur me esse Deum, quemadmodum ait Iacob cap. 2. Demones credunt, & contremisunt.

VERS. 22. ET EGO CLARITATEM, QUAM DEDISTI MIHI, DEDI EIS: VT SINT VNVM, SICUT ET NOS VNVM SVMVS] Pater enim & Filius sunt vnus Deus, non duo Dei. Per claritatem Primò, accipe gloriam filiationis diuinæ: hæc enim habet Christus vt Deus per naturam, vt homo per vnionem hypostaticam; & hæc dat & communicat fidelibus sanctis, vt scilicet eam habeant non per naturam, sed per adoptionem; sintque filij Dei, non naturales, vt est Christus, sed adoptiui. Ita Iansen. & ante eum S. Ambrosius lib. 3. de Fide. cap. 4.

Secundò, Maldon. per claritatem accipit dilectionem, quæ clarificauerat eum Pater, ostendendo in baptismo & aliis ipsam esse filij suum dilectum.

Tertiò, per claritatem Leontius & Ribera accipiunt Eucharistiam: in hac enim deitas & humanitas Christi nobis datur: hæc enim summa est claritas & gloria. Quoniam vnus panis & vnus corpus multi sumus omnes, qui de vno pane & de vno calice participamus, 1. Corint. 10. Ita quoque Cyrillus lib. 1. cap. 26. & Hilarius lib. 8. de Trinit. exponunt hæc claritatem ipsam diuinitatem Verbi carni vnitam, quam vt homo accepit Christus à Patre, quando Verbum caro factum est; hæc dedit nobis Deus & Christus, quando suam carnem cibum nostrum effecit, & nobiscum per Sacramentum mirabile realiter vnitus est.

Huc accedit Toletus, qui sic exponit. q. d. Ego iam eos effeci vnus per meam claritatem, quam à te accepisti da tu, o Pater. Spiritum sanctum, vt per eum quoque vnus fiant. Claritas hæc est diuinitas ipsius Filij, quam vt homo dicit se accepisse à Patre per vnionem hypostaticam: hæc diuinitatem vnitam carni suæ dedit nobis Christus in Sacramento, quod tunc quando hæc loquebatur iam instituerat.

Symbol. S. Chrysof. & Euthym. per claritatem accipiunt tum potestatem miraculorū, quam Christus discipulis dedit, tum vnitatem concordia, de qua dictum est, Vt sint vnus: hæc enim duo erant efficac confirmandæ fidei veritatis argumentum, nempe miracula, & tam mira in eis concordia.

Anagog. S. August. tract. 110. Claritas hæc, inquit, est gloria corporis. q. d. Immortalitatem & gloriam, quam dabo carni & humanitati meæ post tres dies in resurrectione, ego dedi, id est, dabo fidelibus certissimè in comuni omnium resurrectione.

VERS. 22

VERS. 23.

EGO IN HIS, ET TU IN ME: UT SINT CONSUMMATI IN VNUM: ET COGNOSCAT MVNDVS QVIA TV ME MISISTI, ET DILEXISTI EOS, SICVT ET ME DILEXISTI.] *Primum consummati in vnum, ut scilicet sit consummata & perfecta eorum vnio, velut multorum membrorum in vno corpore & capite. Sicut enim multa membra vnum corpus efficiunt, sic multi fideles vnum Christi corpus mysticum, quod est Ecclesia, coagmentant. Rursum omnia membra vniuntur & consummantur in vno capite: sic omnes Christiani in vno Christo & Deo. Audi Toletum hæc de Eucharistia apposite exponentem: Modum quo vnio hæc claritatis & diuinitatis fiat, exponit: Ego, inquit, in eis sum per carnem meam in cibum verum & realem eis datam; tu autem in me es, quia diuinitas tua est carni meæ vnita: si igitur diuinitas est in carne, & caro est in credentibus, fit vt in credentibus, etiam diuinitas sit per mediam carnem Christi. Habent ergo credentes in se & carnem Christi, & per eam diuinitatem in se, suntque vnum, & quamdam habent vnitatem per Christum ratione carnis suæ, & sic consummantur in vnum, id est, sunt vnium perfecte, dum non solum vniuntur inter se & cum Deo, quantum ad animas, quod fit per Spiritum sanctum, sed etiam quantum ad corpora ipsa.*

Amor Dei in orbem cur?

Hinc S. Dionysius de Diuini nominis. ca. 4. docet amorem diuinum ire in orbem, esseque circumsum: quia scilicet à Patre in Filium tendit, inde in Spiritum sanctum, ab eoque in Patrem & Filium redit: Spiritus sanctus enim est rationalis amor Patris & Filij. Rursum amor Dei est circumsum, quia ex Deo in creaturas, præsertim homines & angelos, se exerit, easque ad Deum redamandum fruendumque conuertit: Deus enim sicut est causa efficiens amoris, sic eiusdem est finis. Amor enim amantem transfert in amatum: anima enim magis est vbi amat, quam vbi amat. Itaque Paulus ait S. Dionysio: *Ille magnus iam diuino amore captus, præditusque eius vi, quæ hominem à statu suo dimouet, diuino ore: Vno autem, inquit, iam non ego viuunt verò in me Christus, vt verus amator, & à mentis, quem admodum ipse ait, statu dimotus, Deo deget, non suam vitam, sed amantis, tamquam valde diligendam. Et nonnullis interiectionibus amorem ita definit, quod sit vis motum afferens, & ad se deducens atque enehens, & c. qui autem in bono est, & ex bono ad ea que sunt manat, rursusque ad bonum reuertitur. In quo & sine & principio se carere diuinus amor eximie declarat, quasi circulus quidam perpetuus, qui boni causa, ex bono, in bono, & in bonum conuersione ab omni errore libera se voluit, atque in eodem loco, eademque ex parte & progreditur semper, & manet, & resistitur.*

Dei quasi circumsum pingebant Aegyptij.

Probat deinde id ipsum auctoritate S. Hierothei magistri sui, qui ait: *Amorem sine diuinum, siue angelicum, siue spiritalem, siue, vt ita dicam, animale, siue naturalem, vim quamdam coniungentem miscentemque intelligamus, quæ superiora quidem impellit, vt inferioribus prospiciant & consulant; pariter autem, vt inter se societate iungantur, inferiora uerò, vt se conuertant ad superiora.* Hinc & Aegyptij Deum pingebant quasi circumsum, sed alio respectu, scilicet vt eum esse æternum, ac principio & sine carere, itemque esse immensum si-

gnificarent. Vnde illud: *Deus est circulus, cuius centrum est ubique, circumferentia nusquam.* Per hæc quoque Iouem caeli circumsum nuncupabant. Saraceni etiam Deum vocant circumsum, vt illo ipsius æternitatem repræsentent, teste Pierio Hieroglyph. cap. 8.

Sed vt ad prius S. Dionysij, quod huic loco proprium est, reuertar, item S. Dionysius eodem capite longius post initium, de sole, qui expressa est Dei imago, sic ait. Ita que *id est sol, dicitur, quod omnia ad se uocat, id est congregat, colligatque dispersa. Additque, pulchrum & bonum, quod est obiectum & causa amoris, græcè dicitur *αὐτὸς*, quod ad se uocat, id est congregat, ac tota in rotis in se colligat. hoc est quod hic ait Christus: *Primum sicut & nos vnum sumus.* Ego in eis, & tu in me, vt sint consummati in vnum. Nam vt ait Apostolus Ephes. 4. *Vnum corpus & vnus spiritus sicut vocati estis in vna spe uocationis ueræ, vnus Deus, vna fides, vnum baptisma: vnus Deus & pater omnium.* Vide ibi dicta. Ibi enim Paulus multis commendat hanc fidelium vnionem & vnitatem.*

Tropol. animæ sanctæ student perfectæ vnionis cum Deo & Christo, vt ceterorum quasi oblitum, eum semper habeant præ oculis, illi per omnia placere & cum illo iugiter mente conuersari faraganti quare à rebus exterioribus, quoad licet, se abstrahunt, & interiori cum Christo agunt & colloquuntur. Cuius internæ vnionis tria dat signa R. D. Bartholomæus de Martyribus, Archiep. Bracarensis in aureo suo Compendio spiritualis doctrinæ cap. 15. ante finem, quod post eius mortem edidit Ludouicus Granatenensis, eiusque lectione valde se in spiritu profecisse profiteretur, vt ego de meipso profiteor. Primum signum est, si intellectus iam ex se non emittat cogitationes alias nisi quas fidei lumen excitet; & voluntas longo usu exercitata non producat actus amandi nisi erga Deum, vel relatiuè ad Deum. Secundum, si cum primùm reliquerit occupationem externam, cui insisteret, mox intellectus & voluntas in Deum facillimè conuertantur: sicut lapis remoto obstaculo, in centrum sue quietis descendere properat. Tertium, si finita oratione, ita exteriorum omnium obliuiscitur, ac si illa numquam vidisset aut tractasset, & ita se erga externa gerit, quasi denuò mundum ingreditur, & denuò metuit consilgere cum negotijs exterioribus, ea naturaliter abhorrens, nisi charitas compelleret: talis anima à rebus omnibus externis libera, facillè ad se intrat, vbi solum Deum videt & se in Deo, & frequenter feruidis actibus amandi vnitiuis insistit. Hæc autem feruens dilectio sex gignit effectus, vt inquit Sancti. Primus dicitur illuminatio, id est quædam sapida ac experimentalis Dei, ac propriae nihilitatis cogitatio & cognitio: Secundus, inflammatio: Tertius, suauitas seu delectatio: Quartus, ardentissimum desiderium possidendi bona diuina: Quintus, fatietas: sic enim satiatur anima illo Dei aduentu, vt nil aliud velit aut cupiat. Sextus, raptus, seu mira eleuatio animæ in Deum, in qua explicari nequit, quid tunc anima de Deo sentiat. Hos effectus prædictos sequuntur alij duo, scilicet securitas, qua nil anima timet pati propter Deum, & qua

Tria signa vnionis cum Deo.

Primum.

Secundum.

Tertium.

Sex vnionis effectus.

Primum.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

Sextum.

cor-

Tria ad eam melia.

certissimè confidit se numquam ab eo separandam; & plena quies, cum nil sit quod pauorem inferre valeat, & hoc dicitur *pax exuperans omnem sensum.* Hic est Domini paradysus, ad quæ ascendere possimus in terra existentes, licet inter homines corpore uersemur. Deinde tria media ad hanc cum Deo & Christo vnionem consequendam ex S. Thoma assignat, nimirum animi strenuitatem, feueritatem & benignitatem. Est autem strenuitas, quædam animi fortitudo, quæ omnem expellit negligentiã, qua homo disponitur ad bona opera omnia confidenter, vigilanter atque eleganter perficienda. Seueritas est animi fortitudo aduersus concupiscentias, illas restringens, & vnã secum afferens ardentem asperitatem, utilitatis & paupertatis amorem. Benignitas est dulcedo animi expellens omnem rancorem, iracundiam, inuidiam, auferitatem, amaritudinem, obdurationem erga proximum. Prius enim oportet animam purgari à facibus terrenarum affectionum, quam possit simpliciter ac pure in Deum tendere. Sicut enim peculiare ac proprium est igni, seclusis impedimentis sursum ascendere & proprium locum petere; ita animæ prauarum affectionum pondere solutæ, in Deum qui locus est ipsi proprius, eleuari solent.

QUI COGNOSCAT MVNDVS (fideles in mundo) QVIA TV ME MISISTI.] Vnde cognoscat? Resp. Primò, S. August. tract. 110. fideles id cognituros in cælo per visionem beatificam. Verùm hic ad litteram agitur de cognitione huius vitæ per fidem.

Secundò, alij respondent id cognituros ex claritate, quam ver. 22. Christus ait se accepisse à Patre, & dedisse fidelibus. Vnde S. Ambros. loco ibidem citato, per *claritatem* intelligens filiationem Dei sic exponit: Cognoscent fideles quod tu me Filium tuum in carnè misisti, ex filiatione, quam eis communicasti, adoptans eos in filios Dei: inde quoque cognoscent te dilexisse eos, sicut dilexisti me, sed me ut filium naturalem, illos uerò ut adoptiuos.

Tertiò, Cyrill. lib. 11. c. 27. & Hilar. lib. 8. de Trinit. & ex eis Toletus per *claritatem* accipientes Eucharistiam sic explicant. q. d. Ex Eucharistia cognoscent fideles hæc duo, scilicet, me esse filium tuum à te misum, quia aliter uatri non poterant nobiscum, nisi diuinitatem haberem in ea carne quam dedi eis in Eucharistia: Secundò, dilexisse eos sicut dilexisti me, quia diuinitatem, quam meæ carni indidisti, dedisti eis, dandò eis carnem meam in Eucharistia.

Quartò, simplicius Ribera: cognoscat id mundus ex sanctitate & mutua charitate Apostolorum, qua fiet *ut sint consummati in vnum*, vt præcessit: nam vt rectè ait Chrylost. hom. 81. potèriorem ad persuadendum Dominus concordiam iudicat quam miracula: & *dilexisti eos*, adoptans eos in filios, faciensque; Apostolos *sicut dilexisti me*, dum me Filium genuisti, & legatum in mundum misisti. Erigit Christus animos Apostolorum ad omnia ardua pro Christo subeunda, vt pote cum videant se charissimos Deo & similes Christo.

VERS. 24.

PATER QVOS DEDISTI MIHI, VOLO UT VBI SVM EGO, ET ILLI SINT MECVM: VT VIDEANT CLARITATEM MEAM, QVAM DEDISTI MIHI: QVIA

A DILEXISTI ME ANTE CONSTITVTIONEM MVNDI.] Christus ostendit Apostolis, ait Chryl. quæ præmia illos maneant post mortem, vt magis amorem Christi erga se cognoscant, & fortiores reddantur, simulque, vt ait Cyrillus, docere uult non alios gloriam suam uisuros esse, quam pro quibus orauit, & qui per ipsum Patri adiunguntur, & ideo dicit: *Quos dedisti mihi.*

Ait ergo, *Volò id est, summè cupio & desidero, o Pater, vt fideles quos elegisti & dedisti mihi, mecum sint in cælo, ibique videant claritatem, id est gloriam, non tantum humanitatis meæ ad dexteram Patris eleuatæ, ut explicat S. August. & Cyrillus, sed etiam diuinitatis meæ in huius enim uisione consistit essentialis beatitudo nostra, sed tum id quia, cum subdit, *Quia dilexisti me*, non significat causam, sed signum dilectionis. q. d. Ex eo quod me ab æterno dilexeris infinito amore, quasi ex signo manifesto colligitur quod mihi gignendo dederis meam claritatem & diuinitatem: hanc enim dedit Pater Filio, dum eum genuit; genuit, inquam, non ex amore libero, sed ex naturali diuinitatis suæ fecunditate. Prius ergo Pater genuit Filium, deinde eum iam à se genitum dilexit, quia eum per omnia sibi similem genuerat. Ita Ianfen.*

ANTE CONSTITVTIONEM (id est, vt Arabicis, *productionem*) MVNDI.] Syrus, ante *iacta mundi fundamenta*: hoc enim significat Græcum *πρὸς τὴν θεοῦ ἔκδοσιν*; nam *ἔκδοσις*, est iacere fundamenta domus vel fabricæ. Ita S. Hier. in cap. 6. ad Ephes. Significat hæc phrasia mundum nullam sui parte esse æternum, sed tam quoad materiam, quam quoad formam ceteraque dotes & qualitates, à Deo in initio temporis esse creatum: tunc enim fuisse primordia mundi.

PATER IUSTE, MVNDVS TE NON COGNOUIT: EGO AVTEM TE COGNOUIT ET HI COGNOVERUNT QVIA TV ME MISISTI.] Cur Patri dat epithetum iusti? Primò, S. August. tract. 111. respondet: *Patrem iustum dici, quia iuste mundum & infideles cognitione sui priuauit: nam quod aliquibus non reueletur Dei ueritas, iustitia ipsius est, propter eorum peccata; quod uerò alijs manifestetur: misericordia est.*

Secundò, Cyrill. lib. 11. c. 29. censet Patrem vocari iustum, quia diabolus, qui mundum captiuum detinebat, ne ad immortalitatem ad quam creatus erat peruenire posset, damnauit & dominio priuauit, vt supra dictum est. Senus igitur est: *O Pater iuste, mundus non cognouit hanc tuam iustitiam, quam pro mundo erga diabolus exercuisti, quam si nouisset, omnes ad te accurrissent.*

Tertiò, Toletus censet Patrem vocari iustum, quia Apostolis Christum sequentibus præparauit claritatem, id est, gloriam caelestem, quam eis hæc postulauit Christus, à qua mundum incredulum exclusit. Hæc enim gloriæ retributio est actus iustitiæ, iuxta illud 2. Timoth. 4. *Quam reddet mihi iustus iudex.*

Quartò, planius & germanius Ribera *id iuste* refertur ad sequentia: *Mundus te non cognouit, & c.* postquam enim Christus Apostolis postulauit sanctificationem & claritatem, siue gloriam caelestem, nunc quasi exultans spiritu, quod tanta dona

VERS. 25.

Pater cur iustus Res. Primò.

Secundò.

Tertiò.

Quartò.

dona

dona Pater prædestinavit Apostolis Christum A sequentibus, quæ negavit incredulis, v.g. Scribis & Phariseis, qui superbia excæcati. Christum sequi noluerunt, ait, *Pater iuste*. q. d. iustum sanè est, ô Pater, ut superbi abiiciantur, & hæc bona paruulis istis dentur; illi superbi te non cognoverunt, nec coluerunt; ego te cognoui & amavi, & discipuli mei me imitantes cognoverunt & amaverunt te, & crediderunt in me: istis ego, quia superbi non erant, magnam tui cognitionem dedi, & maiorem dabo, postquam resurrexero, & Spiritum sanctum misero. Sic eadem de causa exultavit Christus in spiritu Matt. 11. v. 25. dicens: *Confiteor tibi Pater, Domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & revelasti ea paruulis.*

VARS. 26.

ET NOTVM PECCI EIS NOMEN TVVM, ET NOTVM FACIAM (post resurrectionem & missum Spiritum sanctum, ut dixi:) VT DILECTIO QVA DILEXISTI ME, IN IPSIS SIT, ET EGO IN IPSIS. vt scilicet dilectionem tuam, qua me, & ipsos propter me diligis, erga ipsos continues, ac maiorem re ipsa semper eis ostendas, eiusque in dies

magis beneficias, ac tuis gratijs & beneficijs emules, vt quotidie magnis passibus in sanctitate & opere Apostolico progrediantur; atque hæc ratione ego tecum in ipsis perseverem, arctiusque persistam per crescentem in eis semper tuam gratiam & charitatem. Deus enim cum diligit creaturas rationales, donum gratiæ & dilectionis siue charitatis præciosissimum & divinisimū eis infundit, quod non facit irrationalibus, vt cælo, soli, stellis, dum eas diligit, id est, ex amore creat, ornat & gubernat. Hoc significat *vt dilectio in ipsis sit*; nam vt ait Paulus, *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis*, Roman. 5.

Paulò aliter Rupertus: Vt Spiritus sanctus, inquit, qui est dilectio tua qua me diligis, in ipsis semper sit & firmiter permaneat. Sed hoc eodè redit. Nam Spiritus sanctus à charitate separari nequit, sicut nec ignis à calore. Quare, cui datur charitas, huic datur & Spiritus sanctus; & quamdiu manet in homine charitas, tamdiu manet & Spiritus sanctus, imò tota S. Trinitas, vt dixi c. 14. vers. 23.

CAPVT DECIMVM OCTAVVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Describit Christus passionem, scilicet vers. 1. captiuitatem in horto v. 13. adductionem ad Annam: v. 17. trinam Petri negationem v. 19. examen Iesu factum à pontifice, & alapam Iesu inflatam: v. 24. missionem Iesu ad Caipham: v. 28. accusationem eius apud Pilatum: v. 33. examen Iesu factum à Pilato, qui deprehensâ eius innocentiam eum liberare satagit, conferens eum cum Barabba.

Passionem Christi explicui Matth. cap. 26. & 27. hic ergo breuiter perstringam eadem taxat, quæ Ioannes habet propria & singularia.

Hæc cum dixisset Iesus, egressus est cum discipulis suis trans torrentem Cedron, vbi erat hortus, in quem introiuit ipse, & discipuli. 2. Sciebat autem & Iudas, qui tradebat eum, locum: quia frequenter Iesus conuenerat illuc cum discipulis suis. 3. Iudas ergo cum accepisset cohortem: & à pontificibus & Phariseis ministros, venit illuc cum laternis, & facibus, & armis. 4. Iesus itaque sciens omnia, quæ ventura erant super eum, processit, & dixit eis: Quem queritis? 5. Responderunt ei: Iesum Nazarenum. Dicit eis Iesus: Ego sum. Sciebat autem & Iudas, qui tradebat eum; cum ipsis. 6. Vt ergo dixit eis: Ego sum: abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. 7. Iterum ergo interrogauit eos: Quem queritis? Illi autem dixerunt: Iesum Nazarenum. 8. Respondit Iesus: Dixi vobis, quia ego sum: si ergo me queritis, finite hos abire. 9. Vt impleteret sermo, quem dixit: Quia quos dedisti mihi, non perdi di ex eis quemquam. 10. Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum: & percussit pontificis seruum: & abscidit auriculam eius dexteram. Erat autem nomen seruo Malchus. 11. Dixit ergo Iesus Petro: Mitte gladium tuum in vaginam. Calicem, quem dedit mihi Pater, non bibam illum? 12. Cohors ergo, & tribunus, & ministri Iudæorum comprehenderunt Iesum, & ligauerunt eum: 13. Et adduxerunt eum ad Annam primam: erat enim socer Caiphæ, qui erat pontifex anni illius. 14. Erat autem Caiphæ, qui consilium dederat Iudæis: Quia expedit vnum hominem mori pro populo. 15. Sequebatur autem Iesum Simon Petrus, & alius discipulus. Discipulus autem ille erat notus pontifici, & introiuit cum Iesu in atrium pontificis: 16. Petrus autem stabat ad ostium foris. Exiuit ergo discipulus alius, qui erat notus pontifici, & dixit ostiariæ, & introduxit Petrum. 17. Dixit ergo Petro ancilla ostiaria: Numquid & tu ex discipulis es hominis istius? Dicit ille: Non sum. 18. Stabant autem serui, & ministri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant se:

leserat autem cum eis & Petrus stans, & calefaciens se. 19. Pontifex ergo interrogauit Iesum de discipulis suis, & de doctrina eius. 20. Respondit ei Iesus: Ego palam locutus sum mundo: ego semper docui in synagoga, & in templo, quo omnes Iudæi conueniunt: & in occulto locutus sum nihil. 21. Quid me interrogas? interroga eos, qui audierunt quid locutus sim ipsis: ecce hi sciunt quæ dixerim ego: 22. Hæc autem cum dixisset, vnus assistens ministrorum dedit alapam Iesu dicēs. Sic respondes pontifici? 23. Respondit ei Iesus: Si malè locutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene, quid me cædis? 24. Et misit eum Annas ligatum ad Caipham pontificem. 25. Erat autem Simon Petrus stans, & calefaciens se. Dixerunt ergo ei: Numquid & tu ex discipulis eius es? Negavit ille, & dixit: Non sum. 26. Dicit ei vnus ex seruis pontificis, cognatus eius, cuius abscidit Petrus auriculam; Nonne ego te vidi in horto cum illo? 27. Iterum ergo negauit Petrus: & statim gallus cantauit. 28. Adducunt ergo Iesum à Caipha in prætorium. Erat autem manè: & ipsi non introierunt in prætorium, vt non contaminarentur, sed vt manducarent pascha. 29. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit: Quam accusationem affertis aduersus hominem hunc? 30. Responderunt, & dixerunt ei: Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum. 31. Dixit ergo eis Pilatus: Accipite eum vos, & secundum legem vestram iudicate eum. Dixerunt ergo ei Iudæi: Nobis non licet interficere quemquam. 32. Vt sermo Iesu impleretur, quem dixit, significans qua morte esset moriturus. 33. Introiuit ergo iterum in prætorium Pilatus, & vocauit Iesum, & dixit ei: Tu es rex Iudæorum? 34. Respondit Iesus: A temetipso hoc dicis, an alij dixerunt tibi de me? 35. Respondit Pilatus: Numquid ego Iudæus sum? Gens tua, & pontifices tradiderunt te mihi: quid fecisti? 36. Respondit Iesus: Regnum meum non est de hoc mundo, si ex hoc mundo esset regnum meum ministri mei vtique decertarent vt non traderer Iudæis; nunc autem regnum meum non est hinc. 37. Dixit itaque ei Pilatus: Ergo rex es tu? Respondit Iesus: Tu dicis quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati: omnis qui est ex veritate, audit vocem meam. 38. Dicit ei Pilatus: Quid est veritas? Et cum hoc dixisset, iterum exiuit ad Iudæos, & dicit eis: Ego nullam inuenio in eo causam. 39. Est autem consuetudo vobis, vt vnum dimittam vobis in Pascha; vultis ergo dimittam vobis regem Iudæorum? 40. Clamauerunt ergo rursus omnes, dicentes; Non hunc, sed Barabbam. Erat autem Barabbas latro.

Hæc cum dixisset Iesus, egressus est cum discipulis suis trans torrentem Cedron, vbi erat hortus, in quem introiuit ipse, & discipuli eius. Iesus finito ardenti sermone post cenam eoque prolixo (incipit enim cap. 13. & hic finitur,) quo Apostolis vltimum vale dixit, ad passionem & mortem properat, illique se offert, & vltro occurrit vadens in hortum, ibique expectans Iudam & Iudæos, à quibus sciebat se capiendum. Magnanimitatis hoc dedit exemplum, vt arenam locumque duelli eum morte, peccato & diabolo mox in eundem primus capessat, quasi certus de victoria & triumpho.

Hinc colligitur Iesum statim finito hoc sermone transisse torrentem, ac consequenter contentionem Apostolorum de primatu non post sermonem, vt vult S. August. sed ante eum contigisse. De hymno incertum est: nam eum à Christo & Apostolis decantatum fuisse post sermonem, insinuat Matth. dicens cap. 26. 30. *Et hymno dicto exierunt in Montem oliuarum.* Ante sermonem verò hymnum fuisse dictum suadere videtur ratio, quòd hic hymnus fuerit gratiarum actio; statim ergo post cenam & Eucharistiam cantatus fuit ante sermonem. Ita Chrysost. Theophyl. Euthym. in Matth. c. 26. & Ribera hic. vide chronotaxim num. 68.

EGRESSVS EST] de domo & coenaculo, vbi totum sermonem habuit & finiuit. Franc. Lucas tamen & alij censent partem sermonis à c. 14. 31. vbi ait Christus: *Surgite eamus hinc*, hucusque habitam fuisse post egressum de domo, in itinere versus torrentem Cedron; & tunc egressus est, exponi debet *transgressus est*.

TRANS TORRENTEM CEDRON] *Torrentis* propriè est riuus ex aquæ pluuiæ confluxu productus, qui hieme fluit cum impetu, æstate liccatur quales plurimos & ingentes vidi in Alpibus, & talis hic fuisse videtur. Vnde Syrus vertit, *trans vadum Cedron*, quia vadari & pedibus transiri poterat. *Torrentis* hic significat vehementiam & impetum Christo à Iudæis in passione illatum, sed illico transeuntem. Iuit ergo Iesus per torrentem, vt innueret se ire in torrentem passionum, ait Iansen. iuxta illud psal. 109. *De torrente in via bibet.* Vnde nonnulli opinantur Iesum à Iudæis captum reductumque per torrentem, in eundem præcipitatum fuisse, ait Adrichom. in Description. Ierusalem n. 207. iuxta illud psal. 68. v. 1. *Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ usque ad animam meam. Infixus sum in limo profundum, & non est substantia*, id est, non est locus in quo subsistere queam.

CEDRON] Græcè, τὸν κέδρον, id est, *cedrorum*, eò quòd torrentis hic, hinc & inde plátatas habet.

ret cedros, ait S. Thom. & Lyan. Fauet Arabi-
cus, qui vertit *trans torrentem cedri*. Verum Cedron
est vox Hebræa, non Græca, quæ hebr. non ce-
dron (hæc enim dicitur *עֵדְרוֹן*) sed obscurita-
tem, nigredinem, caliginem & tenebras signifi-
cat, teste S. Hier. in Locis Hebr. Dicitur ergo est
torrens hic Cedron, id est obscurus, ater, vel ni-
ger, siue ab vmbrositate loci erat enim arbori-
bus confusus; siue ab aquarum nigredine, siue à
cadauerum combustorum fuligine, de quo mox.
Quare Cedron est nomen singulare, non plura-
le, ac proinde corruptè in Græcis legitur articu-
lus pluralis τῶν, cum legendus sit ὁ.

Est hic torrens situs ab Oriente Ierusalem, in-
ter eam & Montem oliueti, ac labitur per val-
lem profundam Iosaphat, eamque fecundat. In
hac valle, ait Adrichom. in Ierusalem, n. 204. pij.
reges Iuda, Asa, Ezechias, & Iosias templi com-
buserunt idola, eorumque cineres in torrentem
Cedron proiecerunt. Hæc vallis commune to-
tius ciuitatis cœmeterium erat, vbi vulgus & ig-
nobiles omnes sepeliebantur: extra urbem enim
Iudæos sepeliri mos erat, ibique nunc Turcæ se-
peliuntur. In hac quoque valle, die illa cunctis
mortalibus tremenda, omnes vndique homines
ad extremum & generale iudicium sunt congregandi,
vt à Christo iudice recipiant debita pro
meritis præmia quisque suis.

Meminit igitur Ioannes torrentis Cedron
Primò, ad historiam exactam certitudinem: Se-
cundò, ob figuram. Dauid enim cum suis fu-
gens Absalomum, mœstus transgressus torren-
tem Cedron, typus fuit Christi eundem torren-
tem transgredientis, at non fugientis, sed offe-
rentis se persecuenti Iudæ & Iudæis. Tertio, vt
ostenderet se ire ad passionem, vt expiaret non
sua, sed Adæ & posteriorum eius peccata omnia,
quantum immanità, qualia in valle & torren-
te hoc commitebantur. Torrens enim Cedron
labitur per vallem Gehennom, vbi infantes à pa-
rentibus idolo Moloch immani parricidio viu-
cremabantur. Quarto, vt locum passionis ver-
teret in locum triumphanti & ex vicino Mor-
te oliueti, vbi pari cœpit, oranque sudauit a-
quam & sanguinem, 40. die post resurrectionem
triumphans ascendit in cælum: atque in fine mun-
di rediturus ad iudicium iudex sedebit supra val-
lem Iosaphat, Ioël. 3. vers. 2. & supra torrentem
Cedron, vt iudicet tam Iudæos se persequentes,
quam omnes homines pro meritis; eos scilicet
qui passioni suæ grati fuere, adiudicando cælo;
qui verò ingrati, gehennæ, quam ad viuum re-
presentabat hic vallis Gehennom, per quam
fuit torrens Cedron.

VBI ERAT HORTVS] quia in horto paradisi
peccauit Adam comedens pomum vetitum; hinc
peccatum eius Christus expiare incipit in horto
Ad primum enim recurrere omnia oportebat ait Cy-
rillus. Addit Chrysof. *Essent in horto tamquam in
carcere commoratur*, vt scilicet, ait Theophyl. *labo-
rem minuat Iudæis se querentibus*. Subiungit Theo-
phyl. tertiam causam dicens: *Orandi causa solita-
ria loca, & silentij officinas querere solebat*, vt nos
idem faciatis. Cetera dixi Matth. 26. Symbo-
licè, Nota, Christum primò iuisse in desertum,
Matth. 4. inde per sata, Matt. 12. denique in hor-
tum hic, vt doceret nos ire ad sata prædicatio-
nis, inde ad passionem & crucem. Audi S. Am-

brofium lib. 4. in Lucam: *Videte, inquit, quibus
itineribus ad paradysum reducatur. Nunc in deserto
Christus est; agit hominem, instruit, informat, exerceat,
ungit oleo spiritali. Vbi videt robustiorem, per sata &
fructuosa tradit: vt quando querebantur Iudæi,
quod discipuli eius sabbato de segete spicas vellerent: iam
enim Apostolos suos in agro culto & fructuoso opere
collocauerat. Postea in paradiso constituit tempore pas-
sionis, quando transiit torrentem Cedron, vbi erat hor-
tus.*

VERS. 4. IESVS ITA QVÆ SCIENS OMNIA, QVÆ VENTVRA
ERANT SVPER EYM: Addit sciens, ne quis putet
iplum incilium & inuitum incidisse in manus
Iudæorum, sed scientem, volentem vltro se eis
tradidisse; vnde & eis obuiam PROCESSIT, ET
DIXIT. QVEM QVÆRITIS? Iudas iam osculatus
fuerat Iesum, osculoque signum dederat cohorti,
vt Iesum caperent; sed noluit Iesus eo signo
capi, ne inuitus videretur captus. Omnipotentis
ergo vi diuinitatis suæ cohortem detinuit, locò-
que suo fixit, vt dato signo ad eum capiendum
currere non auderent, imò non possent. Hinc
Christus vltro eis obuiam intrepidè processit, &
rogauit: *Quem queritis?* quali eos lacellens ad se
inuadendum.

VERS. 5. RESPONDERVNT EI: IESVM NAZARENVM]
Non dicunt: *Querimus te*, sed Iesum. Ergo non
agnouerunt eum, licet osculo à Iuda indicatum
& proditum, quia Iesus eos aorsim & cæcitate
percutit, vt præsentem non agnoscerent, cum
tamen ministri pontificum eum sapius antea vi-
dissent & audissent. Ita Chrysof. hom. 82. *Vides,
ait, vim in superabilem, quomodo in medio existens eos
excacauit.* Et Cyrillus: *Potesas ergo diuina emittit,
qui quamuis se querentibus offerret, minime tamen co-
gnoscebatur.*

STABAT AVTEM ET IVDAS QUI TRADEBAT
EYM, CVM IPSIS] Iudas iam antecesserat cohortem,
vt osculareretur Iesum; sed osculo dato vi-
dens cohortem non currere ad Christum ca-
piendum, sed immotam consistere; perfidias suæ
consciis, & impœnitens obstinatusque redit,
non ad discipulos Iesu, sed ad cohortem, vt ab
ea contra Iesum, cuius potentiam metuebat, de-
fenderetur, ideoque cum ea à Christo in ter-
ram afflictus & prostratus est. Ita S. August. li-
cèt Enthymius & Ribera censent Iudam access-
sisse ad Christum, eumque osculatum esse, post-
quam cum Iudæis in terram prostratus fuisset:
quod etiam est probabile, & maiorem Iudæ im-
pudentiam arguit.

VERS. 6. VT ERGO DIXIT EIS: EGO SVM; ABIERVNT
RETORSVM] quasi vi spiritus & vocis Iesu di-
centis *ego sum* repulsi, retroacti, & supini in dor-
tum prostrati. Non enim proni antrorsum in pec-
tus, ceciderunt, ne vis prosternens aliunde, putà
à tergo, manare videretur; sed retrorsum, vt li-
quidò constaret eos vi oris & sermonis Christi
prosterni, nec illius faciem & sermonem ferre vel
sustinere posse. Iesus enim dicens. *Ego sum*, refri-
cauit eis memoriã nominis, quod Deus sibi in-
didit, dicens Moisi Exodi 3. *Ego sum qui sum*. q. d.
Hoc est nomen meum, quo vos prosterno, & si
velim annihilò, quia *ego sum qui sum*. Ergo vos estis
qui non estis; nam omne vestrum esse non à vobis,
sed à me continuò accipitis.

Tropologiam & allegoriam huius fulmineæ
prostrationis latellium dedi Matth. 26. 50.

S1

VERS. 8. SPERGO ME QVÆRITIS, SINITE HOS ABIRE]
Cur id iussit Christus? Resp. Primò, quia ad ipsum
spectabat, vt solus sua morte homines redimeret
quasi mediator, redemptor & saluator mundi.
Ita Cyrill. *Semonit*, inquit, à periculo discipulos suos,
non ignorans ad se solū certamen illud & opus salutis
nostre pertinere: regnantis enim & non seruentis na-
tura opus est. Secundò, quia Apostolos destinaret
sibi superstitis, vt post mortem, suã resurrectionem,
doctrinam & legem toto orbe promulga-
rent. Tertio, vt ostenderet suum erga eos amo-
rem & curam, quo quasi bonus pastor ouium sa-
lutem curat, suam negligit, imò animam suam
ponit pro ouibus vt sua morte illis vitam daret.
Hanc rationem inlinuat Ioannes vers. seq. di-
cens:

VERS. 9. VT IMPLERETVR SERMO, QVEM DIXIT (CAP.
17. vers. 12.) QVIA QVOS DEDISTI MIHI, NON
PERDIDI EX EIS QVEMQVAM] id est, non per-
misi perire vllum ex vndecim Apostolis, quos de-
disti mihi, ó Pater: nam Iudas veluti filius perdi-
tionis illi non fuit datus absolute à Patre. Qua-
res, de qua perditione & morte loquitur Chri-
stus, animæ, an corporis? Alij hanc, alij illam;
ego vtramque accipio. Corpore enim perissent
hic discipuli, quia cum Iesu magistro suo fuissent
comprehensi & occisi, præsertim quia Petrus co-
horti resisterat, & Malchum vulnerarat. Animã
quoque perissent, quia infirmi & pauidi ob Iu-
dæorum minas Christum negassent, æquè ac ne-
gauit Petrus, itaque occisi à Iudæis & corpus &
animam perdidissent: mortui enim fuissent in
peccato mortali negationis. Ita Rupertus, Caie-
tan. Ribera, Franc. Lucas, Toletus & alij.

VERS. 10. ERAT AVTEM NOMEN SERVO MALCHVS]
Nomen serui exprimit ad mysterium, *Melech*
enim hebr. & chald. *Malcha*, vnde *Malchus*, idem
est quod *rex*: & erat seruus pontificis, signifi-
caturque populum Iudæorum, qui quondam rex
fuerat & liber, sed postea seruus factus est pon-
tificum & sacerdotum, qui eum suis traditionibus
& cæremonijs onerabant & præterea deuora-
bant, vt videmus Matth. 23. Iste Petro & Apo-
stolis prædicantibus Euangelium, dextram auri-
culam amisit propter infidelitatem suam & o-
dium Christi, id est, surdus factus est ad audien-
dum Euangelium, & ad audiendum ea quæ ne-
cessaria sunt ad salutem, donec eum Dominus
conuertat, & ei auriculam restituat. Ita S. Cyril-
lus hic & S. Amb. in Lucæ cap. 22. & S. Hieron.
in Matth. cap. 26. addit S. Ambros. Petrum imi-
tari voluisse zelum Phinees qui principem Israel
formicantem cum filiabus Moab occidit, ideoq;
pontificatum adeptus est, Numer. 25. Minuit er-
go culpam Petri amor & zelus erga Christum;
peccauit tamen, quia inconsulto Christo gla-
dium strinxit, præsertim cum paulò antè ab ipso
audisset, quòd sponte iret ad passionem & mor-
tem.

VERS. 12. LIGAVERVNT EYM] à quo solui velle debue-
runt, & forte erant in eis, qui postea liberati ab
eo dixerunt: *Dirupisti vincula mea*, ait S. August.
Christus si voluisset, omnia vincula Iudæorum
facilius rupisset, quam Samson rupit stipea vin-
cula Dalile, Iudic. 15. 9. sed noluit: Primò, vt pec-
catum Adæ manibus commissum expiaret: quia
enim primus Adam nimis liberè manus ad po-
Cornel. in Ioannem.

num vetitum extendit, hoc Christus secundus
Adam manibus ligari voluit, vt Adæ peccatum
& cetera posteriorum eius, quæ ferè manibus
committuntur, expiaret.

Secundò, vt satisfaceret typo: Isaac enim qui
fuit typus Christi, immolandum ab Abraham li-
gatus fuit: solebant enim victimæ ligari, ne im-
molationi reluctarentur, Genes. 22. 9.

Tertio, vt his vinculis amore nostri susceptis
inijceret nobis vincula charitatis, quibus nos tra-
heret ad se redamandum, iuxta illud Osee 11. *In
funiculo Adam traham eos, in vinculis charitatis.*

Porrò, Iudæos durè & crudeliter ligasse Chri-
stum, liquet, tum ex odio immani, quo ipsi eo-
rumque heri pontifices ardebant in Christum,
tum quòd vlcisci vellent prostrationem ignomi-
niosam, quam passi fuerant, & vim à Petro Mal-
cho sibi que illatam. Plura hæc de re dixi Matth.
26. v. 55.

ET ADDIXERVNT EYM AD ANNAM PRIMVM: VERS. 13.]
ERAT ENIM SOCER CAIPHÆ, QVI ERAT PON-
TIFEX ANNI ILLIVS] Querens: cur Iudas & Iu-
dæi primùm duxerint Christum ad Annam, non suum primò
ad Caipham, cum à Caipha, vt potè pontifice, iu-
dicandus esset, non ab Anna?

Resp. Primò, vt honorarent Annam quasi se-
niorum & sacerdotum Caiphæ, quem proinde ipse
Caiphas quasi patrem honorabat, ait Euthym. & ex
eius consilio populum regebat,

Secundò, quia domus Annæ erat in via eun-
tibus ad Caipham, ait S. August.

Tertio, quia Annas præ ceteris videtur optasse
& procurasse vt Christus caperetur. Vnde satelli-
tes hi Christum ei quasi in triumphum ducunt,
ait S. Chrysof. vt eum exhilarent, ac vicissim ali-
quo xenio & munere ob adductum Christum
ab eo donentur.

Quarto, vt Annam, qui vespere præcedente à
ceteris senioribus ob frigus noctis domum dor-
miturus abierat, inde euocaret ad conciliū
vniuersale, contra Iesum iam captum postero
manè in domo Caiphæ celebrandum.

Quinto & potissimè, quia ab Anna Iudæ fuit
promissum pretium venditionis Christi, scilicet
triginta argentei. Adducit ergo Iudas Iesum ad
Annam, vt pro eo triginta denarios sibi ab eo
promissos accipiat, vt de facto illum ab eo ac-
cepisse censet S. Cyrillus, idque colligitur ex eo,
quòd in primo principum cum Iuda pacto de
Christo prodendo, principes non numerarunt
30. denarios, sed tantum promiserunt, vt patet
Matth. 26. 15. hæc nocte ergo accepit illos Iudas
in domo Annæ, quos paulò post videns Chri-
stum Pilato traditum, facti poenitens proiecit in
templo, Matth. 27. v. 3. Nam in domo Caiphæ
eos accipere non potuit; tum quia Caiphas cir-
ca Christum, vt inueniret falsos testes, vt eum
examinaret, vt conciliū conuocaret, &c. ita
occupabatur, vt tempus non haberet agendi
cum Iuda. Vnde Iudas non videtur cum satelli-
tibus progressus ultra domum Annæ, nec in-
gressus in domum Caiphæ: nam si in ea fuisset
Iudas, sanè eam ingredi ausus non fuisset Pe-
trus, metu ne à Iuda proderetur: quia si Iudas
adfuisset, cum Petro ter Christum in domo
Caiphæ negauit, vti que vel publicè eum falsi
arguisset, vel secretò ministros monuisset, Pe-
X x trum

rum fuisse secum discipulum Christi, ut eum comprehenderent.

PONTIFEX ANNI ILLIVS] quia Romani praefides sepe & tubinde singulis annis mutabant Iudaeorum pontifices, nouosq; creabant, uti quotannis creantur noui consules; licet Pilatus hoc proprii haberet, ut pontificem Caipham quem reperit, non mutaret. Quare Caiphas toto triennio, quo Christus praedicauit, perpetuum gessit pontificatum.

VERS. 22. *Alapa Christo datur.* VNVS ASSISTENS MINISTRO RVM DEDIT ALAPAM IESV] Vide August. tract. 113. ubi connumeratis multis supplicijs, quibus seruus dignus fuerat, ait: *Quid enim horum per potentiam iubere non potuisset, per quem factus est mundus, nisi patientiam nos dolere maluisset, per quam vincitur mundus?* Vide & dicta Matth. 26. v. 59.

PORRO. Christus non porrexit alteram maxillam, ne videretur culpa agnoscere. Sic & Paulus Bissus iniuste percuti a pontifice, ait ex zelo iustitiae. *Percutiat te Deus paries dealbare.* Actor. 23. Ad dit S. August. *Iesum non solum alteram maxillam iterum percussuro, sed totum corpus figendum prae parafse in ligno, ut suum dogma Matth. 5. v. 39. facto sanciret.*

VERS. 24. ET MISIT EVM ANNAS LIGATVM AD CAIPHAM PONTIFICEM] q. d. *Miserat autem Annas Iesum ligatum ad Caipham pontificem.* Ita Syrus, Arabicus, & Cyrillus. Est enim hic hystorologia. Nam Ioannes quasi oblitus narrare missionem Iesu ab Anna ad Caipham, hic eam inserit, ut indicet quis fuerit pontifex qui examinauit Iesum, cuius minister alapam dedit eidem, nimirum fuisse Caipham, non Annam. Caiphas enim erat pontifex non Annas: quare hic versus recto ordine ponendus est post. v. 13. nam trina negatio Petri & examen Iesu, omniaq; quae post v. 13. narrat Ioannes, contigerunt in domo Caiphae pontificis, non Annae, ut patet ex S. Matthaeo, Marco & Luca.

VERS. 28. ADDVCVNT ERGO IESVM A CAIPHA IN PRATORIVM] scilicet in domum & aulam Pilati, qui erat praetor, id est praeses & iudex tam criminalis quam ciuiliis Iudaeae. Ita legendum cum Roman. Graeco, Syro & Arabico. Quare vitiolum codicem habuit S. August. qui tract. 114. legit: *Adducunt ergo Iesum ad Caipham in praetorium,* indeque coactus est dicere aut Caipham in domum Pilati venisse, aut vtrumque in eadem domo habitasse: cuius contrarium liquet ex Euangelio.

PORRO omnis magistratus, cui parebat exercitus, dicebatur Praetor, ait Victorinus: praecundo, ait Varro, quasi Praetor, quod praeret iure & exercitu. Inde eius domus & locus in quo ius dicebat, vocabatur praetorium: ibi ergo erat tribunal, in quo eorum causa agebatur, idcoque pontifices eo duxerunt hic Iesum, ut a Pilato damnaretur.

ET IPSI NON INTROIERVNT IN PRATORIVM, VT NON CONTAMINARENTVR] (ingressu in domum praesidis Ethnici & idololatrae) sed ut (puri & mundi) MANDVCARENT PASCHA] Pascha hic non significat agnum paschalem, ut voluit Chrysof. & Cyrill. (hunc enim pridie in cena iam comederant) sed victimas paschales, quae per septem dies paschales immolabantur: haec enim non nisi a mundis comedi poterant.

A Vide hic hypocritam pontificum, qui videri volunt religiosissimi, cum sint sceleratissimi, imo christidiae. vnde exclamat S. August. *O impia & sinistra caecitas: habitaculo videlicet contaminantur alieno, & non contaminantur scelere proprio!* Vide S. Cyrillum.

NOBIS NON LICET INTERFERERE QVEM QVAM] Hinc videtur quod Romani Iudaeis, utpote iure belli subactis, abstulerint ius damnandi & morte plectendi reos, illudque sibi vendicauerint: hoc enim omnino haec eorum verba significabant. Ita Rupert. S. Thomas, Ianfen. Suarez & alij.

Dices, Iudaei lapidarunt S. Stephanum, & praecipitarunt S. Iacobum. Resp. id eos fecisse non ordine iuris, sed tumultu & furore populi. Vnde Iosephus lib. 20. Antiquit. cap. 8. alius 16. asserit Ananiam pontificem fuisse pontificatum a praeside Romano priuatum, eod quod S. Iacobum iussisset occidi. Hinc & Actor. 18. Iudaei Paulum non sunt ausi occidere, sed occidendum tradidere Gallioni proconsuli. Instabis: Pilatus iam dederat pontificibus licentiam iudicandi & occidendi Iesum, dicens: *Accipite eum vos, & secundum legem vestram iudicate.* Ergo id facere poterant.

Resp. potuisse quidem pontifices id facere, sed noluisse hanc licentiam Pilati acceptare, sed tacite quasi dixisse: Vos Romani abstulistis nobis ius gladij absolute; nolumus ergo illud in hoc vno casu ut Iesum occidamus, usurpare. Aut ergo reddite nobis ius occidendi absolute, aut vos hunc eum alij occidite. Dicebant hoc, quia volebant Iesum, quasi seditionis & regnum Iudaeae affectantem, ignominiosissima morte plecti; nimirum crucifigi a praeside Romano (Romani enim affectantes regnum crucifigebant) atque huius Iesu necis inuidiam cupiebant: ite in Pilatum transferre, ne a populo quem Iesu sciebant addictum, lapidarentur, aut conuictij incescerentur.

Alij aliter respondent, nimirum S. August. & Cyrillus, & ex eis Suarez 3. part. qu. 47. artic. 4. non licuisse Iudaeis occidere in festo Paschae ob festi solemnitatem, sed alius id eis licuisse. Riberi vero responder Pharisaeos ex speciali & propria secta hoc obseruasse, ut neminem ad mortem damnarent, ut refert Iosephus filius Gorionis lib. 4. Historiae Iudaicae ca. 6. Illi ergo specie religionis dixerunt: *Non nobis licet,* multi enim, & praecipui ex his qui mortem Christi procurabant, erant Pharisaei, & quia auctoritatem apud populum habebant, eos alij imitari sunt.

VT SERMO IESV IMPLERETVR, QVEM DIXIT, SIGNIFICANS QVA MORTE ESSET MORTIVRVS] nimirum se tradendum Gentibus, & ab eis crucifigendum. Hoc enim praedixit Christus Ioan. 12. dicens: *Et ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum.* Hoc autem dixit significans quia morte esset moriturus. Item Matth. 20. 18. & alibi.

INTROIUIT ERGO ITERVM IN PRATORIVM PILATVS] q. d. Egressus erat Pilatus ad pontifices, ut accusationem eorum contra Iesum audiret, qua audita iterum ingressus est, ut de ea Iesum examinaret. Hoc significat iterum (quod tamen omittit Syrus) scilicet regressum post egressum.

VERS. 31. *An Iudaeis ius necis sublatum a Romanis.*

VERS. 32

VERS. 33

Et

ET DIXIT EI: TV ES REX IVDÆORVM?] Supple hic ex Luca c. 23. 2. Pontifices cum viderent sola sua auctoritate non moueri Pilatum ad Iesum damnandum, accusasse eum dicendo: *Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dare Caesari, & dicentem se Christum regem esse;* hoc tertium ut verisimilius ceteris arripens Pilatus, rogauit Iesum: *Tu es rex Iudaeorum?* Caetera dixi Matth. 27. 11.

VERS. 37. TV DICIS, QVIA REX SVM EGO] Id est, ego verè rex sum Iudaeorum, uti tu dicis, id est, sum Messias siue Christus, ut regnem in fidelibus per fidem & gratiam, eosque ad regnum caeleste perducam. Hoc enim significat hic hebraismus.

VERS. 38. EGO IN HOC NATVS SVM, ET AD HOC VENI IN MVNDVM, VT TESTIMONIVM PERHIBEAM VERITATI] ut praedicem veritatem Euangelicam, quae in tribus maximè consistit. Primo, in vera cognitione Dei, scilicet deos Gentium esse falsos, & verum Deum esse vnicum in essentia, & trinum in personis, scilicet Patrem, Filium & Spiritum sanctum. Verum enim est passio entis, sicut & bonum. Omne enim ens est verum, id est, res vera, non ficta, & in se bona. Quare Deus qui est ipsum ens, iuxta illud *Ego sum qui sum* idem pariter est ipsum verum & bonum; quia est ipsa per essentiam entitas, veritas & bonitas. Rursum Filius qui procedit a Patre, ut verbum, est ipsa veritas, non tantum entis, sed & mentis. Vnde S. Augustinus: *Cum Iesus, inquit, veritati testimonium perhibet, sibi perhibet: ipse enim est veritas.*

Secundo, in cognitione Incarnationis Verbi, ut sciat Filium Dei esse missum a Deo Patre in carnem & mundum, ut eum saluaret; quare neminem nisi per fidem in ipsum posse salutem consequi, iuxta illud c. 17. v. 3. *Hac est vita aeterna, ut cognoscant te solum Deum verum, & quem missi Iesum Christum.*

Tertio, in cognitione verae Beatitudinis scilicet eam consistere non in opibus, honoribus, delicijs, scientijs, regnis terrenis, uti docebant Philisophi; sed in regno caelorum, id est in visione & possessione Dei. Vnde summa praedicationis Christi erat haec: *Poenitentiam agite, appropinquauit enim regnum caelorum.* Matth. 3.

Dicit Christus se natum ad veritatem testificandam hoc fine. Primo, ne miretur Pilatus quod se regem salsus sit. q. d. Hoc salsus sum, quia verè sum rex; debeo autem testari veritatem, quia ad hoc natus sum. Secundo, ut Pilatus cognoscat innocentiam & integritatem Iesu: haec enim in veritate consistit. Tertio, ut eum submoneat iustitiae, ut scilicet verè iusteq; causam suam iudicet, nec falsis pontificum criminationibus & clamoribus, vinci se sinat, ut contra veritatem & iustitiam se condemnet.

OMNIS QUI EST EX VERITATE, AVDIT VOCEM MEAM] Ex veritate esse dicuntur veritatis studiosi & cupidi, qui scilicet veritatem, hoc est, verum Deum, verum Messiam, veramque felicitatem & salutem, serio & cordate quaerunt, eamque inuentam omnibus posthabitis amplectuntur. Hi opponuntur, ijs, qui sunt ex contentione. Roman. 2. id est, ijs qui non nisi contendere, litigare *Cornel. in Ioannem.*

A & arguari contendunt, quales erant tum Philisophi. Hinc esse ex veritate idem est quod esse ex Deo: qui enim est filius Dei, hic est filius veritatis: Deus enim est veritas, iuxta illud ca. 8. 47. *Qui ex Deo est, verba Dei audit.* Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis: quia licet ex Deo sitis per creationem, non tamen estis per electionem, fidem & gratiam. *Gratiam commendauit, quae secundum propositum vocat,* ait S. August. *Qui enim accepit testimonium eius (Ioannis Baptistae de Iesu) signauit quia Deus verax est.* Ioa. 3. 33. Hoc quàm verum sit, etiam voces hostium indicant. Scribit enim Iosephus 18. Antiquit. c. 4. *Eodem tempore fuit Iesus vir sapiens (si tamen eum virum fas est dicere) erat enim mirabilium operum parator, & doctor eorum qui libenter vera suscipiunt, &c.*

Tacite Christus respondet Pilati obiectioni: Si tu testimonium perhibes veritati, cur ergo pontifices & Scribae, qui sunt veritatis professores, te non audiunt, imò te persequuntur ad necem? Respondet Christus: *Quia ipsi non sunt ex veritate, sed ex mendacio: sectantur enim falsas suas opiniones, & cupiditates opum & honorum, quas eis suggerit pater eorum mendax diabolus.* Vnde Christus eis ait: *Vos ex parte diaboli estis, & desideria patris vestri vultis perficere, ut tunc occidatis.* Ioan. 8. 44.

DICIT EI PILATVS. QVID EST VERITAS?] VERS. 38. Putabat Pilatus Christum esse Philosophum vel Prophetam, qui veritate, scientia & sapientia more philosophico, specularetur & loqueretur. Itaque Iesum rogat quae sit illa veritas; cui testandae se natum dixerat. Verum, quia hoc parum ad rem quam agebat Pilatus, faciebat, ut se à Iesu, quem videbat esse virum grauem, sapientem & innocentem, expediret, excogitauit medium appositum ad eum liberandum, scilicet ut in Paschate de morte vnum reum liberaretur, Iesum cum Barabba infami latrone conferret, ut Iudaei Iesum potius quam Barabbam liberari peterent. Relicto ergo Iesu in praetorio foras erupit, ut Iudaeis id ipsum proponeret.

Symbol. quid est veritas? Resp. S. August. in Sentent. sent. 386. veritas est ipse Deus, qui est prima veritas & prima essentia, ubi est prima sapientia. Nam haec est illa incommutabilis veritas, quae lex omnium artium rectè dicitur, & ars omnipotentis artificis. Idem epist. 9. *Incomparabiliter ait, pulchrior est veritas Christianorum quam Helena Graecorum.* Pro ista enim fortius nostri Martyres aduersus hanc Sodomam quam pro illa illi heroes aduersus Troiam dimicauerunt. imò Christus ipse primus pro veritate Martyr occubuit.

Quid est veritas? Audi Lactantium lib. de Ira Secundo. Dei cap. 2. tres eius gradus assignantem: Primus gradus est, inquit, intelligere falsas religiones, & abijcere impios cultus deorum humana manu fabricatos. Secundus verò perspicere animo, quod vnus sit Deus summus, cuius potestas ac prouidentia effecerit a principio mundum, & gubernet in posterum. Tertius, cognoscere ministerium eius ac nuntium, quem legauit in terram; quo docente, liberati ab errore quo implicati tenebamur, formatique ad veri Dei cultum, iustitiam disceremus.

Tertio.

Quid est veritas? Ego sum via, veritas & vita, ait A. Christus Ioan. 14.

Quarto.

Quid est veritas? Est praesantissimum bonum, ait S. Basil. apud Antonium in Melissa c. 21. Quid est veritas? Est Deus, ait S. Dion. v. potest unum non multa secundum naturam. Verum quippe unum est, mendacium autem multiplex.

Quinto.

Quid est veritas? Est facultas res obumbratas in lucem produciens, ait Philo ibidem.

Sexto.

Quid est veritas? omnium rerum fortissima est veritas, ait Nazianz. orat. 13.

Septimo.

Quid est veritas? Est firma comprehensio entis in animo, ait S. Chryl. ibidem. Hinc illud Zorobabelis, Fortis rex, forte vinum fortes mulieres sed fortissima est veritas. 3. Eldra 3. Addit ibidem Zorobabel c. 4. 36. Omnis terra veritatem invocat, celum etiam ipsam benedicit, & omnia opera mouentur, & tremunt eam. Et v. 40. Et non est in iudicio eius iniquitas, sed fortitudo; & regnum, & potestas, & maiestas omnium avorum. Benedictus Deus veritatis. Quocirca Alphonsus rex Aragon. Veritas ait, omnibus quidem innata esse debet; principium tamen principum debet esse, ornamentum, adeo ut ad fidem faciendam tantum habeat unum principis verbum, quantum prius unum iusturandum. Ita Panorm. lib. 1. de Gestis Alphonsi. Hinc pontifex Aaronicus in Rationali scriptum gerebat *Vrim verummin*, id est, doctrina & veritas, Exodi 28.

Enima Philosophorum de veritate.

Idem per umbram videre. Gentiles apud Stobaeum serm. 111. Vnde Menander: Quid est veritas? Veritas, ait, celi eius est, & sola finitur consuetudine deorum.

Plato suauissimam narrationem veritate esse dicebat. Iamblichus, Veritas, ait, ut Gregum eius ty-mon indicat, circa deos & incorruptam deorum actio-

nem versatur. Aeschines: Adeo valida est veritas, ut omnes humanas cogitationes superet. Plato rursum libr. 5. de Legibus: Veritas, ait, tam diu quam hominibus ad omnia bona dux est. Huius quilibet, qui felix & beatus futurus est, ab eo particeps sit oportet, ut quam plurimum temporis verax in vita degat. Trimegistus: Veritas in solis aeternis corporibus est, quorum & ipsa aet corpora vera sunt. Vniuersa igitur super terram non veritas sunt, sed veritatis imitatioes & umbra, Veritas absolutissima virtus est, ipsumque summum bonum, quod nec a maiora turbatur, neque corpore circumdatur, nudum, conspicuum, angustium, mutationis & alterationis expertum bonum.

Plurarchus apud Antonium in Melissa c. 21. Aequalitas trutinam, inquit, veritas autem ratione philosophia examinatur. Ibidem Euagrius: Veritatem incere, ait, est aurum sepelire. Et Democritus: Pietas, ait, palam declaranda, & veritas constanter defendenda est. Et Epicetus: Nihil veritate pretiosius haberi debet, ne amicitia quidem, ut pote obnoxia affectibus, qui quod insum est turbant & obumbrant. Vnde illud: Amicus Plato, magis amica veritas. Idem: Immortalis, ait, & aeterna res est veritas. Non donat autem nobis pulchritudinem paulatim tabescentem, neque dicendi fiduciam e iustitia procedentem auferit: sed quae iusta & legitima sunt exhibet, discernens ab eis iniusta, & redarguens. Demosthenes rogatus, Quid Dei simile haberent homines? respondit, Benigne facere, & veritatem amare. Ita Valer. Maxim. serm. 8.

Pythagoras dicebat haec duo diuinitus data hominibus esse longe pulcherrima, veritatem complecti, & beneficij operam dare: verumque enim immortalium deorum operibus comparari posse. Ita Aelian. lib. 12. de Varia histor.

figere te, & potestatem habeo dimittere te? 11. respondit Iesus: Non haberes potestatem aduersum me ullam, nisi tibi datum esset desuper. Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet. 12. Et exinde querebat Pilatus dimittere eum. Iudaei autem clamabant, dicentes: Si hunc dimittis, non es amicus Caesaris. Omnis enim, qui se regem facit, contradicit Caesari. 13. Pilatus autem cum audisset hos sermones, adduxit foras Iesum: & sedit pro tribunali, in loco qui dicitur Lithostrotos, Hebraice autem Gabbatha. 14. Erat autem Parasceue Paschae, hora quasi sexta, & dicit Iudaeis: Ecce rex vester. 15. Illi autem clamabant: Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Regem vestrum crucifigam? Responderunt pontifices: Non habemus regem, nisi Caesarem. 16. Tunc ergo tradidit eis illum ut crucifigeretur. Susceperunt autem Iesum, & eduxerunt. 17. Et baiulans sibi crucem, exiit in eum, qui dicitur Caluariae locum, Hebraice autem Golgotha: 18. vbi crucifixerunt eum, & cum eo alios duos, hinc & hinc, medium autem Iesum. 19. Scripsit autem & titulum Pilatus: & posuit super crucem. Erat autem scriptum: Iesus Nazarenus, Rex Iudaeorum. 20. Hunc ergo titulum multi Iudaeorum legerunt: quia prope ciuitatem erat locus, vbi crucifixus est Iesus. Et erat scriptum Hebraice, Graece & Latine. 21. Dicebant ergo Pilato pontifices Iudaeorum: Noli scribere, Rex Iudaeorum: sed quia ipse dixit: Rex sum Iudaeorum. 22. Respondit Pilatus: Quod scripsi scripsi. 23. Milites ergo cum crucifixissent eum, acceperunt vestimenta eius, (& fecerunt quatuor partes: unicuique militi partem) & tunicam. Erat autem tunica inconsutilis, desuper contexta per totum. 24. Dixerunt ergo ad inuicem: Non scindamus eam, sed sortiamur de illa cuius sit. Ut Scriptura impleteretur, dicens: Partiti sunt vestimenta mea sibi: & in vestem meam miserunt sortem. Et milites quidem haec fecerunt. 25. Strabant autem iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius Maria Cleophae, & Maria Magdalene. 26. Cum vidisset ergo Iesus matrem, & discipulum stantem, quem diligebat, dicit matri suae: Mulier, ecce filius tuus. 27. Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua. 28. Postea sciens Iesus quia omnia consummata sunt, ut consummaretur Scriptura, dixit: Sitio. 29. Vas erga erat positum aceto plenum. Illi autem spongiam plenam aceto, hyssopo circumponentes, obtulerunt ori eius. 30. Cum ergo accepisset Iesus acetum, dixit: Consummatum est. Et inclinato capite tradidit spiritum. 31. Iudaei ergo, (quoniam Parasceue erat) ut non remaneret in cruce corpora sabbato, (erat enim magnus dies ille sabbati) rogauerunt Pilatum ut frangerentur eorum crura, & tollerentur. 32. Venerunt ergo milites: & primi quidem fregerunt crura, & alterius qui crucifixus est cum eo. 33. Ad Iesum autem cum venissent, ut viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura: 34. sed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiit sanguis & aqua. 35. Et qui vidit, testimonium perhibuit: & verum est testimonium eius. Et ille scit quia vera dicit: ut & vos eredatis. 36. Facta sunt enim haec, ut Scriptura impleteretur: Os non minuuetis ex eo. 37. Et iterum alia Scriptura dicit: Videbunt in quem transfixerunt. 38. Post haec autem rogauit Pilatum Ioseph ab Arimathaea (eod quod esset discipulus Iesu, occultus autem propter metum Iudaeorum,) ut tolleret corpus Iesu. Et permisit Pilatus. Venit ergo & tulit corpus Iesu. 29. Venit autem & Nicodemus, qui venerat ad Iesum nocte primam ferens mixturam myrrhae & aloes, quasi libras centum. 40. Acceperunt ergo corpus Iesu, & ligauerunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudaeis sepelire. 41. Erat autem in loco, vbi crucifixus est, hortus: & in horto monumentum nouum, in quo nondum quisquam positus erat. 42. Ibi ergo propter Parasceue Iudaeorum, quia iuxta erat monumentum, posuerunt Iesum.

VERS. I. Christus flagellatur.

TUNC ERGO APPREHENDIT PILATUS IESUM, ET FLAGELLAVIT. Tunc, postquam scilicet dixisset Iudaeis, ut eorum furorem in Iesum restingeret, Corripit illum, & dimittam, vti supplet Lucas cap. 23. v. 22. flagellauit, Incolae terrae sanctae tradunt Iesum flagellatum fuisse primo, funibus crassioribus; secundo, funiculis nodosis, additis ferreis scorpionibus; tertio, catenis; quarto, virgis spinicis; sed responderet Ribera; traditiones incolarum terrae sanctae Corneli in Ioannem.

parum fidei habere, quoniam non manserunt in ea Christiani a tempore passionis usque ad nos, ut ita ab antiquis per manus veniret traditio: sed omnes sunt aduenae, & saepe locum mutant, ideoque veterum traditiones non retinent.

ET VESTE PURPUREA SYRUS, COCCINEA CIRCUMDEDERUNT EUM. Vide dicta Matth. 27. 30. quibus adde S. Athanasium, qui tract. de Cruce & passione asserit Christum in chlamyde coccinea

VERS. 2. Veste purpurea circumdatur.

CAPVT DECIMVMNONVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

NARRAT V. 1. Christi flagellationem, coronationem, purpuram, alapas, ostensionem populo sic clamanti: Crucifige eum, quia Filium Dei se fecit. Et v. 12. Si hunc dimittis, non es amicus Caesaris: quae voce victus Pilatus tradidit Iudaeis Iesum. Hi ergo crucifixerunt eum in Golgotha, hoc titulo: IESVS NAZARENVS REX IVDÆORVM: mox milites vestes eius diuiserunt. Inde v. 25. Iesus matri suae Joannem in filium assignat; v. 28. clamat: Sitio; v. 30. Consummatum est, & expirat. Vers. 34. lancea latus eius aperitur, indeque exiit sanguis & aqua. Denique v. 38. Ioseph & Nicodemus Iesum unguunt, & in monumento nouo sepeliunt.

1. Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit. 2. Et milites plectentes coronam de spinis imposuerunt capiti eius: & veste purpurea circumdederunt eum. 3. Et veniebant ad eum, & dicebant: Ave rex Iudaeorum: & dabant ei alapas. 4. Exiit ergo iterum Pilatus foras, & dicit eis: Ecce adduco vobis eum foras, ut cognoscatis quia nullam inuenio in eo causam. (5. Exiit ergo Iesus portans coronam spinis, & purpureum vestimentum.) Et dicit eis: Ecce homo. 6. Cum ergo vidissent eum pontifices, & ministri, clamabant, dicentes: Crucifige, crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Accipite eum vos, & crucifigite: ego enim non inuenio in eo causam. 7. Responderunt ei Iudaei: Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit. 8. Cum ergo audisset Pilatus hunc sermonem, magis timuit. 9. Et ingressus est pratorium iterum: & dixit ad Iesum: Vnde es tu? Iesus autem responsum non dedit ei. 10. Dicit ergo ei Pilatus: Mihi non loqueris? nescis quia potestatem habeo crucifigere

nea portasse hominum sanguinem, quia homicidius diabolus terram polluerat in spinis, peccatas in calamo, chirographum, quo nos diabolus tanquam suos scriperat: quæ omnia Christus abstulit passione sua. Præterea, inquit, arundinem accepit Dominus, diabolo ignorante se dare illi gladium contra seipsum: dicitur enim arundo seipennis lethalis esse, atque inde potissimum interfici; ita Christus cepit arundinem, ut nos liberaret à versutia serpentis.

VERS. 7. DEBET MORI QVIA FILIVM DEI SE FECIT] quasi blasphemus, sacrilegus, imò avri se. Audi S. August. Ecce altera maior invidia, parva illa videbatur assèctasse regnum, & tamen neutrum sibi se sus mendaciter usurpavit: est enim Dei unigenitus, & rex à Deo constitutus super montem Sion, & utrumque demonstraret nunc, nisi quantum erat potentior, tantò mallet esse potentior.

VERS. 11. NON HABERES POTESTATEM ADVERSVM ME VLLAM, NISI TIBI DATVM ESSET DESVPER. PROPTEREA QVI ME TRADIDIT TIBI, MAIVS PECCATVM HABET] Difficilis est hîc connexio, quam exigit id propterea; sed ommissis varijs variationum explicationibus, plana est Iansen. Caietani & Riberae expolitio. q. d. Tu non habes in me vllam potestatem & quia ego innocens sum, & quia possem me eripere si vellem; sed Pater meus vult ut me tibi tradam atque subiciam, ut perficiatur opus humanæ redemptionis, atque ad hoc permisit, ut tu Iudæorum accusationi & voluntati acquiescas, & in me exerceas tuam potestatem, quam minimè exerceres, nisi isti me accusassent: propterea isti qui te obtulerunt, & vrgēt ut potestatem istam permissam exerceas, magis peccant quàm tu.

VERS. 12. ET EXINDE QVÆREBAT PILATVS DIMITTERE EVM] Iam antè idipsum quaesierat, sed nūc maximè, postquam audiuit ipsum esse Filium Dei, ac peccatum sibi obijcientem, timuit ne Dei vindictam incurreret, si filium eius damnaret. Sed vicit timor Cæsaris timorem Dei, ut sequitur. Suspigabatur Pilatus Iesum esse Iouis, Herculis, Apollinis, vel alterius dei filium: Gentiles enim multos deorum filios numerabant, eosque quasi semideos colebant. Ita Cyrillus.

VERS. 13. IN LOCO QVI DICITVR (græcè) LITHOSTROTOS, id est lapide stratus: HEBRAICE AVTEM GABBATHA] id est altus: גבא enim altum significat, quia erat in loco sublimi, ut solent esse tribunalia, ut iudex à circumfusa multitudine videri & audiri possit. Dicit hoc Ioannes, ut notet Iesum publicam & atrocem hanc damnationis iudicaria sententiam & ignominiam, pro publicis nostris peccatis vltro suscepisse. Ad Gabbatha multis gradibus marmoris ascendebatur, qui Romam transfati, iuxta basilicam Lateranensem magna fidelium religione frequentantur, & scalæ sanctæ nomen obtinent.

VERS. 14. ERAT AVTEM PARASCEVE PASCHÆ] hoc est sabbati paschalis: hoc enim quia incidebat intra octavam Paschæ, ceteris sabbatis erat solennius, ideoque dicebatur magnum, ut patet v. 31. Sensus ergo est, q. d. Erat feria sexta, siue dies Veneris, in qua fiebat παρασκαυη, id est preparatio ciborum, & rerum necessariorum ad sequentem diem sabbati: illo enim, ut potest sanctissimo, nec cibos coquere, nec quid aliud facere licebat. Vn-

A de solum sabbatum prætium suam habebat Parasceuen, qua cetera festa carebant. Quare perperam Græci Parasceuen Paschæ interpretantur pridie Paschæ, quo agnum immolabant. Nam ex Mattheo, Marco & Luca constat Christum crucifixum esse primo die azymorum, hoc est postridie Paschæ, quo agnum immolauerat. Ergo Ioannes primum diem azymorum vocat hîc Parasceuen Paschæ, id est pridie sabbati paschalis.

HORA QVASI SEXTA] Arabicus, & erant sex horæ, scilicet ab ortu solis. Dices. Marcus c. 15. 25. ait: Erat autem hora tertia, & crucifixum eum. Varij variè respondent. Primò aliqui apud Theophyl. censent ex Marco corrigendum esse Ioannem, scribendumque hîc hora quasi tertia. Verùm obstant omnes codices Græci, Latini, Syri, Arabici, qui in Ioanne habent, Hora quasi sexta.

Secundò, S. Hieron. in psal. 77. ex aduerso ex Ioanne vult corrigi Marcum, ut in eo legatur, Erat autem hora sexta. Errorem autem contigisse censet ex affinitate notarū ternarij & senarij, quarum vna pro alia irrepsit. Græcis enim γ est nota ternarij τ verò senarij. Verùm omnia exemplaria in Marco habent, Erat autem hora tertia; nullum verò habet, sexta.

Tertiò, Euthym. in Marc. 15. censet à Marco dici Christum crucifixum hora tertia, quia illa hora postularunt Iudæi eum crucifigi, clamando, Crucifige, crucifige eum: sed aliud est postulare ad crucem, aliud crucifigere.

Quartò, S. August. tr. 117. & in psal. 63. & 1. 3. de Consens. Euangel. c. 13. respondet fuisse horam tertiam, quando Pilatus Iesum damnauit ad crucem, sed hanc à Ioanne vocari sextam, factò computo à principio, quo cœpit Iesus preparari (hoc enim significat Parasceue) ad mortem, quod fuit hora nona præcedentis noctis, quando à Caipha proclamatus est reus mortis: nam ab hac nona noctis hora vsque ad horam tertiam diei sex intercedunt horæ, qua Christus, qui verè est Pascha, id est agnus paschalis, in cruce immolatus est. Verùm hoc violentum esse agnoscit ipse S. Augustinus. Vnde ipse,

Quintò, respondet Iesum crucifixum esse linguæ Iudæorum hora tertia, qua ipsi clamauerunt, Crucifige, crucifige eum: linguâ verò & sententiâ Pilati, hora sexta: sed hoc iam reieci in Euthymio.

Sextò ergo, communiter respondent Interpretes Christum crucifixum hora tertia, ut ait Marcus, sed finiente, hoc est inchoante hora sexta, ut ait Ioannes. Nam horæ Romanorum & Hebræorum ternas nostras complectebantur: diuidebant enim diem æquè ac noctem in quatuor vigilias siue excubias militares, quas horas nuncupabant, quare quælibet ex eis continebat tres horas nostrates.

Septimò, probabiliter Ribera censet Christum dici crucifixum hora tertia, quia illa hora Pilatus clamantibus Iudæis crucifige publicè assensus est, ut vitaret populi tumultum, vnde iussit eum flagellari, quasi parans eum ad crucem (occidendi enim rei prius flagellari solebant) sperans tamen atrocitate flagellationis molliendos fore Iudæorum animos: at eum vidit eos in clamore contra Iesum perferentes, hora sexta pro

pro tribunali sedens, iudicariam & irruocabilem in eum sententiam crucifixionis protulit. Fauet Lucas cap. 23. v. 14. vbi ait Pilatus: Nullam causam mortis inuenio in eo, corripam ergo illum, & dimittam. At illi instabant vocibus magnis postulantes ut crucifigeretur, & inualecebant voces eorum; & Pilatus adiucauit fieri petitionem illorum. Dimisit autem illis eum, qui propter homicidium & seditionem missus fuerat in carcerem. Patet etiam ex Matth. 27 vbi cum Pilatus vidisset Iudæos petere Barabam, & non Christum, acceptâ aquâ lauit manus corâ populo dicens: Innocens ego sum, &c. vos videritis, & respondens vniuersus populus, dixit: Sanguis eius super nos: ergo antequam solueretur Barabbas, decreuit Christum crucifigi. Confirmatur ex B. Clemente lib. 5. Constit. Apostol. cap. 16. aut iuxta recentiorem translationem cap. 13. vbi ita ait: Ligno crucis horæ quidem sextæ affixerunt, hora verò tertia sententiam contra eum pronuntiatam acceperunt. Et lib. 8. cap. 40. & iuxta nouam translationem 34. ait: Tertia (scilicet hora) quòd ea hora Pilatus iudicium aduersus Dominum pronunciauit sextæ, quòd ea hora in cruce actus est; nona, quòd tunc omnia mota & tremefacta sunt Domino crucifixo. Denique S. Ignatius epist. 5. ad Trallianos sic ait: Die ergo Parasceues, hora tertia accepit sententiam à Pilato permittere Patre; sextâ verò crucifixus est; nona autem emisit spiritum. Ergo hora tertia Pilatus tulit sententiam, id est, consentit populo, ut crucifigeretur; sed sexta hora formalem & irruocabilem crucis sententiam in eum dictauit. Vnde & Telephorus Papa in sua epist. Reliquis, inquit, temporibus Misarum celebrationes ante horam diei tertiam minimè sunt celebrande, quia & eadem hora Dominus crucifixus, id est crucifigi iussus, vel potius permissus fuit à Pilato. Quocirca cum ait Marcus: Et erat hora tertia, & crucifixerunt eum; & crucifixerunt actum inchoatum significat, non perfectum. q. d. Hora tertia cœperunt Iudæi agere de crucifixione Christi, clamantes, Crucifige, crucifige eum; ac Pilatus eis consentit, ideoque iussit eum flagellari, quasi parans eum ad crucem & necem; sed sub finem horæ tertiæ, incipiente iam horâ sextâ, Pilatus Iesum iuridicè damnauit, & statim eum crucifixerunt. Marcus ergo originem & initium crucifixionis per horam tertiam indicauit; Ioannes verò eius executionem & complementum per horam sextam assignauit.

VERS. 15. NON HABEMVS REGEM, NISI CÆSAREM] Agnum reiecerunt, ait Cassiod. hic, vulpem elegerunt, scilicet Herodem à Romanis & Cæsare sibi regem creatum. De Herode enim ait Christus: Dicit vulpi illi, Lucæ 13. 31.

VERS. 17. ET BAIVLANS SIBI CRUCEM] Ex lege & more Romanorum. Audi S. Augustinum tract. 117. Grande spectaculum; sed si spectet impietas grande ludibrium; si pietas, grande myllerium: si spectet impietas, grande ignominia documentum; si pietas, grande fidei monumentum: si spectet impietas, videt regem pro virga regni lignum sui portare supplicij: si pietas, videt regem baulantem lignum ad semetipsum figendum, quod fixurus etiam erat in frontibus regum, in eo spernendus oculis impiorum, in quo erant gloria turra corda Sanctorum. Et affert illud Galat. 6. Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi.

VERS. 23. ERAT AVTEM TYNICA INCONSVTILIS,

A DESVPER (εἰς τὸν ἄνωθεν, id est, ex summo, id est, Tunica ex summo vsque ad imum) CONTEXTA PER Christum in- TOTVM] q. d. Tota à cervice ad talos erat continua serice contexta, sine vlla sutura vel scissura, sicut solent interulas & caligas in Belgio à summo ad imum integras, gemina acu, filis opere reticulato intextis pertexere. Vnde Arabicus & Syrus vertunt, erat autem tunica absque sutura desuper, sed contexta tota. Origenis Interpret tract. 35 in Marth. sursum textilis per totum. Sic & Nonnius. Tradunt, ait Euthymius, eam à B. Virgine fuisse contextam. De eadem plura dixi Matth. 27. v. 35.

Allegor. tunica inconsvtillis Christi est Ecclesia, quam scindere non licet, & si scindas, igitur facies.

Tropologicè S. Bernard. ferm. 1. de Annunc. Tunicam inconsvtilem, ait, ego diuinam arbitror esse imaginem; quæ mirum non affusa sed insita atque impressa nature, diuidi scindiq, non potest.

STABANT AVTEM IUXTA CRUCEM IESV MATER EIVS, ET SOROR (consobrina) MATRIS EIVS MARIA CLEOPHÆ (scilicet vxor, ac mater S. Iudæ & Iacobi Minoris Apostolorum) ET MARIA MAGDALENE] quæ longè magis in amorem Iesu exarsit, dum vidit eum sanguine ablueri peccata sua, quæ ipsa nuper lacrymis abluerat. Voluit hoc Christus: tam ut magis pateretur marris dolentis aspectu; tum ut ipsa sibi compartiendo perfectum patientiæ & charitatis nobis daret exemplar. Ecce hîc impletur illud: Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. Lucæ 2. scilicet, ut ait Damascen. li. 4. 15. Dolores partus, quos effugit pariens, illos tempore passionis sustinuit ex materna compassione viscerum; lacrum re-parturiens. Nimirum quò sanctior quis est & Christo vicinior, eò maior calix passionis illi à Christo propinatur. Euthymius asserit B. Virginem propinquis cruci altissime, viscerum inflammatione Iudæorum timorem vincente. Scabat ergo corpore erecta & excella, animo excellior, spectans & admirans magnum hoc pietatis sacramentum scilicet Deum in cruce. Hinc Sophronius apud S. Hieronymum ferm. de Assumpt. B. Virginem vocat Martyrè, imò plusquam Martyrem: Quia, inquit, mente passus est, plusquam martyr fuit, Nimirum & eius dilecto am-

plius fortis, quàm mors fuit, quia mortem Christi suam plusquam martyr fecit. Sic & S. Ildephonus ferm. 2. de Assumpt. Plusquam Martyr fuit, quia in animo non minus amoris quàm mororis fuit: est rursus gladio vulnerata: parata enim stetit, si non deesset manus percussoris. Beata Dei genitrix iure plusquam Martyr mater est, quæ immo amore vulnerata testis extitit Saluatoris, & pro amore in animo cruciatum sustinuit passionis. Hæc Ildephonus.

S. Anselmus li. de Excellentia Virginis cap. 5. Quidquid, ait, crudelitate inflatum est corporibus Martyrum, seu fuit, aut potius nihil comparatione tuæ passionis, quæ mirum sua immensitate transfixit cuncta penetrata tua, nisi benignissimi cordis intima: & vtrique pia Domina nò crederim te potuisse ullo pacto stimulos rapti cruciatus, quin vitam amitteres, sustinere; nisi ipse spiritus vite, spiritus consolationis, spiritus scilicet dulcissimi filij tui, pro quo moriente torquebaris, te rursus doceret non esse mortem eum absumentem, sed magis triumphum omnia ei subijcientem, quod in ipso fieri coram moribundo videbas.

S. Bernard. in lament. B. Mariæ: Nec lingua, inquit, poterit loqui, nec mens cogitare valebit, quam o dolore afflicta fuerit pia viscera Mariæ. Nunc solus Virgo cum usura, quod in partu non habuisti à natura. Dolorem pariendo filium non sensisti, quem milles replicatum filio moriente passa fuisti.

S. Mechtildis lib. 1. Reuel. cap. 56. narrat se vidisse Seraphinum quemdam salutasse Virginem ob amorem, quo Deum, inquit, præ omni creatura in terris dilexit, quia amor in passione unigeniti sui in eam tantum prævaluit, ut omnem humanum affectum peccatis deningeret & extingueret: quia omni creatura in morte Filij Dei dolente, ipsa sola cum diuinitate immobilis, & gaudens filium suum pro mundi salute voluit immolari.

Ioannes Gerson scribens in Magnificat, asserit B. Virginem stantem iuxta crucem habuisse altissimum actum obedientiæ, offerendo filium Patri, & conformando se in acerbissima filij morte cum diuina voluntate: neque enim minori fortitudine prædita fuit, quam mater illa septem Machabæorum, de qua 2. Machab. 7. sic scribitur: Suprà modum autem mater mirabilis, & bonorum memoria digna, quæ percuntes septem filios sub vnus diei tempore conspuens bono animo ferebat: propter spem quam in Deo habebat, singulos illorum hortabatur voce patria, fortiter repleta sapientiâ, & femineæ cogitationi masculinum animum inferens, dixit ad eos, & quæ sequuntur. Neque minori constantia quam S. Felicitas, qua hortante septem filij eius in fide perseuerantes pro Christo variè sunt necati, & quam S. Symphorosa, quæ septem pariter filijs fidei magistra, & dux ad martyrium exiit.

Quantus tunc fuerit dolor Virginis, ex eius reuelatione descripsit S. Brigitta lib. 1. Reuelat. cap. 10. 27. 35. & lib. 4. cap. 23. & 70. vbi inter cetera ait: Dolor filij erat dolor meus, quia cor eius erat cor meum.

Denique Adrichom. in Descript. Ierusalem ex Saligniaco, Bredenbachio & alijs, singula loca passionis Christi graphicè depingens & dimetiens, asserit B. Virginem cum Ioanne, Magdalena, ceterisque mulieribus, firma mentis fideique constantia stetit quindecim vlnis, quæ nunc octodecim gradibus metiuntur, distantiam à cruce Christi, atque hunc locum adhuc pia veneratione à fidelibus decorari.

Quæres: quid de spasmo B. Virginis sentiendum. Resp. B. Virginem spasimum, id est deliquium animi, passam esse, indeque corruisse in terram ex ingenti dolore, dum primùm Iesum in cruce pendentem aspexit, tradit S. Brigida lib. 1. Reuelat. cap. 10. & lib. 4. cap. 70. S. Bonauent. in Medit. vitæ Christi cap. 77. & 79. S. Bernard. in opusc. de Lamentatione Virginis. Faunt S. August. epist. 38. Laurent. Iustin. de Triumphali agone Christi cap. 21. Dionys. Carthus. hic, Daniel Mallonius de Stigmat. sacræ sindonis cap. 17. ad finem. Confirmat id ipsum Primò, ex eo quod nonnulli chorographi terræ sanctæ scribunt in via Caluariæ templum esse iam dirutum, quod nunc est stabulum equorum Turcarum, diciturque S. Maria de Spasmo, quod ibi corruerit exanimata Virgo, videns filium suum in cruce in via illa, quæ vulgò Amari-tudinis dicitur. Secundò, quod Caietanus in opusculo de Spasmo Virginis Mariæ, in fine

An spasimum passa B. Virgo?

Affirmant aliqui.

A. tom. opusculorum, refert celebratam esse festiuitatem spatim Virginis cum Octaua, & qui celebrabant petierunt à Sumo Pontifice Indulgentias.

Ex aduerso B. Virginem deliquiū passam esse negat Maldon. hic, qui asserit contrarium dicere esse errori affine, Caiet. Ianfenius, Toletus, Christophor. à Castro de Deipara cap. 16. Médina 3. part. q. 27. Molan. lib. 4. cap. 8. de Imagin. Suarez 3. part. quæst. 27. disp. 4. sect. 3. Probant id tum ex ratione conformitatis voluntatis eius cū diuina, per quam volebat filium suum pro humani generis redemptione mori: tum ratione constantiæ & fortitudinis animi, qua ipsa prædita erat: tum etiam ratione decentiæ cuiusdam, quam decuit Virginem seruare: non enim inquit Caietan. Suarez & Toletus, conueniebat matrem Dei corporales quosdam defectus habere, aut aliquod dissonum & indecorum in ratione esse: gratius enim erat quod comperetur secundum rationem: quam secundum partem sentitiuum.

Hæc sententia verior, & B. Virgine dignior videtur: si quis tamén priorem sententiam sequi malit, dicat cum Salmerone li. 10. tract. 41 B. Virginem principio erectæ crucis ex doloris vehementia in terram corruisse, postea verò resumpto animo semper stetit, ut ait hic Ioannes. Rursum dicat spasimum hunc non illam à se alienasse, ut rationis esset impossocentim fuisse indecens: sed tantum mentem à sensibus abstractisse, ut virium defectu in terram laberetur: idque factum ipsâ non inuitâ, sed permitte, ut suum erga Christum eximium amorem, indeque dolorem hominibus testaretur. Simili enim modo Christus in horto assumpsit passiones pa-uoris, tædij & angoris, ut sudaret sanguinem. Hæc ergo passiones Christo, ac B. Virgini erant voluntariæ, & spontè assumptæ, vel permissa. Vterque enim liber erat à concupiscentia, ac plenum passionum suarum habebat dominium, æque ac habuit Adam per iustitiam originale in statu innocentia.

Audi S. Ambrosium serm. de Institut. Virgin. cap. 7. Stabat ante crucem mater, & fugiens virum stabat intrepida. Videce, utrum pudorem mutare potuerit mater Iesu, quæ animum non mutauit. Spectabat pûs oculus filij vulnera, per quem stiebat omnibus futuram redemptionem: stabat non degeneri mater spectaculo, quæ non metueret peremptorem: pendebat in cruce filius, mater se persecutoribus offerens: non ignora mysterij sui quod genuisset resurrecturum. Et S. Anicelmus hic: Stabat Maria in fide Iesu constantissima & patientissima: nam discipulis fugientibus cum tunc, viris recedentibus, in gloriam totius feminej sexus, inter tor pressuras filij sui constantem ipsa sola stabat in fide Iesu firma, & pulchre stabat, ut decet pudicitiam virginalem: non se laniabat in tanta amaritudine, non maledicebat, non murmurabat nec vindictam hostium à Deo petebat; sed stabat disciplinata, verecunda Virgo, patientissima, lacrymis plena, doloribus immerfa.

Imò B. Virgo spectans in cruce pia Christi vulnera, adeò confortata est, ut etiam ipsa pro salute mundi mori esset parata, ait S. Ambros. in cap. 23. Lucæ: non enim fide, robore & ardore charitatis erat inferior Abrahamo, qui propria manu vnicum suum filium Isaac Deo iubente immo-

Negant plures.

immolare voluit, Gen. 22. Accedebat certa fides & spes resurrectionis, quæ valde dolorem leniebat, & animum Virginis corroborabat. Certo enim credebat Christum, vti prædixerat, tertia die gloriosè resurrecturum.

VERS. 26. CVM VIDISSET ERGO IESVS MATREM, ET DISCIPVLVM STANTEM, QVEM DILIGEBAT, DIXIT MATRI SVÆ, MVLLIER ECCE FILIVS TVVS] Verberat Christus matris cor telo amoris, tum doloris. q. d. En mater in cruce morior, vt vides; deinceps tibi adesse, seruire, prouidere & opitulari corporaliter non potero, vti hæctenus feci. En loco me tibi in filium assigno Ioannem; nimirum pro Deo hominem, pro magistro discipulum, pro filio naturali adoptiuum, vt hic quasi virgo, tui quasi Virginis Deiparæ amantissimus, omne solatium, omne obsequium præster, quod tum tua dignitas, ac senescens ætas meretur, tum Ioannis alacritas & charitas promittit & spondet. Docet ergo hic Christus filios parentum curam gerere debere vsq; ad extremum spiritum, ait Theophyl. ex Chrysof. Audi S. August. Moralis hic insinuat locus: exemplo suo suos instruit præceptor, vt à filijs suis impendatur cura parentibus: amquam lignum illud, vbi erant fixa mēbra morientis, etiã cathedra fuerit magistri docentis. Nam vt ait Cyrill. Oportebat ab ipso & per ipsum primum nos discere, nec quādo inolerabiles immemini. arumne, negligendos esse parentes. Admirare autem cum Theophyl. quomodo in cruce omnia absq; turbatione facit, matris curam agens, prophetias implens, lacroni paradysum aperiens: ante crucem autem laborans, iudans, anxius. Nam vt Euthymius ait, ibi natura infirmitas, hic autem patientia vehementia apparet. Commendat Christus matrem Ioannem quem eidem pro se in filium substituit, vt tam matri de tali filio, quam Ioanni de tali matre prospiciat. Causa cur id fecerit, dat S. Cyprian. vel quilibet est auctor. Tractatu de Passione Christi: Prima est, vt matri iam senescenti de cura & obsequio filij prouideret. q. d. Ego sum filius tuus, o mater: & quia morior, tui curam gerere nequeo: illam ergo in Ioannem resigno & transfero.

Commendat Christum S. Ioannem matris sue, & matrem S. Ioanni.

Car Ioannis B. Virgini commendatur.

Causa Prima.

Secunda.

Tertia.

Secunda, vt virginem virgini commendaret; nam pura puro commissa est, ait Theophyl. Quare Nonni paraphrasis est: Dixit: Mulier amans virginis matris, ecce virginem filium, & vice versa dixit discipulo: Virginis atis studiose, ecce virgo parens tua absque partu. Et Ambrosius c. 7. de Instit. virgin. ait: Sed cū quo Virgo habitare debebat, quàm cum eo, quem filij heredem, integritatis scire esse custodem? Atq; hac quidem re Iesus quasi filius de matris pudore sollicitus, maternæ virginitatis perseuerantiam voluit comprobare, quod scribit Ambros. eiusdem libri cap. 6. Ne quis eam conuicio temeræ integritatis aspergeret.

Tertia, vt ostenderet Iosephum non esse suum patrem, hinc eo abrogato Ioannem esse in cura matris substituit. Sed audi ipsum Cyprianum: Prouides sedulo benedictæ inter mulieres Apostolicam clientelam, & obsequium Virginis virgini discipulo tradis: vt iam non Ioseph tanti mysterij oneretur prepositura, sed Ioannes, quia iam exagebat ratio, vt coniugis remoueretur opinio, nec ultra pater Christi asseretur, qui eatenus vicem patris & coniugis tenuerat. Occurrit deinde tacita obiectio dicens: Habebat Ioseph in hac Christi dispositione rationabilem contradi-

tionem cum alteri commendaretur Maria, si se cognouisset carnalem maritum, sed quia in spiritu actum erat coniunctionis illius mysterium, passus est Ioseph aequanimiter sibi cum in hoc seruitio praponi, quem digniorem se iudicabat, & ideo maxime, quia magistri electio sic negotium ordinabat.

Aduerte hic auctorem (sue Cyprianus, siue quis alius fuerit) hunc opinari Iosephum in passionè Christi fuisse superstitem & vitium, cuius contrarium passim opinantur interpretes, idque verum videretur: nulla enim eius sit mentio; imò videretur Christus matrem Ioanni commendasse hac de causa, quod Ioseph iam esset vitæ functus: si enim vixisset, vtique illi matrem suam velut sponsam charissimam commendasset, vti primitus eam commendarat dum incarnaretur & nasceretur, atque eius fidelitatem, & sedulitatem, tum in fuga in Ægyptum, tum aliàs semper expertus erat.

Quarta causa, cur Christus Ioanni præ alijs Apostolis matrem commendarit, fuit quod Ioannes solus cum matre Christo crucifixo vsque ad mortem intrepidus & constans, inter tot Iudeorum odia & opprobria asseueret: meruit ergo ipse, vt à Iesu quasi in fratre adoptaretur, ac pro se qua filius matri virgini surrogaretur. Porro Christus in Ioanne ceteros Apostolos, imò fideles omnes, quasi filios matri suæ assignauit, & commendauit, maxime eos qui virgines castique sunt, ac proximè Christum in cruce sua consecretantur: sic enim sunt amicissimi ac intimi Christo eiusque matri, vti fuit S. Ioannes, qui proinde à S. Cypriano loco citatò, vocatur cubicularius Christi.

QVEM DILIGEBAT] cui exterius maiora dilectionis signa exhibebat, eò quod ceteris esset iunior, verecundior, modestior, castior & virgo, ac Iesum præ alijs diligeret; ideoque alijs fugientibus solus cum matre astaret cruci, vt superius dixi.

MVLLIER, ECCE FILIVS TVVS] Dicit Christus, mulier, non mater, ne nominando matrem, ipsius animam maiori dolore afficiat. Ne, vt canit Baptista Mantuanus, materna pius laceraret viscera nomen. Secundò, ne astantes Iudeos & Scribas contra eam concitet. Tertiò, vt ostendat se affectus humanos erga parentes exuisse. Quartò, quia ad mortem & cælum tendens parentelas humanas huius vitæ abdicauit, & abdicandas esse docere voluit. Quintò, vt matrem ad fortitudinem & animum excelsum omnia hæc fortiter tolerandi excitet, memoremque faciat se esse illam, de qua prædixerat Salomò: Mulierem fortem quis inueniet? Prouerb. 31. 1. B. Virgo enim amplius & diutius

passa fuit quàm Christus. Nam passio Christi desijt in morte, tunc autè B. Virginis passio & compassio non desijt, sed creuit, nam Christi corpus mortuum de cruce depositum ipsa excepit cum rediituo dolore, ac deinde per tres dies sepulture cruciatu Christi crucifixi, quos ipsa cominus oculis aspexerat, viui hærebant in imaginatione eius eamque cruciabant, vsque dum Christus resurgens sua apparitione, consolatione & gloria eos absterit. Rursum B. Virgo relicta fuit à Christo post se, vt illa Apostolorum & fidelium foret mater, eos lapsos colligeret, afflotos solaretur, tubantes solidaret, dubijs & anxijs consuleret, colque

Quarta.

B. Virgo plus passa quàm Christus.

coſque per omnia dirigeret, inſtrueret, animaret. Vnde ipſa ſtatim Apoſtoloſ à Chriſto capto diſſugientes collegit; Petrum ob negationem Chriſti puſillanimitate ſpe veniæ erexit, omneſq; morte Chriſti turbatoſ fide reſurrectionis Chriſti mox futura confirmavit. Deinde cum principes Iudeoꝝ Apoſtoloſ incarcerarent, flagellarent, occiderent, ipſa omnes hæc perſecutioneſ quaſi ſibi illaſ, vivè ſentiebat, ſed excello animo ſuperabat, & Apoſtoloſ ſuperare verbo & exemplo docebat.

Hæc omnia prævidens Chriſtus dixit, *Mulier, q. d. O mater eſto deinceps mulier fortis & generoſa, quæ mei loco ſis baſis, petra & columna meæ Eccleſiæ, ut eam robore tuo ſuſcias, & omnes contra eam tentationum procellaſ tua conſtantia, conſilio, oratione elidaſ & diſſipeſ, non tantum nunc, ſed & omnibuſ deinceps ſæculis, vſque ad finem mundi. Quocirca ipſa à fidelibuſ totaque Eccleſia in Litanijſ vocatur, & affiduè invocatur: Conſolatrix afflictioꝝ, Refugium peccatoꝝ, Saluſ inſtrumentum, Turriſ Davidica, Fœderiſ arca, Auxiliuſ Chriſtianoroꝝ, Stella maritima, Lanua cæli, Mater admirabilis, Virgo virginum, Regina Apoſtolorum, Martyrum, Conſeſſoꝝ, & Sanctoꝝ omnium.*

Audi S. Bernardum ſerm. 4. de Aſſumpt. *Silent, ait, miſericordiam tuam Virgo beata, ſi quis eſt qui invocatam te in neceſſitatibuſ ſuaſ ſibi meminerit deſiſſe. Et mox: Quis ergo miſericordiæ tuæ, d. benedictiæ, longitudo- nem & latitudinem ſublimitatem & profundum queat inveſtigare? Nam longitudo eiꝯ uſque in diem noſiſſimum innocentiſſimam ſubvenit uniuerſiſ. Latitudo eiꝯ replebit orbem terrarum, ut tuâ quoq; miſericordia plena ſit omniſ terra: ſi & ſublimitaſ eiꝯ cunctis ſuperne inveniunt reſtaurationem, & profundum eiꝯ ſedentibus in tenebris, & in umbra mortis obtinuit redemptionem. Per te enim cælum repletum, infernuſ emacua- tuſ eſt, inſtaurataſ ruinaſ cæleſtiſ Ieruſalem. Ad hunc miſericordiæ tumulum tota ſollicitudine miſeria noſtra recurret. Idem homil. 4. ſuper Miſſuſ eſt: Ex ore tuo (O Virgo) pendet conſolatio miſeroroꝝ, redemptio captivoꝝ, liberatio damnatoꝝ, ſaluſ denique uniuerſoꝝ filioꝝ Adam, totuſ generiſ tui. Idem ſerm. 2. in die Pentecoſte: Ad illam (B. Virginem) ſicut ad medium, ſicut ad arcem Dei, ſicut ad verum cauſam; ſicut ad negotium ſæculoꝝ reſpicitur & qui in cælo habitant & qui in inferno, & qui noſ præceſſerunt, & noſ qui ſumꝯ, & qui ſequuntur, & nati natoꝝ, & qui naſcentur ab illa. Illi qui ſunt in cælo, ut reſarciantur: qui in inferno, ut eripiantur: qui præceſſerunt, ut Prophe- taſ fideleſ inueniantur: qui ſequuntur, ut gloriſicentur. Eo bea- tam te dicunt omneſ generationeſ, genitrix Dei, domina mundi, Regina cæli. In te enim angeli letitiam, iuſſi gra- tiam, peccatoꝝ veniam inuenerunt in æternuſ. Meritò in te reſpicunt oculi totiuſ creaturæ, quia in te, & per te, & de te benigna manuſ Omnipoteſtiſ, quicquid crea- uit, recreauit. Nam ut ipſe ait ſerm. 3. ſuper Miſſuſ: In B. Maria in habitauit plenitudo diuinitatiſ corporali- ter pu- ta & ad hunc, ut ait S. Dionyſ. ex quo theandricæ, id eſt, Dei- virtuteſ actioneſ, quibuſ homineſ Deo reconciliauit, promanarunt. Idem ſerm. 3. inter paruoſ: *Aue Maria gratia plena: quia Deo & angelis & hominibuſ grata. Hominibuſ per ſacunditatem, angelis per virginitatē, Deo per humilitatem.* Idem ſer. de B. Maria: *Eua ſpina ſuit, qua & virum ſuum uſque ad mortem propugit, & poſteritati**

An
paſſa
go?

Affir
aliqu

A ſui peccati aculeum infixit roſa Maria, Eua ſpina unlie- rando; Maria roſa omnium affectuſ multendo. Eua ſpina ingens omnibuſ mortem; Maria roſa reddens ſaluſiferam omnibuſ ſortem.

DEINDE Dicit DISCIPULO: ECCE MATER TUA] q. d. Hanc ama, obſerua, iuuua vi matrem, ac viciliuſ ad eam quaſi ad matrem in omni difficultate, tentatione, perſecutione, afflictione, recurre. Illa te materno affectu ſuſcipiet, foue- bit, ſolabitur, proteget, opem à ſuio poſcet, &c. Porro verba Chriſti non ſunt vt hominum, ora- lia dumtaxat & inefficacia, ſed vt Dei, realia & efficacia, ac perſiciunt id quod dicunt: quare S. Ioanni impreſſerunt filiale affectum, & ſpiritu- tum erga B. Virginem, quaſi erga matrem ſuam. *Iam papa!* exclamat Theophyl. *quomodo honorat diſcipuluſ ſi matrem ſuam ſua ſcientia? uſque adeo bonum eſt iuxta crucem ſtare, & manere apud patientem Chriſtum. Et Chryſoſt. O honorem quem diſci- pulo tribuit! cum enim iam abiret, matris curam diſci- pulo reliquit: nam cum par eſſet ut pote matrem dolere, & protectionem querere, merito dilecto commendat: cui etiam inquit: Ecce mater tua, ut dilectione denique cen- tur.*

ECCE MATER TUA] & tuorum collegarum Apoſtolorum, ceteroꝝque fidelium, quoroꝝ perſonam Ioannes hic repræſentat: quare fideleſ omneſ ad eam quaſi ad matrem conſugere oportet cum magna fiducia & amore, uti docet S. Bernar- d. cuiuſ verba iam recitauit. Ipſa ergo vera eſt fidelium Eua, id eſt, mater viuentium. Ita ad illam recurrere omneſ ſapienteſ, & Sancti quolibet æuo.

Audi S. Auguſtinum ſerm. de Paſſione. *Ecce mater tua; Curam, inquit, illiſ habe, eam tibi comen- do, ſuſcipe matrem tuam. Dū hæc pauca diceret: illi duo dilectiſ lacrymaſ fundere non ceſſabant; tacebant ambo illi Martyreſ, & præ nimio dolore loqui non poterant, iſti duo virgineſ Chriſti audiebant: ex voce loquentem, & ipſum videbant paulatim morientem, amare flebant, qui amare debebant: nam gladiuſ doloriſ Chriſti animas utroꝝque tranſibat.*

ET (hoc eſt, igitur, quia ſcilicet Ieſuſ id iuſſerat) EX ILLA HORA ACCEPIT EAM DISCIPULVS IN SVA] Ita legendum cum Græciſ, & Romaniſ; Syruſ & Arabiciſ, apud ſe. Nonnulli legunt, in ſuam, ſcilicet habitationem vel domum. Vnde Nonnuſ paraphraſticè vertit, *Virginem partuſ ſeſi e conuicticem habuit diſcipuluſ intra domum ſuam.* Nam filij ſolent parenteſ ſeneſ in domum ſuſci- pere & alere: & quos in curam noſtram, hoſ & in domum ſuſcipimus. Audi Bedam: Alia littera ha- bet, in ſuam, ſcilicet matrem, vt quidam volunt; ſed congruentiſ ſubauditur, in ſuam curam. Et S. Auguſtinum: *Suſcepit eam in ſua, non prædica, que propria poſidebat; ſed officia, que propria diſpenſatione curabat.* Omnia ergo hæc eodem redeunt. Hinc S. Ioannes abiens Ephelium eodem ſecum duxit B. Virginem. Vnde in Synodo Epheliſa cap. 26. in epiftola Synodica dicitur, quod B. Virgo & S. Ioannes quandoq; incoluerint Ephelioꝝ ciuitatem. Vide Chriſtophoꝝ. à Caſtro in Hiſtoria Dei paræ.

Hoc ergo fuit teſtamentum Chriſti, cuiuſ teſtamentariuſ & executor fuit S. Ioannes. Teſtata- tur enim de cruce, ait S. Amb. in c. 23. *Luce & teſta- mentuſ eiꝯ ſignabat Ioannes, dignuſ tanto teſtatore teſtiſ.* Hinc

Hinc ruruſum collige Ieſepum ſponſum Vir- ginis iam vitâ fuiſſe deſunctum. Neque enim, ait S. Ambroſiuſ loco iam citato, *abrogaretur vxor marito, ſed quæ pro myſterio coniugium præceſſit, completiſ myſteriſ iam coniugio non egebat.* Et Epi- phan. hæreſi 78. ſic ait: *Dicit autem Euangelium: Et ab illa die accepit eam ad ſua, ſive apud ſeipſum. Si verò habuiſſet virum, ſi habuiſſet domum, ſi habuiſſet filioſ, in ſua ſceſſiſſet, & non ad alienum.* Hinc vide quam pauper, & paupertatiſ ſtudioſa, fuerit B. Virgo.

POSTEA SCIENS IESVS, QVIA IAM OMNIA CONSUMMATA SVNT, VT INPLERETVR SCRIPTVRA, DIXIT: SITIO.] Poſtea, poſt treſ ſere ho- ras: nam ante tenebraſ initio crucifixionis ma- trem commendauit Ioanni, in fine verò paulò ante mortem dixit, *Sitio*, vt impleteret Script. plalm. 68. 22. *Et in ſiti mea potauerunt me aceto.* q. d. Ut hoc quoque tormentum propinatio- niſ aceti pariar, clamo me ſtire. q. d. ait Augu- ſtinuſ: *Hoc nimuſ ſeciſtiſ, date quod eſtiſ: nimirum eſtiſ acetofiſ & acerbi, date ergo acetum, non vinum.*

Sitiebat Chriſtuſ; tum quia nec ederat, nec biberat quidquam à cæna pridiana, tum quia humorem omnem exſudarat, & ſanguinem in flagellatione & crucifixione effuderat; tum quia doloreſ aterrimi ſitu ingentem excitabant. Nam, ut ait Cyrilluſ: *Doloreſ inuatum calorem ex- agit aut, vel quòd in profunditate eſt humidum conſu- munt, & igneſ ardoreſ dolentiſ viſcera vrant.* Hinc fauceſ ſiccantur & præ ſiti aſcunt; tunc ergo impletum fuit in Chriſto illud plalm. 21. 6. *Aruiſ tanquam teſta virtuſ mea, & lingua mea adheſit faucibuſ meiſ.* Quæ Chriſti verba uſurpans Can- cellariuſ Louanieniſ, me præſente ante 40. an- noſ morientiſ aiebat, nunquam ſe illa ita intelle- xiſſe, vt tum ad vinum intelligebat, cum ſimili ſiccitate faucium & ſiti ſe laborare ſentiret, & ex illa metiretur quanta fuiſſet Chriſti ſitiſ & ſiccitaſ. Myſticè, ſitiebat Chriſtuſ animarum ſalu- tem. Vide Bellarmin. de ſeptem Chriſti verbiſ in cruce. Nimirum, ſitiſ ſitiſ Deuſ, ait Nazianz. in Tetraſtichicis, vt ſcilicet inſatiabiliter eum ame- muſ, & optentiuſ, dicamulque eum Paſte: *Sititiſ (inſtar cerui anheluſ, vt præceſſiſ) anima mea ad Deum ſortem vinum: quando veniam, & apparebo ante faciam Dei?*

VAS ERGO ERAT POSITVM ACETO PLE- NVM. ILLI AVTEM SPONGIAM PLENAM ACE- TO, HYSSOPO CIRCUMCOMPONENTES, ORTYLE- RVNT ORIEIVS] Hunc verſum explicuit Matth. 27. v. 48.

CVM ERGO ACCEPISSET IESVS ACETVM, DIXIT: CONSUMMATVM EST. ET INCLINATO CAPITE TRADIDIT SPIRITVM] q. d. Conſum- mata iam ſunt omnia tormenta, a quæ ac my- ſteria, quæ Pater à me ſuſtinenda vel peragen- da ab æterno decreuit, ac naſcenti mihi ſuſtine- re & peragere præcepit, quæ proinde a Prophe- tiſ de me prædici voluit. Reſtat ergo cataſtro- phe mortis, vt morte conſummem curſum & paſſionem meam, ac morte mea reatum mortis, quem Adam peccando induxit, expiẽ, itaque homineſ vitæ reſtituam. Mortem ergo ample- ctor, & in manuſ Patris meum reſigno ſpirituſ. Vide dicta Matth. 27. 48. & ſeq.

Nota. Chriſtuſ ſeptem edidit in cruce verba,

quoroꝝ quatuor recenſet Matthæuſ, Marcuſ & Lucas, tria verò Ioanneſ. Primum fuit: *Pater iu- ſte illiſ, quia neſciunt quid faciunt.* Secundum ad latronem, *Hodie mecum eris in paradifo.* Tertium ad matrem: *Mulier ecce ſiliuſ tuuſ;* ac ad Ioannem: *Ecce mater tua.* Quartum: *Deuſ meuſ; ut quid dereliqui- ſti me?* Quintum: *Sitio.* Sextum, *Conſummatum eſt.* Septimum: *Pater, in manuſ tuuſ commendo ſpirituſ meum.*

IVDEI ERGO (QVONIAM PARASCÈVE ERAT) VT NON REMANERENT IN CRUCE CORPORA SABBATI (ERAT ENIM MAGNVS DIES ILLE SABBATI) ROGAVERVNT PILATVM VT FRANGERENTVR EORVM CRVRA, ET TOLLERENTVR.] Lege ſancitum erat Deuter. 21. 22. *Quando peccaverit homo quod morte pleſtendum eſt, & ad iudi- ciatuſ mortiſ appenſuſ fuerit in patibulo, non permanebit cadaver eiꝯ in ligno, ſed in eadem die ſepelietur.* Se- quitur cauſa: *Quia maledictuſ à Deo eſt qui pendet in ligno, & nequaquam contaminabit terram tuam.* Vide ſibi dicta. Maximè verò hoc faciendum erat in paſche ſabbati, ne ſuſpenſoꝝ um cadauera, ſi in patibulo remanerent, ſabbatum, quòd erat ſolemniffimum feſtum, deturparent, funeſtarent, & ſui cruciatuſ honore fœderent, ait S. Auguſt. Debebant ergo ſei mori & ſepeliri ante ſoliſ occaſum; ſabbatum enim incipit à vespere & ſoliſ occaſu, *ne occideret ſol in hominiſ ſupplicio*; ait Theophyl.

ERAT ENIM MAGNVS DIES ILLE SABBATI] Quia ſcilicet erat ſabbatum paſche, ſive incidit intra octauam Paſche, ideoque ceteriſ ſolèniuſ quia duplici titulo feſtuſ; ſcilicet primò, ſabbati, ſecundò, Paſche.

VT FRANGERENTVR EORVM CRVRA] Id eſt, validiſ mallei aut vectiſ ferrei icubiſ rumpe- rentur. Nonnuſ, *ut ſecarentur*: nimirum hoc ſine ut citiuſ morerentur; tum ob magnitudinem doloriſ, vt ait Cyrilluſ; tum ob ſanguiniſ defluentis copiam; tum quia crucibuſ & genibuſ inſeſ vitæ ſuæ; ait Pliniuſ lib. 1. cap. 45: *Namque in ipſa genu v- riuſq; commiſſura, dextra lanua, à priori parte, gemi- na quedam buccarum inanitiſ inſeſ, qua perfoſſa, cæciſ iugulo, ſpirituſ fugit.*

Sed cur non lancea, cur non gladio cor tranſ- foderunt? hoc enim faciliuſ erat, & celeriorẽ mortem reiſ afferbat? Reſp. crucifragio ipſoſ vſoſ fuiſſe ad maiuſ latronum tormentum, ſicut etiamnum latroneſ multuſ cedibuſ infameſ in rota crucifragio puniuntur. Veriſimile eſt Iu- deoſ in odium Chriſti id feciſſe, ac crucifragiuſ Chriſto inferre voluiſſe, vt eum magiſ crucia- rent, imò Baron. cenſet idcirco eoſ Chriſto acce- tum dediſſe, vt eiꝯ vi diutiꝯ uiueret, & viuꝯ ſeruaretur ad crucifragium. Verum Chriſtuſ citiuſ mortuꝯ fuit, non quòd horreret & fuge- ret crucifragium, ſed tum ob myſterium, de quo mox; tum quia tot flagelliſ, plagiſ, cruciatibuſ ex cruciatuſ erat, vt eum vitæ & vita deficerent. De crucifragij ſupplicio vide Lipſium libr. 2. de Cruce c. 14.

ET TOLLERENTVR] è cruce, & ſepelirentur. Videatur Iudæi non tam religione ſabbati, & legiſ Deuteron. 21. iam citatæ, uſiſſe Ieſum tolli è cruce, quàm ob timorem, pudorem & ſcæleſiſ conſcientiam. Videbatur enim eiꝯ morte ſolem obſcurari, velum templi ſcindi, terram tremere, ſaxa rumpi, &c. & ab hiſ omnibuſ iu- diciuſ

dicium suum contra Christum damnari. Quare metuebant ne vel Deus, vel populus Iesu factus in ipsos quasi chisticidas insurgeret: iusserunt ergo eum à cruce, quasi è triumpho suo tolli, ac sepeliri. Ita Franc. Lucas.

VERS. 33. AD IESVM AVTEM CVM VENISSENT] Hinc liquet eos cogitasse Christo pariter inferre erurifragium. Audi Euthymium: *Postremò ad eum venerunt, maiore contumelia, in gratiam Iudeorum, ipsum afficere volentes. VT VIDERVNT EVM IAM MORTVVM, NON FREGERVNT EIVS CRVRA] quia frangenda erant crura, vt mors illi acceleraretur imminente sabbato. Noluit Iesus crura sibi frangi, quia illico integer voluit resurgere. Audi Lactantium libr. 4. 26. *Sic integrum corpus patibulo detractum est, & sepulchro diligenter inclisum, ne diminutum ad resurgendum inhabile redderetur.**

Christo non fracta fuisse crura.

Hinc patet Christum iam fuisse mortuum, ac proinde Christo mortuo vice erurifragij latus fuisse lancea perfoffum; non autem viuo, vt quidam sensere, quorum dux fuit quidam Petrus Ioannes, teste Prateolo l. 1. c. 20. Horum error damnatus est in Concilio Viennensi Clement. prima. Nimirum Christus sicut in vita manus, pedes, caput, rotumque corpus flagellis, clavis & plagis pro nobis dedit; sic in morte voluit dare nobis suum cor: hoc enim lancea perfoffum fuit, indeque sanguis & aqua emanavit, vt scilicet ipse cor proprium, & totum se quantus, quantus erat, nobis donaret.

Dices: Christus iam mortuus erat; ergo nihil hac cordis perfoffione meruit. Resp. eum meruisse. Nam Christus viuens sciebat sibi hoc vulnus in corde post mortem inferendum, illudque viuens acceptavit, & Patri pro nobis obtulit: illo ergo meruit, & operatus est salutem nostram. Dices Secundò: Videmus ex corpore hominis occisi manare sanguinem, si coram illo compareat is qui eum occidit: ergo hoc naturale est. Resp. Non naturale est, sed instar miraculi: fit enim ex singulari Dei providentia, ad indicandum & confundendum occisorem. Multò magis in Christo id fuit miraculum, vt mox ostendam.

Lancea latus Christi aperta.

SED VNVS MILITVM LANCEA LATVS EIVS APERVIT] Fecit hoc subdubitan an mortuus esset, ait Cyrillus; vt scilicet sciret an reuera obijisset, & si non obijisset, hoc vulnere mortem illi acceleraret, & re ipsa inferret. Militum enim horum, vt pote custodum, officium erat efficere vt sententia iudicis Pilati completeretur, nec damnati dimitterentur, donec constaret eos mortè iuisse. Addit Chyloft. *Ad conciliandam Iudeorum gratiam latus eius aperuerunt, & mortuo adhuc insultant. O pessimam voluntatem ac sceleratissimam!* Militem hunc nonnulli putant fuisse Centurionem, nomine Longinum, qui visis miraculis Christi expirantis exclamavit: *Verè filius Dei erat iste*, Matt. 27. 54. Idcirco autem eum perforasse latus Christi, vt ostenderet eum iam esse mortuum: nam sui muneris erat curare ne Christus viuus de cruce deponeretur, alioqui capitis periculum aditurus. Verùm quis credat hoc eum ausorum fuisse in eum, quem iam Dei filium proclamarat? Naz. in Carm. de Christo patiente, insinuat eum fuisse cæcum, & hic à Christo fuisse illuminatum. Alij alia narrant, quæ hic congerit Barradius, sed incerta & apocrypha, ait Baron.

Nota. Primò, Miles hic transfodiens latus Christi, videtur fuisse vnus ex custodibus, qui latronum crura iam fregerant, fracturi etiam crura Christi, si is adhuc vixisset; sed eum mortuum cernerent, latus perforerunt, vt plenè omnes viderent eum esse mortuum, ideoque se eius crura non fregisse.

Secundò, pro lancea græcè est λβύχην, id est, cuspis hastæ Nazianz. vocat ξίφος, id est, enseis Nonnus macheram; Theophyl. ρομφααμ, quæ apud veteres significat genus ferramenti, quod neutram in partem inclinat, nam venit à βίβω, id est, vergo, inclino.

Tertiò, pro aperuit græcè est ἄνοιξε, id est, compunxit, transpunxit; sed Noster legit ἄνοιξε, id est, aperuit: quod eòdem redit.

Quartò, apertura hæc & vulnus lateris Christi fuit ingens, & tantum, vt manus illi imponi posset: id patet ex verbis Christi ad Thomam Ioannis 20. 27. *Infer digitum tuum huc, & vide (cæge) manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum.* Sicut ergo vulnera clavorum in manibus Christi tanta erant, vt eis posset imponi digitus Thomæ; ita vulnus lateris tantum fuit, vt ei posset imponi Thomæ manus.

Quintò, vulnus hoc fuisse in dextro latere docent veteres & pictores; putantque aliqui id prædictum ab Ezech. c. 47. 2. *Et ecce aqua redundans à latere dextro, sicut egredietur vir ad Orientem.* Vnde & S. Franciscus respiciens à Christo crucifixo quinque stigmata, accepit stigma in latere dextro, æquè ac in manibus & pedibus, teste S. Bonaventura in eius Vita, Ribaden. Luca Tuedensi l. 2. contra Alb. cap. 11. atque ex eo Luca Waddingo in Annalibus Minorum, anno Christi 1224. n. 19.

Sextò, hinc patet Christum habuisse quinque vulnera, scilicet duo in manibus, duo in pedibus, vnum in latere.

Septimò, vulnus hoc videtur totum latus Christi penetrasse, vt videlicet lancea hæc adacta per dextrum latus Christi, transierit per cor & pericardium, atque cuspis eius exierit per latus sinistrum ad papillam. Nam vtrumque Christi latus fuisse transfossum tribus locis docet Prudentius, scilicet in Passione Christi:

Traiectus per vtrumque latus laticem atque cruorè Christus agit; sanguis victoria, lympha lacrum est.

Et Peristephanon hymno 8. Ipse loci est Dominus, laterum cui vulnere utroque

Hinc cruor effusus fluxit, & inde latex. Et Cathemermon hymno 9.

O nonum cæde stupenda vulneris miraculum? Hinc cruoris fluxit vnda, lympha parte ex altera. Lympha nempe dat lacrum, tum corona ex sanguine est.

Idem insinuat Cyprianus tract. de Passione Christi, cum ait: *De latere tuo, o Christe, diuisis limitibus aqua & sanguis emanant.* Hinc & Theophyl. hoc vulnus lateris vocat πῖπες, in plurali, idque confirmatur ex eo, quòd vulnus dextri lateris tantum fuit, vt Thomas manus imponere posset. Quod autem Prudentius notat se paratim per alterum vulnus sanguinem fluxisse, per alterum verò aquam, videtur significare quòd per maius siue potentius vulnus (quod procul

Vulnus totum latus Christi penetravit.

Exiit à latere Christi aperto sanguis & aqua.

An naturaliter?

Cur sanguis & aqua ex latere Christi?

Causa Prima.

Secunda.

procul dubio fuit in latere dextro) ob capacitatem tantum eruperit sanguinis, vt aqua per se conspici nequiverit, per sinistrum verò, vt pote minus & pericardio vicinius, eruperit aqua: pericardium enim continet liquorem iam dictum, & in Christo continuit aquam: vnde perusum lancea effudit eam per latus vicinum, putà sinistrum. Ita Prudentius. Verum quia hoc latus sinistri vulnus exiguum fuit, hinc non computatur, Christusque non tex, sed quinque habuisse vulnera dicitur.

Porrò S. Brigitta lib. 4. Reuelat. c. 40. *Aperro latere, inquit, & extracta lancea sanguis in cuspe quasi brunæ coloris apparuit, vt ex eo hoc intelligeretur cor transfossum.* Et l. 7. c. 15. *Infixit lanceam in latere eius dextro.* Et lib. 2. c. 21. *In corde punctus erat tam amarus & immisericorditer, quod pungens non desistit, donec lancea attingit costam, & amba partes cordis essent in lancea.*

ET CONTINVO EXIUIT SANGVIS ET AQUA] Non prius sanguis, deinde aqua, vt vertit Nonnus, sed simul sanguis & aqua, impermixta tamen, vt vnum ab altero discerni posset. Naturaliter hoc fieri non poterat, tū quia sanguis in mortuo ex frigore condensatur & congelascit; vnde effluere nequit, vt docent medici, & S. Ambros. in Luca c. 23. ac experientia quotidiana; tum quia aqua ex eodem profluere non potest: aqua enim hæc fuit pura & vera, non phlegma, nec serum sanguinis, vt desinit Innoc. III. libr. 3. decret. tit. 41. de Celebr. Misarum c. 8. Errat ergo Caluinus, dicens aquam pericardio contineri, quo in Christo lancea perfoffo naturaliter aquam effluxisse. Id enim falsum esse docent medici, qui asserunt liquorem illum pericardij non aquam esse, sed humorem biliosum. Quare miraculosum fuisse hunc sanguinem & aquæ fluxum, docet S. Ambros. in cap. 23. Luca; Euthym. & Theophyl. quæ audi: *Contumelia in miraculum vertitur, & sanguinem quidem ex mortuo corpore produsse admirabile est: verum tamen posset quis sycophantarum dicere, quod verisimile sit vitalem quandam virtutem adhuc fuisse in corpore: aqua autem egressa omnem controuersiam miraculo tollit.* Et paulò post: *Cōfundantur Armenij, qui non admittent in mysterijs aquam vino.* Non enim credunt (vt videtur) quòd aqua ex latere egressa sit, quod admirabilis sed sanguis tantum. Et hoc loco destrunt magnum miraculum. Itaque sanguis symbolum hominis crucifixi, aqua verò, quòd is sit super hominem, hoc est Deus. Vide nostrum Adamum Contzen & Franciscum Lucam hic.

ET CONTINVO EXIUIT SANGVIS ET AQUA] Hoc factum est ad mysterium, non ad meritum: meritum enim in morte Christus consummavit, nec enim iam mortuus mereri potuit. Ad quod mysterium? Resp. Primò, ad significantiam veritatem corporis humani in Christo, ex quatuor elementis more ceterorum hominum compositi. Hoc est quod ait Ioannes epist. 1. c. 5. v. 7. *Tres sunt qui testimonium dant in terra, Spiritus, & aqua, & sanguis: & hi tres vnum sunt.* Vide ibi dicta. Secundò, vt significaretur ex morte & latere Christi, quasi secundi Adæ dormientis in cruce, Ecclesiam quasi Euam Christi sponsam formatam esse. Hoc intellige non propriè & præcisè, sed symbolicè & figuratè; quòd scilicet per mort-

tem & sanguinem Christi Ecclesia redempta, instituta & sanctificata sit. Vnde S. Ambros. in cap. 23. Luca: *Ex illo, ait, corpore defuncto vita manabat. Aqua enim & sanguis exiit: illa quæ diluat, iste qui redimat, quodque, vt ait Cyrill. & Chryl. aqua significet baptismum, qui est principium Ecclesiæ & Sacramentorum ceterorum; sanguis verò representet Eucharistiam, quæ omnium Sacramentorum finis est & complementum, ad quæ duo quasi ad principium & finem, cetera Sacramenta omnia reducuntur.* Vnde S. Aug. tract. 120. ait omnia Sacramenta ex latere Christi emanasse quod intellige non meritò, sed mysterio vt dixi. Audi S. Augu. *Non dixit: Percussit aut vulneravit, sed aperuit, vt illic quodammodo vita ostium panderetur, vnde Sacramenta Ecclesiæ manarunt, sine quibus ab veram vitam non intratur.* Et Chryl. *Quia hinc habent ortu sacra mysteria, cum accesseris ad tremendum calicem, ita accedat vt ab ipso bibiturus Christi latere.* Ratio est, quia, vt ait Chryl. & ex eo Theophyl. Ecclesiæ & sit & cõssit per Sacramenta: nã Baptismo nascitur, Confirmatione roboratur, Eucharistia pascitur & perficitur, Pœnitentiã sanatur, Extrema vnctione munitur, Ordine gubernatur, Matrimonio propagatur.

Denique huius rei symbolo, in consecratione calicis Eucharistici miscendam esse aquam vino, vt representetur hæc effusio sanguinis & aquæ ex latere Christi, docet S. Cyprian. tract. de Passione, Rufinus in Expos. Symbol. & alij. Tropologicè, Tertullianus lib. de Baptismo, ait Christum effusione sanguinis & aquæ inuuisse duplicem baptismum scilicet aquæ & sanguinis, siue Sacramenti & martyrij.

Anagogicè, relectio hæc lateris Christi in morte, adumbrabat per mortem eius reseratum iam esse cælum, quod per quatuor annorū millia clauis fuerat. Addit Rufinus in Expos. Symboli: *Produxit aquam, inquit, quæ credentes diluat, produxit & sanguinem, qui condemnet incredulos.* Plura vide apud Suarez 3. p. q. 51. disp. 41. lect. 1. vbi tamen opinatur solum Christi latus sinistrum, in quo est cor, lancea fuisse transfossum, ac prius effluxisse sanguinem, deinde aquam, quæ pariter sunt probabilia.

ET QUI VIDIT, TESTIMONIUM PERHIBUIT] putà ego ipse Ioannes, qui vidi, testor ita esse. Loquitur de se in tertia persona modestiæ ergo.

FACTA SVNT ENIM HÆC, VT SCRIPTVRA IMPLERETVR (in sensu allegorico non literali, nam literalis est de agno Paschali) OS NON COMMINETIS EX EO] Iusserat Deus Exod. 12. 46. vt in agno paschali comedendo ossa nulla cõminuerent. Causa litteralis erat, quia festinantes eum comedere debebant, vt nõ haberent tempus ossa cõminuendi, & ex illis medullam extugendi. Causa allegorica erat, quòd agnus ille erat typus Christi in cruce immolandi, cuius nullum os cõminui voluit Deus: idque, quia decebat corpus Christi sanctum & diuinum mox resurrecturum, integrum permanere, vt iam dixi. Symbolicè, vt per hoc significaretur Primò, deitatem Christi (quæ erat quasi os sustentans carnem Christi) in passione integram illatamque permanisse, Ita Rupert. in c. 12. Exodi.

Secundò, ossa, id est, virtutem & robur (huius enim

Ratio

Tropologicè.

Anagog.

VERS. 36.

Cur Christum comedere debebant, vt nõ haberent tempus ossa cõminuendi, & ex illis medullam extugendi.

Cur Christum comedere debebant, vt nõ haberent tempus ossa cõminuendi, & ex illis medullam extugendi.

enim symbolum & causa sunt ossa) Christi, quâ homo, per passionem non fuisse imminutam, sed potius adauctam: nam & mens Christi in Deo iugiter fixa, ac voluntas eius voluntati Dei fortiter & constanter vnita permanfit. Ita S. Hippolytus Martyr apud Theodor. dial. 3.

Allegorica causa fuit, vt significaretur ossa corporis Christi, hoc est, sanctos Apostolos non fore confringendos. Ita S. Aug. in psal. 34. S. Hieron. in psal. 21. & Greg. 24. Mor. c. 30.

Huc pertinet S. Hilar. in psal. 40. cum ait: Non contracta Christi ossa, quia Ecclesia ex ossa formata, non debuit ossium fractione debilitari.

Tropologicam vide apud S. Bernard. serm. de cute, carne & ossibus animæ: vbi docet animæ cutem esse bonas cogitationes, carnem esse pijs affectiones, ossa esse sanctas intentiones & proposita; quæ intentiones deficientibus pijs cogitationibus & affectionibus, integræ & solidæ seruandæ sunt: si enim rumpantur, homo rumpitur & corrumpitur.

VERS. 37. ET ITERVM ALIA SCRIPTVRA DICIT: VIDEVNT IN QVEM TRANSFIXERVNT] Syrus, perfoderunt. Citat Zachar. 12. 10. vbi illud explicui.

VERS. 38. POST HÆC AVTEM ROGAVIT PILATVM IOSEPH AB ARIMATHÆA (EOD QVOD ESSET DISCIPVLVS IESV, OCCVLTVS AVTEM PROPTER METVM IVDÆORVM) VT TOLLERET CORPVS IESV. ET PERMISIT PILATVS. VENIT ERGO, ET TVLIT CORPVS IESV] Hæc explicui Matth. 27. 58. Tulit corpus Iesu. Sepeliendum ait Chryf. non vt condemnatum, sed vt corpus Prophetæ magni & admirabilis. Nondum enim credebat Ioseph eum esse Deum, & tertia die resurrecturum. Erat ergo in eo fides Iesu, sed imperfecta. Ita Chryfost. Vide hic vt Deus humiles exaltet. Quâ enim ignominiosa fuit passio & mors Christi, tam gloriosa fuit eius sepultura, iuxta illud I. I. 1. Et erit sepulchrum eius gloriosum.

VERS. 39. VENIT AVTEM ET NICODEMVVS, QVI VENERAT AD IESVM NOCTE PRIMVM] Vox primam, ait S. Aug. cum nocte iungenda est: significatur autem non tunc solum venisse, sed tunc primum; venisse verò etiam postea, vt fieret audiendo discipulus.

FERENS MIXTVRAM MYRRHÆ ET ALOES QVASI LIBRAS CENTVM] vt magnificè Iesum tantum Prophetam condiret & sepeliret. Magna enim fuit copia vnguenti, quæ centum libras penderabat; sed voluit Nicodemus totum corpus Iesu (quod procerum erat & magnum) non tantum circa circa copiose perfundere & oplere, sed & in vnguento hoc balsamando quasi immergere & sepelire, vt in eo non tam condit, quam innatare videretur. Fortè etiam omnes hæc centum libras non insumpsit, sed ex eis quantum necessarium erat & utile, dumtaxat deprompsit. Mercedem huius officij, charitatis & sepulchræ Christi,

A sti, amplam ab eodem recepit Nicodemus: nam per eius gratiam non tantum Christianus, sed & Confessor ac semimartyr evasit. Audi quid Gamaliel apud Lucianum in epistol. de Inventione corporis S. Stephani de eo narret: *Cognoscetes Iudei illum esse Christianum, amoverunt eum à principatu suo, & anathematizaverunt eum & de civitate exulaverunt. Tu ego Gamaliel quasi persecutionem pro Christo passum sustuli eum in meum agrum; & alii, & vestivi usque ad finem vitæ eius, & defunctum honorifice sepelivi iuxta dominum Stephanum.* Hinc & Nicodemus in Martyrologio Sanctis ascriptus est cū S. Stephano die 3. Augusti.

ACCEPTERVNT ERGO CORPVS IESV, ET LIGAVERVNT ILLVD LINTEIS (scil. sindone, cui impressa sunt cicatricum Christi vestigia, quæ hodie Taurini in Pedemontio religiosè servatur, de qua vide Palæottum) CVM AROMATIBVVS, SICVT MOS EST IVDÆIS SEPULCRIBVVS] Moïsem hunc recentis sui Matthæi 27. 59.

Hanc Christi sepulturam imitati sunt primi Christiani, qui in sepeliendis mortuis & aromatibus condiendis effulas faciebant impensas, vt patet ex Tertull. in Apologet. Prudent. in *Catemer.* Hym. in exequijs defunctorum, Nyssen. orat. in funere Meletij, Nazianz. epist. 18. & alijs. Porro Christiani hunc ritum accepere à Iudæis, Iudæi ab Ægyptijs, teste Tacito libr. 21. Annal. qui ea arte sic desiccabant corpora defunctorum, vt eadem quasi ænea efficerent; appellarentque lingua Ægyptia Gabbaras, vt tradit S. Aug. serm. 120. de Divers. c. 12.

ERAT AVTEM IN LOCO, VBI CRVCIFIXVS EST, HORTVS (vbi enim sepeliretur Iesus omnis viroris & vigoris auctor, nisi in horto? Causas dedi Matt. 27. 60.) ET IN HORTO MONVMENTVM NOVVM, IN QVO NONDV M QVISQVAM POSITVS ERAT] Audi S. Aug. *Sicut in Maria Virginis utero nemo ante illum, nemo post illum conceptus est; ita in hoc monumento nemo ante illum, nemo post illum sepultus est.*

IBI ERGO PROPTER PARASCEVEN IVDÆORVM (sabbati imminenti, quo nil operari, nec quem sepelire licebat. ita Chryfost. Theoph. Euthym.) QVIA IUXTA ERAT MONVMENTVM (quia scilicet monumentum hoc vicinum erat Golgothæ, vbi crucifixus fuerat Iesus) POSVERVNT IESVM] Volebant, ait Euthym. *Iesum in alio digniore monumento, quod longius à civitate distabat, collocare.* Sed noluit Deus, voluitq; eum iuxta Golgotha & Ierusalem sepeliri. Causam dat S. Chryf. *Vt discipuli eò facile se conferre possent, & qua fierent in propinqua intuerentur: & vt sepulchræ vestes, nō ipsi tantum, sed & inimici essent. Signaculū enim & custodes sepulchro impositi sepulchræ erant testimonio. Mortē non minus quā resurrectionem manifestari Christus voluit: nam mors si runc dubia fuisset, resurrectionis ratio non constaret. Neque horum tantum gratia propè voluit sepeliri, sed ne falsò quispiam potuisset suratum insimulare.*

Christus sepelitur.

VERS. 41.

VERS. 42.

CAPVT VIGESIMVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Christus è sepulchro resurgens apparet. Primò, Magdalene specie hortulani: Secundò, v. 19. decem Apostolis, ijsq; insufflans dat Spiritum sanctum & potestatem remittendi peccata, Denique v. 26. iisdem rursus apparet, & Thomæ, eius vulnera sua palpanda offert.

1. VNa autem sabbati, Maria Magdalene venit manè, cum adhuc tenebræ essent, ad monumentum: & vidit lapidem sublatum à monumento. 2. Cucurrit ergo, & venit ad Simonem Petrum, & ad alium discipulum, quem amabat Iesus; & dicit illis: Tulerunt Dominum de monumento, & nescimus vbi posuerunt eum. 3. Exijt ergo Petrus, & ille alius discipulus, & venerunt ad monumentum, 4. Currebant autem duo simul, & ille alius discipulus præcurrit citius Petro, & venit primus ad monumentum. 5. Et cum se inclinasset, vidit posita linteamina, non tamen introiit. 6. Venit ergo Simon Petrus sequens eum, & introiit in monumentum, & vidit linteamina posita. 7. & sudarium, quod fuerat super caput eius, non cum linteaminibus positum, sed separatim inuolutum in vnum locum. 8. Tunc ergo introiit & ille discipulus, qui venerat primus ad monumentum, & vidit, & credidit. 9. nondum enim sciebant Scripturam, quia oportebat eum à mortuis resurgere. 10. Abierunt ergo iterum discipuli ad semetipsos. 11. Maria autem stabat ad monumentum foris plorans. Dum ergo fleret, inclinavit se, & prospexit in monumentum: 12. & vidit duos angelos in albis, sedentes, vnum ad caput & vnum ad pedes, vbi positum fuerat corpus Iesu. 13. Dicunt ei illi: Mulier quid ploras? Dicit eis: Quia tulerunt Dominum meum, & nescio vbi posuerunt eum. 14. Hæc cum dixisset, conuersa est retrorsum, & vidit Iesum stantem: & non sciebat quia Iesus est. 15. Dicit ei Iesus: Mulier, quid ploras? quem quæris? Illa existimans quia hortulanus esset, dicit ei: Domine, si tu sustulisti eum, dicit mihi vbi posuisti eum: & ego eum tollam. 16. Dicit ei Iesus: Maria. Conuersa illa, dicit ei, Rabboni (quod dicitur Magister.) 17. Dicit ei Iesus: Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem meum: vade autem ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum: Deum meum, & Deum vestrum. 18. Venit Maria Magdalene annuncians discipulis: Quia vidi Dominum, & hæc dixit mihi. 19. Cum ergo serò esset die illo, vna sabbatorum, & fores essent clausæ, vbi erant discipuli congregati propter metum Iudæorum, venit Iesus, & stetit in medio, & dixit eis: Pax vobis. 20. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus & latus. Gauisi sunt ergo discipuli viso Domino. 21. Dixit ergo eis iterum: Pax vobis. Sicut misit me Pater, & ego mitto vos. 22. Hæc cum dixisset, insufflauit: & dixit eis: Accipite Spiritum sanctum: 23. quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. 24. Thomas autem vnus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando venit Iesus. 25. Dixerunt ergo ei alij discipuli: Vidimus Dominum. Ille autem dixit eis: Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam. 26. Et post dies octo, iterum erant discipuli eius intus; & Thomas cum eis. Venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit: Pax vobis. 27. Deinde dicit Thomæ: Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum: & noli esse incredulus, sed fidelis. 28. Respondit Thomas, & dixit ei: Dominus meus, & Deus meus. 29. Dixit ei Iesus: Quia vidisti me Thomas, credidisti: beati qui non viderunt, & crediderunt: 30. Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc. 31. Hæc autem scripta sunt, vt credatis, quia Iesus est Christus Filius Dei: & vt credentes, vitam habeatis in nomine eius.

VERS. I.

VNA, id est prima die, sabbati] id est, post sabbatum, vel sabbati, id est hebdomadae (hæc enim à potiore die sabbati vocatur sabbatum) putà die Dominica, siue die Paschatis, quo Christus resurrexit. Vide dicta Matth. 28. vers. 1.

MARIA MAGDALENA VENIT] cum sociabus, quas nominant Marthæus, Marcus & Lucas; sed hic sola nominatur, quia ipsa ceterarum erat dux omnibus feruentior & operosior.

CVM ADHVC TENEBRÆ ESSENT] mistæ luci orienti, putà in aurora, siue in profundo diluculo, vt ait Lucas. Nota hic diligentiam, vigilantiam, ardorem S. Magdalene. In aurora quærit Christum, hinc prima eum quasi solem orientem videre meretur. Audi S. Ambros. in tit. psal. 55. Pro susceptione matutina. Hanc, inquit, matutinam susceptionem possumus ascribere Marie Magdalene, quæ matutine ac diluculo ad monumentum vigilans, Saluatoris resurrectionem Domini prima suscepit: & clarescente mundi sole, solis insuetæ ortum præ omnibus sola cognouit. ac susceptione quidem matutina gausa est diem redditum, sed magis gausa Christum à mortuis suscitatum: atque in ipsa completa est propheta: Ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinam lætitia.

AD MONUMENTVM] vt Iesum sepultum vngeret, ait Nonnus.

ET VIDIT LAPIDEM SVBLATVM] atque angelos dicentes Christum resurrexisset: sed Magdalena hoc non credidit, nec intellexit; vnde festina anhela recurrens ad Petrum & Ioannem ait: Tulerunt Dominum meum, id est de sepulchro ablatum est corpus Iesu Domini mei, nescio à quo, & vbi collocatum sit. Vide ordinem & seriem totius rei gestæ, quem recensui Matth. 28. v. 8. Appositè S. Hieron. epist. 150 ad Hedibiam: Error mulieris, ait; cum pietate sociatus est: pietas in eo, quod desiderabat eum, cuius nouerat maiestatem: error in eo, quod dicebat, Tulerunt.

VERS. 2.

CVCURRIT ERGO, ET VENIT AD SIMONEM PETRVM, tamquam Apostolorum primum, & ià à Christo designatum suum vicarium & successorem, Matth. 16. ET AD ALIVM DISCIPVLVM QVEM AMABAT IESVS] Ad Ioannem quem sciebat à Christo præ alijs diligere, ac proinde fore diligentior in exquirendo Christi corpore, quod ià de sepulchro sublatum deprehenderat, præsertim quia viderat Ioannem secum assistere cruci, ac proinde magis curaturum & indagaturum corpus Christi.

CVRREBANT AVTEM DVO SIMVL] Præ ceteris cucurrerunt, qui præ ceteris amauerunt, ait S. Gregor.

VERS. 4.

PRÆCVCURRIT] quia iunior, agilior, & cupidior videndi corpus Christi, quod paulò antè viderat ita deformatum in cruce.

VERS. 5.

ET CVM SE INCLINASSET, VT PROSPICERET IN SEPULCHRVM, VIDIT POSITA LINTEAMINA, scilicet fundonem cui inuolutum fuerat Iesu corpus in sepulchro: NON TAMEN INTROIUIT] reuerentiâ deferens Petro quasi seniori & digniori, vt is prior introiret, ait Lyran. aut timore impeditus, & sacro quodam horrore corporis Christi ibidem sepulti correptus.

VERS. 6.

VENIT ERGO SIMON PETRVS SEQVENS EVM, ET INTROIUIT IN MONVMENTVM] Petrus, ait Chrysof. vt feruidus introit, & diligenter vniuersa inspicit: iam enim milites sepulchri

A custodes, viso angelo & terræ motu percussu auferantur & se absconderant, ita S. Hieron. q. 6. ad Hedib.

VERS. 7.

ET VIDIT LINTEAMINA POSITA, ET SVDARIVM QVOD FVERAT SVPER CAPVT EIVS (vultum obtegens, vt mortuis fieri solent honestatis causa) NON CVM LINTEAMINIBVS POSITVM, SED SEPARATIM INVOLVTVM IN VNVM LOCVM] Signum hoc resurrectionis erat, ait Chryf. non enim si transfuissent corpus nudasset, nec si essent furati, de hoc fuissent solliciti, vt sudarium inuoluerent, & seorsum ponerent, ideo Ioannes præmisit sepulchrum cum myrris, quæ conglutinat corpori linteamina, vt ne deciperis à dicentibus furto sublatum; quis enim sui circa rem perfluam tantum laboraret?

VERS. 8.

TUNC ERGO INTROIUIT ET ILLE DISCIPVLVS, QVI VENERAT PRIMVS AD MONVMENTVM] Myflicè, S. Gregor. homil. 22. per Petrum accipit Synagogam Iudeorum, per Ioannem Ecclesiam Christianorum. q. d. Venit Synagoga prior ad monumentum, sed non intravit quia legis quidem præcepta & prophetias de passione Domini accipit, sed credere in mortuum noluit: secuta posterior Ecclesia Gentium mediatorum Dei & hominum Iesum Christum, & cognouit carne mortuum, & credidit vitam Deum.

Tropol. Toletus, Per Ioannem, ait, omnes Christiani, per Petrum Pontifices Christi vicarij significatur, prior ingreditur Petrus, quia dignitate omnes antecellit Christianos Christi vicarij: at posterior peruenit Ioannes, quia fieri potest, vt qui prior est dignitate, sit posterior merito & sanctitate.

ET VIDIT, ET CREDIDIT] uterque, scilicet Petrus & Ioannes, credidit, inquam, non Christum resurrexisset, sed Magdalenam verum dixisset, scilicet corpus Christi esse de monumento sublatum, ait S. August. Theophyl. & Iansen. Addit Cyrill. Chrysof. Euthym. & Nyffen. orat. de resurrectione, utrumque credidisse, quod Christus resurrexerat. Planius & verius est, hæc verba ad solum Ioannem, non ad Petrum spectare. q. d. Ioannes visis linteaminibus & sudario seorsum inuolutum, memor fuit Christum prædixisse se tertio die resurrecturum: quare prædixisse Christi cum his signis conferens, credidit eum resurrexisset: Petrus vero ob resurrectionis nouitatem, & ingens Christi rediitui videndi desiderium tardius id ipsum credidit. Vnde signanter angelus ait mulieribus Dicite discipulis eius, & Petro, Marci 16. 7.

VERS. 9.

NONDVM ENIM SCIEBAT SCRIPTVRAM QVIA OPORTEBAT EVM A MORTVIS RESVRGERE] Refert hæc ad rō credidit. q. d. Tunc primum Ioannes credidit Christum resurrexisset, cum antè nec ipse, nec alij Apostoli id credidissent, quia nondum intelligebant Scripturas quæ eum resurrecturum prædixerant. Licet enim Christus ijs asseuerasset se resurrecturum, tamen ob rei nouitatem & magnitudinem ipsi id non capiebant, sed putabant Christum loqui figuratè & parabolicè, vti facere solebat.

VERS. 10.

ABIERVNT ERGO ITERVM DISCIPVLI AD SEMETIPSOS] Arabicus & Syrus, ad locum suum. q. d. Petrus & Ioannes viso Christi sepulchro vacuo redierunt domum, Petrus admirans, Ioannes credens eum resurrexisset: sola Magdalena ad sepulchrum remanente, vt certius quid de Christi dilecti sui corpore cognosceret.

Ita

Ita S. August. tract. 121. Vnde consigit vt cum tum sola videret, qui remanserat vt quæretes; quia nimirum virtus boni operis perseverantia est, ait S. Gregor. homil. 25.

VERS. 11.

MARIA AVTEM STABAT AD MONVMENTVM FORIS, PLORANS] Licet enim iam antè prospexisset, & sepulchrum corpore sublato vacuum vidisset; tamen iterum iterumque prospexit. Nam vt ait S. Greg. hom. 25. Amantem semel aspexisse non sufficit, quia vis amoris intentionem multiplicat inquisitionis: perseverant, vt quæretes; unde & contigit, vt inueniret: factumque est, vt desideria dilata crescerent, & crescentia caperent quod inuenissent.

VERS. 12.

ET VIDIT DVOS ANGELOS IN ALBIS, SEDENTES, VNVM AD CAPVT, ET VNVM AD PEDES, VBI POSITVM FVERAT CORPVS IESV] Omnia hæc, scilicet angeli, vestes albæ, sessio, symbola sunt resurrectionis & gloriæ Christi, ad eamque credendam præparant animum Magdalene. Porro vnus sedet ad caput, alter ad pedes Christi, vt significet tam pedes, quam caput & intermedia membra, id est, totum Christi corpus resurrexisset; & angelorum habitum, immortalitatem & gloriam per resurrectionem induendo ad angelorum consortium transfisse, ideoque in sepulchro duos hos angelos quasi custodes reliquisset, qui id ipsum Magdalena nunciarent.

VERS. 13.

MYSTICÈ, Origen. Angelus ad pedes, ait, vitam ætèrnâ; angelus ad caput vitam contemplatiuâ representat. Vtraque enim est ex Iesu, circa Iesum, per Iesum, & propter Iesum.

VERS. 14.

DICVNT EI ILLI: MVLIER, QVID PLORAS?] q. d. Non est plorandi iam locus, sed ridendi & gaudendi, quia nullum hic dilecti tui corpus mortuum vides; inde enim colligere debes Iesum tuum resurrexisset, ac iam non inter mortuos, sed inter viuos, imò inter gloriosos angelos, quales nos sumus, vitam beatam, & cælestem agere.

VERS. 15.

DICIT EIS: QVIA TVLERVNT DOMINVM MEVM, ET NESCIQ VBI POSERVNT EVM] q. d. Tres ob causas ploro. Primò, ob tam indignam eandem & mortem Domini mei Iesu Christi. Secundò, ob corpus eius de sepulchro ablatum: hoc enim si viderem oscularer, plorarem, vngerem, itaque nonnihil dolorem meum lenirem. Tertio, quia nescio quò illud transfulerunt: nescio vbi illud requiram. Si enim id scirem, illic eò accurrerem, illudque amplecterer, & distuauirer. Vide hic vt Iesus animas diligentium se finat ad tempus in tenebris ignorantia, vt sui desiderium in eis acuat & accendat, illudque acutum & accensum plena deinde sui reuelatione consolatur & lætificet.

HÆC CVM DIXISSET, CONVERSA EST RETRORSVM, ET VIDIT IESVM STANTEM: ET NON SCIEBAT QVIA IESVS EST] Nota Christi Cornel. in Ioannem.

stus apparuit à tergo Magdalene, ita vt angeli in eum insipientes ruerent, & caput illi inclinarent, aliaque reuerentiæ & adorationis signa ei exhiberent: hæc fuit occasio, vel causa, cur Magdalena conuerterit se retrorsum, vt videret, quis ille esset quem angeli tam reuenter salutabant. Ita S. Chryf. hom. 85. & S. Athanas. vel quisquis est Auctor q. 78. ad Antiochum. Alij putant Christum pedibus strepitum à tergo Magdalene excitasse, vt ipsa se retrorsum ad Christum strepentem conuerteret.

ET VIDIT IESVM] Nimirum prima meretur gaudia, quæ plus ardebat ceteris.

ET NON SCIEBAT QVIA IESVS EST] quia alia specie, scilicet hortulani, ei apparebat, vt i euntibus in Emmaus specie peregrini. Gloriosa enim corpora possunt apparere ea specie & formâ quâ volunt, idque faciunt non mutando ipsam sui vultus figuram & formam, sed impediendo ne hæc vultus figura integras sui species; sed refractas, dimidiatas & distractas ad oculum inuentis iaciat. Egit hoc Christus, ne ocium aspectu eam percelleret, ait Chrysof. Rursum quia ipsa feruebat amore Iesu, hinc Iesus ei apparet: sed quia non credit Iesum viuere, vt angeli ei dixerant, hinc Iesus nonnihil se ei abscondit, & talis apparuit ei exterius, qualis erat in corde ipsius interioris. Ita S. Greg. hom. 23. agens de discipulis euntibus in Emmaus, quibus Christus apparuit vt peregrinus.

DICIT EI IESVS: MVLIER, QVID PLORAS?]

QVEM QUÆRIS?] Audi S. Ambr. lib. 3. de Virgin. enucleatè singula expendentem: Mulier cur ploras? Qui non credit, mulier est: nam qui credit, in viri perfectum resurgit, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Mulier, inquit, non de sexu, sed de cunctatione cōiugium est; & bene mulier, quæ nutabat, quia Virgo iam crederet. Quid ploras: id est, in tibi es causa plorandi, quæ es Christo incredula. Ploras quia Christum non vides: crede & videbis, adest Christus, nec unquam ijs à quibus queritur deest, non lacrymis opus est, sed fide præpra & Deo digna: noli cogitare mortalia, & non plorabis, noli cogitare peritura, & stendi causam habere non poteris. Corde inde ploras, vnde alij gratulantur. Quem quæris? non vides quia Christus adest?

Scriptis de Magdalena insignem pijsque affectibus plenam Origenes homiliam, in qua inter cetera ait: Amor faciebat eam flere, & dolor coegit eam plorare. Scabat, & circumspiciebat se forte videret quem diligebat. Plorabat vero quia sublatum existimabat quem quærebat. Dolor renouatus erat, quia prius doluerat defunctum, & nunc dolebat sublatum. Et ille dolor maior erat, quia nullam consolationem habebat. Et nonnullis interiectis fontem doloris aperit dicens: Petrus & Ioannes timuerunt, & ideo non steterunt. Maria autem non timebat, quia nihil suspicabatur sibi superesse quod timere deberet. Perdidit enim magistrum suum quem ita singulariter diligebat, vt præter ipsum nihil posset diligere, nihil posset sperare. Perdidit vitam animæ suæ, & iam sibi melius arbitrabatur fore mori quam viuere, quia forsitan inueniret mortuum, quem inuenire non poterat viuens, sine quo tamen viuere non valebat. Fortis est vt mors dilectio. Quid enim aliud faceret mors in Maria? facta erat exanimis, facta insensibilis, sentiens non sentiebat, videns non videbat, audiens non audiebat: sed neque ibi erat

Christus apparet Magdalena.

Handwritten mark

A ubi erat, quia tibi erat ubi magister erat, de quo. *ta-*
men ubi esset nesciebat. Non quæro angelos, quia possum
dolorem meum augere, non delere, sed meum & ange-
lorum Dominum. Et post plura, quæ in hanc rem
sanctis affectibus astuantia interlerit, subiicit: Ar-
gustie mihi sunt undique & quid eligam ignoro. Si iux-
ta monumentum maneo, ego illum non inuenio: si à mo-
nimento recessero, nescio infelix quid vadam, nescio ubi
eum queram. Dissedere à monumento, mors mihi est:
quare ad monumentum irremediabilis dolor est. Melius
autem mihi sepulchrum Domini custodire, quam ab eo
longius ire. Si enim longius abiero, forte cum rediero, ip-
sium sublatum inueniam & sepulchrum destructum. Sta-
bo igitur & hinc moriar, ut saltem iuxta sepulchrum Do-
mini mei sepeliar. Reuertere, reuertere dilecte mi, reuer-
tere dilecte vororum meorum. Denique ista subiun-
git: Dulcis magister, ad quid, quæso, prouocas spiritum hu-
ius mulieris? ad quid commoues animam eius? Tota per-
det in te, tota manet in te, tota sperat de te, & tota de-
sperat de te. Ita querit te, ut querens nihil querat, nihil
cogitet præter te. Ideoq; forsitan non cognoscit te, quia
non est in se, sed propter te est exiit a se. Cur ergo dicit:
Quid ploras? Quem queris?

B ILLA EXISTIMANS QVIA HORTVLANVS ESSET
(horti in quo erat sepulchrum Iesu) DICIT EI]
Non quod appareret Iesus lignonem aut sarcu-
lum manu tenens; sed, quod Theophyl. & Eu-
thym. aiunt, à communi & viliori habitus, & quia in
hortu erat, arbitrata est hortulanum esse (nam de mi-
litum absconforum præsentia nihil sciuisse vide-
tur) quodque sine pallio vt verisimile est, appare-
ret quasi domi esset. Sciebat Iosephum, Arima-
thæum horti, dominum illic nō habitare; putauit
ergo eum esse, cui colendi & custodiendi horti
ingumbere cura. Ita Franc. Lucas. Pergit Orige-
nes: *O Maria si queris Iesum, cur non cognoscis Iesum?*
Et si cognoscis Iesum, quid queris Iesum? Ecce Iesus venit
ad te, & quæ queris, querit à te, Mulier quid ploras? Et
tu eum hortulanum existimas, vt ipsum non cognoscas.
Item Iesus est & hortulanus, quia ipse seminat omne
semen bonum in orto anime tue, & in cordibus fidelium
seruorum. Vnde S. Greg. hom. 25. An nō ait, ei hor-
tulanus erat, qui in eius pedore per amoris sui semina
virtutum virentia plantabat.

C DOMINE, SI TV SVSTVLISTI EVM DIGITO
MHI, VBI POSVISTI EVM ET EGO EVM TOL-
LAM] *Eum? Quem? nec enim eum nominat, sed*
Iesum, quo plena erat, intelligit. Ita S. Thomas,
& alij, qui dicunt hunc esse affectum vehemen-
ter amantium, vt de quo ipsi cogitant, putent a-
lios etiam cogitare: licet fieri potuerit, cum eum
prope se videret, existimaret intellexisse quod
ipsa angelis responderat: Quia tulerunt Dominum
meum: quod viderit subindicare Chryf. Audi O-
rigen. Tantis dolor eam inuaserat de morte tua, vt nō
posset cogitare de vita & resurrectione tua. Deniq; Iose-
ph posuit in monumento corpus tuum: Maria sepeli-
uit ibi pariter spiritum suum, & ita indissolubiter iun-
xit, & quodammodo vnuit eum cum corpore tuo, vt
facilius posset separare animam se vniuersantem à vni-
ficato corpore suo, quam spiritum suum te diligentem à
defuncto corpore suo. Spiritus enim Marie magis erat in
corpore tuo quam in corpore suo: cumq; requirebat cor-
pus tuum, requirebat pariter spiritum suum: & vbi per-
didit corpus tuum, perdidit cum eo spiritum suum. Quid
igitur mirum si sensum non habebat, quæ spiritum ami-
serat? Quid mirum si te nesciebat, quæ non habebat spiri-
tum quo scire debebat? Redde ei itaque spiritum suum,

A quem habet in se corpus tuum, & mox recuperabit sen-
sum suum, & relinquet errorem suum.

ET EGO EVM TOLLAM] Quid si sit in atrio
principis sacerdotum? Ego eum tollam. Quid si in
domo Pilati? ego eum tollam: quia omnia vincit a-
mor, qui omnia etiam impossibilia sibi possibilia,
imò facilia reputat. Ita Origen. & Chryf. Licet S.
Hier. q. 5. ad Hedibiam, hæc verba ignorantæ &
inconsiderationis esse putet.

DICIT EI IESVS: MARIA. CONVERSA ILLA
DICIT EI: RABBONI (QVOD DICITVR MAGI-
STER.] Vocauit illam non tantum nomine pro-
prio, sed etiam eo vocis sono, suauitate, gratia &
efficacia, qua eam solebat in vita vocare: inderque
ipsa statim Christum agnouit. Vnde Christi di-
gnationem admirans exclamat Origen. *O mutatio*
dexteræ Excelsi. Conuersus est dolor magnus in gaudium
magnum, mutata sunt lacrymæ doloris in lacrymæ a-
moris. Vbi Maria audivit, Maria: sic enim consueuerat
eam vocare magister suus) per se in nomine quamdã
singularem vocationis dulcedinem, & per eam cognouit
ipsum à quo vocabatur esse magistrum suum. Tunc reu-
xit spiritus eius, & reuersus est sensus eius. Cumq; Iesus
vellet adhuc adiungere, non potuit hæc Maria patienter
exspectare, sed præ nimio gaudio interrupit ea dicens:
Rabboni: Non enim arbitrabatur se indigere verbo, quæ
imenerat Verbum, & longè vilius arbitrabatur tange-
gere Verbum, quam audire qualibet verba. O amor for-
tis & impatiens! Non sufficiebat illi videre Iesum, & lo-
qui cum Iesu, nisi etiam tangeret Iesum: sciebat enim
quia virtus de illo exibat & sanabat omnes.

CONVERSA ILLA DICIT EI: RABBONI, QVOD
DICITVR (interpretatum) MAGISTER.] Conuersa
illa: quia cum Iesus tardaret respondere, illa à Ie-
su auerterat vultum ad angelos, quasi rogatura
ab eis, quis sit ille hortulanus secum loquens, &
cur ei assurrexerit, eumq; tam reuerenter salutari-
rit; sed audiens à Iesu se compellari suo nomine
Maria, ex voce agnoscens Iesum, illico gaudio rap-
ta rursum ad eum faciem totamq; se conuertit.
Vox ergo pastoris penetrans in aures animumq;
ouicula: oculos ei mox aperit, sensus omnes oc-
culti vi & solita dulcedine demulcet, & excitat &
abripit, vt ipsa imperato & inexplicabili gaudio
ebria dicat: *Rabboni*, id est, magister mi, en ego
tua discipula, tua filia spiritualis me totam tibi
dedo, in te rediuius rursus viuo, exulto & iubilō.
Ita Cyrillus, Chrystost. & alij. Quare prouoluta in
genua voluit more suo reuerenter, non caput, sed
pedes tangere, deosculari, & cum ijs dislauari:
sicut Sunanimitis tenuit pedes Elifai Prophetæ
4. Reg. 4. 27. Id liquet ex eo quod Christus id
prohibens, subiicit.

RABBONI] id est, magister mi, sed *to mi* nō addi-
dit Ioānes, quia græcè addi non solet; sicut addi-
tur hebraicè, & syriacè, vbi in eamdem cum Rabbo-
ni, id est, magister, coalescit dictiōnem. Ita Franc.
Lucas. Vnde tam Ioānes, quam Latinus, Syrus
& Arabicus vertunt, magister, omisso *to mi*. Rab-
boni ergo & chald. *Ribboni*, idem est, quod *Rab-*
boni & *Rabbi*, vbi vltimum *iod* accipi potest, vel vt
heemanticum, vel vt pronomen affixum signifi-
cans *mi*. Addit Caninius in Nomin. Hebr. ca. 6.
Rabboni significare magistrum, dominum, prin-
cipem, esseque nomen augustinus quam sit Rabi-
bi. Vnde non nisi post resurrectionem à Magda-
lena Christo glorioso tributum fuisse, cum ante
eam Christus vocaretur dumtaxat Rabbi, Ioan. 1.

DICIT

VERS. 17. DICIT EI IESVS: NOLI ME TANGERE, NON-
DVM ENIM ASCENDI AD PATREM MEVM: VADE
AVTEM AD FRATRES MEOS, ET DIC EIS: ASCEN-
DO AD PATREM MEVM ET PATREM VESTRVM;
DEVM MEVM, ET DEVM VESTRVM.] Difficilis
est hic locus & difficilior connexio. Quæ enim
causa hic significatur, dum ait: *Noli me tangere quia*
nondum ascendi ad Patrem?

Resp. Primò. Primò, S. Augustin. tractat. 1. 21. sic explicat &
conneçit. q. d. *Noli me tangere, quia necdum*
digna es mei contactu: nondum enim in corde
tuo ascendi ad Patrem; quia necdum perfectè
credis, me esse Dei Filium, & ad Deum Patrem
ascendere. Sic ferè & S. Hieron. quæst. 5. ad He-
debiam. Verum, hoc mylticum potius videtur
quam literale; æquè ac est illud S. Leonis, qui
serm. 2. de Ascensione sic exponit: Noli me tange-
re, nondum enim ascendi ad Patrem meum: hoc est, nolo
vt ad me corporaliter venias, nec vt me sensu carnis a-
gnoscas. Ad sublimiora te assero, maiora tibi preparo:
cum ad Patrem ascendero, tunc me perfectius veriusque
palpabis, apprehensurus quod tangis, & creditura quæ
non cernis.

Secundò. Secundò, Cyrillus lib. 1. 2. c. 50. Veruit, ait, sui
contactum, significans neminem ad corpus suum
gloriosum, iam etiam in Sacramento Eucharistiæ
tangendum & sumendum accedere debere, nisi
prius accepto Spiritu sancto, quem hic nondum
miserat, sed 50. post die misit in Pentecoste. Ve-
rùm hac ratione nec alia mulieres, nec Thomas,
nec ceteri post resurrectionem potuissent tange-
re Christum: quod tamen fecerunt.

Tertiò. Tertio, S. Chrystost. hom. 85. Theoph. & Eu-
thym. aiunt Christum prohibuisse Magdalenam
à sui contactu, quia volebat magis reuerenter
quam antè ab ea tangi, vtpote rediuius iam im-
mortalis, caelestis & gloriosus, qui amplius cum
hominibus non versaretur, sed cum angelis &
Beatis. Verum nō apparet quomodo Magdale-
na, quæ summè erat Christi vt amans, sic & reue-
rens, in hac eius reuerentia defecerit, reueretur
enim eum non iam vt mortalem, sed immortalè
& gloriosum. Deinde quid hoc facit ad illud: *Nō-*
dum enim ascendi ad Patrem.

Quartò. Quarto, Iustinus quæst. à Gentibus propo-
situm quæst. 48. & ex eo Toletus, Franc. Lucas, &
alij sic exponunt. q. d. *Noli me tangere: sum e-*
nim iam caelestis, non terrestris: licet enim nec-
dum ascenderim ad cælum, breui tamen eò af-
scendam; volo enim te & alios sensim abducere
à solita mea præsentia & conuersatione. Sed audi
Iustinum: Illud, Noli me tangere, Maria à conseruato-
re dictum est hoc sensu: Noli me sequi, ita vt mecum sem-
per versere ea ratione, qua antequam in cruce agerer.
Volebat enim sensim ac pedetentim discipulos à consueta
dine ad speciem præsentiaq; corporis sui abducere. Itaque
nec semper visus est discipulis, in diebus quibus cum eis in
terra post resurrectionem versatus est, nec omnino se in-
aspectabilem eis præbuit; sed vtrumque intervallo spa-
riose, adhibito faciebat, vt & videretur ipsis, & non vi-
deretur. Verum hæc expositio obscura est, & mul-
*ta supplerè cogitur, ac inuertit *to nondum enim a-**
*scendi, in *to licet enim nondum ascenderim, breui tamen**
ascendam.

Quintò. Quintò ergo, magis connexè & genuinè ex-
ponas, vt *to noli me tangere*, explices in actu om-
nino perfectò. Magdalenam enim tota Christo

A addicta, cum videret eum resurrexisse, ineffabili
gaudio perfusa, accidit ad eius pedes, ibique here-
re volebat, nec ijs deoscularis exlatari poterat.
Quare Christus eam prohibet, iubetq; ne ibi hæ-
reat, sed Apostolis mœstis suam resurrectionem
annunciet. Sensus ergo est. q. d. *Noli me tangere*, id
est, *noli in hoc mei contactu diutius immorari,*
noli in osculis pedum meorum nitens diu distua-
uari: sapius enim postea id tibi facere licebit.
Nōdum enim ascendi. Et hebraismus, hoc est, non-
dum enim ascendo, vel non ascendā tam citò ad
cælum, sed adhuc 40. dies in terra versabor, ac
me vobis videndum tangendumq; exhibebo:
Idcirco propera ad alias mulieres, quæ à sepul-
chro sequentes Petrum & Ioannem, in Ierusalem
ad domos suas redeunt, ac cum ijs illico perge ad
fratres meos Apostolos de mea morte tristes, at-
que dic illis me resurrexisse, & breui in cælum
ascensurum; sed prius ab eis videndum & consa-
lutandum, vt eis tristitiam eximas, eosq; summo
gaudio perfundas: sæpè enim verba Hebræorum
actum non inchoatum, sed continuatum & per-
fectum significant, vt alias ostendi. Ita hunc lo-
cum explicat Vatabl. Emman. Sâ. Suarez 3. part.
disp. 49. sect. 3. Dominicus Bañes 1. pa. qu. 1. art.
10. dub. 6. vbi ait hanc esse communem recentio-
rum sententiam. Sic & Ribera hic. Sciebat, in-
quit, Magdalenam Christum ascensurum in cælum,
nec postea se fruturam eius conspectu, idè oc-
casionem datam tangendi Christum sibi elabi no-
luit. Sed Christus illi ait: *Noli me tangere*, q. d. Ad-
huc habebis tempus me tangendi, & alloquendi:
adhuc enim sum in terra, necdum ascendi in ca-
lū. Quare noli hinc morari, sed gaudio quo frue-
ris, fac, vt eodem fruatur Apostoli mei. Neque
enim fas est te in summo hoc resurrectionis meæ
gaudio solam versari, & Apostolos meos mœstia
tabelcere. Vnde postea Christus permisit se
ab ea & sociabus tangi, dicens. *Aneto: ille autem*
accesserunt, & tenuerunt pedes eius. Mart. 28. 9. quia
iam erant in via, vt nunciarent Apostolis Chri-
stum resurrexisse.

Porro Christus dicens, *Nolite me tangere*, digi-
tis frontem Magdalene tetigit, illique eorum
vestigia impressit. Audi Siluestrum Prieratem ap-
ud Surium in Vita S. Magdalene. Cum anno
Domini 1497. deuotionis gratia antrum, in quo
pœnituit B. Maria Magdalenam, & sacras eius reli-
quias apud S. Maximum visitassem, ostensum
est mihi pluries sacrum & venerabile caput eius,
grande valdè, & totum vndique vsque ad os de-
nudatum, exceptâ eâ parte frontis, quam Salua-
torem omnium diximus tetigisse: ibi enim pellis
ad instar Æthiopiæ clare apparet; & in pelle
duæ fossæ duarum extremitatum digitorū: qua-
rum altera multò est reliqua euidentior atque
profundior, & sub pelle caro ad albedinem de-
clinans.

Secundò, morale causam dat S. Epiphanius
hæresi 26. quod Christus, vt daret nobis exem-
plum purissimæ & perfectissimæ castitatis, no-
luit permittere vt Magdalenam hinc, vtpote mu-
lier, sola solum se tangeret; paulò verò post in
præsentia aliarum mulierum id permisit. Vnde
hoc Christi exemplum secuti sunt S. Augustinus,
S. Ambrosius, S. Martinus, S. Chrystostomus, S.
Borromæus, plurimiq; alij, qui nunquam cum
mulie-

Magdalena
frontis Chri-
sti digitos
suos impres-
sit.

mulieribus nisi alijs presentibus loqui voluerunt, vt testes haberent suae integritatis.

Tertio, allegoricam causam dicit Rupertus: Maria, ait, hic gessit typum Ecclesiae e Gentibus vocanda & congreganda, qua contactu non corporali, vt Iudaei, sed spiritali, hoc est fide, ad Christum post ascensionem eius erat peruentura, qua de re multa habet Chrysologus ser. 75. & sequent.

Denique valde probabile est quod docet S. August. lib. 3. de Consensu Euang. ca. 24. Theophyl. & Euthym. in c. vlt. Matthaei, ac S. Hieron. epist. 150. ad Hedibiam qu. 5. scilicet Magdalenam viso hic Christo, post eius alloquium eo disparente festinasse, gressumque accelerasse, ac affectum fuisse mulieres socias, quae Petrum, & Ioannem redeuntes secuta domum reuertebantur: ipsae enim, quia moesta, dubiae & fluctuantes, quid actum esset de corpore Christi, lente & tardè incedebant. Illas ergo festinas affecta est Magdalena, ibique Christum omnibus apparentem rursum vidit, adorauit, & tergit pedes eius, idque satis insinuat Matth. c. vlt. v. 9. esto id neget Toletus.

Tropologicè, hic discere gratius esse Christo, vt quis moestis vel afflictis in graui tristitia, angore, dolore & afflictione constitutis assistat, quam sibi, ad eò vt coniectionem & Misiam quoque in die festo postponat auxilio aegroti vel afflicti, cui necessitas & pietas, vel charitas illud exigit, iuxta illud: misericordiam volo, & non sacrificium, Osee 6. 6. & Matth. 9. 13. Vide ibi dicta.

Symbolicè, S. Bernard. ser. 5. in festo omnium Sanctorum: Noli me tangere, ait, nondum enim ascendi ad Patrem meum; verbum gloria est. Nempe filius sapiens gloria patris. Noli ergo, ait gloria, noli me tangere. Noli interim querere gloriam, fuge potius, & vide me me omnino tetigeris, donec perueniamus ad Patrem, ubi sit gloriatio, omnis iam securus.

VADE AUTEM AD FRATRES MEOS] Christus Apostolos vocat fratres ex mera mira que dignatione, cum eorum sit caput, dominus & princeps, non tantum qua Deus, sed etiam qua homo: quia scilicet omnes homines sunt fratres ratione naturae humanae, quam eandem traxerunt ex primo parente Adamo, & quia filij sunt eiusdem Dei patris per gratiam. Proprie verò, quia erant Apostoli: Apostoli enim inter se erant fratres. Christus autem erat Apostolus, id est legatus à Patre in mundum missus ad praedicationem Evangelicam, in qua Petrum, Ioannem, & ceteros quasi fratres sibi associauit. Sic Pontifex Cardinales & Episcopus vocat fratres, cum sit eorum Superior & Hierarcha. Dicit hoc Christus, vt Apostolos ob fugam pusillanimes animet, & irispem erigat. q. d. Esto ipsi me in passione deseruerint; ego tamen eos non desero, sed amo vt fratres, imò propterea resurgendo carnem humanam relumpsi, vt me fratrem eorum ostendam, iuxta illud: Quando magnus es, humilia te in omnibus, Eccli 3.

ET DICIT EIS: ASCENDO AD PATREM MEVM, ET PATREM VESTRVM; DEVM MEVM, ET DEVM VESTRVM] q. d. Dico Apostolis vt recorderentur illius quod eis ante passionem dixi, scilicet me post paucos dies ascensurum in caelum ad Deum Patrem.

Dicit autem, Patrem meum, & Patrem vestrum.

Meum natura, ait S. Aug. vestrum gratia, vt ostendat se esse fratrem eorum, vt pote qui communem cum eis habeat Deum Patrem, sed hic naturalem, illi adoptiuum. Ita S. Ambros. lib. 3. de Virgin. Porro S. Hilar. lib. 1. de Trinit. Est ei Pater, ait, vt ceteris ex ea parte quae homo est, & Deus est vt cunctis, ex ea natura qua seruus est. Vide aut; Vade ad fratres meos: unigenitus enim Deus sine fratribus est. Planius dicas Christum vocare Patrem & simul Deum, vt per Patrem meum suam naturam diuinam per Deum meum naturam humanam à se assumptam ostendat, quodque idem ipse verus Deus sit & verus homo. Ita S. Ambr. loco citato, iuxta illud Hebr. 2. Qui enim sanctificat, & qui sanctificatur, ex vno omnes propter quam causam non confunditur fratres eos vocare, dicens: Narrabo nomen tuum fratribus meis.

Sensus ergo est, q. d. Dic Apostolis vt timorem & moestitiam deponant: ego enim iam à morte resurrexi, eosque vt fratres, amo, ideoque mox in caelum ascendam, vt eis ibidem parem locum, ipsique me eò sequantur, vt que inde mittam eis Spiritum sanctum, qui eos faciat heroicis Evangelij mei praedicones.

VENIT MARIA MAGDALENE ANNUNCIANS (Syrus, euangelizauit) DISCIPVLIS: QVIA VIDI DOMINVM, ET HEC DIXIT MIHI] En Magdalena hic à Christo fit Apostolorum apostola & euangelista. Vnde ipsa post resurrectionem Christi à Iudaeis pulsa in exilium, & Massiliam appulsa, ibidem incolarum fuit apostola. Meruit hoc incenso suo in Christum amore, fide, constantia, per quam ipsa sola Apostolis remanentibus, ante solis ortum, eius sepulchrum adiit, & indefessa apud illud permanit, donec Iesum suum videret.

CVM ERGO SERO ESSET DIE ILLO, VNA SABBATORVM, ET FORAS ESSENT CLAVSAE, VBI ERANT DISCIPVLI CONGREGATI PROPTER METVM IVDÆORVM: VENIT IESVS, ET STETIT IN MEDIO, ET DIXIT EIS: PAX VOBIS] Vna sabbatorum, id est, prima die hebdomadae, ante solis ortum, siue die Paschatis, qua Christus resurrexit. Vide dicta Matth. 28. 1.

ET FORAS ESSENT CLAVSAE] Calvinus ait Christum fores clausas aperuisse, vel certe per fenestram apertam ingressum esse, ne cogatur penetrationem dimensionum admittere, quodque duo corpora possint esse in eodem loco, vti in Eucharistia totum Christi corpus est in loci puncto. Idem de corpore Christi hic censet Durandus in 4. dist. 44. q. 6. putat enim me diuina quidem potentia fieri posse vt duo corpora se penetrarent. Verum contrarium omnino hic significat Ioannes: idcirco enim ait fores fuisse clausas, vt per illas Christum penetrasse significet, vt penetravit clausum matris vterum nascendo, & lapidem sepulchri resurgendo, idque vt ostenderet omnipotentiam suae diuinitatis, ac dotes resurrectionis & corporis gloriosi. Ita omnes Patres & ceteri interpretes Orthodoxi, quos fuscè hic citat Adamus Contzen, Maldon. Bellarm. controu. de Eucharistia lib. 3. ca. 6. & alij. Audi ex eis praecipuos. Ex Latinis, S. August. partim serm. 159. & 160. de Temp. partim epist. 3. ad Voluf. Moli corpora, inquit, ubi diuinitas erat, ostia clausa non obstituerunt. Ille quippe eis non aperis intrare potuit, quo nascente virginitas Matris inuiolata germansit. Hic si ratio quaritur, non erit mirabile: si exemplum

posuitur,

VERS. 18.

VERS. 19.

Appariti
Christi post
resurrectionem
iannu clausa
fit.

posuitur, non erit singulare. Demus Deum aliqui posse, quod nos faciamur intelligere non posse. In talibus rebus tota ratio facti est potentia Creatoris. S. Ambr. in cap. 24. S. Luca: Clausis omnibus per inuita sepra corporibus, inoffensa compage corpus insertum est: & ideo mirum quomodo se natura corporea per impenetrabile corpus insuderit, inuisibili aditu, visibili conspectu, &c. Nò ergo per corpoream naturam, sed per resurrectionis corporeae qualitatem imperua vst, clausa penetrant. S. Hilar. post medium lib. 3. de Trinit. Et cum eo clausam domum intelligentiae tuae visus introcat. Integra sunt omnia & obseruata. sed ecce assistit medius, cui per virtutem suam vniuersa sunt perua.

Ex Graecis Iustinus in respons. ad quaestiones à Gentibus propositas resp. 117. Vt Dominus, inquit, non corporis in spiritum mutationem in mari ambulauit, sed diuina sua vi mare quod ambulando traieci non potest, peruenit fecit, non solum corpori suo, sed etiam Petri: sic diuina sua vi & ex monumento exiit, cum Iaxum in monumentum positum esset, & ad discipulos ingressus est oclusis foribus. S. Epiphani. haeresi 64. Origenis longè post medium: Quemadmodum, inquit, Dominus noster resurrexit ex mortuis, non aliud corpus suscitans sed ipsum quod erat: & non aliud ab eo quod erat, sed ipsum quod erat in spirituale subtilitatem transmutans, & spirituale totum cõmuniens, ingressus est per fores clausas: id quod fieri nequit hic in nostris corporibus propter crassitudinem, & quod nondum in spirituale subtilitatem sint cõmunita. S. Cyrill. in hunc locum: Clausis foribus repente Dominus omnipotentia sua, natura rerum superata, ingressus ad Discipulos est, &c. Nam cum Deus verus sit, rerum naturae non subiaceat. Euthym. ex S. Chryostom. Iamuis non pulsant ne turbarentur, sed clausis ijs introiit tamquam Deus.

Tropol. Christus apparet eis qui fores mentis mundo & carni ocluserunt, eisque adueniens suauissimam, nec expectatam dat pacem. Ita S. Gregor. lib. 4. in lib. 1. Reg. c. 5. Clausas, ait, iamuis habent, qui contra humani lapsus negligentiam, officia corporis sub forti custodia stricta retinent. Intus estiam sunt, quia in interna dilectione superuicè vitæ requiescunt. Quibus profecto resurgens Dominus apparet: quia eius gloriam tanto claris aspiciunt, quanto per mundi contemptum passionis eius mysterium strictius sequeuntur. Et etiam repleri Spiritu sancto quasi in domo possunt, quia illi percipiunt abundantem gratiarum eius dona; qui ad ea percipienda sese visibilia commendando parauerunt.

ET STETIT] repente se stetit, & visibilis apparuit sine prauiò aduentus sui signo. Nonnus. stetit, vt penna vel cogitatio, id est ea velocitate, qua volat aus vel cogitatio, se praesentem exhibuit.

IN MEDIO] Id est inter Apostolos. Tropologicè S. Bern. serm. 6. de Ascens. Falle-rit, inquit, Thoma sancto, falleris, si videre Dominum speras ab Apostolorum collegio separatus. Non amat veritas angulos, non ei diuersoria placent. In medio stat, id est disciplina communi, cõmuni vitæ, cõmuni studijs delectatur.

ET DIXIT EIS: PAX VOBIS] Est Hebraeorum visitata salutatio, qua ijs quos salutant omne bonum appercantur, Pax enim affert omne bonum, bellum verò omne malum, vti dixi Coloss. 3. 15. & alibi.

VERS. 20. ET CVM HEC DIXISSET, OSTENDIT EIS MANVS ET LATVS] Nota. Ex hoc versu, & clarius ex v. 27. liquet: Christum post resurre-

ctionem in corpore suo glorioso seruasse quinque vulnerum suorum non solum, cicatrices, sed etiam foramina, idque verè, non fictè, vt contra Porphyrium docet S. Augu. 49. ad Deo gratias. Quare vulnera hæc non impleuit carne gloriosa, quæ speciem clauis haberet (vt factum esse in eorumdem stigmatibus impressis S. Francisco, narrat S. Bonauent. in eius Vita) sed ea aperta seruauit, vt patet ex vers. 27. Vbi Thomas in ea iussu Christi suum digitum & manum immisit. Idque fecit Primò, vt hæc irrefragabilia essent signa & argumenta veritatis corporis & resurrectionis ipsius, scilicet ipsum verum habere corpus, verè que à mortuis resurrexisset. Ita Cyrillus & Leontius. Audi S. Aug. Clavis manns eius fixerant, lancea latius eius aperuerat ubi ad dubitantium corda sananda, vulnerum sunt seruata vestigia.

Secundò, in signum & trophæum victoriæ de peccato, mundo, carne & diabolo per passionem suam partæ. Ita S. Aug. & S. Ambr. in ca. vlt. Lucae.

Tertio, ad maiorem in nobis fiduciam excitandam, eò quòd Christus vulnera hæc Patri exhibens, per ea pro nobis interpellet, & omnia impetret. Ita S. Anselm. in c. 9. ad Hebr. & Cyprian. ser. de Baptismo Christi.

Quarto, ad accendendum nostrum amorem, vt Christum pro nobis vulneratum imitemur & redamemus, ac pro eo vicissim vulnera quaeribet, mortemque ipsam libenter suscipiamus. Ita S. Ambros. loco citato, & S. Gregor. in Cant. ca. pit. 2.

Quinto, vt ijs Christus iudex in die iudicij Iudæorum & reproborum impietatem & ingrati tudinem redarguat, quòd tantam neglexerint gratiam. Ita S. Aug. Passim enim Theologi cum S. Cyrillo lib. 1. 2. c. 58. docent Christum vulnera hæc ascendendo in caelum intulisse, ibique in æternum ea seruaturum, idque colligitur ex Zach. 13. 6. & Ioan. 19. 37.

Porro speciali Dei miraculo factum est, vt illa vulnerum foramina in Christo non impediât, quo minus nerui & arteriæ continuæ sint, optimèque dispositæ, tum ad continentem sanguinem, tum ad omnes actiones & motus vitæ à Christo obeundos. Vide Suarez 3. p. q. 44. art. 4. disp. 47. sect. 2.

Hinc consequenter S. Augu. lib. 22. de Ciuit. c. 20. opinatur in Martyribus simili modo manfuras vulnerum, quæ acceperunt, cicatrices, quales cerimus in plagis iam sanatis (nec alia S. Augustin. ibidem videtur ponere in Christo) non enim ijs, quibus abscissum est caput aut alia membra, aliter manere possunt in corpore integro & glorioso, nisi per sui signa & cicatrices. Audi S. August. Nescio autem quomodo sic afficiunt amore Martyrum beatorum, vt velimus in illo regno in eorum corporibus videre vulnerum cicatrices, quæ pro Christi nomine pertulerunt? & fortasse videbimus. Non enim desormidas in ijs, sed dignitas erit, & quæ ad quamuis in corpore non corporis, sed virtutis pulchritudo fulgebit, nec ideo tamen aliqua Martyribus amputata & ablata sunt membra, sine ipsis membris erunt in resurrectione mortuorum: quibus dictum est. Capillus capitis vestri non peribit. Additque: Non sunt deputande vitia virtutis inducia.

Videtur hoc de Martyribus negare: S. Cyrillus lib. 1. 2. 58. sed verè non negat: quia non loquitur

Christus ser uauit vul nerum foramina: Cuius Causa Prima.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

quitur de Martyribus, sed de ijs qui laborant ali- quibus naturæ defectibus. ut luscis, cæcis, surdis: hi enim non cæci & surdi, sed videntes & audientes resurgunt.

GAVISI SVNT ERGO DISCIPVLV, VISO (& ex cicatricibus agnito) DOMINO.] De quo audi S. Aug. 22. Ciuit. 19. Claritas qua iusti fulgebunt sicut sol, in Christi corpore, cum resurrexit, abscondita fuisse potius, quam defuisse credenda est: non enim eam ferret humanus atque infirmus aspectus, quando à suis ita deberet attendi, ut posset agnosci.

GAVISI SVNT] tum quia Christum de morte obquam moriebant, ad vitam relurrexisse videbant: tum quia ab eo omnia bona ab eo promissa, sibi reipsa iam danda sperabant.

VERS. 21. DICIT ERGO EIS IESVS ITERVM: PAX VO- BIS.] Cur iterum? Audi varios, qui varias causas assignant. Interlin. Veratio confirmatio est, dat eis pacem super pacem, sicut promisit per Prophetam. Beda: Reperit quia gemina est virtus charitatis, vel quia ipse est qui fecit utraque vnum. Glossa: Pacem offert, qui propter pacem venerat, iterum ut monstraret per suum sanguinem pacificata, quæ in celis & quæ in terra. Chryl. Quia primum implacabile habebant cum Iudeis, rursus eis pacem annuntiat ut consoletur, simul demonstrans crucis efficaciam, per quam soluit omnia tristitia, & contrahit omnia bona, & hæc est pax. Mulieribus verò supra annuntiatum gaudium, susceperant enim maledictione hanc: In dolore parietis erant in morte.

SICVT MISIT ME PATER, ET EGO MITTO VOS.] Sicut, id est, simili potestate, auctoritate, fine, modo, amore.

Nota. Hac vocula sicut, Christus Apostolos quodammodo sibi æquat & pares efficit, scilicet proportionaliter, ut suos successores & vicarios.

Primo ergo, rō sicut significat similitudinem in officio. q. d. Simili potestate & auctoritate speciali, qua Pater me misit ad instituendam & regendam Ecclesiam, ego pariter vos mitto, ut sitis eius doctores & rectores sicut ego sum: ac potestate habeatis etiam remittendi peccata, sicut ego habeo, ut sequitur. Ita Rupert. Chryl. Cyrill. Theophyl. qui asserunt Christum hæc verbis Apostolos creasse suos vicarios, orbis doctores & pastores, eisque suum officium & auctoritatem, id est, omnem potestatem Ecclesiasticam comunicat: ita cōsequenter eisdem creasse hic Episcopos; licet noster Franc. Turian. ex Ammonio, Theophane, Damiano & alijs velit Apostolos creatos esse Episcopos in Pentecoste. Ita ipse scribens in S. Clementis lib. 6. Constit. Apostol. cap. 11. pag. 227. Bellarm. verò lib. 1. de Romano Pontifice c. 24. ex Turcremata censet solum Petrum ordinatum fuisse Episcopum à Christo, ceteros verò Apostolos ordinatos esse Episcopos à S. Petro. Verum probabilius Suarez opinatur omnes Apostolos ab ipso Christo ordinatos fuisse Episcopos, licet de locis & tempore dubitet. Ita ipse tract. de Fide disp. 1. o. sect. 1. nu. 8. fauet S. Augu. in Quest. noui & veteris testamenti, q. 97. dicens: Ipse enim priusquam in celos ascenderet, imponens nomen Apostolis ordinavit in Episcopos.

Secundò, rō sicut significat similitudinem principij. q. d. Sicut Deus Pater misit me, ita & ego illi par Deus, vos mitto. Ita Theophyl. principium ergo missionis tam Christi quam Apostolorum est à Deo, imò est ipse Deus.

Sicut Pater misit Christum, ita Christus misit Apostolos: quo sensus

A Tertiò, rō sicut significat similitudinem in fine: utriusque enim missi sunt ad eundem finem, scilicet ad fidem propagandam, & ad salutem totius mundi, Ita Cyrill. & Leont.

Quartò, in modo, ut scilicet miraculis vestra dogmata confirmetis, ò Apostoli, sicut ego eadē confirmavi.

Audi S. Greg. Sicut misit me Pater, & ego mitto vos. q. d. Et charitate vos diligo cum inter scandala persecutorum vos mitto, quia me charitate Pater diligit, quem venire ad tolerandas passiones fecit.

HÆC CVM DIXISSET, INSUFFLAVIT, ET DIXIT EIS: ACCIPITE SPIRITVM SANCTVM.] Cur insufflauit? Resp. Primò, ut significaret naturam Spiritus sancti, illumque à se æquè ac à Patre spirari & procedere. Sicut enim homo insufflando in aliquid, ex ore suo halitum siue spiritum suum corporeum alteri immittit: sic Pater & Filius spirando producunt Spiritum sanctum, eique suum spiritum & diuinitatem communicant. Spiritus sanctus ergo est quasi status diuinus, procedens ex spiratione Patris & Filij. Ita S. August. tract. 121. Cyrill. Beda & alij. Porro insufflatio hæc Christi nõ fuit ipse Spiritus sanctus. q. d. Accipite hanc insufflationem, quæ est Spiritus sanctus, sed fuit eius signum. q. d. Accipite in hac insufflatione, siue per hanc insufflationem, ut per signum & causam instrumentalem donum Spiritus sancti.

Secundò, ut significaret Spiritum sanctum sibi & Patri esse consubstantialem, hoc est, consubstantialem, perinde ac halitus insufflando emissus est consubstantialis spiritui illius, qui eum emittit & insufflat. Ita Cyrill. & Leont.

Tertiò, ut ostenderet illum se esse, qui primitus Adæ inspirauit spiraculum vitæ, iuxta illud Genes. 2. 7. Inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem, id est, factus est homo animal viuens: ò enim hic alludit. q. d. Sicut ego quæ Deus olim insufflando Adæ indidit illi animam, quæ dedit ei vitam naturalem & animalem: sic nunc ego vobis insufflando do Spiritum sanctum, qui dat vobis vitam supernaturalē & diuinam. Idem ergo ego, qui fui olim creator hominum, iam sum eorum creator & restaurator. Ita Cyrill. lib. 12. c. 56. Leont. Euthym. & S. Athanasius ad Antioch. q. 64.

Quartò, addit Cyrill. & S. Basilii lib. de Spiritu sancto cap. 16. & ex eo S. Ambros. serm. 20. in psal. 118. Christum hac insufflatione significasse se primitus insufflasse in Adamum non tantum animam, sed & gratiam; sed quia ipse illam peccando perdidit, hinc se insufflando eandem Apostolis, & per eos ceteris hominibus restituere: se ergo gratiæ amissæ esse restauratorem. q. d. Accipite Spiritum sanctum, quem peccando in Adamo perdidistis, eumque per Sacramentum penitentiae penitentibus afflate, ac per eum peccata eorum remittite, eoque vitæ spirituali per gratiam restituite. Audi S. Cyrillum: Primò, per Verbum Deus factus est homo, & inspirauit Deo in eum spiraculum vitæ, Genes. 2. & sui spiritus

VERS. 22.

Christi insufflatio: Cur?

Resp. Primò.

Secundò.

Tertiò.

Quartò.

spiritus

Spiritus participatione, eum munim: verum quoniam per inobedientiam decidit, & primum decus amisit, formauit eum rursus Deus Pater, & in nouam reduxit vitam per Filium, ut ergo ipsum esse discamus, qui initio naturam nostram creauit, & Spiritu sancto signauit, rursus in initio renouanda naturæ sufflatione Spiritum discipulis largitur, ut sicut creati ab initio sumus sic etiam renouemur.

Symbolicè

Symbolicè, hæc insufflatio repræsentat peccatum esse quasi nubem atram. Sicut enim hæc flante vento dissipatur: sic sufflante Spiritu sancto dissipatur omnis peccati nebula, iuxta illud Isaia 44. Deleui ut nubem iniquitatem tuam. Rursum flatus hic repræsentat potestatem iudiciariæ remittendi peccata, quam hic Christus dat Apostolis. Hæc enim exercetur flatu vocis dicentis: Ego te absoluo.

Tropologicè

Tropologicè flatus hic notat, sacerdotem, ut peccata remittat, debere ingenti spiritu, charitate & zelo pollere, quem penitentibus inhalet, ut eos ad veram penitentiam, dolorem & contritionem impellat, per quam eosdem ad remissionem peccatorum dissipat. Ita videmus Confessarios magno spiritu præditos, multos magnosque peccatores spiritu oris sui compungere, conuerrere & sanctificare: ut legitur S. Ambrosium audiendo peccata contentium illacrymari solitum, ac suis lacrymis eosdem ad lacrymas & contritionem commouisse.

Spiritus sanctus quomodo hic datur Apostolis.

ACCIPITE SPIRITVM SANCTVM.] Nota. Apostoli iam acceperant in baptismo & S. Synaxi Spiritum sanctum, erantque iusti & sancti; eius verò plenitudinem ex Christi promissione accepturi erant in Pentecoste, ut per eam Gentes ad Christum conuerterent: tunc enim Spiritus sanctus visibiliter in eos per linguas igneas descendens, eos omnibus donis, ac præsertim efficacia prædicandi, cumulauit. Hæc ergo Christus Apostolis Spiritum sanctum, quem iam habebant, dat ad alium vsum & effectum, quem necdum habebant, scilicet ad remittendum peccata. Accipite ergo Spiritum sanctum, hoc est, accipite potestatem remittendi per Spiritum sanctum peccata; ita Theophyl. Euthym. & Rupert. Id facit ut significet se ad id venisse, iuxta illud Isaia 27. 9. Erise omnis fructus, ut auferatur peccatum; ac se æquè ac Patrem dare Spiritum sanctum. Hinc patet Spiritum sanctum dari non tantum per gratiam gratiam facientem, sed etiam per gratiam gratis datam, qualis est potestas remittendi peccata, quæ datur sacerdotibus etiam in peccato mortali existentibus, dum ordinantur. Nam Spiritus sanctus est primarius auctor, qui in Sacramento operatur, & per illud peccata remittit, etiam si eius minister sit impius. Vide Cyrillum & Chrysol. sic exponunt: Accipite Spiritum sanctum, id est accipite potestatem remittendi peccata per Spiritum sanctum, vobis in Sacramento cooperantem, & peccata remittentem. Rursum per Spiritum sanctum cum S. Augustin. hic, & S. Ambros. ser. 10. in psal. 118. accipias ipsam Spiritus sancti gratiam & charitatem; hæc enim hic à Christo maior & auctior infusa fuit Apostolis, eademque sacerdotibus dum ordinantur infunditur vi Sacramenti Ordinis (nisi ipsi obicere ponant, velintque in peccatis suis perseuerare, vel nolint de

præteritis conteri) ut ritè & sine peccato Sacramentum Penitentiae administrare possint, & peccatores absoluerent. Sacerdos enim qui alios absoluit, à peccato purus esse debet, alioquin peccat, sed tamen penitentem verè absoluit & iustificat. Ex dictis liquet Spiritum sanctum habere primam & summam potestatem remittendi peccata, eamque communicare Apostolis, ac proinde ipsum verè esse Deum. Ita S. Basil. lib. 5. contra Eunom. S. Ambros. lib. 3. de Spiritu sancto c. 19. & Chrysol. hom. 6. in epistol. 2. ad Corinth. Porro eadem potestas communis est toti sanctæ Trinitati, sed appropriatur Spiritui sancto, sicut & bonitas & amor, & omnia opera sanctificationis: Patri verò appropriatur potentia, Filio sapientia, eiusque opera.

Nota Secundò, Spiritum sanctum, eiusque potestatem remittendi peccata hic dari Apostolis, non tam propter ipsosmet, ut potestatos iudices reorum in tribunali penitentiae, quam propter reos penitentes: vnde eadem datur etiam sacerdotibus malis dum ordinantur; sicut potestas iudicandi in foro seculari dari potest iudici impio: si tamen ipsi se per penitentiam ad ordinationis Sacramentum ritè suscipiendum disponant, accipient in eo Spiritum sanctum, etiam ad sui sanctificationem, ut aptiores sint ad alios purè penitentes, sanctificandos, sicut hic factum est Apostolis.

Nota Tertiò, S. Cyrill. & ex eo Maldon. etiã Thomæ licet absenti, hic à Christo inspiratum fuisse Spiritum sanctum, eique collatam fuisse potestatem remittendi peccata; sicut olim spiritus prophetiae per Moysen datus fuit Eldad & Medad, licet absentibus. Num. 11. 26. Verius tamen videtur contrarium. Nam Thomas tunc erat incredulus, ideoque incapax Spiritus sancti, quare Spiritus sanctus, & potestas remittendi peccata Thomæ à Christo data fuit octauo die, cum ei Christus apparuit, & vulnera sua ostendit, itaque eum conuertit. Ita Toletus, Ribera & alij.

Denique Nota hoc Christi exemplum pro caeremonijs Ecclesiasticis. Christus enim caeremoniã insufflandi contulit Apostolis Spiritum sanctum, & potestatem remittendi peccata. Ergo caeremoniæ Ecclesiasticæ non sunt res otiosæ, frivolas & superstitiosas, ut volunt hæretici, sed decoræ, efficaces & religiosæ.

VERS. 23.

QVORVM REMISERITIS PECCATA; REMITTENTVR EIS: ET QVORVM RETINVERITIS, RETENTA SVNT.] Caluinus hoc detorquet ad prædicationem Euangelij. q. d. Quibus prædicaueritis Euangelium, si ipsi ei credant, hoc ipso per fidem remittentur eis peccata. Verum nemo non videt hanc expositionem esse contortam, violentam, ineptam & ridiculam. Nam sic non Apostoli, sed ipsi credentes quasi iudices credendo, per fidem suam sibi ipsis remitterent peccata, quod est absurdum: nemo enim seipso superior, aut sibi ipsi iudex est, ut sibi peccata remittat.

Potestas absoluedi non est prædicatione Euangelij. Prob. Primo.

Secundò, hæc duo, scilicet prædicare Euangelium & remittere peccata, sunt planè diuersa & disparata: prius enim est opus Apostoli prædicantis; posterius verò est actus iudicis iudicantis. Remittere enim peccata est actus iudicialis.

Secundò.

Tertiò.

Ex 110.

Tertio, Euangelium omnibus est predicandum, haecque Caluini absolutio omnibus etiam in ipsi dari potest; Remittuntur tibi peccata si credis Euangelio. Christus autem non omnibus vult peccata remitti, sed aliquorum peccata iubet retineri, scilicet quorum retinenda censuerint & iudicauerint Apostoli, eorumque successores.

Quarto.

Quarto, quia Christus iam ante potestatem predicandi clare dederat Apostolis, eosque ad predicandum miserat, Lucae 10. v. 1. imo eis mandatum dederat predicandi ubique, Math. vlt. & Marc. vlt. 15. Euntes, inquit, in mundum uniuersum, predicate Euangelium omni creaturae. Quorsum igitur hic illud verbum tam obscuris & inintelligibilibus repeteret?

Dico ergo: De fide est hunc locum intelligi debere de Sacramento Pœnitentiæ, in quo sacerdos quasi iudex verè remittit non tantum penas, sed & culpas peccatorum pœnitentium, scilicet que per confessionem accusantium. Id patet ex ipsis verbis, quæ omnia sonant & significant potestatem iudicariam remittendi, aut retinendi peccata pro suo iudicio, hinc à Christo dari Apostolis quasi iudicibus in foro & tribunali conscientiarum. Ita hunc locum intellexere omnes Patres, totaque Ecclesia quouis sæculo, vti definit Conc. Trident. sess. 14. can. 3. Si quis dixerit, inquit, verba illa Domini Saluatoris: Accipite Spiritum sanctum, quorum remisistis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt: non esse intelligenda de potestate remittendi & retinendi peccata in Sacramento Pœnitentiæ, sicut Ecclesia Catholica ab initio semper intellexit; detorsit autem contra institutionem huius Sacramenti ad auctoritatem predicandi Euangelium, anathema sit. Christus ergo hoc loco Sacramentum Pœnitentiæ per modum iudicii instituit, vti definit idem Concilium ibidem c. 1. Dominus, inquit, Sacramentum Pœnitentiæ tunc præcipit in hunc modum, cum à mortuis excitatus inuissit in discipulos suos, dicens: Accipite Spiritum sanctum, quorum remisistis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. Quo tam insigni facto, & verbis tam perspicuis, potestatem remittendi & retinendi peccata, ad reconciliandos fideles post baptismum lapsos, Apostolis & eorum legitimis successoribus fuisse communicatam, uniuersorum Patrum consensus semper intellexit. Patrum testimonia citat Bellarm. li. 3. de Pœnitentiâ c. 2. ac inter alios S. Greg. hom. 26. dicens: Principatum diuini iudicii sortitur ut vice Dei quibusdam peccata retineant, quibusdam relaxent.

Sensus ergo est, q. d. Accipite Spiritum sanctum, per quem trado vobis potestatem ordinis, quam etiam qui est in peccato, habere potest; & simul trado vobis gratiam & sanctificationem, vt dignè & sanctè hanc potestatem exerceatis, non in aliorum solùm salutem, sed etiam in vestram. Quorum remisistis peccata: verè enim remittetis vt ministri mei, & non tantum remissa esse ostendetis, &c. & quorum retinueritis: vel non absoluendo eos, quia ad vos non veniunt, vel quia absolute indigne putabitis, &c. retenta sunt, in celo à Deo.

Obiectio ex S. Cyrillo.

Dices Cyrillus hic exponit hunc locum de predicazione Euangelij. Resp. Cyrillus de ea non exponit id Quorum remisistis peccata, remittuntur eis, sed id sicut misit me Pater, & ego misit vos, sci-

licet ad predicandum Euangelium. Instabis: Cyrillus explicans id quorum remisistis peccata, ait dupliciter remitti peccata, scilicet baptismo & Pœnitentiâ. Resp. Vtrumque verum est, sed & vtrumque non est ad mentem Christi hoc loco: Christus enim loquitur propriè de tribunali Pœnitentiæ. Cyrillus verò sententiâ Christi extendit vterius, scilicet ad baptismum. Nam Christus propriè agit de iudiciaria remissione peccati, qualis non est in baptismo, sed in Sacramento Pœnitentiæ dumtaxat, vti exponunt ceteri Patres & Concil. Trident. locis iam citatis. Vide S. Chryl. hic & li. 3. & 6. de Sacerdotio, vbi ostendit sacerdotes digniores esse non tantum regibus, sed & angelis, quibus potestas remittendi peccata non est concessa.

Porro ex eo quod Christus hic instituit tribunal hoc Pœnitentiæ, consequenter hoc ipso confessionem Sacramentalem sanxit, & iure diuino præcipit; alioqui enim frustra erexisset hoc tribunal. Non enim possunt remitti peccata in hoc tribunali à sacerdote, nisi cognoscantur: cognosci autem non possunt, nisi pœnitens ea confiteatur, quia sæpè sunt occulta, imò in mente abscondita. Quare necesse est vt peccator pœnitens hic accusatoris sui personam subeat, idemque sit reus, accusator & testis contra se, ac à sacerdote quasi iudice peccatorum, de quibus se accusat, & quorum ipsum pœnitentem veniã humiliter flagitet: qui si eum verè pœnitentem viderit, in eum sententiâ absolutiois proferet, eum ab omnibus absoluet, omniaque ei nomine Christi quasi eius vicarius condonabit: Christus enim ratam habet sententiâ sacerdotis, & quod ille condonat, ipse quoque condonat; quod ille retinet, Christus quoque retinet. Iubet enim sæpè in Euangel. Christus vt omnes de peccatis pœnitentiam agant, ideoque tota concionum eius summa erat hæc: Pœnitentiâ agite, Matth. 3. hanc autem agere debent eo modo quo Christus instituit, nimirum suscipiendo Sacramentum Pœnitentiæ, hoc est; confitendo peccata sacerdoti in Sacramento Pœnitentiæ, & ab eo absoluteionem flagitando. Ita Concil. Trident. sess. 14. c. 5. Et institutione, inquit, Sacramenti Pœnitentiæ iam explicata, uniuersa Ecclesia semper intellexit institutam etiam esse à Domino integram peccatorum confessionem, & omnibus post baptismum lapsis iure diuino necessariam existere: quia Dominus noster Iesus Christus è terris ascensurus ad caelos sacerdotes sui ipsius vicarios reliquit, tamquam praesides & iudices, ad quos omnia mortalia crimina deferantur in quæ Christi fideles ceciderint, quod pro potestate clauium remissionis aut retentionis peccatorum sententiâ pronunciant. Constat enim sacerdotes iudicium hoc incognitè à causâ exerceere non potuisse, neque aequitatem quidem illos in pœnis assignandis seruare potuisse, si in genere dumtaxat, & non potius in specie assignatim, sua ipsi peccata declarassent. Ex his colligitur oportere à pœnitentibus omnia peccata mortalia, quorum post diligentem sui discussionem conscientiam habent, in confessione recenseri etiam si occultissima illa sint. Errat ergo Caietanus dicens, hic non tradi præceptum Confessionis. Error hic post Concil. Trident. est hæresis, sed Caietanus Concilium hoc antecessit.

Et quorum retinueritis, retenta sunt] Nota, id retinueritis non significat nega-

tionem, sed potestatem absolutiois, sed potestatem positiuam. Sensus enim est: Quorum retinueritis ob suã indispositionem, quos repuleritis, quos reieceritis ab absoluteione, quos iudicaueritis peccati reos, ideoque gehenna dignos: hos pariter tales iudicabit Deus, qui solus primariè & propria auctoritate peccata condonat vel retinet. Solus enim Dei proprium est condonare offensam in se commissam: sed ipse hac in re loco suo quasi vicarios suos constituit sacerdotes. Hoc est quod Christus ait Matth. 18. v. 18. Quicumque alligaueritis super terram, erunt ligati & in celo. v. g. sacerdos si videt pœnitentem non habere serium de peccatis dolorem, aut non habere serium propositum emendationis, quia non vult relinquere concubinam, vel alias propinquas peccandi occasionem, aut non vult restituere famam, vel opes proximo surreptas, debet ei negare absoluteionem, & iudicare ipsum absoluteionis incapacem; & in peccato suo manere vnã cum reatu gehennæ.

Retinere peccata: quid?

negationem dumtaxat absoluteionis, sed potestatem positiuam. Sensus enim est: Quorum retinueritis, id est, quos indignos absoluteione iudicaueritis ob suã indispositionem, quos repuleritis, quos reieceritis ab absoluteione, quos iudicaueritis peccati reos, ideoque gehenna dignos: hos pariter tales iudicabit Deus, qui solus primariè & propria auctoritate peccata condonat vel retinet. Solus enim Dei proprium est condonare offensam in se commissam: sed ipse hac in re loco suo quasi vicarios suos constituit sacerdotes. Hoc est quod Christus ait Matth. 18. v. 18. Quicumque alligaueritis super terram, erunt ligati & in celo. v. g. sacerdos si videt pœnitentem non habere serium de peccatis dolorem, aut non habere serium propositum emendationis, quia non vult relinquere concubinam, vel alias propinquas peccandi occasionem, aut non vult restituere famam, vel opes proximo surreptas, debet ei negare absoluteionem, & iudicare ipsum absoluteionis incapacem; & in peccato suo manere vnã cum reatu gehennæ.

Duplex sacerdotum potestas Ordinis.

Denique Nota. Licet Apostoli à Christo ordinati sint sacerdotes ante passionem, in vltimâ cenâ post institutam Eucharistiâ illis verbis: Hoc facite in meam commemorationem, Lucæ 22. 19. tamen tunc acceperunt solam potestatem consecrandi Eucharistiâ; hic verò post resurrectionem Christi ab eo accipiunt aliam potestatem, scilicet remittendi peccata: sunt enim hæc diuersæ potestates, & diuidi separarique possunt. Nâ Christus habuit potestatem excellentiæ, qua potuit aliter instituire sacerdotes, quam postea fuerunt in Ecclesia constituendi, quia iam in ordinatione sacerdotum materia est calix & patena cum pane & vino: forma verò, Accipe potestatem offerendi sacrificium: quare cum ea Episcopus tradit cuiuspiam, & formam iam dictam pronunciat, hoc ipso perfectum consecrat sacerdotem, ac consequenter confert ei potestatem tam remittendi peccata, quam sacrificandi. Quocirca cum postea dicit: Accipe potestatem remittendi peccata: hæc verba non sunt de essentia formæ, sed tantum declarant potestatem per prima verba illi traditam, vt contra Paludanum docet D. Soto in 4. distinct. 24. quæst. 1. art. 4. & ex eo Gregor. de Valent. tract. de Ordine disp. 9. q. 1. punct. 5.

VERS. 24.

Thomas ab Insa.

THOMAS AVTEM VNVS EX DVODECIM (Apostolis) QUI DICITVR DIDYMVS, NON ERAT CVM EIS QUANDO VENIT IESVS] Didymus, id est, gemellus, ob causas quas recensui cap. 11. v. 16. Hic tamen dicitur Didymus, id est, geminus, varius, anceps, dubius, duplex, quia nutabat & dubitabat in fide resurrectionis Christi. Quare infirmior quidem tunc fuit alijs Apostolis; sed à Christo rursus apparente conuersus factus est omnibus fortior & fidelior, vt pote qui solus totum penè orbem terrarum euangelizando percurrit. Vide Thomam Stapletonum lib. de tribus Thomis, in Vita S. Thomæ Apostoli, vbi ostendit eum prædicando obiisse orbem, & peruenisse vsque ad extremos Garamantas & Indos. nec tantum Parthis, Medis, Persis, Carmanis, Hyrcanis, Bactris, sed & Abyssinis, ipsisque Sinis euangelizasse, imò in nouum orbem, in Americam, inquam, penetrasse.

NON ERAT CVM EIS] Quia, vt ait S. Chrysostomus in Ioannem.

sof. Theoph. & Euthym. Apostoli omnes in passione Christi fugientes dispersi fuerunt, sed die Dominico sensim se collegerunt; redieruntque ad cœnaculum, vbi cum Christo vltimam cenam cœnarant: vnde eodem die, sed serò Christus resurgens ibidem apparuit illis: Thomas verò necdum ex fuga redierat. Probabilius S. Aug. Beda, Lyranus, D. Thom. Caiet. Toletus & Ribera respondent Thomam fuisse cum ceteris Apostolis, cum duo discipuli ex Emmaus redeuntes narrarent se vidisse Christum, sed quia hæc narratio videbatur Thomæ incredibilis & fictitia, hinc ipse offensus credulitate Apostolorum illi credentium, ipsos reliquit & abiit: sic enim abire solemus, cum sermo cuiuspiam nobis displicet. Id innuit Lucas cap. vlt. cum ait; mulieres è sepulchro redeuntes narrasse ea que viderant, vnde cum Apostolis: ergo aderat tunc Thomas, & solus duodecimus Iudas aberat, vt pote iam suspensus. Quare cum ait Lucas v. 11. Et visa sunt ante illos sicut deliramentum verba ista; videtur notare Thomam.

Vnde?

DIXERVNT ERGO EI ALII DISCIPVLI: VIDERIMVS DOMINVM. ILLE AVTEM DIXIT EIS: NISI VIDERO IN MANIBVS EIVS FIXVRAM CLAVORVM, ET MITTAM DIGITVM MEVM IN LOCVM CLAVORVM, ET MITTAM MANVM MEAM IN LATVS EIVS, NON CREDAM.

VERS. 25.

NISI VIDERO] Peccauit hic Thomas Primò, incredulitate; Secundò, pertinaciâ; Tertio, superbiâ; Quarto, irreuerentiâ, ceteris enim omnibus Apostolis dicentibus Christum resurrexisse obstinatè restitit, nec fidè habere voluit. Quintò, presumptione, quia non aliter voluit credere, nisi manum & digitos in vulnera Christi inferret. Itanc, & Thomæ præsumis leges Christo præscribere? Sextò, quòd in hac incredulitate obstinatè manserit per octò dies fortè etiã ipsa Christi matre contestante vt crederet. Quare fuit incredulus non circa modum resurrectionis, vt vult S. Amb. in Luc. c. vlt. sed circa ipsam resurrectionis Christi veritatem quasi alij Apostoli fuissent illusi & decepti, nec verum Christum, sed phantasma Christi specie laruatū vidissent, vt rectè aduertit Origen. lib. 2. contra Celsum. Sic & S. Aug. lib. 16. contra Faustum c. 33. & S. Gregor. hom. 26.

Thomas in incredulitate.

Porro hæc Thomæ incredulitas orta fuit partim ex eo, quòd ipse non crederet Christum esse Deum: si enim credidisset, facitè cognouisset Christum potuisse corpus suum è morte ad vitam suscitare. Mirum est ergo, Cyrillum dicere, quòd Thomas crediderit Christum esse Deum: partim ex nimia tristitia & dolore; præsertim quòd ceteris Apostolis Christum videntibus, solus ipse eum non vidisset. Hoc enim pungebat & cruciabat cor eius: vnde in has voces acres doloris indices erupit. Ita Cyrillus lib. 12. c. 57. Permissit, id Deus, tum vt ipse Thomas, tum vt nos omnes in humilitate, æquè ac fide resurrectionis Christi per nouam Christi apparitionem firmemur. Ita S. Gregor. hom. 26. S. Aug. serm. 161. de Temp. & alij.

FIXVRAM] Græcè τρυφή. id est, figuram, & sic legunt multi codices Latini sed eodem redit sensus: figura enim hæc intelligitur figura relicta ex clauorum fixatione. Vnde Arabicis vertitur, vestigium; Syris, locum clauorum. Radix enim

Z z

quod idem est quod signo, in scilicet, imprimis signis, ut sit in incisione aris, argenti vel auri: sic enim clavis & lancea in manibus & lateri Christi, insculpta & impressa fuerunt vulnera. Pulchre S. Aug. ser. 159. de Temp. Manus, inquit, quarebat & lateris, & dum curiosus exiit in vulnere, mortem incurrit in fide: voluit Dominus ut videret, ne incredulitate animam perderet.

VERS. 26. ET POST DIES OCTO, hoc est, octavo die (non nono) à Dominica resurrectione Christi iam fi-niente, & in vespere noctemque vergente, putà Dominica in Albis, sive in octava Pasche, quan-do hoc mysteriū recolimus, & in Missa hoc Eu-angelium legimus. Vnde notat Cyril. Apostolos iam tunc ex iudicijs apparitionum Christi, cepit- se die Dominico conuentus Ecclesiasticos agere, & quasi consecrare diem Dominicum, eò quod illo die Christus resurrexisset: quare Christum ad Dominicam sabbatō substituendam sensim Apostolos direxisset.

ITERVM ERANT DISCEPULI EIVS INTVS] in cenaculo Hierosolymitano paulò antè dicto. Parum ergo probabile est quod ait S. Hieron. in Matth. c. vii. v. 16. Item Rupert. & Ribera hic, Christum apparuisse Thomæ & Apostolis, non in Ierusalem, sed in Galilea: ibi enim postea Christus apparuit non tantum Apostolis, sed & ceteris fidelibus.

ET THOMAS CVM EIS: VENIT IESVS IA- NVIS CLAVIS, ET STETIT IN MEDIO, ET DI- XIT: PAX VOBIS] Nota hic miram Christi di- gnationem, quā ut Thomam infidelē & perni- nacem conuertat, iterum ei se non tantum vi- dendum, sed & palpandum offert. Verum id se- cit non ob Thomam solum, sed & propter cete- ros Apostolos, ut eos nosque omnes in fide re- surrectionis firmaret.

VERS. 27. DEINDE DICIT THOME: INFER DIGITVM TVVM HVC, ET VIDE MANVS MEAS; ET AFFER MANVM TVAM, ET MITTE IN LATVS MEVM (Ecce clementiam Christi, qua per omnia ad ea que postularat Thomas, se dimittit, eiusque votis per omnia obsecundat, ut eum conuertat. En, ait Cyril. ut Christus etiam pro vna anima vulnera sua ostendat, & cum crassioris esset ingenij; à crassissimo sensu sibi fidem quaerat, id est à tactu) ET NOLI ESSE INCREDVLYS, SED FIDE- LIS] q. d. Putas, o Thoma, me non scire ea que de me absente dixisti: sed scito me ea scire, imò presentem audiuisse. Audisti te enim ex incredulitate dicentem: Nisi mittam digitum meum in loca clavorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam. Facit, sicut dixisti, tibi offero perso- ratas manus latusque meum; ut ea contrectes pal- pes, imò digito & manu tua metiaris, ut deponas tuam incredulitatem, ac deinceps credas me re- surrexisse; eundem, inquam numero, qui in cruce transfixus pependi, nō alium. Hac ratione curat Christus alterum vulnus infidelitatis Thomæ: ostendit enim se omnia etiam secreta nosse, esseque cardiognosten; id est, cordium cognitorem, id- eoque Deum; quod Thomas non credebat. Sa- nat ergo Christus morbum à radice; ideo enim Thomas non credebat Christum resurrexisse, quia non credebat ipsum esse Deum.

Quæres, an verè Thomas tetigerit vulnera Christi? Glossa dubitat; Euthym. putat non te-

Iesus iterum manus clavis apparuit.

tigisset; sed contrarium sentit S. Aug. qui tra. 127. ait: Videbat tangebatur; hominem; & confitebatur Deum quem non videbat, neque tangebatur: sed per hoc quod videbat atque tangebatur, illud iam remota dubita- tione credebat. Idem ait S. Greg. Cyril. Theoph. & Beda. Idem sentire videtur S. Cyril. nec vide- tur dubitandum, quia cum Dominus dixerit: In- fer digitum tuum huc, nisi factum esset, non prete- riret Ioannes eum sine tactu credidisse.

Adde, Christum præcipere hinc Thomæ ut in- ferat digitum, cui præcepto sanè Thomas obe- diuit. Certa ergo res est, ait Toletus, & in con- fesso apud omnes, Thomam secundum Domi- ni præceptum vulnera Christi tetigisse: hoc enim iussit Christus, ut argumentum efficacis resurre- ctionis suæ, non tantum Thomæ, sed & fidelibus seculorum omnium relinqueret. Vnde S. Augu- stinus serm. 147. de Temp. Voluit, inquit, quibus- dam dubitantibus exhibere in illa carne cicatrices vul- neris, ut sanaret vulnera incredulitatis. Et S. Ambros. in cap. vii. Lucæ, Tactu, ait, suo debuit me docere, sicut docuit & Paulus. Audi S. Gregor. hom. 26. Non hoc casu, sed divina dispensatione gestum est. Egit enim miro modo superna clementia, ut discipulus ille dubitan- dum in magistro suo vulnera palparet carnis, in nobis vulnera sanaret infidelitatis. Plus enim Thomæ infide- litas ad fidem, quam fides credentium discipulorum profuit, quia dum ille ad fidem palpando reducitur, nos- tra mens omni dubitatione postposita in fide solidatur. Rursum S. August. serm. de Temp. 161. Tho- mas ergo cum esset sanctus, fidelis & iustus, hæc omnia sollicitè requisivit; non quod ipse aliquid dubitaret, sed ut omnem suspitionem incredulitatis excluderet. Nam suffocet illi ad fidem propriam vidisse quem no- uerat, sed nobis operatus est ut iungeret quem videbat, ut, si forte diceremus delusos fuisse oculos, non possemus dicere manus illius fuisse frustratas. In resurrectionis enim manifestatione de aspectu ambigi potest, de tactu non potest dubitari.

Dices: Christus ait, Vide, non tange, manus meas. Ergo Thomas eas vidit, sed non tetigit. Resp. vide, id est tange, ut ipso tactu videas, id est certò cognoscas me crucifixum eundem nume- ro resurrexisse, Ita S. Aug. tract. 121. Visus enim quia generalis & nobilissimus est sensus, hinc pro quolibet sensu, etiam tactu, capitur, ut ostē- di Exodi 20. v. 10. ad illud: Populus videbat, id est audiebat, voces.

Dices Secundò: Corpus Christi gloriosum est subtile, ergo impalpabile. Respondent Cyrilus, gloriosum & palpabile. Chryl. Leont. Theophyl. diuina dispensatione fuisse palpatum à Thoma ad fidem resurrectio- nis faciendam, nimirum modus ille resistentiæ, qui est in corpore (quo scilicet vnum corpus al- teri resistit, ideoque ab eo est palpabile) quæ est passio & proprietas quantitatis, est in potestate Christi & ceterorum Beatorum, ut maneat vel tollatur à Deo ad libitum eorum. Idem est de visibilitate; vnde Christus quando volebat, vide- batur; quando nolebat, non videbatur. Vide dic- ta Lucæ vlt. v. 39.

Porro, digitus hic S. Thomæ religiosè affer- uatur Romæ in basilica S. Crucis in Ierusalem (ibi cominus eum aspexi, & deosculatus sum) vnà cum S. Cruce, titulo, clauo, & spinis coronæ spinæ, quæ S. Helena è Ierusalem eodem tran- tulit. Ex eo verò quod ait Christus: Affer ma-

Thomas teti- git vulnera Christi.

An corpus gloriosum & palpabile.

num tuam, & mitte in latus meum: collige vulnus lateris Christi fuisse ingens & immane: utpote in quod totam manum suam, quæ magna & crassa erat, mittere poterit Thomas: vnde illud ipse pro se susceptum admirans exclamauit: Dominus meus & Deus meus, ac in eo commorari, & per il- lud in cor Christi ingredi desiderabat, ut multi Sanctorum desiderarunt, ac inter alios S. Ber- nardus S. Franciscus & S. Elzearius Comes Ar- riani. Vide S. Bernard. serm. 61. in Cant.

VERS. 28. RESPONDIT THOMAS, ET DICIT EI: DOMI- NVS MEVS, ET DEVS MEVS] Dixit hoc Thomas, non antè, ut vult Euthym. sed post contractum Christi, ut patebit v. sequ. Mansit ergo Thomas incredulus, donec tactu explorans vulnera Chris- ti, ex ijs reipsa cognouit ipsissimum esse Iesum, qui iam apparet rediuius, & qui in cruce vul- nera iam dicta susceperat. Ita Tertul. lib. de Ani- ma cap. 28. S. Ambr. in psal. 43. S. Hilar. lib. 3. de Trinit. Cyril. lib. 12. 58. Gregor. hom. 26.

DOMINVS MEVS, ET DEVS MEVS] Supple, Tu es, o Christus; grecè est utrobique articulus è, quo eum verum esse Deum significat, non participa- tione, sed naturà, ait Cyrilus, scilicet: o ueruos ius & o deus ius; Syrus, Domine mi, & Deus mi. Agnos- cit, & damnat hic Thomas humilis & penitens priorem suam incredulitatem, idque facit magno fidei, spei, penitentia & charitatis affectu. Voce Dominus constitetur humanam Christi naturam; voce Deus diuinam, q. d. Ego, quia non credebam te esse Deum, hinc non credebam te resurrexisse: iam quia resurrexisse te video, credo pariter te esse Deum, ideoque quod tu vi diuinitatis tuæ corpus tuum à morte ad vitam suscitaris. Ita Hil- lar. lib. 7. de Trinit. & S. Ambr. in psal. 43. qui & addit: o Dominus significare Christum esse re- demptorem nostrum, utpote qui nos sanguine suo emerit, ideoque iure emptionis & redem- tionis omnium fit Dominus; Hæc verbis ergo Thomas Christo adorationem latræ exhibuit, ait Franc. Suarez. Audi S. Aug. Videbat tange- batque hominem & confitebatur Deum, quem non vide- bat, neque tangebatur: sed per hoc quod videbat atque tangebatur, illud iam remota dubitatione credebat. Hinc Concil. Constantinop. Oecumenic. V. in Con- stit. Vigilij Papæ, quæ pertinet ad collationem quintam, anathema dicit Theodoro Mopsueste- no, qui illud, Dominus meus & Deus meus, dictum volebat à Thoma, non Christum Deum confi- tente, sed ex miraculi stupore & admiratione Deum collaudante.

Nota: o meus, q. d. Licet Iesus omnium sit do- minus & Deus; meus tamen proprius est, quia ip- se me ouem perditam quasi pastor bonus requi- siuit; quare vicissim eum intimis animæ medullis diligo & veneror, quasi meum singularem Deū & Dominum: Tu ergo, o Iesu, mihi es Deus & Dominus, quia tuis hæc vulneribus, quæ iam palpaui, & verissima cognoui, mihi meruisti & impetrasti hanc fidem, qua credo te verè resur- rexisse, & hæc spem, quæ spero per merita vulne- rum tuorum obtinere gratiã & gloriam; & hunc charitatis feruorem, quo te ardentissimè vt Deum & Dominum meum diligo, tibi que me totum offero & consecro in seruum perpetuum, ut ni- hil deinceps agere velim, nisi quod tibi placeat, nisi quod te laudet & glorificet. Vtinam huc cor- dis mei sentium toti mundo panderè & aspirare

valerem. Vtinam omnibus gentibus hanc tui fi- dem, spem & amorem deprædicare & commu- nicare possem! summa, tu mihi semper eris Do- minus meus, & Deus meus. Sic S. Franciscus cre- brò dicebat: Deus meus, & omnia. Et regius Pro- pheta: Quid enim mihi est in celo, & à te quid volui su- per terram? deficit caro mea & cor meum: Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum, psal. 72. 26.

DIXIT EI IESVS: QVI VIDISTI (id est, teti- gisti, & tangendo vidisti, id est, certò cognouisti) ME THOMA, CREDIDISTI: BEATI QVI NON VIDERVNT, ET CREDIDERVNT] q. d. Beatus es, Thoma, qui me tetigisti, ideoque credidisti me resurrexisse, esseque verum Deum, iuxta illud: Beati oculi, qui vident que vos videris, Lucæ 10. v. 23. Verum magis beati sunt, qui me non viderunt, nec tetigerunt, & tamen in me crediderunt, quia ibi fides maius habet meritum, vbi humana ratio non præbet experimentum, ait S. Gregor. Dicit, crediderunt; quia ceteri Apostoli, & per eos multi fideles iam crediderant Christum resurrexisse: sed sub præterito crediderunt intelligit præsens credunt, & futurum credent. q. d. Beatores sunt & erunt, qui cum me non viderint, in me tamen credunt, vel credent ob rationem iam dictam. Addit S. Aug. eos qui credent, iam credidisse in Dei præscientia & prædestinatione, ideoque dici crediderunt; sed hoc subgillus & acutius est quàm solidius.

Hinc S. Greg. hom. 26. S. Hilar. lib. 7. de Tri- nitat. & S. Aug. tractat. 121. docent Thomam aliud vidisse, aliud credidisse; vidisse scilicet Christum iam resuscitatum, credidisse verò eum esse Deum, ac consequenter eum seipsum susci- tasse: vnde dixit, Dominus meus, & Deus meus, q. d. Christus, Quia tu, o Thoma, vidisti & tetigisti humanitatem meam iam resuscitatam, ideo- que credidisti diuinitatem in ea latentem & resusci- tantem. Resurrectio enim Christi confirmavit omnia eius dogmata, inter quæ vnum erat se esse Messiam Filium Dei, moriturum in cruce pro sa- lute hominum, ac tertio die à morte resurrectu- rum: quæ omnia hic credidit Thomas.

Rursum, id quoque quod sub sensum cadit, quodque videmus & tangimus, credere possu- mus fide diuinà, sed ob aliam rationem forma- lem. Videmus enim, quia oculis illud aspiciamus: credimus verò, quia id ipsum reuelauit Deus, ma- ximè si sensus errare possit, aut innotuat aliquid quod non videtur, uti hic est resurrectio Christi iam præterita: de fide resurrectionis enim dubi- tauit, & arguitur hic Thomas.

Dices, S. Aug. tractat. 40. ait: Fides est credere quod non vides. Resp. Id verum est hoc sensu, quo præcipua obiecta materialia fidei talia sunt, ut non videantur, at non omnia: formale autem fi- dei obiectum, scilicet reuelatio Dei semper talis est, scilicet inuisibilis.

Licet ergo Thomas quatenus vidit Christum resuscitatum, eatenus formaliter id non credidit: tamen quia Christum, quæ homo erat iam susci- tatus, vidit & audiuit idem asserere & reuelare: hinc credidit Deo per os Christi & Apostolorū dicenti & reuelanti illud, scilicet non phantaf- ma in specie & forma Christi, uti antea putabat Thomas, sed ipsum Christum verè à mortuis re- surrexisse & apparuisse Apostolis. Sic dicimus: Quia vidisti miracula, quia audisti prædicatio- nem

VERS. 29.

nem Euangelij,ideo credidisti;ubi vox quia non rationem, aut causam formalem credendi (hac enim est vnica Dei reuelatio) sed disponentem & mouentem ad credendum significat.

Potest Tertio, sic exponi: Quia vidisti me Thomam, credidisti: credidisti, inquam, fide non diuina, sed humana: sic credimus, id est, assentimur ijs, quae videmus & scimus. Credere ergo idem est, quod assentiri. Ita Toletus. Audi S. Gregor. Tangerebat hominem, & Deum confitebatur. Theoph. Qui prius fuerat infidelis, post laeris tactum optimum se Theologum ostendit, duplicem naturam & vniam hypostasim Christi edisserens. Dicens enim Dominum, naturam humanam, dicens Deum, diuinam confessus est in vno & eodem.

VERS. 30. MULTA QVIDEM ET ALIA SIGNA FECIT IESVS IN CONSPECTV DISCIPVLORVM SVORVM, QVAE NON SVNT SCRIPTA IN LIBRO HOC] Signa fecit, tum per totam vitam, ait Euthym. & Ribera, tum proprie post resurrectionem suam, ait Chryl. & Theophyl. quia de ea sermo proxime praecessit; & haec signa Christus fecit coram solis Apostolis, cetera vero coram populo & turbis. q.d. Praeter signa Apostolis & Thomae exhibita, quae iam recensui, Iesus multa alia edidit, quibus ijs sua dogmata, sed maxime suam resurrectionem confirmavit, quae ego Ioannes scribere nolo, ne prolixior sim, & quia multa ex illis iam ab alijs Euangelistis praescripta sunt. Ita S. Thom. Lyran. Caieran. Ribera, Toletus & alij.

An S. Ioannes voluerit hic finire suum Euangelium.

Videtur enim Ioannes hac clausula finire librum sui Euangelij de Christo, Christiue vita,

A morte & resurrectione, ait S. Aug. tract. 127. nam quae sequuntur cap. vlt. non tam ad fidem resurrectioni Christi conciliandam apud Apostolos, vtpote qui iam illam credebant, quam ad mysteria Ecclesiae & primatum Petri pertinent, vt scilicet ostendatur multiplicatio fidelium in Ecclesia, quibus Christus abiens in caelum praefecit Petrum, eumque sui vicarium in ea regenda constituit. Minus verisimile est quod cenfer Iansen. c. 147. Ioannem voluisse hic finire Euangelium; sed cum postea memorie eius occurrerent, quae cap. vlt. narrantur, eadem addidisse. Videtur enim non tantum Spiritus sanctus, sed & Ioannes non ex recordatione, sed destinato proposito illa addidisse.

VERS. 31. HEC AVTEM SCRIPTA SVNT, VT CREDITIS QVIA (quod) IESVS EST CHRISTVS (scilicet M. Ias redemptor mundi, a Deo olim Abrahamae & Dauidi promissus, & nunc reipsa in carnem missus) FILIVS DEI: ET VT CREDENTES, VITAM (graciae in presenti & gloriae in futuro aeternam) HABEATIS IN NOMINE EIVS] id est per nomen eius, hoc est, per eum, ait Chryl. scilicet per merita & satisfactionem Christi, quae nobis per fidem & Sacramenta applicantur, si scilicet credamus in eum, eiusque praecipis obediamus, credere ergo oportet eum esse Primum, Iesum, id est, Saluatorem mundi; Secundum, esse Christum, id est, Messiam a tot saeculis expectatum; Tertium, esse Deum, Deiq; Filium; Quartum, quod ipse credentibus in se sibi que obedientibus dabit vitam aeternam. Ille enim verè credit, qui exercet operando quod credit, ait Gregor.

VERS. 31

CAPVT VIGESIMVM PRIMVM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Christus apparet Petro & sex eius socijs in captura piscium. Secundo, v. 13. Petro plus ceteris se diligenti oues suas pascendas, & fideles omnes regendos committit, ei q; mortem crucis praedicit. Hinc Tertio, v. 22. Petro roganti quid de Ioanne futurum sit, Christus respondet: Quid ad te? tu me sequere.

1. POSTEA manifestavit se iterum Iesus discipulis ad mare Tiberiadis. Manifestavit autem sic; 2. Erant simul Simon Petrus, & Thomas, qui dicitur Didymus, & Nathanael, qui erat a Cana Galilaeae, & filij Zebedaei, & alij ex discipulis eius duo. 3. Dicit eis Simon Petrus: Vado piscari. Dicunt ei: Venimus & nos tecum. Et exierunt, & ascenderunt in nauim: & illa nocte nihil prendiderunt. 4. Mane autem facto stetit Iesus in litore: non tamen cognouerunt discipuli quia Iesus est. 5. Dixit ergo eis Iesus: Pueri numquid pulmentarium habetis? Responderunt ei: Non. 6. Dicit eis: Mittite in dexteram nauigij rete; & inuenietis. Miserunt ergo: & iam non valebant illud trahere praeter multitudinem piscium. 7. Dixit ergo discipulus ille, quem diligebat Iesus, Petro: Dominus est. Simon Petrus cum audisset, quia Dominus est, tunica succinxit se (erat enim nudus) & misit se in mare. 8. Alij autem discipuli nauigio venerunt, (non enim longè erant a terra, sed quasi cubitis ducentis) trahentes rete piscium. 9. Vt ergo descenderunt in terram, viderunt prunas positas, & piscem superpositum, & panem. 10. Dicit eis Iesus: Afferte de piscibus, quos prendidistis nunc. 11. Ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terram, plenum magnis piscibus centum quinquaginta tribus. Et cum tanti essent, non est scissum rete. 12. Dicit eis Iesus: Venite, prandete. Et nemo audebat discumbentium interrogare eum: Tu quis es? scientes, quia Dominus est. 13. Et venit Iesus, & accipit panem, & dat eis,

eis, & piscem similiter. 14. Hoc iam tertio manifestatus est Iesus discipulis suis, cum resurrexisset a mortuis. 15. Cum ergo prandissent, dicit Simoni Petro Iesus: Simon Ioannis diligis me plus his? Dicit ei: Etiam Domine, tu suis quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. 16. Dicit ei iterum: Simon Ioannis diligis me? At illi: Etiam Domine, tu scis, quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. 17. Dicit ei tertio: Simon Ioannis, amas me? Contristatus est Petrus, quia dixit ei tertio, Amas me? & dixit ei: Domine tu omnia nosti: tu scis quia amo te. Dixit ei: Pasce oues meas. 18. Amen, amen dico tibi: cum esses iunior, cingebas te, & ambulabas ubi volebas: cum autem fenueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quò tu nos vis. 19. Hoc autem dixit, significans qua morte clarificaturus esset Deum. Et cum hoc dixisset dicit ei: Sequere me. 20. Conuersus Petrus vidit illum discipulum, quem diligebat Iesus, sequentem, qui & recubuit in coena super pectus eius & dixit: Domine quis est qui tradet te? 21. Hunc ergo cum vidisset Petrus, dixit Iesu: Domine, hic autem quid? 22. Dicit ei Iesus: Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te? 23. Exijt ergo sermo iste inter fratres, quia discipulus ille non moritur. Et non dixit ei Iesus: Non moritur; sed: Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te? 24. Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his, & scripsit haec: & scimus, quia verum est testimonium eius. 25. Sunt autem & alia multa, quae fecit Iesus: quae si scribantur per singula, nec ipsum arbor mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros.

VERS. 1. POSTEA MANIFESTAVIT SE ITERVM IESVS AD MARE TIBERIAS] quod & Galilaeae dicebatur; in ea enim erat ciuitas Tiberias dicta, quia in honorem Tiberij Caesaris aedificata ab Herode. Vnde liquet Petrum ceterosque Apostolos ex Ierusalem & Iudaea iuisse in Galilaeam, vti iusserat Christus Matth. 28. v. 10. In Galilaea enim haec Christi apparitio contigit, in qua Christus in caelum iturus, vt gubernationi fidei- lium prouideret, Petrum caput Ecclesiae, suumque in terris vicarium designauit, ideoque haec subiungit Ioannes, itaque suum concludit Euangelium.

ITERVM] Fuit haec Christi apparitio respectu Thomae secunda, sed respectu aliorum Apostolorum tertia, qua per ingentem piscium capturam ingentem Gentium conuersionem fore praemonstrauit.

VERS. 2. MANIFESTAVIT AVTEM SIC: ERANT SIMVL SIMON PETRVS, ET THOMAS QVI DICITVR DIDYMV, ET NATHANAEL; QVIERAT A CANA GALILAEAE, ET FILII ZEBEDAEI, ET ALII EX DISCIPVLIS EIVS DVO] Plures & honoratiores è discipulis congregari voluit Christus, vt eò gloriosior foret sua apparitio, vtque coram ijs quasi primarijs Petrum in terris vicarium declararet, quem proinde, vt talem ceteri Apostoli & fideles agnolcerent & colerent.

VERS. 3. DICT EIS SIMON PETRVS: VADO PISCARI] (Syrius, ab eo venatum pisces: sicut enim venamur in terra lepores, & in aere aues, sic & in mari pisces.) DICVNT EI: VENIMVS ET NOS TECVM. ET EXIERVNT, ET ASCENDERVNT IN NAVIM, ET ILLA NOCTE NIHIL PRENDIDERVNT] Varij varias piscationis huius dant causas. S. Chrylost. Quia Dominus, inquit, non continuè cum eis erat, neque eis aliquid erat commissum, artem piscationem tractabant. S. Gregor. homil. 24. Negotium, quod ante conuersionem sine peccato extitit, post conuersionem repetere culpa non sinit. Itaque Petrus ad piscationem redijt: Mattheus ad telonium non redijt. Sunt enim pleraque, quae sine peccato exhiberi, aut vix, aut nullatenus possunt, ad quae post conuersionem non est rediendum. S. Aug. Non fuerant prohibiti Apo-

Cornelius Ioannem.

stoli ex parte sua licitè victum necessarium quærere, si quando unde viderent aliud non haberent. Sic Paulus nō Gentes offenderet, si potestate quam cum ceteris praedicatoribus habebat, videretur, artem quam non nouerat didicisset, vt dū suis manibus transigaret doctor, nullus graueretur auditor. Quare ergo magis B. Petrus, qui piscator fuerat, quod nouerat fecit, si aliud unde videret non inuenit? Quod si quis dicat: Cur non Dominus quod eis promisit, scilicet apponenda his omnia, si quaerent regnum Dei, impleuit? Respondendum, impleuisse: quis enim alius pisces qui caperentur apposuit, qui non ab aliud credendus eis ingessisse penuriam, qua cogerentur ire piscatum, nisi dispositum volens exhibere miraculum. Adde, hanc piscationem contigisse ante Pentecosten, & ante aduentum Spiritus sancti à quo iussi sunt euangelizare: quare

cum Apostoli tunc necdum haberent quod euangelizando agerent, & pauperes essent, arteque piscatores, rectè ad suam piscandi artem redierunt, vt illa victum sibi pararent: post aduentum verò Spiritus sancti piscationem exercuisse non leguntur, quia toti erant in Euangelio praedicando, & fidelibus ad omnem perfectionem dirigendis, qui proinde paupertatis Euangelicè studiosi, omnes suas facultates deferebant ad pedes Apostolorum, vt qui illas inter se ceterosque fideles distribuerent. In necessitate tamen & penuria licitè potuissent ad suam piscationem redire, sicut Paulus redijt ad suam scenofactoriam, ne alijs in quaerendo victu grauis foret. Hoc enim maioris perfectionis est, ideoque consilium Euangelicū, scilicet, vt quis gratis euangelizer, & labore manuum sibi victum parat. Denique iuerunt piscatum discipuli, vt otium fugerent, & ad animi laxamentum. Huc facit quod scribit Cassianus col- lat. 24. cap. 21. venatorem quemdam videndi S. Ioannis causa ipsum adijt, eumque inuenisse perdicem manu molliter demulcentem: quod cum ille miraretur, audijt à Ioanne: Quid est quod manu tua gestas? Cui ille: Arvens, inquit, Et cur, ait, non enim tensum ubique semper circumfers? Cui ille respondit: Non oportet, ne iugi curuamine rigoris fortitudo laxata mollescat, atque depercat, & cum oportet

Animi relaxatione uti- lissima.

uerit ut fortia in aliquam feram spicula dirigantur. A rigore per nimietatem continuam tensionis amisso, violenter istus non possit emitti. Nec nostri, inquit B. Ioannes, animi te offendat, si inuenis, ta parua haec breuissiq; laxatio: qui nisi remissione quadam rigorem intentionis suae interdum releuet ac relaxet, irremissa vigore lenescens, virtuti spiritus, cum necessitas possit, obsecundare non poterit. Habet idem Hincmarus Remensis Archiepiscopus in Vita S. Remigij apud Surium Ian. 13.

Nox piscationi aptissima.

Nocte] Nox enim piscationi aptissima est, quia per diem pisces timidi aspectu strepituque hominum terrentur & fugiunt, ac in profundum sese abdunt. Mystice, Theoph. Nocte, inquit, hoc est, ante solis Christi praesentiam, Prophetarum nihil ceperunt, quia etsi vnam nationem Israel corrigere conarentur, illa tamen frequentior in idololatriam labebatur.

Nihil prendiderunt] quia sine Iesu piscabantur, ut dicerent omnem suae piscationis animarum utilitatem (ad quam a Christo dirigebantur), & fructum a Christo pendere, ideoq; illum ab eodem esse flagitandum, iuxta illud psal. 126. Nisi Dominus edificauerit domum, in vanum laborauerunt qui aedificant eam.

VERS. 4.

MANE AUTEM FACTO STETIT IESVS IN LITTORE: NON TAMEN COGNOVERUNT DISCIPULI, QVIA (quod) IESVS EST] ut ostenderet hanc piscium captiuam fore gratiae suae, non industriae ipsorum. Mane enim pisces fugiunt lucem & strepitum, seseque in ima demergunt.

NON COGNOVERUNT] quia alia forma eis apparuit, aequae ac Magdalenae cap. 20. 14. nimirum volebat Christus potius ex opere & miraculo capturae piscium, quam ex forma agnosca hoc enim decebat Deum incarnatum.

Mystice S. Gregor. homil. 24. Mare, ait, praesens saeculum significat, quod se casuum tumultibus & vndis vitae corruptibilibus illidit. Soliditas autem litoreis perpetuas est quietis aeternae. Discipuli ergo adhuc fluctibus mortalitatis vitae inermes, Dominus autem iam in litore stabat, ad quod Petrus, cui specialiter Ecclesia commissa est, pisces petrabat, stabilitatem aeternae pacis fidelibus ostendens, quod egit verbis & epistolae, agitq; quotidie miraculorum signis.

VERS. 5.

DIXIT ERGO EIS IESVS: PVERI NUMQVAD PVLMENTARIVM HABETIS? q. d. O piscatores habetisne pisces quos mihi vendatis? Christus enim hic discipulis ignota specie apparuit, quasi vir grauis & mercator, qui pisces ab eis emere veller. Ita Chryl. Vnde eos quasi operarios & se inferiores pueros vocat, phrasi Hebraea. Vel pueros graece, πωδεις, id est puerulos nominat, quasi filios ad amoris blanditias: puer enim Hebraeis nunc filium, nunc seruum & operarium significat.

Pulmentarium quid

PVLMENTARIVM] Graece σαρκαριον, id est obsonium, puta cibum qui ad panem adhibetur, & cum pane comeditur. Sic enim Plinius lib. 18. c. 8. Horatius, Persicus & alij pulmentum usurpant pro omni cibo, qui ad pulcem siue panem additur. Prisci enim Hebraei & Latini admodum frugales & temperantes, pulce pro pane utebantur, teste Plin. Vnde & Romani dicebantur pultriphagi. Ita Plautus in Mostell. Non enim, ait, haec pultriphagus opifex opera fecit barbarus. q. d. Hec non fecit Romanus vel Italus, qui pulce vescitur.

Pulmentarium ergo idem est quod obsonium,

vel σαρκαριον, ut ait Ioannes hic v. 9. & 13. Quae vox ut vult Eustat in Iliad. λ. p. 814. dicitur σαρκαριον, id est a σαρκα, vel quod sero veteres cibum hunc sumerent: vel potius, quod cum initio simplicioribus escis essent contenti, sero delicatis huiusmodi obsonijs voluptatis causa uti coeperint. Alij dictum putant σαρκαριον id est assare, quod veteres assis magis carnibus & piscibus, quam elixis vescerentur: σαρκαριον autem dictum volunt quasi σαρκα, ab σαρκαριον vel σαρκα, id est visus, aspectus, intuitus, quia assatio crebram rei quae assatur inspectionem & experientiam requirit.

Porro, per pulmentarium vel oparium Christus pisces intelligit, quia, ut ait Plutarchus lib. 4. Sympos. cap. 4. cum multa sint obsonia, piscis tamen vel solus, vel praecipue obsonium dicitur, quia virtute, simplicitate, & facilitate coquendi reliquis antecellit. Et quia prisci plerique, imò omnes ante diluuium non carnibus sed piscibus vescabantur, ut ostendi Genes. 9. Quare Ioannes hic v. 9. & 13. aequae ac c. 6. 9. & 11. per obsonium, vel oparium, non nisi pisces intelligit, uti & Athenaeus lib. 9. de Coenis sapientum.

RESPONDERUNT EI, (NON) Interrogatione sua Christus cogit discipulos fateri suam penuriam & indigentiam, ut eius opem & leuamen ab ipso expectent.

DICIT EIS; MITTITE IN DEXTERAM NAVIGII RETE, ET INVENIETIS] quia scilicet Iesus occulta vi ad dexteram nauigij multitudinem hanc piscium congregauerat. vnde Apostoli ad sinistra piscantes toto nocte nil ceperant. Hinc moraliter discimus, quod saepe frustra laboramus & fatigamur, quia ad sinistram sine Iesu, non ad dexteram cum Iesu piscamur & operamur.

VERS. 6.

Anagogice, per pisces ad dextram significatur electi, ad dextram Christi collocandi in die iudicij, reprobi vero ad sinistram, Matth. 25. Vide symbola dexterarum quae recensui Prou. 3. 16. & cap. 4. 27. Eccl. 10. 2. Cant. 2. 6.

Anagogice

Audi nunc S. Aug. tractat. 122. In captura piscium commendatur Ecclesiae Sacramentum, qualis futura est in vltima resurrectione: ad quod commendandum valet, quod tanquam finis est interpositus libri, quod esset scuturae narrationis quasi praecium: septem discipuli suo numero finem significant temporis vniuersum enim tempus septem diebus voluitur, & litus suum saeculi significat: est enim finis maris: & sic hic significata est Ecclesia, qualis in fine saeculi futura sit: ita alia piscatione significata est qualiter nunc sit. Itaque ibi non stabat Iesus in litore, sed ascendit in nauis; illic non mittuntur retia in dextram, ne soli significentur boni, nec sinistram, ne soli mali; sed indifferenter, ut significentur permixti boni & mali: hic vero mittitur in dextram rete, ut soli boni significentur, qui pertinent ad resurrectionem vitae, & in litore, id est in fine saeculi, cum resurrexerint apparebunt. Habet enim istos Ecclesia post finem vitae huius in somno pacis, velus in profundo latentes, donec ad litus rete perueniat: quod in prima piscatione anabus naticulis, hoc isto loco centum & centum cubitis est figuratum, scilicet, vtriusque generis electi, circumfisionis & praepitij.

MISERVNT ERGO: ET IAM NON VALEBANT ILLVD TRAHERE PRAE MULTITVDINE PISCIVM] En merces & fructus promptae obedientiae, praesertim homini extero, ut videbatur, & incognito; sed Christus ad illam corum

eorum interius inclinavit. Multitudo haec piscium mystice repraesentabat multitudinem fidelium, quam Petrus & Apostoli reti praedicationis Euangelicae postea ceperunt, & ad Christum conuerterunt. Ita S. Aug. S. Gregor. S. Chryl. Cyrill. & ceteri.

Vnde hic Ioannes primo Christum agnouit.

DIXIT ERGO DISCIPVLVS ILLI, QVEM DILEGEBAT IESVS (Ioannes, qui hoc titulo sese indicat, eoque gloriatur, & merito) PETRO: DOMINVS (Iesus) EST] Quares, vnde Ioannes primo agnouerit Iesum? Cyrillus id tribuit Ioannis acuminis & celeritati ingenij. Sic & Chryl. Petrus, ait, feruentior erat, sed Ioannes perpicacior, & ideo primo cognouit Christum. Verum respondeo Ioannem dum Petrus occuparetur in attractione retis tot piscibus pleni, accuratius Iesum inspicisse, ac Iesum pristinam suam speciem primo obicisse S. Ioanni, quia cum maxime diligebat, & quia ipse purissimus erat. Vnde recte S. Hier. epist. ad Pammachium contra errores Ioannis Hierosol. Prior, inquit, virginitas (Ioannis) virginalis corporis (Christi) agnoscat. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum viderunt.

patronum adsciscere S. Ioannem, eumque invocare, praesertim dum tentatione carnis pulsantur, atque eius opem experiuntur. Ut vnum e multis referam, S. Coleta virgo mira austeritatis & sanctitatis, reformatrix Ordinis S. Clarae, ut virginittatem illibatam seruaret, patronum sibi delegit S. Ioannem, nec incassum: nam apparuit ei S. Ioannes, eamque annulo aureo quasi sponsam virginemq; sibi despondit; quem annulum multi deinde castitatis studiosi ambiuerunt, ut narrat auctor Vitae S. Coletae c. 20. apud Surium tomò 7. ad diem 6. Martij.

SIMON PETRVS CVM AVDISSET, QVIA (quod) DOMINVS EST, TVNICA SVCCINKIT SE: ERAT ENIM NVDV3] Graece, τὸν ἑμὸν ἑσθλὸν διεζώσατο, id est, super indumentum induit aut circumcinctus est, puta tunicam induit. Ita Syrus & Arabicus: vnde patet eum antea non fuisse omnino nudum (hoc enim indecens & insolitum est) sed eo modo quo solent operari se nudare extimis vestibus, ut in interula vel indutio constant. Ita Beda. Porro Theoph. Quod se praecinxit, ait, pudoris est signum; praecinxit vero se lineo amictu, quem Phoenices & Tyrij piscatores sibi circumuoluunt cum nudi sunt.

Ferunt S. Petrus in mare se iniuentis.

ET MISIT SE IN MARE] ut natando, inquit Chryl. Leont. Theoph. & Tolet. aut pedibus mare peruadando, ait Beda, & Maldon. pergeret ad Iesum: erant enim prope terram. Petrus feruentior erat, ideo promptius quam alij venit ad Christum, ait Chryl. Quare improbabile est Petrum hic ambulasse super aquas. Hoc enim temerariu fuisset, cum a Christo non iuberetur id facere, ut alias iustus fuit, Matth. 14. 28.

ALII AUTEM DISCIPVLI NAVIGIO VENERVNT (NON ENIM LONGE ERANT A TERRA, SED QVASI CVBITIS DVCENTIS) TRAHENTES RETE PISCIVM] Cubitis ducentis, id est, sexaginta passibus, aut trecentis pedibus: cubitus enim est sesquipes, passus vero quinque pedes continet. Mystice Beda, perducentos cubitos, ait gemina charitatis virtus exprimitur: per dilectione enim Dei & proximi Christo appropinquamus.

VERS. 8.

VT ERGO DESCENDERVNT IN TERRAM, VIDERVNT PRVNAS POSITAS ET PISCEM SVPERPOSITVM, ET PANEM] Aliud fuit hoc Christi miraculum, quo ipse subito discipulis venientibus piscem assauit, & parauit prandium. Putat Cyril. piscem hunc a Christo a mari secretò & celerime fuisse educum; Chryl. vero censet e nihilo fuisse creatum. Verisimilius Leont. Theoph. Euthym. Tolet. & Maldon. asserunt quod Christus piscem, uti & prunas, ignem & panem subito ex aere vicino, aut alia materia, produxerit, sicut produxit panes cum eos multiplicauit, Ioannis 6. 11. Fecit id Christus primo, ut ostenderet capturam tantam piscium suum esse opus, seseque omnes illos pisces in dexteram nauigij collegisse, ut ibi a Petro & socijs caperentur. Secundo, ut se ipsi non indigere, sed Apostolorum causa hoc quae sit & fecisse demonstraret. Mystice, ex S. Aug. Beda, Piscis assus, ait, est Christus passus: ipse latere dignatus est in aquis generis humani, capi voluit laqueo nostrae mortis, & qui nobis factus est piscis humanitate, extitit panis reficiens diuinitate.

VERS. 9.

DICIT EIS IESVS: AFFERTE DE PISCIBVS, QVOS PRENDIDISTIS NVNC] ut scilicet

VERS. 10.

coram omnibus multitudinem piscium, & magnitudinem miraculi à me patrati cernatis & æstimetis, ex eoque certius me agnoscat, reuerentiùs colatis & aidentius redametes.

Mythicè, S. Aug. tract. 123. *Piscis affinis, ait, est Christus passus, ipse est panis, qui de celo descendit, hinc incorporatur Ecclesie ad participandum beatitudinem sempiternam, propter quod dicitur: Asserte de piscibus, quos prendidistis, ut omnes qui hanc spem gerimus per illum septenarium numerum discipulorum, per quem nostra vniuersitas figuratur, nossemus tanto Sacramento nos communicare, & eidem beatitudini sociari.*

VERS. II. ASCENDIT SIMON PETRVS (in nauim, in qua erat rete cum piscibus) ET TRAXIT RETE IN TERRAM, PLENVM MAGNIS PISCIBVS CENTVM QVINQVAGINTA TRIBVS] *Petrus*, vt dux ceteris tamen sociatus, vt colligitur ex v. 6. nec enim rete tanta piscium mole oneratum solus attrahere potuisset; sicet S. Gregor. & Rupertus putent solum Petrum rete atraxisse, non suis viribus, sed ope diuina. Vbiq; hic innuitur primatus Petri: nam primus vocat socios ad piscendum, primus venit ad Christum; ipse quoque rete attraxit, vt significaretur omnes pisces, id est omnes fideles ab eo trahendos & regendos fore. Ioannes ergo fuit magis dilectus, sed Petrus magis honoratus à Christo, ceterisque prælati. Sic subinde subditi sunt sanctiores suis rectoribus, sed rectores subditi sunt digniores, & auctoritate eminentiores.

Cur centum quinquaginta tres pisces capti.

PISCIBVS CENTVM QVINQVAGINTA TRIBVS] cur præcisè centum quinquaginta tres? Causam litteralem dat S. Hieron. in Ezech. c. 47. v. 9. quod toridem sint species piscium, nimirum 153. quasi ex singulis speciebus vnum piscatus sit Petrus. Audi eum: *Aut qui de animantium scribere naturas, de quibus Oppianus Cilix est Poëta docet, scripsit, centum quinquaginta tres esse genera piscium, que omnia capta sunt ab Apostolis, & nihil remansit incaptum, dum & nobiles, & ignobiles, ditites, & pauperes, & omne genus hominum de maius huius seculi extrahitur ad salutem.* Intellige hoc sic, quod primariæ & præcipuæ piscium species sint 153. Nam alioqui absolute longè recenser plures Guil. Imus Rondeletius lib. de Piscibus. Hoc ergo numero, seu symbolo, significauit Christus omnes gentes concludendas esse reti Ecclesiæ & Euangelicæ prædicationis, cuius caput & princeps est Petrus, eiusque successor Pontifex Romanus.

Mythicè.

Symbolicè, Cyrillus li. 1. c. 63. Centenarius, ait, significat plenitudinem Gentium intraturam in rete Petri & Ecclesiæ; quinquagenarius verò, pauciores è Indæis saluandos; tria denique representant mysterium S. Trinitatis, in cuius fide & cultu tam hi quam illi congregantur & saluantur. S. Aug. verò tract. 122. *Numerus centum quinquaginta trium, ait, ter habet quinquagenarium, & insuper ipsa tria, propter mysterium Trinitatis & quinquagenarius est iubilæus, in quo cunctus populus ab omni operatione quiescebat. Iubilæus representabat statum Euangelij, & gratiæ.*

Addit S. Gregor. hom. 14. denarium symbolum esse Decalogi legis veteris, septenarium verò septiformis spiritus & gratiæ in lege noua. Ternarium symbolum esse S. Trinitatis, eiusque fidei. Iam multiplicata 17. per tria, habebis quinquaginta & vnum; hæc rursus multipli-

ca per tria, habebis 153. vt significetur omnes omnino fideles in rete Ecclesiæ per Petrum, & Apostolos fore congregandos, per sidem vniuersæ trinitate Dei, in quo solo est vera hominum requies. Addit Eusebius Emisenus homil. in hoc Euangelium feria quarta post resurrectionem: Tres sunt mundi partes, quæ per tres quinquagenas piscium significantur, scilicet Asia, Africa, Europa quæ omnes in fide S. Trinitatis adunantur in Ecclesia.

Particulariùs & planiùs Rupert. & Maldon. Per tres hosce numeros, inquit, significatur triplex genus hominum, qui saluantur: per centenarium coniugati: horum enim maxima est multitudo; per quinquagenarium vidui & continentis, quorum minor est numerus; per ternarium virgines, quorum minimus. Plura habet Petrus Bongus lib. de mysterijs Numerorum ad num. 153.

ET CVM TANTI (numero & quantitate, id est tot & tam magni. Ita S. Aug.) ESSENT, NON EST SCISSVM RETE] Chryl. id miraculo tribuit, ita vt tria hic miracula fecerit Christus, quibus suam resurrectionem & omnipotentiam probauit. Primum enim fuit in captura tot piscium; secundum, in productione sui piscis, panis & prunarum; tertium hæc, in reus integritate, quod significat vnitatem & integritatem Ecclesiæ, quæ nullo schismate rumpi scindiq; potest: qui enim faciunt schisma, hoc ipso se separant ab Ecclesia, & consequenter Ecclesiam suæ vnitati & integritati relinquunt.

DICIT EIS IESVS: VENITE, PRANDETE] **VERS. 12.** Nota Primò. Probabile est etiam ex piscibus, quos ceperant Apostoli, aliquos cum pisce Christi (hic enim solus non suff. cisset. ret. Et tioni octo virotum) prunis fuisse impositos iussu Christi dicentis: *Asserte de piscibus quos prendistis nunc, vt scilicet ex ijs aliquos assemus ad commune prandium. Id hic est Christus, tum vt veritas, æquè ac vsus & fructus tanti miraculi, pura multiplicationis piscium, certò omnibus constaret; tum vt omnibus sufficerent pisces ad commune prandium.* Ita S. Aug. tractat. 123. Euthym. & Maldonat.

Christus est ius manducari post resurrectionem.

Nota Secundò. Verisimile est ipsdem de causis Christum cum discipulis hic prandisse, vt more suo facere solebat, ad veritatem resurrectionis suæ confirmandam. Ita Leont. & Theophyl. hic, ac S. Gregor. hom. 24. idque colligitur ex v. sequi. Quomodo corpus gloriosum cibum comedat, quidque ex eo faciat, dixi Lucæ 24. 43. & Actor. 1. 4.

Anagog. Cyrillus: Simili modo, ait post labores huius vitæ, quibus animas Deo piscamur, Christus parabit prandium cælestis, in quo perpetim cum eo epulabimur in delicijs diuinis, iuxta illud: *Vt edaris, & bibatis super mensam meam in regno meo,* Lucæ 22. 30.

ET NEMO AVDEBAT DISCVMBENTIV] Græcè *μακροῦν*, id est, *discipulorum*. Sic & Syrus ac Arabicus. Vnde Ianfen. & Emman. Sà putant hic legendum, *discipulorum*, id est discipulorum; sed Roman. legunt, *discumbentium*, idque meliùs congruit huic loco. Vnde videtur quòd Græca hic potius sint mendosa, quàm Latina. Ita Toletus.

In-

INTERROGARE EVM: TV QVIS ES? SCIENTES, QVIA (quod) DOMINVS EST] Quia scilicet, vt aduerit Chryl. hom. 86. Christus necdum in propria specie & forma se eis objiciebat, sed augustiore, ex qua an verè esset ipse Iesus hestaret, cuperentque eum rogare: *Tu quis es?* Verùm ex lineamentis, dictis & factis, agnouerunt ipsum esse Iesum, vt de eo iam non dubitarent. Quare partim ex reuerentia Christi, partim ex certitudine agnitionis, non suere auli ipsum hac de re interrogare.

Minus genuinè S. Aug. tract. 123. *ad interrogare interpretatur dubitare: hæc enim differunt, sicut effectus & causa.*

VERS. 13. ET VENIT IESVS, ET ACCIPIT PANEM, ET DAT EIS, ET PISCEM SIMILITER] q. d. Cùm discipuli iussu Iesu mensæ accubissent, venit quoq; ipse, eidemque accubuit, ac tam suum panem piscemque, quàm pisces ab eis captos (ait S. Aug. tract. 123. Vnde pro *piscem* græcè est *ψαειον*, id est, *obsonium*, scilicet piscium) iam assos inter eos distribuit, ipseque similiter ex eis manducauit, vt eis se verè resurrexisse ostenderet.

VERS. 14. HOC IAM TERTIO MANIFESTATVS EST IESVS DISCIPVLIS SVIS, CVM RESURREXISSET A MORTVIV] Tertio, scilicet computando eas apparitiones quæ factæ sunt pluribus Apostolis simul, quas solas Ioannes hic commemorat: sic enim hæc fuit ordine tertia; alioqui alias omnes, quas alij Euangelistæ narrant, numerando, hæc ordine fuit septima, vt ostendi Matth. 28. 1. o. vbi omnes suo ordine recensui.

VERS. 15. CVM ERGO PRANDISSENT, DICIT SIMONI PETRO IESVS: SIMON IOANNIS (scilicet fili. Vide dicta cap. 1. 42. addit hoc vt distinguatur à Simone Chananeo) DILIGIS ME PLYS HIS? Christus abiturus in caelum hic suum in terra vicariū designat, ac summum Pontificem creat Petrum, vt vna Ecclesia ab vno pastore regatur. Promiserat Christus idipsum Petro Matth. 16. 18. sed hoc loco idipsum præstat, eumque principem & rectorè totius Ecclesiæ constituit, ne quis propter trinam Petri negationem, Christum suam de eo sententiam mutasse autumer. Ita Cyrill.

Mythicè, Alcuinus hic: *Simon*, ait, hebr. idem est quod obediens; *Ioannes* idem est quod gratia. Sic vocatur Petrus, vt potè obediens gratiæ Dei: quod enim ardentiori charitate eum amplectitur, non meriti humani, sed diuini est muneris.

DILIGIS ME PLYS HIS? Primò, quia hoc munus pascendi & regendi omnes fideles, quod tibi imponere destino, maximum poscit Christi & fidelium amorem. *Interrogatur amor*, ait S. Aug. & *imperatur labor*, quia vbi est amor, non est labor.

Secundò, vt ostendat Christus quantopere oues suas diligat, vt potè quas credere nolit, nisi ei qui se, & consequenter oues suas summè diligat. Ita Chryl. hom. 87. Audi eum: *Quod nobis maxime tribuit diuinam beneuolentiam, est proximorum curatio. Præteriens autem Dominus alios, Petro de talibus loquitur: erat enim Apostolorum eximius, & os discipulorum, & vertex collegij. Vnde & ei fratrum prædicationem commisit. q. d. Animam quam dixisti te posturum pro me, hanc da pro ouibus meis.*

Tertio, quia Petrus ter Christum paulò ante negauerat, ac triplex hæc negatio illi pœnitenti à Christo fuerat remissa, hinc iurare ab eo, cui maio-

rem contulerat indulgentiam, maiorem poscit amorem. *Cui enim minus dimittur, minus diligir,* Lucæ 7. 47. Ita Cyrillus.

Porro Iesus interrogat, sciens quòd se plus omnibus diligeret Petrus, ait S. Aug. licet enim Ioannes teneriùs diligeret Iesum, tamen Petrus eundem diligebat robustiùs & ardentiùs, vt patet ex omnibus eius circa Iesum factis & dictis. Sic parentes teneriùs diligunt filios paruulos, fortiùs autem & solidiùs eos qui iam iuuenes vel viri sunt: vnde eis maiora donant quàm paruulis. Audi S. Aug. serm. de passione: *Cum moreretur Dominus, timuit & negauit; resurgens Dominus amorem inseruit, timorè fugauit. Negauit mori timens; resurgente Domino quid timeret, in quo mortem mortuam reperiret?*

DICIT EI (PETRUS) ETIAM DOMINE; TV SCIS QVIA AMO TE] Hinc patet, ait S. Aug. *amo & diligo* hic idem significare, et si Latine plus significet amo, quàm diligo. Non audeat dicere Petrus, Amo te plus ceteris; sed, Amo tertum quia corda ceterorum non nouerat: tum quia calus eum fecerat modestior è & cautiorem. Nam alijs se prætulerat dicendo Matth. 26. *Domine estis omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor: & tamen paulò post turpiùs quàm alij cecidit, negauitque Christum, quod ceteri non fecerunt.*

DICIT EI: PASCE AGNOS MEOS] *Pasce*, sicut pastor pascit oues ducendo eas ad pascua, & pascendo regit dirigique, ne à grege aberrent, ne noxia pascua adeant, nec à lupis rapiantur. Hinc pascere in Script. significat regere, & principes vocantur pastores, quia si rectè subditos suos regere velint, debent facere id quod faciunt pastores, dum suas oues pascunt. Vnde psal. 22. 1. *vbi Noster vertit, Dominus regit me,* hebr. est *אֲדָרְגִי*, *Adonai roi*, id est, *Dominus est pastor meus*, sine pascit me. Quocirca subdit: *In loco pascue ibi me collocauit.* Sic David ex pastore ouium factus est à Deo rex hominum. *Pascere*, id est, regere, *Iacob seruū suum, & Is: ac hereditatem suam,* psal. 77. 7. Sic Cyrus vocatur pastor, id est princeps & rex à Deo constitutus, Isaiæ 44. 28. *Qui dico, Cyrus, Pastor meus es.* Et psalm. 2. 9. *Reges eos in virga ferrea,* hebr. *אֲדָרְגִי אֶתְרֵם*, id est pascet eos. Et passim alibi Hebr. *אֲדָרְגִי*, Græcum *ποιμαίνω*, & Latine *pascere* significat regere, vt videre est Michææ 5. 2. Matth. 26. Actor. 20. 28. Apoc. 2. 7. & c. 12. 5. & cap. 19. 15. Sic Homerus Agamemnonem regem Græcorum vocat *ποιμὲνα λαῶν*, id est, pastorem populorum.

AGNOS MEOS] Christus quasi primus Ecclesiæ pastor, hic fideles suos nunc oues, nunc blandiùs *agnos* vocat; idque tum propter vitæ nouitatem baptismo enim regenerati facti sunt quasi agni nouelli Dei; tum propter agnitam innocentiam, quam baptismo adepti sunt; tum propter sequelam Christi, qui a Ioanne Baptista vocatus est *Agnus Dei, qui tollit peccata mundi.* Ioan. 1. Igitur vox ouis significat Christum esse pastorem Christianorum, vox verò *agnos* significat Christum esse patrem, in d matrem eorumdem, vt potè quos per baptismum genuit Deo, & in filios sibi adoptauit. Idem ergo sunt agni & oues, ait Ianfen. Vnde Æthiopicus pro *agnos* habet oues, ac 70 oues tertio reperit. Addit Euthym. Theoph. & Ribera *agnos* vocari, vt nomen ipsum indicat, recens ad fidem conuersos, & teneriores in fide, quorum

Quinam agni, quoniam oues.

Petrum rector totius Ecclesie. Prob. Primò.

Secundò.

quorum magnus futurus erat numerus incipientibus Apostolis predicare; atque hi maiori cura indigebant, quoniam maiori labore erant educandi & sustentandi: ideo Dominus dicit: *Pasce agnos meos*, ut hac repetitione ostenderet se optare, ut Petrus maximam illorum curam haberet: *ones* autem vocat iam robustiores in fide, quos cur ita vocet diximus cap. 10. Rursum per agnos intelligit fideles simplices; per oves magistros, pastores, Episcopos & Apostolos, qui quasi matres sunt fidelium. Ita Bellar. lib. 1. de Pont. c. 16.

Ex hoc ergo loco patet S. Petrum, & eius successorem Romanum Pontificem, esse caput & principem Ecclesie, omnesque fideles, etiam Episcopos, Patriarchas & Apostolos, illi subijci; & ab eo pasci regique debere. Id Primò, colligitur ex eo quòd Christus hic solum Petrum interrogat, idque Tertio, quasi principem, & os Apostolorum, ait S. Chryl. Theoph. Euthym. Insuper tacite hic significat Christus Petrum se plus ceteris Apostolis amare, ac proinde eum dignum esse, qui sibi in amore & cura gregis, id est, Ecclesie & fidelium, succedat. Ruit enim potestas, quam non fuit charitas.

Secundò, id patet ex verbo *pasce*, id est *rege*, ut dixi, ac ex voce *agnos* & *ovis*: hac enim voce Christus significat omnes fideles Ecclesie, sibi quasi primo pastori subditos, nullum enim excipit. Qui ergo sunt oves Christi, hi sunt & oves Petri: illi enim eos pascendos & regendos committit hic Christus, Qui verò non sunt oves Petri, uti sunt heretici, hi quoque non sunt oves Christi. Apostoli ergo ceteri, quia erant oves Christi, idcirco erant pariter oves Petri. Unde Petrus eos dirigere, & sicuti errarent corrigere, dissidia eorum componere, ac per omnia gubernare debebat. Christus enim instituit optimum regimen in Ecclesia, quod est monarchicum; tum ut una esset Ecclesia; tum ad tollenda schismata, ut docet S. Cyprianus lib. de Unitate Ecclesie: *Primatus*, ait, *Petro datur, ut una Christi Ecclesia, & cathedra una monstraretur*. Et S. Hieron. epist. 57. ad Damasum: *Inter duodecim, ait, unus eligitur, ut capite constituto, submissis tollatur occasio*. Audi S. Leonem serm. 3. de Assumptione sua ad Pontificatum: *De toto mundo unus Petrus eligitur, qui uniuersarum gentium vocationi, & omnibus Apostolis, cunctisque Ecclesie Patribus preponatur: ut, quamuis in populo Dei multi sacerdotes sint, multique pastores; omnes tamen proprie regat Petrus, quos principaliter regit & Christus. Magnum & mirabile, dilectissimi huic viro consortio potentis, suè tribuit diuina dignatio, & si quid cum eo commune ceteris voluit esse principibus, nunquam nisi per ipsum dedit, quidquid alijs non negauit*.

Audi pariter S. Bernard. lib. 3. de Confid. ad Eugenium Pontificem versus finem: *Habent illi, id est Episcopi, sibi assignatos greges singuli singulos, tibi uniuersi crediti sumus: uni unus, nec modo omnium, sed pastorum tu unus omnium pastor*. Unde id probem querit ex verbo Domini, Cui enim non dico Episcoporum, sed Apostolorum, sic absolute & indistincte totum commisse sunt oves? Si me amas Petre, pasce oves meas: quas? illic vel illius populos ciuitatis aut regionis, aut certe regni? Oves meas, inquit: cui non planum non desponsasse aliquas, sed assignasse omnes: nihil excipitur, ubi distinguitur nihil. Et Innocent. III. cap. solit. de maiorit. &

obedientia, ait: *Nobis autem in beato Petro sunt oves Christi commissa, dicente Domino: Pasce oves meas: non distinguens inter has oves & alias, ut alium à suo demonstraret ouili, qui Petrum & successores ipsius magistros non recognosceret & pastores*. Vide dicta Matth. 16. 18. Vide & Bellarm. lib. 1. de Pontifice cap. 14. 15. & 16. vbi docet Christum hoc præcepto, quod dedit Petro, dicens: *Pasce oves meas*, hoc ipso simul instituisse Pontificatum quasi principatum Ecclesiasticum, illumque tradidisse S. Petro, eiusque successoribus Romanis Pontificibus: ac cap. 14. probat hæc verba soli Petro à Christo esse dicta, cap. 15. per verbum *pasce* significari regimen & potestatem regendi, cap. 16. per oves significari omnes fideles, etiam Apostolos totamque Ecclesiam: quæ omnia negant Caluinus, Lutherus & hæretici.

Ex hoc loco Theologi & Suarez tract. de Indulgentijs, docent Petro, & Pontificibus ei succedentibus à Christo datam esse potestatem dandi Indulgentias, idque probant. Nam sub illo verbo *pasce* includitur omnis actus iurisdictionis, qui ad claudendum vel aperendum regnum calorum conferre potest, ut hoc modo donatio sit æqualis promissioni; sed remissio penarum per Indulgentias est vnus ex actibus, quibus aperitur regnum calorum: ergo ille etiam comprehenditur sub vniuersali munere pascendi oves Christi.

DICIT EI TERTIUM: SIMON IOANNIS DILIGIS ME? AIT ILLI: ETIAM DOMINE, TV SCIS QVIA AMO TE.] Audi Chryl. Rursum formidat priora, ne forte astimans se diligere, nisi non diligit corrigiatur, sicut prius correptus est se existimans sortem, itaq; ad ipsam Christum confugit.

DICIT EI ITERVM: PASCE AGNOS MEOS.] Sic etiam habet Arabicus. Verùm Græcus & Syrus pro *agnos* habent *ovis* & *ovis*, id est *ovis*, sed valde verisimile est Nostrum cum Arabico in Græco legisse *ovis* & *ovis*, inserto *iota*, id est *ovis*, quales sunt agni: horum enim præcipue habenda est cura pastori, ideoque illam hic repetendo & geminando Christus inculcat. q. d. ait S. August. *Sit amoris officium pascere Dominicum gregem, sicut fuit timoris iudicium negare pastorem*.

Hinc S. Gregor. 1. part. pastor. c. 5. *Qui, inquit, virtutibus pollens gregem Dei pascere renuit, pastorem suum conuincitur non amare*.

DICIT EI TERTIUM: SIMON IOANNIS AMAS ME? CONTRISTATUS EST PETRVS, QVIA DIXIT EI TERTIUM, AMAS ME? ET DIXIT: DOMINE TV OMNIA NOSTI: TV SCIS QVIA AMO TE, DIXIT HI: PASCE OVES (SYRVS, ONICVLVS) MEAS.] Cur Christus ter Petrum interrogat de amore, & ter repetit: *Pasce oves meas*? Resp. Prima causa est, ut Petrus triplicem Christi negationem triplici & constanti singularis amoris eiusdem professione expiet, commutet & adaugear. Ita Cyrillus, Leont. Theophyl. Beda & S. Aug. tractat. 123. quem audit: *Redditur trina negationi trina confessio, ne minus amori lingua seruiat quàm timori, & plus vocis elucisse videatur mors imminens quàm vita præsens. Sit amoris officium pascere Dominicum gregem; si fuit timoris iudicium negare pastorem. Qui hoc animo pascunt oves Christi, ut suas velint esse, non Christi, se communitur*

Indulgentia.

VERS. 16.

VERS. 17.

tur amare, non Christum; vel glorandi, vel dominandi, vel acquirendi cupiditate, non obediendi & subueniendi, & Deo placendi charitate. *Contra*: hoc ergo vigilat toties inculcata vox Christi, quos Apostolus genui sua querere, non quæ Iesu Christi. Nam quid est aliud? Si diligis me, pasce oves meas: quàm si diceretur: Si me diligis, non te pascere cogita, sed oves meas: sicut meas pasce, non sicut tuas: gloriam meam in eis quære, non tuam; dominium meum, non tuum? Discant hic Episcopi & Prælati lapsos sacerdotes, ceterosque secundò & tertio examinare de emendatione, ut securi sint antequam eos officio suo restituant.

Secunda est, ut Christus ostenderet quanti oves suas faceret, quamque in die iudicij pastores & Episcopos examinaturus sit de earum cura, ac præsertim de amore. Quocirca S. Bernard. ser. 18. in Cant. inuehitur in eos, qui cum parum habeat charitatis, ambiunt tamen alij præfesse, seque se & alios perdunt; aut si subditos saluent, seipos perdunt: *Tu frater, inquit, cui firma satis propria salus nondum est, nisi charitas adhuc nulla est, aut adeo tenera atque arundinea, ut omni statui cedat, omni credat spiritui, omni circumferatur vento doctrinæ: tu, inquam, ita in proprijs te ipsum sentiens, quamam demencia, quæ ego, aliena curare aut ambis, aut acquiescis*.

Tertio, ut indicet pastores triplici modo quasi pabulo oves pascere debere, scilicet veritatis verbo, vitæ exemplo, & temporali subsidio, de quo vide S. Gregor. hom. 14. in Euangel. Et S. Bernard. ser. 2. de Resurr. ait ter à Christo repeti *pasce*, ut pastor oves pascat mente, lingua & manu. *Pasce*, inquit, *mente*, *pasce ore*, *pasce opere*. *Pasce animi oratione, verbi exhortatione, exempli exhibitione*. Idem epist. 201. *Pasce*, ait, *verbo*, *pasce exemplo*, *pasce sanctarum fructu orationum*. Hinc ille amor & zelus animarum in S. Petro, & consequenter in S. Ioanne, qui in Euangelio & Epistolis suis passim inspirat amorem & ignem diuinum. Memorabile est exemplum in iuene illo à S. Ioanne conuerso, & Episcopo cuidam commendato, sed ab eo neglecto, indeque latronum principe facto: quem S. Ioannes senex ad penitentiam & vitam sanctam reduxit. Rem gestam ex Clem. Alexand. fusè describit Euseb. lib. 3. hist. c. 23. & S. Chryl. epist. 5. ad Theodorum lapsum.

CONTRISTATUS EST PETRVS] quia ex ter iterata interrogatione sibi videbatur Christo de amore suspectus; aut certe timebat ne sibi contingeret quod in Passione, & sicut tum negauit, sic & aliquando non amaret Christum. Ita S. Chryl. Leont. Theoph. Euthym. Unde Dominus eum mestum consolatur, dicens Petrum Christi amore & exemplo, quasi verum pastorem pro D ouibus crucifigendum. Ita iidem.

PASCE OVES MEAS] ut meas, ait Glossa, non ut tuas: gloriam meam in eis quære, non tuam; mea lucra, non tua. Audi S. Aug. *Non ergo nos, sed ipsum amemus, & in pascendis ouibus eius, quæ sunt eius, non nostra queramus: qui se, non Deum amat, non se amat: qui enim non potest vivere de se, moritur amando se: cum ille diligatur de quo vivitur, non se diligendo magis se diligit, qui propterea non se diligit, ut eum diligit de quo vivit*. Talis pastor erat S. Paulus S. Petri collega, dicens: *Optabam ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem*, Rom. 9. 7. Vbi D. Chryl. *Omni, in-*

quit, pelago latior, omni flamma vehementior erat hæc dilectio, ac nulla illam pro dignitate dictabit oratio. In primis emphaticum est illud: *Ego ipse*. Quis est, inquit Chryl. *Ego ipse? Qui omnium magister sum effectus, qui vniuersis meritis, infinita coegit, qui coronas infuitus expecto*. Et nonnullis interiectionibus, optatione anathematis Pauli sic explicat, q. d. *A calorum regno libens exciderem, & ab illa arcana gloria, maximam omnium existimans consolationem mihi affere, si amplius non audiam conuictus illum affici, cuius amore iam opere ardeo*.

AMEN, AMEN DICO TIBI, CVM ESSES IUVENIOR, CINGEBAS TE, ET AMBVLABAS VBI VOLEBAS: CVM AVTEM SENVERIS, EXTENDEBAS MANVS TVAS, ET ALIJS TE CINGET (ARABICVS & SYRVS, CINGET TIBI LUMBOS TVOS) ET DVCEB TV NON VIS] scilicet per voluntatem naturæ & sententiam; nam voluntate naturali Petrus summe id appetebat. Sensus est, q. d. Cum iueneris, ò Petre, Romæ à Nerone crucifigeris, ait S. August. quasi nouæ Christianorum scæ prædicator, & quasi Simonis Magi, qui Nerōnem suis magicis præstigijs demerabat, euerfor & occisor. Unde S. Chryl. prædicit, inquit, illi martyrium; ostendens quomodo & quantum Christum & oves amare oporteat, scilicet vsque ad crucem.

CVM ESSES IUVENIOR] Per hoc ostenditur, ait Chryl. quòd Petrus non erat iuuenis, nec senex, sed vir perfectus. Talem enim decebat esse Pontificem & Apostolorum principem ut ætas auctoritatem ei conciliaret, & tamen ad labores Apostolicos apta foret & valida. Additque causam: *In secularibus iuuenis quidem utilis, senex inutilis est; at in diuinis non ita: sed cum superuenit senectus, tunc virtus clarior, quia verò Petrus semper volebat pericula subire pro Christo, dicit se impleturum eius desiderium, ut quæ iuuenis non est passus, patiatur senex*.

Sensus est q. d. Cum iunior esses, & viribus corporis magis ad tolerandos labores valeres, ipse te cingebas, id est liber eras, & pro arbitrio tuo surgebas & lecto cum volebas, & vestiebas te, & ibas quòd volebas: cum autem senueris, eo tempore, quo homines otium & requiem querunt, tu nequaquam quiesces, sed magis laborabis: ligabunt enim te & agent in crucem, ubi manus extendes, id est, crucifigeris.

Minus rectè ergo Lyranus *Id alius cinget te*, sic explicat. q. d. Alius funibus te alligabit cruci, non clavis affiget. Nam *Id cinget* nō ad crucem, sed ad lumbos, ut vertunt Arabicus & Syrus, ac ad brachia & manus Petri pertinet. q. d. *Alius*: scilicet licet vel carnifex, sive ligabit tibi lumbos & brachia, ut te quasi reum ducat, trahatque quò non vis, scilicet ad crucem. Porrò S. Petrum non funibus, sed clavis cruci fuisse affixum, discretè docet S. Chryl. hom. in principem Apostol. *Gaudes, inquit, Petre, qui ligno crucis fructus es, & ad magister similitudinem recta quidè figura sicut Dominus nosset, crucifigi noluisse, sed magis inuerso capite, veluti è terra ad calum iter parans. O claus illos beatos, qui membra illa sanctissima pertranserunt!* Idem docet Prudentius peristeph. hymno 12. S. Maximus serm. 1. in Natali Apost. Theod. serm. de Charitate.

Præclare S. Aug. tract. 123. ille, ait, *negator & amator, præsumentando clavis, negando prostratus, stendo*

VERS. 18.

Alius te cinget quidè

purgetur, confitendo probatus, patiendo coronatus hunc inuenit exitum, ut pro eius nomine perfecta dilectione moreretur, cum quo se moriturum peruersa festinatione promiserat: facit eius resurrectione firmatus, quod ternerè pollecebat in infernum: iam non metuit vitæ a huius interitum, quia resurgente Domino, vitæ alterius præcessit exemplum.

VERS. 19.

Petro cruce fuit gloria.

Primò.

Secundò.

Tertiò.

HOC AVTEM DIXIT, SIGNIFICANS QVA MORTE CLARIFICATURVS ESSET DE VM] GRÆCÈ δὲ ἀδελφῆ, id est glorificaturus esset. Sic & Syrus & Arabicus. Petrus ergo moriens in cruce glorificauit Deum, adeoque mors hæc in cruce non fuit ignominiosa, ut censebat Nero & Romani, sed laus & gloria tam Dei, quam Petri. Primò, quia Petrus crucifixus & mortuus est pro veritate fidei: hoc autem gloriosum est: hoc ipso enim factus est Martyr, ac sua morte obsignauit & confirmauit fidem à te prædicatam.

Secundò, glorificauit Deum; quia pro Deo, Deique filio Iesu Christo, quem prædicabat, crucifixus est; quid autem gloriosius quam mori pro Deo?

Tertiò, quia in morte crucis similis fuit Christo crucifixo, ut, cui similis fuerat in vita & pontificatu, similis quoque esset in cruce & morte; nam gloria magna est sequi Dominum, ait Eccl. c. 23. 38. Ita Chryl. non dixit muricurus, inquit, sed clarificaturus, quia pati pro Christo honor est & gloria. Hinc martyrium crucis nobilissimum est ceteris martyrijs, unde & à multis crucifixus fuit exoptatum. Christus enim crucem in ea moriens nobilitauit; ideoque S. Andreas, frater S. Petri, adeò ambiebat crucem, ac moriens in ea exultabat & iubilabat. Hac de causa ipse S. Petrus noluit crucifigi eo modo quo Christus, ne Christo in gloria crucis equaretur; sed inuerso modo, scilicet capite deorsum, & pedibus in altum sublati, ut docet S. Aug. serm. 28. de Sanctis. Et S. Maxim. serm. 1. de Natali Apost. Hic est, inquit, Petrus, qui cum ad crucem tanquam Christi discipulus duceretur, verso se posuere corpore crucifigi, passionem non timuit, sed æqualitatem crucis Domini ædeclanauit, ut ostenderet vniuersis admiranda se humilitatis virtutem, nouiæ mysterij disciplinam & inter tormenta seruasse. Theod. aliam quoque affert causam, sic dicens: Cum ad mortem crucis à Nerone damnatus esset, rogauit carnifices ne similitè atq; Dominus trahi figeretur, sed contrario modo: veritus (quod est verisimile) ne eadem passio eundem sibi ab insipientibus honorem conciliaret: ideo rogauit ut manus inferius, superius autem pedes affigerentur. Ita quoque Theodor. orat. de charitate.

Quartò.

Quartò, quia Petrus in cruce moriens pro Christo magnam ab eo gloriam consecutus est, tum in celo, tum in terra, quæ glorificauit Deum, tanquam huius gloriæ suæ fontem & auctorem. Hinc fideles toto orbe, quin & reges & principes Romam confluunt, ut locum crucis & sepulturæ B. Petri, eiusque basilicam in Vaticano, quæ orbis est miraculum, visitent & venerentur. Ita S. Aug. serm. 28. de Sanctis: Nunc, inquit, ad memoriam piscatoris spectantur gemma Imperatoris: ibi radiant gemmæ diadematis, ubi fulgēt beneficia piscatoris. Et alibi scribens ad Madaurentes: Videtis & Imperij nobilissimi eminentissimum culmen, ad sepulcrum piscatoris Petri (submissa diademate supplicare. Et Chryl. hom. quod Christus sit Deus: Relictis omnibus, inquit, ad sepulchra piscatoris & pellicanis currunt &

reges, & præfides, & milites. Et Constantinopolis reges nostri magnam gratiam putant, si non prope Apostolos, sed si vel extra eorum vestibula corpora sua sepeliantur, sicut & piscatorum ostiarum reges. Ideo Chryl. in psal. 48. Quot reges urbes euererūt, portus exstruxerunt, & nominibus suis inscriptis decelerunt; nec tamen eis quidquam profuit; sed silentio & obliuioni mandati sumus? Piscator autem Petrus, qui nihil fecit eorum, quoniam virtutem est profectus, & ciuitatem maximè regiam occupauit, etiam post mortem respicitur, sole clarior. Horum sepulchris urbem esse munitam alibi idem tradit cum ait: Hoc corpus plebem hanc munit, quod quantis turri, innumerisq; manibus ac vallibus est munitus; & cum ipso corpus etiam beati Petri, &c. Vide eundem Chrysol. homil. 32. in epist. ad Romanos. Meritò ergo Prudentius loco iam citato, de morte S. Petri in cruce loquens ait: Vidit superba morte laureatum. Superba ergo est mors crucis, in quâ piè superbiat Christianus, iuxta illud Isaïæ 60. 15. Ponam te in superbiam sæculorum. Et c. 61. 6. Fortitudinem gentium comedetis, & in gloria eorum superbetis.

Moraliter hæc discite, cum S. Petro & Paulo gloriari in cruce Domini nostri Iesu Christi, tibi que gratulari cum Christus te eius participem facit, ac particulam aliquam crucis suæ tibi immitit, siue per morbum, siue per persecutionem, siue per vilipensionem, siue per aliam afflictionem. Nulla enim re magis glorificatur Deus, quam martyrio & cruce, si patienter & hilariter toleretur. Crux ergo Christi & Christiani est decus & gloria, non dedecus & ignominia.

ET CVM HOC DIXISSET, DIDIT EI; SEQUERE ME] Nota, cum Cyrillo, Chrysol. Tolet. Iansen. Maldon. Ribera & alijs, Christum hæc factò significare Petro idipsum quod verbo dixerat. Igitur ipse surgens, & abiens è conuiuij loco, inuitat Petrum ut se præeuntem pedibus eundo sequatur, idque ut significet eum se securum ut legitimum Vicarium, in his quæ iam ei prædixerat, scilicet in cura ouium pastoralis, & in supplicio crucis. Ait ergo: Sequere me. Primò, q. d. Sequere me, ut eundo, sic & mihi succedendo in regimine Ecclesiæ, succede ergo mihi ut pastor & rector totius Ecclesiæ meæ.

Secundò, Sequere me, ut, sicut ego præcessi ad crucem, sic tu me ad eandem subsequaris. Nec tibi dura videatur crux pro me subeunda, quia ego primus illam pro te subiui, & ad eam tibi ceterisque fidelibus præiui, & viam complanauit. Debet enim ut me, sicut in vita & officio pastorali, sic & in morte cruceque sequaris, ut pro ouibus vitam ponas, ac ceteris fidelibus sis dux ad crucem & martyrium. Vnde Glossa: Si pastor, ait, immolatus est ut ouis, qui de ouibus sunt pastores, non metuant immolari. Hinc Petrus Romæ à Nerone in carcere Mamertino incluto, cum Christiani ei figam suaderent, & precibus suis illum ad eam penè cogere; ille, ut eis satisfaceret, fugit; sed extra portam, quæ nunc S. Sebastiani dicitur, occurrit illi Christus, qui rogatus à Petro: Domine quò vadis? respondit, Venio Romam iterum crucifigi. Intellexit Petrus Christum non in suo, sed in Petri vicarij sui corpore velle crucifigi. Protinus ergo ad carcerem redijt, & paulò post crucem subiit. Locus hic occurfus & colloquij Christi, cum Petro etiamnum hodie iuxta Romam extat, &

& facello decoratus religiosè visitur, vulgoque A vocatur: Domine quo vadis? ita ex S. Ambrosio, S. Gregor. Hegeippo & alijs Baron. tom. 1. anno Christi 69. c. 6.

Tertiò, Sequere me in cura pastoralis, & modo pacendo regendi que fideles, ut eos pascas tam verbo quam exemplo, ac præsertim eximiam charitatem, sicut ego eos pavi, atque per omnia meæ doctrinæ & vitæ vestigia sequaris. Mea enim vita est idea & exemplar perfecti pastoris, quam proinde te, tuosque successores semper præ oculis habere & imitari volo.

Audi Theophyl. In hoc quod ait, Sequere me, cunctorum fidelium Prælatum eum instituit, simul & vult ut se sequatur in cunctis verbis & operibus. Deniq; ostendit affectionem ad ipsum: qui enim nobis astrictiores sunt, hos non sequi volumus.

Præclare S. Irenæus l. 4. c. 28. Sequi Saluatorem ait, est participare salutem, & sequi lumen est participare lumen: qui autem in lumine sunt, non ipsi lumen illuminant, sed illuminantur & illustrantur ab eo.

VERS. 20.

VERS. 21.

CONVERSUS PETRVS VEDIT ILLVM DISCIPLVM QVEM DILIGEBAT IESVS SEQVENTEM, QVI ET RECVBVIIT IN COENA SVPER PECTVS EIVS, ET DIXIT: DOMINE QVIS EST QVI TRADIT TE? HVNC ERGO CVM VIDISSET PETRVS, DIXIT IESV: DOMINE, HIC AVTEM QVID?] Petrus obediens Christo incipiebat ipsum sequi; mox sequebatur & Ioannes, ceterique eius socij. Petrus ergo sollicitus de Ioanne & socijs, conuersus retrospexit; viditque eos sequentes; ac ceteris omiffis, rogat Christum quid de Ioanne sit futurum; an videlicet Ioannes simili modo Christum sit secutus sicut ipse, & in cruce moriturus? Rogauit hoc, Petrus, tum quia Ioannem præ ceteris amabat, tum quia sciebat ipsum à Christo præ alijs diligi, ideoque in pectore eius recubuisse. Mirabatur ergo quòd Christus Ioannem à se adeò dilectum hæc prætermitteret: unde eum illi reuocat in memoriam, q. d. Quid fiet de Ioanne tibi adeò dilecto? Sanè sicut illum in cœna mihi prætulisti, nunc in officio pastorali eum mihi iure præferre poteris, meque illi quasi pastoris subijceres, quoniam aliter tibi vitium est, saltem scire velim quæ illius futura sit fors & mors. Tum denique quia Petrus hæc Ioanni reddidit vicem in rogando: sicut enim Ioannes in cœna vigente Petro rogauerat Iesum, quis eum traditurus esse: sic hæc vicissim Petrus rogat Iesum de Ioanne, cogitans Ioannem desiderare scire quid de se futurum foret, nec tamen audere id à Christo petere. Audi Chrysol. Quia magna ei prædixerat Dominus, & orbem terrarum commiserat, & martyrium præannunciauerat, & amorem testatus est, amorem volens & Ioannem communicatorem accipere, dixit: Hic autem quid? q. d. Nonne eadè nobiscum venit vitæ: valde enim Ioannem amabat Petrus, eumq; putans velle interrogare de seipso, nec audere, pro eo suscepit interrogationem.

Hinc discant Prælati non sequi suos affectus, nec indulgere amori, sed sequi in omnibus rationem, ut eos pastores constituent, non qui sibi sunt chariores, sed qui ad illud officium sunt aptiores: sicut Christus hæc non Ioannem, licet tibi cognatum prædilectum, sed Petrum, constituit suum vicarium, successorem, & Pontificem Ecclesiæ.

Cornel. in Ioannem.

DICIT EI IESVS: SIC EVM VOLO MANERE DO- NEC VENIAM, QVAD AD TER?] Est hæc triplex lectio. Prima Græcorum, indeque Syri, Arabici & Æthiopicis: Si eum volo manere. Secunda, S. Hieron. lib. 2. contra Iovin. & aliorum, si sc. Tertia, Latinorum, præsertim Romanorum: Sic eum volo manere, itaque legunt S. August. Beda, Rupertus, Glossa, S. Thomas, Lyrans. Ribera & alij. Tertiam hanc lectionem multis statueret conatur Georgius Trapezuntius, licet Græcus, lib. ad Papam hac de re edito; quamuis eum refellat Bessarion Cardinalis, qui primam statuit. Primæ enim fauet, quòd facile Latinitatem si verti potuerit in sic, addita littera e; Græcicam autem ad, id est, sic, difficile verti potuerit in sic, id est, sic. Rursum, quòd prima planum exhibeat sensum, q. d. Si velim Ioannem manere in vita, nec crucifigi, ut te volo, quid ad te, tu me sequere, & Ioannis curam mihi relinque. Vult enim Christus reprimerè dumtaxat curiositatem Petri, ut sibi soli intentus non curè de Ioanne, eiusque curam sibi permittat. Ita S. Cyrillus, Toletus, Maldon. Franc. Lucas, & alij.

Tertiæ verò lectioni fauet Primò, quòd Romana editio iussu Põstificis correctæ eam sequatur, ut & pleriq; codices & interpretes Latini. Secundò, quòd iuxta eam Christus magis satisfaciat interrogationi Petri. Tertiò, quòd ex ea discipuli facilius conceperint opinionem de Ioanne, quòd non esset moriturus. Quartò, quòd Trapezuntius græcè apprimè peritus, ostendit Græcam vocem ad, & Latinam si, hæc habere vim, ut indicatiuo verbo coniuncta affirmatiue capiatur: cum subiunctiuo verò, suspensiuè dubitatiueque. Aliud enim est dicere: Si amo te, non detraho tibi; aliud verò. Si te amarem, non tibi detraherem. Nam in prima propositione amor affirmatur, in secunda non affirmatur, sed cum dubitatione ponitur. Probat hoc ex Prisciano, natione etiã Græco, in libro de Constitutione. Cum igitur Euangelista verbum indicatiui ponat, affirmat. Propterea, inquit Trapezuntius, Patres non si, sed sic interpretari sunt; ne scilicet particula si Latinæ Græcæque sciolos, propter duplicem potestatem turbaret. Latinitatem ergo si hæc & alibi est affirmantis, non dubitantis. Vnde Virgil. 6. Æneidos: Si te fata vocant, ait, id est, cum te fata vocent. Et lib. eodè.

Si potuit manes arcescere coniugis Orpheus. Affirmat enim potuisse. Cicero orat. 1. in Catilinam: Si illustrantur, si erumpunt omnia, id est, quia illustrantur & erumpunt omnia tuâ machinamenta, o Catilina, muta mentem, respice, & consule tibi ac Reipub.

Nota. Ex Iu sic eum volo manere donec veniam, multi censuerunt S. Ioannem non esse mortuū, sed venturum cum Elia & Henoch, ut certet contra Antichristum. Id enim asserere videtur angelus Apoc. 10. 11. dicens Ioanni: Oportet te iterum prophetare Gentibus. Ita censuit S. Hippol. tract. de Consummatione sæculi, Dorotheus & Metaphrastes in Vita S. Ioannis, Damascenus orat. de Transfiguratione, idque confirmat ex illo Lucæ 9. 27. Sunt aliqui hic stantes: qui non gustabunt mortem, donec videant regnum Dei. Sic & S. Ambros. idem intelligit lib. 7. in Lucam in principio, ac Georgius Trapezuntius tract. in sic eum volo manere, Catharinus in c. 1. Gen. Huc quoque in-

VERS. 22. Triplex hæc lectio.

A a a

eli-

clinant Theophyl. Salmeron & Barradius hic, & A Euthym. in Matth. cap. 43.

Alij verò, quos refert & refellit hic S. August. tr. 124. opinantur S. Iohannem intra sepulchrum viuere, eò quòd sepulchri eius terra dicatur còtinuò ebullire, putentque id fieri S. Iohannis respiratione & anheliu.

Ex aduerso Theophyl. vult S. Iohannem occisum à Traiano Imp. idque probat illo Matth. 20. v. 23. Calicem meum bibetis.

Verùm dico Longè verius est, & mihi certū, S. Iohannem naturali morte esse defunctum. Id enim passim tradunt Patres, vt Irenæus, Tertull. Euseb. S. Hieron. S. August. S. Chrysof. S. Ambros. Beda & alij, ex quibus Baronius docet S. Iohannem obiisse anno Christi 101. Clementis Pont. 9. Traiani Imp. 2. ætatis suæ 93. à passione Christi 68. Obiisse, inquam, Ephesi, & iuxta eam vrberem esse sepulchrum, Onesimo S. Pauli discipulo in episcopatu Ephesino illi succedente. Id ipsum confirmat Ecclesiæ traditio, quæ celebrat festum S. Iohannis tamquam vita functi, ac iam beati, & cum Christo regnantis in cælo. Hoc enim nulli nisi post mortem contingit.

Quomodo

Porro modum, quo mortuus est Iohannes, describit Gregor. Turonensis lib. 1. Histor. Franc. cap. 26. Iohannes, inquit, Euangelista senex & plenus diuina se deposuit in sepulchro. & lib. 1. de Gloria Martyrum cap. 30. Iohannes viuus descendens in tumulum, operiri se humo precepit. Cuius nunc sepulchri manna in modum farinae hodieq; eructat, ex quo beata reliquia per uniuersum delatæ mundum salutem morbidis præstant. Petr. Damiani verò serm. 2. de S. Iohanne Apostolo: iam verò, ait, illa beata migratio- nis eius non ita mirabilis quem non moueat? quis felicissima consummationis gloriam non obspiciat? Quia enim mirabiliter vixit, mirabiliter obiit, & quia non communem cum hominibus vitam duxit, non communem hominum morte transtulit. Nam ut historia continet, quadratam in ecclesia foueam fieri iussit, maxime in eam descendens, extensis manibus post proluxa suspiria orationis verba migrans. Subiungit deinde nouum miraculum. Mox autem tanta super eum lux cælestis est immissa, vt nullus eam ferret aspectus. Postmodum verò inuenta est fouea, nihil aliud in se continens nisi manna, quod videlicet, sicut dicitur, vsque hodie scaturire non desinit. Sic mirum, sic dilectum auctori vitæ discipulum transire de seculo dignum fuit, vt tam ferret à dolore mortis extraneus, quam à corruptione carnis fuerat alienus.

Addit Nicephorus lib. 2. c. 42. corpus S. Iohannis, vt B. Virginis, post sepulturam non fuisse inuentum; quare resurrectisse, rursumq; animatum & gloriâ donatum à Christo cælis fuisse illatum. Cuius sententiæ meminit quoque S. Ambros. serm. 20. in psal. 118. & S. Hieron. (vel quisquis est auctor) serm. de Assumptione, nec eam rejiciunt. Iohannem resurrectisse, piè quoque opinatur D. Thom. hic, & B. Petrus Damianus serm. 2. de Iohanne Apostolo. Causam dat. Damianus: Pium, ait, est arbitrari, vt sicut de beata genitrice Dei creditur, ita etiam beatus Iohannes, iam resurrectisse probabiliter asseratur: quatenus sicut in virgine fuerunt integritate participes, ita nihilominus in anticipata resurrectione meriti videantur aequales; nec sit in resurrectione diuersitas, quibus tanta fuerat vnicuique conuersationis in vita. Si enim beatissimi virginis isti, videlicet Iohannes & Maria, nullatenus resurrectissent,

cur in eorum tumulis sepulta cadauera non iaceant, cum scilicet beatorum Petri, & Pauli, ceterorumque Apostolorum ac Martyrum corpora suis queque noscantur mansoleis tumulata.

Idem opinantur Dionys. Carthus. Hugo de S. Victore. Albertus Magnus, Lud. Grandier. 3. de S. Iohanne & multi recentiores; licet hæc opinio nec in Script. nec in veterum traditione certum habeat fundamentum, imò & obstat quòd in Concilio Ephesino iubentur colli reliquias Martyrum, ac præcipuè S. Iohannis. Et Cælestinus Pontifex in epist. ad Concilium Ephesinum: Ante omnia, ait, vos præcipuè considerate, iterum atque iterum recollere decet, quibus Iohannes Apostolus prædicauit, cuius reliquias præsentis honoratis. Idem ferè habetur in Synodo VII. generali act. 5. sub finè. Si S. Iohannis reliquias sunt Ephesi, ergo ipse necdum resurrectit; nisi quis dicat reliquias ibi, non corporis, sed vestium, librorum, & similitum vtenfilium, quibus vsus est Iohannes, intelligi aut certe capillorum, barbæ, vel sanguinis in phlebotomia emissi. Vnde iam reliquias aliquas corporis S. Iohannis non est reperire. Vide Baronii & Suarez 3. p. q. 99. art. 6. disp. 5. sect. 3.

Dices: Quomodo igitur S. Iohannes à Patribus & ab Ecclesiâ vocatur Martyr, si naturali morte est defunctus? Resp. cum S. Hieron. in cap. 20. Matth. S. Iohannem esse Martyrem, quia ipse in feruentis olei dolium missus est Romæ ante portam Latinam, à Domitiano Imp. propter prædicationem Christi, vt docet Tertull. c. 36. de Pre-scriptis, & antiquissima Ecclesiæ Romanæ traditio confirmat, vbi in huius rei memoriam ecclesiâ eodè loco erecta visitur: quin & res gesta quotannis ab Ecclesiâ recollitur 6. Maij. Licet enim tunc S. Iohannes non sit mortuus, sed illius exierit tamen, quia ipse voluntariè se morti tã acerbè pro Christo obulit, & quia oleum illud bulliens sufficiens erat causa ad mortem illi inferendam; imò illam naturaliter & necessariò illi intulisset, nisi miraculosè à Deo S. Iohannem illegsum conseruante, vimque bullientis olei inhibere fuisset impedita: hinc Iohannes iure suo Martyr est, & Martyr nuncupatur.

Porro hic locus (vti & ille Lucæ 9. v. 27. & alter Apocal. 10. r. 1. vti ibidem ostendit) contrariæ sententiæ non patrocinatur. Sensus enim est primò, q. d. Ego te, ô Petre, volo me sequi per crucem, Iohannem autem volo manere sic, id est, sine cruce & morte violenta, donec veniam, vt scilicet eum naturali morte defunctum ad me in cælum assumam. Ita S. August. Beda, S. Thom. Rupert. & Maldon.

Secundò, q. d. Volo Iohannem in vita permanere, donec veniam ad publicum Hierosolymæ & Iudææ, quæ me occidit, excidium. Veniam enim per Titum & Romanos viturus meam id est Messie, cædem, communi totius gentis Iudaicæ clade & strage. S. Petrus enim & ceteri Apostoli occisi sunt ante excidium Hierosolymæ, solus verò Iohannes illi fuit superstes: adeoque duo hi fratres Iacobus & Iohannes, initium & finem dederunt martyrii Apostolorum: inter eos enim primus occubuit Iacobus, vltimus Iohannes, ita Theophyl. Toletus, Ribera, Suarez & alij. Addunt nonnulli apud Theophyl. Iohannem in iudæa mansisse vsque ad eius excidium, idque hic à Christo significari. Ita D. Thom. & Ribe-

S. Iohannes quomodo est Martyr.

Sic est volo manere quid significet

Ribera, q. d. Volo Iohannem manere in Iudæa vsque ad eius excidium, & tunc eum educam ad prædicandum in Asia.

Voluit Christus Iohannem tamdiu manere superstitem, quatuor de causis. Prima est, vt Iohannes esset basis & columna Ecclesiæ cõtra hæreticos iam subnascentes, omnibusque testaretur dicta & gesta Christi ab Euangelistis, æquè ac à se hic conscripta, esse verissima, imò se illa oculis suis vidisse, & auribus audiuisse. Secunda, vt hæc Iohannes esset ei loco martyrii: valde enim Iohannes desiderabat mori, vt frueretur Christo, dicens: Veni Domine Iesu, Apoc. 22. Tertia, vt imminente excidio Iudææ moneret Christianos ex ea egredi, vt eos egreffos esse testatur Euseb. l. 3. Histor. c. 4. Quarta, vt omnibus testaretur excidii Iudææ inferri ob occisum ab ea Christum, idque à Christo esse prædictum. Matth. 23. v. 37. atque hac ratione fideles in Christi fide firmeret, infideles autem Iudæos ad eam conuerteret.

Denique siue legas si, siue sic, idem erit sensus, si dicas vò se subintelligi. Vnde nonnulli legunt si se, vt Christus loquatur per concessionem. q. d. Sic eum volo manere, hoc est, concedo, vel esto vt velim Iohannem sic manere, siue, si sic eum volo manere, quid ad re? Videtur enim Christus tantum retundere velle curiositatem Petri, vt superioris ex Cyrillo & Chrysof. dixi. Et hoc modo omnium trium sectionum idem erit sensus & consensus.

Porro, S. Cæsarius frater S. Gregorij Nazianzeni dialogo 5. sic nouè exponit: Sic eum volo manere, id est, inquit, volo Iohannem manere apud mare Tiberiadis, in quo paulò ante eum Petro piscatus fuerat 153. pilces: ad illud enim stabant piscantes: re verò, ô Petre, volo à mari recedere, & me sequi. Hoc nimis litterale & grammaticum, ideoque frigidum videtur, nisi aliquem è sensibus iam datis adjungas, quasi significatum rei significanti. Vnde addunt aliqui apud Theophyl. donec veniam, id est, dum hunc volens dirigam ad prædicandum, te namque, ô Petre, nunc dirigo ad orbis Pontificatum.

Anagogicè, repræsentatur hic in Iohanne vita contemplatiua & beata, & in cælis triumphans, in Petro verò actiua, laboriosa, & in terra militans. Audi S. August. tract. 124. Cur Iohannem plus dilexit Dominus, cum Dominum plus dilexerit Petrus? quantum intelligo, melior est, qui plus diligit Christum; felicior, quem plus diligit Christus. Puto, ergo, dictas vitas hæc significatas, vnam que in fide est, per Apostolum Petrum, propter apostolatus sui primatum: in q. d. ei dicitur: Sequere me, per imitationem scilicet perferendi temporalia mala. Alteram verò, que in spe per Iohannem, de quo dicitur: Sic eum volo manere donec veniam, scilicet sempiterna bona redditurus, q. d. Perficere me sequatur actio infirmata meæ passionis exemplo; inchoata verò contemplatio maneat id est, expectet perficienda cum venero, in actiua vita quantum magis Christum diligimus, tanto facilius liberamur à malis, at ipse nos minus diligit, quales sumus, & ideo liberat ne semper tales simus, illic nos amplius diligit, vbi quod ei displicet, vt ab ista mortalitate liberemur, ametur Iohannes, vt in illa immortalitate seruemur. Minus Iohannes diligit, quia manet id est expectat, nequam habens illum amorem, qui tunc nullo amplior erit. Hoc ergo significatum est per Petrum plus amantem, sed minus Cornel. à Lapide in Iohannem.

S. Iohannes vitam contemplatiua, S. Petrus vero actiuam referat.

Amatum: minus enim nos amat Christus miseris quàm beatos. Minus verò veritatis contemplationem, quibus tunc futura est, amamus, quia nondum nouimus nec habemus.

Breuius vtrumque complectitur Glossa, dum ait: Quod magis diligit, est manifesta misericordia, sed oculis iustitia: commendantur hic due Ecclesiæ vitæ: ad procellose gubernaculum dantur clauis, ad liganda & soluenda peccata, propter illam quietam requiem super petrus Iesu discumbitur, vnde veritas bibitur, & quod virgo est Iohannes, conuenit futuræ vitæ, vbi nec nubent, nec nubentur.

Tropol. repræsentatur hic virginis & virginum incorruptio, integritas & immortalitas, vt semper in eodem statu viuunt vegetiq; manere videantur, vt S. Iohannes diutissimè māsit. Vnde Sapiens c. 4. r. exclamat: O quâ pulchra est casta generatio cum claritate immortalis est enim memoria illius, &c. & in perpetuum coronata triumphat. Rationem dat c. 6. dicens: Incorruptio facit esse proximum Deo. Vide ibi dicta. Quia enim casti imitatur castitatem & puritatem Dei, hinc Deo assimilantur, ideoque ab eo diliguntur, hauriuntque mirâ sapientiam, sanctitatem & sanitatem longævam hic, in cælis verò æternam; vt haufit S. Iohannes. Hac de causa B. Petrus Damiani serm. de Excellentia S. Iohannis, eum nuncupat organum diuini mysterii, in bar cæli, aquilam cælestem, &c.

EXIIT ERGO SERMO ISTE INTER FRATRES, QUIA DISCIPVLVS ILLE NON MORITVR, q. d. Inde rumor sparsus fuit inter Apostolos: & discipulos, quòd Iohannes non esset moriturus, sed in vita mansurus, donec veniret Christus ad diem iudicii; ac tunc eum vitium secum duceret in cælum. Nec mirum: nam, vt paulò ante dixi, multi è Patribus idem opinati sunt.

ET NON DIXIT EI IESVS, NON MORITVR, SED, SIC EVM VOLO MANERE DONEC VENIAM, & QUID AD TE? Est correctio: corrigit enim Iohannes falsam suspicionem discipulorum de se, quòd non esset moriturus. Vnde colligitur aliis fuisse sensum verborum Christi, ac Iohannem verè esse mortuum, vti ostendit v. 22.

HIC EST DISCIPVLVS ILLE QUI TESTIMONIUM PERHIBET DE HIS, ET SCRIPSIT HÆC, (puta Iohannes, qui de se modestiæ causâ loqui solet in tertia persona) ET SCIMVS QUIA (quòd) VERVM EST TESTIMONIUM EIVS, q. d. Non mei vnus hoc est testimonium; sed ego & omnes, qui cum Christo versati sumus, aut eorum auditores & discipuli fuimus, scimus illum, discipulū vera testari & scribere, ita Euthym. Toletus, Ribera, Maldon. Pauci enim tunc erant superstes ex ijs qui cum Christo versati fuerant, sed multi ab ijs id ipsum audierant. Scripsit enim Euangelium hoc Iohannes contra Cherintum, Menandrum, Ebionem, aliosq; hæreticos iam tum suborientes, qui negabant Christum esse Deum, ideoque detrahebant eius prædicationi & Euangelio, quasi falso & ficto. Vnde refert S. Iren. l. 3. c. 3. & S. Epiphani. hæresi 30. S. Iohannem ductu Spiritus sancti iuisse ad balneum, rogasseque quis in eo lauaretur, ac audito Ebionem in eo versari, fleuisse, & locijs dixit: Festinase, fratres, egrediamur hinc, ne cadat balneum, & pereamus cum Ebione, qui iustus est in balneo, propter ipsius impietatem.

SVNT AVTEM ET ALIA MVLTÀ QUÆ FE- CIT IESVS: QUÆ SI SCRIBANTVR PER SIN- GVLÀ,

Virginis immortalitas.

VERS. 23.

Rumor inter discipulos de Iohanne non morituro.

VERS. 24.

Di sum S. Iohannes ab Ebione hæretico.

CVLA, NEQ. IPSVM ARBITROR MVNDVM CAPERE. A
 ROSSE EOS. QVIBVS SCRIBENDI SVNT (id est qui scri-
 bendi forent) LIBROS. SYRVS, que si figuratim scri-
 berentur, ne ipse mundus quidem, ut puo, sufficeret. *is*
qui scriberentur libris. At abicis, mundus non cape-
 ret ea in scriptis libris. Primò, S. August. tract. 1. 24.
 Beda, Rupert. S. Thomas, Lyran. & alij rō nec
 mundum capere posse libros, exponunt non de spatio
 locorum, sed de capacitate legentium. q. d. To-
 tus mundus non caperet, id est non intelligeret,
 non penetraret mysteria doctrinæ & vitæ Chri-
 sti, quia sunt profunda & diuina. Sed hoc modo
 ne vnam quidem Christi sententiam de myste-
 rio SS. Trinitatis, Incarnationis, Eucharistiæ, &c.
 capere, id est penetrare, quis potest.

Secundò, S. Hiero. in e. 21. Matth. Nicephor.
 lib. 1. hist. e. 24. & Riberia hie rō capere interpre-
 tantur per fidem, hoc est credere, q. d. Si tot tam-
 que inaudita & stupenda miracula Christi nar-
 rantur, homines mundani non possent ferres
 sed putarent aut magicis artibus delusos esse o-
 culos hominum, aut somnia esse aut fabulas, nec
 posse ab illo tot & tanta fieri: ideo Euangelistæ
 de maximè mirabilibus pauca dicunt. Sed obstat
 quòd mundus incredulus ne vnum quidem li-
 gnum Christi credit: fideles autem omnia cre-
 didissent. Adde, dici libros, non signa.

Tertiò ergo & genuinè, est hyperbole. q. d. Si
 singula Christi acta dictaque scriberentur, tam
 multa & magna scribenda forent, vt mundus li-
 bris impleretur, vt plurimi & quasi innumerabi-
 les libri scriberentur. Sic vulgò dicimus: In bi-
 bliotheca innumeris, id est plurimi, sunt libri: &
 Totus mundus hoc dicit, id est, plurimi hoc di-
 cunt: *Ecce totus mundus post ipsum abiit.* Ioan. 1. 2.
 19. hoc est, plurimi sequuntur Iesum, ait Cyrillus
 August. Chrysost. Leon. Beda, Theophyl. Eu-
 thym. Caietan. Iansen. Tolerus & alij. Hinc patet
 Euangelistas plurima dicta factaque Christi
 omisisse, & pauca tantùm scripsisse, vt ex illis
 Christum Deum & hominem agnosceremus, &
 quasi ex vngue leonem estimaremus.

Dices: Nimis magna videtur esse hæc hyper-
 bole: nam totus mundus innumeras librorum
 myriades caperet. Resp. non esse nimis magnam,
 imò æquo esse minorem, si eum verum scriben-
 darum magnitudine, præstantia & maiestate cõ-
 paretur. Pro quo Nota, in Christo duas fuisse na-
 turas, diuinam & humanam, indeq. duplices, imò
 triplices actiones: scilicet Primò, diuinas, vt sunt
 omnia cognoscere & comprehendere, amare
 Patrem infinito amore, spirare Spiritum san-
 ctum, &c. de quibus si pro dignitate scribendum
 foret, in finitum scribendi essent libri, quos mundus
 non caperet: quotquot enim ab hominibus scri-
 berentur, nunquam æquarent, multò minùs ex-
 haurirent vel vnam Christi actionem, vt pote di-
 uinam, & per omnia infinitam. Sic Christus vni-
 co verbo & conceptu mentis suæ omnia cognos-
 cit, comprehendit, dicit & loquitur: & tamen
 vnicum hoc verbum tam fecundum est & sub-
 lime, tamq. multa continet, vt omnes angeli &
 homines infinitis verbis & libris illud adæquare,
 pleneque exprimere nequeant. Imò angelus v-
 nus Seraphinus plus cognoscit, dicit & facit vno
 actu, quàm infiniti angeli & homines plurimis a-
 ctibus: multò magis id ipsum facit Christus, qui
 longè omnes Seraphinos superat. Secundæ actio-

Hyperbole
 S. Ioannis
 de libris
 scribendis de
 Christo.

Triplices
 Christi a-
 ctiones: de
 24. 24.

nes Christi fuere humanæ, vt, sunt loqui, fabri-
 care, comedere, ambulare, &c. hæc si nudè confi-
 derentur, paucis libris scribi possent, sed si confi-
 derentur vt fiebant à Christo, ac dirigebantur ab
 interno spiritu prudentiæ, charitatis, aliarumque
 virtutum, nullo hominis calamo dignè describi
 possent: quia nullus scribendo valet assequi, &
 ex æquo exprimere spiritum & virtutes Christi.
 Christus enim faciebat omnia sua tam integrè,
 tam heroicè, tam angelicè, cum omnibus suis cir-
 cumstantijs, vt nulli scriptores ea pro dignitate
 scribere, & oculis subijcere possent. Singulæ
 enim actiones Christi, plurimas in se contine-
 bant virtutes, excellentias, perfectiones, ideoque
 nostris per pluribus adæquare nequeunt, sicut
 præstantiam adamantis nulla lapidum congeries
 & copia adæquare valet. Tertiæ actiones Chri-
 sti fuere mixtæ, id est partim humanæ, partim
 diuinæ, quæ idcirco à S. Dionysio theadictæ,
 id est Dei-viriles, appellantur, vt sunt prædicare
 Euangelium, suscitare mortuos, facere miracula,
 instituire Eucharistiam, ceteraque Sacramenta,
 &c. quæ Christus faciebat vt homo, sed directus
 à deitate sibi hypostaticè vnita. Hæ actiones
 multò minùs pro dignitate ab omnibus mundi
 scriptoribus, qui sunt, fuerunt & erunt, explica-
 ri & representari queunt, quia sunt actiones im-
 mediatè manantes à Deo, ideoque diuinam in se
 continentem vim & excellentiam, quæ omne ho-
 minum ingenium, omnem scriptorum calami
 manumque longè superant, & transcendunt,
 iuxta illud Job 11. 7. *Forstis aut vestigia Dei compre-
 hendes, & usque ad perfectum Omnipotentem reperies?*
*excelsior celo est, & quid facies? profundior inferno, &
 unde cognosces? longior terra mensura eius, & latior
 mari.* Denique veritas huius hyperboles patet ex
 eventu & experientia. Videmus enim de vita &
 gestis Christi quotannis fieri tot conciones, le-
 ctiones, sermones, tot scribi libros, tot committè-
 taria, vt eos numerare sit impossibile: adeoque si
 mundus duraret in æternum, idem quotannis
 semper fieret, quæ omnia si in vnum colligat,
 mundus ea non caperet. Vnde S. Leo serm. 9.
 de Natia. *Excedit, inquit, humani eloquij facultatem
 diuini operis magnitudo, & inde oritur difficultas
 fandi, unde adest ratio non facendi, &c. Et ideo num-
 quam materia defuit laudis, quia nunquam sufficit co-
 pia laudatoris.*

Tropol. hinc à Christo discit illud: *Annos vir-
 tutibus imple, vt scil. multa magnaque & heroica
 virtutum opera assidue edas, easque de virtute in
 virtutem, donec videas Deum deorum in Siõ.*
 Christus enim tribus annis & tribus mensibus
 quibus prædicauit, tot tantaque dixit & fecit, vt
 nullis libris pro dignitate coniteribi possint. Dic
 ergo tibi illud Zeuxis pictoris exitimij: *Pingo ater-
 nitati, vno æternitati.* Pingo vitæ sanctæ imaginè
 imò ideam, quâ in celo Deo & angelis osten-
 dam, vt iugiter eorum oculos feriat, vt Beati per
 omnem æternitatè illam mirentur & celebrent.
 Imitare ergo Christum, sequere orthodoxâ eius
 fidè & vitæ. Veritas cana est, fides præca est, quâ
 Christus Petro, Petrus suis successoribus Ponti-
 ficibus & Ecclesiæ Romanæ quasi depositum
 inuiolatè seruandum tradidit. Fuge ergo omnè
 fidè nouâ & nouitiam, quâ Nouatores à se con-
 fictâ obrudunt: fides enim noua infida est, fal-
 lax & mendax est: non fides, sed perfidia est.

Romana
 Ecclesiæ fl-
 det comen-
 data.

Roma.

Romanis scribens Paulus c. 1. 8. hanc laudè,
 hoc decus assignat: *Fides vestra annuntiat in v-
 niuerso mundo.* Romanam Ecclesiam S. Iræneus,
 S. Polycarpus, indeque Ioannis discipulus 1. 3. c. 3.
 & 4. nuncupat diues depositorium Ecclesiasti-
 carum traditionum, eò quòd Apostoli plenissimè in eâ
 contulerint omnia quæ sunt veritatis, vt omnis quicun-
 que velit, sumat ex ea potum vitæ. S. Cypr. ep. 45.
 eandem vocat matricem Ecclesiarum. *Ad hanc
 enim Ecclesiam, ait Iræneus, propter potètiorem prin-
 cipalitatem necesse est omnem conuenire Ecclesiam, hoc
 est eos qui sunt ubique fideles: in qua semper ab his, qui
 sunt, vndique cõseruata est ea que ab Apostolis est tra-
 ditio.* Tertull. lib. de Præscript. contra hereticos
 c. 36. *Habes Romanam, inquit, unde nobis quoque au-
 thoritas præstet. Status felix Ecclesiæ, cui totam doctrinam
 Apostolicam sanguine suo profunderunt: ubi Pe-
 trus passioni Dominicæ adæquatur (crucifixus vt
 Christus) ubi Paulus (Baptista) qui gladio
 truncatus est) exitu coronatur, ubi Apostolus Ioannes
 postquam in oleum igneum demersus, nihil passus est,
 in insulam relegatur.* S. Hier. præf. in 1. 2. Comm. in
 ep. ad Galat. *Vultus scire, ait, d. Paula & Eustochium,
 quomodo Apostolus vnamquamque prouinciâ suis pro-
 prietariis denotarit: usque hodie eadem vel virtutum*

*vestigia permanent, vel errorum. Romana plebis lan-
 datur fides. Vbi aliquando tanto studio & frequentia ad
 ecclesiæ, & ad Martyrum sepulchra concurrunt? ubi
 se ad similitudinem celestis tonitruum Amen reboat, &
 vacua idolorum templa quatuntur: Non quòd aliam
 habeant Romani fidem, nisi hanc quàm omnes Christi
 Ecclesiæ, sed quòd deuotio in eis maior sit & simplicitas
 ad credendum.*

Euangelium igitur fidemque Christi discit ab
 Ecclesiâ Romana, illamque vita & moribus ex-
 prime, atque in hoc ipso quotidie magnis virtu-
 tum passibus progredere & profice, ita Chri-
 stum sequeris & consequeris in celestis gloria.
 Opus quod hic in momento operaris, in ater-
 num manebit & te oblectabit: opus quod hic
 non operaris, in æternum tibi peribit, nec illud
 vmquam recuperare poteris. Hoc à te ipse exi-
 get in vltimo & decretorio mundi die, quando
 cum omnibus angelis iudex sedebit, iudicabit-
 que viuos & mortuos, ac te de fide vitæque Chri-
 stiana sincerè & seuerè examinabit: vt, si eam
 recto tramite sectatus fueris, te celo; sin autem,
 inferno adiudicet, idque in æternum. Iacis hinc
 aleam de tua æternitate: vide vt fecerit iactantia-
 ctus enim est irremediabilis.

Crede, stude, viue, pinge

Æ T E R N I T A T I

O quam longa, quam profunda, quam immensa, quam beata vel mi-
 sera est sæculorum omnium domina, intermina, & viuens semper
 ÆTERNITAS!

O fragilitas humana, exiguum est quidquid agis propter spem æternorum!
 Euseb. Emiffen. hom. de S. Maximo.



Cornel. in Ioannem.

Aaa 3

INDEX

**INDEX LOCORVM
SACRÆ SCRIPTVRÆ
QVI IN HOC SECVNDO COMMENTARIORVM
IN EVANGELIA VOLV MINE EXPLICANTVR,**

*Prior numerus paginam, secundus columnam, littera adiuncta eas que columnis
interposita sunt, designant: si unicus tantum occurrat numerus, ad
precedentem referri indicio est.*

EX GENESI.

Cap. 1. v. 1. **E**N principio creavit
Deus cælum & ter-
ram. pag. 251.
col. 1. h. b. & sequi.
2. 7. Inspiravit in fa-
ciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo
in animam viventem. 538. 2. c
4. 1. Possedi hominem per Deum. 255. 1. b
20. Pater habitantium in tentorijs. 384. 2. b
19. 24. Pluit Dominus à Domino. 486. 1. b
22. 1. 5. Postquam adorauerimus, reuertemur ad
vos. 307. 1. b
41. 52. Crescere me fecit Deus in terra pauper-
tatis meæ. 427. 1. a
49. 10. Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux
de femore eius, donec veniat qui mittendus
est. 393. 1. d
18. Salutare tuum expectabo Domine. 61. 1. 1.
b. 149. 1. a

EX EXODO.

Cap. 5. v. 10. Non do vobis paleas. 211. 2. c
7. 1. Constitui te Deum Pharaonis. 409. 2. c
13. 2. Sâctifica mihi omne primogenitum quod
aperit vuluam in filijs Israel. 58. 2. b. c. 59. 1. a
21. 1. 3. Qui percusserit patrem & matrem, morte
moriatur. 345. 1. b
22. 28. Dijs non maledices. 409. 2. c

EX LEVITICO.

20. 10. Populus videbat voces. 542. 2. c

EX NVMERIS.

Cap. 1. 8. v. 17. Adipes adolebis in suauissimum o-
dorem Domini. 430. 1. d
29. Omnia quæ offeretis ex decimis, & in do-
naria Domini separabit, optima & electa
erunt. 430. 1. d
24. 17. Orietur stella ex Jacob, & consurget vir-
ga de Israel. 40. 1. d

EX DEUTERONOMIO.

Cap. 1. 5. v. 4. Mendicus non erit inter vos. 66. 2. d
27. 26. Maledictus qui non permanet in sermo-
nibus legis huius, nec eos opere perficit. 366.
1. c

EX LIB. IOSVE.

Cap. 7. v. 19. Da gloriam Deo. 395. 1. d

EX LIBRO RVTH.

Cap. 1. v. 20. Ne me vocetis Noëmi, id est pul-
chram sed vocate me Mara, quia amaritudi-
ne valdè repleuit me Omnipotens. 99. 1. c

EX LIBRO II. REGVM.

Cap. 1. v. 4. Quod est verbū quod factū est. 55. 1. b

EX LIBRO III. REGVM.

Cap. 12. v. 16. Quæ nobis pars in David, vel quæ
hereditas in filio Isai? 448. 2. c

EX LIBRO TOBIÆ.

Cap. 12. v. 19. Videbar quidem vobiscum man-
ducare & bibere: sed ego cibo inuisibili & po-
tu, qui ab hominibus videri non potest, vtor.
240. 2. c

EX LIBRO IVDITH.

Cap. 6. v. 15. Respice ad nostram humilitatem.
30. 1. b

EX LIBRO ESTHER.

Cap. 1. 5. v. 2. Memorare dierum humilitatis tuæ.
30. 1. b

EX LIBRO IOB.

Cap. 2. v. 4. Pelle pro pelle dabit homo. 265. 1. a
39. 1. Numquid parturientes ceruas obseruasti?
496. 2. d

EX LIBRO PSALMORVM.

Psal. 2. v. 9. Reges eos in virga ferrea. 549. 2. c
5. 1. 3. Scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos
54. 2. c

15. 5. Dominus pars hereditatis meæ. 133. 1. b

8. 2. Eleuata est magnificentia tua super cælos.
17. 1. d

8. 6. Minuisti eum paulò minùs ab angelis. 409.
2. c

19. 4. Holocaustum tuum pingue fiat. 430. 1. c
21. 1. 3. Tauri pingues obfederunt me. 232. 1. b

22. 1. Dominus regit me. 549. 2. c
35. 10. Quoniam apud te est fons vitæ, & in li-
mine tuo videbimus lumen. 393. 2. b

38. 1. 4. Remitte mihi vt refrigerer priusquam a-
beam. 86. 1. d

40. 10. Qui edebat panes meos, magnificauit su-
per me supplantationem. 450. 1. d. 452. 2. d

44. 3. Diffusa est gratia in labijs tuis. 73. 1. a
60. 9. Sic psalmum dicam tibi. 302. 2. d

65. 1. 5. Holocausta medullata offeram tibi. 430.
1. c

68. 1. Saluū me fac Deus, quoniam intrauerunt
aquæ usque ad animam meam: infixus sum in
limo profundi, & non est substantia. 515. 2. b

10. Zelus domus tuæ comedit me. 284. 1. c

81. 1. Deus stetit in synagoga deorum, in medio
autem deos diiudicat. 409. 2. c. d

6. Ego dixi: Dij estis, & filij Excelsi omnes.
409. 2. b. c. 410. 1. a

84. 7. Deus tu conuersus viuificabis nos. 224.
2. c

109. 4. Tecum principium in die virtutis tuæ.
378. 1. d

Ibid.

INDEX LOCORVM S. SCRIPTVRÆ.

Ibid. Ex vtero ante luciferum genui te. 266. 2. d
& seq. 361. 2. a

118. 18. Reuera oculos meos. 62. 1. b

96. Omnis consummationis vidi finem, latum
mandatum tuum nimis. 443. 1. a

131. 11. De fructu ventris tui ponam super se-
dem tuam. 79. 2. d

132. 1. Ecce quàm bonum, & quàm iucundum,
habitare fratres in vnum. 99. 1. c

EX PROVERBIIS SALOMONIS.

Cap. 5. v. 16. Deriuetur fontes tui foras, & in pla-
teis aquas diuide. 363. 2. c

8. 1. 5. Per me reges regnant. 255. 1. b

22. Dominus possedit me in initio viarum sua-
rum, antequam quidquam faceret à princi-
pio. 251. 2. a. 378. 1. b

22. 1. 1. Propter gratiam laborum suorum ami-
cum habebit regem. 73. 1. b

EX ECCLESIASTE.

Cap. 10. v. 12. Verba oris sapientis, gratia. 73.
1. a

EX CANTICO CANTICORVM.

Cap. 2. v. 4. Ordinauit in me charitatem. 111.
2. a

EX LIBRO SAPIENTIÆ.

Cap. 6. v. 8. Equaliter est illi cura de omnibus.
157. 1. d

EX ECCLESIASTICO.

Cap. 24. v. 29. Qui bibent me, adhuc sicient. 305.
1. d

48. 1. Et surrexit Elias propheta quasi ignis, &
verbum eius quasi facula ardebat. 153. 2. a

EX ISAIA.

Cap. 4. v. 2. In die illa erit germen Domini in
magnificencia & gloria. 40. 1. d. 2. b

6. 10. Excæca cor populi huius, & aures eius ag-
graua, vt videntes non videant. 440. 1. a

11. 10. In die illa radix Iesse, qui stat in signum
populorum, &c. 63. 2. b

29. 1. Væ Ariel, Ariel, ciuitas quam expugna-
uit Dauid, &c. Et circumuallabo Ariel, & erit
tristis & mœrens, & erit mihi quasi Ariel.
216. 2. a

40. 3. Ego vox clamantis in deserto. 269. 1. b

41. 18. Aperiam in lupinis collibus flumina, & in
medio camporum fontes: ponam desertum in
stagna aquarum, & terram inuiam in riuos a-
quarum. 363. 2. d

44. 3. Effundam enim aquas super sitientem, &
fluenta super aridam: effundam spiritum
meum super semen tuum, & benedictionem
meam super stirpem tuam. 363. 2. d

28. Qui dico Cyro, Pastor meus es. 549.
2. c

53. 1. Domine quis credidit auditui nostro, &
brachium Domini cui reuelatum est? 439. 1.
d. 2. a

7. Oblatus est quia ipse voluit, & non aperuit
os suum: sicut ovis ad occisionem ducetur.

& quasi agnus coram tondente se obmutef-
cet, & non aperiet os suum. 270. 1. c

8 Generationem eius quis enarrabit. 361. 2. a

54. 13. Vniuersos filios doctos à Domino. 341.
1. a. b

58. 1. 1. Et eris quasi hortus irriguus, & sicut fons
aquarum, cuius non deficient aquæ. 363. 2. d

60. 15. Ponam te in superbiam sæculorum. 552.
2. b

61. 1. Spiritus Domini super me, &c. vt consola-
rer omnes lugentes. 85. 2. a. b. 86. 1. a

6. Fortitudinem Gentium comedetis, & in glo-
ria eorum superbietis. 552. 2. b

66. 19. Et ponam in eis signum. 242. 1. b

EX IEREMIA.

Cap. 1. v. 5. Antequam exires de vulua, sanctifi-
câui te. 410. 2. a

11. 19. Et ego quasi agnus qui portatur ad vi-
ctimam. 270. 1. c

14. 8. Quare quasi colonus futurus es in terra, &
quasi viator declinans ad manendum? 262.
2. d

17. 1. Peccatum Iuda scriptum est stylo ferreo in
vngue adamantino. 369. 1. d

18. 17. Sicut ventus vrens dispergam eos coram
inimico: dorsum, & non faciem, ostendam
eis in die perditionis eorum. 369. 2. a

EX THRENIS.

Cap. 3. v. 24. Pars mea Dominus, propterea ex-
spectabo eum. 133. 1. b

EX EZECHIELE.

Cap. 1. v. 12. Non reuertebantur cum incedebât,
sed nunquodque coram facie sua gradieba-
tur. 120. 2. a

34. 23. Suscitabo super eas pastorem vnum, qui
pascet eas, seruum meum Dauid: ipse pascet
eas, & ipse erit eis in pastorem, &c. 403.
1. a

EX IOELE.

Cap. 2. v. 28. Effundam spiritum meum super om-
nem carnem, & prophetabunt filij vestri,
&c. 363. 2. d

EX AMOS.

Cap. 5. v. 18. Ideo prudens in tempore illo tace-
bit. 105. 2. d

EX MICHÆA.

Cap. 5. v. 2. Egredius eius à diebus æternitatis. 361.
2. a

EX ZACHARIA.

Cap. 3. v. 3. Ecce ego adducam seruum meum
Orientem. 40. 1. d. 2. a

6. 12. Ecce vir, Oriens nomen eius. 40. 1. d. 2. a
41. 1. a

EX MALACHIA.

Cap. 3. v. 1. Ecce ego mitto angelum meum, &
præparabit viam ante faciem meam. 268. 2. d

4. 5. Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam,
antequam veniat dies Domini magnus &
horribilis. 268. 2. d

EX NOVO TESTAMENTO.

EX S. MATTHÆO.

Cap. 3. v. 11. Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igni. 289. i. d. 2. a
16. 17. Caro & sanguis non reuelavit tibi, &c. 351. 2. b
18. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. 273. i. c
19. 12. Qui potest capere, capiat. 383. i. b
28. Vos qui secuti estis me, &c. sedebitis super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. 126. i. c
26. 18. Apud te facio Pascha. 211. i. c

EX S. MARCO.

Cap. 8. v. 31. Oportet filium hominis, &c. & post tres dies resurgere. 61. 2. c
15. 25. Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum. 522. 2. a
16. 11. Post hæc autem duobus ex illis ambulans ostensus est in alia effigie euntibus in villam. 234. i. a

EX S. LVCA.

Cap. 1. v. 37. Non erit impossibile apud Deum omne verbum. 55. i. b
2. 21. Postquam consummati sunt dies octo. 68. 2. b
3. 23. Iesus erat incipiens quasi annorum triginta. 45. i. b. d
4. 22. Mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipsius. 73. i. b
9. 27. Sunt aliqui hic stantes qui non gustabunt mortem donec videant regnũ Dei. 553. 2. d
10. 36. Quis horum trium videtur tibi proximus? 106. 2. a
13. 12. Mulier dimissa es ab infirmitate. 86. i. d
23. 58. O homo non sum. 142. i. c

EX S. IOANNE.

Cap. 1. v. 3. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. 248. i. a
14. Vidimus gloriam eius gloriam quasi vni-geniti. 247. 2. b
20. Et confessus est, & non negavit, & confessus est, quia non sum ego Christus. 248. i. a
2. 11. Et crediderunt in eum discipuli eius. 247. 2. c
4. 53. Credidit ipse, & domus eius tota. 247. 2. c
6. 36. Sed dixi vobis, quia & vidistis me, & non creditis. 248. i. d
11. 12. Maria autem erat quæ vnxit Dominum unguento, & extersit pedes eius capillis suis. 101. 2. a
15. Gaudeo propter vos vt credatis. 247. 2. d
18. Magister adest & vocat te. 248. i. c
12. 19. Ecce totus mundus post ipsum abiit. 556. i. c
38. Non credebant in eum, vt sermo Isaiæ impleretur. 247. i. d
39. Propterea non poterant credere, quia te-

rum dixit Isaias, Excæcauit oculos eorum, ibid.

50. Scio quia mandatum eius vita æterna est. 504. 2. d
16. 6. Domine tu mihi lauas pedes? 247. 2. c
17. 3. Hæc est vita æterna vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. 300. 2. a
19. 31. Erat enim magnus dies ille sabbati. 93. 2. d
20. 17. Noli me tangere. 247. 2. d

EX ACTIBVS APOSTOLORVM.

Cap. 3. v. 6. Argentum & aurum non est mihi. 345. i. c
8. 16. Eunuchus Candacis, &c. venerat adorare in Ierusalem. 307. i. b
EX EPISTOLA AD ROMANOS.
Cap. 1. v. 9. Testis est mihi Deus, cui serui in spiritu meo. 308. i. d
9. 7. Optabam ego ipse anathema esse à Christo. 551. i. d
13. Iacob dilexi, Esau autem odiõ habui. 169. i. c
EX EPIST. I. AD CORINTHIOS.
Cap. 1. v. 9. Fidelis Deus per quem vocati estis, &c. 255. i. b
30. Qui factus est nobis iustitia & sanctificatio, & redemptio. 418. i. a
15. 28. Tunc & Filius subiectus erit Patri. 70. 2. a

EX II. AD CORINTHIOS.

Cap. 3. v. 6. Littera occidit, spiritus autem viuificat. 351. 2. b
7. 11. Quantam operatur in vobis sollicitudinem, sed defensionem. 488. 2. b

EX EPISTOLA AD PHILIPPENSES.

Cap. 2. v. 1. Reformabit corpus humilitatis nostræ. 30. i. b. 148. 2. b

EX EPIST. I. AD TIMOTHEVM.

Cap. 2. v. 16. Et manifestè magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu. 48. 2. b

EX EPIST. CATHOLICA S. IACOBI.

Cap. 1. v. 27. Religio munda apud Deum & Patrem, hæc est: Visitare pupillos. 73. i. b

EX II. EPIST. S. PETRI.

Cap. 3. v. 3. Venient in nouissimis diebus in deceptione illutores, iuxta proprias concupiscentias ambulantes, dicentes: Vbi est promissio aut aduentus eius? 205. i. c

EX EPISTOLA I. S. IOANNIS.

Cap. 5. v. 4. Hæc est victoria quæ vincit mundum fides nostra. 504. 2. d

EX APOCALYPSI S. IOANNIS.

Cap. 3. v. 14. Hæc dicit Amen, testis fidelis & verus. 288. 2. c
10. 11. Oportet te iterum prophetare gentibus, & populis, & linguis, & regibus multis. 553. 2. d
21. 6. Ego sum alpha & omega. 132. i. a

INDEX

INDEX RERVM

E T

VERBORVM

QVÆ HOC SECVNDO VOLVMEINE

CONTINENTVR.



Beatus, benedicimus ijs à quibus abimus. pag. 242. col. 1. b
Abia classis erat octaua inter sacerdotales. 6. 1. a. 7. 1. a. b
Abitina regio vnde dicta, & eius situs. 75. 2. d

Abraham fuit pater Israelitarum, eius facta promissio de Christo ex eius femine nascituro. 35. 1. c. 38. 2. d. 39. 1. b. eius hospititas. 188. 2. a. Epulonis compassione non mouebatur. 191. 1. b. c. eius stirpe gloriantur Iudei. 380. 2. a. 381. 2. b. d. eo maior erat Christus. 387. 1. a. b. 388. 2. b. optavit videri Christum incarnatum, & mundum per eum redemptum. 388. 1. a. quomodo eius diem viderit, idq. de limbo. ibid. b. c. d. 387. 2. c. d. corpore mortuus, vivebat animã. 386. 2. a. 387. 1. b. fuit ei reuelatum mysterium SS. Trinitatis. 387. 2. d. ad diem natalem Christi per duo annorum millia anhelauit. 388. 2. a. Abrahæ situs quis sit. 188. 2. b. c. Abrahamij Eremitæ mansuetudo barbaros edomuit. 403. 2. b. Absolutio nequit impendi super materiam incertam. 59. 2. b. quomodo ea detur penitenti iam iustificato per contritionem. 107. 2. b. Abstinentia à potu remedium est hydropis. 164. 2. a. Acumbebant presci mensæ in lectis. 102. 2. d. 452. 1. d. Actiones nostræ in se præcisè spectatæ, inuiles sunt ad promerendam Dei gratiam & gloriam. 197. 1. c. omnem valoris dignitatem habent à gratia & promissione Dei. ibid. in ijs caelestia spectanda sunt. 268. 1. c. earum Deus principium & finis est. 378. c. sunt agenda duce Christo & cum Christo. 333. 2. d. actiones sunt suppositorum & personarum. 261. 1. b. 385. 1. b. actiones Christi vt Dei & hominis erant triplices: alie diuinae, alie humanae, alie hominis, alie theandricæ, quæ erant Dei-viriles. 69. 2. d. 70. 1. a. b. 566. 1. c. d. & seqq. ea scribi non possent omnes. 566. 1. d. & seqq. Actus vitæ typus est S. Petrus. 555. 1. c. ea postponitur contemplatiua. 132. 2. c. 133. 1. c. illius actus. 133. 2. d. sternit viam ad contemplatiuam. 134. 1. b. 2. a. Actus etiam minimi bene agendi. 446. 1. d. Adam denotatur in homine qui descendit ex Ierusalem in Iericho & vulneratus est. 128. 2. c. omnes parabole partes hinc adaptantur. ibid. & seqq. per peccatum spoliatus est bonis gratiis, & vulneratus in naturalibus. 129. 1. a. ex eo sunt omnes homines prognati. 268. 1. b. cur is Dei fuisse dicatur. 82. 2. d. & seqq. nominis eius litteræ quatuor orbis climata symbolice denotant. 286. 1. a. presides Iudææ dicti sunt Administratores. 75. 1. b. Adolescens in Naïm à Domino vitæ redditur. 100. 1. d.

Adolescentia libera, sultra, incondita est. 174. 2. c. Adammim vel Adammim erat locus inter Ierusalem & Iericho latrocinij infestus. 127. 2. c. eius descriptio. ibid. b. Adoratio significat omnem Dei cultum. 397. 1. a. b. quæ sit adoratio in spiritu & veritate. 308. 1. c. & seqq. Aduentum Christi ad iudicium bonis operibus non expectare oportet. 149. 2. a. & semper. 156. 1. d. erit hic instar fulguris. 206. 2. b. d. Adulteræ apud Iudeos lapidabantur. 369. 1. a. adultera absoluitur à Christo tum in foro poli, tum in foro fori. 371. 1. c. 2. a. inspirauit ei Christus contritionem de peccatis. 1. c. Adulterium mulier gentes morte pledebant. 369. 1. a. b. Egrotis potius seruendum subinde quam pietati. 536. 1. b. Egypij pingebant Deum quasi circulum. 512. 1. d. cadauera mira arte desicabant. 536. 2. b. Egypius lepra est obnoxia ab calores ingentes. 197. 2. d. quo tempore Dominus in Egypum fugerit. 67. 1. d. 2. a. Enon oppidum vbi situm, vnde dictum. 296. 2. d. Era Hispanica XXXVIII. annis præcedit annos Christi. 262. 1. a. Etes quæ aliter à Deo seruendum apta est. 158. 2. d. cur Eternitati detur principium. 252. 1. b. est ipsa ab homine incomprehensibilis. ibid. est initium sine initio. ibid. eius crebra meditatio simul est ad virtutem. 443. 1. a. eternitas suppositorum infernalium. 192. 2. a. b. eternitas Dei. 388. 2. d. Affectus inordinati erga terrena sunt mortificandi. 447. 2. a. 449. 1. b. Afflictiones nos ad Deum confugere faciunt. 475. 2. d. & pag. 400 dicitur quasi dicitur, id est admiror vehementer. 28. 1. c. S. Agatha virgo in tormentis gaudia est, quia & ea audiuit. 154. 2. d. Agnus, id est sanctus, dicitur ab Agno, id est colere. 32. 1. d. quis dicitur Agnus. ibid. 33. 1. a. Agnus vocatur Christus, & cur. 270. 1. c. d. & quidem Agnus Dei. 2. a. 271. 1. d. 2. a. nuptiæ Agni persistentur in celo. 283. 2. b. Agni significatiua siles. 549. 2. d. Agonia Christi in hortu vnde orta sit. 226. 1. a. & pag. 400 duplicis est significatiouis. 52. 1. a. Aiu hebr. iam fontem quam oculum significat. 393. 2. b. Alapa Christo à ministris impingitur. 518. 1. a. Alexidemii fastus. 165. 2. a. Alfonso Tostati error quoad derivationem nominis scenopeie. 356. 1. c. Alitna quædam propria diligentius curantur & custodiuntur. 186. 1. a. b. Alimen-

INDEX RERVM ET VERBORVM.

Alimentum debetur predicatoribus. 123.2.d.
Alphans, qui & Cleophas, fuit pater SS. Iude & Iacobi Minoris Apostolorum, & Salimes, per quam fuit auus S. Iacobi Maioris, & S. Ioannis Apostoli. 235.2.a fuit Martyr. ibid. b. vide Cleophas.
Altare est velut presepe, in quo per consecrationem Christus quasi nascitur & immolatur. 50.1.c olim altaria erigebantur super sepulcra Martyrum. 100.1.b altare thymiamatis non erat in Sancto. 7.1.d Amantes cito senescunt. 180.1.a amanti defectum amari vel verbo indicare satis est. 279.2.c.d Ambitio dedecet in omnire. 164.2.d ambitio Pharisaeorum. 165.1.a cur Amen amen Ioannes ingemuit. 288.1.d.2.a. 246.2.d. & seqq. amen quid significet: partim nomen, partim aduerbium est. ibid. b. c. pro amico vitam ponere maximus est amicitiae actus. 481.2.a.b amicos Christus multos habet ob bona que ab eo accipiunt. 334.1.d Amo & diligo qui differant. 549.2.b in Amore seruadus est ordo charitatis. 127.1.d amoris emblemata. 109.2.b amor in hominibus descendit, non ascendit. 294.1.c amor Dei perficitur in celo. 133.1.d hic docet amorem proximi. 457.1.d.2.a per eum unimur Deo archetypice. 510.2.c.d eius emphasis. 293.2.c.d quomodo hic sit circularis & in orbem eat. 512.1.b amantem transfert in amatum. ibid. c. amor Patris erga Christum est causa cur ipse fideles diligat, & ipsi illum. 405.1.a.c amor vehemens Christi erga nos. 226.2.c.d. 262.1.b. 456.2.c.d amor Christi erga suos circa extremum erat summus. 445.1.d.2.d cur amor Dei patris erga filium maior erat quam sit aliarum matrum erga suos. 47.2.a hic fuit velut gladius, quo anima eius sauciata fuit. 65.1.d.2.a amor S. Petri erga Dominum 549.2.a. 550.2.d quomodo hic a Domingo expletur. 550.2.d. & seqq. vide Charitas, Diligere.
Amplexus signa sunt venie, amoris, gaudij. 178.2.b & aliquando vertitur fortitan. 303.2.b & c. tam ad solem quam ad germen refertur. 40.1.c.2.a. d. 41.1.a.c.
S. Andreas crucem ardentem expetuit. 154.2.c. 552.1.b quam ardentem Christum audivit. 272.1.d. 2.a etiam fratrem suum Simonem ad eum adducit. 2.a an fuerit eosent, incertum. ibid. b. exarsit desiderio videndi Messie. ibid. c. maxima inter reliquos Apostolos erat auctoritas. 433.1.c Angelus bonus apprensus intro terret, deinde exhilarat; contra malum. 7.2.d. 53.1.d angelus Ioannem Baptistam in deserto suscepit. 42.1.c angelus pastores nato Christo compellans, qualiter ipse apparuerit, & quis fuerit. 52.2.a.b angelus Christo oranti in horto apprensus, tantum in ultima oratione apparuit, confortans eum. 225.2.a quis fuerit hic angelus. ibid. a. b. quomodo eum confortarit. ibid. b. c. d. quis angelus certo tempore aquam piscinae mouens. 317.2.c.
Angeli adsunt sacrificio & orantibus. 7.2.a.c. existentes in terra etiam adsunt Deo. 10.2.a omnia corpora penetrant & peruadunt. 13.1.b Deum contemplantur admirantes, & admirando eius dulcedine & bonitate perfumuntur. 28.2.b Christum recens natum adorant, & mirantur. 48.1.d

idq; magno numero. 53.2.c.d gaudent de conuersione peccatoris. 173.1.a. 174.1.d. 178.2.b. 179.1.b.2.b reuera non edunt, nisi edere videantur. 240.2.c animas in calum conuolunt. 188.1.d parent Christo ad nutum. 275.2.d quia ipse corum est dominus. 276.1.a quomodo & quando visi ad eum descendisse, & ascendisse. 276.2.b cur ea visio facta sit. ibid. b. d. solabantur animas patrum limbo detentis. 388.2.a cur vocentur elohim. 409.2.c an didicerint a S. Ioanne secreta Verbi incarnati. 246.1.b angeli spes in Script. nominantur, eorumq; munia. 12.1.b Anglia conuersio S. Gregorio debetur. 436.2.d Anima & spiritus in homine quomodo differant. 29.1.b anima non est corporea. 190.2.b nec habet simulacra membrorum. ibid. quomodo in corpus ingreditur, & exegreditur: quae vultu corpora animat. 291.1.b.c est. Admo india per spiraculum, 538.2.c anima per viduam sententem ob solum denotatur. 101.1.a eam possidet patiens. 220.1.c. animam perdens, amat eam; eam odians custodit. 433.2.d. 434.1.c.d eam pro amico ponere an sit maxima omnium charitas. 481.2.a.b eius conuersio est partus difficult. 496.2.d anima per virtutes templum sibi fabricat. 286.1.b vere animam humanam Christus habuit. 405.2.d eam moriens in manus Patris commendauit, 231.2.b quomodo eam pro omnibus posuerit. 405.1.c.d anima sancta sit Christi sponsa. 278.2.c quomodo a S. Trinitate inhabitetur. 469.1.c.d sit templum Dei & celum. 2.a Anima non fuerunt ante corpora. 391.1.a. 396.2.b earum immortalitatem credebant Iudaei. 417.2.d anima damnatorum sentiunt in se in gehenna tormenta, que sentirent in corpore si illud haberent. 290.2.d. & seqq. anima ab angelis in calum deducuntur. 188.1.d anime Sanctorum a morte sua vident Deum. 231.1.d anime defunctorum quomodo viuentibus apparent. 193.1.c Animalium cornuorum robur situm in cornibus. 38.1.a
Anna idem est quod gratia. 66.1.b.d S. Anna soror fuit S. Iosephi, & soror Iacob parvis eius. ergo eius amita. 80.2.a. 81.1.a Anna vidua prophetissa erat, & doctrix innocularum. 66.1.c.d eius elogium. 2.a.b eius triplex castitas: frequentabat assidue templum. ibid. c. eius ieiunia & obsecrationes. ibid. d. de Christo honorifice loquebatur. 67.1.c Annas pontifex summa erat auctoritatis apud Iudaeos. 76.1.d cur ad eum Christus primum ductus sit. 517.2.b.c
Annulus aureus index est hominis liberi. 179.1.a quid mystice denotet. ibid. c.
Annus iubilei est annus remissionis. 86.1.d quo anno Augusti natus sit Christus. 45.1.a anni Iuliani quando incipiant. ibid. anni XLVI. edificationis templi quomodo sint computandi. 285.1.b. c. & seqq. 2.a. b. c. quo anno sint celebratae nuptie in Cana Galilee. 278.1.a & c. Iev significat & superne, & iterum. 289.1.a S. Anselmus oculis corporeis vidit, quae trans murum agebantur. 388.1.d Anselmus Laodunensis auctor Glossae interlinearis, quando floruerit. 249.1.d aevi Graecum quid significet. 269.2.d. 265.1.c.d. 2.a Antichristus habebit daemone afflorem. 384.2.c eum Iudaei auide accipient. 330.1.d Anti-

INDEX RERVM ET VERBORVM.

Antigonus rex Macedonum multum promittebat, nihil dabat. 97.2.b
S. Antonij ad suos vltima verba. 455.2.b
Arosia Iudaeorum Christum in horto comprehendere volentium. 516.2.b
Aperio, vocatur eorum illuminatio. 85.2.d
Apocalypsis S. Ioannis est continua prophetia. 493.1.c
Apollinaris docebat corpus Christi esse diuinitati consubstantiale. 56.1.c & animam Christi esse ipsam Verbi diuinitatem. 260.2.d. 262.1.d. 405.2.d
Apostepes Christi in sua deploratione super Ierusalem. 213.2.b.c
Apostoli erant piscatores. 90.1.a. b. euangelizantes uno loco repulsam passi, iubentur silentes alium adire. 119.2.b & ire per orbem vini, & quare. 122.2.a. c. 123.1.b.c cur dicantur pusillus grex. 145.1.a cur timere non debeant ne quid ipsi desit. 2.a gaudebant in tribulationibus, easque superabant accensi Dei amore. 153.1.c erant Galilaei, & proinde ignobiles. 273.1.d hinc & infimulati se esse Galileorum. 156.2.a eorum munia. 148.2.a. b. sale doctinae & sanctitatis mundum saluare debebat. 171.2.a eorum fides adacta est in Pentecoste misso in eos Spiritu sancto. 195.2.b erunt primores regni Christi. 224.1.a cur instante passione inbeantur sumere sacculum, peram & gladium. 2.d & seqq. an post resurrectionem tetigerint manus & pedes Christi perforatos. 239.2.c quomodo de eius resurrectione dubitauerint, & eam crederent. 240.1.a. b. eorum singularitas. ibid. c. 546.1.d cur gauderent Christo in calos eleuato. 242.1.b 2.a quomodo semper essent in templo. 2.a quando vocati & creati sunt cum prius essent discipuli. 295.2.c sunt velut messorum. 312.2.d. 2.a.c unde cognouerint Christum esse filium Dei vini. 353.1.c fuerunt veri pastores fidelium. 404.1.a. b. meruebant cum Christo in Iudaeam abire. 414.1.c. d. sed ipse eos animat. 2.c.d possidebant bona in communi. 431.2.c fuere a Christo baptizati ante eius mortem. 449.1.d quomodo non potuerint venire cum ipse abiret. 455.2.d quomodo ijs electis sedes & mansio a Christo preparanda dicatur. 460.1.a. b. quomodo in eo Deum Patrem cognouerunt. 462.2.a ipsi plures homines conuenerunt, quam Christus. 464.2.c cur eos maior opera facere permiserit quam ipse fecerit. 465.1.a. b. promittit se eos non relicturum orphanos. 467.2.a & eos suo discessu maxime solatur. 470.2.a. c. d. 471.1.b. 2.c. 472.2.a quomodo sint per eius verba purgati. 476.2.b quomodo eos dilexerit. 479.1.d. 2.b. c. pro Euangelio vitam impenderunt. 479.1.c cur se inuicem amare deberent. 481.1.b quomodo non sint, & sint, Christi serui, sed amici. 482.1.c. d. gratis praesertim hominibus a Christo sunt electi. 483.1.b. c. & seqq. mouentur ab eo instantis persecutionis. 484.1.c. 488.1.a. 490.1.a. b. 489.1.c. & odij mundanorum. 484.2.a. b. dicuntur a Gentibus macandi vi viciniam. 488.2.c quomodo diabolum profigerint. 492.1.a quomodo non omnia a Christo dicenda, tunc potuerint portare. ibid. & seqq. etiam Propheeta fuerunt. 493.1.c cur eorum dolor absente Christo comparetur dolori parturientium. 496.1.c. d. erant a Deo praedestinati. 507.1.d pro ijs solum orant Christus ante passionem. 2.c. d. post aduentum Spiritus sancti fuere in gratia confirmati. 508.1.d

omnes fuere Martyres. 509.2.a eorum sanctorum sanctorum. ibid. d. cur eos Christus a Iudaeis in horto tangi noluerit. 517.1.a. b. Christo vino non intelligebant Scripturas de ipsius resurrectione loquentes. 532.2.d ab eo sic sunt miseri sicut ipse a Patre missus est, quo sensu. 538.1.c. & seqq. omnes ab eo sunt creati Episcopi, & quando. ibid. d. data ijs potestas remittendi peccata. 539.1.c. 2.a. 540.1.b. c. in eius passione fuere hinc inde dispersi. 541.2.a post eius resurrectionem abire in Galileam. 545.1.a cur piscari ibi sint. ibid. c. post Pentecosten amplius non sunt piscati. 2.b cur Christum non sint ausi interrogare quis esset post eum agnatum in captura piscium. 549.1.a cur vocet eos Dominus fratres. 224.2.c. 536.1.c. 2.a. b. omnes fuere mortui ante exitum vrbis, excepto Ioanne. 554.2.d Apostoli ceteri fuere S. Petro subiecti, eum oues. 550.1.b. c. Apostolici viri quomodo in hospitibus se gerant. 130.1.b sicuti cruce & tormenta. 154.2.c strenue in vinea Domini usque ad mortem laborant. 162.1.b miracula patrans ijs non gloriantur. 195.1.c possunt viuere ex Euangelio. 124.1.a non sint de cibo solliciti. 311.1.b. c. cibum eorum est conuersio animarum. 2.a eos recipiens & bene habens, Christum recipit, & in eo Deum Patrem. 450.2.d vide Apostoli.
Aqua etymon. 304.1.a varie eius proprietates & effectus. ibid. a. 2.a eius & gratiae analogie. 303.2.c. d. 305.1.c est materia baptismi. 289.2.a. b. c. cur admisceatur vino in Missa. 529.2.b quomodo per tubos de fonte ascendat. 304.2.a. 305.1.c aquae in vinum mutatae miraculum quotannis renouatum ait Epiphanius. 278.1.a. b. hac mutatio an fuerit primum Christi miraculum. 283.1.a quae eius causa litteralis, symbolica, allegorica ibid. b. c. & tropologica. 2.a cur aqua tempore Paschali ex arido fonte lapideo in montibus lotis Occidentis prorumpat. 278.1.d quando aqua piscinae ab angelo moueretur. 317.2.c an ea haberet vim sanandi. 318.1.a. b. aqua Iordanis & Siloe quam sint salutare, ex quo Christus eas tetigit. 393.2.d quae dicantur aquae vitae, quae mortuae. 303.2.c. 304.1.d. 318.1.c aqua vina spiritalis quintuplex est. 364.2.a aqua & sanguis quomodo a Christi latere & quia parte effluerint. 528.2.d. & seqq. & quidem simul, & non naturaliter. 529.1.b
Ara caeli quis Romae locus sit. 44.2.b liberum Arbitrium habet aliquam partem in opere bono. 214.2.a. c. ipsum contra Caluinium in gratia admittenda, vel repudianda asstruitur. 260.1.b. c. 338.2.d. 349.2.d. 340.1.d. 477.1.d. & seqq. 478.1.a eius cooperatio est a gratia Dei. 477.2.b id non amittitur peccando. 174.2.c
Arbor in Aegypto iuxta Hermopolim salubris describitur. 234.2.a
Archangelus mortuos omnes in fine mundi suscitaturus voce magna inuocabit. 423.1.a & c. tam principium quam principatum significat. 378.1.b
Archelaus quamdiu regnarit: cur ab illo sibi Christus merueret. 45.2.d cur ab Augusto terrarum archia sua deiectus, & in exilium pulsus sit, & quando. 46.1.a. 75.1.a
Archisynagogus inuidia ductus, factum Christi in sabato mulierem sanantis carpi. 150.1.a Archi-

Architricluni quod esset officiu in conuicijs. 282.1.b.c quomodo probatur uinum à Chrijto ex aqua conuersum. 2.a Ariani negabant Verbum id est Dei Filium esse Deum 253.2.d.254.1.b.1. eum docebant Patre esse minorem. 471.1.a.b.c & seqq. 475.1.d & ab eo in substantia differre. 494.1.c.a.505.1.a quid Arundo Chrijto in manus tradita significet. 522.1.a As, uel assarion, erat nummus areus, decima denarij pars. 142.1.a.b Ascensus Chrijti in caelum ostendebat eum è caelo descendisse. 350.2.b.c hic fuit causa dandi Spiritus sancti. 364.2.d Aster tribus quietis, robusta, diues, annosa erat. 66.2.a Aspectus Chrijti est efficax & operosus. 211.1.b cur Assumptio uocetur Chrijti ascensio. 118.1.d S. Athanasij Alexandrini Episc. elogium. 327.1.d cur Athleta lumbos praecingenti. 147.1.a Atrium templi duplex erat. 7.2.b unum interius pro sacerdotibus, alterum exterius pro laicis. 407.2.a utrumque habebat circumquaque porticus superne rectas. ibid. Atributa in Deo in re idem sunt cum essentia eius diuina. 326.1.c Atritio & contritio qui differant. 108.1.a.b Auaritia cauenda ut causa omnis mali. 142.2.b Auarus quo plus habet, eo plus torquetur. 143.1.a est hydropicus. 164.1.b.c Auelaria habebant miracula Chrijti. 319.2.a Audire & uidere in diuino est idem. 325.2.d Audaces iure naturali & diuino tenentur alere suos doctores. 124.1.a Auiditus pro predicatione sumitur interdum. 439.2.a Aue quid sit, & unde formetur. 13.1.b.c erat olim mansueta salutatio. ibid. S. Augustinus solus cum seminis egere notebat. 122.2.a.535.2.d CXXIV. tractatus in Ioannem scripsit. 248.2.d sepe sensu literaliter insinuat, in heretico & spiritali. 342.2.d.343.1.a S. Augustinus alius à S. Gregorio missus, Angliam conuertit. 91.2.b Augustini Marlorati Catena in Ioannem consarcinata est ex interpretibus hereticis. 249.2.b Augustus orbem penè totum sub suo habuit imperio. 34.1.d cur eum deserui edixerit. 44.1.a unde dictus sit Augustus. ibid. an B. Virgineum in Capricolio uiderit. 2.a Indae tetrarchiam adiecit ad Syriam praefatis prouinciam. 75.1.a Aurelianus Imp. quae monita dederit vicario suo. 77.2.c Aureus Romanus continet X. Iulios. 57.1.c Auxiliatur Deus, rebus iam maxime afflictis. 417.2.a.b.c in Azyro consecrauit Chrijtus, non in fermentato, ut docent & faciunt Graeci. 444.1.a dies azyrorum quando inciperet. ibid.

B Anhi ut fortes sint ad onera portanda lumbos praecingunt. 147.1.b Baptismus cur dicatur illuminatio. 393.2.a eo Chrijtu non eguit, ut peccata expiaret. 270.2.b in eo spiritaliter renascimur. 289.1.c.d eius materia est aqua. 2.a.b eius uotum in defectu baptizantis uel aquae sufficit. 289.2.d quando enim Chrijtus instituit 290.1.a.b non obligauit nisi post mortem eius in Pentecoste. ibid. ante quam ta-

men vim habebat expiandi peccata. 295.2.d.298.1.a.b eius forma quae fuerit. 296.1.b.c iam omnes obligat, & est ad salutem necessarius, non iam men parui eo obligantur. 344.2.b ab heretico collatus, est ualidus. 396.1.c non debet ei praemitti pedum ablutio. 447.1.c.2.a.b.448.1.a.b est duplex, aquae & sanguinis. 529.2.b baptisimus Ioannis disponebat ad baptismum Chrijti. 269.1.d.2.a cur Chrijtus mortem suam uocet baptismum. 154.2.a Baptizati soli capaces sunt Eucharistiae. 449.1.d Barcosba impostor seduxit Iudeos sub Imper. Adriano. 330.2.a S. Bartholomaeus idem uideatur fuisse cum Nathanaele. 274.1.a.b Basilica S. Petri Romae quotidie renouatur & expolitur. 285.2.d S. Basilus Athenis non nouerat nisi duas plateas, unam ad templum, alteram ad scholam ducentem. 68.2.c ei calum patria erat, 87.2.d eius uox erat tonitruum, quia uita fulgur. 327.2.a.509.2.d Barus quae esset mensura. 183.1.b.c.281.2.b Beatitudinem in quo Gentiles philosophi ponebant. 460.2.d beatitudo aeterna pacis nomine denotatur. 41.2.d aptè uocatur cena. 167.1.a & quidem cena magna. ibid. b cur S. Lucas quatuor tantum beatitudines Euangelicæ ponat; Matthæus octo. 95.1.a.b Beati fruentis Deo, eiusq; opibus sunt diuites Deo. 144.1.d semper uident damnatos in tormentis. 190.1.a tamen eos inuare nec possunt, nec uolunt. 191.1.a similes sunt angelis, quia non nubunt nec generant. 218.1.a sunt filij Dei. ibid. quomodo sint filij resurrectionis. 2.a sunt impeccabiles. 385.1.a.472.1.c possunt se subito reddere inuisibiles. 389.2.a mutant se & sua corpora prout uolunt, & prout necessitas exigit eorum quibus apparent. 542.1.d in Deum non transformabuntur. 506.2.c ijs omnia bona & gaudia sunt communia. 180.2.d uide Sancti. Ven. Beda Augustinum passim, & subinde ad uerbum, consecratur. 248.2.d Begardi docebant perfectos non obligari ad bona opera. 476.1.c Belgæ osculo excipiunt hospites. 107.1.b Chrijtus Benedicens signum crucis formabat super eos quibus benedicebat. 242.1.a Benedicta est B. Virgo in mulieribus. 15.1.b.2.a Benedictio panis à Domino in Emmaus facta fuit consecratio Eucharistiae. 237.1.d.2.a uia S. Benedicti in caelum euntis. 462.1.c ad Beneficia Ecclesiastica varijs portis acceditur. 400.1.b S. Bernardus dum de uerbo incarnato agit, totus melles est. 49.1.c quid post mortem apparet dixerit. 462.1.b Bethabara & Bethania etymon: uidetur unus & idem fuisse locus uel vicinus: unus alter: alia est Bethania Martha & Lazari. 269.2.c cur in Bethabara Ioannes baptizaret. ibid. & ibi multi crederent in Chrijtum. 410.2.c.d.411.2.a Bethanie significata & etyma. 412.1.b.2.a erat Martha & Maria habitatio. 1.b quantum distaret à Ierusalem. 416.2.c.242.1.a cur illic uenerit Iesus paulo ante mortem. 428.1.a.429.1.a.b Bethleem terra Iudae quantum distaret à Nazareth & Ierusalem. 46.2.d. & seqq. in ea nascitur Chrijtus. 47.1.a.274.2.b.c.365.1.d unum tantum habe-

habebat diuersorium. 51.2.d Bethsaida urbs erat iuxta mare Galilæe, uicina Capernaui: erat patria trium Apostolorum. 273.2.c.d nomen eius etymon. ibid. Bethsaida item dicta est piscina Probatica, uel Bethesda, uel Bethsabee, & singulorum etyma & significationes. 317.1.c.d cur Apostoli per orbem ire iubentur bini. 122.2.a.c.123.1.b.c binarius numerus sepe inuenitur in factis Apostolorum. 123.1.c binarij figura. ibid. Biffexti anni sunt omnes centesimi. 45.2.b Blasphemi lapidibus obrui solent, uel in saxa praecipitari. 89.1.b.389.1.b Bocale continet IV. libræ & IV. uncias. 281.2.a Bonum infinitum est Deus. 463.1.a bonum in nullo prohibendum, à quocumque fiat. 118.1.c bonis presentibus & futuris fuit, est perdifficile. 95.2.b bona in communi habere non derogat perfectioni Religiosæ. 431.1.d. & seqq. Bonus olim proprium epithetum erat regis. 223.1.b Bos & asinus ad praesepe Domini suere. 50.1.b Botta Romana continet CCLVI. boccoles. 281.2.b Brachium est symbolum potentiae & roboris 33.2.a cur brachium Domini uocetur Chrijtus. 439.2.a Brasica uiti est inimica. 474.1.d Buccella Iudae data an fuerit Eucharistia, & an post eam acceptam statim egressus sit. 451.2.b.c.454.1.b Burgundiones dicti à burgis, id est turribus & arcibus, in quibus debebant. 169.2.c **C** Achinni illiciti sunt. 96.1.c Cadauer a suspensorum ante solis occasum de cruce deponi debebat. 527.2.b Cadus quae esset mensura. 183.1.b S. Cecilia omnia mundi blandimenta Chrijti amore contempsit. 148.2.c sua oratione multa promeruit. 202.2.c gaudia futurae uitae preposuit presentibus. 495.2.b Caecitas à natiuitate egrè curatur, secus accidentaria. 390.1.d cur Caeci dicantur uincti, seu clausi. 85.2.d Caecus natus & à Chrijto curatus, quomodo uocatus sit. 390.1.d cur ei caecitas immissa. 391.1.c est illuminatus per spiritum. 392.1.b.c cur ad fontem Siloë missus sit. 393.1.a.b in eo ablutus uidit. 394.1.a eius fides & obedientia. ibid. unde scierit nomen Chrijti esse Iesum. 2.a cur ad Phariseos sit adductus. ibid. b eius parentes etiam examinantur. 395.1.a.b quàm caueat ipse respondeat Phariseis. 2.a eius constantia in tuendo suo curatore. ibid. c.d eicitur domo & synagoga à Phariseis. ibid. c sed benigne suscipitur à Chrijto, & in mente illuminatur. ibid. d.391.1.d.397.1.a.c eius uita & mors. 397.1.c.d Caelestis gloria est epulum Beatorum. 548.2.d Calum stellarum quantum distet à terra. 146.2.b.192.1.b quomodo id aperiri dicatur. 275.2.c.276.1.c calum fuit per Chrijti mortem reseratum. 529.2.c id pro patria fideles habeant. 87.2.d in eo est unio & concordia. 132.1.d per labores & humilitatem comparandum est. 223.2.c in id lectro bonus non est admittus, sed in sinum Abrahae. 231.1.c calum terra Chrijtus in cruce pendens, reconciliant. 437.2.a Ceremoniae Ecclesiasticae in administratione Sacramentorum stabiluntur. 308.2.c non sunt res otiosae. 539.2.c cur Ceremonialia praeccepta uocentur iustificationes. 6.2.b Cornel. in Ioannem.

an Cainan sit Chrijti genealogiae inferendus, nec ne; inferendum conferiam auctor, est aliàs negarit. 81.2.d. & seqq. 82.2.c Caphis quod habebat etymon. 425.2.c eius impium de Chrijto necando iudicium, quod eum mori expediret, ne tota gens pereat. ibid. d. & seqq. an in eo fuerit Propheta. 426.1.c.d non errant in eo contra fidem, sed contra iustitiam & pietatem. ibid. d.2.c eius domum Iudae non uideatur ingressus. 517.2.d fuit pontifex toto triennio gubernationis. Prilati. 518.1.a Caius Caesar quo die natus sit, & imperij heres ab Augusto institutus, & obierit. 452.c.d.46.1.c Calcamenta quid mysticè denotent in parabola prodigi. 179.1.a.c.d Calix laicos dari non debet. 344.2.d nec ijs praecceptus est. 345.1.b.c Caluista falsum Deum adorant, quo sensu. 307.2.d dicunt Eucharistiam esse panem mysticum, non uerum corpus Chrijti. 342.1.b.c.343.2.a.350.2.d.351.2.a Caluimus Deiparam ait incredulam fuisse ad uerba angeli. 17.2.a & saluum Ioannis in utero fuisse naturalem. 24.2.a negat Chrijtum ex oculis discipulorum euansisse. 237.2.d est in S. Philippum inturuis. 274.2.a baptismo adimit uim iustificationis, & simul eius necessitatem. 289.1.b Chrijti exaltationem per crucem interpretatur eius Euangelij predicationem. 293.2.a adimit hominum liberum arbitrium. 380.1.c uide Arbitrium, errat, docens aquam pericardio contineri, cum eo contineatur humor biliosus. 529.1.a.b negat Chrijtum ad Apostolos ianus clausis ingressum esse. 536.2.c & potestatem absoluedi à peccatis datam Apostolis. 539.2.d P. Camillus Constantius Societas. Iesu tres horas in igne mansit immorus ad eum ab infidelibus in Iaponia damnatus. 153.2.c Cana ciuitas Galilæae duplex erat, una in superiore, altera in inferiore. 279.1.b Cana quantum à Cappharua distaret. 313.2.c.314.2.a quid Candela cerea accensa in die Purificationis immanet. 62.1.c dantur fidelibus morientibus in manus, cur. 148.1.b Canes Lazari ulcera limgentes, sponte ueniobant quasi ad spirans cadauer. 187.2.c Canones Euangelio S. Ioannis lucem afferentes. 246.1.c. & seqq. Canticum Magnificat exponitur. 27.1.b. & seqq. respondet id canticum Annæ matri Samuelis. 28.2.a canticum Zachariae exponitur. 37.2.b.c. & seqq. canticum Simonis exponitur. 6.1.b. & seqq. cur id quotidie sub uesperam Ecclesia canat. 2.b Capharnaia putabant Chrijtum agentem de Eucharistia dante uitam, loqui de pane corporali, & carne cruda. 337.1.d.339.2.a. & seqq. 343.2.a.344.1.b.c.350.1.b.c.351.1.c Capilli sunt excrementa naturæ, simul ornamenta: ergo cum ijs resurgemus. 220.1.a.b capillos suos Magdalena dedit: paritentiæ & Chrijto. 103.2.c.430.2.a Caprificus alia est arbor à sycomoro. 210.1.d Carlomanni Austrasie & Suenie regis, monachi Casinat, humilitas. 172.2.b Carnales porcorum more uiuentes in gehennam descendunt. 114.1.d Carnis humanae uilitas. 262.1.b carnis edendæ usus non erat ante diluuium. 546.2.a B b b car

INDEX RERVM ET VERBORVM.

caro accipitur in Script. subinde pro femina. 260. 2.c & pro carnali sensu. 351.2.b & pro toto homine. 261.1.c caro Christi sacramentaliter in Eucharistia manducatur. 343.1.b.2.b.350. 1.c.d & quidem eadem, qua in cruce oblata est. 343.2.c.d eius usum ut crudum abhorrebant Capharnaite. 337.1.d.339.2.a.350.1.b.c.351. 1.c caro non prodest quidquam, quid sit. 350.2.d. & seqq.

assidua vinebant persecutione. 170.2.c. vide Credentes. Fideles. Christianismus est opus arduum, & magna Dei gratia ad eum opus est. 170.2.c est professio sanctitatis & Christi. 33.1.d & imitatio diuinae naturae. 39.2.b Christus idem est quod Messias, id est unctus. 53.2.a. 272.2.b.c

Christi Iesu incarnatio, conceptio, natiuitas, infantia.

Christus est incarnatus XXV. Maij, eo die & crucifixus est, & mundus creatus. 12.1.a eius genealogie conciliatio. 78.2.c.d. & seqq. a patria dictus est Nazarenus. 12.1.d.46.2.d.2.d. veram e B. Virgine carnem assumpsit. 16.2.d quia conceptus ex Spiritu sancto, non habuit peccatum originale. 18.2.c cur ex eo sit conceptus, & de virgine natus. ibid.c.d. & seqq. quo temporis puncto sit conceptus. 21.2.a.b.c incarnatus statim voluit inchoare officium Saluatoris. 23.1.b ipse natus potentes omnes de sede deposuit. 34.1.d tunc venit in mundum cum res Israelis essent deploratae. 2.c.d duplici titulo fuit filius David, & regni eius heres. 79.2.d descendit tam a pontificibus quam a regibus. 81.2.b eius stemma fuit illustre. 83.1.c id deducatur usque ad Deum. ibid.a.b eius incarnatio fuit patribus a Deo promissa. 35.1.a.b.38.2.b ob tres causas fuit incarnatus. 38.2.d natus est cum bellis omnibus sopitis pax toto orbe esset. 44.2.a quo anno Augusti sit natus. 45.1.a. & seqq. 78.2.a.b descriptus & consus Bethlehemensi ostendebat se esse Messiam ex tribu Iuda & stirpe David ortum. 46.2.a cur consus sit post circumcisionem. ibid.c natus est post solstitium hiemale XXV. Decemb. cum crescere dies incipiunt. 47.1.b.52.1.b & qua circa eum diem sunt, ei adaptantur. ibid.c.d mox ut natus, ab angelis in brachia matris deponitur, vel sponte sua in ea venit. 48.1.b quare natus vagiis & lacrymatus est. ibid.c.d lacrymas has ac seipsum Deo pro nobis in holocaustum obtulit. ibid.d quod fieri voluit homo, variis dantur cause. 2.c.d. & seqq. ipse Sanctos permouit ut se incarnatum iugiter contemplerentur. 49.1.c.d cur factus sit inuolutus, causa tropologica. 2.b natus est in spelunca. ibid.d ponitur in praesepio, variis ob causas. 50.1.a.b eius concio e praesepio 51.1.a.b quomodo se abscondens, a Deo sit manifestatus. 2.c.d cur natus sit post mediam noctem. 52.1.c eum inuiserunt pastores. 53.1.c.d cur sit circumcissus. 56.1.c.d. & seqq. natus matris matricem non aperuit, ideo non obligabatur ut ex lege Domino offerretur. 58.2.b.c.d eius vita fuit prodigiosa. 63.2.c.d recens natus tribus tripliciter apparet. 67.1.c interna sapientia ab origine sua plenus fuit. 2.b & ipsam etiam exterius prodebat cum arare, nihil ostendens puerile, sed omnem modestiam & prudentiam. ibid.c a Deo Patre in omnibus actibus dirigebatur. ibid.d quoto etatis anno templum adierit. 68.1.a quomodo se clam parentibus subduxerit, templum repetiturus. ibid.c unde toto illo triduo cibum acceperit. 2.c.d interrogauit doctores de Messiae aduentu, & quosum. 69.1.a cur eos ipse interrogaret. ibid.a.b omnes in stuporem rapiebat. ibid.b an parentes de ipso sollicitos reprehenderit. 2.b.c eius erga eos obedientia. 70.1.d.2.a erat tamen exemptus ab

INDEX RERVM ET VERBORVM.

ab omni obedientia. 2.b exercuit cum Iosepho ad tempus artem fabrilium. 71.1.d.2.b.c quae in adolescentia & inuentute egerit incognita sunt, ipse interim priuatus & in egnitus vixit. 2.a.b an sapientia & gratia profecerit. 72.1.b erat a primo instanti conceptionis plenus utraque. ibid.c quo sensu in utraque profecerit. ibid.d. & seqq. eius gratia & nobilitas quadruplex discernitur. 73.1.c. & seqq.

Eius praedicatio, gesta, miracula, dicta, doctrina, itinera, & dispersiones cum Pharisais.

Christus quo anno coeperit doctoris officium exercere. 74.1.a.76.1.a.78.2.a a Spiritu sancto impulsus rediit in Galileam. 85.1.a se Messiam esse probauit. 86.2.b.c.88.2.c loquebatur lingua angelica, aut potius diuina. 86.2.d cur se compararet Eliae. 88.1.c quomodo matris Nazarenorum enaserit. 89.1.c.2.a.b cur orarit ante electionem Apostolorum. 94.2.b.c mortuos suscitauit imperando, quasi dominus mortis. 100.1.d cur ad conuinium Simonis Leprosi inuenit. 102.2.c incedebat nudis superne pedibus. 103.2.a quam comiter Simonem Leprosus compellat. 105.1.c.d.2.b quos sanabat, perfecte sanabat. 109.1.b adoratur a demoniaco, cur. 112.2.d cur permisit demones ingredi in porcos. 114.1.c eius gesta & praedicatio in Iudaea. 118.2.a.c compescit discipulos vindictam spirantes. 119.1.d cur LXXII. discipulos elegerit, & Apostolos apud se retinuerit. 122.1.d mulierem incuruatam per XXIII. annos manu imposuit a sanitate restituit. 159.2.c.d peccatorum colloquia & mentas captabat. 172.1.b cur leprosus ad sacerdotes miserit. 198.2.c praedicat Apostolos suam praesentiam desideraturos in afflictionibus & persecutionibus. 200.1.d.2.a nullus locus, nullum iter, nullum temporis momentum ei fuit otiosum. 209.1.a Zachaeo se videndum & fruendum exhibuit. 211.1.a eius aspectus est operosus & efficax. ibid.b cur cum solis Iudeis ageret. 2.a quid Zachaeo eiusque domesticis proponeret. ibid.b.c cur videns Ierusalem sterneret super illam. 215.1.d vehemens eius tunc patios. 2.b.c diem dabat praedicationi, noctem orationi. 221.2.a 225.1.d pro Petro orans duo ei priuilegia impetrauit. 224.1.c quomodo non sit agnitus a discipulis euntibus in Emmaus. 234.2.c.d & quae de causa alius in forma Iesu appareat. 235.1.b quomodo se eorum sermoni instruit. 2.a eorum ruditatem & tarditatem credendi castigat. 236.2.b quomodo staterit se longius ire. 237.1.a.b consecrauit Eucharistiam apud eos. ibid.d ex oculis eorum exiit subito. 2.d. & seqq. quomodo habuerit corpus subtile simul & palpabile. 239.1.a cur ostenderit manus & pedes suos perforatos. 2.b.c cur cibum petierit. 240.1.c vere manducauit, non tamen fuit cibo nutritus. 2.b.c cur Aposolus dederit reliquias cibi. ibid.d an bis Ius dixerit esse iam perfecta quae de ipso praedixerant Prophetarum. 241.1.a cur illis sensum aperuerit ad intelligendum Scripturas. ibid.b promittit suis Spiritum sanctum. 2.c ascendens Cornel. in Ioannem.

in caelum, Ius benedicit. 242.1.a.d eius baptisimus & gesta post baptismum. 269.2.d.270.1.a baptizatus est non ut a peccato ablueretur. 270.2.b quomodo discipulos ad sui sequendam inuicari. 271.2.d zelus eius in discipulis instruendis. 272.1.c monuit Nathanaelem ut videret cordis inspectorem. 275.1.a.b cur ierit ad nuptias in Cana. 278.2.c.279.1.c.d an matrem ibi reprehenderit, eam alloquens. 280.1.b.c eius tamen voluntati morem gestu. 2.c.d aquam mutat in vinum. 281.2.c.d quomodo in eose gesserit. 282.2.b.c.d an id primum eius fuerit miraculum. 283.1.a cur aqua in vinum conuerterit. ibid.b venit cum matre & Ius Capharnaum: cur in Nazareth praedicationis sedem non constituerit. 2.b.c bis Capharnaum descendit. ibid.c.d vendentes e templo eicit. 284.1.a.b cur Iudaeis non se fideret, etsi habentibus ipsum pro Messia. 286.2.a.b cordis intima Iudeorum nouerat. ibid. quid Nicodemo proposuerit. 291.2.a.b.c cur seris Hierosolymis in reliquam Iudaeam. 295.2.a cur per discipulos baptizaret. ibid.c remissit peccata tam per baptismum, quam sua voce. 296.1.a.b eadem forma baptizauit, qua nos. ibid.b.c matrem & D. Petrum baptizauit. ibid.b.c prudenter ob odum Pharisaeorum e Iudaea uerum in Galileam secessit. 301.2.a.302.1.a.315.2.a per discipulos baptizabat, & ipse praedicationi instabat. 301.2.a eius desatigatio ex discipulis. 302.2.b.303.1.a quomodo Samaritanam conuerterit. 303.1.b. & seqq. quam commendam cum ea agendi occasionem captarit. ibid.c cur eam uirum suum uocare iusserit. 306.2.a gratiose eam corripit. ibid.c cur reguli in Capharnaum fidem arguerit. 313.2.d eius filium curat absens. 314.1.b.2.a miracula duo in Cana fecit. 315.1.a ubi eius gesta primi anni praedicationis finiantur. 316.2.a cur roget paralyticum an uelit sanus fieri. 319.1.a.b cur in miraculis suis semper quiddam addat, ex quo eorum ueritas & magnitudo perspicuarur. 2.a cur paralyticum sanato, declinaret de turba. 320.1.d cur eius miracula essent eximia & diuersa ab aliorum. 328.1.a.b.c an nauis appulerit Cenereth uel Capharnaum. 333.2.b.c & hac fuit ibi in momento. ibid.c ambulat supra mare. 334.1.a.v docet se esse Moysen maiorem. 336.2.c primus scithora, dein difficultiora rudibus proponebat. 343.1.c in synagoga Capharnaensi egit de Sacramento Eucharistico. 350.1.b ex ascensu suo in caelos futuro suam probat diuinitatem. 2.b.c cur quaerit ex Apostolis, num & ipsi eum uellent deserere. 352.2.b.c obibat omnia loca Galilaeae. 356.1.a cur tertio anno praedicationis Hierosolymam, nec in Paschate, nec in Pentecoste adierit. 356.1.a cur ei fratres dixerint ut in Iudaeam transiret. 2.a.b. & seqq. cur clanculo Ierusalem inuenit. 357.1.b.2.a.c.d varia populi de eo opinio. 358.1.b an initio festi uenerit Ierusalem, sed latuerit, & templum non adierit nisi die quarto festi. ibid.d.2.a. & seqq. conuictum a Pharisais illatum patienter dissimulauit. 360.1.a.386.1.c ipse in respondendo Ius magnanimitas. 363.1.b comprehensores sui maiestate uultus sui terruit. 365.2.a.b quam eff-

tax eius fuerit sermo. *ibid.* *hortum in monte Olivæ quasi nocturnum hospitium & oratorium elegit sibi semel ante mortem.* 368. 1. a cur digi- gisur ibi in terra. 369. 1. c. d. 2. b & quid. 2. c. *adulteram absolvit & monet emendationis.* 371. 1. b eius benignitas erga peccatores. *ibid.* cur apud Pharisæos loqueretur obscure. 372. 2. d. 379. 1. b eorum contumelias nihil scit. 373. 1. c pronocat eos in testes sua innocentie. 384. 2. d vocatur ab ijs Samaritanus. 385. 2. d & demo- niacos. 386. 1. a. b. 2. d reddidit se ijs inuisibilem. 2. a. 389. 2. a. 410. 2. c cur spuo adhibito cacum natum curavit. 392. 1. c. d. *patrato miraculo inde se subdixit.* 394. 2. a eum etiam in mente illuminavit ultra quæsitum. 396. 2. d. 397. 1. a. b quomodo animam posuerit ut iterum sumeret eam. 405. 2. c. 406. 1. a quid dixerit Pharisæis petentibus ab ipso ut clare diceret, num ipse esset Messias. 407. 2. c. d. 408. 1. a. 409. 1. a lapidibus ab eis impetitur. 389. 1. b. 409. 1. d cur ierit in Bethabar am. 410. 2. d. 414. 1. b diligebat Martham & Mariam. 413. 2. d sermo cogitabat de Lazaro sanando. 414. 1. a. b. 415. 1. c. d. 2. a cur ierit in Iudæam se redire velle dixerit. 414. 1. c mortem Lazari suis significavit. 415. 1. c. d. quoto die ad eum suscitandum abierit. 416. 1. a. b eius frenatus & turbatio suspirii in eius suscitatio- ne. 419. 2. b cur lacrymatus sit. 421. 1. a. b ier lacrymatus legitur. *ibid.* d. cur lapidem à sepulchro Lazari amoveri iussit. 2. c eius defi- derium Lazari suscitandi Deus audiit. 422. 2. a. b eum suscitavit clamans magna voce. *ibid.* d. 423. 1. c declinavit periculum vitæ, quia nondum venerat hora eius. 426. 2. c. 427. 1. a cur instanti mor- te prius venerit Bethaniam. 428. 2. a cur Iu- dam suum elegerit. 430. 2. c. d venit à Betha- nia Ierusalem. 432. 2. b quomodo Pharisæis sig- nificet se brevi moriturum. 438. 2. a. b. c. d. abs- condit se ab eis. 439. 1. a cur laerit. pedes disci- pulorum. 444. 2. b. 446. 1. b. c. 447. 2. a. b. 449. 1. c. d. cur primo Petri. 446. 2. d turbatus est spiritu ob proditorem Iudæ. 451. 1. c. d. 2. d. illo ad eam perficendam egresso dicit se clarificatum. 454. 2. d. suis ultimum dicit vale. 455. 2. b. dicit eos non posse venire quod ipse vadit. *ibid.* d. pre- dicit Petro iram negationem. 458. 1. a solatur & corroborat suos turbatos. 459. 1. a dicit se abiturum in caelos. 460. 1. a. & seqq. promittit se eos non relinquitur orphanos. 467. 1. a. 2. a. resurrectione suam ijs addidit. 2. a. c. 470. 2. c. 494. 2. c. 495. 1. a. b. 496. 1. d abiens de mundo multa ijs revela- vit. 482. 2. a. b eius in illos amor. 483. 1. c. 2. b eos contra instantem persecutionem præmunuit. 484. 1. c. d. 495. 1. b promittit iplis Spiritu sanctum. 490. 2. c. d. & brevi tempore ab ijs se absorbe. 494. 1. c. d. si quid in nomine suo petent, eos à Patre impetraturos. 497. 2. a. & seqq. 499. 1. c apparet Magdalene specie hortulani. 533. 2. a. & seqq. 534. 1. b. 2. a cur ab eo tunc tangi voluit. 535. 1. a. & seqq. suis pacem apprehatur, & quidem iterato. 538. 1. b apparet discipulis Thoma præsente, id est summa di- gnatione huius. 542. 1. b. c apparet suis ad mare Ti- bერიadis. 545. 1. a. b & quomodo. 546. 1. b. c parat discipulis in litore prandium. 547. 2. c manducant cum ijs. & cur. 548. 2. c. 549. 1. a cur Petrum rex de amore interroget. 549. 1. c. d. 550. 2. b. & seqq. dicit ei ut se præventem sequatur. 552. 2. c

Eius Passio, mors, vulnera.

Passionem Christus inchoavit à circumsione. 56. 2. a in cruce ostendit excessum omnium virtutum. 118. 1. a mortem non exhorruit, sed generose ad illam prope- ravit. 2. a. 161. 2. c. d. 162. 1. a. 215. 1. b. 225. 1. c. 515. 1. a. 516. 2. a eam vocat baptismum. 154. 2. a quomodo salutem nostram operari experiret. *ibid.* b mortem vocat consummationem. 161. 2. c agoniam & horrorem vicit orando in iesus. & extensus. 226. 1. a. b. verè sanguinem in ea sudavit, & unde hoc factum. *ibid.* d. 2. a. b à latrone malo passus est improprium in cruce. 228. 1. a quomodo in manus Patris animam tradat. 231. 2. b. c. 232. 2. a & mox exspiravit. 232. 1. a. b. 354. 2. a eum tamè nõ- minare voluit. 353. 2. c. nonnificenter tempore & die mori voluit. 362. 1. b. 2. c. 366. 2. d. ipsius obe- dictia in morte oppetenda. 71. 1. d. 405. 2. c. d. 406. 1. d. paterat non pati & mori. 406. 1. b expedie- bat eum mori pro mundi salute. 426. 1. b. 2. a per mortem erat clarificandus. 433. 2. a. b. 435. 1. c. 2. a naturalem eius horrorem habuit. 434. 2. c. 435. 1. b cur eum voluerit accelerari. 436. 2. b. c. 437. 2. d. ea erat à proditione Iudæ inchoanda. 450. 1. c. predi- cit suam mortem & Iudæ proditorem. 2. a. 451. 1. c. d. quomodo dixerit ei, Quod facis fac citius. 453. 2. b. c. an poterat manducari morienti à Patre acce- ptum nõ implere. 472. 1. c. d. an in via versus hor- tum habuerit partem sermonis ad Apostolos habiti. 2. b. c. mortuus est pro inimicis suis. 481. 2. c. eius ad passionem abiens cæcæ oratio. 502. 2. a. & seqq. quæ gloriam ante eam à Patre petat. 2. a. b. & seqq. passus est pro omnibus. 507. 2. b. per torrentem Ce- dron ductus fuit, an in eodem precipitatus. 515. 2. b ultra Iudæis obiuram protegit. 516. 2. a. b prostermit eos in terram. *ibid.* d. cur Apostolos ab ijs tangi nõ- luerit. 517. 1. a cur ligari voluerit. *ibid.* d. cur per- cussus alteram maxillam non dederit. 518. 1. b cur dixerit Pilato se natum ad veritatem testificatum. 519. 1. c. matrem Ioanni commendat, & hinc illi. 525. 1. a. b eius sitis. 527. 1. b ei mortuo latus aperitum, & ea. apertione nobis multum meruit. 528. 1. b cur servavit post mortem vulnerum suorum citatrices. 537. 2. a. & seqq. id est, non sine miraculo. *ibid.* c

Eius dignitas, virtutes, officia, gloria, diuinitas, iudicaria potestates, & alia.

Christus magnus est, quia homo & quia Deus. 177. 1. a regnum eius est Ecclesia. *ibid.* c. fuit sanctus san- ctitate perfecta & conaturali. 20. 1. d. 32. 1. d est benedictus præ omnibus creaturis. 26. 1. a. d. 2. a. sunt in eo nature, diuina & humana, at vna per- sona. *ibid.* c. fuit saluator B. Virginis peculiariter, quo sensu. 29. 1. d est brachium Dei. 33. 2. b. 439. 2. a. b. qui per eum peculiariter afflictis populi sui rebus succurrit. 35. 1. a est cornu salutis. 38. 1. b. d. eius nomen proprium est Oriens. 40. 1. c. d. est germen caeleste & terrestre. 2. b. c. proprietates so- lis & germen ei optime attribuitur. *ibid.* b. est arbor vitæ. 41. 1. a. item sol & lux mundi. *ibid.* b. d. 2. a. 62. 1. b. 258. 2. d. & seqq. 372. 1. a. 2. c. 327. 1. a. b. 438. 2. d. 441. 1. d. fuit civis Ro- manus. 46. 2. b. descriptus ostendebat se venisse ut nos à seruitute diaboli liberaret. *ibid.* b. illius erga genus humanum amor. 48. 2. d. 51. 2. a. 456. 2. c. 481. 1. d. & seqq. hic debet nobis esse stimulus ad nos inuicem amandos. 456. 2. d. & seqq. ipse se depressit, ut nos eueheret ad caelum. 49. 1. b est amor & stupor

ange-

angelorum. 50. 2. a. tres habet natiuitates. 51. 2. b. consolatur desolatos & derelictos. 60. 1. b. 53. 1. a est pax nostra. 54. 1. d. 2. b ubique hu- militatem cum maiestate copulavit. 55. 1. a propositus est omnibus in salutem. 62. 1. a. fuit Israël gloria. *ibid.* d. & seqq. est positus in Ecclesia seu lapis fundamentalis, cui omnes creden- tes inedificantur. 63. 1. b. quomodo positus in ruinam, & in resurrectionem. *ibid.* b. c. & in signum cui contradicitur. 2. a. b. comparatur serpenti à Moyse in deserto erecto. 64. 1. a. redem- ptor est Israël. 67. 1. c. quia ignorantia expe- rimentalis in eo positus concedi. 68. 2. a. b. illius aetiones erant duplices, alie puri hominis, alie Dei hominis. in prioribus erat parentibus subditus, in posterioribus soli Patri caelesti. 69. 2. d. 70. 1. a. eum voluit Tiberius inter deos referre. 75. 1. a. qua ratione & quando vultus sit. 85. 2. b. om- nia collapsa reparavit. 126. 2. a. b. Martha hospitalitatem rependit, ei apparetis morientis. 129. 2. d. eius fugalitas. 130. 2. d. & seqq. ha- bebatur potestatem iudicariam, sed ea non est usus nisi tempore & loco. 142. 1. d. quomodo seruos suos in celo honoret. 149. 2. d. & seqq. peccatores benignè habet ad se venientes. 172. 1. b. 213. 1. b. est pastor bonus quem errantes reducit, & gaudet titulo pastoris. 52. 2. d. 172. 1. c. 2. a. 402. 2. d. 403. 1. b. 404. 1. a. 2. b. & seqq. eius vita est idea veri pastoris. 553. 1. a. gaudet de peccatoris con- uersione. 173. 1. a. b. 178. 2. b. 179. 1. b. 2. b. deno- tatur per vinulum saginatum. 179. 1. d. quomodo in Lazaro adumbratur. 192. 2. b. c. pro maleficio be- neficium rependit. 197. 2. c. veniet ad iudicium instar fulguris. 200. 2. b. nullum eius iter fuit otio- sum. 209. 1. a. habitat in templis per Ven. Eu- charistiam. 213. 1. a. missus est in mundum ut pec- catores salvos faceret. *ibid.* b. eius regnum inchoan- dum post crucem. 2. a. b. c. est rex nobilis. *ibid.* b. 215. 1. c. cur Apostolos vocet fratres. 224. 2. c. 536. 1. c. d. ipsius summa liberalitas. 231. 1. d. interest bonis colloquii. 234. 2. b. ita loquitur exterius, ut interiori corda moueat. 238. 1. b. symbolicè per pi- stem assum denotatur. 240. 1. d. apud Ioannem nunc inducitur loquens ut homo, nunc ut Deus. 247. 1. a. quomodo dicat se nihil dicere aut facere ex seipso, sed per Patrem. *ibid.* ex miraculis à se factis pro- bat se esse Deum & Messiam. 247. 1. a. 323. 1. c. 359. 1. b. 292. 1. b. quia Deus est lux formalis increata, quia homo etiam lux causalis. 256. 2. d. & seqq. 371. 2. d. fuit lux post carnem assumptam, quin & ante eam à mundi exordio. 257. 1. a. est lux vera. 258. 1. a. b. & seqq. docuit nos caelestia secretaria. 262. 2. d. 263. 1. a. Moysi opponitur & antepositur. 265. 2. c. d. quomodo dicatur esse in sinu Patris. 266. 2. b. c. aperuit nobis arcana Patris. 267. 1. b. est agnus. 270. 1. c. d. 271. 1. d. eius proprium est, habere omnes gratias Spiritu sancti. 263. 2. c. 264. 1. b. 271. 1. c. quod eum Nathanael cognouit esse Deum filium. 275. 1. c. est Dei filius, & rex Israël. 2. a. b. non fuit sub- fato. 280. 2. b. zelus eius pro honore Dei. 284. 1. b. corpus suum vocat templum. 2. c. est dominus hu- manus, uti & templi materialis. 285. 1. a. in eo per co- mmunitionem idiomatum dici potest Deus natus, passus & mortuus. 292. 1. d. sic dicit potest esse in celo pro diuinitate. 2. c. est sponsus Ecclesiæ. 297. 2. a. quomodo crescere ipsum oportuerit, Ioannem minui. 298. 1. c. & seqq. eius dignitas. 2. b. c. habuit spiri- tum & gratiam sine mensura. 299. 2. a. b. non zelum infinitam. *ibid.* c. qua in re maior Iacobo su-

Cornel. in Ioannem.

erit. 305. 1. b. raro seorsum cum muliere loquitur. 309. 2. c. erat dominus sabbati. 319. 2. d. 320. 1. a. 321. 2. a. id est operatur quod Deus Pater. 321. 2. b. d. ab eo accipit diuinam essentiam, potentiam, scientiam. 322. 1. a. à Patre procedit ut Verbum. *ibid.* b. 2. a. est index viuorum & mortuorum. 323. 2. b. quia se humiliant, accipit à Deo potestatem iudicariam. 325. 1. b. erat auidus salutis Iudæorum. 329. 2. d. à Moyse passum fuit praefiguratus. 330. 2. c. d. quomodo sit à Patre signatus. 535. 1. c. ipse dat panem de celo verum. 336. 2. c. d. ab initio conceptionis norat omnia futu- ra. 352. 1. a. habebant verba eius vitam eternam. 353. 1. a. b. est naturalis filius Dei. *ibid.* c. diu- terpidus in medijs periculis agit. 358. 2. c. d. est fons aque viue. 364. 1. c. d. cur Spiritu miseri post mor- tem suam & ascensum in caelos. 2. c. d. & seqq. est speculum mortuum & sanctitatis. 372. 2. a. quosensu non iudicat quemquam. 373. 1. c. cur apud Gazo- phylacium Iudæorum auaritiam coarguit. 375. 1. a. d. erat de celo, & caelestis. 376. 2. b. quomodo sit prin- cipium. 377. 2. b. erat impeccabilis. 385. 1. a. est custos generis humani. 386. 1. d. quot vixerit annis. 388. 2. c. d. fuit ab æterno quia Deus. *ibid.* d. eius benignitas erga miseros. 390. 1. a. per Siluam repræ- sentatur. 393. 1. b. eius lenitas. 393. 1. b. erat mis- sus ut Siloach. *ibid.* b. d. quomodo dicat se ostium oculis. 399. 1. c. 400. 1. d. 2. a. 402. 1. b. 403. 1. b. cognouit omnes fides, & ipse illum. 404. 2. c. d. & vitam æternam dat ijs. 408. 1. a. 2. a. b. eius diuini- tatis probatur. 9. 1. b. 292. 2. b. c. 323. 1. c. 2. a. 326. 1. c. 2. d. 327. 2. b. 328. 1. b. 359. 1. b. 409. 1. b. 2. a. 410. 1. b. 419. 1. a. 421. 1. b. 435. 2. b. c. 436. 1. a. 440. 1. b. 2. d. 441. 1. b. c. d. 2. a. 455. 1. b. c. 463. 2. a. 465. 2. c. 455. 1. a. b. 505. 1. b. c. 2. b. qui hereti- tici eam negant. 251. 1. c. quomodo à Patre sanctifi- cetur. 410. 1. c. d. ipse est resurrectio & vita. 418. 1. a. b. 2. a. quomodo in se assumeret passiones. 420. 1. d. 2. a. Romanorum regimen Hierosolymis non tan- gebat, sed agebat. 425. 1. c. eius obedientia usque ad mortem. 429. 1. a. cur paupertatem sit professus. 431. 1. c. d. est velut granum frumenti cadens in terram. 433. 2. a. b. suos facit tonantes & fulminantes. 435. 2. d. trahit de cruce omnes ad se. 437. 1. b. 2. a. b. quomodo maneat in æternum. 438. 1. a. & seqq. accepit à Patre mandatum diuini & agenda omnia que dixit & egit. 442. 1. d. quo die pascha celebraret. 440. 1. a. quomodo suos dilexerit in fine. 445. 1. c. ipse est finis legis. 2. a. est solus perfectus magister. 449. 2. a. teneat erga suos officium. 455. 2. b. est via veritas & vita. 258. 2. a. b. 460. 2. b. c. 461. 1. a. & seqq. 519. 1. b. 2. a. qui ipsam videt, videt & Pa- trem. 463. 1. c. d. ipse est in Patre & Pater in ipso. 2. c. d. 467. 2. d. cur voluerit suos maiora opera face- re, quam ipse fecit. 465. 1. a. b. audit preces se inno- centium. 2. d. nos sumus in ipso, & ipse in nobis. 467. 2. d. & seqq. diligit diligentes se. 468. 1. b. d. 2. a. co- parat se vitæ quæ homo. 473. 2. b. & quare. 474. 2. a. cur dicatur vitæ vera. *ibid.* d. cur à Gentilibus & Iudæis sperneretur. 491. 1. c. d. 2. a. orat pro nobis in celo oratione proprie dicta. 499. 2. c. quomodo Pa- trem clarificauit. 503. 2. d. quantum ex se est, vult omnes salvos fieri. 504. 1. d. triplicem apud Patrem habet claritatem. 506. 1. b. c. oravit pro Apostolis & mundanis, diuerso tempore. 507. 2. c. d. 510. 2. d. ut homo triplicem habuit sanctitatem. 509. 2. a. b. ora- uit item pro fidelibus omnibus. 510. 1. c. non sit ser- uata cordium. 330. 1. a. 500. 2. a. 542. 1. c. d. quomo- do se aliquando ab animabus sponte subducit. 533. 1. d. est pater, mater & pastor fidelium. 549. 2. d.

INDEX RERVM ET VERBORVM.

Chronologia LXX. interpretum est probabilis. 82.1.d
unde Cibum habuerit Christus triduo amissionis sue. 68.2.c
vnum tibi genus salubre est. 130.2.b.d
cibi communis & Eucharistici discrimen. 348.2.a
b
cibus anime ante omnia querendus. 334.1.d.2.a.b
quis sit cibus permanens in vitam eternam, operando nobis comparandus. 2.c.d. & seqq. 336.2.c.d
Congulum ciliquum gestarunt Sancti. 147.1.d
Circuli figura pingebant Aegyptij Deum. 512.1.d.2.a
Circumcelliones scissos necabant caelestis vitae spe. 434.1.c
Circumcisio etiam domi peragi poterat. 36.1.d
eius effectus. ibid. est ab Abraham inducta: etiam sabbato peragi potest. 360.2.a.b
praeise octavo die peragitur. ibid. eius lege Christus non obligabatur. 56.1.b
ea erat instituta ad abolendum peccatum originale. ibid. in ea Christus summopere se humiliavit. ibid. circumcisio spiritualis que sit. 2.a
Circumcisus Christus fuit liberè & spontè, non ex obligatione. 56.1.b
idq. nouem de causis. ibid. c. d. atque in spelunca in qua natus: magnum sensu in ea dolorem. 2.b
Circumcisio in diuinis personis que sit. 463.2.d
cur Cives ciuibus inuideant. 87.2.b
in sua singuli Ciuitate censeri debebant in censu. 46.1.d
que fuerit Ciuitas in qua Magdalena dicitur fuisse peccatrix. 102.1.a
Clades publica nos mouere debet ad penitentiam. 157.1.c.2.c
Clamor magnus Christi in Lazaris suscitacione quid innuat. 422.2.d
Clarificatio Christi facta est per mortem & crucem. 454.2.d. & seqq. idque à Deo Patre. 455.1.b
Claritatem triplicem apud Patrem habet Christus. 506.1.b.c
Classes sacerdotales à Danide sorte distributae sunt. 5.2.b
Clavis scientia, quam absolvere Pharisei que sit. 139.2.a.b.c
Cleophae nominis etymon. 352.2.b
Cleophas fuit vnus è discipulis abentibus in Emmaus. 234.1.a.d
fuit frater S. Iosephi, & pater & auus Apostolorum quatuor: fuit Martyr. 81.1.a.235.2.a.b
Clerici deuenti consortia seminarum. 309.2.d
cur in caemeterijs fideles sepeliantur. 113.1.c
Cena magna, quam quidam parant, que sit. 166.2.d
caenam triplicem caenauit Christus. 445.2.b
dies Ceteris vocabatur octaua Scenopegie. 363.2.a
Cogitaciones alie descendunt in cor, alie ascendunt. 238.2.c
quomodo ea in Christo reuelantur. 65.2.b.c.d
Cognoscere Deum, est vita aeterna. 504.2.b.c
S. Coleta in virginitate sue custodem delegit S. Ioannem. 547.2.a
Colloquia seminarum cauenda sunt. 309.2.d
colloquijs bonis interest Christus, malis Lucifer. 234.2.a
an Comestio fuerit sufficiens signum resurrectionis Christi. 239.1.d.240.2.b.c
Commentatores S. Lucae qui. 2.2.d
qui S. Ioannis. 248.2.a
Commiseratio Christi ob ploratum Marthe & Marie. 419.2.b.420.1.d.2.b.c
Commodare & mutare qui differant. 136.1.c
Communicatio idiomatum naturae diuinæ & humanæ

facta est in Christo. 261.1.a
Communicaturus à peccato omni, quantum potest, per confessionem se expiet. 346.1.c
Communio indigna avertit mortem. 349.1.b.c
per Compunctiorem inuenitur Deus amissus. 69.1.d
haec eum cogit ad miserendum. 421.1.c
Conceptio Filij Dei nouo modo fieri debebat. 18.2.c.d
Concio Christi è praesepio. 51.1.a.b. & seqq. conuersiones Christi celeberrimos Ioannes Insuper enarrat. 246.2.d
Concionator austeritate vitae sibi auctoritatem parat. 42.2.a
laudatus laudes ad Christum referat. 78.1.d
magni sit dum placencia dicit; vitia taxans, vituperatur. 87.1.a
docens placencia carni causa est ut populus multa scelera committat. 96.1.d
qui verò ex concione plausum querit, damnationi se exponit. 2.a
publicis eladibus vratur ad salutem auditorum. 157.1.a
sui potens in opere & in sermone. 236.1.a
ita loquatur exterius, ut corda inflammer. 238.b.c
fideles conquirat Christo, non sibi. 298.1.a
prius ardeat charitate & zelo, quam alij predicet. 327.1.b.c
sudeat orationi. 502.1.a
Concordia nos vnit Deo. 510.2.c
Concubinarum filij videbantur spurij, quia secundarij. 382.1.c
Concupiscentia per lepram adumbratur. 197.1.d
sepe impediunt fidei acceptiorem. 295.2.a
eas domans, animam suam inuenit. 434.1.a. bearum mortificatio est via acquirenda aeternae vniouis cum Deo. 513.1.a.b
è concupiscentia carnali generatur homo. 260.2.b
Confessarius quid agere debeat in perditiõne penitentis sui. 100.2.d
Confessio peccatorum disponit ad ardentem charitatem. 178.1.d
ea necessaria peccatori. 177.2.b.c
haec enim in Diuorum numerum transcribit. 179.1.a
confessio humilis plus potest quam ceterae virtutes. 208.1.b
est à Christo instituta. 540.1.b.c.2.b
Confiteri defectus actuum suorum B. Virgo non potuit, quia omnes erant purissimi & perfectissimi. 59.2.a.b
fidem suam confiteri palam oportet. 440.2.b.441.1.a
Coniecturæ è sideribus quatenus hominibus sint necessariae. 155.2.b
Coniugium non reprehenditur, nisi quatenus animus per id est salute reuocatur. 167.2.d
Coniunctio & vnio communicantium cum Christo per Eucharistiam quomodo fiat. 347.1.c.d
coniunctiones causales non semper causam aut finem inuentum apud Ioannem, sed sepe consequentiam & euentum dumtaxat significant. 247.1.d.397.2.c
Communiõ Christi cum humana natura in initum est in incarnatione eius. 283.1.d
item animacum Deo per gratiam & charitatem. 2.a
Conopseum quid sit. 356.1.c
Conscientiae bonae quies, securitas & gaudium. 133.1.a
est fructus penitentiae. 109.1.a
Consobrini Christi in primo gradu fuerunt Iacobus Minor, S. Indas & Simeon Episc. Hierosolym. Ioannes & Iacobus Maior in secundo gradu. 81.1.c
Constantia B. Virginis in adstanto cruci Domini. 524.2.a.c. & seqq.
Constantinus Magnus cur in porticu SS. Apostolorum sepeliri voluerit. 100.1.a
Con-

INDEX RERVM ET VERBORVM.

Consuetudo peccandi est quasi paralytis. 318.2.c
& quasi lapsus molaris. 421.2.c
Consummata sunt omnia, quae de Christo sunt praedicta. 527.1.d
Contemplatio quid sit. 133.2.c
acquiritur per actiua vitae opera. 134.1.b
ea est necessaria ad plenam sanctitatem & perfectionem. 131.1.c
Coniugalitatis vita praefertur actiua. 132.2.c.d.133.1.c
in celo perficitur. 133.1.d
eius actus & effectus. 2.d.134.1.a.b
eius typus est Ioannes Apostolus. 555.1.c
contemplatiuis reuelat Deus arcana sua. 482.2.c. & seqq.
ei arctissimè vniuntur. 511.1.a
Continentia cingulo lumbi sunt cingendi, id est luxurie motus resistanadi. 147.1.c
Contradictio Christo illata, velut gladius animam Dei parat transfixit. 64.2.a
Contrarij contrarij oppositi magis elucet. 431.1.b
Contritio perfecta de peccatis quomodo iustificacionem adducat. 108.1.a.b
ea est oranti necessaria. 498.2.b
Contumelia sit palam, detractio clam. 139.1.b
Conuersio peccatoris omnes laetificat. 172.2.c.173.1.a
maximè Deum. 172.2.c
est omnium bonum. ibid. & seqq.
quantam in eo mutationem inducat. 173.1.b
conuersio mundi per Apostolos fuit effectus & decus resurrectionis Christi. 465.1.c
conuersione infidelium glorificatur Deus. 508.1.b
conuersio animarum à Christo pendet. 546.1.b
Conuersus, ex zelo etiã alios sudeat conuertere. 310.1.c
Conuictus alijs multa mala facit. 206.1.c
Conuictus olim pedes lauebantur. 107.1.a
& osculum dabatur. ibid. b
& manus & caput vnguento perfundebantur. ibid. c
Conuiniõ in inferno amicis quatenus laudabile, quatenus culpandum. 166.1.b.c
conuiniõ vix sine culpa celebratur. 187.1.b
precepta in conuiniõ seruanda quoad loci electionem. 165.2.a.c
Coptus missus à Cyrino praeside Syriae in Indiam, confisauit facultates Archelai. 75.1.a
Cor hominis solo Deo repleti potest. 463.1.a
cor dicitur intima Christus perspiciebat. 286.2.b.c
cor Christi fuit lancea perforatum. 528.2.c.529.1.a
cor bonum & optimum quod sit. 112.1.b
S. Cornelius Papa pingitur cum cornu, à quo nomen accepit. 38.1.a
Piscicatum non ambuit. 152.1.d
Corn. Ianfenius solidè & exactè in Ioannem est commentatus. 249.2.a
Cornu est symbolum roboris, potentiae, victoriae, gloriae, regni. 37.2.d
cerni salutis quod dicatur. 38.1.b
Corpus aliud non cedit, aliud sentitur, aliud palpatur, & que sint illa corpora. 239.1.a.b
corpus suum vocat Christus templum, cur. 284.2.c.d
id non est vbiq. 292.2.a
id post resurrectionem potestatem habebat visum intuentium immutandi, idq. diuersimodè. 234.2.d
in Eucharistia continet sanguinem, prouide illud sumens, sumit & hunc. 345.1.a.d
corpore Deus caret. 308.2.d
corpora gloriosa sunt subtilia simul, & palpabilia. 238.2.d. & 239.1.c.d.542.2.d
Correptio Christi gratiosa erat. 306.2.c
Corus que esset mensura. 183.1.c.d
Crapula proprie quid sit. 220.2.c
Crastrinum sibi nemo polliceri potest. 392.1.a
Creati à Deo multum ei debemus. 196.2.c
quomodo Deus in omnibus Creaturis sit. 14.2.b
creaturæ omnes Christo moriente velut obstupuerunt. 437.2.b.c
non Credentes condemnati sunt. 294.2.b.d
Con-

295.1.a
credens in Christum quo sensu habeat vitam aeternam. 300.1.b
& opera maiora faciet quam ipse fecit. 464.2.b.c
ei non credentes quatenus peccarent. 352.1.c
credentes Christus benigne suscipit, nec eicit foras. 338.1.d
vide Christiani, Fideles.
Credere actu, datur à sola Dei gratia. 338.2.d
credere que non videntur, verè fides est. 543.2.a.b
& seqq.
credere Deo & in Deum Hebraeis idem sunt. 286.2.a
credere Christo & in Christum diuersa sunt. 441.1.b
Crescere quomodo debuerit Christus, Ioannes immit. 298.1.c.d
Crucifixus est Christus prima die azymorum. 522.2.a
crucifixi ante solis occasum de cruce deponi debebant. 527.2.b
cur Crura frangerentur crucifixis. 527.2.c
ea Christo fracta non fuerunt. 528.1.a
Cruis supplicium est regnum affectantium. 518.2.b.c
cruis signum formatur in benedictione. 242.1.b
cruis Christi quasi vexillum est, sub quo fideles omnes militant. 63.2.b.c
ea per sycorum denotatur. 210.2.a.112.2.d
fuit adumbrata in aeneo serpente. 293.1.d
fuit velut arx Christi, de qua diabolus debellauit. 437.1.a
ei fuit summa exaltatio. 379.1.c.454.2.d
ei adliit Dei para. 523.2.c
ea multis visa probrosa Genibus stultitia. 117.1.c
sed post Christum gloriosa facta est. 503.2.a.552.1.b.2.b
in crucibus gaudendum Christiano. 552.2.b
Cubitus est sesquipes. 547.2.c
Cultus Dei para toto orbe varus est ac multiplex. 31.1.c
unde Cupiditas in homine nascitur. 164.1.d
eius remedium unde petendum. 2.a
est insatiabilis. 305.1.c
Cura huius vitae non fruunt hominem de salute anime cogitare. 221.1.a
Curare alios volens prius seipsum curet. 87.1.b.c
Cygnum dicitur canere ante mortem. 61.1.a
S. Cyprianus è baptismo magnam sui mutationem sensit. 109.2.a
vnicuique hominum status congruam dabat instructionem. 151.1.d
S. Cyrilla filia Decij Imp. Christo virginitatem vnxit, & pro ea martyr occubuit. 233.1.a
S. Cyrillus Alexandr. egregie in Ioan. commentatus est, sed eius libri quatuor interciderunt, quos suppleuit Iudocus Chiconensis. 248.2.a
Cyrinus Syriae praesides quis fuerit. 46.1.c
Cyrus quamdiu regnauit in Perside, & quamdiu vt monarcha. 285.1.c
Demoniaco Evangelico cur habitaret in sepulchris. 112.2.b.c.d
cur coram Christo procciderit. ibid. d
cur ad eius pedes federit iam liberatus. 114.2.d
praedicauit suam fidem in Christum. 115.2.a
Demonium habere Christum dicebant Pharisei, 386.1.a.b.2.d
unde id ipse neget. 2.a
demonia septem è Magdalenae caecitate an vera fuerint, an tantum mystica id est peccata. 111.2.c
demones sunt per Christum potentia & tyrannide sua spoliati. 86.2.a
maximè inuadunt melanbolicos. 112.2.c
eorum multi non sunt in inferno. 113.1.b
quomodo è caemeterijs arceantur. ibid. c
cur vocentur Legio. ibid. d
eorum multitudo & malignitas. 113.2.a.114.1.c
illis gaudium est in infernum non relegari. ibid. c
etiam in terra agentes, igne gebennae vruntur. 113.2.d
cur vt

INDEX RERVM ET VERBORVM.

in porcos ingredi permittentur, rogant. 114. 1.a eorum infirmitas. ibid. b. c. quomodo porcos in mare egerint. 2. a vide diabolum. an Damiani subinde inflos vide. in gloria. 190. 1. a eorum opem petere non possunt, nec audent. 191. 1. a eternum ab eorum consortio, & consolatione omni privati, sunt compacti in inferno velut in ferro carcere. 192. 2. a nullum actum virtutis supernaturalis, vel naturalis elicere possunt, aut bonum aliquid naturale velle. 193. 1. d. nunquam inferno liberabuntur. 437. 2. c. Damianus nemo nisi volens. 408. 2. a Dare gloriam Deo quid significet. 395. 1. d. 2. a date & dabitur sunt sorores. 97. 2. c. data petentibus honesta, & non nocentia. 96. 2. c. Danid rex distribuit sacerdotes in classes XXIV. 5. 2. d. fugiens irans torrentem Cedron, fuit typus Christi. 516. 1. b. Debiles quinam ad conuivium vocandi. 166. 1. c. Debitum nostrum erga Deum multiplex est. 196. 2. c. & seqq. Dedicatio, est quasi salus Ecclesie. 213. 1. a cur Descentiam in templis sepeliantur. 99. 2. c. 100. 1. a Deliciarum spiritualium & corporalium discrimen. 186. 1. a Dehinc animi an passa sit Deipara in filij sui passione. 524. 1. c. d. & seqq. Demonstrare pro dare & exhibere sumitur aliquando. 322. 2. c. d. Denarius est numerus multitudinis & universalitatis. 214. 1. a & symbolum decalogi. 548. 1. d. Denarius nummus idem est quod regalis Hispanicus, siue Iulus Romanus. 105. 2. a. b. 128. 2. b. Descendere de celo quomodo Deus dicitur. 292. 2. b. c. cur descriptio orbis ab Augusto indicata, & quando. 44. 1. b. quando prima descriptio facta sit. 46. 1. a. b. tres factae sunt ab Augusto. ibid. b. c. Deservens Deum sensum ab eo deseruitur. 45. 2. b. Desideravit Christum ipse se mox ultra offerret. 211. 1. a desiderans Deum, ipsum invenire meretur. 272. 2. d. Desiderantur non est de Dei ope in rebus effectus. 417. 2. a. Desideratio saepe est causa spei. 417. 2. b. c. Detractio etiam sit, contumelia palam. 139. 1. b. Deus quid sit, definitur. 309. 1. b. & seqq. singulari quodam modo cum B. Virgine erat. 14. 2. a. c. omnia ei sunt possibilia. 20. 2. c. d. voluit per Elisabetham patet accere filij sui incarnationem. 24. 1. b. quomodo magnificatur. 27. 1. b. 2. a. b. eius nomen est potens. 31. 2. c. d. est sanctus perfectissimus. 32. 1. d. 2. a. 33. 1. a quomodo eius sanctitatem possimus imitari. 32. 2. d. est summè misericors in timentes eum. 33. 1. d. eius potentia in veteri testamento. 2. b. peculiariter erat Israelis curator & protector. 37. 2. c. quanta sit eius magnitudo & maiestas. 50. 2. a. b. c. per tuam gloriam suam mansuetare solet. 53. 1. b. semper humiles exaltat. 54. 2. d. 57. 1. a & maxime filium suum. 57. 1. a dirigit iter Sanctorum. 60. 2. c. homines diversimode docet. 67. 1. d. solus potest peccata remittere. 108. 2. c. d. est unum necessarium. 131. 2. a est omnium rerum, veri & nostrum, & actionum nostrarum initium & finis ultimus. 132. 1. a. 197. 1. b. 378. 1. c. providet suis in necessitate. 145. 1. c. d. venit cum homines minime cogitant. 150. 2. a est ignis & lux. 152. 2. c.

257. 2. c. d. saepe castigat minus peccantes, ad exemplum ceterorum. 157. 1. a nihil ei est fortuitum. ibid. d. retribuet mercedem pauperes aletibus. 166. 2. b. gaudet de conversione peccatoris. 173. 1. a an de uno peccatore poenitente magis gaudet quam de XCIX. iustis. 2. a Deo carens caret omnibus. 175. 2. b. eius mira erga peccatores poenitentes clementia. 178. 2. a. b. fortis hominum distribuit. 193. 2. d. multa ei debemus. 196. 2. c. d. & seqq. omnem vindictam iniustitiam. 204. 1. a. b. pios ad se clamantes quantocius exaudit. ibid. b. 422. 1. a requirit pluralitatem personarum. 253. 2. c. est essentialis verum, aeternum ens. 258. 1. b. ex mundi officio cognosci potest esse unum in essentia. 259. 1. d. eum nemo videt vivens, nec audit. 266. 1. d. 328. 2. c. occurrit per gratiam animae sese desiderant. 272. 2. d. ubique praesens omnia intuetur. 275. 1. c. in anima quae vult occultè operatur. 291. 1. c. quomodo mundum dilexerit. 293. 2. b. c. 294. 2. a quomodo sua dicta & oracula signat. 299. 1. c. est purissimus spiritus, non corporeus. 308. 2. c. d. sua dona dat sedulis & diligentibus. 318. 1. a habet vitam à sua essentia: est fons omnis vitæ, & vitæ dominus. 324. 2. b. c. quàm benè mentem iustus doceat & illuminet. 341. 1. b. 2. a. ei omnia sunt possibilia. 350. 2. c. est principium omnium rerum. 377. 2. d. & seqq. est aeternus & immutabilis. 252. 1. c. d. 388. 2. d. an peccatores orantes exaudiat. 396. 1. a in rebus desperatis solet optulari. 417. 2. a. c. peccatorem suū gratiā prius movet. 424. 1. a habet curam Ecclesie & Pontificis. 426. 1. c. ei offerenda sunt optima. 430. 1. c. ipse homines non oduratur, nec excecatur. 439. 2. c. 440. 1. a est lux increata & immensa. 441. 2. a. d. quomodo in Christo sit clarificatus. 455. 1. b. c. est centrum dilectionis. 457. 1. d. sufficit suis, quia est ipsa sufficientia. 452. 2. d. ipse prior diligit nos. 468. 1. d. quomodo maneat in anima. 469. 1. a. b. sine eo nil ferere possumus. 477. 2. c. d. sua secreta sanctis mentibus reuelat. 482. 2. c. novitros initio vocationis leniter habet. 490. 1. b. vult orari. 500. 1. a. b. Deus in incarnatione de celo in terram descendit 292. 2. b. eum pingebant Aegyptij ut circumlum. 512. 1. d. Deus Pater posset gratiam Christo datam, utpote suam, augere, & facere ut in ea quod ad habitum proficeret. 73. 1. b. cur vocetur mens. 253. 1. b. non potest esse solus. 2. c. quomodo mundum dilexerit. 293. 2. c. d. cur ipse carnis non assumpsit, ad magis amorem suum exhibendum. 294. 1. a. b. quomodo dederit Filio omnia. 300. 1. a quae ipse operatur, eadem operatur & Filius. 321. 2. d. 322. 1. d. omnia ei communicat. 322. 2. a. b. intelligendo producit Verbum. ibid. c. 1. b. quomodo Filio etiam maiora communicavit. 323. 1. a. b. eius voluntas & Filij eadem est. ibid. d. Patrem negat, qui negat eum genuisse filium. 2. d. suam communicat Filio divinitatem, quae vita est per essentiam. 348. 2. d. 349. 1. d. 463. 1. c. d. dedit ei scientiam & doctrinam. 359. 1. a. 2. a. cur ad eum se iterum dixeris Christus. 362. 2. d. quando ipse de Christo perhibuerit testimonium. 374. 1. a. d. quomodo sit cum Filio. 379. 2. b. iudicium universale illi commisit. 386. 2. b. at iniustus illi & Sanctis irrogatus ipse iudicat & vindicat. ibid. voluit

INDEX RERVM ET VERBORVM.

& igitur Filium pati, & in cruce mori. 406. 1. d. ei petentis. 409. 1. d. est unus cum Filio in essentia & deitate eisdem numero. ibid. 410. 2. b. quomodo eum sanctificavit. 410. 1. c. d. orantem Filium semper audit. 422. 2. c. quomodo eum clarificavit, & adhuc clarificaturus sit. 435. 1. d. dedit ei mandatum agendi & dicendi omnia quae egit & dixit. 442. 1. d. quomodo eum signavit. 335. 1. c. d. & seqq. est vita beata. 461. 1. a. 462. 1. c. quomodo sit viticola. 475. 1. c. d. quomodo palmitem in Filio non ferentem fructus tollit, & fructiferum purgabit. 2. b. c. est Filio maior, & non maior. 471. 1. a. b. & seqq. 503. 1. d. quomodo per Filij humilitatem clarificetur. 503. 2. d. cur dicitur infusus. 513. 2. c. d. Diabolus idem est quod accusator. 182. 2. a. 353. 2. d. Christus Indam diabolum vocavit, & quare. 353. 2. d. & seqq. delictatur locis spurcis, & spurca assumit corpora. 112. 2. c. 114. 1. a. cognovit Christum fuisse Dei filium, sed odio & superbia excecatus egre id credebat. 113. 1. a. de celo deurbatus est sicut fulgur subito, violemter, velociter, manifestè. 124. 1. d. eius vis & potentia per Christum facta est. 125. 1. b. 436. 1. d. vocatur serpens & scorpio. 125. 2. a. suos clientes sicut perire inopia. 175. 2. d. nec veras dat eis voluptates. 176. 1. c. moro representatur. 195. 2. a. Sanctos afflictione vexat & agitatur, ut triticum cribro agatur. 224. 1. b. an singulis morientibus appareat. 232. 1. a. an etiam Christo morientibus appareat. ibid. b. quo sensu esset pater Pharisæorum. 381. 2. c. 382. 1. b. 2. a. b. 383. 1. b. c. 2. d. 384. 2. c. gaudet exitio hominum. 383. 1. c. quomodo fuerit homicida ab initio. ibid. d. & modo est. 2. a. quomodo in veritate non steterit. ibid. a. c. & seqq. est mendax. ibid. d. 384. 1. b. d. est in gratia creatus, sed in ea non stetit. 384. 1. b. eius proprium est mentiri. ibid. c. est pater mendacij & haeresum. 2. a. b. lupus est. 404. 1. d. Christus sua morte eum mundo pepulit. 436. 1. d. in Christo non habuit quidquam. 472. 1. a. est ab Apostolis & templo & idolis pulsus. 492. 1. a. vide Damon. Diaconi Romane Ecclesie quatuor, servientes Martyribus, facti sunt Martyres. 444. 2. c. Diaconisse olim in castris templum habitabant. 66. 2. d. Dicere & loqui quomodo differant. 442. 2. a. cur Didymus id est gemellus, dicitur sit S. Thomas. 415. 2. a. b. sed incredulus, rectè fuit Didymus. 541. 1. d. Dies azymorum prima quando intiperet. 444. 1. b. dies iudicij cur vocetur nox. 201. 2. a. dies octava Scenopegea erat festa, dicebaturq. dies coetus vel coelestis. 363. 2. a. dies balyonij vocatur dies sereni & placidi. 47. 1. c. dies aeternum Christi initio vocationis Apostolorum dixerunt. 273. 1. d. 277. 1. a. item ultimi viti eius. 429. 1. b. quem diem Christi, & quomodo viderit Abraham. 387. 2. d. & seqq. dies quatuor peccatoris quinam sint. 416. 1. c. d. quo die nuptiae sint celebratae in Cana. 278. 1. a. Digitus S. Thomae, quo Christi vulnera tetigit, Romae asseruatur. 542. 2. d. Dilectio per actum meretur peccatorum remissionem. 106. 1. c. & seqq. 2. c. sola facit Christi discipulos. 457. 1. c. praecedit observationem precepti. 479. 2. d. dilectio hominum provocat dilectionem Dei erga eos. 479. 2. b. c. haec probatur ex observatione mandatorum. 468. 1. b. dilectio

nis ferventis Dei tria signa, sex effectus. 512. 2. b. c. d. tria eius consequenda media. 513. 1. a. dilectio mutua est preceptum Christi antonomastice. 480. 2. d. cur id dicitur mandatum novum. 456. 1. b. cur dilectio Christianorum summa esse debeat. 2. a. b. erat olim Gentilibus admirationi. ibid. b. debet esse ut dilectio Christi erga nos. ibid. c. d. atque haec nobis esse debet, cum similitus ad invicem diligendum. 457. 1. b. dilectio Christi erga Apostolos. 479. 1. c. & seqq. 2. b. vide Amor, Charitas. Diligentia opus est ad beneficia Dei percipienda. 317. 2. d. 318. 1. b. quid sit Diligere in finem. 445. 1. c. d. diligens Deum ex amore tantum naturali, minus diligit quàm qui eum amat ex amore supernaturali. 103. 1. d. Dimittere subinde in Script. accipitur pro liberare & sanare. 86. 1. c. Dipondius erat duo asses. 142. 1. b. cur Discipuli Christo permittente baptizarent. 295. 2. b. c. tunc nequam erant Apostoli. ibid. c. discipulorum LXXII. nomina non sunt nota. 121. 1. a. figura eorum. 122. 1. a. eorum officium. ibid. ijs respondent sacerdotes. ibid. b. cur tot sint electi. ibid. d. cur bini missi. 2. a. ex discipulis Christi multi eum deserunt propter sermonem de carne eius sumenda & qui hi fuerunt. 352. 1. d. an ex ijs fuerit S. Marcus. 2. a. qui discipuli Christi cum eo nuptijs interfuerunt. 279. 2. a. b. & hi in eum credere post visum primum miraculum perrexerunt. 282. 2. d. discipulorum duorum in Emmaus epinitum historia. 233. 2. a. an in ea, Lucas differat à Marco. 234. 1. a. quinam duo hi fuerint. ibid. & quare in Emmaus ierunt. ibid. b. Emmaus etymon ijs adaptatur. ibid. d. cur Christum non agnouerint. 2. c. d. cur ijs alia in effigie appareat. 235. 1. b. c. cur rectè loquantur. 2. d. & seqq. eorum vana spes & diffidentia. 236. 1. b. d. discipulorum Ioannij Christum audientium, in eo audiendo ardent. 272. 1. c. quare litem moverint cum discipulis Christi super baptismo. 296. 2. c. d. & seqq. ab eo docentur Christum se esse maiorem & digniorem, & se non nisi eius esse iudicem. 297. 1. b. c. & seqq. vide Apostoli. Discordia dissolvit respubl. 132. 1. c. Dismas dicitur esse laico bonus. 231. 2. a. Dispensator cuique suum pro meritis distribuat. 151. 1. a. b. dispensatores tantum sumus donorum Dei. 182. 1. c. 184. 1. b. cur Dispersi vocentur Gentiles à Iudeis. 363. 1. d. in Diversorio B. Virgini praeagnati non erat locus. 51. 2. c. cur Diuites non diu vivunt. 242. 2. b. c. 143. 1. c. d. plus à paupere accipiunt quàm ei dent. 185. 1. a. opes suas prudenter expendant ad peccatorum suorum expiationem. 183. 2. d. sunt plerumque duri & immites. 187. 2. d. 189. 2. c. diuitijs cor non apponant. 194. 2. a. qui diuites diu possunt pauperes spiritum. 95. 2. a. quis diues in Deum dicatur. 143. 2. d. & seqq. Diuitijs coacervare quando sit peccatum mortale. 95. 2. a. qui in ijs confidunt, & consolationem suam querunt, in futuro plangent. 95. 2. b. eorum vitiositas & pernicitas. 143. 2. c. d. diuitiae caelestes vere iustae sunt & homini propriae. 183. 2. d. vide Opes. Diutini-

INDEX RERVM ET VERBORVM.

Divinitas Christi ascribitur & probatur. 409.1.b.c
2.b.410.1.b qui heretici eam negarunt. 251.
1.b haec in illius morte emicuit. 455.1.c.d
ipse eam cognoscere potuit. 503.1.a.b.506.2.a ipsa
in Eucharistia est causa physica resurrectionis no-

399.1.c.402.1.b habet in se varia passiva. 401.
1.b quantum eius curam habeat Deus. 426.
1.c quam late se distendat. 474.1.b non est
schismate scienda. 523.2.a eius regimen est
monarchicum. 550.1.c eius locus in perdione
filiorum suorum. 100.2.b confata est ex Iudeis
& Gentibus. 405.2.b
Ecclesiastici secularia non tractent. 142.1.d
S. Eduardus rex Angliae nemini peccati elemosynam
in nomine S. Iohannis, eam negabat; qui & ei mor-

INDEX RERVM ET VERBORVM.

suos ultima verba. 455.2.c
Epicureorum mores. 187.1.a.b
in festo Epiphaniae tria miracula simul recollit Ecclesia ad
Christo facta. 278.1.c
Epiphania quid proprie sibi velit. 19.2.b.d
Episcopus quantum sit onus. 152.1.c.2.b
Episcopi duodecim Apostolis successerunt. 122.1.c
olimuscularium fidelium lites diiudicabat. 142.2.a
eorum munia & partes. 403.1.c.d. & seqq. non
sequantur suos affectus nec indulgeant amori. 555.
1.d. vide Pastor, Prelati.
Epulari ex adiunctis sepe peccatum mortale. 189.
1.d
Epulonis historia, vera est: eius nomen quod sit. 186.
2.b.c fuit Iudaeus: an Christi vixerit tempore:
eius fastus & mollities in vestitu. ibid.d illius in
epulis splendor & luxus. 187.1.a.b & immiseri-

diu species supersunt, ijs consumptis calore stomachi,
adeit per gratiam. 347.2.b.c.d.348.1.c.d.2.b
vitam dat riuē ipsam suscipientibus. 349.1.a.b.2.a
est velut lignum vitae. 337.2.b etiam corpus
nutrit & vegetat. ibid.c debet sumpta, nau-
seam adducit abarum voluptatum. 338.1.a.b
durat in perpetuum. 341.2.d à morte liberat.
342.1.a se comedentes vivificat. ibid.b.c.346.
1.d de ea loquitur Christus, cum ait eos, qui ex
pane quem ipse daturus est, manducant, vituros in
aeternum. 342.1.c.d. & seqq. olim dabatur
& infantibus. 2.c.344.2.b.c est symbolum socie-
tatis & unitatis. 342.2.d.344.2.d.508.2.a.
512.1.a in ea vere caro Christi manducatur,
& sanguis bibitur. 343.2.a.b.c eius manduca-
tio preceptum est, sed non nisi adultos spectat. 344.
2.a.b laici danda sub una specie. 345.1.a.b
sine ea vita spiritalis diu retineri nequit. 2.c eius
fructus & effectus ex panis & ceteris effectibus sunt
colligendi. ibid.d.347.2.d.348.1.a sepe morbos
& mortis pericula depellit. 346.1.a.c ad vi-
tam aeternam conducit per gratiam qua in ea datur.
ibid.d est causa resurrectionis. 2.a.b. & seqq.
quo sensu. ibid.d.348.1.a in ea carnis Christi
realiter & substantialiter unimur. 347.1.a &
quam intus. ibid.c.d per eam quoque corpora
feri semen morale immortalitatis inseritur. 2.b.c
per eam simus spirituales, sancti & divini, & indies
magis & magis. 348.1.a praestat omni cibo.
2.a.b mors est malis & indignis. 349.1.b
Christi corpus in ea tangibiliter non editur, nec dis-
cernitur. 350.1.d virtus illa vivificandi quam
habet corpus Christi in Eucharistia non tam manat
à carne, quam à spiritu Verbi. 351.2.c eius in-
finitio an praecesserit predicationem proditoris Iu-
dae. 451.1.d. & seqq. 452.1.a.c.453.1.a eam
Christus instruit paulo ante mortem, velut summi
amoris testem. 445.1.c.d.2.c.d praemittit ei
debet penitentia & mundities conscientiae. 2.c.d
447.1.b.2.a.b vinum validissimum est. 474.
2.a est summa claritas. 511.1.b.c
Euthimae volebant semper orare, nec unquam manibus
laborare. 202.1.a.334.2.c
S. Eulalia virgo in tenera aetate agonem suum igne co-
sumavit. 154.1.a
Eunomius negabat Spiritum sanctum à Patre procede-
re, sed à solo Filio. 486.1.b
Eusebius Emisenus non est auctor homiliarum, quae sub
eius nomine circumferuntur. 230.2.b
Euthymius sua breviter ex alijs Patribus collegit. 248.
2.c
Euryches dicebat Verbum incarnatione transformatum
esse in carnem. 261.2.d.262.1.d
Exaltatio Christi, de eius cruce est intelligenda. 436.
2.d. & seqq. 437.1.a.b.438.1.a
Excelsionis sua causa est ipse homo sua malitia. 440.
1.a excelsio Iudeorum. ibid.b
quis sit Excelsus Christi, de quo loquuntur Elias &
Moyses in monte Tabor. 117.1.c. & seqq.
Excusatio imitatorum ad cenam deducitur. 167.1.d
2.b.c.d.168.1.b
Exempla bona sunt velut lucernae ardentes. 147.2.c
Exercitius Dei sunt angeli. 53.2.c
Exod & quid significet. 117.2.c
Expectare Dominum quomodo debeamus. 148.1.c.d.
149.1.a
Exteri in casu & descriptione proferebantur subiectio-
nem Casari. 46.2.a sepe gratiores sunt indi-
genis,

INDEX RERVM ET VERBORVM.

genis, & quare. 199.1.d.2.a. Japè fidem autè excipiunt, quam domifici fastidiant. 313.1.d. Exultatio animæ & mentis quæ sit. 23.1.c.d.
Fabiola Rom. pœnitentia publica. 178.1.c.
Fabriem exciuit Christus adolescens & inuenit. 71.1.d.2.b.
nihil possumus Facere sine Deo. 477.2.c.d.
Familiaritas cum Deo parit donum prophetiæ. 482.2.c.d.
quod quia Deo familiarior, eo magis se despicit. 21.1.b.
Fascia Christi mundæ fuerunt in eorum honorem festa dies instituta. 49.2.b.
fasciæ sepulchrales quemnam essent. 423.2.a.
Fato non fuit Christus subiectus. 375.2.d.
Fauus mellis est symbolum Christi. 240.1.d.
triplicis status Feminarum bonum, in Maria sunt. 15.2.a.
ex sola femina natus sine opera viri, non contraheret peccatum originale. 19.1.a.
feminae heredes parentum, deficiente prole masculâ, inueniuntur nubere in familia eisdem & cognatione proxima. 79.2.c.
feminarum consortia vitanda. 309.2.d.
quomodo viro Apostolico curanda sint. 310.1.a.
vide Mulier.
Feria VI. Christus conceptus & mortuus est. 47.2.b.
Fertur S. Petri se in mare mittentis. 547.2.a.b.
Festa bonis operibus impendenda sunt. 358.1.a.
quæ festa duplicia vocentur ab Ecclesia. 93.2.b.
festa Hebræi incipiebant à pridiana vespere. 444.1.c.
cur cum Festinatione abierit B. Virgo ad cognatam. 23.2.b.c.
Filio Christi apud discipulos euntes in Emmaus, non fuit mendacium. 237.1.a.b.
Ficus infrugifera apertum est symbolum Synagoge Iudaicæ. 158.1.a.b.
ficus arbor describitur. ibid. c. & seqq.
omnes eius proprietates in istis adaptantur. ibid.
sæpe fert fructus demum tertio anno. 2.c.
fuit arbor vetita Adamo. 210.2.b.
ficus sacra & Aegyptia eadem arbor cum sycomoro. 1.c.
Fideles Dei & Christi sanctitatem debent imitari. 39.2.b.c.
cur dicantur pusillus grex. 145.1.b.
ipsi soli saluantur, non tamen male uidentes. 160.2.d.
an eorum plures saluantur, an dampnentur, problema est. ibid.
omnem suam gratiam à Christo mittuntur. 264.1.b.2.b.c.265.1.d.
eorum nemo saluari potest nisi per Christum & fidem in ipsum. 401.2.c.
quomodo in Ecclesia ingrediantur & egrediantur. 402.1.c.d.
eos agnoscit Christus tum speculative, tum practice. 404.2.c.
& vicissim ipse ab istis agnoscitur. ibid. c. & seqq.
quàm ei sint cari. 551.1.a.b.
ipsi eorum singulos in essentia sua diuina vidit, cum pro ipis ante passionem orauit. 510.1.d.
quod eorum aliqui pereant, ipsi non Deo est impurandum. 408.2.a.
sunt in manu Christi. ibid. b.
quomodo in eo uiuant. 418.1.d.2.b.
in eo per fidem & charitatem non manentes, post mortem mittentur in ignem infernalem. 478.2.a.
sunt oues Christi. 399.2.a.400.2.d.404.2.b.408.1.d.
uocem eius, cum pastoris audiunt. 400.2.c.
eos ipse in S. Ioanne B. Virgini commendauit. 525.2.b.526.2.b.
sunt subditi Romano Pontifici. 550.1.b.
si sint infuncti, excidentur, fructuosi excoletur. 475.2.c.d.
vide Christiani, Credentes.
Fides nuda peccata non remittit, sed formata bonis operibus. 108.2.d.109.1.a.
& talis est uelut lu-

terna accensa. 147.2.b.
sola non sufficit ad salutem. 130.2.d.
luci comparatur. 257.1.c.
est donum Dei, & tamen perdet ab arbitrio nostro. 260.1.c.d.338.2.a.b.d.339.2.c.399.2.a.
est uelut sigillum quo obfirmamus dicta Dei. 299.1.c.
& cibus permanens in uitam æternam. 334.2.d.
335.1.b.
est opus sanctum. 336.1.b.
credidit quæ non uidet, nec capir. 344.1.c.d.543.2.a.b.
est uelut fax. 147.2.b.372.1.c.
cur senim crescere debuerit. 465.1.a.
fides in Deum & Christum est uia recta ducens ad uitam æternam. 504.2.c.505.1.d.
talis est uelut uisus oculis. 399.1.c.
fides perfecta est granum sinapis. 195.1.b.
cur eam apud Apostolos Dominus extollat. 2.b.
fides S. Magdalene pœnitentis. 104.1.d.
fides humilis requiritur in credendo Sacramento Eucharistiæ. 351.2.d.
quæ fides in miraculis necessaria sit. 199.2.b.
& in oratione. 498.2.c.
est eius basis & fundamentum. 204.2.d.
eius defectus est in terra. ibid. & seqq.
fides perfecta raro inuenitur. 4205.1.b.
ea deficit maxime sub finem mundi. ibid.
est fulcimentum in aduersis. 459.1.b.c.
fides parua reguli à Christo arguitur. 313.2.d.
Filiatio diuina quantum sit bonum. 260.1.a.b.
est donum Dei. ibid. c.d.
prouenit illa ex Deo. 2.b.c.
Filius cum additur genitino pr. emij uel pœnae apud Hebræos, significat dignum tali premio uel pœna. 218.2.a.508.2.c.
filij parentum memoriam perpetuant. 495.2.d.
habent uiam parentum. 525.1.b.
filius Dei est, qui nascitur de Spiritu sancto. 20.1.b.
filij Dei sunt omnes per gratiam. 2.a.
& omnes fideles. 260.1.a.b.
& quomodo nascantur ex Deo. 2.b.c.
filij Abraham sunt qui eius fidem imitantur, est Gentiles. 35.1.d.
filij prodigi parabola exponitur. 174.2.a.b.
filij duo, prodigus, & alter frugi murmurans, quos denotent. ibid. 177.1.d.
Filius Deo Patri equalis est, non subditus ratione originis. 70.2.a.
is passim in Script. uocatur Verbum Patris. 252.2.c.
& quare. ibid. d. & seqq.
est alia persona à Patre. 253.2.b.
Filius Dei Christum esse, qualiter agnouerunt Nathanael & Philippus. 275.1.c.d.
cur ipse sit incarnatus, non Deus Pater aut Spiritus sanctus. 294.1.b.c.
non potest à se facere quidquam, nisi quod uiderit Patrem facientem, quomodo. 321.2.d. & seqq.
à Patre exiit per exitum temporalem & æternum. 500.1.c.d.
sunt ambo unus & idem in essentia & diuinitate: hinc qui Filium uidet, uidet & Patrem. 463.1.c.2.a.b.
hic est in illo, & ille in hoc. 2.c.d.
diligere in Finem, quid sit. 445.1.c.
Fixura clauorum in Christi corpore erat figura uulnerum acceptorum. 541.2.d.
Flagellatio Christi excutitur. 521.1.c.
S. Flauia Domitilla neptis Domitiani Imper. ab eodem martyrio est affecta. 233.2.c.
quæ Electus Christi super Ierusalem fuerit causa. 215.1.d.2.a.
Florentia structa in medio Apennini. 88.2.a.
quæ Flumina aque uinæ dicantur. 364.1.a.b.
quando ea fluere in fideles coeperint. 365.1.b.c.
Fenerator etiam uocari potest mutuator, sine creditor. 105.2.a.
Fœtus sexto mense uitalis est & uetus. 20.2.b.
Folietta est quarta pars buccalis. 281.2.a.
Fomitem concupiscentiæ habent omnes qui habent peccata. 147.2.b.

INDEX RERVM ET VERBORVM.

catum originale. 25.1.c.
eo caruit B. Virgo. ibid.
Fontis etymon. 302.2.a.
fons Iacobidem est quod pœnus Iacob. ibid.
fontis & lucis affinitas. 393.2.a.b.
fons gyattarum est Christus. 393.1.b.c.
item fons aque uinæ. 364.1.c.
fons uia Emmaurem salubris. 234.2.a.
fons olei Romæ fluxit tempore quo Christus natus. 44.2.b.
fons Siloë & Sabbatus describitur. 392.2.b.d.
fontes calidi, qui etiam facies accendant. 154.1.d.
Forma deuitas Christi est character, quo signatus est à Patre. 335.1.c.
Fornicatio mystica est idololatia. 382.1.d.
Fositan Ioannes sæpe ponit pro utique. 246.2.c.330.2.c.
Fractio panis uocatur Eucharistia. 238.2.a.237.1.d.
Franciscani profitentur summam paupertatem. 431.2.d.
ipsi multus collectis prouidit Deus de cibo per angelos. 333.1.b.
S. Franciscus dulcissimè cum Christo puero disuauabatur. 49.1.d.
mater eum in stabulo facili partu enixa est. 50.1.d.
eius obedientia. 71.1.c.
uenerit ius in crastinum quid seruire, sed in diem uiuere fuit. 144.2.d.
ei humilis sedes altissima in celo preparata. 223.2.a.
cur in Paschate ab ipsis Fratribus elemosynam petierit. 235.1.d.
se apud Deum nihil esse opinabatur. 267.2.d.
diuinam inspirationem percipiens, eam excepturus subsistebat. 438.2.d.
eius ad suos ultima uerba. 455.2.c.
symbolum habuit in latere dextro, non sinistro. 328.2.b.
Franciscus Lucas in Ioannem totus literatus est, sed literam ad pios trahit affectus. 249.2.b.
S. Franciscus de Paula cur suos dicit uoluerit Minimos. 223.2.a.
Franciscus Riberæ Societ. Iesu in Ioannem breuis est, sed rarus & eruditus. 249.2.b.
R. D. Franciscus de Salis Episc. Geneuensis instituit congregationem Religiosarum agris inferuentium. 23.1.d.
Francisci Toleti commentarius in Ioannem quo nomine laudetur. 249.2.a.
S. Franc. Xauerius ubique, etiam in mari, euangelizabat. 130.1.c.
eius, est legatus Apostolici, humilitas. 451.1.a.
cur Christus Apostolos uocet fratres. 224.2.c.
fratres Christi uocantur eius cognati & consobrini. 283.2.d.
hi ei dixerunt ut in Iudæam transferret. 356.2.a.
quid eos mouerit. ibid. b.c.d.
non credebant in eum. 357.1.a.
an de fratribus suis uerè sollicitus fuerit Epulo. 193.1.c.d. & seqq.
frater fratri sine liberis defuncto debebat suscitare semen ducta eius uxore. 79.1.a.b.
quis fuerit Fremius Christi in Lazari resurrectione. 419.2.b.d.420.2.b.
Fructus pœnitentiæ. 109.1.a.
fructus mortis Christi. 433.2.b.
Fringales erant Apostoli & presbi. 240.1.c.d.546.1.a.
Fuit in genealogia Christi apud Lucam quid somer. 81.2.a.
Fulguris proprietates describuntur. 124.2.d.
est symbolum superbiæ & uanæ gloriæ. 125.1.a.
instar fulguris uenit Dominus ad iudicium. 200.2.b.
Fulmen & fulgur quomodo differant. 125.1.a.
Fundatores Ordinum statuerunt ut sui exirent bini. 122.2.b.
Fures otium, id est fidelium, qui sint. 399.2.b.c.400.1.b.402.1.a.
ueniunt hi ut mactent. 402.2.b.
Futurum tempus rectè conuenit æternitati. 493.2.d.
Cornelin Ioannem.

Gabbatha quid sit: ad id multis gradibus scandebatur. 522.1.d.
Gabella dicta à uoce gabba. 209.2.a.
Gabriel proximè astat Deo, estque de septem primarijs angelis. 10.2.a.
& ex ordine Seraphinorum. ibid. b.
præstis bellis fidelium. 12.1.b.
quomodo ad Mariam sit ingressus. 13.1.b.
expectabat eius consensum. 20.2.d.
quamdiu cum illa manserit. 22.2.c.
eam stetit genibus salutauit. ibid. d.
Gabriel fuisse uidetur angelus, qui pastores ad Christum in praesepio iacentem adduxit. 52.2.a.
Gabriel idem est quod fortitudo Dei. 9.2.d.10.2.c.12.1.b.c.31.2.d.32.1.a.
eius quod sit etymon, & an ipse Christum in hortu orantem confortarit. 225.2.a.b.
Gadara alius est locus à Gerasa. 112.1.d.
data erat ad habitandum Syris à Casare. 114.1.a.c.
Galilæa patria est Prophetarum. 366.2.b.
Galileorum secta docebat non debere Iudæos subesse Casari Gentili. 156.1.b.
est hæc exorta sub tempora Christi. 2.a.
Galilæi quoniam à Pelato casti, & qua de causa. 156.1.a.
Galilæi erant ignobiles & pauperes præ Iudæis. 273.1.d.
Garizim mons urbi Siloem immeret. 307.1.c.
eius celebritas. ibid. d.
habuit nobile templum, quod fuit CC. annis. ibid.
Gaudium è re inexpectata & noua ortum mentem adhibet reddit anxiam & dubiam. 240.1.a.b.
præ gaudio quidam moriuntur. 28.2.d.
gaudium Christi è passione. 496.1.a.
quod gaudium Christus pro premio discipulis offerat. 480.1.a. & seqq.
est id tam suum quàm discipulorum. ibid. d.
quomodo id impleri & perfici possit. 2.c.
gaudium Spiritus sancti est fructus pœnitentiæ. 109.1.a.
gaudium seculi mutantur in luctum sempiternum. 495.1.c.
Gazophylacium erat locus publicus & amplius: ipsum describitur. 375.1.a.b.
Gemelli sæpe moribus & amoribus sunt inuicem imitiles. 415.2.c.
Genealogia Christi à Mattheo & Luca conciliatur. 78.2.c.d.79.2.a.b.d.80.1.a.2.a. & seqq.
quàm ea sit nobilis. 83.1.c.2.a.
Generationis diuinæ & humanæ antitipus. 260.2.a.b.
generationem diuinam & æternam Christi cur Ioannes enarret, ante humanam. 251.1.a.b.
quàm ea altè petenda. ibid. b.
generatio diuina Christi fuit ab æterno. 361.2.b.d. & seqq.
generatio Christi diuina est & humana 382.2.d.
cur generationes omnes B. Virgini dicant beatam. 31.1.a.b.
generationes omnes prætereunt. 82.2.b.c.
terra Genesar est eadem cum Genesareth. 333.2.b.
Gentiles in Lazaro representantur. 192.2.d.
& in Zachæo. 212.2.c.
uocabantur à Iudæis dispersi. 363.1.d.
eorum nonnulli etiam ad diem festum Pasche ascendebant. 433.1.a.
cur per Philippum ad Christum aditum sibi parent. ibid. b.
in renebris errorum sedentes, à Christo illuminati sunt. 62.1.b.c.d.390.2.a.
non erant oues eius, sed eos ipse oues fecit. 405.1.d.2.b.
unde pro illis quoque mortuus est. 426.2.b.
hinc reiectis Iudæis Christi fidem amplexi sunt. 433.2.d.381.1.d.2.b.c.168.2.c.d.259.2.c.363.1.d.397.2.b.405.2.a.
quia maiore vi prædicationis uocandi erant, hinc dicuntur compulsi intrare. 168.2.d.
prius indigni, postea se dignos fide & Euangelio reddiderunt. 180.2.b.
& tunc resurrexerunt quodammodo in nouam uitam. C c c. 147.

tam. 63.1.c.d eorum Ecclesia quam vberem attulerit fructum. 427.1.a eorum plurimi ad fidem conuertendi erant. 548.1.d sed nondum omnes ad eam sunt vocati. 168.2.b sed tandem omnes conuertentur. 372.1.a

non morietur in aeternum. 418.2.c eam Adama amisit peccando sed eam Christus per Spiritum sanctum datum reparauit. 538.2.d gratia exco- tante opus est ut peccator conuertatur. 423.1.b. 340.2.c gratia & Spiritus sanctus sunt correlati- ua. 514.2.a.b sua gratia omnibus adeest Christus. 468.2.d gratia efficit non omnibus datur. 258. 2.d efficacem, & congruam, & cooperantem habentes, a Deo completi irahuntur. 340.2.b talis est ad salutem necessaria, ex hypothesi. ibid.c hac assidue nobis a Deo petenda. ibid.d gratia habitualis in Christo angere non poterat, ut potest ei in primo instanti conceptionis infusa. 72.1.d.2. a.b.73.2.a hac affecti secum aliquando auxilia praeuenientia. 305.1.d gratia Christi fuit nos- tra dispar quadrupliciter fuit et naturalis. 73.1.c quanta illa fuerit. 2.a.263.2.d.264.1.b comitem habere debet veritatem. 264.1.a ex eius gratia manauit omnium Sanctorum gratia. ibid.b.2.b.c.265.1.c eius, ut hominis, gratia non fuit infusa. 299.2.c.d gratia Deiparae initio conceptionis superauit gratiam superni ange- li, & quomodo ea semper creuerit. 14.1.b.c gratia omnes aliorum Sanctorum in eam constite- re. 13.1.a.2.b quomodo ipsa plena gratia 2.c.d quae gratia concessa est Christo B. Magda- lenae. 109.1.b gratia pro gratia, quid sit. 264. 2.d. & seqq.

Gratia Martyr Iaponensis cum tota familia. 66.1.c S. Gregori Magni in Pontificatu indefessum studium. cura, labor. 151.2.a. sepe duodecim pauperes mensa sua adhibebat, & inter eos semel Christum. 166.1.d luget se de Religio factum Pontificem. 170.1.a.b visis Angli inuenibus uenit, de Anglia conuersione cogitare cepit. 436.2.c ei audis in spiritu exultauit. 173.1.d S. Gregorius Nazianzenus in solitudine conuersus. 43. 1.a eius pater per Eucharistiam a gravissima febre liberatus est. 346.1.a S. Gregorius Thaumaturgus uiciniq; propria dabat documenta. 151.1.c ei datus S. Ioannes in proce- ptorem a B. Virgine. 246.2.a.254.1.d Greges tempore brumae in Palestina etiam noctu in passis sunt. 52.1.b quomodo Grumae sanguineos sudari Christus. 226.2.b S. Guilelmi de humilitate sententia. 21.1.b Gulofsi in gebena grauisima torquebatur fame. 95.2.d

agnum paschalem edebant accendi renes. 146.2.c sepe subtricienda uerba, eorumque supposita, & ea ex precedenti uel sequenti uel circumstantijs in- telligenda relinquunt. 39.1.a.184.2.a uerba su- mouit pro uerborum aduerbijs. 224.2.a dum quid agnoscere uoluit, ipsum asseruit congemmant, & negatiue tripliciter. 268.2.b saluantes, appre- cantur pacem, & sub ea intelligunt omne bonum. 238.2.b.537.1.d uide Pax. ab usurpant pro gradu comparatio. 207.2.b uide Iudai.

Hospitium Christus in terra habuit, non domum pro- priam. 272.1.b Humanitas Christi an sensim a Verbo maiorem haufe- rit sapientiam. 72.1.b.2.c.d quomodo crescere in gratia & sapientia possit, & quid per eam intelli- gatur. 72.2.d.73.1.a eius diuinitatem tegebat. 257.2.c.258.2.a est ab ea uelut sigillata. 335.2.a a Deo dirigebatur. 379.2.b numquam peccauit. 385.1.a.b unde esset im- peccabilis. 406.2.a.472.1.c a diuina Verbi unione omnino sanctificata est. 410.1.d ea in ipso non habet substantiam humanam. 455.2.a est uelut uitis. 478.1.b cur eam glorificari a Patre petat Christus. 503.1.a.d.2.d.506.1.a ea in celo non est conuersa in diuinitate. 506.2.d Humiles in se uirtutes, ut Dei dona agnoscunt. 30.1.c & simul sum nihilum. ibid.d a Deo exaltan- tur, depressi superbis. 34.1.c saluant non sa- luant. 24.1.c Humiliatio Dei, dum factus est homo. 48.2.c hu- miliatio sui uia est ad gloriam. 165.1.c humi- liatio Christi lauantis pedes suorum discipulorum. 446.1.a.c.2.a Humiliati exaltantur a Deo. 379.1.d Humilitas capitur subinde pro uilitate & abiectione. 30.1.a.b eius ut uirtus est, elogia. 30.2.a.b 207.2.d.446.2.a decus est maiestatis, & eius premium exaltatio. 55.1.a.56.2.d.57.1.a est clausis scientie. 139.2.c ea Deus delectatur. 54. 1.d.55.1.a est uia ad sublimitatem. 223.1.c eius officia etiam a Prelatis obseruanda sunt. 451.1.a est orationi necessaria. 498.2.b.500.1.a humili- tas B. Virginis Deo mire placuit. 16.2.a.17.2.a Hydria unde dicitur eis sit usus Christus in faciendo miraculo in Cana. 281.1.a quid sexille my- stice denotent. ibid.b earum mensura. 2.a.b Hydroptic cuiusdam inexpectata curatio. 164.2.a hydropticus a Christo sanatus an fuerit a Pharisaeo Christum inuicente etiam inuitatus, & quare. 163.2.a sanatus est contactu manus eius. 164.1.a non audebat ab eo remedium, petere propter sabba- tum. ibid. Hydrops qualis sit morbus. 163.1.b.2.a eius reme- dia esse eius causa. 164.1.c.d hydrops spiritalis quid sit. ibid.b an Hymnus a Christo decantatus fuerit ante ultimum sermonem, an post eum. 515.1.b Hyperbole S. Ioannis quoad libros scribendos de Christo. 556.1.c.d Hyperdulia cultus B. Virgini defertur. 31.1.d Hypostasis diuina Christi omni naturae humanae maior & potentior est. 408.2.c.d ea humanitatem sanctificauit. 410.1.d uide Humanitas.

Iacob typus fuit Christi. 275.1.d.276.2.b maxime ut pastor. 403.1.c.2.b Iacobus Minor fuit annulus Iacobi Maioris. 81.1.c Iam capitur subinde pro amplius. 182.2.b Ianne, id est qui Iannus secundus Hyrcanus. 81.2.b Iannus clausus Christus ad Apostolos ingressus est. 535. 2.c.d. & seqq. Iaponij Martyres lento igne rossi constantes in fide per- stiterunt. 153.2.c Idiomaticum naturae diuinae & humanae communicatio facta est in persona Christi. 261.1.a Idiostimi S. Ioannis. 246.1.c.d. & seqq. 248.1.a Idololatria est fornicatio mystica. 382.1.d nomen sum Iehoua Deus Mosi reuelauit. 33.1.c

Idi- Corneli in Ioannem. Ccc 2

Ierimum est tam corporis mortificatio, quam Dei cul-
tina. 66.2.d
Ieremias in utero matris videtur sanctificatus. 9.1.a
Ierosalem est euerfa ob Christum à Iudaeis occisum. 63.
1.d. 55.1.a est Prophetarum necatrix. 162.2.a
ideo & Christum in ea mori oportuit. ibid. in
eum mirè fuit ingrata. 215.2.c.d quomodo à
Tito fuerit obfessa. 216.1.d ad quos redacta fit
angustias. 2.a quomodo funditus subuerfa. ibid. b
cur ab ea ceperit Euangelij predicatio. 241.2.b
Iesus est saluator in actu perfecto. 56.2.c.d Iesus
nomen sanctius est quam Iehoua. 33.1.c nominis
Ihūs anagramma. 207.1.c vide Christum.
S. Ignatius de Loyola publicè pueri catechismum trade-
bat. 465.1.c
Ignis, Dei & angelorum aptissimum symbolū est. 153.
1.d quis sit ignis quem Christus venit mittere
in terram. 152.2.d & seqq. ignis diuini exem-
pla in fidelibus. 153.1.a an ignis sacer abscondi-
tus à Ieremia, & à Nebemia inuentus eo loco, quo
fuit piscina. 317.b.c ignis inferni quomodo ani-
mas adurat. 190.2.d
Ignominia via ad gloriam est. 503.2.a
Ignorantia alia inuincibilis, alia vincibilis, alia crassa,
alia affectata. 151.2.d quae ignorantia peccatum
excuset. 398.2.a ignorantia B. Virginis circa
myfteria vitae filij sui. 70.1.d
Illuminatur omnes à Christo, quantum in ipso est.
258.2.c.d
Imaginum usus licitus est. 292.2.d
Impatiens possidetur à diabolo. 220.2.a
Imperatores Romani diu Christianos sunt persecuti.
488.2.d
Impij, Deo protegente in iustis nihil poterunt. 123.2.b
dum conacionatores vitia, quorum sibi sunt conscij,
taxant, censent sibi iniuriam fieri. 139.1.b bona
in hac vita recipiunt, & carent celestibus. 191.1.d
2.a negant vel carpiunt miracula, etiam mortuorum
resuscitationem. 193.2.c est timore Dei non mo-
uerantur, mouentur tamen pudore hominum. 203.
1.a negant futurum iudicium. 205.1.b.c
suam hinc habent diem, in eaque habent pacem. 216.
1.a eorum caecitas. ibid. b.c lucem fidei
& gratiae nolunt admittere. 257.1.d. 259.2.c
magno cum labore parant iniquitatem. 496.2.d
si ab iniquitate resiliant, pertinent ad filios Dei. 212.
2.b eorum horrenda mors. 216.1.c eorum
vita gehenna mors potius dicenda, quam vita. 418.
2.c vide Reptibi.
Incarnatio Christi facta est die XXV. Martij. 12.1.a
per eam futuram dicitur Dominus esse cum B. Vir-
gine. 15.1.a haec omne meritum antecedit. 16.2.c
eam tota SS. Trinitas operata est, Spiritui sancto ta-
men propriè tribuitur. 18.1.d tunc est in B.
Virgine facta, cum illa ad angeli verba consensum
dedit. 21.2.d ipsa simul, non sensim, est à Spiri-
tu sancto peracta. ibid. d. & seqq. haec omnium
Dei operum fuit maximum, & summae potentiae,
bonitatis, sapientiae. 27.1.c. 30.2.b. 31.a.d. 2.d
32.1.b. 48.2.a fuit ea patribus promissa. 35.1.a
eius series. 260.2.d eius effectus. 261.1.a.b
Increduli fidei, sunt inimici Dei. 300.2.a.b hi à
Christo in die iudicij accusabuntur. 442.1.a.b
Incredulus Iudaeorum causa fuit eorum reprobationis.
408.1.b.c
Incepciones interna sunt velut falx quae fideles pur-
gantur. 476.1.a
Indignatio Christi Lazarium suscitatum erat in mor-

tem & diabolum, & contra Iudaeam perfidiam.
420.1.a.b.2.c causa eius erat Lazari mors, &
suorum & aliorum ploratus. 2.b
Indulgentias dare potest Rom. Pontifex. 550.2.b
Inexistencia diuinarum personarum. 463.2.d. & seqq.
Infantes recens natos excipit terra. 48.1.a infan-
tes baptizandi sunt, non adulti. 289.1.d na-
suntur in peccato originali. 2.d olim us dabatur
Eucharistia. 342.2.c. 344.2.a id iam vetitum
est. 344.2.b.c
de Infantia Salutaris liber, est apocryphus. 71.2.a
Infanticidium conigit statim post purificationem Vir-
ginis circa Pascha. 67.1.d
Infernus est in centro terrae. 192.1.b eius supplicia
describuntur, & desperatio de liberatione. 192.1.c
Infideles fidem & fideles persecuti sunt. 152.2.d
omnes damnationem incurrunt. 160.2.d eorum
opera omnia non sunt peccatum. 478.1.b vide
Gentiles.
Infirmi proximi sunt ferenda. 319.2.c infirmi-
tates nostras in se suscepit Deus, ut eis curaret.
434.2.d quomodo infirmitas Lazari fuerit pro
gloria Dei. 413.2.b.c vide Morbi.
Ingratitudinis turpido. 199.2.a
Ingredi & egredi significat Hebraei libere munere
suo fungi. 402.1.d
Inimici etiam nostri proximi sunt. 128.1.b. 129.2.a
ipsis benefacere apex est patientiae & charitatis.
387.1.a pro his vitam exponere, summa est chari-
tas. 481.2.a.c
Innocens non se iactet de innocentia, nec alius peccata
exprobet. 105.2.c
Innocentia semel amissa irreparabilis est. 179.1.b
innocentia Christi. 472.1.a
Inobedientia frustrat parte diuinā. 448.2.c
Inspiratio Spiritus sancti illic auscultanda. 438.2.d
Instita proprie quid sit. 423.2.a
cur Iussus Christus in Apostolos. 538.2.c. & seqq.
quid hoc symbolice & tropologicè significet. 539.1.a.b
Intellectus est anima potentia nobilissima, & eius ope-
rationes. 321.2.c.d
Intelligentia spiritalis maxime requiritur in Ven. Eu-
charistia. 351.1.d. & seqq.
Intentio est velut oculus. 137.2.b
Interpretum quod esset olim officium in Ecclesia. 24.1.
1.d interpretes varij S. Ioannis. 248.2.a.b
& S. Lucae. 22.2.d
tam docti est sapienter Interrogare, quam sapienter re-
spondere. 69.1.a
Intinctus panis Iudae porrectus, non fuit Eucharistia,
sed panis residuus in cella intrinseca iusculo. 45.2.a
Inuitare amicos ad coenam licitum est, imò meritum,
si fiat ex charitate. 266.1.b
Ioachim idem est qui Heli: fuit socer S. Iosephi. 80.1.c
Ioanna uxor Chuse venit ad uisitandum Christum.
233.1.d
Ioannis quod sit etymon. 8.1.b.c.d
Ioannes dictus est pater S. Petri Apostoli. 273.1.b
Ioannis Abbatis visio de debito suo spiritali. 182.2.c
solà Eucharistia diu vixit. 337.2.c
S. Ioannes Apostolus & Euangelista pro Christi honore
maximè zelabatur. 118.1.c an fuerit discipu-
lus Ioan. Baptistae, & illo Christum indicante, eum
sit secutus. 27.1.2.b.c non fuit sponsus in Cana, quia
semper fuit virgo. 278.2.a quando, ubi,
quare Euangelium scripserit. 245.1.a.b.c idque
praemisso communi Ecclesiae ieiunio, & comitibus ac
fulguribus prauijs. ibid. c. ceteros Euangelistas subli-

sublimitate superat. 2.a eius materia & ar-
gumentum est excellens. ibid. inter Euangelistas
est vltimus. ibid. b habet dotes omnium Sancto-
rum. ibid. c est Theologus, Prophetas, Apostolus,
virgo. ibid. e est Christus reuelauit secreta diui-
nitatis recumbens in sinu eius. 246.1.a est do-
ctor angelorum. ibid. b datus S. Gregorio Thau-
maturgo in praepitorem à B. Virgine. 2.a ap-
paret S. Chryostomo. ibid. b eius stylo. 1.a
fuit Christo similitudo. ibid. d celebriores Christi
conciones & disputationes suis enarrat. 2.d duo-
rum priorum annorum praedicationis Christi histo-
riam praecipue textit. 247.1.c. 332.1.a. 2.a res
graves per affirmationem & negationem contrarij
asserit. 247.2.d asserit Christum aliana dixisse,
quae ipse Ioannes non narravit breuitati studens.
248.1.c solus narrat multa eius miracula.
ibid. d cur à Verbi diuinitate incipiat. 251.1.a
cur amen, amen ingeminet. 288.2.a eius au-
dioritas & reuelationes. 2.a deletatur nomine
veritatis. ibid. b quae scribit, cognouit duplici
cognitione, naturali & diuina. ibid. d subinde
virtutis hysterologia. 518.1.b in sinu Christi
reclumit. 452.1.c.d quomodo recubuerit in
eius sinu. ibid. d. & seqq. interrogat eum de
proditore. 2.a. b. cur B. Virgini commendetur.
525.1.c.d erat carissimus Christo. 2.c
cur. 452.1.d eius est honor quod datus sit Deiparae
in filium. 526.2.a. b eam evadit suscepit in
sua. ibid. c. d Petro quidem cuius incurrit.
sed Petro reuerentiam detulit, ut is prior sepulchri
intraret. 532.1.d. 2.b quid de animi relaxa-
tione senserit. 545.2.c an ante vltimum cap-
tum, Euangelium suum finire voluerit. 544.1.b
unde primū agnouerit Christum post ingentem
piscium capturam. 547.1.a. b diligit castos. ibid. d
quo zelo animarum fuerit. 551.1.c an sit
mortuus est venturus cum Elia & Henoch. 553.
2.d est verè mortuus morte naturali, & quo-
modo. 554.1.a. b an corpus eius resurrexerit,
& celo illatum sit. ibid. c. d eius reliquia quo-
modo Ephesi colantur. 2.a. b quomodo sit Mar-
tyr. ibid. b. c. 65.1.a fuit vltimus vivens in-
ter Apostolos. 554.2.d cur tam diu permittus
vivere. 555.1.a est typos vitae contemplativae.
ibid. c scripti Euangelium contra novos here-
ticos. 2.d cur ipse & Iacobus petant Samari-
tanos fulgure affari, idque ex nimio zelo. 119.
1.b
Ioannes Baptista natus diebus Herodis Magni. 5.2.a
est à Deo repletus multiplici gratia. 8.1.d quo-
modo magnus fuerit. 2.a. b per omnem vitam
Nazareus fuisse videtur ibid. c plenus fuit Spi-
ritu sancto ex utero matris. ibid. an sit san-
ctificatus in utero. ibid. d. & seqq. praecipit
Christum sextupliciter. 9.1.c habuit spiritum
& virtutem Eliae. ibid. d. 2.b & similis fuit Eliae.
2.a conuertit corda patrum in filios. ibid. d
conceptus est XXIV. Septemb. 11.1.c & cur in
equinoctio autumnali. 2.a eum Christus suo
aduentu sanctificauit, & ab originali peccato ex-
pauit. 23.1.b. 2.b. 25.1.b ad eum potissi-
mum saluator B. Virginis dirigebatur. 24.1.d
exultans in vtero fecit & matrem exultare. ibid.
subsistit cum vero sensu & usu rationis. 2.b an
in vtero prophetarum. ibid. d donatus ibi fuit usu
rationis. 25.1.a tum quoque accepit donum pro-
phetiae, & gratiam eximiam cum omnibus virtuti-
Cornel. in Ioannem.

bus infusus. ibid. b peccauit venialiter per sub-
reptionem. ibid. c repletus Spiritu sancto, eodem
& matrem repleuit. 2.b suo saltem in vtero
praecipit suo marituro. 26.2.a eius natiuitatē
adfert Deipara. 35.2.c diuus est à gratia &
misericordia, quam accepit in vltimatione B. Virgi-
nis. 36.2.d tam natus patrem Spiritu sancto re-
pleuit. 37.1.a cur eius natiuitas omnes in ad-
mirationem repperit. ibid. c manus Dei erat
cum eo diuersimodè. ibid. d praehidia eius sanctifica-
tis. 2.a huic pater testimonium dat. 39.2.c
an patris de se verba intellexerit. ibid. d parauit
venturo Messiae viam. 40.1.a quotidie in spi-
ritu creuebat. 42.1.a à pueris conuersus in de-
sertum, & ibi continuo mansit usque ad annum
XXX. ibid. b in deserto abijt fugiens Herodis
sententiam. ibid. c. d quia & ob alias causas. ibid. d
& seqq. in deserto auferit & angelicè vixit.
2.a. c scientiam & praedicationem caelitus acce-
pit. ibid. b eius elogium. ibid. c. d. 43.2.a quo
anno coepit predicare iussu caelitus. 76.1.d
praedicabat paenitentiam. 2.a. b singulis homi-
num statibus commoda dabat praepia. 77.1.a. d
2.a putatus Messias negat se esse. 78.1.c. d
missus est à Deo in mundum. 257.2.a venit
ut Christum testaretur esse lumen mundi. ibid. b. c
non erat Christus, sed eius tantum testis. 258.1.a
ante eum coepit predicare. 264.2.a eius hu-
militas & prudentia. 268.2.b. c. 269.2.b
quomodo sit Propheta. 269.1.a eius mansue-
tudo. 2.a eius de Christo testimonium. 264.
1.c. d. 270.2.d. 271.1.a. b. d. 326.2.c ex Dei re-
uelatione cognouit Christum. 271.1.a. c non
coepit discipulos ad eum sequendum, sed tantum eum
us indicat. 2.a totum corpus baptizabat. 296.
2.a usque ad incarcerationem baptizauit. ibid. b
reprimt discipulorum ambitionem, & Christum sibi
praeponeit. 297.1.b. c. 298.2.b subinde baptisimi
sui locum mutabat. 296.2.b. 410.2.c
Christi paranympus. 297.2.b cur se vocet
amicum eius. ibid. d libenter locum ei cedit.
298.1.b quomodo ob illum gausus sit. ibid. c
quo sensu ipse minui, Christus verè crescere debeat.
ibid. & seqq. ipse per se baptizabat, nec por-
taret eam discipulis delegandi ius habebat. 301.
2.a erat lucerna ardens & lucens. 327.1.a. b
cur Iudaei eum spreuerunt postea, ut eorum inui-
dia sit in carcerem coniectus. 2.b. 301.1.a
S. Ioannes Chryostomus, quam generosè mundi terri-
culamenta vicerit. 501.2.b ei apparet S. Petrus
porrigens illi clauas, & S. Ioannes tradens librum
Euangelij. 246.2.b egregias in S. Ioannem
scripsit homilias. 248.2.c verus suorum fuit
pastor. 401.1.b
S. Ioanni Damasceno manum amputatam B. Virgo re-
stituit. 29.2.b
Ioannes Fischerus Episcopatum suum rennem noluit
commutare cum honoratore. 403.2.a
P. Ioan. Maldonatus Societas Iesu egregie & fuse in Io-
annem scripsit. 249.2.a
S. Ioseph in voto virginitatis, quod B. Virgo voverat
obseruationem consensit, etiam ante conubium.
18.1.b non est eam ad Elisabeth euntem comi-
tatus, sed ei ancillam associant. 23.1.d quo pu-
ero dicitur pater Christi. 62.2.b quomodo potius
videretur mortuus ante Christi passionem. 279.1.c.
525.2.a. 527.1.a

INDEX RERVM ET VERBORVM.

Iosephus Scaliger unde putet Christum natum mense Septembri. 52.1.a.b. Iosue idem est quod Iesus. 56.2.c. Ira superbiorum humiliter declinanda est. 389.2.b. ira excitant in se ipsi qui res arduas aggreduntur. 420.1.a. quae sit ira bona. ibid.b.c. quatenus & quomodo sit assumenda. 420.1.b.c. Isaac immolatio erat typus immolationis Christi. 388.1.b. Isaias precibus suis fontem Siloë fecit erumpere, & iuxta eum est sepultus. 392.2.c. 393.1.c. cognovit apertissime, & vidit SS. Trinitatis personas in visione Seraphim. 440.1.c.d. Israel quid hebraice sonet. 34.2.d. Israelis gloria est Christus ob sex causas. 62.1.d. 2.a. Israelitas Deus sepius defendit & iunxit. 34.2.c. ipsi proprie Christus fuit promissus. 35.1.c. 37.2.d. Israeliticæ Ecclesie status veniente Christo erat afflictissimus. 60.1.c. Italia visis excellit. 474.1.b. Iter Sanctorum à Deo dirigitur. 60.2.c. Itura unde dicta: eius situs. 75.2.a. Iudas vendidit Christum feria IV. 223.1.a. offensus sermone de carne Christi comedenda concepit a nationem ab eo. 352.1.a. apud eum tamen mansit. 2.b. cum primò electus esset, bona erat. 353.2.a. 430.2.d. 450.1.c. cur vocetur diabolus. 353.2.d. Luciferus similis est. 354.1.b. à Christo etiam lotus fuit, & an primus. 447.1.a. an S. Synaxin sumpsit. 449.2.a. 452.2.c. murmurat contra factum Magdalene. 430.2.b. ex unguento eius diuendito, aliquid sibi surripere decreuerat. ibid.c. ei datus panis intinctus. 452.2.c. & quare. ibid.d. eo accepto abiit ad proditorem perficiendam. 453.1.a. 454.1.c.d. quomodo in eum post buccellam intravit satanas. ibid.b.c. eius ingratiudo. ibid.d. erat in malo obstinatus. 2.a. & quia pudebat eum, desperans ad proditorem perficiendam continuo exiit. 454.1.b.c. ob eius proditorem sumptuose indoluit Christus. 451.1.c. 2.c. d. fuit filius perditionis. 508.2.b. post datum osculum ad cohortem reuersus cum ea ad terram prostratus est, & sibi timuit. 516.2.c. pecuniam pactam in domo Anna accepit. 517.2.c.d. non videtur domum Caipha ingressus. ibid.d. Indus Galileus fuit auctor sectæ Galileorum, & quid illa doceret. 156.1.b. Indus Machabeus templum restaurauit, & purgatum rursus dedicauit. 406.2.d. Indei extra urbem defunctos sepeliebant. 99.2.b. 112.2.a. eorum politia rer mutata est. 158.2.c. in templo orabant genuflexi, vel stantes. 205.2.d. non coherunt Bacchum in festo Scenopægia. 356.1.d. quem censum Romanis penderent. 44.1.a. an ab ijs subacti necis amississent. 518.2.a. erant sub lege veluti serui. 180.1.c. iactabant se inflos, & Dei mandata non preteruisse sed falsò. ibid. d. quæ privilegia præ Gentibus habuerint. 2.c. gloriabantur libertate & ingenuitate ab Abraham accepta. 380.2.a.c. 382.1.b.c. 2.a. quibus gentibus olim seruiert. ibid.b. quomodo Romanis subessent, & tamen essent liberi. ibid.b.a. erant degeneres ab Abraham. 381.2.b. 382.1.a. putabant tantum unum fore aduentum Christi, scilicet gloriosum, quem præcedet Elias. 268.2.d. gloriosi Messia possunt, quasi contribuli & consanguini.

neo. 62.1.d. hic ipsis promissus erat, eiusque fides. & gratia. 241.2.b. credebant anime immortalitatem & resurrectionem corporum. 417.2.d. Iudei quo sensu Deum non nossem. 387.1.d. 2.a. b. vinebant impiè & gentiliter. 2.a. quosquam per Iudeos Ioannes intelligat. 247.2.a. ipsi fuere primò ad fidem & doctrinam Euangelicam vocati, & per quos. 167.1.b.c. qualem Messiam expectarent, & qualem eum futurum fingerent. 361.2.a.b.c. putabant eum non moriturum, sed mansurum in æternum. 438.1.a.d. eius mysteria fuerunt eis abscondita. 206.1.b. hinc visis Christi signis ei credere noluerunt. 313.1.c. 314.1.a. 63.1.b.c. 259.2.b.c. tres cause cur in Christum non crederent. 247.1.d. 2.a. 385.1.c. 2.a. 439.1.c. 2.c. per prædicationem eius facti sunt perniciores. 158.1.a. quare ad Ioannem Baptistam legationem miserunt sciscitantes de Messia. 267.1.d. & seqq. Christum Dei filium se facientem lapidare volunt. 409.1.d. ipsorum in eum ingratiudo. 2.a. erant ex mendacio. 519.2.b. ob superbiam in diu. Epulone denotantur. 192.2.d. & seqq. Viso multiplicationis panum miraculo, quasi id contemnerent, aliud celeste à Domino petunt. 336.1.c. 2.a. visà Lazari resurrectione quo animo ad Phariseos abierunt. 424.2.a.b. volunt & Lazarum interficere, & cur. 432.1.c. ad Christum capiendum missi, etiam post signum à Iuda datum, eum non agnouere, percussu cæcitate. 516.2.b. sed mox resupini retrorsum in terram cecidere. ibid.d. cur eum uiderint de cruce tolli. 527.2.d. etiam matrem Domini afflixere, & cruci adstanti insultarunt. 65.1.a.b. vide Pharisei, Pontifices Scribae. Iudæi in Malcho auribus trunco denotantur. 517.1.c. murmurant ob Gentiles ad fidem & gratiam Christi admissos. 174.2.a. 179.2.d. 180.1.c. 2.b.c. ob suam incredulitatem & superbiam ab Euangelio seclusi sunt. 397.2.b. 398.2.a. Christum pauperem regnare super se noluere, dum eius sectatores, illo mortuo, exterminare conati sunt. 214.1.d. eorum incredulorum excidium & damnatio. 215.1.a. eorum aliqui Christo credere post eius mortem in cruce, & visis prodigijs. 379.1.d. & eorum pauci ad fidem sunt conuersi. 548.1.d. sunt à Tito oppressi in Pasche festo. 157.1.b. in fine mundi ab Elia conuerterentur. 180.1.c. Index indicat secundum allegata & probata, est sepe falsò. 373.2.d. index reus non bene alium reum eiusdem criminis damnat. 370.1.d. iudices quare Hebræis dicitur Elohim, id est dii. 409.2.c. 410.1.a.b. Iudiciaria potestas à Patre data est Christo. 325.1.a. 2.b. Indico significat subinde omnes actus qui in iudicio peraguntur. 294.2.b. 373.1.d. quomodo Christus non iudicet quemquam. 373.1.c. d. Iudicium varia apud Ioannem significat. 243.1.a. sepe condemnationem significat. 294.2.b. 436.1.b. quomodo in iudicium Christus in hunc mundum uenerit. 307.2.a. b. qualiter iudicium mundi Spiritus Sanctus conuincet esse falsum. 491.2.d. & seqq. ante iudicium extremum deficiet fides in multis. 205.1.b. an id de nocte futurum sit. 201.2.a. erit subitum & inopinatum. 204.2.c. laqueo com-

INDEX RERVM ET VERBORVM.

comparatur. 221.1.b. eius meditatio efficax est ad mouendos homines. 325.2.b. id commisit Deus Pater Filio. 386.2.b. erit id æquisimum. 325.2.d. 326.1.a. Iudocus dicitur S. Cyrilli libros intermedios, qui peierant, supplet. 248.2.b. 362.2.a. 443.2.a. Iulius Cæsar inter percussores suos Brutum suum videt, quid dixerit. 215.2.d. eius anni quando incipiant. 45.1.a. Inuimur Christo quasi palmites uiti. 478.1.b.c. Ius humanum & diuinum, cedit iuri nature. 360.2.c. Iustificare capitur subinde pro iustum proficere. 101.1.c. & pro iustum esse & iustitiam diligere. 127.1.a. Iustificatio optimè per aquam denotatur. 289.2.b. ea se per spiritum sanctum. 290.2.a. iustificatio- nes & mandata legis quomodo differant. 6.2. a. b. cur præcepta dicantur iustificationes. ibid. b. Iustitia est uia ad pacem anime consequendam. 41.2.d. iustitiam imputationem fidelium docent hæretici. 132.a. in quo iustitiam Iudæi & Gentiles collocarent. 491.1.d. Iustitico representantur. 158.1.c. eorum alij sunt mercenarij, alij serui, alij filij. 177.1.c. non inueniunt peccatoribus gratiam & gloriam, imò mirè de ea exultant. 179.2.d. eorum natalis communis est letitia. 36.1.c. petunt in Dei gratia conseruari. 478.2.d. hic affliguntur, sed post mortem gaudebunt. 495.1.c. qui sint iusti coram Deo. 6.1.d. vide Sancti. Κολυμβήθρα dicta est piscina Probatica, quasi natoria. 316.2.b. 317.1.c. d. Κόμμη, id est vicus, aliquando ciuitatem significat. 119.1.a. Κωφός tam surdum quam mutum significat. 10.2.d. Λαζαριον in urbe sepeliebant. 99.2.c. Lacryma addenda orationi. 421.1.b. lacrymæ penitentium uinum sunt angelorum. 102.2.c. lacrymis copiosis Magdalena Christi pedes lauit. 103.2.a. cur Lacrymatus Christus in morte Lazari. 421.1.b. c. rer est lacrymatus in uita. ibid. d. Latentes in mundi voluptatibus in futuro lucebunt. 96.1.c. Laici sub una specie tantum communicant. 344.2.d. olim subinde sub utraque communicabant. 345.2.b. sub una specie, etiam bibunt sanguinem Christi. 338.1.a. Lampades Gedeonis quid mysticè denotent. 147.2.d. Lancea Christi lateris aperiens qualis fuerit. 528.2.a. transit per partem dextram usque ad cor. ibid. c. Lapidatio statuta in adulteros. 368.2.b. & seqq. Laqueus symbolum est diei iudicij. 221.1.b. Latræ cultus soli Deo debitus. 39.1.b. 66.2.d. 488.2.c. cur Latrones uiaiores despoliatos uulnerent. 127.2.c. Latro bonus alterum blasphemantem Christo increpat. 228.1.b. 2.a. hunc constetur Deum. 2.a. eius conuictio, confessio, penitentia: Christi innocentiam constetur, ibid. b. uerba eius ad Christum quem sensum includant. 229.1.a. conuersio eius planè admirabilis fuit. ibid. & seqq. an prius etiam Christum blasphemauerit, ibid. b. conuersus est motino tum externo, tum interno. ibid. c. eius fides, spes, charitas. 2.b. c. an fuerit Martyr. ibid. d. & seqq. elogia ipsius à sanctis Patribus. 230.

1.c. & seqq. quem paradysum ei Dominus promiserit. 231.1.b. descendit in limbum patrum. ibid. c. nomen eius fuit Dismas. 2.a. Latus fuit apertum Christo non uino, sed mortuo. 528.1.b. apertione eius nobis multum meruit. ibid. ea apertura fuit magna. 2.b. & penetravit à dextra parte usque ad cor. ibid. c. quomodo ex ea sanguis & aqua fluxerit. 529.1.b. c. & cur. ibid. d. 2.a. S. Laurentij generositas in igne ferendo. 153.2.a. b. tormenta sibiuit & mortem. 154.2.d. abluendis pauperum pedibus se ad martyrium disposuit. 444.2.c. Laurentiana domus ab angelis est Laurentium translata. 12.1.d. Laus sui ipsius uilipenditur. 387.1.c. Lazari etymon. 187.1.d. Lazarus mendicis ut sanctus colitur. 186.2.c. illius paupertas & uicæ. 187.1.c. erat omnium ope destitutus. ibid. d. 2.a. erat uerè leprosus. 2.b. canes præ infirmitate abigere à se non poterat. ibid. c. nomen eius cruce. ibid. d. & seqq. ab angelis in sinum Abrahamæ deducitur. 188.1.d. 2.d. uidetur ibi ab Epulone. 189.2.d. est typus Christi. 192.2.b. c. Lazarus frater Marthe diues erat ac nobilis. 412.1.a. quomodo eius morbus non esset ad mortem, sed pro gloria Dei. 413.2.a. b. erat Christo carus. ibid. d. eum Dominus mori permisit & sepeliri, & omnia fieri antequam domum eius ueniret, ut euidentiùs esset miraculum. 414.1.b. 415.1.d. 416.1.b. c. 417.2.a. 421.2.a. c. 422.1.d. 423.2.b. quomodo quatuordecim fuisse in monumento, Christo in Bethaniam appellente. 416.1.a. b. c. cur à sororibus non sit seruatus insperatus. 417.1.d. eius excitatio difficilis erat. 419.2.d. quomodo ad eum resuscitandum se paulatim Dominus parauit. 420.2.d. erat quatuordecim, ergo factabat. 421.2.d. eius resuscitatio erat pro gloria Dei. 422.1.b. uoce magna Christi excitus ad uitam resurgit. 423.1.c. 2.a. non prius à Deo animatus. 422.2.b. 423.1.c. cur eius uincula Christus non soluerit. 423.2.b. c. excitatus ingentes egit ei gratias. 424.1.b. breuis uita eius epitome. ibid. b. c. cum Christo comedit iam resuscitatus. 429.1.c. cur eum Iudæi uellent interficere. 432.1.c. cur Legatio Iudeorum ad Ioannem de Messia sit instituta. 267.1.d. & seqq. 268.2.b. Legio sex continet millia: cur se demones uocent Legio. 113.1.d. Legisperitus querens à Christo quid ad salutem habendam eum facere oporteat, quo animo ad usum accesserit. 126.2.c. cum primò animo tentandi accessisset, audito Domini responso huc mutauit. 127.1.a. Lentitas miscenda cum acrimonia. 128.1.d. Lepra qualis sit morbus. 197.2.d. eius signa sexdecim æquiuoca, alia sex uinocæ & propria. 198.1.a. b. c. inueterata & perfecta est incurabilis. ibid. d. erat apud Iudeos summa immunditia. 199.1.a. ei obnoxia est Iudæa & Ægyptus. 197.2.d. lepra spiritalis est hæresis & concupiscentia. ibid. Leprosi urbes & castella ingredi uocabantur. 197.2.c. d. cur leprosi decem Euangelici à Christo longè stant. ibid. c. cur alia uoce clament. 198.2.a. b. cur ad sacerdotes mittantur. ibid. c. d. inter eundem ad illos curati sunt. 199.1.a. eorum ingrati- tudo. ibid. c. 2.a. Ccc 4 Leuca

INDEX RERVM ET VERBORVM.

Leuca continet tria millaria Italica. 234.1.c
Leuita sacerdotibus ministrabat. 128.1.a
Lex musaica à Christo mutata in Evangelicam. 282.1.b.307.2.a.b eius & noua sex differentie. 39.1.c.d.456.1.c
Liber vitæ idem est quod distincta Dei præsentia, memoria, prædestinatio. 125.2.d est duplex vitæ liber, vnus perfectus & completus, alter conditionarius. 126.1.a liber de infantia Saluatoris est ab hereticis confictus. 283.1.a libri Hebræorum erant vna longa membrana. 85.1.d
Libertas vitæ multo est causa hæreses. 330.1.b quadruplex libertas allata à Christo. 380.1.b.c
Libra erat duplex mensuralis & ponderalis. 429.2.a
S. Licinia vxor Maximini Imper. quia Christiana, ab eo necari iussa. 233.1.a
Ligni vitæ effectus. 337.2.b
Limbus patrum idem est quod frons Abrahe. 188.2.b ubi situs esset. ibid. longe distat ab inferno. 192.1.b
Lingua & gentes orbis sunt LXXII. 122.1.b quomodo Linguam dicatur habere anima Epulonis à corpore separata. 190.2.b
cur Linceo se Dominus præcinxerit lauans pedes discipulorum. 446.1.d
Litteræ nominis Adam quatuor orbis partes symbolum denotant. 286.1.a
Locus non tnetur Sanctos. 125.1.c locus in conuinis accipiendus, quem herus assignauit. 165.1.b.2.a.b locus natalis homini suis qualitates affricat. 377.1.a quomodo loci Apostoli parare vadat Dominus. cum in celo multa sint mansiones. 460.1.a.b locus mortis auget eius acerbiteratem. 99.2.a
Locus quædam varia significat, & omnes eius significationes Verbo, id est Dei Filio, adaptantur. 252.2.d & seqq.
Loquor & dico qui differant. 442.2.a quomodo loquatur Christus in nobis, & quomodo efficaciter. 238.1.b loqui à semetipso quid sit. 492.2. & seqq.
Lotiones crebræ Phariseorum inter epulas. 281.1.a in ijs suam ponebant sanctitatem. 137.2.d lotio pedum Apostolorum præmissa fuit cenæ Eucharistica, & quid innuerit. 445.2.c omnes lotionis huius actus. 446.1.c.d.2.b que in ea lateant mysteria. 447.1.b lotio pedum non est fidelibus omnibus necessaria ante baptismum, nec est sacramentalis. ibid. d. fuit illa olim in vsu Mediolanensi. ibid. d. & 2.b que sit causa mystica huius lotionis & litteralis. 2.c.d. cur postea verita. 448.1.a & lotio hæc diuersimodè fiebat. ibid. b
S. Lucas scripsit græcè suum Euangelium Græcis. 1.1.e cur facies bouis ei tribuatur. 2.a scripsit id contra apocrypha aliorum Euangelia. ibid. b. 4.1.a fuit antiquior Cherimo. 1.2.b scripsit id acceptum ex ore Pauli & Apostolorum. ibid. c fuit medicus corporum & animarum. 2.1.a quo tempore scripsit. ibid. b semel à Paulo aliò amandatus, ab eo rursus assumptus est. ibid. c ubi euangelizauit: Patris martyrio est coronatus. ibid. b alius est à Lucio Cyrenensi. 2.a que fuerit ei causa scribendi. ibid. quænam habeat in suo Euangelio peculiaritatem, que alijs tres non habent. ibid. a.b plusquam alijs Dei misericordiam commendat. ibid. c varia eius privilegia. ibid. d in gestis Christi narrandis aliquando non feruat temporis ordinem. 108.2.e.186.2.a.b non fuit à LXXII. discipulis. 1.2.b.121.2.a subinde vitur recaptulatione. 161.1.a non videtur Christum in carne

vidisse. 234.1.b Euangelium orsus à templo, in templi deuotione concludit. 242.2.b
Lucernæ ardentes in manibus quid mysticè designent. 147.2.b
Lucifer Adamum & posteros eius ex inuidia occidit. 383.1.d qui in veritate non steterit. 2.a.c & seqq. eius lapsus è celo in abyssum describitur. 124.2.c quodnam eius fuerit peccatum. ibid. ipse est fulgor. ibid. d. & seqq.
Ludovicus Pius Imp. XL. dies ieiunus transegit, solè viuens Eucharistiæ. 337.2.c
S. Ludovicus Franciæ rex plurimos pauperes sue mensæ adhibebat, eisq; ministrabat. 166.1.d & pedes lauit. 449.2.c
S. Ludovicus Tolosanus Episcopus pauperes plurimos mensæ sue adhibuit. 166.2.a
Lumborum præcinctio quibus conueniat, & quomodo intelligatur. 146.1.d & seqq.
Lumen vitæ tam est lumen gloriæ, quam fidei & sapientiæ Christianæ. 372.1.c
Lupi mystici sunt heretici, scelerati, & diaboli. 404.1.d
Lutherus habuit demonem familiare. 384.2.c ait omnia fidelium opera esse peccata, & per quodlibet peccatum mortale fidem amitti. 476.1.d per Lucem passim gloriam suam manifestat Deus. 53.1.b lux symbolum est gratiæ & fidei. 257.1.c eius & fontis magna est affinitas. 393.2.a.b lux veræ est Christus diuersimodè. 258.1.b.c.d lux supernaturalis est vitæ nostræ. 256.2.b.c
Luxuria carnis mortificatio per continentiam est mystica lumborum præcinctio. 146.1.c.147.1.c luxuria etiam quemlibet luxum significat. 175.1.d consumit opes, etiam maximas, hominemque ad extremam inopiam redigit. 2.a.176.1.b
Lycanthrophus nocte in pecudes & homines grassatur. 112.2.b
S. Lydia speculum patientiæ in suis morbis. 188.1.c
Lysanias senior occisus ab Antonio triumuirorum filius Lysanias præfuit Abitine. 75.2.c.d

Macedoniani negabant Spiritum sanctum esse Deum. 254.2.d.255.2.d
Machabei templum Zorobabelis exornarunt. 285.2.c
Magdalena quatuor eryma. 111.1.c.2.a
B. Magdalena de Pazzi mira humilitas. 223.2.a
Magdalum castelli B. Maria Magdalena erat in Galilea iuxta Bethsaidam. 101.2.d.111.1.a.c
Magnalia duodecim B. Virginis. 31.2.a.b
Magnificat canticum expomitur. 27.1.b. & seqq. est id omnium canticorum præstantissimum. ibid. d tres eius partes. 2.a magnificat aliter hominem, & Deus hominem. 1.b
Magnus coram Domino quid sit. 8.2.a que magna Deo B. Virgini fuerit. 31.2.a
Maius erat in Iudæa mensis mensis. 311.2.d
Mala temporalia iusti æstimant ut bona. 191.2.d
S. Malchias ira sua dominabatur. 420.1.c
Malchus idem est quod rex: typus est populi Iudaici. 517.1.c
Maledictio Phariseorum in cecum natum casta fuit. 395.2.c
Mali quomodo in Ecclesia tolerandi. 430.2.d vide Impj.
Malua hominis est directa causa obdurationis eius. 440.1.a
Mammone erymon. 184.2.d mammona iniquitatis, quid sit. ibid. c.185.2.a

INDEX RERVM ET VERBORVM.

Manasses vxore dicitur abnegandæ exclusus à sacerdotibus è templo, confugit ad Samaritanos, & ibi pontifex est constitutus. 307.1.c
Mancia olim dimensum annonæ & victus singulis mensibus accipiebant. 151.1.a
Mandata Dei seruari debent & possunt. 6.2.c quomodo sint vitæ æterna. 442.2.c.d. ea obseruans ostendit se diligere Deum. 468.1.b.c & diligitur à Deo Patre. ibid. d. 2.c.d cur mandata sua seruari inbeat Christus. 466.1.b cur mandatum dilectionis dicatur nouum. 456.1.b.c mandatum à Deo Patre Christus accepit moriendi in cruce. 406.1.d ait id voluntatem eius physice determinari. 2.a an id potuerit non implere. 472.1.c.d vide Præceptum.
Manducatio Christi post resurrectionem fuit vera. 240.2.b manducatio spiritalis Eucharistica Caluini- stiarum, & aliorum nonnullorum, reijciunt ut erronea. 342.1.c.d. & seqq. 343.2.a corporalis tamen sit modo spiritali. 351.2.c
Mandè unde dicitur, at que mde dicitur manicare. 221.2.b
Manere quid Ioanni significet. 347.1.b.c quomodo per Eucharistiam in Christo maneamus. ibid. c. d manendum in fide & dilectione Christi. 476.2.d. & seqq. 478.2.c.d. 479.1.a.c. 480.1.a.
Manibus negabant Christum veram à B. Virgine carnem assumptisse. 16.2.d.56.1.c sed phantasticam. 262.2.a duo ponebant rerum principia, siue duos deos. 254.2.b.255.1.d putarunt Christum esse Iolem. 371.2.c dicebant diabolum à malo Deo creatum malum. 348.1.b.2.a sic & homines malos. 385.2.a
Manna erat panis celestis. 336.2.b.c erat inferioris dignitatis quam Eucharistia. ibid. c. d. eius proprietates. ibid. non durauit in terra promissionis. 341.2.d non arcuit mortem. 342.1.a erat figura Eucharistia. 343.2.a
Mansiones multe sunt in celo. 459.1.d.2.a
Manus quid symbolice denotent. 37.1.d manus ad ararum mittens non respiciat retro. 120.1.a.2.b manus Christi erant potentes. 159.2.d In manus tuas commendo spiritum meum, dicere Deo solent moribundi: hoc multi Sancti morientes dixerunt. 231.2.d que eius reuatio. 232.1.a
S. Marcellus S. Martine ancilla, an fuerit ea que vteru Deiparæ laudauit: à Iudæis pulsa Massiliam appulit. 136.2.c
S. Marcus non vidit, nec audiuit Christum. 352.2.a Marcus Arethuse Episcopus suspensus in alto, & à vesperis punctus, suos tortores irridebat. 437.1.a super Mare ambulabat Iesus. 334.1.a.c mare Galilææ & Tiberiadis idem est. 332.1.a.333.2.b.545.1.a
Margarita penitentiæ est symbolum. 102.2.a
S. Margarita Hungariæ regis filia angelicam Salutationem recitans, ante imaginem Deiparæ stetebat. 23.1.a
Marie nominis etymon. 12.2.c.d.13.1.a
Maria soror Moysis unde dicta: fuit typus Mariae Deiparæ. 12.2.c
Maria vxor Cleophræ sex habuit proles, nec aliam fuisse dici potest que Simonem peperit. 81.1.a.b hæc & Salome fuere filia Cleophræ: alijs dicuntur Esiber & Thamar. 81.1.d
B. Maria Virgo verum contraxit matrimonium cum Iosepho. 12.2.a est domina maris huius sæculi: ea ab omni lingua vocatur domina nostra. ibid. d

fuit plena gratiæ, & mare gratiarum. 13.1.a.2.a & seqq. quomodo ad eam angelus sit ingressus. 1.b quousu plena fuerit gratiæ. 2.c.d. & seqq. gratia eius in primo conceptionis instanti superauit gratiam supremi angeli, eaque semper adancta est. 14.1.b.c plus à Deo amatur quam tota Ecclesia. ibid. d. tota SS. Trinitas cum ea erat. 2.a.c dominatur in celo, mundo, Purgatorio, inferno. ibid. d est benedicta in mulieribus. 15.1.b.2.a 25.2.c turbata est ad speciem angeli, & eius salutationem. 15.2.b passionem ei non fuerunt dominata. ibid. d prudenter cogitabat quid angelo esset responsura. 16.1.b à Deo ab æterno in matrem sui electa, & mox ut nata fuit, omni virtute & gratiæ exornata. ibid. c placuit singulis personis SS. Trinitatis paruum quidam mundus est. ibid. d ob humilitatem, virginitatem & ardentem charitatem meruit fieri Dei mater. 2.a.b non tamen de condigno, sed congruo. ibid. c.17.2.b non dubitat de promissi angelici veritate, sed de modo dumtaxat inquiri. 17.2.a quomodo de virginitate sua fuerit sollicita. ibid. a.c.d ante conuincium emisit votum virginitatis. 18.1.a.2.a idq; prima. ibid. c eius humilis resignatio sui. 21.1.a.b assensit angelo ad Verbi conceptionem: optabat ardentissime Messie incarnationem. ibid. c quomodo ipsum conceperit. ibid. d. & seqq. & quo temporis puncto. 2.a & seqq. in filij conceptione perfectam accepit sanctificationem. 22.1.c quantum suo consensu in incarnationem meruerit. 2.a an viderit tunc, Dei essentiam. ibid. b & accepit claram reuelationem sue prædestinationis, & exaltationis super omnes angelorum choros. ibid. c quamdiu angelus apud eam manserit. ibid. quando adierit Elisabetham, & qua de causa. 23.1.a.b. & seqq. cur abierit cum festinatione. 2.b prius adijt Ierusalem, & in templo se summè conceptum Deo obrulit. ibid. d. cur, & quomodo cognatam saluaret. 24.1.b cur Zachariam non saluaret. ibid. nunquam peccauit venialiter. 25.1.c habuit in utero usum rationis. ibid. d verè Dei mater est. 26.1.c verè beata fuit, est & erit. 2.b laudes sibi à cognata datæ retorquet in Deum. ibid. d eius in angelo credendo magnanimitas. 27.1.a tota animi Deum magnificauit. ibid. b.2.d erat domina anima sue, eamque totam tradiderat filio. 28.1.a Deum summo perè diligebat. ibid. magnificabat SS. Trinitatem. ibid. b eius ob conceptionem Verbi summa exultatio. 2.c.29.1.a martira est ex amore & desiderio videndi filium. 28.2.d ob assiduam possessionem exultationis in Deum vitam agebat planè angelicam. 29.1.b quomodo vocet Deum saluatorem suum. ibid. d. est mundi gaudium. 2.a.b eius humilitatem respexit Deus. c.d agnoscit se per virtutes, maxime humilitatem, ad mater. i. a. tem Dei eneclam esse. 30.1.c.d.2.b est beata tripliciter. 31.1.a maternitas Verbi summa est in ea dignitas. ibid. prædicat se ab omnibus sæculis beata prædicandam & inuocandam. ibid. c eius dignitas. ibid. d 32.1.c quomodo ad concipiendum Dei filium fuerit à Deo disposita. 32.1.c quid egerit apud Elisabetham. 35.2.a an assuerit natiuitati S. Ioannis. ibid. d. cognate sue præcibus suis festinè partum impetravit. 36.1.a.b Augustus Cesari Romæ visa est. 44.2.a an prægnans inuerit pedes è Nazareth Bethleem. 47.1.a peperit natu-

INDEX RERVM ET VERBORVM.

naturaliter peracta naturalis temporis ad parandū
vstrati periodo. ibid. b fuit magis mater Chri-
sti, quam sint alia matres filiorum suorum. ibid. d
peperit virgo sine dolore & sordē die Dominica. 2. a
b & summo cum gaudio. ibid. c. d. quomo-
do natum exceperit. 48. 1. a. b & adoravit.
ibid. e eum pannis involuit, ipsa partu non de-
bilitata. 49. 2. a conferuabat omnia quae audie-
bat de filio, conferens in corde suo. 55. 2. c. 72. 1. a
an purificari debuerit ob impuritatem naturalem.
57. 2. a. 58. 1. c. d. eius partu fuit purissimus sine
ullo sanguinis fluxu. 57. 2. b non habuit men-
strua. ibid. d an habuerit secundinas. ibid. e
seqq. ex humilitatis tamen studio purificari
voluit. 58. 1. d non habuit peccata quae confite-
tur. 2. a. 59. 1. d. 2. a filium suum Deo summa de-
uotione obrulit genuflexo. 58. 2. b paupertatis erat
studiosissima. 59. 1. b quae suscepit Sacramenta.
ibid. d cur mirata sit super his quae Simeon dice-
bat. 62. 2. b. c. quid ex Simone audierit ad se
spectans. ibid. d virgo est, & non est, diuerso
respectu. 63. 2. d quis gladius eius animam per-
traherit. 64. 1. b an in filij passione de eius re-
surrectione dubitavit. ibid. c. d. martyrum ma-
teriale non subit. 2. a quantum fuerit eius dol-
or in filij passione. ibid. b. c. fuit plusquam Martyr.
65. 1. a an statim post purificationem de Ierusa-
lem in Aegyptum fugerit, an prius Nazareth re-
uerfa sit. 67. 1. d. 2. a ex Aegypto reuersa una
cum Iosepho templum adiit filium secum ducens.
68. 1. a quid illo amisso metueret sollicita. ibid.
d. 2. a quomodo eum iam inuentum sit allocuta.
69. 1. c ipsius humilitas in se Iosepho postponen-
da. ibid. d non nouerat quomodo filius opus re-
demptionis mundi esset peracturus. 70. 1. c per
matrem descendit de Salomone, per patrem ex Na-
than. 79. 1. d. 2. a. d. cur in eius assumptione
legatur Euangelium de ministerio Marthe, & con-
templatione Mariae. 134. 2. b
eius vterus
fuit thalamus, templum & thronus gloriae filij Dei.
136. 2. d. & seqq. varia eius egiogia. 31. 1. b. c
29. 2. a. b. 137. 1. a cur iuerit ad nuptias in Cana.
279. 1. b. c. erat filium modestē in defectu vini ex
affectu bono. 2. b. c. 280. 1. b petijt id certa cum
fiducia. 280. 1. a cur ministris iusserit facere
quodcumque dixisset filius. 2. c. d. in passione eius
maximopere doluit. 64. 2. b. c. hinc cruci ad-
stans fuit plusquam Martyr. 523. 2. c. & seqq. an
passa sit spasmus. 524. 1. c. a filio Iohanni com-
mendatur, & ipsi Iohannes. 525. 1. a. & seqq. ipsa
plus est passa quam Christus. 2. d. & seqq. cur
relicta in terra post eius mortem. 2. d. est refugium
fidelium. 526. 1. a. b. 2. b

220.

pillis Christi pedes ressi. ibid. c. & eos est osculata.
104. 1. a eius publica penitencia. ibid. & 2. b
107. 2. b quid eius unguenta denotent. 104. 1. b. c
eius hereticae virtutes. ibid. d. 2. a. b eius vita in
deserto. 2. b placuit Christo pra reliquis Sanctis.
ibid. c magna eius dilectio. 105. 2. b. 106. 1. a
a. b. c. 2. b. 107. 1. b. 2. a. d. 108. 1. c. d. 109. 2. a non
audebat coram Christi facie comparere. 106. 2. d
quādo ei peccata remissa fuerint. 107. 1. d. & seqq.
108. 2. b. c. quae gratiae ei a Christo sint concessae.
109. 1. b. & seqq. conuersa eum ubique secuta
est. 2. a in deserto vitam planē angelicam vi-
xit. ibid. unde nomen habuerit Magdalene.
111. 1. a. b an fuerit coniugata. ibid. b se-
ptem eiecit ex ea Dominus demones. 2. b eius
penitentiis deuotio. 104. 2. b sedebat secus pe-
des Iesu, eum audissimē audiens. 130. 1. a
Martha praefertur. 132. 2. a gerit typum vitae
contemplatiuae. 133. 2. b cognito Christo adue-
nisse ad fratrem suum excitandum, filio ad eum ven-
nit. 419. c. d. cecidit ad pedes eius orans. 2. a
unguentum pretiosum effudit super caput Christi.
429. 1. d. item super pedes. 430. 1. d. mulie-
rum ad sepulchrum uenturum fuit dux. 532. 1. a
eius ardens studium & Domini querendi desiderij.
ibid. b. & seqq. 2. d. 533. 1. a. b. d. videt eum, nec
agnoscit. 533. 2. a. b. uarij eius quarentis affectus.
2. c. d. & seqq. unde Dominum agnouerit. 534.
2. a. c. cur is timē ab ea tangi se noluerit. 535.
1. a. & seqq. in eius capitis fronte adhuc reman-
ent vestigia digitorum Christi. 2. c. d. uiso Christo
in horto properē ad socias redijt, & rursus cum ijs
eundem redinunt conspicit. 536. 2. a. b. est A-
postolorum apostola. 2. b Christi fidem in Gal-
lia disseminauit. ibid.
S. Maria Oigniacensis flebat ante imaginem B. Vir-
ginis toties, quoties Salutationem angelicam recita-
bat. 123. 1. a assidue cum Christo, B. Virgine &
diuersis Sanctis agebat ut singulis ex habitu & vo-
ce nosset. 306. 1. c. Iohā Eucharistia longa
tempore vixit. 337. 2. c
SS. Maris & Marthe ob uisitatos & altos Martyres
in carceratos martyrium adepti sunt. 444. 2. c
S. Marthe hospitalitas. 129. 2. c. quae quia Chri-
stum hospitio recepit, ab eo mercedem recepit, dum
ei morienti apparerit. ibid. d. eius sollicitum ministere-
rium. 130. 1. c & turbatio. ibid. d. 2. a. b
postponitur Marthe quoad sortem. 132. 2. a. b
gerit typum vitae actiuae. 133. 2. b una cum so-
rore significauit per nuntium Christo fratris sui La-
zari morbum. 413. 1. b. d. earum modesta petitio.
ibid. b. c. d. cur ipsae ad Dominum non ier-
runt. ibid. d. erant ipsae carae. 2. d. cur multi
Iudeorum eas solatum uenerint maestae ob fratris
mortem. 416. 2. c. cur ipsae Christo occurrunt,
non Maria. ibid. d. cur exposuisset cum eo de
mora aduentus. 417. 1. b. exigua eius fides. ibid.
418. 1. c. 421. 2. d. modestē uoluntatem suam
in Christum reseruat. 417. 1. c. d. cur fratris
corpus non seruauit in sepulchro. ibid. d. a Christo
eius fides exaccitatur. 418. 2. d. 419. 1. a. 422. 1. c
sororem silentio monet adesse Christum. 419. 1. b
habuit alternates motus fidei & diffidētie. 442. 1. c
die XXV. Marty mundus creatus, Christus concepitur
& mortuus est. 12. 1. a ab eo die multi inchoant
annos Christi. ibid.
Martyres diuini amoris igne succensit ridebant tormen-
ta. 153. 2. a. b. perfectam habuere patientiam.

220.

INDEX RERVM ET VERBORVM.

220. 2. a eorum mors parit nonos Christianos.
433. 2. b operibus prauijs humilitatis se ad
martyrium disposuerunt. 444. 2. c ciuitates
uulporum suorum in caelo retinebunt. 29. 2. b
537. 2. c. d. Martyres Lugdunenses a seruis suis
falsē accusati. 488. 2. d
Martyrus monachus Christum in lepro specie humeris
gestauit. 117. 2. a
Majculus natus cur offerri debebat Domino: sed quin-
que scilicet redimebatur. 57. 1. c
Massaliani docebant semper orandum, non manibus
laborandum. 334. 2. c
Maternitas Dei in Deipara est dignitas incomprehensi-
bilis. 17. 2. b & fons omnium benedictionum &
gratiarum ei a Deo datarum. 25. 2. d
an Matrem Christum in nuptijs Canensibus reprehen-
derit. 280. 1. c. d. quādam matrem luctus in morte
uenerit acerbus sit. 100. 1. b. c. matres multae
filios ad martyrium sunt adhortatae. 524. 1. b
Mathan fuit communis auus tam Iosephi quam B. Vir-
ginis. 70. 1. d. tres habuit proles. 80. 2. b
uerum fuit Matrimonium inter B. Virginem & Iose-
phum. 12. 2. a. matrimonium etiam septimum
licitum est, est sit inuolens. 306. 2. c. d
Matrona pia olim Romae Apostolos & sanctos Ponti-
fices aluerunt. 112. 1. a
S. Marthas fuit discipulus electus ad apostolatam.
122. 1. b
Maximianus Syracus. Episcopus per Ven. Eucharistiam
periculum maris euasit. 346. 1. b
Mechanij laborandi sibi victum parent. 71. 2. d
Melancholij maxime a demone occupantur. 112. 2. c
Mendacij inuentor est diabolus. 384. 1. d. 2. a
& ipsum procedit. 2. b
an Christus aliquando Mendicariit. 68. 2. c
Menelich an sit filius reginae Saba de Salomone conceptus.
49. 2. c
Mens dicitur quasi eminens. 54. 1. b mens nostra
rex est, hac agra a Christo sananda. 314. 2. c
in Mensa tenendus nonissimus locus, non primus occu-
pandus. 165. 1. b. c
Mensura quid sint: ea non habuit B. Virgo. 57. 2. d
Mensura iurici vel hordei olim seruis quolibet mense
dabatur. 151. 1. a
Mercenarius pastor quis sit. 404. 1. b hic lupo ve-
niente fugit. ibid. c. 2. a. b
Meritum bonorum operum adstruitur. 196. 1. a. d
merita Christi sunt causa praedestinationis aeternae
fidelium. 338. 2. c
Messias idem est quod Christus. 272. 2. b eius no-
men erat Siloach, id est missus vel mittendus a Deo.
393. 1. d. 2. d. hic uenit tempore deploratissimo
regni Israelitici. 34. 2. c. 35. 1. a. hunc esse esse Chri-
stum sensim aperuit. 288. 1. c. hunc esse Iohannem
malebant Iudei, quādam Christum. 267. 2. a. eum
iam debere uenire sicbant passim Iudaei. 309. 2. a. b
qualem Messiam Iudaei expectarent. 333. 1. d. 439.
1. c. 2. c. eius ortus an incognitus esse debebat. 361.
2. a. 362. 1. a. eum putabant Iudaei fore aeternum,
nec mortuum sed finitrem Scripturas intellegebant.
438. 1. a. b. d
Messis quo mense seret in Iudaea. 311. 2. c. quae sit
Messis spiritalis. ibid. d. & seqq. 312. 1. b. c
Metathesis in multis uocibus variarum linguarum lo-
cum habet. 430. 1. b
Metreta quae sit mensura, & unde dicta. 281. 1. d. 2. a
S. Michael est supremus omnium angelorum. 10. 2. c
praestitit precibus fidelium. 12. 1. b est primus in-

220.

ter Seraphinos. ibid. c. Christum in horto oran-
tem confortauit. 225. 2. b
Militare quando licitum sit. 77. 2. d
Militum irasunt uirtus, quae triplici remedio curatur.
77. 2. b. varia ijs dantur praecpta. ibid. d
& seqq. miles latus Christi lancea aperiens, quis
fuerit. 528. 1. d. videtur fuisse unus ex ijs qui
latronum crura fregerant. 2. a
Mistrantes praecingunt lumbos. 146. 2. a
Ministri ad Christum capiendum a sacerdotibus missi
quod de eo dederunt testimonium. 365. 2. b. c
& hi ob hoc ab Apostolis conuerti deim murrerunt.
ibid. d
Miraculum est opus Dei. 247. 1. b. 288. 1. d. quādam
miracula fecerit Christus, & qualia Sancti. 247.
1. b in ijs Dei gloria est spectanda. 465. 2. c. mi-
racula Christi semper habebant adiunctum aliquod
anctiarum. 319. 2. a. ijs euicit Christus se esse
Messiam & Deum. 327. 2. d. 328. 1. b. 336. 2. a.
408. 1. a. b. 409. 2. a. 410. 2. a. multa eius mira-
cula a solo Iohanne referuntur. 248. 1. d. inter mi-
racula ipsius & Prophetarum magnum erat discrimen.
328. 1. a. d. potestas horum parandorum
semper & ubique ei erat prompta. ibid. c. haec in eo
operabatur diuinitas in ipso inhabitans. 464. 1. c.
2. a. cur potissimum circa pauperes fieri mira-
cula. 394. 1. c. d. ea non facit Deus ad confir-
mationem mendacij vel hypocrysis. 396. 1. b. mira-
culum primum Christi fuit conuersio aquae in uinum.
71. 2. b & quare. 282. 1. a. quomodo id
peractum. 2. a. c. d. & an uerē id primum sit.
283. 1. a. quomodo miraculum quinquae panum
& duorum piscium sit peractum. 332. 2. a
Missa est sacrificium iuge, sed inuenerunt. 344. 1. a
Mistionis auctoritatem petunt Pharisei a Christo post-
quam uendentes templo eiecit. 284. 2. a. quia ea
ad nouam fidem docendam requiritur. 333. 1. a
Mna sine mina, unde dicta: erat una Attica, altera
Hebraea: quid utraque ualeret. 214. 1. a. b
Modicum quid sit, post quod uisuri essent Apostoli Do-
minum. 494. 1. c. d. 495. 1. b
quae Modimperatoris partes in conuuijs. 282. 1. b. c
Moyses in toto Pentateucho Christum praefigurauit.
330. 2. c. huic Christus opponitur & antepontur.
265. 2. c. & seqq. non uidit Dei essentiam, sed tan-
tum corpus quoddam luminosum ab angelo assump-
tum. 266. 1. d
in Monasterijs etiam occurrere possunt scandala. 431.
1. a
S. Monica filium suum suis precibus & lacrymis ad vi-
tam sanctam renouauit. 100. 2. c
Mons quid tropologicē designet. 23. 2. a. montes
symbolum sunt Prophetarum & Patriarcharum de
quibus natus est Christus. 83. 2. b. in montium
medio urbes aedificari solent, non in summo, uel imo.
88. 2. d. in monte Oliueti ultimis uita diebus
de nocte Christus secedebat. 439. 1. a. 440.
2. d
Montana Iudae & Hebron quae sint. 23. 2. c. d
Montanus hereticus dicebat se esse Paracletum a
Christo promissum. 466. 2. b
Mora in bono proposito nocet, in malo prodest. 454.
1. d. 2. a
Morbi saepe a demonibus immittuntur Deo permitten-
te. 159. 1. c. saepe ob peccata egrorum. 320. 2. b. c
at non semper. 399. 2. b. at Sancti ad proban-
dam eorum patientiam. 320. 2. c. d
Mors quid sit describitur. 391. 2. d. eius bonae. 62. 1. d
unde

220.

INDEX RERVM ET VERBORVM.

vide Christianos optanda. 2.b ea cuiuslibet imminet. 143.2.b ad eam tendimus mox ut nati sumus. 268.2.a vocatur nox. 391.2.c & somnus. 415.1.a.418.1.d eius luctus toti nature nostrae est communis. 416.2.d eius contemptus parit gloriam. 503.2.a.b mors infernalis pessima, quia erit vitalis. 324.1.c mors impiorum quàm sit terribilis. 216.2.c mors Christi manifestans, qui in Israël prohi, qui improbi essent. 66.1.b cur eius mentionem apud Apostolos fecerit. 202.2.c hoc sui mundo velut nox. 391.2.a fuit ei voluntaria, non coacta. 405.1.c.406.1.a.b.c ea vici diabolium. 435.1.c.d & seqq.

Nahar hebraicè tam lumen quàm flumen significat. 393.2.b Naim civitas ubi sita, & unde sic dicta. 99.1.c Nardus pistica quae sit. 429.2.b.c. & seqq. facile adulteratur. ibid.c habet spicas & folia. ibid.d Natalem unius Iohannis baptista celebrat Ecclesia. 36.1.b hic & natalis Christi in diverso contingens solstitio, quid symbolice innuat. 298.2.a de natali Messiae inquirere Iudaei neglexerunt, varijs alioquibz signis eius visis, de solo natali loco dubitantes. 365.1.d Nathana filius David ex Bersabee alius est à Nathano Propheta. 81.2.d ex eo descendit B. Virgo per matrem. 79.2.d.80.1.a.b Nathael erat à Cana Galilaeae: quomodo sit à Philippo ad Christum adductus. 273.2.d quis fuerit: est verisimile fuisse S. Bartholomaeum. 274.1.a.b.c erat legis studiosus, non doctor. ibid.c ubi requiescat: nominis eius etymon. ibid.d audito Philippo, ad Iesum cum eo venit, eumque agnovit esse Christum. 274.2.d.275.1.a.b Nativitas hominis duplex, carnalis & spiritalis. 289.1.a.2.c tres natiuitates habet Christus. 51.2.b Natura manet eadem in damnatis. 195.1.d naturae duae in Christo suere impermixtae. 260.2.d eius natura humana ortum habuit in Bethlehem, divina fuit ab aeterno. 361.2.a.b.365.1.c.d ac divina rebus omnibus creata est maior. 408.2.c Nativitatem confensuri olim Eucharistiam secum fovebant. 346.1.a effecit Christus ut natus esset in portu Capharnaï in momento. 333.2.c.d Nazareni in Christum acerbiores suere. 87.1.b.2.a.88.2.d.89.1.a.b & ideo derelicti. 88.1.d.2.a.b.89.1.a Nazareth habitata patria Christi, quia in ea conceptus, & eius mater cum Iosepho ibi habitabat. 12.1.d quantum à Ierusalem distet. 23.2.d erat vicina Cana Galilaeae. 274.2.a sed locus obscurus & ignobilis. ibid.b Nestorius negabat B. Virginem esse matrem Dei. 16.2.d dicebat Christum non solum naturam hominis sed & personam assumpsisse. 262.1.d Nicodemus idem sonat quod victor populi: hinc ipse superans metum Pharisaeorum, reddidit in Christum: ascriptus est catalogo Sanctorum: erat vir primarius inter Iudaeos. 288.1.a.b cur venerit ad Iesum nocte. ibid.c petit à Christo viam ad regnum caelorum. 2.d non intelligebat spiritalia eius mysteria. 291.2.b fides ei deerrat. ibid.c.d hinc Christus eum docet. 292.1.b.2.d quomodo eum apud collegas suos tueatur, & inauditum condemnari veteri. 366.1.d eius corpus copioso vnguento perfudit. 530.1.d ob hoc pietatis officium factus est semimartyr. 2.a Nicolaus Lyranus unde dicitur breue eius elogij. 249.2.b plus aequo fabulis Iudaeis consentit. 2.a Nil aliquando idem est quod, sed tantum. 321.2.d Nocturnarum vigiliarum diuisio. 150.1.c Nomen infanti dabatur in circumcissione. 36.1.d maxime cognatorum & patrum illustrium. 2.b nomina nonnullis indita ab euentu praesenti, vel futuro. 36.2.c nomina, ut ouibus, sic dantur fidelibus. 401.1.a quomodo in nomine Christi predicata poenitentia & remissio peccatorum. 241.2.a à Deo in nomine Christi petendum, quidquid petimus. 465.2.d quid sit in illo petere. 498.1.a est id apud Patrem magni ponderis. 497.2.d quomodo in nomine Filij Spiritus sanctus mittatur. 469.2.d nom-

INDEX RERVM ET VERBORVM.

nomini sui claritatem à Patre petit. Christus. 503.1.a.b.2.d.506.1.a.b Nonnus Panopolitanus Ioannem verbis heroicis elegantibus expressit. 248.2.c Res notabiles asserit Ioannes per affirmationem, & simul contrarij negationem. 247.2.d Nouitios in Religione à tentationibus praeservat Deus. 490.1.c vsq; id est mens, vocatur Deus Pater. 253.1.b.c quid Nox symbolice designet. 454.2.c est piscationi aptissima. 546.1.a nocte orandum, de die laborandum esse docet exemplo suo Christus & multi a-nachoretæ. 67.1.a.b.94.2.c.221.2.a cur de nocte Iudaei ad prodicionem persequendam exierint. 454.2.b Nubes gignit pluuiam. 19.2.d cur nubes ab occasu imbrem nuntient in Iudaea. 154.2.a secus in alijs locis. ibid. Nuncios habent lumbos accinctos. 146.2.d Nuptiae unde dicantur. 278.2.d eas Christus iud praesentia honoravit. 279.1.d nuptiae in Cana quo die & anno contigerint. 278.1.a.c nuptiae spirituales anima cum Deo habent aliquando defectum vini id est gratiae. 280.1.b quomodo eae fiant. 283.2.a nuptiae Christi cum Ecclesia quae sint, & quomodo is ab his dicatur reueri. 149.1.d.2.a Obedienti, si velit, possunt se ad Deum convertere. 439.2.d Obedienti Superiori dirigitur à Deo rectè ad portum salutis. 71.1.c Obedientia praesentia. 70.2.c.d.71.1.a.b ipsa nobilissimas hominis potentias Deo offert velut in holocaustum: omnia opera ex ea facta, facit meritoria. 71.1.b est mater virtutum. ibid.c ceteris virtutibus est praesentia. 449.1.a Superiori quasi Deo exhibenda. 71.1.a.124.1.b obedientia Christi erga parentes erat quoad naturam humanam, non divinam. 70.1.d eius obedientia in morte appetenda. 406.1.c.d.2.a obedientia Deiparae cruci filij adstantis. 524.1.b Obnubere antiquis quid esset. 278.2.d Obscuratio sapientiae impedit tractum Dei. 340.2.d Obumbratio Spiritus sancti quomodo intelligenda. 19.1.d. & seqq. Octava dies scenopoeiae erat tam sollemnis ac prima. 363.2.a Odis infidelium contra fideles, sunt velut ignis: ea Christus occasionaliter excitavit. 152.2.d odium mundanorum erga pios. 484.2.b.c Odisse subinde idem est quod minus diligere. 169.1.c Offensus offendenti reconcilietur. 117.2.a.b Olei usus in vulneribus. 128.1.c oleum symbolum est misericordiae. 368.1.b Operari bene omnes tenemur. 196.1.c Operarij inter operandum lumbos praecingunt. 146.1.d Opes veterum erant in pecoribus. 167.2.c opum nostrarum nomini dispensatores sumus à Deo constituti, quarum dispensationis exactam is à nobis ratione reposcet. 182.1.c.184.1.b.185.2.b earum affluentia est illecebra peccandi. 143.1.d unde vocentur iniquae. 184.2.a & cur alienae. 185.2.b.c Opera naturalia possunt facere infideles, non ea quae sunt gratiae. 478.1.b per opera bona meremur vitam aeternam. 196.1.a.197.2.a sunt ea quibus permanens in vitam aeternam. 334.2.d eorum vis, necessitas, integritas. 476.1.c homo ex interna Corneli. in Ioannem.

Christi gratia habet vim ea producendi. 477.1.b.c.2.a.c Opera heroua fortiter aggredienda sunt. 118.2.b opera SS. Trinitatis ad extra sunt tribus personis diuina communia. 464.1.b opera Dei perfecta sunt. 282.2.b.c quae vocentur opera Dei necessaria ad comparandum panem permanentem in vitam aeternam. 335.2.c.d opera theandrica Christus non sibi sed Patri suo attribuit. 70.1.a.b in his nihil iuris habebant parentes eius. 280.1.c opera Christus in dies excellentiora edebat, unde videbatur crescere in sapientia & gratia apud Deum & homines. 72.2.b.c.d.73.1.a haec de eo testimonium perhibebant. 327.2.c opera maiora quàm Christus, faciet credens in eum. 464.2.b.c & & & quid sit, & unde dicatur. 546.2.a Optimus erat episcopus praesidium & magistratum. 5.1.d.223.1.c optima Deo offerenda. 430.1.c quomodo semper Orare nos oporteat. 202.1.a.b & cur. 204.2.c quis orandi modus sit. 422.2.c an orantes pro alijs etiam exaudiamur. 498.2.d pro quo oratur, debet cum orante collaborare. 499.1.b orari vult Deus, nihil dat non oratis. 500.1.a ter oravit Christus in hortu. 226.2.b.c orabat plerumque de nocte. 368.1.b.2.a orans ante passionem pro Apostolis. 507.2.c.d item pro omnibus fidelibus. 510.1.d per Orationem inuenitur Deus amissus. 69.2.d oratio assidua inuiget nos Deo. 131.2.b in ea requiritur perseverantia. 136.2.a.202.1.b.c eius elegia. 202.2.b eius dignitas, necessitas & vis. 204.1.c.2.a condenda est lacrymis. 421.1.b quis habere debeat condiciones. 498.2.b.c quae in ea virtutes exerceantur. 500.1.b.c eius elogium. ibid.c oratio humilis à Deo exauditur superba reijcitur. 205.1.d oratio in Christi nomine ad Patrem facta, omnia impetrat. 497.2.b.c orationis Dominicae tantum quinque petitiones assignat S. Lucas: ea bis Dominus docuerit. 136.1.a oratio mentalis est huius vitae beatitudo. 133.1.a oratio publicani veniam peccatorum petentis. 207.1.d oratio nocturna commendatur. 67.1.a ea usurpata à Christo. 94.2.b oratio Christi ad passionem iurii. 502.1.a. & seqq. orationem suorum exaudii Deus. 465.2.d Oriens est nomen proprium Christi. 40.1.c.d Origenes semina ieiit arriamini. 246.2.a.255.1.b in Ortum Christi plebs non inquirebat ex desidia, Scribae ex inuidia, ut ex eo discerent an ipse esset verus Messias. 365.1.d Osculum symbolum est reconciliationis & amoris. 104.1.a osculo excipiuntur hospites & conuiae. 107.1.b Os & & id est sanctus, quomodo differunt. 33.1.a Ossa quarum rerum sint symbolum. 529.2.d. & seqq. cur ossa agni Paschalis frangi non liceret, & Christi non debuerint. 529.2.d. & seqq. Ostij ottilis parabola explicatur. 399.1.d Otiosus nemo in caelum admittitur. 146.2.b Oua valde nutriunt: ita sunt dicta quod sint vuida. 136.2.a Oues pastoris vocem agnoscunt. 400.2.c.401.1.d significant mystice fideles. 549.2.d.550.2.a oves errantes symbolum sunt peccatorum. 172.1.a oves Christi sunt omnes homines, sed maxime fideles. 408.1.d vide Fideles. quando Oule unum & vnus pastor, factum vel futurum sit. 405.2.a.b.c

INDEX RERVM ET VERBORVM.

S. P. Achomius conuersus est visa charitate Christi- norum. 456.2.c.
Pactum Dei cum patribus de Messia nascitur. 38.2.b.c.
Palastina ob ingentes calores leprae est obnoxia. 197.2.d.
quid sit Palmitem instructum tolli, & fructuosum purgari a Deo Patre. 475.2.b.c.
Parabola & proverbia saepe idem sunt. 478.1.b.c.
Palatio corporis Christi an fuerit sufficiens argumen- tum resurrectionis eius. 239.1.d.
Papis Hebraeis omnem escam significat. 163.1.b.
papis mensalis est signum pacis & amicitiae. 452.2. d.
panum miraculum reuerteretur. 332.2.a.
Panni quibus Christus recens natus involutus, fuerunt pauperes, sed mundi. 49.2.a.
Paraboli gaudent Syri & Hebraei. 400.2.a.
parabola & proverbia saepe idem sunt. 499.2.a.
parabola Euangelica non sunt per omnia accommodanda. 475.2.a. 477.1.d.
parabola ficus infigu- se exponitur. 158.2.c.d. 159.1.a.b.
parabola adifi- canda. 169.1.d.
regis bellum mediantis. 170.1.c. & salis. 171.1.a.
ouis perditae. 172.1.c.
drachini perditae. 173.2.d.
& filij prodigi. 174.1.d.
villui iniqui. 182.1.a.
eius applicatio. 183.2.d.
184.1.c. 186.1.a.
serui de agro colendo regressi. 195.2.c.
iudicij & viduae importuna. 203.1.a.
Pharisaei & publicani. 205.2.a.
exponitur. ibid. c. d.
decem minarum seruis creditarum. 213.2.b.
ostij oculis. 399.1.a.
ea exponitur & applicatur. ibid. c. 400.1.a. & seqq. 401.1.a. & seqq.
& pastoris boni. 402.2.d.
Paracletus tria significat. 466.1.c.d.
paracletus no- men est Spiritus sancti. 485.2.b. 486.2.c.
an Paracletus super sit: est corporum non animarum re- ceptaculum. 231.1.d.
quem paracletum latroni Christus addixerit. ibid. d.
Paralyticus est morbus incurabilis: est symbolum peccat consuetudine roborati. 318.2.c.d.
Paralyticus ad piscinam tacentis curatio. 316.1.a.
quid hinc allegoricè denotaret. 318.2.c.
cur interro- getur a Christo an velit sanus fieri. 319.1.a.b.
ad eius questionem non directè respondet. ibid. c.
cur eum sabbato curavit. 2.d.
quomodo responde- rit ipse Iudaeis. 320.1.b.
adijt templum Deo gratias acturus. 2.a.b.
ob occultum peccatum longo affli- ctus fuit morbo, & a Christo monetur ut deinceps ab eo sibi caueat. 320.2.b.
excitatur ad contri- tionem. ibid. d.
eius gratitudo. 321.1.b.
a Christo sanatur in anima & corpore. 360.2.c.d.
Paranympbi qui dicerentur, quae eorum partes. 297.2.b.c.
Parascene erat dies pridie sabbati. 522.2.a.
semper Parati ad moriendum simus. 150.1.d.
Parentibus filij obediant. 70.2.c.
habeant eorum curam. 525.1.a.
parentes solent impedire studium vitae perfectioris in filijs. 119.2.c.
sape in ijs pu- niuntur. 391.1.b.
parentes caeci nati quam pruden- ter Pharisaeis respondeant. 395.1.a.b.
parentes Christi quid meueret illo amisso in Ierusalim: quomo- do eum qui exerent. 68.1.c.d.
quomodo eum docentem mirari sint. 69.1.c.
eos ipse non reprehendit. 2.b.c.
Parochi boni munia. 403.1.c.d. & seqq.
Pars in Scripti. significat sortem hereditariam. 133.1.b.
quam partem Petrum non habiturum nisi lauari si- bi pedes sineret, Dominus infinuaret. 448.2.a.b.
Particula aduerbiales & coniuncturae in S. Ioanne val- de sunt expendenda. 247.1.c.

Parturientium dolor. 496.1.c.
Partus Deiparae fuit purissimus sine villo sanguinis pro- fluvio. 57.2.c.
ipsa adfuit parui Elisabethae cognatae. 352.c. & seqq.
Parus solent esse magnanimi. 210.1.b.
Pascere in Scripti. significat etiam regere. 549.2.b. 550.2.a.
Pascha per sexiduum durabat. 68.1.b.
erat festum celeberrimum. 93.2.d. 94.1.b. 316.1.b. & festu hilaritatis. 427.1.b.
multi ad hoc rite celebra- dum prius Ierusalem veniebant, ut sacrificijs praenijis sese ad hoc prepararent. 2.a.
qua occasio sit in- stitutum, & quid significet. 444.2.a.
Pascha ul- timum vitae Christi imidebat tunc in seriam quin- tam. 429.1.b. 444.1.a.b.
quatuor Paschata Christus tempore praedicationis suae habuit. 316.1.b.
Paschales victimae vocantur etiam Pascha. 518.1.d.
Passio Christi quam opere matrem eius afflixerit. 64. 2.b.c.
est velut balneum estuans. 154.1.d.
quo- modo ad eam anhelaret. 2.b.c.
ea velut paruitio fuit. 496.1.a.
denotatur in piscina Probatica. 318. 2.a.
sunt voluntaria non coacta. 362.1.b.
vite denotatur. 474.2.b.
Iesum Christo in gloriam. 502.2.a.
Passiones multae homini excipiende sunt. 268.1.d.
an & quomodo passiones fuerint in Christo. 420.1.d.
ea in ipso & B. Virgine fuerunt voluntariae. 524.2.c.
Pastores ad Christum in Bethleem ascendendum, ab ange- lo excitati fuerunt tres & eximij euaserunt Sancti. 52. 1.d.
cur ij primi ad Christum vocati sint, varie dantur cause. 2.b.c.d. 53.2.a.
cur valde timuerint. 531.d.
quod ab angelo signum Christi accipiant. 2.b.c.
interius ab angelo illuminati cognouere eum esse Deum ac mundi redemptorem. 55.1.c.
ibi fut- ure iustificati, aut, si iam iusti erant, magnum sancti- tatis incrementum acceperunt: cur festinarunt. ibi. d.
quae ab angelo de Christo acceperunt, etiam alijs nar- rarunt, sed hi soli in eum crediderunt. 2.b.
Pastores omnium, quid ijs praesent. 400.2.d.
solent omnibus nomina quaedam imponere. 401.1.a.
octo eorum nomina. ibid. a.b. & seq. 403.1.c.d.
pastor est Christus. 400.1.d. & pastor bonus. 402.2.d.
& pastor vnicuique, & pastor pastorum. 403.1.a.
pastor bonus vitam suam pro omnibus exponit. 403.2.d.
405.1.c.
nec fugit veniente lupo. 404.1.d.
pastores spirituales qui sint. 399.2.a.
quid acturi in perditio- nis subditorum. 100.2.d.
vitiis clarescat & moribus. 53.1.c. 401.1.c.
quid subditis praestare debeant. 403.1.d. & seqq.
triplici modo eos pascere debent. 551.1.b.
ab ijs plus Deus exigit, quam a subditis. 152.1.b.c.
fideles a noxijs defendant, & iter in caelum ijs ostendant. 401.1.c.
qui fuerint spurij pastores Iudaeorum. 399.2.c.
pastores constituen- di sunt aptissimi. 553.1.d.
Pastoritia ars est innocentissima. 52.2.c.
Pater subinde est idem quod inuentor. 384.2.a.
pater in diuinis non est maior Filio. 471.2.a.b.
quomodo Pater caelestis operatur usque modo. 321.1.c.
patres in tenebris limbi agebant. 41.2.a.
ad Mes- siam ardentissime anhelarunt. 61.2.d. 388.1.a.
patres morituri commendent filios Deo. 502.1.a.
Pati Christus debuit ut in gloria sua miraret. 236.2.c.
Patientia est anima possessio. 220.1.c.
videtur com- plexio omnium virtutum. 2.b.
patientiae speculum Christus est. 484.1.c.d.
Patienter fructus boni operis est expectandus. 112.1.c.
Patria viro fidelis non curanda, sed ea orbis est. 87.2.c.
extra patriam homines optimi sunt querendi. ibid. d.

Patri-

INDEX RERVM ET VERBORVM.

Patriarcha non cognouere Deifilium, nisi ex peculiari Dei reuelatione. 259.2.c.
omnes Messiae aduep- tum ardentè desiderarunt. 388.1.a.
fuerunt pa- flores omnium. 403.1.c.
Pauci a Iudeis Christum receperunt. 259.2.c.d.
Paucitas saluandorum. 160.2.c.d.
S. Paulinus pro viduae filio se in seruum vendidit. 223. 2.c.
S. Pauli conuersio vera fuit. 109.2.b.
singulis propria dat praeccepta. 151.1.b.
quam plenus fuerit Spi- ritu sancto. 364.1.b.
sunt quasi tonitruum. 435.2.d.
zelum ardentem animarum habuit. 551.1.d.
88.1.a.
S. Pauli Oratio omnis locus patria erat. 88.1.a.
S. Pauli Simplicis visio de peccatore conuerso. 173.1.b.
cur Pauperes vocentur esurientes. 34.2.b.
ijs danda quae abundant domi. 143.1.b.c.
sunt ad con- uinum inuitandi. 166.1.c.d.
quod ijs sit, Deus sibi fieri reputat. 166.2.b.
illi saepe sunt sancti, ideoque diuites potius ab ijs accipiunt quam dant. 185.1.a.
sunt cali saniores. ibid.
facilius obedunt Euangelio quam diuites. 168.2.a.
non sunt despiciendi viro Apostolico, sed suscipiendi. 194. 1.a. 2.a. 394.1.d.
saepe non habent a quo adiuuentur. 319.1.d.
cur praedictis miraculose & diuinijs curentur. 394.1.c.
pauperes caelo do- nati elemosynarios caelo recipiunt. 184.2.d.
185.1.a.
pauperibus & plebeis Euangelium annuntiarum est, Pharisaeis & pontificibus id sper- nentibus. 168.1.c.d.
Paupertatem coluit B. Virgo. 59.1.b.
paupertas Christi toto vitae tempore. 51.2.a.c. 52.2.b. 53.2.c.
qualem paupertatem eum in professus sit. 431. 1.c.
paupertatis Euangelica vis in quo consistat. 431.1.c.
reddidit longanos. 142.2.c.
Pax toto orbe erat cum nasceretur Christus. 44.2.a.
pacem apprecantur Hebraei in salutatione. 537.1.d.
quia haec ijs omne bonum & prosperitatem signifi- cat. 41.2.d. 54.1.d. 61.1.c. 215.2.b. 238.2.b.
pax quam Simeon senex habuit, quae & quatuorplex fuerit. 61.1.c.
cur suis post resurrectionem pa- cem apprecetur Christus. 238.2.b.
eam suis re- liquit ex hoc mundo abiturus. 470.1.d.
quid ea contineat, 2.a.
cur eam iterum discipulis appre- cetur. 538.1.b.
Peccare in caelum quid sit. 177.2.a. & seqq.
Peccator inuercendum est, audens peccare in conspectu Dei uiuentis & uidentis. 178.1.a.
agit in tenebris uitiorum & errorum. 41.2.b.
putat viros sanctos sibi esse damno. 115.1.a.
seruus est peccati. 380.2. d. & seqq.
peccando longe abit a Deo & caelo. 175.1.b.
prodigij Dei gratiam, charitatem & virtutes, alijs sibi mala creat. ibid. c.d.
laborat inopia rerum omnium naturalium & supernatura- lium. 2.a.b. 176.1.a.c.
eius uesania. 176.2.d.
peccatores rogant an exaudiat Deus. 396.1.a.b.
in hac vita manent in Christo quasi in uice, sed post eam ab eo separantur. 478.2.b.
pudore iam prostrato in malo obdurantur. 452.2.a.
eorum mors pessima. 421.2.b.
eos conuertet, Deo & angelis est gratissimum. 173.1.c.
si poenitent, saepe ius- tos in operibus superant. 102.2.a.
tunc in eum- dem quem prius habuerant, a Deo statim restituuntur. 179.1.b.
eis conuersis non est inuidendum. 180.2.d.
conuersio ijs ardua est. 496. 2.c.
conuertendi varios in anima motus sentiunt. 318.1.c.
iam conuersi quodammodo ueniunt feras. 423.1.d.
sed manent illigati carnis mo- Cornel. in Ioannem.

lestis. 2.d.
debet a sacerdote absolui. 424.1.c.
iam conuertendi a Deo praeniri debent gratia. 390.1.b.
peccator consuetudinarius habitus obduratus, est velut paralyticus. 318.2.c. & ve- lue Lazarus quadriduo mortuus. 416.1.c.d. 422. 1.a.
peccatores manifesti denotantur in filio prodigi- go. 174.2.a.b.
Peccatrix, id est meretrix, dicitur fuisse Magdalena. 1.b.
Peccatum mundi tollit Christus. 270.2.b.c.
a pec- cato nemo est immunis. 370.1.a.d. 2.c.
peccatum mortale est umbra mortis. 41.2.b.d.
eius turpido. 103.1.d.
vnum sine alijs remitti ne- quit. 108.1.c.
est debitum grauissimum. 105. 2.a.
est nihil, quare. 255.2.a.b.
tenebris comparatur. 257.1.c.d.
inducit seruitutem. 380. 2.d.
est velut tyrannus & herus. 381.1.b.c.
id non praecipit Deus. 453.2.c.
vnum est alio gra- uius. 152.1.a.
peccata sacerdoti consuetudina sunt. 540.2.b.c.
quomodo ea ab illo recineantur. 541. 1.a.
peccato vnicuique congruam Deus statuit poenam. 113.2.d.
peccatum vnum saepius condo- nari potest. 107.2.b.
peccati arma sicut arma virtutis. 103.2.c.
peccata futura Deus non punit, sed praerita. 391.1.b.
peccata remittendi potestas data per Spiritum sanctum est Apostolis, & in illis omnibus sacerdotibus. 539.1.c. 540.1.b. 541.1.b.
peccatum originale contrahitur per ge- nerationem operis viri. 19.1.a.
in eo omnes nas- cimur. 249.2.d.
est causa omnium poenarum & malorum. 391.1.a.
peccata venialia omnia in hac vita iustus vitare nequit. 62.c.
ea expur- gant Christus in Apostolis, dum pedes eorum lauit. 449.1.c.
quomodo in peccato suo mortui sint Pharisaei. 376.1.b.c.
Peccatoris iusto signum est poenitentiae. 207.1.b.
item symbolum satisfactionis & vindictae. ibid. c.
Pecuniam in sudario ligare, est percepta dona sub tor- pore abscondere. 214.2.d.
eam tractare noxium est Religiosis. 430.2.c.
Pelagius docebat omnes Christianos debere esse pauperes ex praeccepto Christi. 145.2.b.
gratia necessita- tem negant. 338.2.d.
astruens liberum arbi- trium, id destruebat. 477.2.c.d.
Pentecoste erat festum secundum a Paschate. 93.2. c.d. 94.1.b.
eam vocant Itali Pascha Spiritus sancti. 94.1.b.
in Pentecoste obligare cepit lex noua, & desijt vetus. 290.1.b.
in ea quoque datus est Spiritus sanctus Apostolis abundantissime. 364. 2.b.
in ea Constantinopolis a Turcis est expugnata ad punitionem schismatis Graecorum in Spiritum sanctum blasphemorum. 485.2.b.
Per praepositio quomodo tribuatur Deo Patri. 255.1.b.
Per ea erat locus Indiae vicinus. 161.1.a.
Peregrini ad hospitium etiam cogendi sunt. 237.1.c.
peregrini in hac vita sumus, ac tendimus ad patriam caelestem. 235.1.c. 262.1.d. 368.1.b.
Pericardio non aqua continetur, sed biliosus humor. 529.1.a.c.
Pericula dechnanda sunt. 356.1.b. 357.2.a. 358.2. b.c.
ijs occurrendum timore superato. 473.1.a.
cur Persecutionum instantium mentionem apud disci- pulos faciat Dominus. 200.2.a.
persecutio dulcoratur consideratione Christi eam passi. 484.1.c.d.
persecutionis in Apostolos excitatae quae fuerint causa. 488.2.d. & seqq.
Perseuerantia in oratione necessaria est, non continuat- io. 202.1.b.

D d d 2

Per-

INDEX RERVM ET VERBORVM.

Persona Christi erat exempta ab omni obedientia. 70. 2.b persona unam constituit Christus, & in ea est facta unio duarum naturarum & voluntatum...

ibid.c quare oraret apud se & eius factus est Etantia. ibid.d quomodo orans Deo gratias ageret. 206.1.a reputat omnes sceleratos se seolum iustum. ibid. quot peccata erant committat. ibid.c.d quas daret decimas. 2.a eius superbia. ibid.b eius oratio casta fuit. 207. 2.b.208.1.a...

INDEX RERVM ET VERBORVM.

Hoc caco disquisitio. ibid.d ei maledixerunt. 2.c confessionem ex ore Christi elicere volentes, quod ipse esset Messias, id faciunt eius calumniandi causa. 407.2.c.d ipsorum incredulitas & obstinatio. 408.1.b.491.1.b de Christo necando consultant. 424.2.c cur sibi à Romanis ob illum indemnem meuant. ibid.d.425.1.b.c hunc meritum prætulerunt tantum suæ invidia & odio in Christum. 425.1.a.d.426.1.a statuerunt eum interficere. 426.2.c circa Pascha eum capere voluerunt. 427.2.b cur Lazarum rediitum interficere voluerunt. 432.1.c.d Christum quæ primus de medio tollere satagunt. 2.c.d eum cum venit, agnosceret noluerunt, quia humilem videbant. 485. 1.c.489.1.b.c in ea ignorantia crassa laborarunt. 489.1.b.c neminem ad mortem damnavant. 518.2.c vide Scriba, Iudæi, Pontifices. Philantropia Dei erga homines. 293.2.c Philemon non fuit à LXXII. discipulis. 121.2.a S.Philippus vocatus fuit à Christo in Galilea. 271. 2.a primus Apostolorum vocatus est voce exterioriore Christi. 273.2.a cur tam citò eum fecerunt. ibid.c erat Nathanaeli amicus. ibid. d quomodo huic Iesum describat. 274.2.a.b è testimonio Ioannis creditur eum esse Dei filium sed in confuso. 275.1.d Phoenicia dicta est Samaritana conuersa. 310.2.a 311.1.a Phrases aliquæ S. Ioanni peculiare. 248.1.a Pietas non tollit politiam, nec regnum temporale. 425. 2.a Pilatus quintus fuit Iudææ præfex datus à Tiberio Imp. 75.1.b verè Iesum dimittere volebat. 519. 1.a.2.c.520.1.c qua hora Christum ad crucem dammarit. 522.2.c.d. & seqq. Piscatio ab Apostolis usurpata est à Christi resurrectione: at non post Pentecosten. 545.2.c ea rectè fit de nocte. 546.1.a Piscina quid esset, quare ea iuxta templum à Salomone extructa: unde dicta Probatica. 316.2.b eius origo fabulosa. 317.1.a.b cur dicta Bethesda vel Bethesda. ibid.d erat plena agris. 2.a.b eius aqua quomodo ab angelo moueretur. ibid.c.d eius sanandi vis fuit supernaturalis & miraculosa. 318.1.d quando illi ea vis accesserit, & adempta sit. ibid. piscina Siloè derivabatur ex fonte Siloè. 393.1.a Piscis assua à Christo paratus suis in litore unde produbus: quid mysticè innuat. 547.2.c.d. & seqq. symbolum est Christi: & quare. 240.1.d.2.a pisces lucem fugiunt, hinc nocte optime capiuntur. 546.1.a.b piscibus vescebantur prisci. 249. 1.d pisces sunt obsonium. 546.2.a piscium ad dexteram captorum captura miraculosa quid innuat. 546.2.b.c.547.1.a.548.1.c.d pisces CL. à Petro capti quid innuant. 548.1.c.d Piscina nardus que sit. 429.2.b.c Pius V. in Pontificem electus, quid de se dixerit. 152. 2.a Placere oportet Deo, simul & hominibus. 73.2.c Platonici censebant solem viuere. 371.2.c Plebeij, audiit Ioannis concione, eà moti sunt potius, quam Pharisei. 76.2.d.77.1.d & magis ei fauebant. 362.1.d falsa opinio Plebis imperitæ de Messia. 361.2.a aliqui tamen ex ea Christo crediderunt. 370.2.b.c & dicitur, id est proximum derivatur à & dicitur, id est Cornelii in Ioannem. D d d 3 ubi-

accedo. 127.1.c non Pluisse triennio & dimidio anno tempore Eliæ, Dominus non declaravit. 88.1.b Plutarci error de Scenopogy: Iudeorum. 356.1.c Poenitentis compunctio per trituram designatur. 59. 1.d poenitentes per gratiam Dei à lapsu resurgunt. 63.1.d solent esse serueniores innocenribus. 173.2.b se Deo consecrantes quodammodo celebrant encaenia. 407.1.b.c poenitentes publica olim non miscebantur ceteris fidelibus in Ecclesia. 178.1.c Poenitentia est animæ purificatio. 58.2.a poenitentia seruens, sepè Deo gratior est quàm torpens innocentia. 102.1.d peccatores in iustorum numero ponit. 107.2.c eius fructus. 109.1.a est agenda in hac vita, quia in morte fera est & coacta. 149.2.a.b.150.1.d restituit Deo honorem ablatum per peccatum. 177.2.c ea pramitti debet Eucharistia. 447.1.b.2.a.448.1.d Poenitentia Sacramentum per modum iudicij Christi instituit. 540.1.a.b publica poenitentia Magdalene. 104.1.a Politici politiam præferunt religioni. 425.1.d Pontificatus apud Iudæos arbitrio præsidum Rom. sepè mutabatur. 425.2.b non raquen erat annuus. ibid.c Pontifex est summus hominum piscator. 91.2.a hinc debet & per se & per legatos & sacerdotes à se missos infideles conuertere. ibid. sic primi Pontifices fecerunt. ibid. ipse est oraculum veræ fidei. 224.2.a est pastor generalis omnium fidelium. 405.2.c quantum eius curam habeat Deus. 426. 1.c die Iouis sancto duodecim pauperibus pedes lauat, & vestem donat. 448.1.c est caput totius Ecclesie & omnium fidelium. 550.1.a.b.2.a Pontifices Romani primi per trecentos annos ob fidem Christi necati sunt. 162.2.b.404.1.a numquam publice à fide defecerunt, vel aliquem errorem contra fidem dixerunt. 224.2.a Pontifex apud Iudæos erat tantum unus, sed alij minores, sacerdotes dicti quoque sunt Pontifices. 76.1.c.d pontifices hi à Rom. præsidibus facillè mutabantur. 518.1.a unde Porcorum grex fuerit apud Iudæos, qui porcis non vescebantur. 113.2.d cur demones in porcos ingredi permiserit Christus. 114.1.c quomodo porci hi se in mare præcipitarint. 2.a in Portis olim erat forum rerum venalium. 100.1.c Porcius proprie quid sit. 317.2.a porcius Salomonis que esset. 407.1.c.2.a.b Porrentum fuit quiddam circa Christum actum est, & maxime ipsius vita. 63.2.c.d Possit Scriptura sepè accipit pro velle. 383.1.a Possessio honorum in communi non derogat perfectioni. 431.1.d.2.a quid ex ea boni sequatur. 2.a.b an perfectionem minuat. ibid.d Possidere animam, quid sit. 220.2.a eam possidet patiens. 1.d omnia sunt Deo possibilia. 20.2.c Potentes de sede deponit Deus. 34.1.c & deposuit maxime sub tempus natiuitatis Christi. ibid.d qui tres animæ Potentia à S.Trinitate reformantur & perficiantur. 469.1.c.d Potest accipitur subinde pro solet. 274.2.c Potestas Christi in omnes homines. 504.1.b.c potestas iudicandi omnes mortuos data Christo à Patre in incarnatione. 323.2.a hæc est propria Deo. ibid.b potestas miracula patrandi Christo semper &

INDEX RERVM ET VERBORVM.

ubique parata erat. 328.1.c potestas duplex Ordinis datur sacerdotibus. 541.1.b.c potestas peccata remittendi datur Apostolis, & in ijs omnibus sacerdotibus. 539.1.c ea non est Euangelij predicatio. 2.d.540.1.d Potus intemperantia cauenda, quia noxia. 220.2.c.d Precepta legis Moysae erant triplicia. 6.2.a.b precepta multa in Script. dantur vniuersa Ecclesiae, sed implenda per aliquos, non per singulos. 345.2.a preceptum de carne Filij Dei comedenda multis videbatur durum & rigidum. 350.1.c.d Preceptor potest discipulos hebetes acriter reprehendere. 236.2.b preceptor etiam dominum & herum sonat. 198.2.b de Praedestinatione ad gloriam quomodo gaudendum sit. 125.2.c est ipsa liber vita. ibid. ipsa est duplex absolutam & conditionata. 126.1.a.b signum eius est audire libenter verba Dei. 385.2.b ea tribuitur Deo Patri. 483.1.a.b praedestinatio Christi est finis & exemplar nostrae. 479.2.a Praedestinati soli non sunt omnes Christi. 399.2.a.400.2.d.404.2.b.408.1.b.d omnes praedestinati ad gloriam, saluantur. 408.1.d. pro ijs solis Christus non est natus & passus. 507.2.b Praedicare verbum Dei gratis, est maioris perfectionis, quam sumere alimentum ab aulicis oribus. 545.2.c Praedicatio Euangelij velut ignis fuit. 153.1.a cur ea coepit à Ierusalem. 241.2.b ipsa non est potestas absoluita à peccatis data Apostolis. 539.2.d Praelati singulos propria doceant. 151.1.b quid à Praelatis exacturus sit Deus. 152.1.c eorum officia & munia. 403.1.c.d. & seqq. rerum temporalium curam alijs confidant, sibi seruent seruicium dispensationem. 430.2.d praecant subditis in exemplum. 449.2.b etiam humilia officia obeant. 451.1.a sint senes. 551.2.b non indulgeant amori in constituendis Praefectoribus. 553.1.d Praelatus finguntur Sancti. 152.1.d Praemium caeleste est ingens pro paruo labore & cura. 214.2.b cur in Praesepio Christus reclinetur. 50.1.a.b.c ipsum Romae asseruatur & colitur. ibid.a Praesides Iudaei dicti sunt procuratores iij. reuerentur. 75.1.b.c Praetor dictus à praesendo, quasi praetor. 518.1.d Precatio Sanctorum est efficax. 25.1.d Primatus Petri inuenitur. 548.1.b Primogenitus est qui primò gignitur, nisi nullus post eum gignatur. 49.2.a cur S. Lucas ita studiosè Principes tam seculares, quam Ecclesiasticos recensent, qui Christi praedicantibus reuereant. 76.1.a.b principes sacerdotum etiam dicti sunt, qui non erant pontifices. ibid.c qui principes crediderunt in Christum, sed propter Phariseos eum non confiterentur. 440.1.d idq. ob gloriam hominum. 2.a.b principes multi dicuntur sancto pedes lauante pauperibus, vel subditis. 442.2.c quomodo Christus se dicat Principium. 377.2.b.c principium potius competit Filio Dei, quam Spiritui sancto, respiciendo eius originem qua genitus est à Patre ibid.d principium apud Ioannem dicit respectum ad omnia tempora. 252.1.c in quo principio fuerit Verbum. 251.2.b.252.1.

b.c cur principium datur aternitati. 252.1.b.2.a Prisi erant frigales. 546.1.d.2.b Processio aeterna Spiritus sancti à Patre. 486.1.d.2.a Prodigia & signa quomodo differant, quid utraque sint. 313.2.d filij Prodigij ad patrem redemptis oratio. 178.2.o Proditio Iudaei fuit opus diaboli. 445.2.d quando eam suus Christus praedixerit. 451.1.c.d. & seqq. 2.d.452.1.c S. Ioanni ea fuit indicata per panem intinctum. 452.2.c Proficere semper in virtute debemus. 73.2.b quomodo profecerit Christus in gratia & sapientia apud Deum & homines. 72.1.d Propheeta accipitur in Script. pro viro sancto & eximio. 394.2.c Propheeta eximius est Christus, nec egiit alio Propheeta qui eius sit praeco. 269.1.a.272.2.c Propheeta omnes de Christo prophetarunt. 38.1.c fuere velut satores. 312.1.c.d.2.a b.c non ita possidebantur à Spiritu sancto, quin multa possent agere & dicere ex proprio spiritu. 299.2.d fuerunt missi à Deo, & fuere Christi praecursores. 401.2.d eorum plerique in Ierusalem sunt occisi. 162.2.a.b omnes desiderauerunt ardentè Messiam aduentum. 388.1.a Propheetae & Propheetae varia è Galilea fuere. 386.2.b.c temporè Christi aliquot Propheetae Deus excitauit. 66.1.c Propheeta Caiphe de morte Christi quatenus vera fuerit & à Spiritu sancto profecta. 426.1.c. & seqq. in proposito bono non est cessandum, nec retro resistendum. 120.1.a ipsum est ilico mandandum executioni. 454.2.a propositum nouae vitae est uelut difficilis partus. 496.2.c Propterea aliquando est illarum, non casualis. 360.1.c Prostratio Iudaeorum in orto ad terram. 516.2.d Proverbium & paromia saepe idem sunt. 499.2.a à Providentia Dei pendere in omnibus debemus. 144.2.c ipsa est fortuna fortunians. 157.2.a Proximus est nomen correlatiuum. 129.1.d.2.b nosster proximus sunt omnes homines. 127.1.b.c quomodo ij diligendi. ibid. proximo praestanda est misericordia. 106.2.a ei quod datur, Christo datur. 481.1.a proximum est quod nobis vicinissimum est. 127.1.c Prudentia pueri Iesu in admirationem rapiebat audientes. 69.1.b.c Pseudo-Messia apud Iudaeos varijs fuerunt. 399.2.c 402.1.a hi uenerunt, ut maculent. 402.2.b apologus de Psittaco apud exteros bene habito. 87.2.c post Pubertatem uulgò nubunt puella. 66.2.a Publicanorum iniustitia in quo consistat. 77.1.d erant apud Iudaeos infames, & à publicis magistratibus arcebantur. 205.2.a vocabantur latrones. ibid. 209.2.a saepe erant scelerati. 211.1.d Publicanus quomodo in templo orans se gesserit. 205.2.c ipse symbolum est populi Gentilium. ibid. dissimulat contumeliam sibi à Pharisaeo illatam, imò agnoscat & veniam postulat. 206.2.c quomodo staret à longe: eius humilis ocularum detectio. ibid. d.207.1.a cur peccus ruderet. 207.1.b eius breuis oratio, sed efficax & succulenta. ibid. descendit in domum suam iustificatus. 2.a.b.208.1.a.b

Pu.

INDEX RERVM ET VERBORVM.

Puer Hebraeus, & filium, & seruum significat. 546.1.d puer Iesus non laborans insitua, nec scholas debuit frequentare. 71.2.a.b puer Iudaeus virtute Eucharistica ignes fornacis non sensit. 346.1.b pueri subdantur parentibus. 70.2.c vocantur agni, cur. 270.2.a Puerpera masculi XL. diebus erat immunda. 57.1.b 2.a quam offerret victimam. 1.b.59.1.c.d eius impuritas erat duplex, naturalis & legalis. 57.1.b quomodo purificaretur. 59.1.c.d Pulmentarium est obsonium ad panem adhiberi solitum. 546.1.d.2.a Puls cibus erat praecorum Hebraeorum & Latinorum. 546.1.d an Purgatorium interpositum sit inter limbum patrum & infernum. 192.1.b Purgatorium desiderij quod sit. 149.1.c Purificationis tres erant leges, tam matrem, quam prolem & victimam spectantes. 57.1.b.c quis eius esset ordo. 59.1.c.d Purpura regum erat vestis. 186.2.d cur dicantur fideles Pusillus grex. 145.1.a.b Putei quod sit etymon. 304.2.c Pythagoras censuit animas ante corpora exiisse. 391.1.a.396.2.b Quadragenarius numerus symbolum est sanitatis & perfectionis. 318.2.d quomodo Quadraginta sex anni edificationis templi sunt subiacendi. 285.1.b.c. & seqq. numeri huius mysteria. 2.d quomodo Deus amissus Quarendus sit. 69.1.d.2.a Qualitas hominis est mera miseria. 268.1.d Quantitas hominis quam exigua sit. 267.2.d Quasi & similes particula, non semper similitudinem, aliquando ipsam uarietatem denotant. 247.2.b.263.1.c Quariduum mysticum mortis peccatoris. 416.1.c.d cur per Quatuor tempora ieiunium & orationem Ecclesia inducat. 94.2.c Quinquagenarius quid mystice innuat. 548.1.d.2.a Quomodo infidelium est interrogatio. 344.1.c.d

R.

Abbi tam magistrum, quam dominum significat. 198.2.b.272.1.a.b Rabbini quae vox, & quid sonet. 534.2.d est quid augustinus quam Rabbi. ibid. Raphaelis etymon & munus. 12.1.b Raptine sunt expiande liberales elemosynae. 138.1.c Raptum non potest dari in elemosynam. 138.1.b.2.a.b Rationis usu Ioannes in utero matris donatus fuit. 25.1.a & hic ei exinde mansit. ibid. 42.1.a ratio donorum omnium acceptorum exigerit in die mortis. 182.2.b.184.1.c Recidina culpa culpa est deterior. 321.1.a Recipientium Christum merces, qua fieri merentur filij Dei. 260.1.a Reclor quid agere debeat in perditione subditi sui. 100.2.d vide Praelatus, Superior. cur Redemptio mundi uocetur caena. 166.2.d redemptio hominum erat Christo cibus suauissimus. 311.1.d ob eam totos nos Deo debemus. 196.2.d Reformatio à capite & Superioribus inchoanda est. 446.2.d Regeneratio spiritalis sit per baptismum. 289.2.c eius necessitas. 290.1.c Regnum Christi quod sit: non uenit cum praetio appa-

ratu & pompa. 199.2.d. & seqq. quomodo id intra nos sit. 200.1.b.c quale id futurum existimarent Apostoli, & quando illud inchoandum sperarent. 213.2.a id Christus adijt post crucem ascendens in caelum: ex illo redibit in terram in die iudicij. ibid. id in caelo erit aeternum. 438.1.a.b regnum Christi est Ecclesia, & quando id cepit. 17.1.c regnum caelorum proprie spectat ad humiles, ut paruuli. 208.2.b Regulus Capharnaia quis & qualis esset. 313.1.d an fuerit Iudaeus, an Gentilis. 2.a non fuit idem cum centurione. ibid. rogat Christum pro sanitate filij febricitans. ibid. minus in eum credit. ibid. hinc parua eius fides arguitur. ibid. eius filius uerbo sanatur. 314.1.b cur eius dominum Christus non adierit. ibid. is in eum credit & domus eius tota. 2.a Relaxatio animi utilissima est. 545.2.c Religiones singula diuersos habent & alios fines, & quaeque pios & sanctos. 432.1.a Religiosus status, status est humilitatis. 165.2.c est uelut turris. 169.2.b.c.d Religiose agris insistentibus instituta in Gallia à R. D. Francisco de Sales. 23.1.d Religiosi affectum erga patriam & parentes exiunt uel moderentur. 87.2.c non exeant soli & cur. 122.2.a.c. & seqq. soli exeuntes saepe temptationi luxuria succubere, aut eius calumniam sustinere. ibid. c. seminas sine reffe non alloquantur. ibid. & seqq. quid in hospitij facere debeant. 130.1.b non eant ad conuiuia, nisi spiritualis fructus causa. 169.1.b sint potentes in opere & sermone. 236.1.a caueant sibi à pecunia. 430.2.c habere possunt bona in communi. 431.1.d 2.b per amorem caelestium exaltantur à terra. 437.2.d quam sancti esse debeant. 509.2.c.d qui non Renuntiat omnibus possessionibus, non potest Christi esse discipulus. 170.2.b.d ablata non Repetere, quando praecceptum, quando consilium sit. 96.2.c Reprobi post hanc uitam ad ignem infernalem damnantur. 478.2.b.c Respicendum non est retro in Dei uocatione & bono cepto. 120.1.a.2.a Restitutio alicui debita est omni iure. 138.2.b restitutio in quadruplum non est lege naturae uel Moysi praescripta. 212.1.c Resurgens cum quatuor humoribus, cum capillis, barba, unguibus. 220.1.a Resurrectionem negabant Sadducei, credebant Pharisaei. 166.2.c.417.2.d eius symbolum & causa est Eucharistia. 336.2.d.346.2.c.d. & seqq. ea Syrus uocatur consolatio. 418.1.a Christus est quadruplex resurrectionis causa. ibid. 2.a de resurrectione Christi dubitabant discipuli profecti in Emmaus. 236.1.c ea in Script. stabiliata est. 286.1.c varia eius argumenta & probationes. 239.1.d.2.a haec ei fuit summa gloria. 502.2.b haec ueri & nostra adfert beatitudinem & gaudium. 496.1.b.2.a Resuscitatio Lazari summam & diuinam exagebat potentiam, atque ideo Christus in ea clamauit magna uoce. 422.2.d Retia dicuntur quasi retinentia: retia piscationis Apostolicae sunt instrumenta. 91.2.b quid rete non fractum in captura multorum magnorum piscium, denotet. 548.2.b Retinere peccata quid sit. 540.2.d quod

INDEX RERVM ET VERBORVM.

quod homo pauper retribuere non potest, retribuit Deus ei qui in ipsum benignitatem exercet. 166.2.b

pedes abluabant. 447.1.c.449.1.c
quomodo Sacramenta à latere Christi aperta emassa dicantur. 529.2.a.b

INDEX RERVM ET VERBORVM.

hinc etiam actum contritionis, & factus est Christi discipulus. 2.b.c
cur Christus dictus sit Samaritanus à Pharisæis. 385.2.d

Etum sanctorum erat in altiore loco montis Sion. 207.1.a
Sanguis sudatur naturaliter in vehementi angore maxime ab eo, qui delicato raro & poroso est corpore. 226.2.a

INDEX RERVM ET VERBORVM.

suu Secreta Sanctis Deus reuelat. 482.2.c
Secundina membrana in pregnante que sit, & cui rei
seruiat. 57.1.d.2.a an eas habuerit B. Virgo.
2.d.58.1.b
quomodo Dominum Secutus sit Petrus. 552.2.c.d
Sed capitur pro quia, imo. 488.2.b
Sedes nulla erant in templo. 205.2.b
Seditiosorum supplicium erat crux. 518.2.b
Segetes in Iudaea maturae sunt circa P̄tecosten. 49.1.a
σηειον quid proprie significet. 63.2.d
Seniores Pharisaei quare primo exierint notati à Chri-
sto, in accusatione adueterae. 370.2.d
Sensus genuinus Scripturae est is, quem docet & tra-
dit Ecclesia. 1.1.c
Sententiam sacerdotis absoluentis vel retinentis peccata
Christus ratam habet. 540.1.d.2.c.d.541.1.a
Sertius Saturninus missus est ab Augusto ad Iudaea de-
scriptionem faciendam. 46.1.b
Sepeliebantur Iudaei digniores in speluncis. 421.2.b
Seres in quibus seruus iustus, quid significent. 168.
2.b
Septenarij numeri symbola, 315.1.a est symbolum
universalium. 111.2.c item gratiae legis nouae.
548.1.d
Septuaginta duo discipuli que habuerint nomina, in-
certum est. 121.1.a
Septuaginta interpretum codices, descriptorum incuria,
olim valde fuerunt vitiosi. 82.2.a alibi multa
addunt, & ab Hebraeo sepe euariant. ibid.d
Septium alium tres pedes dirimebat atrium sacerdotum
& laicorum. 59.1.d
Sepulchra Iudaeorum & Romanorum extra urbem er-
rant. 99.2.b.c.1.b.2.a.516.1.b & quidem
alta & lata. 112.2.a cur Christiani ea habeant
in urbe. 99.2.c. & seqq. quam sepulchra Aposto-
lorum Petri & Pauli sint illustra. 552.1.d
sepulchra Prophetarum exstruere laudabile est, sed
non eo modo quo Pharisaei. 139.1.c.d
Sepultura Christi expenditur. 530.1.d.2.b cur ea
facta in horto ubi vicino. 2.c.d
Serena uxor Diocletiani, ab eo affecta est martyrio.
233.1.a
Sermo Christi erat igneus. 238.1.b.c is sermonem
ultimum habuit partim sedens, partim surgens.
472.2.b.c quomodo is fuerit effuax. 476.2.a.b.c
an habitus is in conaculo, an in via ad horti. 515.
2.a sermo de assumpt. B. Mariae non est Hierony-
mi, nec Sophronij, sed alterius posterioris. 65.1.c
cur Serpens aeneus à Moise in deserto sit erectus. 293.
1.a erat figura Christi. ibid. eius cum eo analo-
gia. ibid.c fuit in hasta vexillari erectus. ibid.d
serpentes non nocent uiris Apostolicis. 125.1.d
Seruendum alijs sedulo & accurato. 446.2.b
Serui rari sunt secretorum herilium participes. 482.
2.a.b cur seruum inutilem se dicat, qui ali-
quid meruit. 196.1.d.197.1.c.d serui Dei om-
nes demones habent aduersarios. 113.2.9
quomodo à Christo in celo honorentur. 149.2.d
Seruitus olim erat arcta. 150.2.d seruitus quadru-
plex à Christo est ablata. 380.1.b.2.a
Sex menses intercessere inter conceptionem Ioannis
Baptistae & Christi. 111.2.d
Sextarius Romanus, Atticus, Hebraeus, diuersae erant
capacitatis. 281.2.a
Si iumentum cum uerbo indicatio capitur affirmatiue,
cum subiunctio uerò dubitatiue. 553.2.b.c
Sic est aliquando uocula comparantis. 291.1.a
aliquando capitur pro propterea. 302.2.d

Sicera significat omne quod inebriare potest. 8.2.8
Sichar quena urbs multa in ea gesta sunt. 302.1.b.c
cur eo ossa sua transferri mandari Ioseph. ibid.d
Sichus idem est quod florenus Brabanticus. 57.1.c
quomodo sua dicta Deus Signare dicitur. 299.1.c
quomodo Christus sit à Patre signatus. 335.1.c.d
quod Signum nati Christi angelus dederit pastoribus,
an id externum, an internum fuerit. 53.2.b
quomodo sit Christus signum cui contradicitur. 63.
2.b.c. & seqq. signa in morte Christi facta, sunt
facta eo mortuo. 229.2.a signa plurima fecit
Christus post resurrectionem. 544.1.b
Siliqua quid sit. 176.1.c.d siliqua arbor etiam
describitur. ibid.d.2.a
Si'oe erat fons fuae piscina iuxta a Ierusalem: & iuxta
hunc erat turris ab eo dicta Siloe. 157.1.c quo-
modo is fluat & primū erupit. 392.2.b.c.393.
2.c erat typus Christi. 393.1.b. & seqq. item
baptismi. 2.a erat eius aqua salutaris. ibid.c
Similes norum se inuicem. 547.1.b
Similitudo morum causa est amoris. 484.2.b
Simoon senex fuit sanctitate & senio venerabilis: an
sacerdos fuerit. 59.2.c & discipulus, & filius
Hillelis. ibid.d eius elogium. 60.1.a exspe-
ctabat aduentum Messiae. ibid.b erat plenus Spi-
ritu sancto. ibid.d an fuerit cecus. 2.a accepit
promissum à Spiritu sancto se ante mortem uisurū
Messiam. ibid.a.b.61.1.b eximia fuit sanctita-
tis. 60.2.b à Spiritu sancto impulsus, uenit in
templum: quo signo Christum inter tot pueros cogno-
uerit. ibid.b.c accepit eum in uultu, & prorup-
sit in canticum. 61.1.a uoti sui factus compas
paulo post mortuus uidetur. 2.a fuit Propheeta.
ibid.b parentibus benedixit non puero. 62.2.d
quid marri eius dixerit. ibid. & seqq.
Simeon frater SS. Iacobi & Iudae, fuit alius à Simone
Chananeo. 81.1.d
Simeon Stylites aspero fune lumbos cinxit, ita ut ca-
ro subtile computresceret. 147.1.c
Simon & Simeon idem est nomen. 60.1.a Simon est
diuersus à Simeone fratre SS. Iacobi & Iudae. 81.1.d
Simon Cananeus non est idē cū Nathanaele. 234.
1.a fuit sponsus in nuptijs Cananensibus. 278.2.b
& filius Cleophae, & S. Iosephi patruelis. 279.1.c
Simon leprosus murmurat de facto Magdalene. 104.
2.d eius prauius indicium de Christo & ipsa.
105.1.a.b oculo eius errores. ibid.b qualis
ipse fuerit. ibid.c uidetur à Christo conuersus.
ibid.d cur minus ei dimissum sit. 108.1.c.2.b
Sinus Abrabae quid sit, cur sic dictus, & ubi situs. 188.
2.a. & seqq. quomodo in sinu Patris dicatur
esse Dei Filius. 266.2.b.c
Sistere & esurire, in spiritualibus idem est. 338.1.b
345.1.a
Sitis Epulonis in flamma infernali. 190.1.c.d
sitis Christi in cruce qualis esset. 527.1.b.c
Sobe mater fuit S. Elizabethae. 81.1.a
Sol nascente Christo clarior solito uidetur eluxisse. 53.
1.b eum uinere censebant Platonicis. 371.2.c
Soldurij quales essent olim apud Gallos. 415.2.d
Solitudinis bona & elogium. 42.2.c.43.1.a
Sollicitudo nimia de futuris cauenda. 144.2.d
Somnus Apostolorum in Tabor fuit uerus & natura-
lis. 118.1.b somnus in agrotis esse rediturus fami-
ratis praesagium. 415.1.b
vitis Sorec quae sit, talis est Christus. 475.1.b
Sorte sua quisque sit contentus. 193.2.d fors Mariae
praesertim sortis Marthae. 132.2.a.b.d

INDEX RERVM ET VERBORVM.

an B. Virgo passa Spasmus uident filium suum cruci-
fixum. 524.1. & seqq.
Species una in Ven. Eucharistia laicis sufficit. 237.2.b
344.2.d unam qui sumit, sumit & alteram.
345.1.a
in Spelunca natus est Christus. 49.2.d ex ea postea
ingressus fons. 50.1.a
Sperandum maxime est rebus afflictissimis. 414.2.a
Spicata a nardus esse sit. 429.2.c.d. & seqq.
Spiridion furibus oues, quas eis furatierant, donauit.
96.2.d
Spiritus uirtutis Eliae quid significet. 9.1.c.2.b
Spiritus & anima quomodo distinguantur. 29.1.b
Spiritus, ut pote superior, trahit secum animam &
corpore. ibid.c Spiritus sepe capitur pro spiritali
intellectu. 351.2.b spiritus ueteris legis erat uin-
diciae uirtus, mansuetudinis & charitatis. 119.1.d
Spiritus in uero Apostolico requiritur, & is retineri
debet. 171.1.a Spiritus Christi peccatores com-
plectitur. 172.1.b Spiritum Deo commendare
in morte debemus. 231.2.d & quare. 232.1.a
& triplicem spiritum. 232.2.a
cur Spiritus sancto tribuatur opus incarnationis. 18.1.d
cur ex eo Christus conceptus sit. 2.c est uirtus
Altissimi. 19.1.c quomodo Virginem obumbra-
rit. ibid.d est in aliquo tam per gratiam gratum
facientem, quam per gratiam gratis datam. 60.
1.d eius dona, maxime charitas & zelus, sunt
ignis, quem uenit Christus mittere in terram. 153.
1.b cum suis Christus promittit, ut eius robore
caelesti roborentur. 241.2.c.d habitauit in
Christo, & descendit super eum dum baptizaretur.
85.2.a.271.1.b.c quomodo in baptizatos
transfundatur. 290.1.d uento comparatur.
2.b.c spirat ubi uult. ibid.d eius occultae
operationes & effectus. ibid.291.1.c.467.1.c.d
469.2.c.d eius institutus ambiendi & sequendi
sunt. 291.1.d eius & aquae analogie. 303.2.d
& seqq. cur uocetur aqua uina. 304.1.b.c
& seqq. est Patri & Filio inuicem unitus. ibid.d
ita mentem replet, ut praeter ipsum nil aliud de-
ret. 305.2.a maxime in celo. ibid.b quo-
modo coram immuret. 306.1.b.c est uelut fons
aquarum uimentium. 364.1.c datus est Apo-
stolis plene in Pentecoste. 2.b cur post mortem
Christi datus sit, uariae dantur cause. 364.2.c.d.
& seqq. est ostiarum oculis ouium. 399.1.c
Ecclesiae de bonis pastoribus prospicit. 400.2.b.c
est aduocatus, exhortator & consolator. 466.1.c.d.
486.2.c adest semper Ecclesiae & fidelibus. 466.
2.b cur dicatur spiritus ueritatis. ibid.c.486.
2.d quomodo sit missus in nomine Filij. 469.2.d
quomodo docuerit fideles omnia. 470.1.a.b
recte perhibet testimonium de Christo. 486.2.a.
b.d est persona distincta à Patre & Filio. ibid.b
490.2.d est Deus. ibid. procedit à Patre per spi-
rationem. 486.2.c quomodo Apostolos in for-
marit. 490.2.d.492.1.d.493.2.d.499.2.b.c
& quidem sensum. 492.2.b eos fecit Prophetas.
493.1.c quid à Filio accipiat. 2.b.c.494.1.a.b
tam à Filio, quam à Patre procedit: id negant Græ-
ci recentiores. 485.2.b.c.486.1.b.c.2.c.491.1.a.
493.1.a.2.b.494.1.b.538.2.b est utriusque con-
substantialis. 538.2.c quomodo à Patre eum se
missum dicat Christus. 486.1.a.b quomodo
mundum arguet de peccato, iustitia, iudicio. 491.
1.a.b. & seqq. 2.b.d quomodo non loquetur à
semetipso. 492.2.c remittit peccata in Sacra-

mento confessionis. 539.1.c.d.2.a
Sponsi olim coronabantur. 297.2.c sponsus in Ca-
na quis fuerit. 278.2.a.b
Stabulum capitur etiam pro hospitio. 128.2.a stabu-
lum, in quo Christus natus, factum est quasi calum.
50.1.d
Stadium est octaua pars milliarij. 234.1.b unde
dictum. ibid.c.333.2.a.c.d.416.2.c
S. Stanislaus Episc. mortuum triennalem ad uitam re-
uocauit. 193.2.d
Stanislaus Hostij Cardinalis mors & elogium. 237.1.c
Stare Hebraeis est esse presentem. 103.1.a
Stemma nobile Christi per varios reges & patriarchas.
83.1.c
Stephanus Abbas quid in morte uiderit, & eius agonia.
182.2.d Stephani Abbatis alterius patricia. 220.1.d
Sterilitas olim magnam erat opprobrium. 11.2.c
que sit Stola prima data prodigo reduci. 178.2.d
Strabus monachus Fulderensis antior est Glossa ordina-
ria. 249.1.a
Stulticia bona que sit. 210.2.b.c
Strylus S. Ioannis Euangelista. 246.1.c
in Sublime tolli quid sit. 144.2.a.b
Substantia à prodigo dilapidata quid denotet. 174.2.b
c.d
Sudario cadaueris mortui facies ligabatur. 423.2.b
Sudor sanguineus Christi in horro qualis fuerit. 226.
1.c.d.2.a uerè sanguineus sudor fuit. 1.d unde
is ortus. 2.b.c cause eius finales & morales.
ibid.c.d. & seqq.
Sufficiencia plena est in Deo. 462.2.c.d
Sugillare quid sit. 203.1.c unde uox dicatur. ibid.
quid metaphorice significet. ibid.d.2.b
Sumpcio Eucharistica nullum includit horrorem. 350.
1.c.d.351.2.c.d
Superbia fulgure demoretur. 125.1.a.b ea retundi-
tur consideratione uilitatis propriae. 392.1.c
eius quatuor sunt species. 206.1.b
uox Superbus unde deriuetur. 34.1.a.b superbi
sua ipsorum superbia disperguntur. 33.2.d.34.1.b
sunt in alios iniuri & contumeliosi. 34.1.b
superbiam suam obtegunt, specie externa se humi-
liantes. 165.1.d
Superior est uicarius Dei: ei ergo obediens, obedit Deo.
71.1.a is in Superiore considerandus est. 124.
1.b Superiores multi in Religionibus die totius san-
cto suorum pedes lauant. 448.1.c.449.2.c
precaant subditis in exemplum. 449.2.b sibi ser-
uent abiectione, speciosiora relinquunt subditis. 465.
1.c uide Praelatus.
Supplantare proprie quid sit. 450.1.d
Susanna mariona Christum alens, fuit eius discipula
quid hebraice Susanna significet. 112.1.a
Sulcipere in Scriptis uaria significat. 34.2.b
Sycomoros qualis sit arbor. 210.1.c est alia à ca-
prifisco. ibid.d quid mystice & tropologicè denotet.
2.a.b
Symbolum fidei S. Gregorio Thaumaturgo à S. Ioanne
datum magna apud Orientales fuit auctoritatis.
246.2.b.254.1.d
Symphonia Ecclesiae que sit. 180.1.b
Synagoga Iudaeorum apud sicuti infrugiferae comparatur.
157.2.d.158.1.a.b quando ea deseruit esse
Ecclesia Dei. 426.2.a ea erat coetus fidelium
Iudaeorum. 488.1.d sic item uocabatur locus ora-
tionis & legis audiente. ibid. tales erant in sin-
gulis urbibus Iudaeae, ac Hierosolymis plurimae. 2.a
Syri gaudent parabolis. 400.2.a
Taber-

INDEX RERVM ET VERBORVM.

T Abernaculorum festum apud Indeos quod esset. 356.1.b.c. quid hoc significaret. 112.a. 368.1.b. in eo exstruebat quisque Indeus tabernacula vel in urbe, vel foris. 358.2.a. Tabula genealogie Christi à Matthæo & Luca. 80. 2.a. Tactus est visus solidior. 238.2.a. 239.2.c. tactus Christi mirè erat efficax. 159.2.c.d. Talentum Hebræum cuius esset pretij. 214.1.b. cur Tangi se à Magdalena non permiserit Dominus. 535.1.a. & seqq. Ταπεινός dicitur quasi ἰσοπέδος, vel per metathesin, quasi πενήνης, id est conculcatus. 39.1.b.c. Τὰ & diversa significat. 445.1.c. Templum locus & sedes est Dei incarnati. 68.2.c. cur in templi dedicatione legatur Evangelium de Zachæo. 213.1.a. iuxta templum Hierosol. erant habitacula seminarum religiosarum. 66.2.d. id ter in anno viri adire debeant. 67.2.d. mille in eo erant sedes ad sedendum, nisi soli regi ac pontifici. 205.2.b. id ter edificatum est, & à quibus. 285.1.a.b.2.a. alij id ipsum ornarunt & excolerunt. 2.c.d. templum Garizimicum qua occasione exstruendum, & quamdiu steterit. 307. 1.c.d. Tempus vitæ est nobis datum ad merendum, estq; velut dies. 391.2.b. tempus totum prædicationis Christi & legis novæ est velut annus tubilei. 86.1.d.2.a. quod sit tempus visitationis Ierusalem. 216.2.b. quomodo tempus præsens verbi S. Iohannes usurper. 247.2.a. quod esset tempus aquæ in piscina movende. 317.2.c. tempus mortis Christi erat à Deo Patre constitutum. 414.2.b. Tenebræ, errorum, vitiorum & tristitia sunt symboli. 41.2.b.c. 257.1.c. item impiorum. 257.1.d. Tentatio rectè tribulationi comparatur. 224.1.c. eà crescente intendenda oratio est. 226.1.b. tentationes carnis sæpè restant post conversionem peccatori ferendæ. 319.2.b. Tentatus grauius inhienda aliqua mora, ut concepti facinus differant. 454.1.d. Ternarius symbolum est SS. Trinitatis. 548.1.d. Testari repta est iudicare. 373.1.d.2.a.c. in Teste tria requiruntur. 486.2.a. qui fuerint testes diuinitatis Christi. 326.2.a.b.c. 328.2.a. 329.2.c. cum tamen ys ipse non indiguerit. 326.2.b.c. Testimonium Christi de se verum est, & quomodo. 374. 1.a.b.c. Tetrarchæ est qui quartæ parti alicuius regni præest. 75. 1.c. tetrarchæ quatuor ab Augusto Palestinæ præfecti sunt. ibid. d. erant potentes ceteri reges. ibid. & seqq. Theandricæ actiões Christi quæ dicerentur. 69.2.d. 556.2.b. Theodosius Imp. Romæ in templo S. Petri voluit sepeliri. 100.1.a. Theophilus, ad quem Lucas Evangelium scripsit, fuit vir nobilis Antiochenus. 5.1.c. Thesaurus hominis est id quod charum habet. 146. 1.a. Thoma quod sit etymon. 415.2.a. S. Thomas non fuit binominus: unde ergo dicitur esse Didymus. ibid. paratum se exhibet ad cum Christo moriendum. ibid. c.d. ei absenti à ceteris Apostolis non fuit data potestas remittendi peccata, sed postea. 539.2. b.c. quia incredulus, rectè dicitur Didymus: præ-

dicauit penè per totum orbem. 541.1.d. quare à ceteris Apostolis abesset & esset incredulus. 2.a. & seqq. eius incredulitas grauis erat. ibid. b. unde ea orta esset. ibid. c. inbetur à Domino digium mittere in vulnere loca. 542.1.c.d. verè vulnera tergit. 2.a. eius verba post hunc tactum amorem spirant. 543.1.b. & seqq. Thomæ à Kempis libellus de Imitatione Christi commendatur. 372.1.d. Thori mensales describuntur. 102.2.d. Thus ritus omnium gentium Deo adoletur. 7.2.b. Thymiana bus de die Deo offerendum erat. 7.1.a. componebatur id è quatuor odoramentis. ibid. c. Tiberius Imper. quare Augustus in Imperio successerit. 46.1.c. 74.2.a. quando coepit imperare. 74. 2.a. voluit Christum inter deos referre. 75.1.a. Timor oritur ex potentia operantis. 37.1.b. Tirones initio vocatiōis molliter à Deo habentur. 490.1.b. Tisri mensis respondet partim Septembri, partim Octobri. 111.1.d. Titulus Evangelio S. Lucæ ab Ecclesia additus est. 1.1.a. titulus Evangelij S. Iohannis. 250.1.a. Titus Imp. urbem Ierusalem totam muro cinxit. 216. 1.c. Tonitru è celo Christi diuinitatem testatur. 435.2.c. Tormenta Christi, animam B. Virginis velut gladius transfixerunt. 64.2.b. Torrens Cedron quis esset, & unde dicitur: quid mysticè denotet. 515.2.a.b. dicitur ab obscuritate. 516. 1.a. cur eius Iohannes meminerit. ibid. b.c. 75.2.b. Trachonitis quæ sit regio, & unde dicitur. 75.2.b. Tractus Dei quomodo sit accipiendus. 339.2.d. & seqq. 340.1.c. obliuio cordis hunc tractum impedit. 340.2.d. Traditiones incolarum terræ sanctæ parum habent fidei. 521.1.a. Trahit omnia Christus ad se blandè non violentè. 437.1.c.d. maxime in cruce pendens. 2.a.b. trahuntur alij inchoatè, alij completè. 340.2.a.b. Traianus Imp. vidua citè ius dixit: an ob hanc pietatem sit saluatus. 203.2.c. Transitus ex hac vita fidelium & infidelium dispar est. 445.1.a. Transubstantiatio Eucharistiæ probatur. 282.1.a. in Tribulatione non est de Dei ope desperandum. 417. 2.a.c. tribulatio præsens futurum parit gaudium. 495.1.c.2.c. eà instante orandum est. 502.1.a. & in ea gloriantium. 552.2.b. Triduum amissionis pueri Iesu quomodo computandum sit. 68.2.b. Trigamia non est peccatum. 306.2.c.d. Trigesimus annus statum erat tempus ad docendum. 78.2.c. SS. Trinitatis persona tres unè in eadem deitate sunt. 132.2.c. ipsa tota fuit causa efficiens incarnationis. 18.1.d. 262.2.b. habitat in anima sancta. 468.2.d. & seqq. venit ad tres animæ potentias. 469.1.c. Tristitia cor contrahit, & somnum inducit. 227.1.c. tristitia fidelium & Apostolorum in hac vita. 496. 1.d.2.b. S. Tryphonia uxor Decij Imp. fuit Martyr. 233.1.a. Tunicas duas habens, quomodo alteram, non habenti dare iubeatur. 77.1.a.b. tunica Christi inconsultis qualis esset. 523.2.a. quid allegoricè & tropologicè indicet. ibid. Tunso peccatoris signum est penitentia. 207.1.b. &

INDEX RERVM ET VERBORVM.

& aliarum quoque rerum symbolum. ibid. c. Turbatio Deiparæ ad aspectum & salutationem angelicam. 152.2.b. ea fuit non passio, sed propassio. ibid. d. unde & qualis turbatio Christi fuerit Lazarum suscitatum. 419.2.c.d. 420.1.d.2.b. Turca adorant Deum quem nesciunt. 307.2.a. Turris tria etyma, ipsa symbolum vitæ Religiosæ est. 169.2.b.c.d. turris Eder quis locus iuxta Bethlehæm. 51.2.d. turris Siloë collapsa tempore Christi XVIII. homines ruina oppressit. 157.1.c.d. Tyranni cuiusdam superbi superbia diuinitus reclusa, quomodo. 33.2.d. tyranni multi filias suas & uxores in odium Christianæ fidei occidere iusserunt. 233. 1.a. **V**in Scriptura Dei iram, & damnationem æternam notat. 95.1.d. Valentiniani docebant Christum carnem è celo attulisse, non è B. Virgine sumpsisse. 16.2.d. 56.1.c. 292.2.a. Vallis Iosaphat erat cæmeterium commune urbis. 99. 2.b. 516.1.b. in ea fiet iudicium extremum. 516.1.b.c. Vallum est munimentum castrorum ex vallibus & palis constans. 216.1.c. Vanitas generationum. 83.2.b. vanitas hominum mundanorum. 167.2.a. Vbiq; artiorum hæresis. 292.2.a. Vendere sua ex amore Dei, non est præceptum, sed consilium dumtaxat. 145.2.b. vendentes è templo Christi bis eiecit. 284.1.b. de Venia criminum impetranda nemo desperet. 102. 1.c.d. Venire Dei quid sit. 99.1.a.b. Ventus spiritus vocatur: spirat ubi vult. 290.1.b.c. Verbalia in bilis desinentia in Script. sæpè pro participio passiuo accipiuntur. 341.1.b. Verbum derivatur à vero. 258.2.b. verbi, & veritatis affinitas. ibid. verbum in Script. sæpè ponitur pro re per verbum significata. 55.1.b. verbum Dei est gladius spiritus. 64.1.c. ut id rectè audiat, multa requiruntur. 112.1.a.b. refert fructum pro quantitate bonitatis cordis audientium. 112.1.b.c. id audire & custodire, in quo maius sit quàm esse matrem Dei. 137.1.d. & seqq. id liberè audire est signum prædestinationis. 385.2.b. id seruans non morietur in æternum. 386.2.c. est velut salsæ Dei. 475. 2.d. 476.1.d. Verbum Dei est duplex: vnum essentiale, alterum notionale. 253.1.c. Verbi æterni generatio diuina est. 251.a.b. quàm ea aliè pretendenda. ibid. b. in quo principio fuerit. 2.b. fuit ab æterno apud Patrem. 252.1.c.2.a. 253.2.b. 254.1.c.2.a. per ipsum denotatur Dei Filius. 252.2.c.d. cur dicatur λόγος, & omnes significationes λόγος & ei adaptantur. 2.d. & seqq. Verbum hoc est mens Patris æterni. 253.1.b. est Verbum notionale. ibid. c. 254.1.a. est forma omnium formarum superans omnia. 253.1.d. est diuersa persona à Patre: eius cum eo coniunctio, & vtriusque equalitas. 253.2.b.c. 254.1.c.2.a. 266.2.b. ipsum est Deus. 254.2.c. 255.1.b. 264.2.b. omnia per ipsum facta sunt. 254.2.c. 255.1.a. & quomodo. 255.1.b.c.d.2.a.c. est idea rerum creaturarum. 255.1.c. 256.1.c. est fons vitæ. 256. 1.a.b.c. & in ipso vita est. ibid. c. & seqq. est vita subsistens, & in ipso vita idealis. ibid. c. item Cornel. in Ioannem.

causalis naturalis. ibid. d. & causalis supernaturalis. 2.a. est lux. 257.1.a.b.2.c. & quidem prima, increata, naturalis & essentialis lux. 258.1.b. ab initio mundi erat in eo per essentialitatem, presentiam & potentiam. 259.1.b. mundus per ipsum factus est. ibid. c. ipsum factum est caro, & quomodo. 260.2.d. 261.2.b. 262.1.d. 2.a.b. non est mutatum in carnem. 261.1.b.c. 2.d. 262.1.d. cur dicatur factum caro. 261.1.d. non assumpsit homini substantiam, sed essentialitatem & existentiam. 262.1.c.d. carne vestitum fuit ut sol nube vestitus, aut ignitus carbo, &c. 2.b. quorum caro factum sit. ibid. c.d. habitauit in carne inter nos. ibid. c. itaque factum est nobis quasi spectaculum. 263.1.a. habuit gloriam deitatis quasi Dei Filius. ibid. 2.a. fuit plenum gratiæ & veritate. 2.c.d. & seqq. 264.1.b.2.b. Verba Iohannes nunc sumit in actu inchoato, nunc continuato, nunc perfecto. 247.2.b. verba Hebræorum sæpè significant actum inchoatum, non perfectum. 56.1.a. & sæpè actum continuatum, non inchoatum. 535.2.b. verba septem Christus in cruce dixit. 527.1.d. verba gratia proferebat Christus, & quæ hæc dicantur. 86.2.d. ea erant ignita. 238.1.b.c. sum effectiua. 314.1.b. 319.1.d. quomodo is haberet verba vitæ æternæ. 353.1.a.b. Pericundia eloquium. 103.1.b.c. Veritas quadruplex in Christo fuit. 258.2.a. veritatis etymon. ibid. b. veritas triplex est, cordis, oris, operis. 383.2.b. quomodo diabolus non steterit in veritate. ibid. c.d. 384.1.b. veritas non potest opprimi. 258.2.a. oppressa magis erumpit. 394.2.d. qua via ad eam perueniatur. 492.2.b. ipse Deus veritas est. 519.2.c. tres eius gradus. ibid. d. alia eius definitiones. 520.1.a. & seqq. quomodo Christus sit veritas. 460.2.b.c. 461.1.a. & seqq. veritas Evangelica triplex est. 467.1.a. casita in cognitione veri Dei, incarnationis Verbi & veræ beatitudinis. 519.1.b.c. qui sunt ex veritate audiunt vocem Christi. ibid. d. veritas & gratia simul in Christo fiere. 264.1.a. 265.2.c. cur Spiritus sanctus dicatur spiritus veritatis. 466.2.c.d. quomodo Deus in veritate adorandus sit. 308.1.b. & seqq. quomodo in veritate Apostoli sanctificandi sint. 509.1.c.d. quid sit facere Veritatem. 295.1.c.d. Vestes Hebrææ erant longiores, ideo aliquid facturi eas præcingebant. 146.1.b.c. quatenus vestes subtiles & pretiosæ peccatum includant. 187.1.a. quæ vestes posuerit Christus pedes suorum ablaturus. 446.1.d. Via recta & vera est Christus. 460.2.b. & seqq. Viatores iter agentes lumbos præcingunt. 146.2.b. Victoria de mundo Christianus promittitur. 501.1.a.b. Victorinus monachi penitentia. 173.2.c. de Victis suos sollicitos esse verat Christus. 123.2.b.c. quæ videntur, etiam credi possunt, estque illa etiam bona fides. 543.2.c.d. videre pro frui & possidere accipiuntur. 289.1.b. 388.1.b. videre & audire in diuinis idem est. 298.2.d. Vidua lugens mortem vnigeniti est Ecclesia. 100.2.b.c. quid denotet vidua iudicem importunè rogans. 203. 2.a. quid allegoricè & tropologicè. ibid. d. cur viduæ vni Sareptanæ prospexerit Elias tempore famis. 88.1.c. quos hæc vidua denotet. ibid. d. Vigilare nos oportet, expectantes Dei aduentum, exemplo famulorum expectantium de nocte dormientium. E e e

INDEX RERVM ET VERBORVM.

anima facibus accensus. 147.2.a.b.150.1.d
Vigilantium nocturnarum diuisio. 150.1.c
Fides non sinit negligendi in operibus charitatis. 23.1.c
Vilitatis sine consideratione homo curatur a superbia. 392.1.c
Villa dicta quasi vella. 182.1.b
ville emptores, quos designent. 167.1.d.2.a
Vilius aliquando capitur pro dissipatore & administratore. 182.1.b
S. Vincentius Martyr ad tormentum anhelant. 154.2.d
Vindicare pro defendere capitur subinde. 203.1.b.c
Vindicta non est noua legis, sed antiqua. 119.1.d.2.b
Vinum visus est in vulneribus. 128.1.c
vinum potus nobilissimus. 283.1.b
est symbolum gratia, deuotionis, feruoris. ibid. c. aquam in vinum Christus in nuptijs conuertit. 281.2.c
& quidem in rubrum. 282.1.d
& optimum. 2.a
vina in centum annos seruantur. 474.1.c
Virginias B. Virginis Deo cum primis placuit. 16.2.a
17.2.b
ipsa bene uicem dilexit. 17.2.a.c
eius uoluntatem emisit ante conubium. 18.1.a
virginitatis immortalitas. 555.2.a
Virgo potest parere. 18.2.a.b.
cur de uirgine natus sit Christus. ibid. d. 19.1.a
virgo est que est corruptionis capax: hinc infantes proprie non sunt uirgines. 66.2.a
in uirtute oportet nos proficere, non desicere. 73.2.b
444.2.b.462.1.a.556.2.c.d.557.2.a
ubi uirtus, ibi est unitas. 132.1.b
uirtutis studium inchoandum a uita actiua, inde pergendum ad contemplatiua. 134.2.a
uirtutes sunt uera diuinitas. 144.1.b.c
& uice ad celestem gloriam. 460.2.d
sunt rituli derivati a fonte Spiritu sancto. 364.1.d
ea sunt intendenda sub uita suam. 444.2.b
uirtutes quatuor cardinales complectitur S. Lucas in suis quatuor beatitudinibus. 95.1.a.b
que uirtutes animam purificant. 281.1.b
uirtus Altissimi B. Virginem obumbrans quae sit. 191.1.c
Vis nulla cuiquam inferre damnationem potest. 408.2.a
Viscera significat intimum Dei misericordiam. 40.1.b.c
Visus pro quolibet sensu capitur, etiam tactu. 542.2.c
Vita semper ad mortem tendit. 83.2.b.c
in motu consistit. 318.1.b
uita nostra debet contrarium esse negotium. 214.1.c
est uelut dies & momentanea. 391.2.b.c.392.1.a.b
uita temporalis perdenda ut eterna inueniatur. 434.1.a.b
uirtus pro amico ponere, maxima dilectionis est signum. 481.2.a.482.1.a
eam dat bonus pastor pro omnibus suis. 403.2.d. & seqq.
uita Christiani qualis esse debeat. 39.2.a.b
ea tota, sit laus continua Christi & oratio. 202.1.c.242.2.b
uita nulla perfectissima est: eam egit Christus & Apostoli. 133.1.c
uita actiua praemittenda contemplatiua. 115.2.a
actiua typus est S. Petrus, contemplatiua S. Ioannes. 555.1.c. & seqq.
uita Christi merum fuit prodigium. 63.2.c.d
ea omnibus est sequenda. 372.1.d
quam uitam omnibus suis id est fidelibus ipse det. 402.2.c
uita originalis, quae in Deo Patre est, per Filium & Eucharistiam nobis communicatur. 349.1.d.2.b
uita Christi tempus, dictum est dies. 391.2.a
mandatum Dei Patris uita aeterna est, quo sensu. 442.2.c. & seqq.
& cognoscere Deum. 504.2.b.c
uita Apostolica tria sunt munia. 148.2.a
quomodo uita erat in Verbo. 256.1.c. & seqq.
id est uita subsistens, uita idealis, uita causalis naturalis, & causalis supernaturalis, & haec duplex. ibid. c. d. 2.a
& uita originalis, sextupliciter. 2.b
quomodo Deus uiam habet in semetipso. 324.b.c.
Christus est uita uenturum. 418.1.c.2.b
Vitis & Christi analogie uaria, idque ostenditur per omnes illius proprietates. 474.1.a.b. & seqq. 2.c
vites assidua egent cultura. 1.d
cur Christus dicatur uitis uera. 2.d. & seqq. 478.1.c
Vitelus saginatus mystice denotat Christum. 179.1.d
Vltima dicta & scripta sapientum dulcissima sunt. 61.1.a
an Umbra Christi crucifixi obumbrat bonum latronem, itaque cum conuertitur. 229.2.b
umbra mortis quid sit & quid significat. 41.2.b.c
quando & qua ratione uelutio Christi a Spiritu sancto sit facta. 85.2.b
Vadecum uocantur Apostoli, et si abesse Thomas. 238.1.d
Vnguentum ueteres conuiujs adhibebant. 104.1.b
quibus perfundebantur manus & caput conuuarum, & quod cariores, eo pretiosioribus. 107.1.c
quid sit unguentum nardi pistillum. 429.2.a
quid unguentum spicatum & solatum nardinum. ibid. d
unguentum mysticum quadruplex. 104.1.d
Vnguenti mors quam sit acerba. 100.1.b
Vno cum Deo uia est ad sanctitatem. 131.1.d.
eius sunt tria signa. 512.2.b
& sex effectus. ibid. d
tria eius consequenda media. 510.1.a
unio amoris diuini quam archa sit. 510.2.d
unionis animorum quanta sit uis. 481.1.c
unio Christianorum inter se ualde coalescat. 456.1.d.457.1.c.d
quanta ea esse debeat. 510.2.b.511.1.d
512.1.a.2.b
eius potentia. 513.1.d
unio hypostatica ad solum Filium terminata est. 322.1.c
Vniuersa est uestigium Dei. 131.2.a
est rerum principium & finis. 132.1.a.b
eius bonum & commode. ibid. b.c. & seqq.
unitas personae in Christo facta est in incarnatione, non confusio duarum naturarum. 261.1.c
Unum necessarium quod sit. 130.2. & seqq. 132.1.b
ad unum tendunt omnia. 131.2.a
Vocatio Christi quam sit potens. 273.2.b
uocationis diuinae effectus est & alios curare uocari. 272.2.a
Vocari a Christo ad sui sequelam ne sint solliciti de facultatum diuisione. 120.1.b
Voluntas Christi & Patris eadem est. 326.1.b
uoluntates duas habuit Christus, uti & mentem duplicem, diuinam & humanam. 260.2.d
uoluntas carnis quid uocetur. 260.2.b
homines bonae uoluntatis donantur pace caelesti. 54.2.a.
qui sint illi. ibid. b.c
Voluptati seruientes inferno sese mancipant. 96.1.a
uoluptates hominem non satiant, sed instant & dispendunt: per siliquis denotantur: & damna earum. 175.2.c.176.2.a.b
de us gnomae. 177.1.a
eas in hoc & futuro saeculo habere difficile est. 95.2.b
Voluptuari quo pacto ad cor a Deo reducantur. 177.1.a
Votum uirginitatis fecit B. Virgo ante conubium. 18.1.a
idque prima. ibid. c
Vox Christi erat efficacissima. 159.2.c
vox filij hominis in die iudicij audienda quae sit. 325.1.d
uocem homo facile immutare potest. 235.1.a
vox de caelo missa a Deo Patre ad clarificationem Christi, tanta fuit, ut putaretur esse tonitruum. 435.2.b.c
uel angelica. 426.1.a
Verbes

turalis, & causalis supernaturalis, & haec duplex. ibid. c. d. 2.a
& uita originalis, sextupliciter. 2.b
quomodo Deus uiam habet in semetipso. 324.b.c.
Christus est uita uenturum. 418.1.c.2.b
Vitis & Christi analogie uaria, idque ostenditur per omnes illius proprietates. 474.1.a.b. & seqq. 2.c
vites assidua egent cultura. 1.d
cur Christus dicatur uitis uera. 2.d. & seqq. 478.1.c
Vitelus saginatus mystice denotat Christum. 179.1.d
Vltima dicta & scripta sapientum dulcissima sunt. 61.1.a
an Umbra Christi crucifixi obumbrat bonum latronem, itaque cum conuertitur. 229.2.b
umbra mortis quid sit & quid significat. 41.2.b.c
quando & qua ratione uelutio Christi a Spiritu sancto sit facta. 85.2.b
Vadecum uocantur Apostoli, et si abesse Thomas. 238.1.d
Vnguentum ueteres conuiujs adhibebant. 104.1.b
quibus perfundebantur manus & caput conuuarum, & quod cariores, eo pretiosioribus. 107.1.c
quid sit unguentum nardi pistillum. 429.2.a
quid unguentum spicatum & solatum nardinum. ibid. d
unguentum mysticum quadruplex. 104.1.d
Vnguenti mors quam sit acerba. 100.1.b
Vno cum Deo uia est ad sanctitatem. 131.1.d.
eius sunt tria signa. 512.2.b
& sex effectus. ibid. d
tria eius consequenda media. 510.1.a
unio amoris diuini quam archa sit. 510.2.d
unionis animorum quanta sit uis. 481.1.c
unio Christianorum inter se ualde coalescat. 456.1.d.457.1.c.d
quanta ea esse debeat. 510.2.b.511.1.d
512.1.a.2.b
eius potentia. 513.1.d
unio hypostatica ad solum Filium terminata est. 322.1.c
Vniuersa est uestigium Dei. 131.2.a
est rerum principium & finis. 132.1.a.b
eius bonum & commode. ibid. b.c. & seqq.
unitas personae in Christo facta est in incarnatione, non confusio duarum naturarum. 261.1.c
Unum necessarium quod sit. 130.2. & seqq. 132.1.b
ad unum tendunt omnia. 131.2.a
Vocatio Christi quam sit potens. 273.2.b
uocationis diuinae effectus est & alios curare uocari. 272.2.a
Vocari a Christo ad sui sequelam ne sint solliciti de facultatum diuisione. 120.1.b
Voluntas Christi & Patris eadem est. 326.1.b
uoluntates duas habuit Christus, uti & mentem duplicem, diuinam & humanam. 260.2.d
uoluntas carnis quid uocetur. 260.2.b
homines bonae uoluntatis donantur pace caelesti. 54.2.a.
qui sint illi. ibid. b.c
Voluptati seruientes inferno sese mancipant. 96.1.a
uoluptates hominem non satiant, sed instant & dispendunt: per siliquis denotantur: & damna earum. 175.2.c.176.2.a.b
de us gnomae. 177.1.a
eas in hoc & futuro saeculo habere difficile est. 95.2.b
Voluptuari quo pacto ad cor a Deo reducantur. 177.1.a
Votum uirginitatis fecit B. Virgo ante conubium. 18.1.a
idque prima. ibid. c
Vox Christi erat efficacissima. 159.2.c
vox filij hominis in die iudicij audienda quae sit. 325.1.d
uocem homo facile immutare potest. 235.1.a
vox de caelo missa a Deo Patre ad clarificationem Christi, tanta fuit, ut putaretur esse tonitruum. 435.2.b.c
uel angelica. 426.1.a
Verbes

INDEX RERVM ET VERBORVM.

Urbes in medio morium commodius adificantur, quam in summo uel imo. 88.2.d
Visus pileatus Rome fuit macellum Martyrum. 162.2.b
Vilitatis nihil offerre Deo possumus. 197.1.b
Vulnus lateris Christi fuit ingens, & in latere dextero. 518.2.a.b.d.543.1.a
vulnera quinque habuit Christus. 528.2.c
cur eorum cicatrices in corpore suo glorioso retinuerit. 239.2.b
ea in die iudicij improbis ostendet, ut per ea eorum ingratitude coarguat. 537.2.b
illa S. Thomas uere tetigit. 542.2.a.543.1.a
Vulpes symbolum sunt hereticorum. 161.1.c
Vultures aule qui dicantur. 199.1.c
Card. Wolsey nimiam politici iusta depresso. 425.1.a
Vuluum adaperire quid sit. 58.2.c.d
Vxor Lot respectans quid denotet. 201.1.a

Zachariae etymon: ipse erat princeps publicanorum, 209.1.a
erat diues. 2.a
cur cuperet Iesum uidere. 210.1.a
qui eise uidentum & fruendum obtulit. 211.1.a.c
quomodo eum Dominus uiderit. ibid. b
prompta eius obedientia. ibid. c
hospitio excipit Dominum. ibid.
non fuit Gentilis, sed Iudaeus. 2.a.21.2.2.c
uideretur plane ad fidem, penitentiam ac opum mundi, contemptum uerbis Christi conuersus. 211.2.b
restituit iniuste parta, & pauperibus dimidium bonorum distribuit. ibid. c
octauum tantum bonorum suorum partere fraude acquisierat. ibid. d
omnibus relictis amplexus est paupertatem Euangelicam. 212.1.a
ex iactantia non refert sua opera. ibid. c
eius domus tunc facta est salus. ibid. d
omnes eius domestici una cum ipso conuersi sunt. 2.a

postea fuit Caesariae Palaestinae Episcopus. ibid.
quomodo sit filius Abrahae. ibid. b
tota eius historia tropologicè & allegoricè exponitur. ibid. d
Zachariae nominis etymon. 5.2.d.6.1.c.8.1.d
Zacharias pater Ioannis, sacerdos, Propheta, ac Martyr fuit: eius caput Rome asseruatur. 5.2.c
duxit uxorem sacerdotalem tribus. 6.1.b
intensum adolere debebat fortitione inter uicis suae sacerdotes facta. 7.1.c
non fuit summus sacerdos. ibid. d
cur turbetur uiso angelo. 2.c
in quo eius oratio exaudita sit. 8.1.a.c.d
oratur prius pro prole habenda, sed non modo. ibid. b
promittitur ei filius. ibid. b.2.a
dubitat de angeli promissis. 10.1.c
haec diffidentia fuit tantum uemalis. ibid. d
cur factus sit mutus & surdus. 2.d. & 11.1.a
quo die obtulerit incensum. ibid. d
eius domus in Emmaus describitur. 24.1.a
cur a Deo para saluatus non sit. ibid. b
scribit filij sui Ioannis nomen in pugillari. 36.2.b.c
os ei apertum caluitus, & cepit laudare Deum. ibid. d
aperit uidentur ei & aures. 37.1.a
repletus Spiritu sancto cepit prophetae. 2.b
quid suo cantico spectet. ibid. c
interpretatur prophetias ueteres de regno & salute Christi spiritali. 38.1.d
in suo cantico a Spiritu absorptus non spectat ad uerba. 39.1.a
cur ab Herode occidi iussus. 5.2.c.42.1.d
Zelus animarum qualis fuerit in Apostolis. 551.1.c
zelus Christi fuit infra eius indignatio. 284.1.b
Zoroastro duplicem habet derivationem, & proinde significationem duplicem. 91.1.a
Zorobabel adificauit templum a Chaldeis destructum. 285.1.b.2.c
Zorobabel Luc a diuersis est a Zoro-babele Marthai. 81.2.c

FINIS.



Cornel. in Ioannem

Ecc 2

IN-

I N D E X MATERIARVM MORALIVM

QVÆ HOC SECVNDQ COMMENTARII TOMO

VBERIVS DE DVCVNTVR.

Verbis Euangelij per Dominicas, Festos dies, & Ferias nonnullas occurrentis accommodatarum, in gratiam & vsum concionantium.

Novint tamen singulorum se Euangeliorum explicationem tum literalem, tum allegoricam ac symbolicam, suo quamque in capite posse invenire, ubi gustui suo quam abundantissime auctorem satisfacere comperient.

DOMINICA II. ADVENTVS.

PAVPERES EVANGELIZANTVR. Pauperibus primò Euangelium annuntiatum esse, videre fuit in pastoribus Berlehermiticis. 52.2. b. c. & seqq. Quia & ipse Christus pauperatem est professus. 431.1. c. d. Euangelica paupertas in quo sita sit. 2. c. *Consule Indicem Rerum v. Pauper, Paupertas, Religiosi, & notata in Festo omnium Sanctorum.*

DOMINICA III. ADVENTVS.

MISERVNT IVDÆI. Quorsum Iudæi aliquos suorum ad Ioannem miserint sciscitantes num ipse Messias esset. 267.1. d. & seqq.

TV QVIS ES? Quid sit homo, per omnia Prædicamenta Aristotelica demonstratur. 267.2. c. & seqq.

CVIVS EGO NON SVM DIGNVS. Sic omnes nos, seruos inutiles dicere possumus. 169.1. d. & seqq.

ELIAS ES TV? Vti Ioannes in virtute Eliæ venit, eique per similes esse videbatur, ita etiam Christus se Eliæ comparavit. 88.1. c. d. *Vide Indicem Rerum v. Ioannes, Baptista.*

FERIA IV. QVATVOR TEMPORVM ADVENTVS.

NOMEN VIRGINIS MARIA. Mariæ nominis variæ dantur derivationes. 12.2. c.

AVE. Ave quid sit, & unde formetur. 13.1. b. c. *Vide notata in festo annuntiationis B. Virginis, & Indicem Rerum v. Incarnatio, B. Maria Virgo.*

SPIRITVS SANCTVS SVPERV. IN TE, ET VIRTVS ALTISSIMI OBVMBRAB. Hæc Spiritus sancti obumbratio quomodo sit intelligenda. 19.1. d. & seqq. *Vide Indicem Rerum v. Spiritus sanctus, & notata in Dominica Pentecostes.*

ECCE ANGIILLA DOMINI. Quo temporis puncto incarnatio Filij Dei in vtero Virgineo perfecta sit. 21.2. a. b. & seqq. quas ipsa tunc gratias acceperit, & quantum per illam meri-

tum suum adauxerit. 22.1. c. d. 2. a. *Varie dantur causæ cur Dei Filius factus sit homo.* 48.2. c. d.

GERMINET SALVATOREM. Christus vocatur germentum cæleste, tum terreste, & quare. 40.1. b. c.

DOMINICA IV. ADVENTVS.

TETRARCHA IVRÆÆ. Tetrarchiæ ratio & causa latè exponitur, nec non singulorum Tetrarcharum prouinciæ ac limites. 75.1. c. & seqq.

IN FESTOS. THOMÆ.

Vide notata Dominica in Albi, est quippe idem Euangelium.

IN FESTO NATIVITATIS DOMINI.

EXIIT EDICTVM A CÆSARE AVGVSTO. Quo anno Augusti Christus in mundum natus sit. 45.1. a. & seqq.

PEPERIT FILIVM SVVM. Natiuitas Saluatoris per omnes circumstantias enucleatur. 47.1. b. c. & seqq. 48.1. a. b. cur natus sit in stabulo, & collocatus in præsepio. 49.2. c. d. 50.1. a. b. & seqq. concio eiusdem è præsepio ad totum genus humanum. 50.2. a. & seqq.

ET PASTORES ERANT. Cur pastores præ alijs & primò ad Christum vocati sint. 52.2. b. & seqq. *Vide Indicem Rerum v. Pastores.*

GLORIA IN EXCELSIS DEO. Diuersimodè verba hæc exponuntur. 54.1. a. b.

IN PRINCIPIO ERAT VERBVM. In quo principio Verbum diuinum esset. 251.1.2. b. *Consule Indicem Rerum v. Verbum.*

PLENVN GRATIÆ ET VERITATIS. Quomodo gratiæ & spiritus plenitudo in Christo fuerit. 299.2. a. b. non tamen habuit gratiam infinitam. ibid. c. d. *Vide Indicem Rerum v. Gratia.*

IN FESTO S. IOANNIS APOSTOLI ET EVANGELISTÆ.

DISCIPVLVM QVEM DILIGEBAT IESVS. S. Io-

S. Ioannis elogium, dignitas est aquila. 245.1. a. b. 2. a. b. an fuerit sponsus in Cana Galilææ. 278.2. a. ei Deipara virgo sub cruce à filio fuit commendata vt mater, & Ioannes vicissim ei datus in filium. 525.2. a. b. & seqq. magnus hinc ei honor accessit. 526. a. b. est reuera mortuus, & quomodo. 554.2. a. b. est verè Martyr. 2. b. c. est typus contemplatiuæ vitæ. 555.1. c. putabatur inter discipulos non moriturus. 2. d. *Vide Indicem Rerum v. Ioannes.*

IN FESTO INNOCENTIVM.

SECESSIT IN ÆGYPTVM. Omnis regio viro forti pro patria est, & natale solum non est magnopere curandum. 87.2. c. d.

OMNES PVEROS. Vt hi teneri agnelli sunt, ita & Christus agnus est. 207.1. c. d. *Vide Indicem Rerum v. Puer, Innocens, Ioseph.*

IN FESTO CIRCVMCISIONIS.

CIRCVMCIDERETVR PVER. Cur Christus sit circumcisus. 56. c. d. & seqq.

NOMINIS IESV ELOGIA. *Vide Indicem Rerum v. Iesus.*

DOMINICA INFRA OCT. EPIPHAN.

REQVIRENTES EVM. Quid Deipara amisso filio suo metueret. 68.1. d. 2. a. & alia huc spectantia. ibid. & seqq.

INTERROGANT EM. Quare Christus doctores interrogaret. 69.1. a. b.

INVENERVNT ILLVM. Deus amissus quomodo quærendus. 69.1. d. 2. a.

ET ERAT SVBDITVS ILLIS. Quatenus Christus parentibus subditus esset, & non esset. 70.1. d. 2. a. alioquin ab omni erat obedientia exemptus. 2. b. Obedientiæ hinc præstantiam colligere est. 71.1. a. & seqq.

SVBDITVS quoque patri suo Iosepho fuit in iuventute in arte fabrilis. 71.1. a. 2. b. c.

GRATIÆ ET SAPIENTIA. An & quomodo Christus gratia & sapientia profecerit, quomodo utraque in eo caperet incrementa. 72.1. b. & seqq.

GRATIÆ. Gratia quam habeat cum aqua analogiam. 303.2. c. d. ipsa est fons saliens in vitam æternam. 305.2. c. d. *Vide notata in festo Natiuitatis Domini.*

DOMINICA II. POST EPIPHANIAM.

NVPTIÆ FACTÆ SVNT. Quando & quo mense hæc nuptiæ factæ sint, & quis in eis fuerit spõsus. 278.2. a. b. an S. Ioannes, an Simon Chananæus. ibid. cur ad has nuptias ierit Christus. 279.1. d.

NVPTIÆ. Anima sancta sit spiritaliter spõsa Christi. 278.1. c. *Vide Indicem Rerum v. Nuptiæ.*

VINVN NON HABENT. Quàm modeste vini defectum B. Virgo Christo indicavit. 279.2. b.

QVID MIHI ET TIBI EST MVLIER? An hoc responso in speciem acerbiore matrem Dominus reprehenderit. 280.1. b.

DOMINICA III. POST EPIPHANIAM.

HABENS SVB ME MILITES. Quæ præcepta Ioannes militibus prædicans dedit. 77.2. d. & seqq. *Vide Indicem Rerum v. Miles.*

IN TENEBRAS EXTERIORES. Infernalitæ supplicia horrenda sunt, & quia damnati numquam ab ijs liberandos se norunt, hinc ad extremam desperationem adiguntur. 192.1. c. d. *Consule Indicem Rerum v. Infernus.*

DOMINICA IN SEPTVAGESIMA.

QVID STATIS HIC TOTÀ DIE OTIOSI? Cur seruos inutiles nos coram Deo dicere possimus. 196.1. d. & seqq.

Cornel. in Ioannem.

MVLTIVOCATI. Sic Iudas in vocacione & electione sua ad Apostolatam erat bonus. 353.2. a. b.

PAVCI ELECTI. Quanta saluandorum sit paucitas. 160.2. c. d. *Vide Indicem Rerum v. Prædestinatio.*

DOMINICA IN SEXAGESIMA.

IN PATIENTIA. Patiens est possessor animæ suæ. 220.1. c. & seqq.

FERIA IV. CINERVM.

TVAVTEM CVM IEIYNAS. Ieiunium & oratio indicitur per quatuor anni tempora pro ordinatione sacerdotum. 94.2. c.

FERIA VI. POST CINERES.

DILIGITE INIMICOS VESTROS. Pro inimico vitam ponere, exemplo Christi, maximæ est charitatis indicium. 48.1. d. & seqq.

ESTOTE ERGO VOS PERFECTI SICVT PATER VEST. Deus est sanctus in summo gradu. 32.1. d. 2. a. 33.1. a. b. hanc Dei, vti & Christi, sanctitatem omnes imitari oportet fideles. 39.2. a. b. *Consule Indicem Rerum v. Perfecti, Sancti.*

DOMINICA IN QVADRAGESIMA.

IN DESERTVM. Cur Ioannes puer in desertum concesserit. 42.1. d. & seqq.

ACCEDENS TENTATOR. Dæmonum multitudo, & malignitas. 113.2. a.

VADÉ SATANA. Sic omnes Christiani & Martyres tentati à carne, dæmone & mundo, eiusque ministris, constanter obnitentes victoriam referunt. 501.1. a. b. In Christo nullam partem habuit princeps huius mundi. 472.1. a.

ANGELI MINISTRABANT. Etiam alijs; post ad Christum angeli descenderunt & ascenderunt. 276.1. a. & seqq. & quorsum. 2. b. c.

FERIA II.

ITE IN IGNEM ÆTERNVM. Quòd ignis ille sit æternus, & numquam finiendus, ideo damnati præ rabie desperant. 192.1. c. d. *Vide notata Dominica III. post Epiphaniam.*

ITS. Æterna damnatorum à Deo, cælo & angelis sequestratio grauissimum ipsi erit supplicium. 192.2. a. b.

FERIA VI.

PROBATICA. Hæc piscina pluribus describitur: eius forma & origo. 316.2. b. & seqq.

TRIGINTA OCTO ANNOS. Consuetudo peccandi grauissima quedam paralytis est. 318.2. c. d.

FER. II. POST DOM. II. IN QVADRAG.

IN PECCATO VESTRO MORIEMINI. Pœnæ eorum qui in Christo non manent, sed ab eo se peccando sequestrant. 478.2. b. & seqq.

FERIA III.

PRIMOS ACCVBITVS. Modestia in accubitus loco diligendo commendatur. 165.1. d. & seqq.

FERIA V.

LÁZARVS. Illius misera fors & morbi describuntur. 187.1. c. d. 2. d. & seqq.

IN SINVM ABRAHÆ. Quis sinus ille sit. 188.2. b. c.

Vt moreretur et dives. Quàm fors illius, quam hæc in vita habuit, sit murata. 189.1. a. b. quomodo eius anima linguam habuisse dicatur. 190.2. b.

QVINGVE FRATRES. An hic verè de fratrum salute fuerit sollicitus. 193.1. c. d.

SABBATHO.

ADOLESCENTIOR. Hæc parabola exponitur & applicatur. 174.1. d. & seqq. 175.1. a. b. & seqq.

INDEX MATERIARVM MORALIVM

DOMINICA III. IN QUADRAGESIMA.

OMNE REGNUM. Dæmonum multitudo & malignitas. 113.2.a

PER LOCA INAQUOSA. Qualia sunt plerumque sepulchra ossibus aridis plena, in quibus dæmones & dæmoniacci habitare gaudent. 112.2.b

FERIA IV.

SINE INTELLECTU ESTIS. Intellectus est nobilissima animæ potentia. 322.2.c

SABBATHO.

PERREXIT IN MONTEM OLIVETI. Ad orandum videlicet de nocte, quia diluculo dicitur iterum in templum venisse: ad ostendendum nonstem orationi commodam esse. 94.2.d

Vide Indicem Rerum v. Oratio.

FERIA III. POST DOMINICAM IV. IN QUADRAG.

IVSTVM IVDICIVM IVDICATE. Cur iudices vocentur dij. 409.2.c.d

FERIA IV.

ET IN SABBATO. *Vide Indicem Rerum v. Sabbatum.*

QUIS PECCAVIT? Peccando peccator servus fit peccati. 380.2.d. & seqq.

VENIT NOX. Vita nostra velut dies est, mors verò nox. 391.2.c.d

LUX SVM MVNDI. Christus homo quorsum dicitur lux. 257.1.a. & seqq. & cur lux vera. 258.1.b. & seqq. ipse enim omnes homines illuminat. 2.d. & seqq.

EXSPVIT IN TERRAM. Saliuæ quæ sint symbola, 392.1.c.d

AD NATATORIAM SILOE. Siloë fons, eiusque origo describitur. 392.2.b.c. 393.2.c.d Christus Dominus etiam Siloë est, quia missus est à Deo Patre. 393.1.b. & seqq. *Vide Indicem Rerum v. Pisciña, Siloë.*

PECCATORES DEVS NON AVDIT. An eos vel pro se, vel pro alijs, orantes Deus exaudiat. 396.1.a. & seqq.

FERIA VI.

LAZARVS. Quatriduanus hic peccatores habitatos representat. 416.1.c.d

EGO SVM RESURRECTIO ET VITA. Quo sensu Dominus verumque sit. 418.1.a.b

INFREMUIT SPIRITV. Quis fuerit hic Christi fremitus in Lazari resurrectione. 419.2.b.c an in eo fuerint passiones, & quomodo. 420.1.d.2.a

LACRYMATVS EST IESVS. Quare Redemptor hic lacrymatus sit. 421.1.a. & seqq. cur Lazarum excitaturus clamavit voce magna. 422.2.d. & seqq.

SOLVITE EVM. Cur ipse Dominus hæc vincula non soluerit. 423.2.b

EGO SVM LUX MVNDI. *Vide notata feria IV. post Dominicam IV. in Quadrage.*

DOMINICA DE PASSIONE.

QVI EX DEO EST, VERBA DEI AVDIT. Prædestinationis enim signum est, verbum Dei libenti animo audire. 385.2.b.c

ABRAHAM EXVLTAVIT VT VIDERET. Quo sensu & modo Abraham optavit videre adventum Christi in carnem. 386.1.b

FERIA II.

FLVMINA DE VENTRE EIVS FVIENT AQVÆ VIVÆ. *Vide notata in festo Pentecostes.*

FERIA III.

SCENOPEGIA. *Vide Indicem Rerum v. Scenopegia.*

FERIA IV.

PORTICV SALOMONIS. Hæc porticus describitur. 407.1.c.d

ENCENIA. *Vide Indicem Rerum v. Encenia.*

NON ESTIS EX OVIBVS MEIS. Parabola ostij ouillis & ovium exponitur. 399.1.a. & seqq.

OVES MEÆ VOCEM MEAM AVDIVNT. Oves Christus duplices habet, prædestinatos solos, & fideles omnes. 408.1.d

FACIS TE IPSVM DEVM. Filij Dei diuinitas probatur. 505.1.b.c

Vide Indicem Rerum v. Christi diuinitas.

EGO DIXI, DII ESTIS. Quare iudices vocentur dij. 409.2.c.d

OPERIBVS CREDITE. Miracula & opera euincebant Iesum esse Messiam. 327.2.d ob duplicem eius naturam erant in eo triplices actiones. 556.1.c.d. & seqq.

FERIA V.

ET ECCE MULIER, QVÆ ERAT. *Vide notata in festo S. Mariæ Magdalene. est enim idem Evangelium.*

FERIA VI.

EXPEDIT VT VNVS. Caiphæ pontificis de Christo necando consilium, an & quatenus fuerit prophetia. 426.1.a. & seqq.

SABBATO.

QVI AMAT ANIMAM SVAM, PERDET EAM. Quomodo animam perdens eam amet & simul inueniat. 433.2.d. & seqq.

PATER CLARIFICA ME. Quam sui clarificationem & glorificationem Christus à Patre suo petat. 502.2.a.b. 503.1.a.b

DOMINICA IN PALMIS.

Quia hodie passio Domini solet & in Missarum solemnijis legi, & pro concione exponi. *Vide notata feria VI. in Parasceve.*

FERIA II.

LIBRAM VNGVENTI NARDI PISTICI. Nardus pistica & pretiosa quæ sit, & unde componatur. 429.2.b.c

FERIA V. IN COENA DOMINI.

Quo die Christus vltimum Pascha celebravit, & Eucharistiam instituerit: quomodo in eo dissentiant Græci & Latini. 444.1.a.b eam instituit velut argumentum extremi amoris. 445.1.c.d

SI NON LAVERO TE. Quomodo hæc pedum Apostolicorum lotio fuerit peracta: in ea summa Christi humilitas elucet. 446.1.a. & seqq. omnes eius actus singillatim excutiantur. ibid. c. d. 2. b hæc præmissa est ante Eucharistiæ institutionem: 445.2.c *Vide Indicem Rerum v. Lotio, Eucharistia.*

FERIA VI. IN PARASCEVE.

VNVS VESTRVM ME TRADET. Quando Iudæ præditionem Dominus Apostolis prædixerit. 451.1.c.d quomodo ei dicat, *Quod facis, fac citius.* 453.2.b.c

PROLIXIVS ORABAT. Idque sub noctem, docens noctem orationi instituendæ percommendam esse. 94.2.d

CONFORTANS EVM. Quis angelus afflictum & pauentem Dominum hic confortavit, & quibus verbis. 225.2.a.b

SANGVINIS DECVRRENTIS IN TERRAM. Verè

PRO CONCIONIBVS.

Verè Christus sanguinem toto corpore exfudit, & quæ sudoris huius sit causa. 226.1.d.2.a.b

Quare in orto à militum cohorte comprehensus & ligatus sit. 517.1.d. & seqq.

Qua hora crucifixus sit. 522.2.a.b. & seqq. Serpens aeneus fuit figura ipsius in cruce acti. 293.1.a.b ipse è cruce omnes ad se trahit. 437.2.a.

MEMENTO MEI DOMINE. Quam admirabilis fuerit huius latronis conuersio, & unde orta. 227.1.a.b an verè is fuerit Martyr. 2.d. & seqq.

Dolor Beatissimæ matris cruci adstantis. 64.1.b. 523.1.c fuit ipsa plusquam Martyr. 523.2.c.d an passa sit præ doloris amaritudine spasium & animi deliquium. 524.1.c.d cur Ioanni à filio patiente commendetur, & ipsi Ioannes. 525.1.a.b. & seqq. passa plus ipsa videtur quam ipse Christus. 2.d. & seqq. in Ioanne omnes fideles ei tunc sunt commendati. 2.b. & 526.2.b.

E latere Domini militis lancea aperto fluxit sanguis & aqua. 529.1.c. & seqq. quam id vulnus patens fuerit. 528.1.c.d. & seqq.

IN MONVMENTO NOVO. Sepultura Christi honorifica, vii & primorum olim Christianorum. 530.2.b

Christus in passione ob summam mansuetudinem agnus fuit. 270.1.c.d *Vide Indicem Rerum v. Christi passio, B. Maria.*

DOMINICA RESURRECTIONIS.

AD OSTIVM MONVMENTI. Quam honorificè primi Christiani sepelirentur. 530.2.b *Vide Indicem Rerum v. Resurrectio, Christi resurrectio.*

FERIA II. POST PASCHA.

IN EMMAVS. Vndenam discipuli hi Dominum secum euntem non agnouerint. 234.2.c.d cur ipsi in alia effigie appareat, itaque oculos eorum teneat. 235.1.b.c.d *Vide Indicem Rerum v. Emmaus, Cleophas, Crux.*

NONNE OPORTVIT CHRISTVM PATI. Oportuit Christum per crucem ad gloriam peruenire. 236.2.c.d

FINXIT SE LONGIVS IRE. Hec illius scilicet non fuit mendacium. 237.1.a.b

FERIA IV. POST PASCHA.

VADO PISCARI. Apostoli à Christi resurrectione piscari debuerunt ut victum sibi pararent quia pauperes erant, & vt otium fugerent. 545.1.c.2.b.c

DOMINVS EST. Ioannes unde agnouerit Christum è captura ingenti piscium. 547.1.a.b

PLENVM MAGNIS PISCIBVS. Quid hæc captura piscium ad dexteram nauigij innuat symbolice. 546.1.a.b

FERIA V. POST PASCHA.

MARIA STABAT. Mariæ ad monumentum plorantis varij affectus. 533.1.a.b. & seqq. *Vide Indicem Rerum v. Maria Magdalena.*

RABBONI. Mariæ hoc verbo audito mirabiles in animo motus sensit. 534.2.a.b. & seqq.

NOLI ME TANGERE. Cur à Maria se Dominus tangi nolit, quod nondum ad Patrem ascendisset. 535.1.a. & seqq. quæ moralis eius rei causa. 2.d

VADITE AD FRATRES MEOS. Cur Apostoli à Christo vocentur fratres. 536.1.d. & seqq.

DOMINICA IN ALBIS.

IANVIS CLAVISIS. Quomodo ad Apostolos sic ingredi potuerit, late contra Caluinum hoc

neganrem ostenditur. 536.2.c.d Ratio est, quia corpus gloriosum potest simul esse subtile & palpabile. 238.1.a.b

OSTENDIT EIS MANVS ET LATVS. Vulnus lateri Christi inflatum per omnes circumstantias expenditur. 528.1.c. & seqq.

SICVT MISIT ME PATER, ET EGO MITTO VOS. Apostoli quomodo à Christo sint missi eadem potestate qua ipse. 538.1.c. & seqq.

INSUFFLAVIT. Quare in Apostolos Dominus insufflarit, & quid hæc insufflatio innuat. 538.2.b. & seqq.

QVORVM REMISERITIS PECCATA. Potes tas à peccatis absoluedi fideles data est Apostolis. 539.1.c.d hæc non est prædicatione Evangelij, vt vult Caluinus. 2.d. & seqq. hanc potestatem eis dando, instituit Christus Confessionem sacramentalem. 540.1.b.2.b.c

THOMAS QVI DICITVR DIDYMVVS. Thomæ quod sit etymon, cur dicatur Didymus. 415.2.a.b eius absentia & incredulitas unde orti haberet. 541.1.c. & seqq. tangit & perspicit vulnera Christi. 542.2.a.b. *Vide Indicem Rerum v. Thomas*

INFER DIGITVM TVVM HVC. Cur vulnerum suorum cicatrices Dominus post mortem retinuerit. 537.2.a.b

DOMINVS MEVS ET DEVS MEVS. Quos amoris affectus hæc verba eius spirant. 543.1.a.b. & seqq.

DOMINICA II. POST PASCHA.

EGO SVM PASTOR BONVS. Octo boni pastoris munia. 401.1.a.b. & seqq.

EGO SVM PASTOR. Christus vnicus est pastor, & bonus. 403.1.a.b. & seqq. Pastoris corporalis & spiritualis inter se collatio. ibid.1.c.d

MERCENARIVS VIDET LVPVM VENIENT. Quis dicatur pastor mercenarius, & quinam sint lupi gregem discerpentes. 404.1.d.2.a

Vide notata feria III. post Pentecosten, & Indicem Rerum v. Pastor.

DOMINICA III. POST PASCHA.

PLORABITIS ET FLEBITIS. Pij hic affluè lugent, sed eorum luctus in celo in gaudium conuertetur. 495.1.c. & seqq.

Consolatio in hoc sæculo & simul in futuro haberi nequit. 95.2.b.c. *Vide Indicem Rerum v. Persecutio, Tribulatio.*

MVLIER CVM PARIT. Puerperæ & parturientis dolori rectè comparatur dolor discipulorum. 496.1.c

DOMINICA IV. POST PASCHA.

ILLE ARGVET MVNDVM DE PECCATO. Quo modo Sp. sanctus mundum de peccato, iustitia & iudicio sit coarguturus. 491.1.a.b. & seqq.

NON ENIM LOQVETVR A SEME TIBSO. Quomodo hæc eius locutio sit intelligenda. 492.2.c.d. & seqq.

DOMINICA V. POST PASCHA.

IN NOMINE MEO. Quid sit petere in nomine Christi. 498.1.a. & seqq.

VSQVE MODÒ NON PETISTIS QVIDQVAM. Quomodo semper orandum sit. 202.1.b.c quomodo Deus orandus sit: quia nil dat non rogatus. 500.1.a.b

IN LITANIIS MAIORIBVS.

PETITE ET ACCIPIETIS. Orationis necessitas & vis. 204.1.c.d quæ sint eiusdem conditiones. 498.2.b.c. & seqq. an orantes pro alijs exaudiamur. ibid. d. & seqq.

INDEX MATERIARVM MORALIVM

DOMINICA INFRA OCT. ASCENS.
PARACLETUS. Hæc vox tria significat, & triplex significatio Spiritui sancto appropriatur. 466.1.c.d.
SPIRITVM VERITATIS. Quam ob causam dicitur spiritus veritatis. 466.2.c.d. Quid sit veritas, eius gradus & definitiones. 519.2.c.d. & seqq.
ABSQVE SYNAGOGIS FACIENT VOS. Odium mundanorum erga pios. 484.2.a
IN FESTO PENTECOSTES.
TAMQVAM IGNIS. Ignis Spiritus sancti missus ipi Apostolos, quid operatus sit. 153.1.b.c. & seqq.
Spiritus sanctus tam à Patre, quam à Filio procedit. 485.2.b.c. 486.2.c.d. in baptizatos infunditur. 290.1.d. ab eo habet homo quod opera bona proferat. 477.1.b. & seqq. quomodo eius & gratiæ plenitudo in Christo fuerit. 299.2.a.b. non habuit tamen gratiam infinitam. ibid. c.d. gratia diuinæ & aquæ analogia. 303.2.c.d. cur ipse Spiritus sanctus vocetur aqua. ibid. & quare aqua viua. 304.1.b.c. & seqq. ipse dat animam intellectum, quæ est præstantissima animæ potentia. 322.2.c. eius charismata vberitum, in fideles effundenda, prædixerunt Prophætæ. 363.2.d. ea vocantur flumina aquæ viuæ. 364.1.a.b. quando ea flumina vberitum effluere cœperint. 365.1.b. Quam eius gratia sit efficax, quamque eius vis blandæ & quomodo per illam trahamur. 340.1.c. & seqq. cur ipse datus non nisi post mortem Christi. 364.2.c.d. & seqq. *Vide Indicem Rerum v. Spiritus sanctus.*
AD EVM VENIEMVS. Quomodo SS. Trinitas in anima habitet. 468.2.d. & seqq. 469.1.c.d. Tria signa vnionis animæ cum Deo. 512.2.b.c. huius sex sunt effectus. ibid. d.
SYGGERET VOBIS OMNIA. Spiritus sanctus quo sensu suis suggerat omnia. 470.1.a.b.
PACEM RELINQVO VOBIS. Christus ex hoc mundo discessurus, Apostolis suis relinquit pacem. 470.1.c.d.
QVIA PATER MAIOR ME EST. Quomodo Pater maior sit Filio, secus ac Ariani censebant. ostenditur. 471.1.a. & seqq.
IN ME NON HABET QVIDQVAM. Quomodo cæcæ demon in Christo quidquam non habeat. 472.1.a.
FERIA II. POST PENTECOST.
SIC DEVS DILEXIT MVNDVM. Amor Dei Patris in genus humanum. 293.2.c.d.
VT FILIVM SVVM VNIGEN. DARET. Cur ipse Deus Pater carnem humanam non assumpserit ad magis amorem suum declarandum. 249.1.a.b.
LUX VENIT IN MVNDVM. Christus sol est, Ioannes lucerna ardens & lucens. 327.1.a.b.
VT MANIFESTENTVR OPERA RIVS. Miracula & opera euincebant Iesum esse Filium Dei. 327.2.d. A gratia habet homo quod opus aliquod bonum faciat. 477.1.b. & seqq. *Vide Indicem Rerum v. Miraculum, Opus.*
FERIA III. POST PENTECOST.
QVI NON INTRAT PER OSTIUM IN OVILE OVIIVM. Parabola ostij ouilis & ouium pluribus exponitur. 399.1.a.c. & seqq.
ILLE FVR EST. Fures cupiunt oues laniare, perdere, maculare. 402.2.b.c.

EGO SVM OSTIUM. Christus enim est via, per quam itur; veritas in qua itur; & vita, ad quam itur. 460.2.b.c. 461.1.a.b. & seqq.
PASCVA INVENIET. Qualia pasca in Ecclesia inueniantur. 402.1.c.d. *Vide nota Dominica II. post Pascha.*
DOMINICA I. POST PENTECOST.
SI SIT SICVT MAGISTER. Triplex sanctitas Christi, vt magistri, nobis data est & præscripta. 509.2.a.b.
IN FESTO SS. TRINITATIS.
BAPTIZANTES EOS. Baptismus omnibus fidelibus necessarius est. 289.1.c.d. Baptismus ante mortem Christi vim habuit expiandi peccata. 295.2.d. & seqq. Olim in nonnullis Ecclesijs baptizandis pedes abluebantur. 447.1.c.d.
IN NOMINE PATRIS, ET FILII, ET SPIRITUS SANCTI. Deus est incorporeus, sed purus spiritus. 308.2.c.d. eius descriptio & definitiones à veteribus philosophis. 309.1.a. & seqq. Deus est velut circulus. 512.1.b.d. *Vide Indicem Rerum v. Deus, Trinitas.*
IN FESTO VEN. SACRAMENTI.
CARO MEA VERB EST CIBVS. Eucharistia est dignior manna Mosaiico. 336.2.c.d. est panis verus, quomodo. 337.1.a. & seqq. cur sit panis viuus & viuificus. 349.1.a.b. & seqq. in ea verum Christi corpus manducamus, non mysticè aut spiritualiter. 342.1.c.d. & seqq. eius effectus in anima per vim viuificantem & gratiam. 347.2.c.d. præstat omni cibo. 348.2.a.b. per eius sumptionem ipsa deitas in nos descendit. 347.1.c.d. 2.b. & seqq. 348.1.b.c. in ea manducatur Christus non crudo modo, vt aliæ carnes. 350.1.c.d. 351.1.a.b. instituit hanc velut extremi amoris erga nos argumentum. 445.1.c.d. magna ad eam requiritur puritas. 2.c. laicis sub vna specie eam sumere satis est. 344.2.d. & seqq. Quis sit cibus permanens in vitam æternam. 334.2.d. & seqq.
IN ME MANET, ET EGO IN EO. Tria signa vnionis animæ cum Deo. 512.b.c. vnionis huius sex sunt effectus. ibid. d.
DOMINICA II. POST PENTECOST.
SIMVL SE EXCVSARE. Inuitatorum horum excusatio excutitur, num admitti mereatur. 167.1.d. 2.b.d. 168.1.b.
COENAM MAGNAM. Quæ sit hæc cœna magna, quam homo quidam parauit. 166.2.d. & seqq. Coniugalitatis modestia in accubitus loco deligendo. 165.1.d. 2.a.b.
VILLAM EMIT. Auarus est velut hydropticus. 164.1.b.c. *Vide Indicem Rerum v. Auarus.*
PAUPERES INTRODVCE HVC. Pauperes cur sint adhibendi mensæ prædijutibus. 166.1.c.d.
DOMINICA III. POST PENTECOST.
SVPER VNO PECCATORE POENITENTIAM AGENT E. Peccatoris conuersio est ingens Deo & angelis gaudium. 173.1.a.b.
QVAM SVPER NONAGINTA NOVM IUSTIS. An hoc verum sit, & Deus plus gaudeat de vno peccatore conuerso, quam de nonaginta nouem iustis, qui non indigent poenitentia. 173.2.a.b. *Consule Indicem Rerum v. Iusti, Sancti, Peccator.*
DOMINICA IV. POST PENTECOST.
IN NAVIM QVÆ ERAT SIMONIS. Nauis hæc, quia Petri, typus est Ecclesiæ Romanæ, quæ S. Petri velut nauis est: Romanæ Ecclesiæ fides inuolata

PRO CONCIONIBVS.

utolata hæcenus mansit, & ipsa commendatur vt talis. 556.2.d. *Vide Indicem Rerum v. Petrus, Ecclesia.*
DOMINICA VIII. POST PENTECOST.
FACITE VOBIS AMICOS DE MAMMONA. Diues in Deum qui dicitur. 143.2.d. & seqq.
INIQUITATIS. Cur opes vocetur iniquæ. 184.2.a.b. item alienæ. 185.2.b.c.
IN ÆTERNA TABERNACVLA. Eleemolynarij ab ijs quibus bene fecerunt, intra cæli palatia admittuntur. 184.2.d. 185.1.a.
DOMINICA IX. POST PENTECOST.
VENDITE EIRECTI. Fecit id Dominus è zelo pro Dei Patris honore. 284.1.c.
DOMINICA X. POST PENTECOST.
GRATIAS AGO TIBI. Multa quippe sunt ob quæ Deo sumus obstricti, multaque ei debemus. 196.2.c. & seqq.
PUBLICANVS AVTEM. Tam huius quam Pharisæi oratio examinatur. 205.2.b. & seqq. 206.2.d. 207.1.d.
QVI SE EXALTAT HVMI LIAB. Quomodo superbi dispergantur mente cordis sui. 33.2.c.d. & seqq. at humiles è contrâ à Deo semper exaltantur. 34.1.c. *Vide Indicem Rerum v. Humilis, Humilitas, Superbi.*
DOMINICA XII. POST PENTECOST.
SAMARITANVS AVTEM. Huius pertranseuntis benignitas erga faucium viatorem expenditur, & applicatur. 128.1.b. & seqq. *Vide Indicem Rerum v. Samaritanus.*
DOMINICA XIII. POST PENTECOST.
VIRI LEPROSI. Lepre spirituales variæ sunt. 197.2.d. 198.2.a. Lepre quedam signa æquiuocæ, & vniuocæ recententur. 198.1.a. & seqq.
OSTENDITE VOS SACERDOTIBVS. Cur leprosus Dominus ad sacerdotes ablegarit. 198.2.c. & seqq. *Vide de Confessione Sacramenti ali notata in Domin. in Albis, & Indicem Rerum v. Confessio, Sacerdos.*
DOMINICA XV. POST PENTECOST.
DEPVNCTVS EFFEREBATVR. Extra urbem Naim videlicet: etenim olim sepulchra erant extra urbem, at Christianorum iam intra eam sunt, & qua de causa. 99.2.b.c. & seqq. *Vide Indicem Rerum v. Mors.*
FILIVS VNICVS MATRI. Quos adolescens hic & mater tropologicè & allegoricè designent. 100.2.b.
DOMINICA XVI. POST PENTECOST.
SABBATO. *Vide Indicem Rerum v. Sabbatum.*
HYDROPICVS ERAT ANTE ILLVM. Hydrops aptè denotat auaritiã. 164.1.b.c.
NON DISCVMBAS IN PRIMO LOCO. Modestia in loco deligendo in conuiuijs commendatur. 165.1.d. & seqq.
DOMINICA XVII. POST PENTECOST.
DILIGES PROXIMVM TVVM. Quomodo mandatum dilectionis sit nouum. 456.1.b. & seqq. Pro proximo tam amico, quam inimico, vitam suam exponere, maximè est charitatis indicium. 481.1.d. & seqq. *Vide Indicem Rerum v. Amor, Charitas, Dilectio.*
DOMINICA XXIV. POST PENTEC.
CVM VIDERITIS HEC OMNIA, SCITOTE. Clades publicas Deus permittit ad correctionem aliorum. 157.1.c.d.
AB ARBORE FICI. Ficus infrugifera symbolu

est Synagogæ Iudaicæ. 158.1.b. at fertilis iusti, 1.c. & seqq. hui natura describitur, & moribus applicatur. ib. *Vide Indicem Rerum v. Arbor, Ficus.*
IN DEDICATIONE ECCLESIAE.
ZACHÆVS. Huius conuersio longè deducitur. 211.2.a.b. cur hæc in festo Dedicationis Ecclesiæ recolatur. 213.1.a.
SYCOMORVS. Quamnam hæc sit arbor, *vide in Indicem Rerum v. Ficus & Sycomorus, Templum, Zachæus.*
IN FESTO PURIFICATIONIS B. VIRG.
POSTQVAM IMPLETI SVNT DIES. Purificationis puerperæ ritus & ordo. 57.1.b.c. an Deipara debuerit purificari. 2.a. *Vide Indicem Rerum v. Purificatio, B. Maria, Virgo, Simeon.*
VT SISTERENT EVM DOM. An Christus Deo fisci debuerit, & an ipse, lege docente, vuluam aperuerit. 58.2.c.d. & seqq. Sic ipsi nostras actiones Deo offerre debemus, maximè earum initiu & finè, vt hic Christus puer Deo fisciur. 378.1.c.d.
AVT DVOS PVLLOS COLVMB. Victima & ritus purificationis. 59.1.b.c. Optima Deo sunt offerenda. 430.1.c.
SIMBON. Quis pius hic lenex fuerit. 59.2.c.d. quomodo expectaret redemptionem Israel. 60.1.b. vnde Christum puerum agnouerit. 2.b.c.
EXPECTANS. Vita Christiani est continua expectatio Christi venturi. 148.2.d.
ECCË POSITVS EST HIC IN RVINAM. Quomodo Christus sit positus in ruina & resurrectionem multorum. 63.1.b.c. quomodo in signum cui contradicetur. 2.b. & seqq.
DOLOR GLADIVS ANIMAM TVAM PERTRANSIB. Quis gladius animam B. Virginis pertransierit. 64.1.b. & seqq. B. Virgo verè fuit Martyr, cur. 65.1.a.b. & seqq. summus fuit eius dolor in filij sui passione. 64.2.b.c.d. *Vide Indicem Rerum v. B. Maria, Virgo, Christi passio.*
IN FESTO CATHEDRÆ S. PETRI.
S. Petrus denotat vitam actiuam, vt Ioannes contemplatiuã. 555.1.c.d. *Vide nota in festo SS. Apost. Petri & Pauli, & Indicem Rerum v. Petrus.*
IN FESTO S. MATTHIÆ APOST.
IVGVN MEVM SVAVE EST. Quadruplex libertas à Christo est mundo allata. 380.1.b.c.
IN FESTO ANNVNT. B. VIRGINIS.
MISSVS EST ANGELVS GABRIEL. Quo ex ordine angelorum sit Gabriel. 10.2.a.b. quoto die mentis Martij sit missus, & Christus incarnatus. 12.1.a.
MARIA. Mariæ nominis quid sit etymon. 12.2.c.
AVE GRATIA PLENA. Quid sit Ave, & vnde formetur. 13.1.b.c. quomodo Maria fuerit plena gratiã. ibid. a. 2.a.c.d.
DOMINVS TECVM. Quomodo Deus & tota SS. Trinitas fuerit cum illa. 14.2.a.c.d. & quomodo benedicta in mulieribus. 15.1.b. 2.a.
TVRBATA EST IN SERM. EIVS. Quomodo sanctissima Virgo ad aspectum & salutationem angeli turbata sit. 15.2.b. Meruit mater Dei fieri ex congruo, ob humilitatem, virginitatem, & ardentem charitatem. 16.2.a.b. Emiserat votum virginitatis, hinc de ea tuenda sollicita fuit. 17.2.a. 18.1.a.
SPIRITVS SANCTVS SVPERVENIET IN TE. Quomodo Spiritui sancto opus incarnationis attribuitur. 18.1.d. 19.1.c. Obumbratio Spiritus sancti

INDEX MATERIARVM MORALIVM

sancti quomodo intelligenda sit. 19.1.d. & seqq. & illo obumbrante parere potest virgo. 18.2.a
ECCE ANCIILLA DOMINI. Quomodo Deipara angelo assenserit. 21.1.a.c. atque tunc incarnatio in ea peragi coepit. 2.2.a.b. & seqq. quas tunc ipsa gratias acceperit, & quantum merita sit. 22.1.c.d. eius uterus fuit thalamus & thronus gloriæ filij Dei. 136.2.d. *Vide Indicem Rerum v. Gabriel, Incarnatio, B. Maria Virgo.*
IN FESTO S. PHILIPPI APOSTOLI.
EGO SVM VIA, VERITAS ET VITA. Christus est via, veritas & vita, quo sensu. 460.2.b.c. 461.1.a. & seqq. *Vide Indicem Rerum v. Philippus.*
IN FESTO INVENTIONIS S. CRVCIS.
SICVT MOYSES EXALTAVIT SERPENTEM. Serpens hic aeneus qua in re fuerit figura Christi in erucem acti. 293.1.a.b
Quomodo Christus in cruce fixus omnes & omnia ad se traxerit. 437.2.a.b *Consule Indicem Rerum v. Crux.*
IN FESTO NATIVIT. S. IOANNIS.
An Ioannes fuerit maternò in vtero sanctificatus. 8.2.d. fuit Eliæ per similes. 9.2.a. sextupliciter Christum præcessit. ibid.1.c. erat lucerna ardens, at Christus sol. 327.1.a.b
Ioannis nominis etymon. 8.1.b *Vide Indicem Rerum v. Ioannes Baptista, Elisabeth, Zacharias.*
IN FESTO SS. APOST. PETRI ET PAVLI
ALII AVTEM ELIAM. Cur Christus Eliæ affimiletur. 88.1.c.d
TV ES PETRVS. Duo eminentia S. Petri privilegia. 224.1.c.d. & seqq. S. Petrus de amore interrogatur à Domino, & quidem ter. 549.1.c.d. & seqq. *Vide Indicem Rerum v. Petrus, Pontifex, Ecclesia.*
ÆDIFICABO ECCLESIAM MEAM. Petrus iustus pascere agnos & oves Christi, constitutus est ab eo eius vicarius, & vniuersalis fidelium pastor. 549.2.c.d. 550.1.a.b
Crucifigendum eum Dominus prædicat, & quidem clavis, quod & factum est. 551.2.b.c.d
Crux ei fuit gloriosa. 552.1.a.b qua ratione & modo sit ei affixus. ibid. c.d. ei è carcere Rom. fugienti apparet Dominus. 2.d
IN FESTO VISITATIONIS B. VIRG.
ABIT IN MONTANA. Cur Deipara iam Dei filium in vtero habens ad Elisabeth cognatam suam abierit. 23.1.b.c. coniux eius Ioseph eam non est comitatus, sed ancillam ei comitem adiunxit. ibid. d. *Vide Indicem Rerum v. Elisabeth, Ioannes Baptista, Zacharias.*
EXVLTAVIT INFANS IN VTERO. An S. Ioannes in vtero matris sanctificatus fuerit. 8.2.d. an eiusdem subsultatio in vtero fuerit rationalis, & ex vero rationis vsu profecta. 24.2.b. & seqq. hic fuit in eo acceleratus. 25.1.a.b
MAGNIFICAT ANIMA MEA DOMINVM. Canticum *Magnificat* exponitur. 31.2.a. & seqq. multis.
Natiuitas S. Ioannis quàm fuerit celebris. 36.1.a.b. 37.1.a.b. videtur Deipara huic adfuisse, et si non parienti Elisabethæ. 35.2.c.d. & seqq.
Cur Ioannes bimulus in desertum concesserit. 42.1.d. & seqq.
IN FESTO S. MARIE MAGDALENÆ.
Vna tantum Maria Magdalena fuit. 101.1.c.d
IN CIVITATE PECCATRIX. Quæ fuerit illa civitas, & qualis ipsa fuerit peccatrix. 102.1.a.b

LACRYMIS COEPIT RIGARE PEDES EIVS. Ipse lacrymæ, quibus pedes Saluatoris rigavit, exponuntur, nec non exterio per capillos capitis sui. 103.1.a.b. 2.a.c. & seqq. Eosdem quoque pretioso vnxit vnguento. 104.1.b. heroicæ eius hoc in actu virtutes expenduntur. ibid. d
REMITTUNTVR EI PECCATA MVLTÀ. Quando ei peccata remissa sint, num ante actus illos poenitentia, an post illos. 107.1.d. & seqq. quæ verò ei gratia sint à Christo concessa. 109.1.b *Vide Indicem Rerum v. Maria Magdalena Peccator, Poenitentia.*
IN FESTO S. LAVRENTII.
S. Laurentius ignem tyranni ridebat, diuiniore igne intus ætuans. 153.2.a. quin imò ad omnia tormenta anhelabat. 154.2.c.d. *Vide Indicem Rerum v. Martyr.*
IN FESTO ASSVMP. B. VIRGINIS.
SEDENS SECVS PEDES DOMINI. Contemplationis bonum & necessitas. 131.1.b. & præferatur illa vitæ actiua. 132.c.d. 133.1.c. perficitur autem in cælo. 133.1.d. Contemplatiuis reuelat Deus sua secreta. 482.2.c.d. hi sunt vnum cum Deo. 510.2.d. & 511.1.a. & seqq.
SEDENS. Oratio animam Deo quàm maximè vnit, & quietam reddit. 131.2.b.c
PORRÒ VNVM EST NECESSARIVM. Quid sit illud vnum & necessarium. 130.2.c. & seqq. 131.1.a
B. Virgo est protectrix & adiutrix omnium fidelium, utpote ipsi à Christo moriente commendatorum. 525.2.b. 526.2.b *Vide Indicem Rerum v. B. Maria Virgo.*
IN FESTO S. BARTHOLOMÆI APOST.
PERNOCTANS IN ORATIONE DEI. Nox enim ad orandum est aptissima. 94.2.d. S. Bartholomæus idem esse videtur, qui Nathanaël, cum quo Dominus aliquantum diseruit. 274.1.a.b
IN FESTO NATIVIT. B. VIRGINIS.
Eius genealogiam, vti & Christi, à regibus Dauide & Salomone, descendere ostenditur. 79.1.a. & seqq. Fuit in vtero sanctificata, quia Ioannes Baptista fuit. 8.2.d. Varia Deiparæ elogia. 29.2.a.b. duodecim eius magnalia. 31.2.a.b. quomodo omnes nationes eam beatam prædicent. 31.1.c
IN FESTO S. LVCAE EVANGELIST.
DESIGNAVIT ET ALIOS. Cur septuaginta duo discipuli electi. 122.1.d
BRNOS. Cur hi per orbem bini missi. 122.2.a. & seqq.
S. Lucae Evangelistæ clogium. 1.1.c. 2.c
Fuit medicus animarum. 2.1.a. passus est tandem martyrium. ibid. d. suo in Euangelio maximè Dei misericordiam commendat. 2.c *Vide Indicem Rerum v. Euangelistæ, Apostolici viri, S. Lucas.*
IN FESTO SS. APOSTOL. SIMONIS ET IVDÆ.
VT DILIGATIS INVICEM. Dilectionis mandatum, quomodo sit nouum. 546.1.b
SCITOTE QVIA ME PRIOREM ODIO HABVIT. Persecutio & odio mundanorum facilius toleratur, si consideremus Christum pari modo à mundo exagitatum fuisse. 484.1.c.d. & seqq. Quæ fuerit causa persecutionis in Apostolos excitatæ. 488.2.d. & seqq.
IN

INDEX MAT. MORAL. PRO CONCIONIBVS.

INFESTO OMNIVM SANCTORVM.

BEATI PAUPERES SPIRITV. Talem paupertatem professus est Christus. 431.1.c. Paupertas Euangelica in quo sita sit. 2.c *Vide notata Dominica II. Adventus, & Indicem Rerum v. Pauper, Paupertas, Religiosi.*

BEATI QVI LVGENT. Pij in hac vita affidè lugent, sed in altera consolabuntur & gaudebunt. 495.1.d. & seqq. *Vide Indicem Rerum v. Tristitia, Luctus.*

QVI PERSECVTIONEM PATIUNTVR. Patiens iniuriæ, possessor est animæ suæ. 220.1.c. & seqq. persecutio dulcoratur consideratione Christi eandem passi. 484.1.c.d. 2.b. & seqq. quam ob causam persecutionem fideles patientur ab infidelibus. 488.2.d. & seqq.

COPIOSA EST IN CÆLIS. Quem famulis suis honorem Christus in cælo exhibeat. 149.2.d. in cælo plena erit gaudij satietas. 305.2.b. singuli tamen dispari gloria donabuntur. 459.2.a.b *Vide Indicem Rerum v. Caelum, Gloria, Sancti.*

IN FESTO S. CATHARINÆ VIRG. ET MARTYR.

ORNAVÈRUNT LAMPADES SVAS. Lucernæ ardentes in manibus habitæ quid denotent. 147.2.a.b

MORAM AVTEM FACIENTE SPONSO. Christiani vitæ est continua expectatio sponsi Christi pulsantis ad ianuam. 148.2.d

IN COMMVNI APOSTOLORVM.

Quomodo Apostoli maiora ediderint miracula quàm ipse Christus. 464.2.a.b & quare id ipse sic fieri voluerit. 465.1.a.b. quare adversus eos sit excitata persecutio. 488.2.d. & seqq.

Apostolicæ vitæ tria munia. 148.2.a *Vide notata Domin. in Albis, & Indicem Rerum v. Apostoli.*

IN COMMVNI PONTIFICVM.

PROFERENS DE THESAVRO SVO. Pastor & Prælati singulis suorum propria det præcepta. 151.1.b. & seqq. Multum porro ab ijs Deus exiget. 152.1.b.c. triplici autem modo oves suas pascere debent. 551.1.b *Vide Indicem Rerum v. Pastor, Prælati, Petrus.*

QVIS VOLENS TVRRIM ÆDIFICARE. Vita pasto-

ralis & Religiosa velut turris est, & opus perarduum. 169.1.d. 2.b.c. 170.2.c

IN COMMVNI MARTYRVVM.

NOLITE TIMERE PVSILLVS GREX. Cur pusilli & parvi timere non debeant. 145.1.a.b. & seqq. quæ sit causa cur in primos Christianos sic excitata persecutio. 488.2.d. & seqq.

Martyres tormenta ridebant igne diuini amoris succenti. 153.2.a.b. quinimò summo opere ea desiderabant. 154.2.c.d. sunt animæ suæ possessores ob summam patientiam. 220.1.c. & seqq. animam perdentes, eam inueniunt. 433.2.d. & seqq. eorum victoria de mundo cuiusque ministris. 501.1.a.b. in cælo retinebunt vulnerum suorum cicatrices. 537.2.c.d

EGO SVM VITIS VERA. Christi & vitis analogia. 434.1.a. & seqq. cur ipse dicatur vitis vera. 2.d. & seqq.

OMNEM PALMITEM NON FERENT. Palmitem infructuosam Deus tollit, & fructus ferentem purgabit, idque diuersimodè. 475.2.b. & seqq. *Vide Indicem Rerum v. Martyr.*

IN COMMVNI CONFESSORVM.

In sacerdotum ordinatione indicitur ieiunium & oratio pro felici rei successu, idque per quatuor anni tempora. 94.2.c

PRÆCINCTI LUMBOS. Hæc lumborum præcinctio varia denotat. 146.1.d. Tria munia vitæ Apostolica. 148.2.a

Vita Religiosa velut turris est, & opus arduum. 169.1.d. 2.b.c. 170.2.c. Paupertas Religiosa & Euangelica in quo sita sit. 431.2.c

Religiosi perfecti possunt habere bona in communi. 431.1.d. & seqq. quam perfectionem sectari debeant. 509.1.d. *Vide Indicem Rerum v. Religio, Religiosi.*

IN COMMVNI VIRGINVM.

Virginitatis votum emittit Deipara, hinc audiens ex angelo se matrem fore, de ea sollicita fuit. 17.2.a. 18.1.a. eius immortalitas. 555.2.a

Virgo potest parere. 18.2.a *Vide Indicem Rerum v. Virgo, Virginitas.*

Continentes mortificatione concupiscentiarum lumbos cingunt. 146.1.c

F I N I S.



C. Great

Handwritten signature



Faint handwritten text